EXPLICATIO
AD QVATVOR PRIMOS PANDECTARVM LIBROS,
NOVÆQVE EORVNDEM ET SVBTILES ILLVSTRATIONES:

AVCTORE D. PETRO REBVFFO DE Montepessulano, Iurium Doctore & Comite, necnon Iuris Pontificij Parisiis publico Professore, & in supremo Senatu Patrono meritissimo.

Adiecti sunt ad leg. Si debitori, de Iudiciis. l. Imperatores, de priuil. cred. l. Si quis pro eo, de fideiuss. ff. & legem vnicam. C. ex delictis defunctorũ. eiusdem Auctoris intellectus noui, & ad Galliarum praxeis accommodati.

Cum INDICIBVS, Rubricarum, Legum, rerúmque & verborum, locupletissimis.

IN VIRTVTE



ET FORTVNA

LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium, sub scuto Veneto.

M. D. LXXXIX.

CVM PRIVILEGIO CÆSAREÆ MAIESTATIS, ET REGIS GALLORVM CHRISTIANISSIMI.

ILLVSTRISSIMO ET ORNATIS.

VIRO D. BARTHASARO DE VILLARS,

CONSILIARIO REGIO, ET VRBI PROVINciæ Lugdunensi meritissimo Præsidi, & supremæ Dombarum Curiæ eximio Senatori,

GVLIELMVS ROVILLIVS, S.

QVæsiui (vir illustrissime) cui libri huius munus deferrem, nec inueni cui magis deberem, cui magis vellem quàm tibi. Deberem, propter illustres cùm antiqui tui stemmatis, tum tuas virtutes, virtutes, cùm publicas tum priuatas, Lugdunensis enim iustitiæ clauus multos ante annos penes tuam familiam stetit, stetit autem ita, vt quod in tanto omnium gentium, populorúmque in communem huius vrbis mercatum concursu, tam varia diffusáque iurisdictione, sit admirabile, effugerint omnes, non solùm iustas bonorum querelas, sed & perniciosas improborum calumnias. Te verò ad id ipsum muneris vocatũ homines colunt. meritò, quia in iure hominem deponis, tuísque libenter decretis acquiescunt, quia tu iustitiæ acquiescis, iubet illa suum cuique tribuere? tribuis, nihil tribuere gratiæ aut metui? nihil tribuis: premere noxios, innocentes tegere? tu facis, nec tuam vnquam salutarem dexteram malis adesse sensimus, aut bonis defuisse, vt iam sciant omnes habere Lugdunum Fabricium & Curiũ suum. & hæ sunt tuæ tuorúmque publicæ virtutes. Domesticas verò & Penatiũ (vt dicã) vestrorũ laudare cùm mea iuberet admiratio, vetat modestia tua, & parebitur potius tibi. Vellem autem, quia tu vnus eximiè inter Lugdunẽses ciuilis doctrinæ genus intelligis, & quia intelligis, amas, & quia amas, lubens amplecteris. Accedit etiã ad tuã summa nobilissimi viri Nicolai Delange soceri tui in me beneuolentia, qui non se mihi solum præsens, vixque, qua est summa humanitate, rogatus exhibuit (quod vnum apud me semper magni beneficij loco esse debebit) sed & pro egregia in me voluntate, qua nullum neque finem neque modum statuit demerendi mei, se fratrémque tuum summis honoribus in Repub. florentes, viros eximia pietate, fide, integritate conciliauit mihi, vt cùm habeam multos quibus me obnoxium esse profitear, quem illi anteponam habeam neminem. Accipe itaque (vir ornatissime) hoc literarium munus, animi mei, virtutíque tuæ iustis de causis debitum testimonium, specie quidem, paruum, sed fructu & vtilitate, grande, imò vel ipso Rebuffi nominis splendore (cuius nos illo fato Reip. sublato non pauca restituimus monumenta) nobile & illustre, ac diiudicandis litibus, quæ tua cura est, apprimè necessarium. Siquidem obscuras ex Magistratuum iurisdictione in iúsve vocãdi lites si scrutaris, in primum & secundum ff. libros docebunt Commentaria, Aduocatorũ iura si inquiras, &c.

manu te in tertium deducent, in integrum restituere, & c.in quartum monebunt: varias Gallorum praxeis, in l.si debitori, de iudiciis. ff. & l.vnicam. C. de delictis defunctorum noui intellectus enodabunt. Quòd si fortè serius te hoc voluntatis nostræ pignus viserit, hoc vnum habeto, quod te non fugere arbitror, pacta bonæ fidei comperendinari posse, tolli omnino non posse. Vale fœlix & beatus. Lugduni, decimoseptimo Kalend. Decemb. M. D. XXCVIII.

IDEM ERVDITO LECTORI SALVTEM.

QVòd si fortè (Lector Amice) tardiùs quàm Reip. vsus postularit hæc nos Rebuffi Commentaria promulgasse queraris: non animi nostri prauitate, Rempublicámq; fraudandi studio, sed multis & iustis de causis factum esse scito. Nã cùm ante viginti annos Homerus Rebuffus Authoris huius nepos patruo, iam suo potius quàm Reip. tempore extincto, hæc nobis scripta protulisset, ea erat characterum ruditas, chartarúmq; confusa & indigesta moles, vt nisi à iuris peritissimo, & in vetustis characteribus voluendis exercitato ne legi quidem possent, nedum poliri. Coacti itaque, non sponte nostra, rem distulimus. Donec tandem Matthæus Sasbot Belgas iuris, quem spectabam, scientissimus, laborisque in vetustis libris restituendis, quem plerique fugimus, patientissimus, Venetias vt aliorũ authorum monumenta resarciret vocatus, nõ sine summis precibus ad nos hospitio diuertit, vbi tantam & tam diligentem in feraci hoc agro colendo curam posuit, vt non iam sterilem, aut vrticis oppressum, sed lætum, & messi paratum audeam educere, Rebuffúmque sanum, incolumem, & suis vestibus ornatum offerre. Vale & fruere.

***

PETRVS REBVFFVS
IVRIVM DOCTOR ET COMES,
BENEVOLO LECTORI,
S. P. D.

Demosthenem Athenis profugum, fortunæ turbinibus infractũ, adeuntes iuuenes, à Reipublicæ cura impensissimè conatum auertere, memoriæ proditũ est (benigne Lector) cùm diceret, si duæ viæ initiò præponerentur homini, quarum altera ad suggestum ferret aut concionem, altera ad euidens exitium: præuideat autem aliquis, quæ in ciuiliũ administratione occursent mala, quàm atrox inuidia, quæ subeunda certamina, qui labores, quibus criminibus obnoxia vita, præstare nimirum id inire iter, cuius exitus mors est. O dura! ô acerba nostris ignaris & ambitiosis sententia! qui nostram coegerunt Rempublicam infinita inuenire officia & magistratus, & illa omnia pecuniis redimere, qui ex illis multi nunquam titulum, vt iudices sine quoquo suffragio fiant, perlegerunt: nec consilium Theodori Philosophi sequuti sunt, nec fortè Institutiones Imperiales intellexerunt: sed rudi Minerua instructi in officio se intruserunt, in animarum suarum perniciem: maximè eorum, qui Iustitię quidem definitionem nunquam intellexerũt. Quocirca eos, Rempublicam Christianam sic labefactantes, summoperè dolemus, vltráque Herculis columnas reiiciendos censemus. Quod si, vt speramus & optamus, contingat, non sine magno totius Reipublicæ commodo id eueniet, cùm tantam labem ipsi intulerint: quod non profectò fecissent, si à Chrysippo cõscriptam Iustitiæ imaginem intra se considerassent, cuius quidem forma talis erat: facie virginali, aspectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Ex imaginis istius autem significatione intelligi voluit Iudicẽm (qui Iustitiæ antistes est) oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contra improbos nocentésque immisericordem, atque inexorabilem, erectúmque & arduum, ac potẽtem vi, & maiestate æquitatis terrificum. Itaque si quilibet ista, an apud se essent, consideraret, non tam facilè officia ambiret, quæ, etiam oblata, hactenus acceptare nolui, timens ne in illis Deum meum offenderem: sed Iura tam Ciuilia quàm Canonica professus sum in multis Franciæ Vniuersitatibus, per quadraginta ferè annos. Verùm quia frequẽtiùs id temporis vtrumque ius in dies profitebar, & interdum duabus, interdum tribus horis quotidie prælegendo detinebar: non potui omnia ea, quæ è studiis promebam, conscribere, nisi quædam pauca, quæ omissa à Doctoribus fuisse, vel (fortè) non intellecta videbam: ista supplendæ & adiuuãdę

vtilitatis publicæ gratia, in meis libris per transennam ſcripſi, quæ poſtea collegi: & quàm breuiſſimè potui, diſputationes & faſtum reieci, ſimplicitate doctrinæ contentus, & ea quæ ſunt vtilia maximè tractaui, friuolas quæſtiones, & aliorum improbationes (quæ nihil aut parum proſunt) reieci, & circa tria maximè verſatus ſum, circa legis elucidationem, vtilitatem & obſeruationem iudiciorum, ne in vanum laborent deinceps ſtudioſi, circa inanes quæſtiones. Iſta (bone Lector) ſi boni conſulueris, alia mea omnia tibi depromam, maximè quæ in hoc iure dictaui: nonnulla etiam ſuper iure Canonicò, (ſi per ætatem liceat) palàm faciam.

Vale.

Ratio cur Digesta duplici ff. scribantur, & Paragraphi duplici ff. vniti, atque subincurui, notentur.

SOLENT *quidam, in his librorum initiis, multa inquirere & tractare, & maximè quamob causam Digesta soleant hac duplici litera ff. conscribi, cùm nullum f. sit in hoc verbo Digestum, vel Pandectarum. Respondet Catellianus Cotta, in secunda parte memora. in verb. Pand. quod duplex ff. denotat facta fuerunt, videlicet hæc Digesta, à nobis, Iustiniano: opus planè desperatum, quod ab aliis pluribus tentatum fuit, videlicet à Iulio Cæsare, Constantino & aliis, vt habetur in proœmio Instit. §. quorum. vel quidam existimabant duplex ff. fabrè factum, significare, quasi Iustinia. allicere voluisset ad legendos suos libros ingeniosos & artificiosè factos: vel olim sic, ſß. notati, duplici s. libri Digestorum fuère. At quia librarij putabant, propter aduncum vltimum s. esse f. ob id duplici ff. notauère. Sed propria fortè annotatio fuit duplici ſß. sic & denotabat hæc descriptio sanctiones sanctas, quia leges sunt sanctiones sanctæ. l. ij. de legib. ff. & in l. leges. C. illo tit.*

Neque enim approbo D. Alciati (olim apud Bituriges collegæ mei) sententiam, quam scribit lib. dispunctio. 3. c. 16. licèt illum sequutus fuerit Germanus (alioqui doctus) Iacob. Spiegel. in suo Dictionario, dicens Græcum π͂, cum accentu circumflexo, priùs in his libris descriptum fuisse, tum quòd Græci confractores literarum fuère, tum etiam quia adiuncto vnco, putantes duplex ff. deprauauère. Quod quidem acutissimis viris miror potuisse in mentem venisse: non enim est verisimile, cùm viri id temporis multi essent docti, quòd illam mendam non correxissent, tum etiam, quia verum potiùs, quàm mendum esse iudicare debemus, & quia inter duplex ff. & π͂ Græcum, maxima est differentia.

Adhæc, cùm hic liber Digestorum vocetur, seu Pandectarum, si π͂ in principio apposuisset Imperator, non notasset primis literis, pro more antiquorum, vt docet Valer. Probus in suo compendio de scripturis antiq. facit quod scribit Vlpia. in l. quotiens. §. primo. ff. de hæred. instit. Paul. in l. Lucius. de testa. milita. & in l. sed cum patrono. in fi. de bonor. possessio. Nempe Digestorum verbum præponitur verbo Pandecta. l. ij. §. sed cum. C. de veter. iure enucleand. & in proœmio Digestor. & Instit. & alibi semper scribitur Digestorum, seu Pandectarum, ergo litera D, veteres potius annotassent Digesta, quàm π͂, quia Digestum præcedit Pandectas. Etiam leges (saltem bona pars) Latinis fuerunt conscriptæ literis, vt probat d. l. ij. §. hoc autem. non Græcis, vt Alciat. asserit, extra tamen aliquos tutelarum libros, sicuti de excusation. tuto. qui penè sunt integri Græcè editi, quos indoctus aliquis in Latinum transtulit. teste Angel. Politia. in lib. Episcæ s. in fi. Hodie verò ingeniosè Anto. Augusti. Græcè & Latinè doctus, eos Latinitati donauit: qui demũ, ob suam excellentiam, & doctrinæ splendorem, in collegium Rotæ vocatus & cooptatus fuit, sunt tamen quidam typographi, qui solent notare Digesta per literam D, & rectè.

Παράγραφος, *siue paragraphus, sic inscribi apud Iureconsultos solet §. vt sit quædam linea clausa, seu figura ad separandam materiam à materia, quando separatio fieri debet, teste Accurs. in §. sed iste. in princip. de actio. in Instit. dicitur enim (secundum eum) à* παρὰ*, quod est diuisio, &* γράφος *scriptura, quasi diuisio scripturarum. Archidia. in c. humanum genus. in fi. prima dist. sequitur Lucas de Pen. in l. defensionis. col. penul. C. de iure fisci. lib. 10.*

Vel dicitur quædam figura, seu linea in longum protensa ad separandum res à rebus, à παρὰ*, quod est iuxta, &* γράφος *scriptura, quasi sit linea posita iuxta scripturam, ideò paragraphus, non paraphus dicendum est, licèt quidam breuitatis causa sic dicant, de quo scribit Cœlius lib. antiq. lectio. 8. c. 41.*

Παραγράφω autem est in margine annoto, seu exceptione submoueo & praescribo. παραγραφὴ verò dicitur huiusmodi annotatio, & scholium annotationis signum in margine scriptum. παραγραφὴ etiam apud Iureconsultos capitur pro exceptione, vnde Theophilus in rub. de except. in Instit. sic annotauit, περὶ τῆς παραγραφῆς, id est, de exceptione. παραγράφω etiam perperàm scribo significat, vt abundè docet Buda. in suis linguae Graecae Commentar.

Sed aduertite quaeso ad ea quae Imperator statuit in l. ij. §. eandem. C. de veter. iure enucleand. vbi poena falsi voluit eum plecti, qui leges per signorum obscuritates conscriberet. nunquid is, ipse statuto suo contrauenisse dictus est, notando sic Digesta duplici ff. vel sic paragraphum §. Respondeo, nequaquam: tum quòd non suae subijciatur legi. l. digna vox. C. de legib. l. princeps. ff. illo titul. tum quia fuère quidam qui sic notàrunt, non autem Iureconsulti. Etiam Iustinia. voluit nomina prudentũ, & titulos, ac librorũ numeros per consequentia literarum manifestari. Et sic sunt literae consequentes in rub. sunt etiam literae consequentes in pact. & aliis notis in hisce ferè contentis, quae permittuntur ab Imperatore, non verò signa, per quae olim veteres notabant leges. Legem enim clauibus, ff de contrah. emptio. signo clauis adnotabant: in l. cùm in diuersis. de religios. ff. caput pingebant. Authen. alearum. C. illo tit. aleis decorabant, & sic de similibus. Et ita prohibet Imperator in d. §. eandem. Etiam literarum annotationem tanquam obscuram reijcit, vt, S. P. Q. R. Senatus populusq; Romanus: illa quippè descriptio in legibus fieri solebat olim, quam reprobat Imperator ibid. sed non alias abbreuiationes, nec lineas §. aut ff. cùm non ducant obscuritatem, sicut alia signa quae praemisimus. Tamen ego existimarem, quemadmodum sunt imposita nomina ab interpretibus, vt dicatur Digestum vetus, nouum, & infortiatum, rationem quaerere superuacaneum, ita notulas istas ff. & §. de quibus diximus, ab interpretibus esse inuentas. Nusquam enim constat à Iustiniano & appellata & ita notata ff. Ideò caetera, in hoc principio dicenda, curiosis reliquam, & ad rem ipsam me accingam.

ELENCHVS SINGVLARVM RVBRICARVM SEV TITVLORVM, QVOS VOLVMEN HOC COMPLECTITVR.

INDEX LEGUM OMNIUM, QUÆ HOC *in volumine à D. Petro Rebuffo explicantur, serie alphabetica expressus, vt magis in promptu vnamquamque legem habere poßit Lector earum studiosus.*

Nemo

FINIS.

Summa Priuilegij Imperatorij.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti publico edicto cautum eſt Gulielmo Rouillio ciui & typographo Lugdunenſi, & ſancitum, nequis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis & conditionis, ſiue ſit chalcographus, vel bibliopola, ſiue alius quilibet, quacunque ſacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, hãc *Explicationem ad quatuor primos Pandectarum libros, nouáſq; eorundem & ſubtiles illuſtrationes: Auctore D. P. Rebuffo de Monteceſſulano, Iuriũ Doct. &c.* niſi ipſius Gulielmi Rouillij aut hæredum eius permiſſu, intra decennium eadem, aut alia minori forma excudat, aut excudendas curet, vendat ipſe, aut cuiquam diuendendas mandet, aut denique excuſas ab aliis intra eiuſdem Maximiliani & Imperij fines vendendas importet, ſeu quouis modo diſtrahat manifeſtè vel occultè, vel quouis alio prætextu: alioqui ſibi mulctam decem marcharum auri puri irrogatam ſciat, quarum dimidia fiſco Imperiali fraudis vindici, reſidua verò pars ipſi Gulielmo Rouillio, aut eius hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet, præter librorum amiſsionem: quos per ſe idem Rouillius, vel per ſuos, vbicunque locorum nactus fuerit, adiumento magiſtratus loci, vel citra, propria auctoritate ſibi vindicare, inque ſuam poteſtatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipſi edicto manu ſubſcripſit, & ſigillum apponi iuſsit Cæſarea Maieſtas, vt latius patet in ipſo diplomate dato Pragæ decimaquarta die menſis Iunij, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoquinto. Subſign.

MAXIMILIANVS.

Ad mandatum ſacræ Cæſ. M. proprium.

A. Estemberger.

Extraict du Priuilege du Roy de France & de Pologne.

Par grace & priuilege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille marchand libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer, vne fois ou pluſieurs ce preſent liure intitulé, Explicatio ad quatuor primos Pandectarum libros, nouæque eorundem & ſubtiles illuſtrationes, Auctore D. Petro Rebuffo de Montepeſſulano, Iurium Doctore, &c. *Lequel liure il a recouuré auec grand fraiz, miſes & deſpences: & pource eſt faicte defence de par ledict Seigneur a tous autres Marchands, Libraires, Imprimeurs & perſonnes quelcõques, de non imprimer, vendre ny diſtribuer en ſes pays, terres & ſeigneuries ledict liure, ſi ce n'eſt par le conſentement dudict Rouille: & ce iuſques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que ſera paracheuee la premiere impreſſion: ſur peine d'amande arbitraire, & de confiſcations des liures qu'ilz auroyent imprimee. Et à fin qu'aucun ne puiſſe pretendre cauſe d'ignorance du preſent priuilege, ledict Seigneur veut & entend que l'extraict d'iceluy eſtant mis au commencement dudict liure ſerue pour toute notification. Car tel eſt ſon plaiſir, nonobſtans oppoſitions & appellations quelconques, comme plus à plein eſt contenu & declaré par leſdictes lettres du priuilege. ſur ce donnees à Lyon le vingt-vnieſme Ianuier, mil cinq cens ſeptãtecinq, & de ſon regne le premier.*

Par le Roy, à voſtre relation, Signé, MORE.

Et ſeellé du grand ſeau en cire iaune à ſimple queuë.

D. PETRI REBVFFI COMMENTARIORVM AD IVS CIVILE, PARS PRIMA.

DE IVSTITIA ET IVRE. TIT. I.

SVMMARIA.

1 *Ius à iustitia deducitur.*
2 *In principiis non est errandum.*
3 *Iustitia allusio quæ sit.*
4 *Differentia inter definitionem & descriptionem.*
5 *Bonum & æquum quid dicatur.*
6 *Quomodo in lege condenda consideretur.*
Et an vnum ab altero separari possit. Ibid.
7 *Iurisconsulti quomodo sacerdotes dicantur.*
8 *Respublica vniuersa in tres ordines diuidenda.*
9 *Causa, ex quibus statutum cognoscitur illicitum.*
10 *Statutum magistratus. vt prehendens exulem, habeat centum, an valeat.*
11 *Impositio vectigalium iniusta, etiam iure diuino, potest fraudari.*

LEX I. VLPIANVS LIB. I. INSTITVTIONVM.

IVRI operã daturúm prius nosse oportet, vnde nomen Iuris descendat.]

1 *Iustitia prior iure.* INVOCATIONE DEI Optimi Maximi præhabita, videmus Vlpian. Iurisconsult. in hoc principio admonere eum, qui ius discere cupit, vt priùs cognoscat, vnde iuris nomen descendat: descendit autem à iustitia, & sic prius est iustitia, quàm ius, quod ostendit hæc rubr. in qua ipsa præponitur iuri, & quia iustitia ius suum cuique tribuit. l. iustitia. infra & §. primo. eodem tit. in Instit.

De principiis. Itaque ad principia nos aduertere Bald. monet,
2 dicens principia fores esse, in quibus nemo errare debet, quia modicus error in principio, est maximus in fine. Ideò cauendum est maximè, ne in portu (vt adagio dicitur) impingamus, seu in limine deficiamus: Nam scribit Arist. lib. 2. Elenchor. in fin. maximum esse principium omniũ, quare & difficillimũ, quantò enim potestate validissimũ, tantò mole minimum: difficillimum perspectu est, eó autem comperto, facile est adiicere, coaptaréque reliquum. Ait etiam Leo Episc. cap. principatus. 1. quæst. 1. Quæ malo inchoata sunt principio, vix bono peragi exitu.

Iuris definitio. Quamobrem Vlpian. hîc more b ..n Oratoris, in hoc principio commendat ius à bono & æquo, videlicet quod ars boni & æqui sit, quódque illius professores bonos efficiat, tam metu pœnarum, quàm præmiorum exhortatione, demum hanc disciplinam veram philosophiam, non simulatam esse docet, quæ omnia persequemur in sequentibus: alia literarum studiosis necessaria tractaui in scholastic. priuil. lib. 2.

Item, verbum, *oportet*, exponit Accurs. pro, decet, sed in sua significatione stare debet. Nam necesse est eum, qui iura scire cupit, vt prius noscat principia iuris. alioqui corruet eius studium deficiente principio, & fundamento. l. egi. ff. de except. rei iudic. Et sic propriè accipietur verbũ, oportet, vt abunde scripsi de eo in l. verbum oportebit. ff. de verb. sign.

Est autem ius à iustitia appellatum.] Alciat in lib. 1. Parerg. cap. 29. dicit, Grammaticos in Iurecõs. nostros (vt eius verbis vtar) geminum contorquere, quod ius à iustitia dictum tradiderunt, malúntque aliqui Isido. sequi, quòd iustitiam dixerit esse iuris statum. in c. forum de verb. sign. Ipse autem iustitiam dici putat, quòd vim sistat, sed vbi vis non erit, iustitia dici non poterit, si eius sententiam sequi volumus, aliáq; multa ibi scribit: quæ parũ placent, maximè quia longè petita videntur.

Vnde ego dicerem, Grammaticos fortè non pugnare cum Iurecons. si vtrique rectè intelligantur. Nam si quæratur, vnde ius descendat, Vlpian. hic à iustitia, ait, & ius ab ea appellatum, quia iustitia ius tribuit. l. iustitia. infra eod. Ergo iustitia prius tempore fuit, vnde ius producitur, sed si noscere velimus, quare vocetur iustitia. Respon. Isidor. quasi iuris status, & ita non pugnant Iureconsf. cum Isidoro; nec cum Grammaticis. Nam hîc Vlpia. docet ius à iustitia nomen sumpsisse, sed vnde dicatur iustitia, & allusio iustitiæ est, quasi iuris status, & sic vnus scribit originem, alter allusionem, quæ diuersa sunt, nec mirum, si non ad vnum tendant: facit cap. iustum. xxiii. quæst. ij. Et ius dicitur, quia iustum est. cap. ius generale. 1. distin. *Quomodo ius à iustitia descendat.* 3

Item, hîc definire Vlpia. dicimus ius quod tractat, non autem diuinum, de quo non loquitur, sed ciuile, collectum ex naturalibus, gentium, & ciuilibus præceptis. §. huius infra, eod.

A definitione duobus modis arguitur.

Nam, vt Celsus eleganter definit.] Colligitur definitionem amplectendam, & à definitione Iurisconsulti sæpius arguunt. vt in l. j. ff. de testam. l. j. de reg. iur. & hoc maximè duobus modis, negatiuè & affirmatiuè. Ita autem negatiue arguere licet: cui non conuenit definitio, nec definitum. vt, si dicamus creditorem eum, qui perpetua exceptione submoueri non potest. l. creditor. ff. de verb. signific. Ergo creditor non dicetur, qui submoueri exceptione poterit. l. is cui. in fin. ff. de actio. & oblig. vel, definitio non conuertitur cum suo definito, ergò nõ est bona. Vlpian. in l. j §. dolum. ff. de dolo glos. in l. finali. ff. de verb. sign. l. j. de capit. diminut. Bart. in l. j. ff. de testa. Et definitum non debet vltra definitionem extendi. vt ibi, & explicat Hegendor. in sua Dialect. legal. in argum. à definitione.

Affirmatiuè arguitur sic: definitio conuertitur cum suo definito, ergò est bona: vel, cui competunt definitionis verba, competit & ipsa res definita: glo. in §. j. de oblig. in Instit. Euerard. in tractatu de locis legal. in hoc argum. à definitione ad definitum. vt, si dicam necessarias impensas, quæ necessitatem impendendi habent. l. impensæ. ff. de verb. signi. l. j. ff. de impens. in reb dotal. fact. Sempronius necessitatem impendendi habebat, ergo sunt necessariæ impensæ vel, heres est, qui in vniuersitate bonorum succedit. l. hæreditas. ff. de reg. iur. Titius succedit in vniuersis bonis, ergò est heres. l. nihil. ff. de verb. signif. vbi
4 scripsi. Et regulariter definitio substantiam per essentialia explicat. teste Aristot. in Topicis & Boët. descriptio verò rei intelligẽtiam claudit. vt docet Bald. in l. maximum vitium. num. 6. C. de liber præter & And. Gammar. in sua Dialect. lega. lib. j. de loco à definitione. vide Aristo. lib. 2. resolutio poster. c. j.

Definitio quenã comprehendat.

Item definitio complectitur omnia, quæ sub re definita verè continentur, non autem quæ ficte, vnde maleficij definitio non comprehendit quasi maleficium §. j. vbi glos. de oblig. quæ ex delict. nasc. Et definitio castrensis peculij non comprehendit quasi castrense. l. fin. C. de inoffi. testam. quia aliud est esse, aliud haberi. l. mercis, ff de verb. signif. vbi plenè docui. tamen per eãdem rationem solemus decisionem de vno ad aliud extendere. vt ibi tradidi, & definire pro decidere, & decernere capitur in l. 1. §. doli mali. ff. vi bono. rapto. scripsi in l. j. in fi. de verb. sig.

Ius est ars boni & æqui.] In iure ergò continetur bonum & æquum. vnde dicit Aristotel. his verbis. lib. j. Rhetor. c. 13. quid bonum & æquum sit,
5 æquum & bonum & iustum esse videtur. Æquum autem & bonum est quod præter legem scriptam iustum est, quare si eum quis annullatus sit, manum extollat, vel percutiat, lege quidem scripta reus est, & iniuriatus est alteri. Verè autem non est iniuriatus, & id est æquum & bonum facit l. item apud. §. j. ff. de iniur. c. si quis pulsatus de pœni. dist. j. Et Cicero ad Herennium j. dicit artem esse perceptionem, quæ dat certam viam, rationemq; faciendi, & sic dicit Alcia. lib j. Parerg. cap. 30. nihil aliud esse ius, quàm æquitatis, bonitatisq; huius, in artem redacta, à Iurisconsultis nostris collectio. Ego mallẽ dicere ius nostrum esse artem, id est, præcepta & statuta bonitatis, & æquitatis, quia, teste Quintilia. ex præceptionibus cõsentientibus constituitur ars: si accipias redacta in artem, id est, in titulos & materias, sic poterit intelligi sententia Alciat. quia ius nostrum non est redactum in artem, vt Grammatica, Dialectica, & Rhetorica, & hodie quidam ad hoc se laborare dicunt, quod tamen nullus adhuc præstitit, sed optarem summopere. L. Crassum nunc superstitem esse, qui (vt est apud Cicern.) hoc præstare posset, & sic definitur hic ius, non scientia iuris, vt quidam arbitrantur. Nam scientia iuris est ipsius notitia. l. iustitia. §. iurisprudentia. infrà quæ est in Iureconsul. Sed non hic definitur, verum ius ipsum, quod est ars, id est collectio præceptorũ æqui & boni. nec definitur ius, eò quòd æquum, & bonum sit, sed quòd præcepta boni & æqui contineat, & in hoc iuris studio sunt quædam pronũtiata certissima, videlicet quòd ius aut est publicum, aut priuatum, vt inferius dicetur.

Ius quomodo, ars dicatur.

Quidam dubitant, an alterum sufficiat, videlicet 6
bonum, vel æquum in lege, vel cõstitutione condenda, & dicunt nõ sufficere, cùm ista coniuncta videantur, & effectus quodammodo coniunctus sit. Ego tamen existimarem ista adeò coniuncta esse, vt non possint à iure ipso separari, cum ius ipsum sit ars boni & æqui, sed vna cõstitutio potest aliquando continere æquum, altera bonum, vel è contrario. Vnde Pompo. ait natura æquum esse, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. l. Nam hoc. ff. de condict. indeb. Et æquum est, in l. si filiusfamilias. de tutel. & ratio. distrahend. Et conditores legum æquitatis conueuit esse fautores. l. hac lege. C. de pact. conuent. & Vlpi. scribit æquum Prætori visum est l. seruum. §. penul ff. de procur.

Alibi etiam Iurisconsul. ait bono publico introductam vsucapionem. l. j. ff. de vsucap. sic separat Cicero in Offic. vtile ab honesto, & interdum statutum æquum esse poterit, sed non bonum, vt in omnibus exemplis. l. legis virtus est imperare, vetare, permittere, & punire. ff. de legib. quæ optimè explicat Bal. in consil. 184. municipale in 5. vol. licet etiam vtrũq; interuenire possit, vt bonum & æquum sit.

De bono & æquo Iurisconsul. loquitur in l. 2. §. quid enim. ff. si quis cautio. l. eas. de capi. diminu. l. in noxalibus. de noxal ff. l. in summa. §. quod ob rem. de cõdic. indeb. l. iure. de iure dotium. l. si verò non remunerandi. §. si mihi manda. l. eorum. de dam. infect. l. consensu. de actio. & obliga. alia scripsi, in l. subsignatum, §. bona. ff. de verb. signif.

Æquum à bono quando separetur.

Et sic patet ista duo interdum separari, si diuersa significent, videlicet bonum pro vtili, & æquum pro iusto, vt in l. hac lege. C. de pact. conuent. sed quatenus in lege eandem significationem habent, quam ἐπιείκειαν Aristot. vocat, tunc æquum non separatur à bono, nec vnum ab altero, quia ius semper bonum & æquum est. l. penult. infra eodem & superius dictum fuit.

Lex qualiter examinanda.

Ex isto text. constat, quando lex sustineri poterit, nempe si contineat bonum, & æquum, aliàs erit pestis in patria. Et sic est lex examinanda an sit vtilis & iusta. vt scribit text. in c. erit autem lex. 4. dist. Et ego abundè docui in prœmio constit. Reg. in glo. j. Tomo j. de copula. etiam docui in l. coniunctionem, & l. sæpè. ff. de verb. signif.

Et quamuis lex dura sit, tamen æquũ & bonum continet vt l. prospexit. ff. qui & à quibus. Bart. & Ias. in l. ex facto. ff. de vulgar. vt dixi in interpretatione ad dictam l. prospexit.

Item Paul. Castrens. dicit, ius ciuile non esse de septem artibus liberalibus, nec debet his liberalibus artibus

artibus annumerari : quod verum puto,ſed computatur inter ſtudia liberalia, vt Diocler. ſcribit in l.j. C.qui ætate.lib.x. ſic, *Cùm vos affirmetis liberalibus ſtudiis operam dare,maximè circa iuris profeßionẽ,&c.* & l.oratione.ac l.medicos.de profeſſor.& medic. ibi. Et habent profeſſores iuris priuilegia liberalium artium, pluráque alia, cùm ſit ſanctiſsima res ciuilis ſapientia, quæ pretio nummario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda. Vlpian.in l.j. §.proinde. ff.de extraordin. crim. ego congeſsi centum octoginta priuilegia ſcholaſticorum (maximè iuris) interpretãdo authen.habita Anno 1519.in ſtudio Montiſpeſſulani, quæ tunc dictaui auditoribus meis.

Cuius meritò quis nos ſacerdotes appellat.] Quomodo iuriſperiti ſacerdotes vocari poſſint, videamus, cum ferè ſint laici, & requiritur, vt ſacerdotes Deo ſint dicati. cap.cleros. xxj diſtin. ibi, *Sacerdos enim nomen habet compoſitum ex Græco, & Latino, quaſi ſacrum dans, ſicut enim Rex à regendo, ita ſacerdos à ſacrificando vocatus eſt, conſecrat enim & ſanctificat, &c.*

Reſpond. olim ſacerdotes dupliciter dicebantur. Nam quidam ſacris Dei vacabant,de quibus ſuprà, & in l. non diſtinguemus. §.ſacerdotio. ff.de arbi. & ius diuinum ac pontificium maximè de his tractat, hóſque ſuo proprio nomine ſacerdotes, quaſi ſacra Dei miniſtrantes appellat.

7 Alij ſunt ſacerdotes, qui ſacris legibus operam præſtant.Nam leges ſacratiſsimæ dicuntur, quæ cõſtringunt hominum vitas ad benè, beatéque viuendum.l.leges ſacratiſsimæ. C. de legib. & in proœmi. Inſt. vnde ſicut ſacerdotes ſunt ſacrorum interpretes, & ſacra dantes,ita & hi ſacra legum, & æquitatis, & iuſtitiæ præbent : & ſicut ſacerdotes conſulti ſuper ſacris reſponſa præbent, ſic & Iuriſcon. ſuper iure.Ideò Scipioni Naſicæ(qui optimus à ſenatu appellatus eſt) domus publica in ſacra via data fuit, quo facilius conſuli poſſet. l.ij.§.iuris ciuilis.ff.de or. iur. Et Seruius Sulpitius iuris Antiſtes dictus, teſte Quintil. & doctores etiam ab Imperat. ſic vocantur. C.de decret. decurio. lib.x.

Vnde puto iuris doctores dici ſacerdotes,ſi publicè profiteantur:Nam tunc ſacra dant,& iuſtitiam colunt, ac notitiam æqui & boni habent, & eam artem profitentur, maximè ſi ſint ab ordine probati,& intra numerum recepti. l.ſi duas. cum l. ſequent. ff. de excuſa.tutor.

Ex quo infert Hoſt.in proœm.Summę.& Andreas Iſarnia in proœm. Feudor.doctores iura profitentes non minus mereri, quàm ſacerdotes, & religioſos, per id quod ſcribitur Daniel. 12.cap. Qui docti fuerint,fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti,& qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.Idem in iuſtitiæ miniſtris,qui iuſtè & rectè eam adminiſtrant,& non perfunctoriè. vt ſcripſi in proœm. conſtit. Reg.in primo tomo.

Offendens iuris doctorem, tenetur crimine publico.

Vnde inferunt Bal.& alij cõtra offendentẽ doctorem,& iuris ſacerdotẽ, vt teneatur crimine publico, ſicut ſi ſacerdotem ſacra Deorum adminiſtrantem offendiſſet.arg.l.ſi quis in hoc genus.cum authen.ibi poſita. C.de Epiſ.& cler.quia doctoratus publici iuris eſt,& debet publica,non priuata authoritate conferri.cle. ij.de magiſtr.In ſignum cuius datur legum doctoribus infula, ſicut principi, & olim ſacerdotibus gentilium. d.c. cleros. §.ſacerdotes.xxj.diſtinct.

Et ſicut iniuria facta ſacerdotibus dicitur atrox, ita & doctoribus. l.atrocem. C. de iniur. quia nihil ſtudioſum magis eſt Imperatoribus, ſicut ſacerdotum honeſtas, cum vtique & pro illis ipſi ſemper Deo ſupplicent. Iuſtinia. in authen. quomodo oporteat Epiſc.colla. j. Ideò procurator Regius debet proſequi & inſtare contra hos ſceleſtos,qui horum alterutrum iniuriis afficiunt,quod etiam vidi in Frãcia ſeruari cum ius publicum reſpiciãt, vt inferius dicetur.

Iuſtitiam namque colimus, boni & æqui notitiam profitemur.] Vlpia.dixit ius eſſe artem boni & æqui, & meritò profeſſores illius ſacerdotes vocari, quia iuſtitiam colunt, & exercent, boni & æqui notitiam profitentur,æquum ab iniquo ſeparãtes, &c. Et tranſit de tertia perſona ad primam, vt planiùs oſtendat: *Nos Iuriſcon.colimus iuſtitiam,æqui & boni profitemur notitiam*; Et ſic iuſtitiæ exercitium committendum non eſt,niſi Iuriſperitis,qui iuſtitiam exercent, & colunt, ac boni & æqui notitiam profitentur:aliàs ſi in manus Medicorum reſpub. gubernanda inciderit,ægritudinem incurrere poterit, & ſi ignaris committatur, aut cæcis,ambo in foueam cadent. Vnde dicebat Æſchines ; Hoc etiam reputate, quod ſi munera paucis eiſque condignis,& ſecundũ leges contuleritis, multos vos habituros pro virtute certantes:ſi autem cuilibet cupienti, & his, qui nihil egregium fecerint,gratificemini,frugi etiam ingenia corrupturos. Et Ariſt.lib.v.Ethic.cognoſcere iuſta & iniuſta,nullam ſapientiam putat,quoniam de quibus rebus leges loquuntur non difficile eſt intelligere,ſed iuſta facere, maius negotium eſt.Ideò dicit iſte text. *Profitemur, & colimus*, quod in exercitatione boni & æqui conſiſtit.

Æſchinis præclarè dictum.

Ex his inferri poteſt, illam conſtitutionem minimè bonum & æquum continere,quæ diſponit, vt hi ciuitates regant,& Reſpublicas,qui notitiam æqui & boni non habent : quia ignaris committere adminiſtrationem, eſt ſimile his qui manibus furioſorum gladium committunt,éſtque contra ſtatuta, & Iuſtinia.in proœm. Inſtit.in fi.vbi ait, Rempublicam credendam Iuriſperitis. Et Pythagoras Samius Philo- 8
ſophus cenſebat vniuerſam Remp.in tres ordines eſſe diuidendam, & vnum quidem eſſe bonorum ordinem publica negotia gubernantium : alterum, ex viris robuſtis conſtare : tertiũ ex illis, qui res neceſſarias exoptant ac ſuppeditant ; nomino autem primum ordinem conſiliarium, ſecundum auxiliarem, tertium mechanicum. Cõſiliarium imperare oportet:mechanicum parere:auxiliarem verò vtrumque. Conſiliarius quid agendum ſit conſiliis præfinit. At auxiliaris dum propugnat,totam mechanicam multitudinem regit : quatenus autem ei præſcribuntur conſilia,regitur.

Ignaris administratio non eſt committenda.

Etiam apparet Conſiliarios, vel iudices creari nõ debere,niſi notitiam boni & æqui habeant, quam per leges conſequuntur : & ſic falluntur tota via Rhetores,& Grammatici : ac Philoſophi, qui iudicare volunt ſine iure, cum non habeant notitiam æqui & boni:nec præcepta artis nouerint : ſicut, ſi quis vellet domum conſtruere, & numquam didiciſſet artem illam, maximè cum Iuriſperitis prohibitum ſit exẽplis iudicare. l. nemo. C. de ſentent. & interloq. omn.iud.

Exemplis non eſt iudicandum.

Nec me conturbat l.certi iuris.C.de iudi.vbi magiſtratus militares iudicare poſſunt, verùm de re mi-

litari cuius quidem cognitionem habent quia tam per vsum quotidianum, quàm per militares regulas in his experti sunt, aliàs non possent iudicare. Nam tu pe esset eis si ignorarent militarem disciplinam, in qua versantur. l. ij. §. Seruius autem. ff. de orig. iut. & in d. l. certi iuris dicitur; quid enim obstaculi est hominibus, qui cuiusdam rei notitiam habent, de ea iudicare? & sic non de alia, vt in l. expertes. C de decurio. lib. x. Inde fuit derisus Phormio ab Annibale in Calcide. cum coram illo de re militari dissereret: At licet isti, de re, de qua notitiam habent, iudicare possint, de bono tamē & æquo non, cū illorum notitiam non habeant. Et sic generales causarum iudices constitui non poterūt sicut iurisperiti, vnde pulchrè Aristot. lib. j Ethicor. cap. ij. his verbis scribit: Hæc enim ciuilis facultas, & quas scientias in ciuitatibus esse, & quales quæque discere, & quousq; oportet, instituere solet. Eas præterea facultates, quæ summis afficiuntur honoribus, vt rei militaris, teiq; familiaris facultatem, ac oratoriam artem, huic subesse facultati videmus. Cū igitur cæteris actiuis scientijs hæc vtatur, & leges ferat atq; instituat quid quisque agere, & à quibus abstinere debeat, & huius finis cæterarum omnium facultatum contineat fines, non est mirum si Vlpian hîc eam commendet.

Iuris ciuilis facultas quid contineat.

Ex quo patet curiarum supremarum iudices, seu consiliarios doctos esse in hoc iure oportere, aliàs, quomodo iudicabunt ex bono & æquo, si illa ignorent? Nam cum ad bonum & æquum redigendæ sint sententiæ illorum, l. quod si minor. §. j. ff. de minor. non possent profectò sententiæ eorum per Plautum, & alios similes ad bonum & æquum reduci, nisi per iurisconf. scientiam, cùm æquitas sit legis voluntati coniunctissima, sequaturq; eam quocumque tendat, siue ad humanitatem, siue ad acerbitatem, vt docet Francisc. Cona. lib. j. tit. de æquita.

Hodie tamen, quidam ignari iudices, etiam supremi, tota falluntur via, existimantes maiorem notitiam æqui & boni se habere, quàm in iure inueniatur: certè cùm in hoc iure sint præceptiones collectæ boni & æqui, & sit ars, nescio si in momentaneo capite alicuius, maius æquum & bonum oriri poterit, quàm in iure, in quo est collectio præceptorum boni & æqui; nisi in his fortè quæ præter ius sunt, vel quando lex est ambigua: aliàs non est innitendum prudentiæ suæ, vt docet Papa in c. ne innitaris. de cōst.

Cum igitur ius scriptū sit certum, æquitas autem, quæ iure scriptum non est à prudentum iudicio pendet, de quo rectè censere nō cuiuslis est iurisperiti, sed eius, qui artem hanc plenè nouit. Nam non parui negotij est, æquitatem istam inuenire, hoc Vlpia. tradidisse videtur. ff. de Religios. & sumpt. funet. l. & si quis. §. hæc actio, quæ funeraria dicitur, ex bono & æquo oritur. Aequum autē accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est, ex causa, ex tempore, ex bona fide. Igitur illa, quæ lege comprehensa nō sunt, ex bono & æquo interpretationem & emendationem accipiunt. vt probat Imperator in §. præterea. de actio. in Instit.

Item iudices, si coram eis de re medica agatur, medicos consulere solent: si de re rustica, rusticos. l. si chorus ff. de lega. 3. quia vnicuique in sua arte standū esse, statuit §. præterea. de rerum diuis. in Instit. vbi glos. & sic de omnibus Iurisperiti iudicare poterunt, maximè cum consilio peritorum artis.

Vnicuique in sua arte credēdum.

Æquum ab iniquo separantes.] Æquum pro iusto accipi frequenter compertum est, cui iniquum opponitur. Cicero in Partitionib. ait directum & verum, & iustum, & (vt dicitur) æquum & bonū. l. diem proferre. §. stari autē debet sententiæ arbitri, quam de re dixerit, siue æqua siue iniqua sit. ff. de recept. arbi. inde æquæ mēsuræ nō iniquæ. in l. itē quæritur. §. si quis mensuras. ff. loca. & Arist. lib. v. Ethic. c. j. ait iustum esse, quod est legitimum, & quod est æquum: iniustum verò quod est cōtra leges, & quod est iniquum, idem Arist. c. 2. & 3. ibid. & c. x. ait æquū & bonum iustum esse: & idem, est ergo iustum, atq; equum & bonum, estq; hæc natura ipsius æqui & boni emendatio legis ea ex parte, qua deficit, ob vniuersale, hæc enim est causa, &, vt non omnia sint lege comprehensa, quia de quibusdam impossibile est ponere legē, quare decreto opus est indefinito: Nāq; rei indefinitę & regula est, sicut & ædificationis Lesbia norma, ad lapidis enim figuram mutatur, & non manet, & decretum ad res ipsas simili modo, ideò multa relicta sunt iudicis arbitrio. l. j. ff. de effracto. Ex quo patet ad Iurisperitos spectare separare æquū ab iniquo, & super his statuere, ac quantum æquæ mensuræ vel pondera continere debeant. l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. vbi dicam.

Licitum ab illicito discernentes.] Ex hoc text. colligitur ad Iurisconf. pertinere, discernere licitum ab illicito: quia omnia licent dicit diuus Paul. primæ Corinth. 6. nisi quæ lege prohibita sunt. Concupiscentiam, dicens, nesciebam peccatum esse, nisi lex prohiberet. c. Nam concupiscentiam. de constit. quod per legem non licet, interdum necessitas facit licitum. c. quod non est. de reg. iur. quia necessitas nō habet legem l. j. ff. de offi. consul. vbi dicam. Et licitū interdum expedit, interdum non, quod cognoscitur per legem. c. sic enim. vers. ita sanè. 28. quæst. j.

Itaque tria necessaria præcipuè, in omni negotio esse attendenda, docet Papa in c. magnæ. de voto. videlicet, quid liceat, secundum æquitatem: quid deceat, secundum honestatem: quid expediat, secundum vtilitatem, & in coniunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed & quod honestū sit. l. semper. de rit. nup. ff. cum ergo licitum appareat per legem iurisconsultorum est iudicare de licito, & illicito, de æquo & bono & ista est illorum legitima professio. Et quamuis iniquum ferè naturā intelligatur, tamen licitum & illicitum legitima sanctione perpenditur, vt hîc constat.

Tria necessaria in omni negotio attendenda.

Ex hoc apparet, cùm ius in bono & æquo versetur omnes fallacias (quas cautelas dicunt) hoc iure improbari, & illicitas esse. l. j. ff. de dolo. l. natura. vbi scripsi, ff. de verb. signif. vnde Cæpol. & alij, qui has fallacias scripserunt, melius prouidissent animabus suis, si eas omisissent, quia virum iniquum & dolosum abominabitur dominus: Nisi fortè quis has fallacias conscribat, vt ab illis lectores caueant, ne ab iniquis (his vtentibus) decipiantur; quod potius factum præsumendum est.

Cautela de iure illicitæ.

Nota tamen causas, ex quibus constitutio seu statutum cognoscitur illicitum. Prima est, quādo prohibetur debita obedientia superiori. Secunda quādo expensarū grauamen suggerit. Tertia quando vetat concordiam fieri litis. Quarta, si compellat iniustam mouere litem. Quinta, si prohibeat liti renuntiare. Sexta, dum ad peccandum inducit. Septima, omne 9

statutum

statutum inducens contra superiorem conspirationem est licitum.c.j.de verb.signif.in vj. vbi Domi. & Philip.vide in c.venientes.de iureiurand.

Bonos non solùm metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, &c.] Et sic proprium legis est malis pœnam, & bonis præmia constituere, per istum text. & c.si vos. xxiij.q.v. Et sic ius statuit, vt boni homines fiant partim præmiis, partim metu pœnarum, vnde Horatius:

Oderunt peccare mali, formidine pœna:
Oderunt peccare boni, virtutis amore.

Facit text.in l.seruos. C.de agricol. & censit.lib.xj.& §.illud. 2. in auth. neque virum quod ex dote.colla. 8.glos.similis.in c.irretragabili.de offi.ordi. & in cap. cum quidē præben.in vj. Et Imperator statuit præmia bene merentibus tribuenda.in l.vt virtutum. C. de statuis & imag. l.ij. §.hoc autem.de offic.præfect. prætor.Aphricæ.vide quid Plato dicat lib.34.de leg. vel legum latoribus dialog.xj.cur scelesti puniantur, sic scribens: Pœnis verò maligni vexantur, non quia peccauerūt, nam quod factum est, infectum esse non potest, sed vt posthac & peccatores ipsi, & qui puniri iniquitates viderunt, iniustitiam oderint, aut saltem minus in simili vitio peccent, & vt pœna vnius sit metus multorum. l. j. C. ad leg. Iulian. repetundar.

Platonis elegans dictū de pœnis scelestorum.

Etiam eò confiscationes bonorum inductæ sunt. Nam multi metu amissionis substātiæ potius à malo se continent, quàm propter Deum. vt asserit Iustin. in §. si quis igitur. in authen. de non alienand. rebus ecclesiæ.colla.2. Et sic potius timetur fiscus à multis malis, quàm Deus. teste Guido. Papa in statu.si quis. in verb. applicandis. vide c.factæ.iiij.dist. & casus in quibus peccandi facultas retrahitur. scribit Luc. de Penna.in l.prima. C.de fabric. lib.xj.

Bonorum confiscationes cur inductæ sint.

10 Inducit Bart. istum text. ad quæstionem, verum magistratus ciuitatis possit statuere, vt prehendens exulem habeat centum: & certum est posse, sed tria ex hoc dubio dissoluenda sunt: primū, magistratum hoc statuere causa cognita posse, sicut alia solet, vt per Bart. & alios in l. j. ff. quod quisque iuris. & in l. cum nauarchorum.in fin. C.de naucula.lib.xj. Nec esse hoc statutum ambitiosum constat, quòd vtilitatem Reipub.contineat, & sic non obstat l.ambitiosa. ff. de decre.ab ordi.faciend.

Secunda quæstio erit, an illa centum fiscus teneatur præstare. Respon.non teneri, quia non potest iudex ex pecuniis principis, non consentiente principe, disponere. l. vnica. C.de præbend.sal. lib. x. l. iij. §. planè.ff.quod vi aut clam. l. diuus.de bonis damnato. l.lege Cornelia.de Senatusc. Sylla.

Vltimò, dum Bart. dicit saltem expensam, ad capiendum bānitum (vt ipse vocat) posse à fisco repeti. per l.mulier. ff.de capt.hoc intelligerem verum esse, quando non esset pars, quæ prosequeretur, alioqui pars ipsa ad expensas teneretur.vt docet Bal.in titul. hic finitur lex col.j.in Feud. Henric. Bohir.in c.ad aures.ij.dist.de symo.& Aufrer.refert in decis.Tholos. q.xlj. Alioqui iudices facilè non debent ista statuere, nisi de principis, aut partis prosequentis consensu, aut nisi de suo præstare vellent, quod esset illis maximè durum, qui officium emerunt omnibus aliis suis distractis bonis. vide quæ Bart. & Ias.scribunt in l. iiij. §.si tibi.ff.de condictione ob turp.caus.& in l.solent. de præscrip.verb.

Et sic fieri constitutiones debent, vt vtilitati publicæ possint prodesse, non autem soli principi, aliàs nō constitutiones, sed destitutiones vocabuntur. c.fi. de reb.eccles.non alienand. l.fi. C.de debito.ciuitatis. vbi Iaco.Rebuf.lib.xj. l.vna. C. de caduc. tollend. hodie verò omnes ferè constitutiones tendunt ad solum principum cōmodum, & ad perniciem populi, adeò quod definitio Trasimachi apud Platonem seruatur, quâ ius dicit esse, quicquid potentiori est vtile. quod tamen hìc reprobat Vlpian.dicens ius à iustitia descendere, non à commodo potentis.& idem diuus August. libr. xjx. de ciuita.Dei scribit. & Thomas Aquinas. & qui has leges fieri procurāt, iniquitatem fouent, illicita recipiunt, iniustitiā colunt, veriq; apostatæ, & nō sacerdotes iuris sunt, Pilati vestigia insequentes, & quandoq; (nisi resipiscant) cū illo ardebūt.

Cōstitutiones quomodo fieri debeant.

Ex quo sequitur licitum esse, iure etiam diuino, fraudare iniustam vectigalium legem, & impositionem, vt concludit Bart.in l.vectigalia. ff. de publica. Panor.& alij in c.j.de constit.facit gl.in ver.malignātium.c.cupientes. de elect.in vj. 11

Quid enim legū finis est, nisi vt homines boni fiāt per leges? quod duobus modis fit, præmiis videlicet, & metu pœnæ: & olim omnes leges ad commodum publicum respiciebant. l.j.C. de fabricen. libr.xj. vbi Luc.de Penna.xiij.casus conscribit, quibus homines à peccatis retrahantur, & sic non valet constitutio, per quam benemeritis præmia denegantur, & malemeritis iusta pœna non irrogatur.

Legum finis.

Accurs.docet hìc quomodo metu pœnæ quis fiat bonus, vt in transactione iurata, cōtra quam quis veniendo fit infamis. l.si quis. C.de transactio. dicit e ius nostrum varias statuisse pœnas in scelestos & cōmittentes crimina, tam capitalia, quàm non capitalia. vt in titul.de public.iud.cum aliis titul. vsque ad titu.de appellation. & in titul. de furt.cum sequent. & metu istarum pœnarum homines boni fiunt, vel fieri debent. l.fin. C.ad leg. Iulian. repet. Item exhortatione præmiorum, cum boni donantur honoribus, & muneribus. vt in titul.ff. de Senator.& toto hoc lib. ac in titu. de munerib.& honorib. Etiam bona auferuntur hominibus iniquis per confiscationem. vt in titul.de bonis proscripto. C.quæ cōseruantur per leges bonis. l.fi.infra de legib.de præmio Cicero etiam tractat in lib.ij.de Inuentio.c. de iuridiciali, vbi rationem præmij in quatuor distribuit partes.

Faciēs cōtra transactionem iuratā, fit infamis.

Veram Philosophiam, non simulatam affectantes.] Quidam in text habent, *affectantes*, quòd Iuriscon.cum affectu & anxiè veram quærant Philosophiam, non simulatā: alij habent *affectantes*, quæ in idem ferè reincidunt: videlicet, quod ipsi Iuriscon. veram sequantur Philosophiam, nō simulatā, & ipsi eam quærant propter seipsam. vt dicit Cicero lib.j.de Legib. per se ius esse expetēdum, & colendū. quod si ius, etiam iustitia, & sic non propter lucrum, vt statim dicemus, & Io.Fabr.in procemi. Inst.scribit.

Simulatam, secundum quosdam, Philosophiam sequitur, qui, vt diues fiat, Iurisconsultorum profitetur Responsa, quia veri Philosophi pecuniam & diuitias contemnunt. l.sed & reprobar.j.ff. de excu.tutor. vt patet de Crate Thebano, qui magnum auri pondus abiecit, cū ad Philosophandum Athenas pergeret, vt refert Hiero.c.ad negotia.& in c.gloria episcopi. xij. q. ij. sed de hac iste text.non intelligitur, quia vulgò dicitur.

Dat Galenus opes,& ſanctio Iuſtiniani,
Ex aliis paleas,ex iſtis collige grana.

Ea tamen inteotione vt quis ditetur,fieri ſtudium non debet, ſed vt bonus & iuſtus fiat,qui ſtudet, & poſtea algebit,ſi doctus & iuſtus ſit in Francia. Nam Heſiodus ſic ſcribit,libr.j. ἔργα καὶ ἡμέραι vocato.

Vir bonus aut iuſtus nullius fiet honeris,
Sed magis inſignem ſua per ſcelera,atque rapinas,
Suſpicient:cedet ius dextra,nec pudor vllus
Notus erit, fallet probum & improbus ore doloſo
Verba obliqua loquens, periuriáq; inſuper addens.

Adhæc ſimulatam Philoſophiam affectant, qui ſtudent vt ſciantur,& videantur, vt Rhetores, quorum finis vana eſt gloria. vnde Ariſtot. in ij. Ethic. ait: Opus morale ſumpſimus, non vt ſciamus, ſed vt boni fiamus.

Sed qui ſtudent,vt poſt ſtudium detur eis Reſpublica gubernanda,non ſimulatè agunt,vt Iuriſperiti: quibus hoc pollicetur.Iuſt.in §.fin.in procemi.Inſtit. At pecunia regit,& homines præficit nunc. Ideo dicebat quidam Iuriſperitis Rempub committendam, ſi illam emāt,quod eſſet abſurdū.De quintuplici fine ad quem fit ſtudium,ſcribit Hoſtieo.in ſumma. in §. fi.in procem.Et Archidiac.in c.nōnne.xxxvij.diſt.ſimulatam verò Philoſophiam profitētur patroni cauſarum, qui contra iura conſulunt io animarum ſuarum perniciem:veram autem profitentur, qui pauperibus gratis, & omnibus aliis,iure conſulunt, nec deſperatam cauſam ſumunt.l.rem non nouam.§.patroni.C de Iudic.

Quintuplex ſtudiorum finis.

Philoſophia duplex eſt, naturalis, & moralis. vt Ariſt. docet. Ius autem noſtrum tractat potiſsimè de morali, quæ diuiditur in Ethicā,quæ ſeipſum regere docet: vt, ne quis tranſgrediatur muros ciuitatis, & peteat:ſicut Rhemus. l.fin.ff.de rerum diuiſ.& docet etiam hanc Iuriſc. io l.hæres. ff. de negot geſt. l.j. de inoff.teſtament. & alia innumera extant de Ethica, in iure exempla.

De Oeconomica,quæ docet regere familiam,tractatur in titul.de liber.aguoſ.ff.& C.de emenda propinquo & ſeruo.& alibi.

Politica autem,populum regere docet,vt in toto fermè hoc lib.j.& ius noſtrum penè repletum eſt hac Philoſophia:ita vt nō dicam difficile,verum impoſſibile eſſe, iuſtè & benè eum poſſe regere populū qui non calleat ius iſtud.Itaque quando Reſpublica regitur ab ignaris, labefactatur, ſubuertitúrque penitus, adeò vt nihil certi in ea ſit.Sed nunc vnum ſtatuitur, cras aliud,quia ſtatuentes nihil certi in capitibus habent, quod procedit ex ignorantia, & ſtoliditate.vide quæ ſcribit Iohan. Fab. & Chriſtopho. Porc. in procem.Inſtitut.

Dicet Philoſophus & Rhetor ſe profiteri ſcientiā moralem, & ſic Iuriſperitos eſſe, quibus reſpondet Barba.in repet c.Raynaldus.coll.clxxxij. de teſtam. Philoſophiam moralem,in qua verſantur iſti, inducere quidem homines ad bene beatéque viuendum, ſed hæc vera legalis Philoſophia, nō ſolum inducit, verumetiam iubet, ac punit,& cum imperio loquitur;Philoſophi quidam ſuadent,& interdum pereūt. Nónne Plato in Phædro ſuam captiuitatem, & Zenonis tormenta refert?& Socratem cicuta, Senecam quoque,& alios ad bonum inducentes,periſſe?Et ius noſtrum rebelles punit,quod non facit ſimplex Rhetorum Philoſophia: ob id iſta iuris ciuilis Philoſophia omni alteri eſt præferenda,vt docet Cicero lib. j.de Orator.vbi plus dicit,libellum xij.tabula. ſuperare authoritate, & vtilitate,omnes Philoſophorum bibliothecas.

Ni fallor.] Trahunt doctor. iſtū text. ad teſtes, qui ſi deponant per hæc verba(ni fallor) eis non creditur,niſi addant rationem per ſenſum corporis, videlicet,vidi mutuare centum, ni fallor. per l. ſolam. C de teſtib.& l.teſtium.ibidem.& idem in aliis verbis, videlicet, iudicio meo, videtur, fortè, credo, & aliis, quia attenditur cauſa dicti, non verò verbum, credo, vel videtur, & iſta eſt breuis reſolutio doct. hic.& in c.in præſentia.de proba.Alex.conſil.lxxiiij. viſo teſtamento.io j. vol.& conſil.cxlvij.ponderatis. col.penul.in ij.vol.

Teſtibus deponentibus per verba (ni fallor) an credendum.

Sed in his aduertere debet inquiſitor, ſeu cōmiſſarius, qui hos teſtes audit, vt moneat iſtum teſtem ſic deponentem, an certus ſit,quod deponit, verum eſſe: & ſi reſpondeat ſe certum, & verum eſſe, non debet iſta verba ſcribere,ni fallor,vel videtur,credit, iudicio meo: ſed ſimpliciter debet dicere talem. N. teſtem dixiſſe.talem N.debere centum.Iſta ſcit,quia vidit mutuare, & ſimilia: alioqui titubaret iſta depoſitio tanquā dubia,verū quia iſta eſt propria materia teſtium, quæ tractatur in ſuis locis, ideò ad eos vos nunc reiiciemus: maximè etiam, quia conſcripſi eā abundè in tract.de reproba.& ſalua.teſtium. De hoc verbo (ni fallor) vide Caium in l.j.infra de orig.iur. & veritatem fallat.in l.j.§.quæſtioni. de quæſt.de fallacia in l.j.de dolo.infra. & in l.ea natura.de verb.ſig. vbi ſcripſi, ne plura.

SVMMARIA.

1 *Differentia quæ ſit inter publica,& publicè vtilia.*
2 *Sacerdotes alij ſtipulari poſſunt in ſacris, ſecus in profanis.*
3 *Clericus recipiens inſtrumentum in fauorem Eccleſiæ ſuæ, non incidit in pœnam falſi.*
4 *Secus ſi tanquam notarius inſtrumentum ſcripſerit.*
5 *Ius Ciuile quodnam ſit,quod publica reſpiciat.*

§.Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, publicum,& priuatum.

SVperius Vlpian.dixit, eum, qui iuri operam nauare vellet,prius noſſe oportere vnde iuris nomē deſcendat, & quid ſit, dicens eſſe artem boni & æqui, cuius meritò, &c. Demum quia in hoc ſtudio iuris duæ ſunt poſitiones, quæ dicuntur pronunciata, ſeu enunciata cuiuſque ſcientiæ, ac diſciplinæ propria, quæ certa habentur, & in controuerſiam non veniunt: vel poſitiones duæ ſunt, huius ſtudij Iuris,id eſt duo tanquam fundamenta ponuntur, videlicet publicum & priuatū: publicum, tanquā nobilius & vtilius præpoſuit, ſicque definit, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat,& hoc olim,quando Romani dominabantur,procedebat. hodie dicerē ius publicum eſſe,quod ad ſtatum Imperatoris,vel alterius ſummi principis ſpectat.

Priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem. §. fin. hoc titul.in Inſtit. Cicer. tameo in libr. ij.de inuent. Rhetor.& in Partit.& itidem in lib.2.de Legib.aliter accipit,vt ibi videri poteſt.

Sunt enim quædam publicè vtilia, quædam priuatim: in libris antiquis iſta verba non habentur,ſed

in nouis

in nouis. & Iurifcon. hic docet quædam esse publica, alia verò publicè vtilia: publica ea sola sunt, quæ populi Rom. sunt Vlpian. in l. bona ciuitatis. ff. de verb. signifi. scribit. Publica vectigalia accipere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, & metallorum, & piscariarum. Idem Vlpian. in l. inter publica. ibidem. vbi alia dixi. Et sic quædam sunt publica, quædam verò publicè vtilia. publica, principis statum respiciunt, vt vectigalia: publicè verò vtilia sunt, vt, ne vrbs deformetur ruinis. l. prætor. §. hoc interdictum. ff. de noui oper. nunt. Publicè interest dotes mulieribus conseruari. l. j. ff. solu. matr. & testamenta executioni mādari. l. vel negare. ff. quemadm. testam. aper. Et ne quis re sua male vtatur. l. ij de his qui sunt sui, vel alie. iur. § fin. illo tit. in Insti. Alia plurima scripsi in præfatio. ad leg. vnic. C. de sent. quæ pro eo. quod interest.

Publica vectigalia quæ dicantur.

1

Publicum itaque respicit principis statum, & reip. vtilitatem principaliter, & ob id promouetur à procuratore Regio solo: publicè vtile, siue principaliter, siue secundariò, à parte promouetur, iuncto procuratore Regio, vt statim dicetur.

Publicum ius in sacris, sacerdotibus, & magistratibus consistit.] Quia status principis diu conseruari non potest, nisi sacra, sacerdotes, & magistratus tueantur, ideo Vlpian. hic docet publicum ius in his consistere.

Itaque sicut sacra publici iuris sunt, & actio popularis pro his datur, ita & sacerdotes, qui sacris vacant, & illa exercent: quia parum esset habere sacra, si non essent, qui ea exercerent. l. ij. §. post originē. ff. de orig. iur. ideo, hi maximè, in duplici differentia apud Gentiles erant. Quidam sacris & cæremoniis præerant. Alij fatidici vocabantur, fata dicentes, quique fata incognita interpretabantur. vt est apud Ciceronem de Legib. qui recitat etiam legem duodecim Tabul. talem apud veteres fuisse. *Qui non paruerit sacerdotibus, capitale esto.* Et sic lege XII. Tabul. Iniuria sacerdotibus facta capitali supplicio punienda erat, etiam facta magistratui. Nam qui manus intulit præposito, capite puniendus est. l. omne delictum. §. j. ff. de re milit. quod pulchrè ostendit Liuius ab vrbe condita, & ista dicuntur publica, quia vindicta cuilibet de populo competebat, & dabatur actio popularis. l. prima, & per totum. ff. de popul. actio. summáq; in his versatur vtilitas publica. c. ius publicum. prima dist. vnde infert Ioan. de terra Rubea, in tract. 2. tract. secund. in fi. multò magis publicum versari circa suum principem, vt quisq; eum tueatur contra rebelles, sicut apes faciūt.

Sacerdotes in duplici differentia.

Itaque hodie in hoc Franciæ regno, hæc publica à procuratore Regio prosequi solent, nec priuatus ea promouere volens audiretur, nisi aliquod priuatum commodum prætenderet, seu aliquod interesse, & tunc iungitur is priuatus procuratori Regio: si autem præcipuè priuati intersit, publicè tamen secundario, tunc pars promouebit negotium, & procurator Regius adiunget se pro eo, quòd publicè intersit, & sic seruat vsus forensis.

Publica in regno Franciæ à Procuratore Regio solēt promoueri.

Nec interest, an procurator cum parte, vel ipse solus prosequatur causam. Nam si solus, non solet procurator Regius condemnari ad expensas, nec pars aduersa sibi: sed si parti procurator sit iunctus, vel contra, ad expensas pars condemnabitur parti, procurator autem non, ne ius Regium & publicum, ratione expensarum, diminuatur. Et quia monente officio iste procurator prosequi tenetur. l. monente. C. de delator. lib. x. l. illud. de petitio. hæred. scripsi in tit. de electio. deroga. glo. aduocatum. in Concor. Franciæ. in xv. priuileg. vbi priuilegia procuratoris & aduocatorum Regiorum conscripsi. Ista sunt publica, maximè sunt vtilitatis: quia ius publicum, pactis priuatorum, mutari nō potest. Papin. in l. ius publicum. vbi plenè Accurs. & doctor. alia tradunt. ff. de pact. Rescriptum contra ius publicum, fortè ne tributa soluantur, nullius est momenti. l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offer. & io tit. si contra ius vel vtilita. public. l. in fraudem. de anno. & tribut. lib. x. Etiam hoc ius procurator Regis prosequitur, vt superius dictum fuit.

Et quamuis ius publicum consistat in sacris, & sacerdotibus, vt tueantur, & ab omnibus defendantur, non tamen vt ipsi principes seculares de ipsis sacris cognoscant, nisi in negligentia prælatorum. vt c. principes sæculi. nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterùm intra ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi, vt quod non prævalent sacerdotes efficere per doctrinę sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. xxiij. quæst. v. cognoscant principes sæculi Deo se esse reddituros rationem propter ecclesiam, quam Christo tuendam suscipiunt, si non eam rectè tueantur, sed potius opprimant. vnde Iustinia. scribit io §. finimus. in auth. de non alienan. reb. eccles. col. 2. non multum differre sacerdotium & imperium, nec res sacras à publicis & communibus.

Et sic inferunt interpretes, istos sacerdotes, cum sint publici iuris, posse aliis stipulari in sacris, quæ ministrant, nō autem in profanis, nisi quatenus versatur vtilitas ecclesiæ, aut publica. Nam extra sacra hi priuati dicuntur. vt dicitur de Præside. in l. ij. infra de offic. Præsid. ideo stipulari poterunt ab aliquo vsuras reddi: nam ad animæ commodum hoc tendit. cap. quanquam. de vsur. in vj. & votum emissum recipere. c. fin qui cleric. vel vouen. c. dudum. de conuersio. coniugato. Etiam testamentum infirmi recipere. ca. cum esses. & c. relatum. de testam. & alia respicientes sacra tractare, si sint rectores parochiales, vt vocatius canonicum, vel vicarij eorum, non verò simplices sacerdotes. per d. c. quamquam. Nam ex diuisione parochiarum attributa est illarum rectoribus, animarum iurisdictio. c. omnis vtriusque sexus. de pœniteo. & remiss. ad ipsos autem pertinet ista publica, in loco illis constituto, tractare, & non aliis à iure incognitis. 2

Sacerdotes extra sacra qua facere possint

Et sicut hi curiones, extra locum sacra tractate ista non possent, vt ibi: sic non poterunt alij sacerdotes nō habentes locum eis commissum: & ita visum est Senatui Paris. in testamento facto ab infirmo in manibus sacerdotis non curati, vel vicarij eius, vt nō iure subsistat, quicquid in contrarium dicant docto. & ista est sententia Panorm. in c. dudum. de conuers. çoniuga. & docto. in d. c. omnis. & c. fi. de sepul. sed sacrificia Missę & alia non respicientia iurisdictionem, tractare possunt, etiam simplices sacerdotes.

Testamentum factū in manibus sacerdotis, non curatis, non subsistit.

Nec obest, quod si quis promittat presbytero dare alteri, illa promissio valebit vt pactum, & sic de iure canonico proderit. Respon. non valere vt pa-

ctum quoad tertium, qui non consentit. vt in §. si quis alij. de inutilib. stipulat. in Instit. & l. stipulario. §. alteri. ff. de verb. oblig. vbi pleniè doct.

Sacerdos non potest esse notarius Principis secularis.

An sacerdos possit esse notarius? Respon. Apostolicus esse potest, sed notarius principis sæcularis non, cùm negotia sæcularia exercere non debeat. c. sicut. ne cleri. vel monachi. sed saetis vacare. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbit. Et quia hoc officium vere est, ideo illud sacerdos accipere non debet, nec attingere. l. vniuersos. C. de decur. lib. x. c. decernimus. de Iudic. de hac re las. bic multa scribit, his ego contentus ad alia pertranseo.

3 Infert etiam Claudius Seycel. clericum posse recipere instrumentum in fauorem Ecclesiæ suæ, nec per hoc incidere in pœnam falsi, allegat Iohan. And. de re iudic. Refert Matesilla. sing. lxxxviij. no. singulare. sed hoc intelligi debet, quando iste, vt clericus, instrumentum conscriberet, eo casu non incideret in falsum, si clericus sit, tamen scriptura non reputabitur publica, quia non est notarius, nec potest facere publicũ, cum ipse non sit, nisi vt superius dictũ fuit.

4 Si verò clericus tanquam notarius scripserit instrumentum, etiam pro Ecclesiæ vtilitate, falsarius est, nisi talis creatus fuisset. l. impuberem. §. qui codicillos. & l. qui nomine. ff. de falsis. quia notarij officiũ vsurpat, cum non sit.

Idem in magistratibus dicendum est, vt stipulario alijs facta acceptante pro alio magistratu, valeat. l. j. §. exercere. ff. de magist. conuenien. quatenus suum respicit magistratum, & officium, sicut enim ius nisi subiectis dicere non potest. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. sic non poterit publica tractare alterius territorij, vt hic interpretes firmant ego allego text. in l. pupillus. §. munus. ff. de verb. signifi. in quo scribitur; munus publicũ est officium priuati hominis, ex quo cómodum ad singulos ciues, rémque eorum, imperio magistratus, extra ordinem peruenit: & sic ad ciues dicit commodum peruenire, non ad alios, quibus non sũt præpositi magistratus, & illis stipulari non possunt, vt dictum fuit de sacerdotibus. abundè scripsi in d. §. munus. & hoc est in magistratibus inductum, quia eorum officium est publicum. Nam sicut sacerdos est præses animarum, sic & magistratus iudiciorum, nec propter vnum sunt instituti, sed propter vniuersos. vt d. §. munus. licet quidam deuorent populum, vt cibum panis.

Magistratus publica alterius territorij non potest tractare.

Priuatum ius tripartitum est: Collectum est enim ex naturalibus præceptis; aut gentium, aut ciuilibus.] Rodolphus Agricola lib. 2. c. 5. de inuentio. Dialect. dicit Vlpian. hic diuisisse ius priuatum, in naturale, gentium & ciuile, quasi ius publicũ non sit, nec naturale, nec gentiũ, nec ciuile, sed occupationibus detenti Iurisco. hæc reliquerunt.

Blondus verò de Roma triumphante lib. 4. dicit in hoc text. esse primarium ius, non priuatum, collectum enim est hoc primarium ius ex naturalibus præceptis, gentium, aut ciuilibus: tamen in Pandectis Florent. habetur, priuatum, & hoc verius videtur. Nam postquam Vlpianus definiuit publicum, ita vult hic definire priuatum.

Franciscus tamen Cõnanus tantum ius ciuile diuidi ait, & naturale ac gentium, publicũ non esse: sed ego dicerem ius publicum consistere in sacris, sacerdotibus, religione & alijs: & ista iuris sunt naturalis, vel gentium. Ergo ius publicum collectum erit ex naturalibus, gentium, & ciuilibus præceptis, sicut priuatum, & hoc publicum, tanquam notorium, Iurisconsu. aliter non diuidit.

Item, si quis legatum hostium pulsasset, contra ius gentium id commissum esse existimatur, quod publicum est, quia sancti habentur legati. Pompon. in l. fin. ff. de legation. l. sanctum. de rerum diuisio. & Vlpian. ait: testamenti factio publici, non priuati iuris est, ideóque forma eius priuatorum pactis non læditur. l. iij. ff. de testam. & testamentum à iure gentium dicitur. per Bart. in l. interdum ff. de condict. indeb. amplissimè Barba. in rub. de testam.

Legatus hostium impunè pulsari non potest.

Ius etiam ciuile quoddam, publica respicit, quod 5 in muneribus publicis consistit, vt in toto titulo de muneribus. & bono. & maximè in l. bonor. ibid. & iurisdictiones publici iuris sunt. l. j. & per totum. ff. de iurisd. omn. iud. & ne quid in loco publico fiat. ff. & leges publicas vocat Caius in l. fin. ff. de colleg. illic. Et sic ius publicum collectum esse videtur etiam ex naturalibus præceptis, & gentium, atque ciuilibus. Nam ius naturale præcepta quædam obtinebat, vt non facias alijs, quæ tibi fieri non vis. c. j. distin. j. & procreatio liberorum, atque educatio. Ex his ergo, & alijs iuris naturalis, & gentium præceptis collectum est hoc ius Romanũ, siue publicum, siue priuatũ sit.

Ius publicũ quomodò tripertitum sit.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium quomodo dicatur esse de iure naturali, gentium, ciuili ac diuino.*
2 *Matrimonium rescindatur altero ad procreationem adepto.*
3 *Iura naturalia non possunt à Principe vel consuetudine tolli.*
4 *Legitima tolli non potest, licet ex causa minuatur.*
5 *Filius à patre alendus statim atque natus est.*
6 *Parentum educatio non est de iure naturali.*

§. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit.

Hic naturam pro Deo, seu naturæ instinctu accipi posse multi asserunt, variatur autem hæc significatio pro materia, vt docent hic interpretes. & scripsi in interpretatione l. vnic. in verbo, quantitatẽ, vel naturam. C. de senten. quæ pro eo quod interest, & pleniùs in l. creditores. ff. de verb. sign. hoc ergo ius nobis innascitur, à natura que accipitur, & eo, sine alio hominis ministerio, imburi sumus. Nam hoc ius naturale, sine aliqua constitutione, habetur ex instinctu naturæ. c. ius naturale. j. distin.

Aduertendum est Vlpian. hic non dicere coeundi appetitum, bibendi, comedendi, vel nocendi ius esse, prout Valla arbitratur, sed ius naturale vocat, quo cætera quoque animalia edocta sunt, vt liberorum procreatio, & illorum educatio. Nam homines & bestiæ ista communia inter se habẽt, & propria sunt omnium animalium. vnde Cicer. j. Offic. ait: Commune autem omnium animantiũ est coniunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quędam eorum, quæ procreata sunt. licet aliter accipere videatur Gratian. ius naturale. in c. humanum genus. j. distin. & si sine rationis aliqua vis in bestiis, & an plus habeant terrestres, an aquaticæ, scribit Plutarch. in suo pulchro Dialog. de industria animal.

Nam

Nam ius istud non humani iuris proprium est, sed omnium animalium, quæ terra, marique nascuntur. auium quoque commune est.] Sic habetur in Pandect. Florent. sed in exemplaribus antiquis ita habetur. Nam ius istud non solùm humani iuris proprium est; sed & omnium animalium, quæ in cœlo, terra, mariue nascuntur. Et in idem ferè ista recidunt. Sed in cœlo dicit propter aues, quæ in arboribus, id est in aëre nidificant, & ibi nascuntur. Et sic frequenter expunitur in hoc iure cœlum pro aëre. Vlpian. ait in l. 1. ff. pro suo, ibi, est species possessionis, quæ vocatur pro suo, hoc enim modo possidemus omnia, quæ mari, terra, cœlóque capimus, & l. si cuius, aliàs est l. æquissimum. §. proinde. de vsufruct. l. si apes. de furt. l. fin. de seruit. & alibi frequentius.

Nomē iuris quomodo ab Vlpiano vsurpetur.

Et licet quidam arbitrentur abusum Vlpian. hoc nomine iuris, respectu bestiarū, cum ius ad rationem pertineat, qua bruta carent: tamē ego putarē propriè Vlpian. vsum fuisse iuris nomine, non pro ratione (vt ipsi arbitrantur) sed pro vi insita naturæ. Nā ius hoc naturæ respicit ipsam naturam, & idem est, ac si Vlp. dixisset, ius naturæ est, sicut dicimus ius pascendi. l. j. ff. de seruit. rustic. prædio. ius sepulchri. l. ius sepulchri. C. de religios. ius ergo naturæ est, quod natura omnia animalia docuit. Nec dicit Vlpia. hîc, ius brutorum, sed ius naturæ, seu naturale, quod est propriū humani iuris, & omnium animantium. Et hoc ius Romanum fuit collectum ex illius præceptis, naturalibus, gentium & ciuilibus.

Item in Pandectis Floren. abest dictio (solùm.) Et sic videtur negare ius naturale esse proprium iuris humani, verumenimuerò id est, cum dictionem, nō, sequitur dictio, sed, frequentius accipitur pro, non solùm, vt probaui plenè. ff. de verb. signific. in l. hæc verba quanti.

De matrimonio.

Hinc descendit maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus.] Ex hoc iure naturali descendit coniunctio tā maris, quàm fœminæ, & brutorum etiam inter se: sed coniunctio nostra non fit, nisi approbata fuerit ab Ecclesia, quam matrimonium appellamus, & alia coniunctio animalis potius, quàm legitima est. Et licet, per hunc text. dicant quidam, iure naturali esse coitum, & sic prohiberi non posse, tamen toto cœlo errant. Nam appetitus iure naturali veniunt, & illa coniunctio, etiam sine coitu; animātia enim antequā coeant, coniunguntur, sic & homines: sed antequā hi coeant, Ecclesiæ authoritas coniunctionem factam probare, & confirmare debet, aliàs non coniugium, sed contubernium dicitur. c. sanè. 2. de cler. coniugat. l. cum ancillis. C. de incest. nup. Licet sine coitu sufficiat inter homines solus coniungendorum consensus. c. sufficiat. xxvij. q. ij. & l. nuptias non concubitus, sed consensus facit. ff. de reg. iur. Tamen facta coniūctione animorum, solet fieri coniunctio corporum, Ideo de illa etiam iste text. potest intelligi quoad homines, sed quoad animalia coniunctio est tantùm corporum, vt asserit Barth. in rubr. de testa. col. x. numer. 3 vnde inferri potest coitum, qui non fit procreandæ sobolis gratia, non esse secundum naturam, ob id vitiosum: quod probat Ambrosius super Luc. sic scribens. Qui non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi inuicem copulantur, non tam coniuges, quā fornicarij videntur. & c. nerui. xiij. dist.

Coitus vitiosus.

Et sic dicemus, matrimonium quoad illam coniunctionem, de iure naturali esse: fuerunt enim coniuncti Adam & Eua in Paradiso. Genes. 2. c. in fi. sed ibi opera carnis non exercuerunt. vt patet c. seq. ibid. & c. iiij. dicitur etiam matrimonium de iure gentiū, quia ab eo receptum est, teste Accurs. vel quia consensu contrahitur, sicut alij contractus: de iure verò ciuili dici potest ratione formæ, quā ius ciuile ei præbuit. Est etiam de iure canonico, quantum ad approbationem. vt docet Panorm. & alij in rub. de sponsal. Sed est de iure diuino, prout est sacramētum, & quo ad institutionem. Ang. in §. j. de iure natur. in Instit. & Genes. ij. c. Contractus autem dotis est de iure gentium, sicut alij contractus. l. eas. ff. de capi. dimi. iunct. Lex hoc iure. ff. de iustit. & iur. hnc asserit Bal. nouel. in tracta. de dote. j. parte. q. iij. Contractus verò arrarum est de iure ciuili. vt l. fin. C de sponsal. & arris. Bart. & alij in rub. ff. solut. matri. dicetur fusius in l. ex hoc iure, infrà eod. & quæ proueniat ex his vtilitas. 1

Ex hoc constat coniunctionem maris & fœminæ licitam eo iure, cum instrumento, naturali fuisse. viri autem ad virum, vel mulieris ad mulierem, non iure hoc probari, satis apparet. Et contra naturam esse docet, diuus Paul. Rom. j. c. ibi. *Fœminæ immutauerūt naturalem vsum, in eum vsum, qui est contra naturam, & masculi cum masculis.* & Iust. in auth. vt non luxurientur contra naturam. collat. vj. ca. si quis. de pœnitentia. dist. j.

Et sic coniunctio illicita, est reprobata hoc iure naturali, de qua proximè dictum fuit; verum quia rara erat eo iure coniunctio illicita, ideò iure gentiū & ciuili postea illicitæ multæ factæ sunt coniunctiones. vt in titu. de sponsal. & de rit. nupt. & de nupt. ac etiam de iure canonico certi gradus prohibiti sunt, vt in titul. de consang. & affi.

Aristotelis præclara sententia de coniunctione maris & fœminæ.

Hinc liberorum procreatio.] Naturalis ergo est liberorum procreatio. vnde Arist. ita scribit. li. j. Oeconom. c. iij. Societas enim maximè est secundū naturam, maris & fœminæ; est enim impossibile fœminā sine mari, aut marē sine fœmina hoc adimplere, quare eorum societas necessitate cōstituta est. Enimuerò in cæteris animalibus, absque ratione, id fit, & in quātū natura capacia sunt, & procreandi gratia solū: in homine maximè id conspicitur, quod non essendi causa solent, verum etiam bene essendi. vt habet cōmunis versio Leonard. Aretini.

Mas & fœmina mutua ope coniunguntur, filiósque procreant, non solum vt id naturæ tributum ferant, verumetiam commoda inde suscipiant. & Callistrat. in l. liberorum. in fi. ff. de verb. signific. sic ait: *Natura nos quoque parentes docet pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis descendunt, contineri. Etenim idcircò filios, filiásue concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earúmue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus,* & alibi idem ait Arist. in Oecono. libr. ij. c. ij. Quid sanctius esse potest, aut circa quæ magis studeret vir sanæ mentis, quàm ex optima, laudabilissimáq; muliere filios procreare, senectutis pastores, quasi optimos, ac reuerentes patris, matrísque custodes, ac totius domus seruatores, educati siquidem rectè à parētibus, per sanctos & iustos mores, boni meritò euadent: contra verò si fiat, sentient detrimētum. Et alibi libr. ij. de anima ita scribit.

Hæc

Hæc enim operatio, maximè omniũ operationum, viuentibus est naturalis: viuentibus inquam hisce, quæ sunt perfecta, non membris capta, quæque non sine semine oriuntur: vnumquodque inquam, aliud sibi simile procreare animal quidem, animal: planta autem, plantam: vt sint semper hoc pacto, conditionémque subeant diuinam, id enim ipsum appetunt vniuersa, gratiáque ipsius omnia agunt, quæcumque secundum naturam aguntur.

Matrimoniũ sub conditione, si euites generationem prolis.

2 Itaque non valet matrimonium sub conditione contractum, si generationem prolis euites, quia est contra naturam, & substantiam matrimonij. c. fin. de condit. apposit. Etiam rescinditur, si alter sit ad procreationem ineptus, vtpote frigidus, vel castratus. vt in tit. de frigid. & malefi. declaratur.

Ex prædictis inferunt Doctor. quod ista naturalia
3 non possunt, etiam à principe tolli. §. sed naturalia. de iure natur. in Inst. Etiam non valet consuetudo contra ius naturale. c. fin. vbi Curtius abundè. 3. not. de consuet. Ideò non valet laici constitutio, disponens super matrimonio, cum sit iuris naturalis, & ad ecclesiam spectet, & iure poli, non iure fori regatur. vt ait diuus Greg. in c. Euphemium. ij. quæst. iij.

Nec quidem valent leges Laicorum editæ super matrimonio, vt plenè decidunt Doctor. in c. ecclesia. de constit. Præpositus & Felin. in cap. j. de sponsal. & Curt. consi. 27. magnificus. j quæstio. Alibi fortè plenius tractabo. Multa de his scripsi in proœm. consti. Reg. & Arist. in Ethic. c. 7. lib. 5. declarat quando ea quæ naturalia sunt, mutari possint.

Hinc educatio.] Animalia fœtus suos educant, sic & homines: & eadem vis naturæ est generandi, & nutriendi, vt ait Arist. Educatio etiam, à iure ciuili parentibus præcipitur. in tit. de liber. agnos. & educan. ff. & Arist. vbi supra ait. valentes enim ipsi, imbecilles suos, labore tuentur, & alunt: mox imbecilles, ob senium facti à valentibus eadem reportant, & simul natura per hunc circuitum adimplet perpetuitatem, & quandam (vt ita diximus) sempiternitatem: ex quo, secundum numerum non potest, at secundum speciem, sic enim diuina prouidentia vtriusque natura ordinata est, viri scilicet & mulieris ad societatem, tendunt enim eorum omnia in idem vtilitatis. & idem lib. 4. Politico. c. 9. ait. Circa educationem puerorum, apud Lacedæmonios pari modo, diuitum filij educantur, ac pauperum, & erudiuntur per eum modum. in nullo enim magis conspicuus diues, quàm pauper: vestitu etiam tali diuites vtuntur, qualem & pauperum quiuis habere potest.

Etiam Plato ait: Ne mireris, si vnumquodque animal fœtum, seu germen suum, natura colit: hoc enim studiũ, hic amor cunctis inhæret, genus suum æternum efficiendi gratia, quinetiam vnumquodq; animal pro suis fœtibus fortiter dimicat.

Ex quo patet solicitudinem acquirendi nobis alimenta, & illa quibus tegamur, ac habitationes, & alia ad vitam necessaria esse iuris naturalis, etiam per ea quæ scribit Cice. j. Offic. Principio generi animantium, &c. dixi in l. victus. & l. quos nos. ff. de verb. sig.

Et ideo puniri debent negligentes, & validi mendicãtes, qui non quærunt ea, quę ipsis necessaria sunt, operando. vt in tit. C de mendic. valid. lib. xj.

Consistit etiam hoc ius naturale in sui conseruatione, vt declinet quisque ea, quæ ei nocitura videntur, vt etiam docet idem Cicero, quod duobus modis fieri potest. Primò, vt vim & iniuriam propulsemus. l. vt vim. infra. Secundò, per cautionem aduersus dolum. Nam & feræ bestię se colligunt. vt boués, porci & aliqua alia animalia ad impetus repellẽdos, & vt sibi ipsis caueant: sic multæ cautiones à iure ciuili introductæ sunt. vt est in tit. de Prætor. stipula. & iudica. solu. & Instit. de satisdat.

Legitima quo iure debeatur.

Ex hoc inferunt quidam, legitimam de iure naturali introductam, nam datur filio, vt se alat, & sic dicunt non posse tolli per statutum: sed dicite legitimam secundum naturam deberi, sed lex partem distribuit, ac necessitatem præstandi statuit. text. in §. primum itaque. in auth. de hæred. & falcid. colla. j. Et interpretes dicunt legitimam deberi de iure ciuili dictante ratione naturali, quod ferè in idem recidit. Dyn. in Reg. indultum. de reg. iur. in vj. plenè Dec. & ibi in additio. ad eum. in reg. iura sanguinis. ff. de reg. iur. text. in l. hac edictali. versic. si verò. ibi, ita tamen vt quarta pars, quæ iisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur. C. de secund. nupt. Itaque educatio liberorum est naturalis quoad instinctum, quia natura instigat etiam animalia, ad educandum fœtus, sed ius ciuile imponit necessitatem patri alendi liberos, nisi sint ingrati, vel aliunde se alere possint, & in aliis quibusdam casibus necessitatem remittit. l. si quis à liberis. § idem iudex. ff. de lib.
agnoscen. inde legitima tolli non potest, sed ex causa 4
minui, quia de iure ciuili fuit taxata, & sic illa taxatio minui potest, seu tolli, sed si certa illa pars tollatur, remanebit tamen illa naturalis educatio hîc statuta, quid enim esset si omninò legitima tolleretur? nunquid ratio naturalis extingueretur? quod fieri non potest, & pater sic induceretur ad necandum filium, denegando illi alimenta. l. necare. ff. de lib. agn. Doct. in auth. nouissima. C. de inoff. testam. de Rota decis. xviij. fuit dubitatum. in not. Et ista veriora, & æquitati magis consona videntur, quicquid interpretes super hoc dicant. & probatur ista sententia. in ca. Raynutius. de testam.

Filius prodigus à patre alẽdus.

Imo etiam docet Bald. filium alendum à patre, etiam si consumpserit partem suam, dum tamen hoc non fecerit dolo, vel lata culpa: vt dicitur de filio prodigo in Euangelio. & facit l. Imperator. ff. de stat. homi. quia educatio est iuris naturalis: vt hîc idem Bald. in authen. contra cum rogatus. col. ij. C. ad Trebell. Decius in d. l. iura sanguinis. col. ij. ff. de reg. iur. Hyppol. singul. 104 patet.

Pater exponens filiũ, perdit ius filiationis.

Etiam tenetur pater alere filium, statim atque natus est, prouidendo ei de nutrice. Nam tunc est maior necessitas, quàm postea, alioqui si illum exponat, ius filiationis perdit. l. j. & ij. C. de infan. expos. Et si mater voluerit filium alere, tenetur quoque pater alere matrem, quæ lactat filium, & illi de necessariis prouidere, & ita debet intelligi glo. in l. penult. C. de patr. potesta. & in c. fin. de conuersi. infidel. quæ dicunt matrem teneri lactare filium, verùm expensis patris, si subuenire ei possit: vt Doct. notant in l. alimenta. C. de negot. gest. & d. l. pen. non probat contrarium. Nam ibi ponitur factum de maiori trimo, an possit alimenta petere, sed non negat quin antea etiam peti possit, id est, ante trienniũ, & hoc seruatur quando pater est diues, & potens ad hoc faciendum. Bolog. consil. x. Romanus. 5

Et sic liberorum educatio est de iure naturali, parentum verò non, sed ex pietate procedit. l. nam & si 6

naturali

parenribus. ff. de inoff. testam. Etiam quadam ratione naturali, vt bene facieti benefaciamus. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. Bart. huius est sententiæ, quem alij sequuntur. & Cicer. ad Atticum ait, eum parentes non alere, nefarium sit.

Videmus etenim cætera quoq; animalia, feras etiã bestias istius iuris peritia censeri.] Et sic hoc ius natura docuit, tam homines quàm animalia, vt censeãtur & existimẽtur peritia iuris huius. Nam sicut viri coniunguntur cum fœminis, & procreant, educántque liberos, sic & cætera animalia faciunt. Nec probo Budæ. exponentem, quædam animalia sunt nobis admirationi, vt Elephas. Nam iste text. dicit cætera animalia, & sic non potest de quibusdam intelligi. Ideo Theoph. dicit cætera animalia censeri inter ea, quæ hanc legem obseruant. Et sic intelligere poterimus, cætera animalia censeri, reputari, & existimari peritia huius iuris, atque naturam exercere, sicut homines: videlicet procreare, educare, & alia facere, quæ natura ipsa docet. Videmus & animalia adeo hanc seruare naturam, vt perita in hoc iure videantur, & text. dicit censer, diceres non esse, vt quandam ostendat improprietatem. de hoc verbo, est l. final. ff. de suis & legi. scripsi abundè in l. censeri. ff. de verbor. significat. alij exponunt, censeri, pro referri, sed sensui text. vix conuenire potest, ne plura.

De verbo censeri.

S V M M A R I A.

1 *Ius gentium quomodo ius naturale vocetur.*
2 *Quomodo à naturali iure dicatur recedere.*
3 *Ius naturale dupliciter consideratur.*
4 *Secundarium ius naturale, dici ur naturalis ratio, & ius hominum, seu gentium, seu æquitas naturalis. i. 4.*
5 *Plura gentium iura in lege expressa, non inueniuntur.*

§. Ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur: quod à naturali recedere licet facilè intelligere: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est.

ITa habetur in Pandectis Floren. Sed apud Blondum, vbi suprà scribitur, quod à naturali procedere, inde facilè intelligitur, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se conuenit, seu commune est. Nec videtur absurda Blondi sententia: Nam ius gentium verè à naturali ratione procedit. l. j. ff. de acquir. rerum dom. in eo quod omnibus hominibus cõmune est, sicut naturale omnibus etiam
1 animalibus, atque ius gentium naturale vocatur. §. singulorum. & §. venditæ. de rerum diuis. in Instit. & apud Cicer. lib. 1. de Legib. ac lib. 2. de Inuen. hoc ius naturæ vocat, ergo à naturali ratione non recedit, sed procedit, alioqui non vocaretur naturale, si ab eo recederet. Nam recedere, est omninò discedere, vt recedere à societate. l. actione. §. pen. ff. pro socio. & à priore contractu recedere. in l. pacta. de contrah. empti. scripsi in l. cedere diem. ff. de verb. signific. Item dicit text. in c. ius naturale. j. distin. ius naturale est commune omnium nationum, eò quod vbique instinctu naturæ, non constitutione habetur aliqua, vbi ponit exempla iuris gentium, vtpote communis omnium possessio, acquisitio eorum, quæ de cœlo, terra, marique capiuntur. Item depositæ rei, vel commodatæ, pecuniæque restitutio. Et sic ius gentium procedit à naturali, non autem recedit, alioqui illa exempla non essent communia.

Exempla iuris gentium.

Ego dicerem vtroque modo intelligi posse. Nam 2
& recedere dicitur à naturali iure, eò quòd naturale est commune omnibus animalibus, hoc verò ius gentium hominibus solis. sic scribit Vlpian. inferiùs, ius ciuile esse, quod neque in totum à naturali iure, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit, & sic in hoc text. dicitur recedere à naturali iure, non à ratione naturali, imo cum illa dicitur conuenire, vt superius dictum fuit: docétque Bald. hoc ius distare à naturali, sicut distat cerebrum hominis, à cerebro animalium: posuit enim Deus in homine cerebrum (membrum diuinum), vbi sensus & intellectus, at animalia intellectum non habent, sed quendam instinctum.

Nos autem videamus, si fortè dici posit ius na- 3
turale dupliciter accipi, in genere & in specie: in genere est illud, quod est commune omnibus & hominibus, & brutis, de quo fuit dictum, & generale vocari potest: alterum speciale seu in specie, quod ius hominum seu gentium nominari potest, quod naturalis ratio apud omnes gentes introduxit. l. omnes. infra. quãuis illud ius interpretes vocẽt naturale primæuum, hoc secundarium. sed quocunque vocetur nomine, naturale tamen dicitur. in §. singulorum. &
§ venditæ. de rerum diuisio in Inst Ex hoc dicitur 4
naturalis ratio. l. cum ratio naturalis. ff. de bon. damn. & æquitas naturalis. l. j. ff. de pact. l. j. de constit. pecu. vnde Iustin. scribit. Quod verò naturalis ratio inter omnes gentes cõstituit, id apud omnes populos peræquè custoditur, vocatúrq; ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtantur. §. ius autem ciuile. de iure natur. in Inst. l. j. de acquir. rer. dom. & Grat. j. distin. sic scribit: Ius naturale est commune omnium nationum, eò quòd vbique instinctu naturæ, non constitutione habetur aliqua.

Duo ergo habentur in hoc iure, & quod naturalis ratio interueniat, & apud omnes gentes seruetur: si apud aliquos in vsu tantum sit, ius erit ciuile, quod ius inferius prosequemur fusius. diuidam hoc ius gentium, in l. manumissiones, infrà.

Et per istum text. videntur errare, qui diuidunt hoc ius gentium in primarium & secundarium, vt primarium in religione consistat, alterum exigente necessitate hominum inductum sit, vt contractus. l. ex hoc iure. infra eod. Nam hic vnum est ius gentium, non plura. Et si vellemus distinguere in quolibet statuto vnum ius, essent infinita iura, ob id vnum tantùm esse diuersis temporibus statutum ius arbitror. & idem habetur in §. ius autem. de iure natur. in Institut. in lege non inueniuntur plura iura gentium expressa, ideò erubescimus sine lege loqui. l. dissentientis C. de repud. Adhæc nulla, aut admodum parua est vtilitas ista sic diuidere: ideo curiosis ea nunc relinquam. vide tamen quæ dicam. in l. manumissiones, inferius.

Ius gẽtium non diuiditur.

SVM

SVMMARIA.

1 *Regnorum deſtructio propter quos adueniat.*
2 *Obligatio filij propter valetudinem patris differẽda.*
3 *Locatio quando reuocetur*
4 *Patriæ defenſio parentibus eſt præferenda.*
5 *Patriæ charitas cæteras omnes vincit charitates.*

LEX II. POMPON. LIB. SINGVLARI ENCHIRIDII.

VEluti erga Deum religio, vt parentibus, & patriæ pareamus.

Deorum cognitio omnibus inſculpta.

Poſtquam ſuperius Iuriſconſ. quid ſit ius gentium declarauit, nunc præbet exemplum in religione erga Deũ: nulla enim gens eſt, quæ Deum non cognoſcat creatorem ſuum. Nam vt Cicero ait in ij.lib.de natura Deor. Omnibus innatum & quaſi inſculptum, eſſe Deos. & idem j. Tuſcul. Nulla eſt geos tam fera, nemo omnium tam immanis, cuius mentem noo imbuerit Deorum opinio. & ſecundo de Legib. Sit hoc à principio perſuaſum hominibus, dominos eſſe omnium rerum, ac moderatores Deos: eáque quæ gerantur, eorum geri ditione, atque numine, eóſque optimè de genere hominum mereri: & qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate colat religionem, intueri: piorúmque & impiorum habere rationem. & in primo de natura Deorum. Quis eſt tam vecors, qui cùm ſuſpexerit in cœlum, Deos eſſe non ſentiat, & ea quæ tanta mente fiunt, vt vix quiſquam arte vlla ordinem rerum, atque viciſsitudinem perſequi poſsit, caſu fieri putet? Dij ſemper fuerunt, nati nunquam ſunt, æterni ſunt futuri: ſi qui autem ſint qui Deum neſciant, ſunt potius pecora, quàm homines, & iſti in lege naturæ peccant: ideò à Papa corrigi poſſent, imò omnes homines contra iſtos Atheos armari gladio, & illos exterminare deberent, propter quos
1 regnorum deſtructio venit, bella, & omnia mala, vt patet in lib. Regum. vide quæ Heſiod. in libro *ἔργα καὶ ἡμέραι* ſcribit, in princip. de hominum diuerſitate:

Muſæ Pierides celebres carminibus iſtis,
Dicite cur homines inter, ſit nobilis ille,
Conſpicuúſque, hic obſcurus, Iouis illa voluntas
Nam facilè extollit, facilè elatúmque refrenat,
Et clarum obſcurans, obſcuri nomen adauget,
Erigit & miſerum, facilè extinguítque ſuperbum
Iuppiter altitonans: ſuperas quas habitat arces.

Et Dauid Pſal.112. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem: vt collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi ſui.

Vt parentibus.] A gentibus introductum dicitur, vt filij obediant parentibus, & ſic patri & matri ac ſuperioribus, cum hi appellatione parentis continneantur. l.appellatione parentis. vbi dixi. ff.de verb. ſignificatione. & Cicer.pro Planc. inquit, his verbis: Parentem, vt Deum verem, atque non multo ſecus, ac parentes, liberos amare debemus.

In illicitis non obtemperandum parentibus.

Limitatur tamen in illicitis, nam his verbis fatur Hiero. Si dominus ea iubet, quæ non ſunt aduerſa ſanctis Scripturis, ſubiiciatur domino ſeruus; ſi verò contraria præcipit, magis obediat ſpiritui, quàm corporis domino: ſi bonum eſt, quod præcipit Imperator, iubentis exequere voluntatem: ſi malum, reſponde. Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. hoc ipſum, & de ſeruis apud dominos: & de vxoribus, apud viros: & de filiis, apud patres, quòd in illis tantum debeant dominis, & viris, parentibúſque eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non ſunt. c.ſi dominus.& ſeq.11.q.3.

Reſtringitur etiam, quando filius eſſet alteri obligatus ad ſeruiendum, fortè cordoni, vel alij artifici per certum tempus, vt diſceret artificium quia patri volenti eum reuocare, parère non tenetur. teſte Alberi. hîc, quia non poteſt pater diſſoluere obligationem filij propria voluntate, cum filius ſit iam obligatus, & ſine patre obligari ferè poteſt. l.tam ex contractibus. infra de iud.l.filiusfamil. de actin. & obligation.

Hoc putarem verum eſſe quando pater neceſſariò non indigeret opera filij, alioqui ſi pater valetu- 2
dine aduerſa detineretur, & non haberet, qui ſeruire illi iuſtè poſſet, dicerem obligationem filij differendam, & patrem reuocare poſſe, hoc caſu, filium, quouſque ceſſaret cauſa, & poſtea filius poſſet obligationi ſui deſeruire. Nam parère patri eſt de iure naturali, vt dixi, quod ius gentium vocamus, & eſt præceptum Dei, cui filius non poteſt contrauenire. Et quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §.ex cauſa.ff.de interrog. actio. Et ſicut ſi de 3
nouo indigeat quis re locata, reuocatur locatio. l. æde. C.loca. ſic & hoc caſu, quando impedimentum patris eſſet perpetuum, differendum eſſet ſeruitium artificis. Et ita videntur conciliatæ ſententiæ interpretum contrariæ.

Et patriæ pareamus.] Collige ciues teneri parere patriæ, quia Vlpian. ait, partum alendum eſſe, qui non tantum parenti, cuius eſſe dicitur, verumetiam reipubl. naſcitur. in l. j. §. & generaliter. ff. de vent. in poſſeſsio. mitten. quem tex. ſing. dicit Iaſ. in §. pœnales. nu. 69. de actio. in Inſtit.

Patria duplex.

Iſte text. debet intelligi, tam de patria originis, quàm domicilij. l. ij. C. de natural. liber. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & ibi doctor. & in l ciues. & l. ſi patria. de incol. lib. 10. Bart. & alij in l. j. & l. aſſumptio. & l. nihil. ff. ad municip. & Cicer. de Legibus, ſcribit: Ego & Catoni, & omnibus municipibus, duas eſſe cenſeo patrias, vnam naturæ, alteram ciuitatis.

Patri quãdo potius parendum, quàm patriæ.

Et prius parendum patri quàm patriæ, probat iſte text. argum. ab ordine aſſumpto, & hoc eſt verum, quãdo agitur de commodo pecuniario: potiùs enim filius commodum parẽtis, & pro eo poſtulare, quàm pro rep. tenetur. l. penulti. ff. de poſtul. vt hîc Claud. Aquen. aſſerit, quia alere patrem ſuum, potius quàm rempublicam debet. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam.

Sed ſi agatur de magno reipublicæ detrimento, 4
vel de illius peremptione, deſtructionéue, eo caſu reſpublica erit præferenda parentibus, quia maius commodum verſatur in illa tuenda, cum parens in conſequens etiam tueatur. Et diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum. Paul. in l. poſtliminium. l. 2. §. filius ff. de capt. vnde Marcel. ait: Minimè Maiores lugendum putauerunt eum, qui ad patriam delendam, & parentes, & liberos interficiendum venit: quod ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet, ſine ſcelere eſt, etiam præmio afficiendum, omnes conſtituerunt. l. minime. ff. de religio. pulchre Iacob. Rebuf. in l. fi. C. qui morbo ſe excuſ. lib. 10. & plenè docet Ioan. Raynaud. &

naud.& Bald.in §.firmiter. de prohibita feudi alien. per Federic.& §.fin.

Ait etiam Cicero scribens ad Attic. Pro patria, & in patria mori præclarum est, & in lib. de Finib. Bo-
5 norum, patriæ charitatem, cæteras omnes vincere charitates. docet & chariorem esse patriam nobis, quàm nosmetipsos, & in libello de Somnio Scipionis ait: Omnibus, qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur. De pietate erga patriam multa exempla adfert Valer. Maxim. lib.5. & Rhetores, ad quos te reiicio.

SUMMARIA.

1 *Defensio à Papa, vel alio Principe, à lege, vel consuetudine tolli non potest.*
2 *Limitatur.*
3 *Periculum instans & armorum terror declarant vim.*
4 & 5 *Defensio tam personæ, quàm rerum quousque extendatur.*
6 *Vim alteri illatam quando repellere quis teneatur.*
7 *Apparitor volens prehendere furem, potest præcipere laicis vt eum adiuuent, & si non pareant, possunt puniri.*
8 *Defensio contra quos non admittatur.*
9 & 10 *Occidere impunè quos liceat.*
11 *Vis à magistratu illata, non est repellenda.*
12 *Limitatur.*
13 *Index excedens modum in puniendo, tribus casibus in regno Franciæ punitur.*

LEX III. FLORENTINUS LIB. I. INSTITUTIONUM.

VT vim atque iniuriam propulsemus. Nam iure hoc euenit, vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur: & cùm inter nos cognationem quandam instituerit natura, consequens est hominem homini insidiari, nefas esse.

HIc Florent. Iurisconf. aliud exemplum adiicit iurisgētium, videlicet, vt propulsemus vim, id est, impetum ac violentiam nobis ab alio illatam. & docet Paul. in l. 1. ff. quod metus caus. vim esse maioris rei impetum, quæ vis à maleficio non abest. l. seruus. prima. ff. de actio. & obligat. & multiplex est, de quibus per glos. in l. prima. & l. extat. ff. quod met. caus. scripsi quot modis capiatur in l. liberationis. ff. de verbor. signific. *Vis quid dicatur.*

At pugnare videtur text. in cle. pastoralis. circa finem. de re iudicat. dicens defensionem iuris naturalis esse, cui conuenit Cicero libro 1. Offi. sic scribens: Principio generi animantium omni, à natura tributum est, vt se, vitam, corpúsque tueatur, cauéatque ea, quæ nocitura videantur. & in Oratio. pro Milone: Et sic defensio non erit iuris gentium. scribit Vlpia. in l. j. ff. de vi, & vi armata. sic in §. vim vi repellere licere Cassius scribit, idque ius naturâ comparatur. *Defensio est iuris naturalis.*

Respond. defensionem iuris naturalis esse, quia à natura est tributum, & hominibus, & animalibus, vt se tueantur, & defendant. c. ius naturale. 1. distinct. & dict. cle. pastoralis. ac l. prima. ff. si quadrupes pauper. fecis. dicat. sed illud quod est naturale, quatenus respicit homines, gētium dicitur, sed non tamen e contrario. l. manumissiones. infra eod. §. singulorum. & §. venditæ. de rerum diuis. in Instit. Ideo licet ista defensio sit naturalis, tamen inquantum rēsp cit ad homines, de iure gentium dicitur. vt pulchre scribit Imperator. de iure naturali. in Instit. §. sed naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræquè obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta semper firma, atque immutabilia permanent. vbi loquitur de iure gentium, quod apud omnes gentes seruatur, non quod apud animalia custoditur, & tamen vocat illud naturale: sic & hic ius naturale vocatur gentium, diuina quadam prouidentia constitutum. Itaque, etiam iure diuino, defensio permissa est, quicquid dicat glos. vt inferius probatur. de qua defensione gentium hic vult tractare, non de defensione animalium, vt in dict. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. & probat hic text. dum dicit Atque iniuriam. Iniuriam autem hic accipimus, pro eo quod non iure fit. l. sed & si. §. iniuriam. ff. ad legem Aquil. quæ non cadit in animalia, vt contra ea iniuriarum agamus, vt notum est: quia iniuriandi animum non habent. l. si non conuicij. C. de iniur. *Quomodo iuris gentium defensio dicatur.*

Et sic concludemus, defensionem ab ipsa natura inductam, & cum ipsa innatam, ideò naturalem esse: & quod naturale est, si ad homines respiciat, gentium dici non est inconueniens. Et à iure, etiam diuino, defensio permissa est. Exod. 22. cap. Si effringens fur domum, siue suffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus, percussor non erit reus sanguinis. quod Paulus ad Romanos 12. docet: Non vos defendentes, sed date locum iræ, intelligitur de ira & vltione. Etiam de consilio est perfectionis, vt si quis te percutiat in vna maxilla, præbe illi alteram. vt Matt. 5. c docet quoque Diuus Thom. in 2. secundæ q. 64. art. 7. & visibilia, & iniuria ab homine homini, est de iure gentium. *Defensio etiam iure diuino permissa.*

1 Ex quo infertur, defensionem sic inductam, tolli à Papa, vel ab alio Principe, nec quidem à lege, vel consuetudine, non posse. cap. primo. de causa posses. Albert. in l. omnes. col. 1. C. de Episcop. & cler. Doct. in ca. quæ in Ecclesiarum. de constit. Bart. in l. omnes populi col. 7. ff. de iust. & iure. & in l. cum mulier. col. pen. solu. matr. & io verb. & figura. in extra. ad reprimendum. Quomodo in læsæ maiest. crim. proceda.

2 Nisi à iure ciuili inducta fuerit, vt appellatio, secundum quosdam docto. in rub. de appellat. & ideo statutum vel constitutio tollens defensionem, debet intelligi de ciuili, non de naturali. vt docet Bal. in c. à nobis. in fi. de except. ius autem ciuile multas defensionis species, maximè in iudicijs adinuenit, quas ex causa tollere posset in quibusdam casibus, vt probāt interpretes in c. cum inter. de exceptio glo. & Doct. in c. ex parte. de rescript.

Quamuis autem defensio, vel alia, quæ à iure sunt naturali, tolli non possint. §. sed naturalia. de iure naturali, in Instit. & in summa. 5 dist. tamen modificari, declarari, & distingui possunt: vt, de seruitute dicitur in l. manumissiones. infrà. sicut dicitur in cle. ne Romani. de elect. Roch. Curt. in c. fi. in glo. 2. de consue.

Atque iniuriam.] Repellere iniuriam nobis illatam, est iuris gentiū: quia omnibus gētibus commune est. iniuria enim dicitur, quicquid non iuré factum est, vel fit, hoc est, si contra ius fiat. l. sed & si. ff. *Iniuria quid dicatur.*

Summa Priuilegij Imperatorij.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti publico edicto cautum est Gulielmo Rouillio ciui & typographo Lugdunensi, & sancitum, nequis cuiuscunque status, gradus, ordinis & conditionis, siue sit chalcographus, vel bibliopola, siue alius quilibet, quacunque sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, hãc *Explicationem ad quatuor primos Pandectarum libros, nouásq; eorundem & subtiles illustrationes: Auctore D. P. Rebuffa de Montepessulano, Iuriũ Doct. &c.* nisi ipsius Gulielmi Rouillij aut hæredum eius permissu, intra decennium eadem, aut alia minori forma excudat, aut excudendas curet, vendat ipse, aut cuiquam diuendendas mandet, aut denique excusas ab aliis intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines vendendas importet, seu quouis modo distrahat manifestè vel occultè, vel quouis alio prætextu: alioqui sibi mulctam decem marcharum auri puri irrogatam sciat, quarum dimidia fisco Imperiali fraudis vindici, residua verò pars ipsi Gulielmo Rouillio, aut eius hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet, præter librorum amissionem: quos per se idem Rouillius, vel per suos, vbicunque locorum nactus fuerit, adiumento magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi edicto manu subscripsit, & sigillum apponi iussit Cæsarea Maiestas, vt latius patet in ipso diplomate dato Pragæ decimaquarta die mensis Iunij, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimoquinto. Subsign.

MAXIMILIANVS.

Ad mandatum sacræ Cæs. M. proprium.

A. ESTEMBERGER.

Extraict du Priuilege du Roy de France & de Pologne.

Par grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille marchand libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer, vne fois ou plusieurs ce present liure intitulé, Explicatio ad quatuor primos Pandectarum libros, nouæque eorundem & subtiles illustrationes, Auctore D. Petro Rebuffo de Montepessulano, Iurium Doctore, &c. *Lequel liure il a recouuré auec grand fraiz, mises & despences: & pource est faicte defence de par ledict Seigneur a tous autres Marchands, Libraires, Imprimeurs & personnes quelcõques, de non imprimer, vendre ny distribuer en ses pays, terres & seigneuries ledict liure, si ce n'est par le consentement dudict Rouille: & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que sera parachevee la premiere impression: sur peine d'amande arbitraire, & de confiscations des liures qu'ilz auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre cause d'ignorance du present priuilege, ledict Seigneur veut & entend que l'extraict d'iceluy estant mis au commencement dudict liure serue pour toute notification. Car tel est son plaisir, nonobstant oppositions & appellations quelconques, comme plus à plein est contenu & declaré par lesdictes lettres du priuilege, sur ce donnees à Lyon le vingt-vniesme Ianuier, mil cinq cens septãtecinq, & de son regne le premier.*

Par le Roy, à vostre relation, Signé, MORE.

Et scellé du grand seau en cire iaune à simple queuë.

D. PETRI REBVFFI
COMMENTARIORVM AD IVS CIVILE,
PARS PRIMA.

DE IVSTITIA ET IVRE. TIT. I.

SVMMARIA.

1 *Ius à iustitia deducitur.*
2 *In principiis non est errandum.*
3 *Iustitiæ allusio quæ sit.*
4 *Differentia inter definitionem & descriptionem.*
5 *Bonum & æquum quid dicatur.*
6 *Quomodo in lege condenda consideretur.* *Et an vnum ab altero separari posit. Ibid.*
7 *Iurisconsulti quomodo sacerdotes dicantur.*
8 *Respublica vniuersa in tres ordines diuidenda.*
9 *Causæ, ex quibus statutum cognoscitur illicitum.*
10 *Statutum magistratus. vt prehendens exulem, habeat centum, an valeat.*
11 *Impositio vectigalium iniusta, etiam iure diuino, potest fraudari.*

LEX I. VLPIANVS LIB. I. INSTITVTIONVM.



Vri operā daturúm prius nosse oportet, vnde nomen Iuris descendat.]

1 *Iustitia prior iure.* Invocatione Dei Optimi Maximi præhabita, videmus Vlpian. Iuriscosult. in hoc principio admonere eum, qui ius discere cupit, vt priùs cognoscat, vnde iuris nomen descendat: descendit autem à iustitia, & sic prius est iustitia, quàm ius, quod ostendit hæc rubr. in qua ipsa præponitur iuri, & quia iustitia ius suum cuique tribuit. l. iustitia. infrà & §. primo. eodem tit. in Instit.

De principiis. Itaque ad principia nos aduertere Bald. monet,
2 dicens principia fontes esse, in quibus nemo errare debet, quia modicus error in principio, est maximus in fine. Ideò cauendum est maximè, ne in portu (vt adagio dicitur) impingamus, seu in limine deficiamus: Nam scribit Arist. lib. 2. Elenchor. in fin. maximum esse principium omniū, quare & difficillimū, quantò enim potestate validissimū, tantò mole minimum: difficillimum perspectu est, eò autem comperto, facile est adiicere, coaptaréque reliquum. Ait etiam Leo Episc. cap. principatus. 1. quæst. 1. Quæ malo inchoata sunt principio, vix bono peragi exitu.

Quamobrem Vlpian. hic more boni Oratoris, in hoc principio commendat ius à bono & æquo, vide- *Iuris definitio.* licet quod ars boni & æqui sit, quódque illius professores bonos efficiat, tam metu pœnarum, quàm præmiorum exhortatione, demum hanc disciplinam veram philosophiam, non simulatam esse docet, quæ omnia persequemur in sequentibus: alia literarum studiosis necessaria tractaui in scholastic. priuil. lib. 2.

Item, verbum. *oportet*, exponit Accurs. pro, decet, sed in sua significatione stare debet. Nam necesse est eum, qui iura scire cupit, vt prius noscat principia iuris, alioqui corruet eius studium deficiente principio, & fundamento. l. 1. ff. de except. rei iudic. Et sic propriè accipietur verbū, oportet, vt abunde scripsi de eo in l. verbum oportebit. ff. de verb. sign.

Est autem ius à iustitia appellatum.] Alciat in lib. 1. Paretg. cap. 29. dicit, Grammaticos in Iurecōs. nostros (vt eius verbis vtar) genuinum contorquere, quòd ius à iustitia dictum tradiderunt, malúntque aliqui Isido. sequi, quòd iustitiam dixerit esse iuris statum. in c. forum de verb. sign. Ipse autem iustitiam dici putat, quòd vim sistat, sed vbi vis non erit, iustitia dici non poterit, si eius sententiam sequi volumus, aliáq; multa ibi scribit: quæ parū placent, maximè quia longè petita videntur.

Vnde ego dicerem, Grammaticos fortè non pugnare cum Iureconf. si vtrique rectè intelligantur. Nam si quæratur, vnde ius descendat, Vlpian. hic à *Quomodo ius à iustitia descendat.* iustitia, ait, & ius ab ea appellatum, quia iustitia ius tribuit. l. iustitia. infra eod. Ergo iustitia prius tempore fuit, vnde ius producitur, sed si noscere velimus, quare vocetur iustitia. Respon. Isidor. quasi iuris status, & ita non pugnant Iureconf. cum Isidoro, nec cum Grammaticis. Nam hic Vlpia docet ius à iustitia nomen sumpsisse, sed vnde dicatur iustitia, & allu- 3
sio iustitiæ est, quasi iuris status, & sic vnus scribit originem, alter allusionem, quæ diuersa sunt, nec mirum, si non ad vnum tendant: facit cap. iustum. xxiii. quæst. 11. Et ius dicitur, quia iustum est. cap. ius generale. 1. distin.

Item, hic definire Vlpia. dicimus ius quod tractat, non autem diuinum, de quo non loquitur, sed ciuile, collectum ex naturalibus, gentium, & ciuilibus præceptis. §. huius infrà, eod.

A definitione duobus modis arguitur.

Nam, vt Celsus eleganter definit.] Colligitur definitionem amplectendam, & à definitione Iurisconf. sæpius arguunt. vt in l. j. ff. de testam. l. j. de reg. iur. & hoc maximè duobus modis, negatiuè & affirmatiuè. Ita autem negatiue arguere licet: cui non conuenit definitio, nec definitum. vt, si dicamus creditorem eum, qui perpetua exceptione submoueri non potest. l. creditor. ff. de verb. signific. Ergo creditor non dicetur, qui submoueri exceptione poterit. l. is cui. in fin. ff. de actio. & oblig. vel, definitio non conuertitur cum suo definito, ergò nō est bona. Vlpian. in l. j §. dolum ff. de dolo glos. in l. finali. ff. de verb. sign. l. j. de capit. diminut. Bart. in l. j. ff. de testa. Et definitum non debet vltra definitionem extendi. vt ibi, & explicat Hegendor. in sua Dialect. legal. in argum. à definitione.

Affirmatiuè arguitur sic: definitio conuertitur cum suo definito, ergò est bona: vel, cui cumpetunt definitionis verba, competit & ipsa res definita: glo. in §. j. de oblig. in Instit. Euerard. in tractatu de locis legal. in hoc argum. à definitione ad definitum. vt, si dicam necessarias impensas, quæ necessitatem impendendi habent. l. impensæ. ff. de verb. signi. l. j. ff. de impens. in reb dotal. fact. Sempronius necessitatem impendendi habebat, ergo sunt necessariæ impensæ vel, heres est, qui in vniuersitate bonorum succedit. l hæreditas. ff. de reg. iur. Titius succedit in vniuersis bonis, ergò est heres. l. nihil. ff. de verb. signif. vbi
4 scripsi. Et regulariter definitio substantiam per essentialia explicat. teste Aristot. in Topicis & Boët. descriptio verò rei intelligētiam claudit. vt docet Bald. in l. maximum virium. num. 6. C. de liber præter & And. Gammar. in sua Dialect. lega. lib. j. de loco à definitione. vide Aristo. lib. 2. resolutio poster. c. j.

Definitio quatuā comprehendat.

Item definitio complectitur omnia, quæ sub re definita verè continentur, non autem quæ ficte, vnde maleficij definitio non comprehendit quasi maleficium §. j. vbi glos. de oblig. quæ ex delict. nasc. Et definitio castrensis peculij non comprehendit quasi castrense. l. fin. C. de inoffi. testam. quia aliud est esse, aliud haberi. l. mercis, ff de verb. signif. vbi plenè docui. tamen per eādem rationem solemus decisionem de vno ad aliud extendere. vt ibi tradidi, & definire pro decidere, & decernere capitur in l. 2. §. doli mali. ff. vi bono. rapto. scripsi in l. j. in fi. de verb. sig.

Ius est ars boni & æqui.] In iure ergò continetur bonum & æquum. vnde dicit Aristotel. his verbis. lib. j. Rhetor. c. 13. quid bonum & æquum sit,
5 æquum & bonum & iustum esse videtur. Æquum autem & bonum est quod præter legem scriptam iustum est, quare si cum quis annullatus sit, manum extollat, vel percutiat, lege quidem scripta reus est, & iniuriatus est alteri. Verè autem non est iniuriatus, & id est æquum & bonum facit l. item apud. §. j. ff. de iniur. c. si quis pulsatus de pœni. dist. j. Et Cicero ad Herennium j. dicit artem esse perceptionem, quæ dat certam viam, rationemq; faciendi, & sic dicit Alcia. lib j. Parerg. cap. 30. nihil aliud esse ius, quàm æquitatis, bonitatisq; huius, in artem redacta, à Iurisconf. nostris collectio. Ego mallē dicere ius nostrum esse artem, id est, præcepta & statuta bonitatis, & æquitatis, quia, teste Quintilia. ex præceptionibus cōsentientibus constituitur ars: si accipias redacta in artem, id est, in titulos & materias, sic poterit intelligi sententia Alciat. quia ius nostrum non est redactum

Ius quomodo, ars dicatur.

in artem, vt Grammatica, Dialectica, & Rhetorica, & hodie quidam ad hoc se laborare dicunt, quod tamen nullus adhuc præstitit, sed optarem summopere. L. Crassum nunc superstitem esse, qui (vt est apud Cicero.) hoc præstare posset, & sic definitur hic ius, non scientia iuris, vt quidam arbitrantur. Nam scientia iuris est ipsius notitia. l. iustitia. §. iurisprudentia. infrà quæ est in Iureconf. Sed non hīc definitur, verum ius ipsum, quod est ars, id est collectio præceptorū æqui & boni. nec definitur ius, eò quòd æquum, & bonum sit, sed quòd præcepta boni & æqui contineat, & in hoc iuris studio sunt quædam pronūtiata certissima, videlicet quòd ius aut est publicum, aut priuatum, vt inferius dicetur.

Quidam dubitant, an alterum sufficiat, videlicet 6
bonum, vel æquum in lege, vel cōstitutione condenda, & dicunt nō sufficere, cùm ista coniuncta videantur, & effectus quodammodo coniunctus sit. Ego tamen existimarem ista adeò coniuncta esse, vt non possint à iure ipso separari, cum ius ipsum sit ars boni & æqui, sed vna cōstitutio potest aliquando continere æquum, altera bonum, vel è contrario. Vnde Pompo. ait natura æquum esse, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. l Nam hoc. ff. de condict. indeb. Et æquum est, in l. si filiusfamilias. de tutel. & ratio. distrahend. Et conditores legum æquitatis conuenit esse fautores. l. hac lege. C. de pact. conuent. & Vlpi. scribit æquum Prætori visum est l. seruum. §. penul ff. de procur.

Alibi etiam Iurisconf. ait bono publico introductam vsucapionem. l. j. ff. de vsucap. sic separat Cicero in Offic. vtile ab honesto, & interdum statutum æquum esse poterit, sed non bonum, vt in omnibus exemplis. l legis virtus est imperare, vetare, permittere, & punire. ff. de legib. quæ optimè explicat Bal. in consil. 184. municipale in 5. vol. licet etiam vtrūq; interuenire posit, vt bonum & æquum sit.

De bono & æquo Iurisconf. loquitur in l. 2. §. quid enim. ff. si quis cautio. l. eas. de capi. diminu. l. in noxalibus. de noxal ff. l. in summa. §. quod ob rem. de cōdic. indeb. l. iure. de iure dotium. l. si verò non remunerandi. §. si mihi manda. l. eorum. de dam. infect. l. consensu. de actio. & obliga. alia scripsi, in l. subsignatum, §. bona. ff. de verb. signif.

Æquum à bono quando separetur.

Et sic patet ista duo interdum separari, si diuersa significent, videlicet bonum pro vtili, & æquum pro iusto, vt in l. hac lege. C. de pact. conueni. sed quatenus in lege eandem significationem habent, quam ἐπιείκεια Aristot. vocat, tunc æquum non separatur à bono, nec vnum ab altero, quia ius semper bonum & æquum est, l. penult. infra eodem & superius dictum fuit.

Lex qualiter examinanda.

Ex isto text. constat, quando lex sustineri poterit, nempe si contineat bonum, & æquum, aliàs erit pestis in patria. Et sic est lex examinanda an sit vtilis & iusta. vt scribit text. in c. erit autem lex. 4. dist. Et ego abundè docui in procemio constit. Reg. in glo. j Tomo j. de copula. etiam docui in l. coniunctionem, & l. sæpè. ff. de verb. signif.

Et quamuis lex dura sit, tamen æquū & bonum continet vt l. prospexit. ff. qui & à quibus. Bart. & Ias. in l. ex facto. ff. de vulgar. vt dixi in interpretatione ad dictam l. prospexit.

Item Paul. Castrens. dicit, ius ciuile non esse de septem artibus liberalibus, nec debet his liberalibus artibus

artibus annumerari: quod verum puto, sed computatur inter studia liberalia, vt Dioclet. scribit in l.j. C.qua ætate.lib.x. sic, *Cum vos affirmetis liberalibus studiis operam dare, maximè circa iuris professionē, &c.* & l.oratione.ac l.medicos de professor.& medic. ibi. Et habent professores iuris priuilegia liberalium artium, plutaque alia, cùm sit sanctissima res ciuilis sapientia, quæ pretio nummario non sit æstimanda, nec dehonestanda. Vlpian.in l.j. §.proinde. ff.de extraordin. crim. ego congessi centum octoginta priuilegia scholasticorum (maximè iuris) interpretādo authen. habita Anno 1519.in studio Monnspessulani, quæ tuue dictaui auditoribus meis.

Cuius meritò quis nos sacerdotes appellat.] Quomodo iurisperiti sacerdotes vocari possint, videamus, eum ferè sint laici, & requiritur, vt sacerdotes Deo sint dicati. cap.cleros. xxj distin. ibi, *Sacerdos enim nomen habet cōpositum ex Græco, & Latino, quasi sacrum dans, sicut enim Rex à regendo, ita sacerdos à sacrificando vocatus est, consecrat enim & sanctificat, &c.*

Respond. olim sacerdotes dupliciter dicebantur. Nam quidam sacris Dei vacabant, de quibus suprà, & in l. non distinguemus. §.sacerdotio. ff.de arbi. & ius diuinum ac pontificium maximè de his tractat, hósque suo proprio nomine sacerdotes, quasi sacra Dei ministrantes appellat.

7 Alij sunt sacerdotes, qui sacris legibus operam præstant. Nam leges sacratissimæ dicuntur, quæ cōstringunt hominum vitas ad benè, beatéque viuendum. l.leges sacratissimæ. C. de legib. & in procemi. Inst. vnde sicut sacerdotes sunt sacrorum interpretes, & sacra dantes, ita & hi sacra legum, & æquitatis, & iustitiæ præbent: & sicut sacerdotes consulti super sacris responsa præbent, sic & Iurisconsulti super iure. Ideò Scipioni Nasicæ (qui optimus à senatu appellatus est) domus publica in sacra via data fuit, quo facilius consuli posset. l.ij.§.iuris ciuilis.ff.de or. iur. Et Seruius Sulpitius iuris Antistes dictus, teste Quintil. & doctores etiam ab Imperat. sic vocantur. C.de decret. decurio. lib.x.

Vnde puto iuris doctores dici sacerdotes, si publicè profiteantur: Nam tunc sacra dant, & iustitiam colunt, ac notitiam æqui & boni habent, & eam artem profitentur, maximè si sint ab ordine probati, & intra numerum recepti. l.si duas. cum l. sequent. ff. de excusa.tutor.

Ex quo infert Host.in procem.Summę.& Andreas Isernia in procem. Feudor. doctores iura profitentes non minus mereri, quàm sacerdotes, & religiosos, per id quod scribitur Daniel. 12.cap. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Idem in iustitiæ ministris, qui iustè & rectè eam administrant, & non perfunctoriè. vt scripsi in procem. constit. Reg.in primo tomo.

Offendens iuris doctorem, tenetur crimine publico. Vnde inferunt Bal.& alij cōtra offendentē doctorem, & iuris sacerdotē, vt teneatur crimine publico, sicut si sacerdotem sacra Deorum administrantem offendisset.arg.l.si quis in hoc genus.cum authen.ibi posita. C.de Epis.& cler.quia doctoratus publici iuris est, & debet publica, non priuata authoritate conferri.cle. ij.de magistr.In signum cuius datur legum doctoribus infula, sicut principi, & olim sacerdotibus gentilium. d.c. cleros. §.sacerdotes.xxj.distinct.

Et sicut iniuria facta sacerdotibus dicitur atrox, ita & doctoribus. Latrocem. C. de iniur. quia nihil studiosum magis est Imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, cum vtique & pro illis ipsi semper Deo supplicent. Iustinia. in authen. quomodo oporteat Episc.colla. j. Ideò procurator Regius debet prosequi & instare contra hos scelestos, qui horum alteru- trum iniuriis afficiunt, quod etiam vidi in Frācia seruari cum ius publicum respiciat, vt inferius dicetur.

Iustitiam namque colimus, boni & æqui notitiam profitemur.] Vlpia.dixit ius esse artem boni & æqui, & meritò professores illius sacerdotes vocari, quia iustitiam colunt, & exercent, boni & æqui notitiam profitentur, æquum ab iniquo separāres, &c. Et transit de tertia persona ad primam, vt planiùs ostendat: *Nos iurisconsulti colimus iustitiam, æqui & boni profitemur notitiam*; Et sic iustitiæ exercitium committendum non est, nisi Iurisperitis, qui iustitiam exercent, & colunt, ac boni & æqui notitiam profitentur: aliàs si in manus Medicorum respub. gubernanda inciderit, ægritudinem incurrere poterit, & si ignaris committatur, aut cæcis, ambo in foueam cadent. Vnde dicebat Æschines; Hoc etiam reputate, quod si munera paucis eisque condignis, & secundū leges contuleritis, multos vos habituros pro virtute certantes: si autem cuilibet cupienti, & his, qui nihil egregium fecerint, gratificemini, frugi etiam ingenia corrupturos. Et Arist. lib.v. Ethic. cognoscere iusta & iniusta, nullam sapientiam putat, quoniam de quibus rebus leges loquuntur non difficile est intelligere, sed iusta facere, maius negotium est. Ideò dicit iste text. *Profitemur, & colimus*, quod in exercitatione boni & æqui consistit. *Æschinis præclarè dictum.*

Ex his inferri potest, illam constitutionem minimè bonum & æquum continere, quæ disponit, vt hi ciuitates regant, & Respublicas, qui notitiam æqui & boni non habent: quia ignaris committere administrationem, est simile his qui manibus furiosorum gladium committunt, éstque contra statuta, & Iustinia.in procem. Instit.in fi. vbi ait, Rempublicam credendam Iurisperitis. Et Pythagoras Samius Philosophus censebat vniuersam Remp.in tres ordines esse diuidendam, & vnum quidem esse bonorum ordinem publica negotia gubernantium: alterum, ex viris robustis constare: tertiū ex illis, qui res necessarias exoptant ac suppeditant; nomino autem primum ordinem consiliarium, secundum auxiliarem, tertium mechanicum. Cōsiliarium imperare oportet: mechanicum parere auxiliarem verò vtrumque. Consiliarius quid agendum sit consiliis præfinit. At auxiliaris dum propugnat, totam mechanicam multitudinem regit: quatenus autem ei præscribuntur consilia, regitur. *Ignaris ad ministratio non est committenda.* 8

Etiam apparet Consiliarios, vel iudices creari nō debere, nisi notitiam boni & æqui habeant, quam per leges consequuntur: & sic falluntur tota via Rhetores, & Grammatici: ac Philosophi, qui iudicare volunt sine iure, eum non habeant notitiam æqui & boni: nec præcepta artis nouerint: sicut, si quis vellet domum construere, & numquam didicisset artem illam, maximè eum Iurisperitis prohibitum sit exēplis iudicare. l. nemo. C. de sentent. & interloq. omn.iud. *Exemplis non est iudicandum.*

Nec me conturbat l.certi iuris. C.de iudi.vbi magistratus militares iudicare possunt, verùm de re mi-

-litari cuius quidem cognitionem habent quia tam per vsum quotidianum, quàm per militares regulas in his experti sunt, aliàs non possent iudicare. Nam turpe esset eis si ignorarent militarem disciplinam, in qua versantur. l.ij.§. Seruius antem. ff. de orig. iur. & in d.l. certi iuris dicitur; quid enim obstaculi est hominibus, qui cuiusdam rei notitiam habent, de ea iudicare? & sic non de alia, vt in l. expertes. C. de decurio. lib. x. Inde fuit derisus Phormio ab Annibale in Calcide, cum coram illo de re militari dissereret: At licet isti, de re, de qua notitiam habent, iudicare posint, de bono tamẽ & æquo non, cũ illorum notitiam non habeant. Et sic generales causarum iudices constitui non poterũt sicut iurisperiti, vnde pulchrè Aristot. lib. j Ethicor. cap. ij. his verbis scribit: Hæc enim ciuilis facultas, & quas scientias in ciuitatibus esse, & quales quẽque discere, & quousq; oportet, instituere solet. Eas prętereà facultates, quæ summis afficiuntur honoribus, vt rei militaris, reiq; familiaris facultatem, ac oratoriam artem, huic subesse facultati videmus. Cũ igitur cæteris actiuis scientijs hæc vtatur, & leges ferat atq; instituat quid quisque agere, & à quibus abstinere debeat, & huius finis cæterarum omnium facultatum contineat fines, non est mirum si Vlpian hic eam commendet.

Iuris ciuilis facultas quid contineat.

Ex quo patet curiarum supremarum iudices, seu consiliarios doctos esse in hoc iure oportere, aliàs, quomodo iudicabunt ex bono & æquo, si illa ignorent? Nam cum ad bonum & æquum redigendæ sint sententiæ illorum, l. quod si minor. §. j. ff. de minor. non possent profectò sententiæ eorum per Plautum, & alios similes ad bonum & æquum reduci, nisi per Iurisconsu. scientiam, cùm æquitas sit legis voluntati coniunctissima, sequaturq; eam quocumque tendat, siue ad humanitatem, siue ad acerbitatem, vt docet Francisc. Cona. lib. j. tit. de æquita.

Hodie tamen, quidam ignari iudices, etiam supremi, tota falluntur via, existimantes maiorem notitiam æqui & boni se habere, quàm in iure inueniatur: certè cùm in hoc iure sint præceptiones collectæ boni & æqui, & sit ars, nescio si in momentaneo capite alicuius, maius æquum & bonum oriri poterit, quàm in iure, in quo est collectio præceptorum boni & æqui; nisi in his fortè quæ præter ius sunt, vel quando lex est ambigua: aliàs non est innitendum prudẽtiæ suæ, vt docet Papa in c. ne innitaris. de cõst.

Cum igitur ius scriptũ sit certum, æquitas autem, quæ ius scriptum non est à prudentum iudicio pendeat, de quo rectè censere nõ cuiusuis est iurisperiti, sed eius, qui artem hanc plenè nouit. Nam non parui negotij est, æquitatem istam inuenire, hoc Vlpia. tradidisse videtur. ff. de Religios. & sumpti. funer. l. & si quis. §. hæc actio, quæ funeraria dicitur, ex bono & æquo oritur Aequum autẽ accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est, ex causa, ex tempore, ex bona fide. Igitur illa, quæ lege comprehensa nõ sunt, ex bono & æquo interpretationem & emendationem accipiunt. vt probat Imperator in §. præterea. de actio. in Instit.

Item iudices, si coram eis de re medica agatur, medicos consulere solent: si de re rustica, rusticos. l. si chorus ff. de lega. 3. quia vnicuique in sua arte standũ esse, statuit §. præterea. de rerum diuis. in Instit. vbi glos. & sic de omnibus Iurisperiti iudicare poterunt, maximè cum consilio peritorum artis.

Vnicuique in sua arte credẽdum.

Æquum ab iniquo separantes.] Æquum pro iusto accipi frequenter compertum est, cui iniquum opponitur. Cicero in Partitionib. ait directum & verum, & iustum, & (vt dicitur) æquum & bonũ. l. diem proferre. §. stari autẽ debet sententiæ arbitri, quam de re dixerit, siue æqua siue iniqua sit: ff. de recepr. arbi. inde æquæ mẽsuræ nõ iniquæ. in l. itẽ quæritur. §. si quis mensuras. ff. loca. & Arist. lib. v. Ethic. c. j. ait iustum esse, quod est legitimum, & quod est æquum: iniustum verò quod est cõtra leges, & quod est iniquum, idem Arist. c. 2. & 3. ibid. & c. x. ait æquũ & bonum iustum esse: & idem, est ergo iustum, atq; equum & bonum, estq; hæc natura ipsius æqui & boni emendatio legis ea ex parte, qua deficit, ob vniuersale, hæc enim est causa, &, vt non omnia sint lege comprehensa, quia de quibusdam imposibile est ponere legẽ, quare decreto opus est indefinito: Nãq; rei indefinitę & regula est, sicut & ædificationis Lesbia norma, ad lapidis enim figuram mutatur, & non manet, & decretum ad res ipsas simili modo, ideò multa relicta sunt iudicis arbitrio. l. j. ff. de effracto. Ex quo patet ad Iurisperitos spectare separare æquũ ab iniquo, & super his statuere, ac quantum æquæ mensuræ vel pondera continere debeant. l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. vbi dicam.

Licitum ab illicito discernentes.] Ex hoc text. colligitur ad Iurisconsu. pertinere, discernere licitum ab illicito: quia omnia licent dicit diuus Paul. primæ Corinth. 6. nisi quæ lege prohibita sunt. Concupiscentiam, dicens, nesciebam peccatum esse, nisi lex prohiberet. c. Nam concupiscentiam. de constit. quod per legem non licet, interdum necessitas facit licitum. c. quod non est. de reg. iur. quia necessitas nõ habet legem l. j. ff. de offi. consul. vbi dicam. Et licitũ interdum expedit, interdum non, quod cognoscitur per legem. c. sic enim. vers. ita sanè. 28. quæst. j.

Itaque tria necessaria præcipuè, in omni negotio esse attendenda, docet Papa in c. magnæ. de voto. videlicet, quid liceat, secundum æquitatem: quid deceat, secundum honestatem: quid expediat, secundum vtilitatem, & in coniunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed & quod honestũ sit. l. semper. de rit. nup ff. cum ergo licitum appareat per legem iurisconsultorum est iudicare de licito, & illicito, de æquo & bono & ista est illorum legitima professio. Et quamuis iniquum ferè naturâ intelligatur, tamen licitum & illicitum legitima sanctione perpenditur, vt hic constat.

Tria necessaria in omni negotio attẽdenda.

Ex hoc apparet, cùm ius in bono & æquo versetur omnes fallacias (quas cautelas dicunt) hoc iure improbari, & illicitas esse. l. j. ff. de dolo. l. natura. vbi scripsi, ff. de verb. signif. vnde Cæpol. & alij, qui has fallacias scripserunt, melius prouidissent animabus suis, si eas omisissent, quia virum iniquum & dolosum abominabitur dominus: Nisi fortè quis has fallacias conscribat, vt ab illis lectores caueant, ne ab iniquis (his vtentibus) decipiantur; quod potius factum præsumendum est.

Cautela de iure illicita.

Nota tamen causas, ex quibus constitutio seu statutum cognoscitur illicitum. Prima est, quãdo prohibetur debita obedientia superiori. Secunda quãdo expensarũ grauamen suggerit. Tertia quando vetat concordiam fieri litis. Quarta, si compellat iniustam mouere litem. Quinta, si prohibeat liti renuntiare. Sexta, dum ad peccandum inducit. Septima, omne 9

statutum

statutum inducens contra superiorem conspiraoonem est licitum.c.j.de verb.signif.in vj. vbi Domi. & Philip.vide in c.venientes.de iureiurand.

Bonos non solùm metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, &c.] Et sic proprium legis est malis pœnam, & bouis præmia constituere, per istum text. & c.si vos. xxiij.q.v. Et sic ius statuit, vt boni homiues fiant partim præmiis, partim metu pœnarum, vode Horatius:

Oderunt peccare mali, formidine pœna:
Oderunt peccare boni, virtutis amore.

Facit text.in l.seruos. C.de agricol. & censit.lib.xj.& §.illud.2. in auth. neque virum quod ex dote.colla. 8.glos.similis.in c.irretragabili.de offi.ordi.& in cap. eum quide præben.in vj. Et Imperator statuit præmia bene merentibus tribuenda.io l.vt virtutum. C. de statuis & imag. l.ij. §.hoc autem.de offic.præfect. prætor.Aphricæ.vide quid Plato dicat lib.34.de leg. vel legum latoribus dialog.xj.cur scelesti puniantur, sic scribens: Pœnis verò maligni vexantur, non quia peccauerũt, nam quod factum est, infectum esse non potest, sed vt posthac & peccatores ipsi, & qui puniri iniquitates videtunt, iniustitiam oderint, aut saltem minus in simili vitio peccent, & vt pœna vnius sit metus multorum. l. j. C. ad leg. Iulian. repetundar.

Platonis elegans dictũ de pœnis scelestorum.

Etiam eò confiscationes bonorum inductæ suot. Nam multi metu amisionis substãtiæ potius à malo se continent, quàm propter Deum. vt asserit Iustin. in §. si quis igitur. in authen. de non alienand. rebus ecclesiæ.colla.2. Et sic potius timetur fiscus à mulos malis, quàm Deus.teste Guido. Papa in statu.si quis. in verb. applicandis. vide c.factæ.iiij.dist. & casus in quibus peccandi facultas retrahitur. scribit Luc. de Penna.in l.prima. C.de fabric. lib.xj.

Bonorum confiscationes cur inductæ sint.

10 Inducit Bart. istum text. ad quæstionem, verum magistratus ciuitatis possit statuere, vt prehendens exulem habeat centum: & certum est posse, sed tria ex hoc dubio dissolueoda sunt: primũ, magistratum hoc statuere causa cognita posse, sicut alia solet, vt per Bart. & alios io l. j. ff. quod quisque iuris. & in l. cum nauarchorum.in fio. C.de nauicula.lib.xj. Nec esse hoc statutum ambitiosum constat, quòd vtilitatem Reipub.contineat, & sic noo obstat l.ambitiosa. ff.de decre.ab ordi.faciend.

Secunda quæstio erit, an illa centum fiscus teneatur præstare. Respon.noo teneri, quia ooo potest iudex ex pecuniis principis, non coosenriente principe, disponere. l. vnica. C.de præbend.sal. lib. x. l. iij. §. planè.ff.quod vi aut clam. l. diuus.de bouis damnato. l.lege Cornelia.de Senatusc.Sylla.

Vltimò, dum Bart. dicit saltem expensam, ad capiendum bãnitum (vt ipse vocat) posse à fisco repeti. per l.mulier. ff.de capt.hoc intelligerem verum esse, quando noo esset pars, quæ prosequeretur, alioqui pars ipsa ad expensas teneretur.vt docet Bal.in titul. hìc finitur lex col.j.in Feud.Henric. Bohir.in c.ad au res.ij.dist.de symo.& Aufrer.refert in decis.Tholos. q.xlj. Alioqui iudices facilè non debent ista statuere, nisi de principis, aut partis prosequentis coosensu, aut nisi de suo præstare vellent, quod esset illis maximè durum, qui officium emerunt omnibus aliis suis distractis bonis. vide quæ Bart. & Ias.scribunt in l. iiij. §.si tibi.ff.de coodictione ob turp.caus. & in l.solem. de præscrip.verb.

Et sic fieri constitutiones debent, vt vtilitati publicæ possint prodesse, non autem soli priocipi, aliàs oõ constitutiones, sed destitutiones vocabuntur. c.fi. de reb.eccles.non alienand.l.fi.C.de debito.ciuitatis. vbi Iaco.Rebuf.lib.xj.l.vna. C. de caduc. tollend.hodie verò omnes ferè constitutiones tendunt ad solum principum cõmodum, & ad perniciem populi, adeò quod definitio Trasimachi apud Platonem seruatur, quâ ius dicit esse, quicquid potentiori est vtile. quod tamen hìc reprobat Vlpian.dicens ius à iustitia descendere, non à commodo potentis. & idem diuus August. libr. xjx. de ciuita. Dei scribit. & Thomas Aquinas. & qui has leges fieri procurãt, ioiquitatem fouent, illicita recipiunt, iniustitiã colunt, veriq; apostatæ, & oõ sacerdotes iuris sunt, Pilati vestigia insequentes, & quandoq; (nisi resipiscant) cũ illo ardebũt.

Cõstitutiones quomodo fieri debeant.

Ex quo sequitur licitum esse, iure etiam diuino, fraudare iniustam vectigalium legem, & impositionem, vt concludit Bart.in l.vectigalia.ff. de publica. Panor.& alij in c.j.de constit.facit gl.io ver.malignãtum.c.cupientes. de elect.in vj. 11

Quid enim legũ finis est, nisi vt homines boni fiãt per leges? quod duobus modis fit, præmiis videlicet, & metu pœnæ: & olim omnes leges ad commodum publicum respiciebant. l.j.C. de fabricen. libr.xj.vbi Luc.de Penna.xiij.casus conscribit, quibus homines à peccatis retrahantur, & sic noo valet constitutio, per quam benemeritis præmia denegantur, & malemeritis iusta pœna non irrogatur.

Legum finis.

Accurs.docet hìc quomodo metu pœnæ quis fiat bonus, vt in transactione iurata, cõtra quam quis veniendo fit infamis.l.si quis.C.de transactio. dicite ius oostrum varias statuisse pœnas in scelestos & cõmittentes crimina, tam capitalia, quàm noo capitalia. vt in titul.de public.iud.cum aliis titul. vsque ad titu.de appellation. & in titul. de furt.cum sequent. & metu istarum pœnarum homines boni fiunt, vel fieri debent.l.fin.C.ad leg. Iulian. repet. Item exhortatione præmiorum, cum boni donantur honoribus, & muneribus. vt in titul.ff. de Senator.& toto hoc lib. ac in titu. de munerib.& honorib. Etiam bona auferuntur hominibus iniquis per confiscationem. vt in titul.de bonis proscripto. C.quæ cõseruantur per leges bonis.l.fi.infra de legib.de præmio Cicero etiam tractat in lib.ij.de Inuentio.c. de iuridiciali, vbi rationem præmij in quatuor distribuit partes.

Faciẽs cõtra transactionem iuratã, fit infamis.

Veram Philosophiam, non simulatam affectantes.] Quidam in text habeot, *affectantes*, quòd Iurisicon.cum affectu & anxiè veram quærant Philosophiam, non simulatã: alij habent *affectantes*, quæ in idem ferè reincidunt: videlicet, quod ipsi Iuriscon.veram sequantur Philosophiam, nõ simulatã, & ipsi eam quærant propter seipsam, vt dicit Cicero lib.j.de Legib. per se ius esse expetẽdum, & colendũ. quod si ius, etiam iustitia, & sic non propter lucrum, vt statim dicemus, & Io.Fabr.in prooemi.Inst.scribit.

Simulatam, secundum quosdam, Philosophiam sequitur, qui, vt diues fiat, Iurisconsultorum profitetur Responsa, quia veri Philosophi pecuniam & diuitias contemnunt.l.sed & reprobar.j.ff. de excu.tutor. vt pater de Crate Thebano, qui magnum auri pondus abiecit, cũ ad Philosophandum Athenas pergeret, vt refert Hiero.c.ad negotia.& in c.gloria episcopi. xij. q. ij. sed de hac iste text.non intelligitur, quia vulgò dicitur.

Dat Galenus opes, & sanctio Iustiniani,
Ex aliis paleas, ex istis collige grana.

Ea tamen intentione vt quis diretur, fieri studium non debet, sed vt bonus & iustus fiat, qui studet, & postea algebit, si doctus & iustus fit in Francia. Nam Hesiodus sic scribit, lib. j. ἔργα καὶ ἡμέραι vocato.

Vir bonus aut iustus nullius fiet honeris,
Sed magis insignem sua per scelera, atque rapinas,
Suspicient: cedet ius dextra, nec pudor vllus
Notus erit, fallet probum & improbus ore doloso
Verba obliqua loquens, periuriáq. insuper addens.

Adhæc simulatam Philosophiam affectant, qui student vt sciantur, & videantur, vt Rhetores, quorum finis vana est gloria. vnde Aristot. in ij. Ethic. ait: Opus morale sumpsimus, non vt sciamus, sed vt boni fiamus.

Sed qui student, vt post studium detur eis Respublica gubernanda, non simulatè agunt, vt Iurisperiti: quibus hoc pollicetur. Iust. in §. fin. in procemi. Instit. At pecunia regit, & homines præficit nunc. Ideo dicebat quidam Iurisperitis Rempub committendam, si illam emât, quod esset absurdū. De quintuplici fine ad quem fit studium, scribit Hostien. in summa. in §. fi. in procem. Et Archidiac. in c. nónne. xxxvij. dist. simulatam verò Philosophiam profitētur patroni causarum, qui contra iura consulunt in animarum suarum perniciem: veram autem profitentur, qui pauperibus gratis, & omnibus aliis, iure consulunt, nec desperatam causam sumunt. l. rem non nouam. §. patroni. C de Iudic.

Quintuplex studiorum finis.

Philosophia duplex est, naturalis, & moralis. vt Arist. docet. Ius autem nostrum tractat potissimè de morali, quæ diuiditur in Ethicā, quæ seipsum regere docet: vt, ne quis transgrediatur muros ciuitatis, & pereat: sicut Rhemus. l. fin. ff. de rerum diuis. & docet etiam hanc Iurisc. in l. hæres. ff. de negot. gest. l. j. de inoff. testament. & alia innumera extant de Ethica, in iure exempla.

De Oeconomica, quæ docet regere familiam, tractatur in titul. de liber. agnos. ff. & C. de emenda propinquo & seruo. & alibi.

Politica autem, populum regere docet, vt in toto fermè hoc lib. j. & ius nostrum per è repletum est hac Philosophia: ita vt nō dicam difficile, verum impossibile esse, iustè & benè eum posse regere populū qui non calleat ius istud. Itaque quando Respublica regitur ab ignaris, labefactatur, subuertitúrque penitus, adeò vt nihil certi in ea sit. Sed nunc vnum statuitur, cras aliud, quia statuentes nihil certi in capitibus habent, quod procedit ex ignorantia, & stoliditate. vide quæ scribit Iohan. Fab. & Christopho. Porc. in procem. Institut.

Dicet Philosophus & Rhetor se profiteri scientiā moralem, & sic Iurisperitos esse, quibus respondet Barba. in repet c. Raynaldus. coll. clxxxij. de testam. Philosophiam moralem, in qua versantur isti, inducere quidem homines ad bene beatéque viuendum, sed hæc vera legalis Philosophia, nō solum inducit, verumetiam iubet, ac punit, & cum imperio loquitur; Philosophi quidam suadent, & interdum pereūt. Nónne Plato in Phædro suam captiuitatem, & Zenonis tormenta refert? & Socratem cicuta, Senecam quoque, & alios ad bonum inducentes, periisse? Et ius nostrum rebelles punit, quod non facit simplex Rhetorum Philosophia: ob id ista iuris ciuilis Philosophia omni alteri est præferenda, vt docet Cicero lib. j. de Orator. vbi plus dicit, libellum xij. tabula. superare authoritate, & vtilitate, omnes Philosophorum bibliothecas.

Ni fallor.] Trahunt doctor. istū text. ad testes, qui si deponant per hæc verba (ni fallor) eis non credetur, nisi addant rationem per sensum corporis, videlicet, vidi in mutuare centum, ni fallur. per l. solam. C de testib. & l. testium. ibidem. & idem in aliis verbis, videlicet, iudicio meo, videtur, fortè, credo, & aliis, quia attenditur causa dicti, non verò verbum, credo, vel videtur, & ista est breuis resolutio doct. hic. & in c. in præsentia. de proba. Alex. consil. lxxiiij. viso testamento. iu j. vol. & consil. cxlvij. ponderatis. col. penul. in ij. vol.

Testibus deponentibus per verba (ni fallor) an credendum.

Sed in his aduertere debet inquisitor, seu cōmissarius, qui hos testes audit, vt moneat istum testem sic deponentem, an certus sit, quod deponit, verum esse: & si respondeat se certum, & verum esse, non debet ista verba scribere, ni fallor, vel videtur, credit, iudicio meo: sed simpliciter debet dicere talem. N. testem dixisse talem N. debere centum. Ista scit, quia vidit mutuare, & similia: alioqui titubaret ista depositio tanquā dubia, verū quia ista est propria materia testium, quæ tractatur in suis locis, ideò ad eos vos nunc reiicimus: maximè etiam, quia conscripsi eā abundè in tract. de reproba. & salua. testium. De hoc verbo (ni fallor) vide Caium in l. j. infra de orig. iur. & veritatem fallat. in l. j. §. quæstioni. de quæst. de fallacia in l. j. de dolo. infra. & in l. ea natura. de verb. sig. vbi scripsi, ne pluta.

SVMMARIA.

1 *Differentia quæ sit inter publica, & publicè vtilia.*
2 *Sacerdotes alij stipulari possunt in sacris, secus in profanis.*
3 *Clericus recipiens instrumentum in fauorem Ecclesiæ suæ, non incidit in pœnam falsi.*
4 *Secus si tanquam notarius instrumentum scripserit.*
5 *Ius Ciuile quodnam sit, quod publica respiciat.*

§. Huius studij duæ sunt positiones, publicum, & priuatum.

SVperius Vlpian. dixit, eum, qui iuri operam nauare vellet, prius nosse oportere vnde iuris nomē descendat, & quid sit, dicens esse artem boni & æqui, cuius meritò, &c. Demum quia in hoc studio iuris duæ sunt positiones, quæ dicuntur pronunciata, seu enuntiata cuiusque scientiæ, ac disciplinæ propria, quæ certa habentur, & in controuersiam non veniunt: vel positiones duæ sunt, huius studij Iuris, id est duo tanquam fundamenta ponuntur, videlicet publicum & priuatū: publicum, tanquā nobilius & vtilius præposuit, sícque definit, quod ad statum rei Romanæ spectat, & hoc olim, quando Romani dominabantur, procedebat. hodie dicerē ius publicum esse, quod ad statum Imperatoris, vel alterius summi principis spectat.

Priuatum, quod ad singulorum vtilitatem. §. fin. hoc titul. in Instit. Cicer. tamen in libr. ij. de inuent. Rhetor. & in Partit. & ibidem io lib. 2. de Legib. aliter accipit, vt ibi videri potest.

Sunt enim quædam publicè vtilia, quædampriuatim: in libris antiquis ista verba non habentur, sed in nouis

in nouis.& Iuriscon.hic docet quædam esse publica,
alia verò publicè vtilia:publica ea sola sunt,quæ po-
puli Rom.sunt Vlpian.in l.bona ciuitatis. ff.de verb.

Publica vectigalia quæ dicantur.

signifi. scribit.Publica vectigalia accipere debemus,
ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal
portus,vel venalium rerum, item salinarum,& me-
tallorum,& piscariarum. Idem Vlpian. in l.inter pu-
blica. ibidem. vbi alia dixi. Et sic quædam sunt pu-
1 blica,quædam verò publicè vtilia.publica,principis
statum respiciunt, vt vectigalia : publicè verò vtilia
sunt, vt , ne vrbs deformetur ruinis. l.prætor. §. hoc
interdictum. ff. de noui oper.nunt. Publicè interest
dotes mulieribus conseruari.l.j.ff.solu.matr. & testa-
menta executioni mãdari.l.vel negare.ff.quemadm.
testam.aper. Et ne quis re sua malè vtatur. l.ij de his
qui sunt sui,vel alie.iur.§.fin.illo tit.in Insti.Alia plu-
rima scripsi in præfatio. ad leg.vnic. C.de sent. quæ
pro eo. quod interest.

Publicum itaque respicit principis statum,& reip.
vtilitatem principaliter,& ob id promouetur à pro-
curatore Regio solo:publicè vtile,siue principaliter,
siue secundariò , à parte promouetur, iuncto procu-
ratore Regio , vt statim dicetur.

Publicum ius in sacris, sacerdotibus, &
magistratibus consistit.] Quia status principis
diu conseruari non potest , nisi sacra , sacerdotes , &
magistratus tueantur , ideo Vlpian. hic docet publi-
cum ius in his consistere.

Itaque sicut sacra publici iuris sunt,& actio popu-
laris pro his datur,ita & sacerdotes,qui sacris vacant,
& illa exercent:quia parum esset habere sacra,si non
essent,qui ea exercerent.l.ij.§.post originē.ff.de orig.
iur.ideo,hi maximè,in duplici differentia apud Gen-
tiles erant. Quidam sacris & cæremoniis præerant.

Sacerdotes in duplici differentia.

Alij fatidici vocabantur , fata dicentes , quíque fata
incognita interpretabantur. vt est apud Ciceronem
de Legib.qui recitat etiam legem duodecim Tabul.
talem apud veteres fuisse. *Qui non paruerit sacerdo-
tibus,capitale esto* Et sic lege x i i. Tabul. Iniuria sa-
cerdotibus facta capitali supplicio punienda erat,
etiam facta magistratui.Nam qui manus intulit præ
posito,capite puniendus est. l.omne delictum. §.j. ff.
de re milit. quod pulchre ostendit Liuius ab vrbe
condita,& ista dicuntur publica, quia vindicta cuili-
bet de populo competebat,& dabatur actio popula-
ris.l.prima,& per totum.ff.de popul.actio. summáq;
in his versatur vtilitas publica.c.ius publicum.prima
dist.vnde infert Ioan.de terra Rubea,in tract.contra
rebelles Regum, in artic.2.tract.secund. in fi. multò
magis publicum versari circa suum principem , vt
quisq; eum tueatur contra rebelles, sicut apes faciūt.

Publica in regno Frāciæ à Procuratore Regio solēt promoueri.

Itaque hodie in hoc Franciæ regno , hæc publica
à procuratore Regio prosequi solent,nec priuatus ea
promouere volens audiretur, nisi aliquod priuatum
commodum prætenderet , seu aliquod interesse , &
tunc iungitur is priuatus procuratori Regio : si au-
tem præcipuè priuati intersit , publicè tamen secun-
dario,tunc pars promouebit negotium , & procura-
tor Regius adiunget se pro eo,quòd publicè intersit,
& sic seruat vsus forensis.

Nec interest,an procurator cum parte, vel ipse so
lus prosequatur causam. Nam si solus,non solet pro-
curator Regius condemnari ad expensas , nec pars
aduersa sibi : sed si parti procurator sit iunctus , vel
contra , ad expensas pars condemnabitur parti,pro-
curator autem non,ne ius Regium & publicum , ra-
tione expensarum, dimittatur. Et quia monente of-
ficio iste procurator prosequi tenetur. l.monente.C.
de delator. lib.x.l.illud.de petitio.hæred.scripsi in tit.
de electio.deroga.glo.aduocatum.in Concor. Fran-
ciæ.in xv.priuileg. vbi priuilegia procuratoris & ad-
uocatorum Regiorum conscripsi. Ista sunt publica,
maximę sunt vtilitatis:quia ius publicum,pactis pri-
uatorum,mutari nō potest.Papin. in l.ius publicum.
vbi plenè Accurs. & doctor. alia traduor. ff.de pact.
Rescriptum contra ius publicum , fortè ne tributa
soluantur,nullius est momenti.l.nec damnosa. C.de
precib. Imper.offer. & in tit. si contra ius vel vtilita.
public. l.in fraudem. de anno. & tribut.lib.x. Etiam
hoc ius procurator Regis prosequitur , vt superius
dictum fuit.

Et quamuis ius publicum consistat in sacris,& sa-
cerdotibus,vt tueantur,& ab omnibus defendantur,
non tamen vt ipsi principes seculares de ipsis sacris
cognoscant,nisi in negligentia prælatorum.vt c.prin-
cipes sæculi. nonnunquam intra ecclesiam potestatis
adeptæ culmina tenent , vt per eandem potestatem
disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterùm intra
ecclesiam potestates necessariæ non essent , nisi , vt
quod non præualent sacerdotes efficere per doctrinę
sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ ter-
rorem. xxiij. quæst. v. cognoscant principes sæculi
Deo se esse reddituros rationem propter ecclesiam,
quam Christo tuendam suscipiunt, si non eam rectè
tueantur,sed potius opprimant.vnde Iustinia. scribit
in §.finimus.in auth.de non alienan.reb.eccles.col.2.
non multum differre sacerdotium & imperium, nec
res sacras à publicis & communibus.

Et sic inferunt interpretes , istos sacerdotes , cum 2
sint publici iuris, posse aliis stipulari in sacris,quæ mi-
nistrant,nō autem in profanis, nisi quatenus versatur
vtilitas ecclesiæ,aut publica.Nam extra sacra hi pri-

Sacerdotes extra sacra quæ facere possint

uati dicuntur. vt dicitur de Præside. in l.iij. infra de
offic.Præsid.ideo stipulari poterunt ab aliquo vsuras
reddi : nam ad animæ commodum hoc tendit. cap.
quanquam.de vsur.in vj. & votum emissum recipe-
re.c.fin qui cleric.vel vouen.c.dudum.de conuersio.
coniugato. Etiam testamentum infirmi recipere. ca.
cum esses.& c.relatum.de testam. & alia respicientes
sacra tractare,si sint rectores parochiales,vt vocat ius
canonicum , vel vicarij eorum , non verò simplices
sacerdotes. per d.c. quamquam. Nam ex diuisione
parochiarum attributa est illarum rectoribus , ani-
marum iurisdictio. c. omnis vtriusque sexus.de pœ-
niteo. & remiss.ad ipsos autem pertinet ista publica,
in loco illis constituto , tractare , & non aliis à iure
incognitis.

Et sicut hi curiones , extra locum sacra tractare
ista non possent, vt ibi:sic non poterunt alij sacerdo-
tes nō habentes locum eis commissum: & ita visum

Testamentum factū in manibus sacerdotis, non curati, non subsistit.

est Senatui Paris. in testamento facto ab infirmo in
manibus sacerdotis non curati,vel vicarij eius, vt nō
iure subsistat, quicquid in contrarium dicant docto.
& ista est sententia Panorm.in c.dudum.de conuers.
coniuga.& docto.in d.c.omnis.& c.fi.de sepul.sed sa-
crificia Missę & alia non respicientia iurisdictionem,
tractare possunt,etiam simplices sacerdotes.

Nec obest, quod si quis promittat presbytero da-
re alteri , illa promisio valebit vt pactum , & sic de
iure canonico proderit. Respon. non valere vt pa-

ctum quoad tertium, qui non consenuit. vt in §. si quis alij. de inutilib. stipulat. in Instit. & l. stipulatio. §. alteri. ff. de verb. oblig. vbi plenè doct.

Sacerdos non potest esse notarius Principis secularis.

An sacerdos possit esse notarius? Respon. Apostolicus esse potest, sed notarius principis sæcularis non, cùm negotia sæcularia exercere non debeat. c. sicut. ne cleri. vel monachi. sed sacris vacare. l. non distinguemus. §. sacerdorio. ff. de atbit. Et quia hoc officium vere est, ideo illud sacerdos accipere non debet, nec attingere. l. vniuersos. C. de decur. lib. x. c. decernimus. de Iudic. de hac re Iaf. hìc multa scribit, his ego contentus ad alia pertranseo.

3 Infert etiam Claudius Seycel. clericum posse recipere instrumentum io fauorem Ecclesiæ suæ, nec per hoc incidere in pœnam falsi, allegat Iohao. And. de re iudic. Refert Matesilla. sing. lxxxviij. no. singulare. sed hoc intelligi debet, quando iste, vt clericus, instrumentum conscriberet, eo casu ooo incideret in falsum. si clericus sit, tamen scriptura non reputabitur publica, quia non est notarius, nec potest facere publicũ, cum ipse non sit, nisi vt superius dictũ fuit.

4 Si verò clericus tanquam notarius scripserit instrumentum, etiam pro Ecclesiæ vtilitate, falsarius est, nisi talis creatus fuisset. l. impuberem. §. qui codicillos. & l. qui nomine. ff. de falsis. quia notarij officiũ vsurpat, cum non sit.

Magistratus publica alterius territorij non potest tractare.

Idem in magistratibus dicendum est, vt stipulatio aliis facta acceptante pro alio magistratu, valeat. l. j. §. exercere. ff. de magist. conuenien. quatenus suum respicit magistratum, & officium, sicut enim ius nisi subiectis dicere non potest. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. sic non poterit publica tractare alterius territorij, vt hìc interpretes firmant ego allego text. io l. pupillus. §. munus. ff. de verb. signifi. in quo scribitur; munus publicũ est officium priuati hominis, ex quo cõmodum ad singulos ciues, rémque eorum, imperio magistratus, extra ordinem peruenit: & sic ad ciues dicit commodum peruenire, non ad alios, quibus non sũt præpositi magistratus, & illis stipulari non possunt, vt dictum fuit de sacerdotibus. abundè scripsi in d. §. munus. & hoc est in magistratibus inductum, quia eorum officium est publicum. Nam sicut sacerdos est præses animarum, sic & magistratus iudiciorum, nec propter vnum sunt instituti, sed propter vniuersos. vt d. §. munus. licet quidam deuorent populum, vt cibum panis.

Priuatum ius tripartitum est: Collectum est enim ex naturalibus præceptis; aut gentium, aut ciuilibus.] Rodolphus Agricola lib. 2. c 5. de inuentio. Dialect. dicit Vlpian. hic diuisisse ius priuatum, in naturale, gentium & ciuile, quasi ius publicũ non sit, nec naturale, nec gentiũ, nec ciuile, sed occupationibus detenti Iuriscõ. hæc reliqueruot.

Blondus verò de Roma triumphante lib. 4. dicit in hoc text. esse primarium ius, non priuatum, collectum enim est hoc primatium ius ex naturalibus præceptis, genuum, aut ciuilibus: tamen in Pandectis Florent. habetur, priuatum, & hoc verius videtur. Nam postquam Vlpianus definiuit publicum, ita vult hìc definite priuatum.

Franciscus tamen Cõnanus tantum ius ciuile diuidi ait, & naturale ac gentium, publicũ non esse: sed ego dicerem ius publicum consistere in sacris, sacerdotibus, religione & aliis: & ista iuris sunt naturalis, vel gentium. Ergo ius publicum collectum erit ex naturalibus, gentium, & ciuilibus præceptis, sicut priuatum, & hoc publicum, tanquam notorium, Iurisconf. aliter non diuidit.

Legatum hostium impunè pulsari non potest.

Item, si quis legatum hostium pulsasset, contra ius gentium id commissum esse existimatur, quud publicum est, quia sancti habentur legati. Pompon. in l. fin. ff. de legation. l. sanctum. de rerum diuisio. & Vlpian. ait: testamenti factio publici, non priuati iuris est, ideóque forma eius priuatorum pactis non læditur. l. iij. ff. de testam. & testamentum à iure gentium dicitur. per Batt. in l. interduin ff. de condict. indeb. amplissimè Barba. in rub. de testam.

Ius etiam ciuile quoddam, publica respicit, quod 5
in muneribus publicis consistit, vt in toto titulo de munerib. & hono. & maximè in l. honor. ibid. & iurisdictiones publici iuris suot. l. j. & per totum. ff. de iuris. omn. iud. & ne quid in loco publico fiat. ff. & leges publicas vocat Caius in l. fin. ff. de colleg. illic. Et sic ius publicum collectum esse videtur etiam ex naturalibus præceptis, & gentium, atque ciuilibus.

Ius publicũ quomodò tripertitum sit.

Nam ius naturale præcepta quædam obtinebat, vt non facias aliis, quæ tibi fieri non vis. c. j. distin. j. & procreano liberorum, atque educatio. Ex his ergo, & aliis iuris naturalis, & gentium præceptis collectum est hoc ius Rumanũ, siue publicum, siue priuatũ sit.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium quomodo dicatur esse de iure naturali, gentium, ciuili ac diuino.*
2 *Matrimonium rescindatur altero ad procreationem adepto.*
3 *Iura naturalia non possunt à Principe vel consuetudine tolli.*
4 *Legitima tolli non potest, licet ex causa minuatur.*
5 *Filius à patre alendus statim atque natus est.*
6 *Parentum educatio non est de iure naturali.*

§. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit.

HIc naturam pro Deo, seu naturæ instinctu accipi posse multi asserunt, variatur autem hæc significatio pro materia, vt docent hìc interpretes. & scripsi in interpretatione l. vnic. in verbo, quantitatẽ, vel naturam. C. de senten. quæ pro eo quod interest, & pleniùs in l. creditores. ff. de verb. sign. hoc ergo ius nobis innascitur, à naturáque accipitur, & eo, sine alio hominis ministerio, imbuti sumus. Nam hoc ius naturale, sine aliqua constitutione, habetur ex instinctu naturæ. c. ius naturale. j. distin.

Aduertendum est Vlpian. hìc non dicere coeundi appetitum, bibendi, comedendi, vel nocendi ius esse, prout Valla arbitratur, sed ius naturale vocat, quo cætera quoque animalia edocta sunt, vt liberorum procreatio, & illorum educatio. Nam homines & bestiæ ista communia inter se habẽt, & propria sunt omnium animalium. vnde Cicer. j. Offic. ait: Commune autem omnium animantiũ est coniunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quędam eorum, quæ procreata sunt. licet aliter accipere videatur Gratian. ius naturale. in c. humanum genus. j. distin. & sitne rationis aliqua vis in bestiis, & an plus habeant terrestres, an aquaticæ, scribit Plutarch. in suo pulchro Dialog. de industria animal.

Nam

Nam ius istud non humani iuris proprium est, sed omnium animalium, quæ terra, marique nascuntur. auium quoque commune est.] Sic habetur in Pandect. Florent. sed in exemplaribus antiquis ita habetur. Nam ius istud non solùm humani iuris proprium est, sed & omnium animalium, quæ in cœlo, terra, mariue nascuntur. Et in idem ferè ista recidunt. Sed in cœlo dicit propter aues, quæ in arboribus, id est in aëre nidificant, & ibi nascuntur. Et sic frequenter exponitur in hoc iure cœlum pro aëre. Vlpian. ait in l. 2. ff. pro suo, ibi, est species possessionis, quæ vocatur pro suo, hoc enim modo possidemus omnia, quæ mari, terra, cœlóque capimus, & l. si cuius, aliàs est l. æquissimum. §. proinde. de vsufruct. l. si apes. de furt. l. fin. de seruit. & alibi frequentius.

Nomē iuris quomodo ab Vlpiano vsurpetur.

Et licet quidam arbitrentur abusum Vlpian. hoc nomine iuris, respectu bestiarũ, cum ius ad rationem pertineat, qua bruta carent: tamē ego putarē propriè Vlpian. vsum fuisse iuris nomine, non pro ratione (vt ipsi arbitrantur) sed pro vi insita naturæ. Nã ius hoc naturæ respicit ipsam naturam, & idem est, ac si Vlp. dixisset, ius naturæ est, sicut dicimus ius pascendi. l. j. ff. de seruit. rustic. prædio. ius sepulchri. l. ius sepulchri. C. de religios. ius ergo naturæ est, quod natura omnia animalia docuit. Nec dicit Vlpia. hîc, ius brutorum, sed ius naturæ, seu naturale, quod est propriũ humani iuris, & omnium animantium. Et hoc ius Romanum fuit collectum ex illius præcepris, naturalibus, gentium & ciuilibus.

Item in Pandectis Floren. abest dictio (solùm.) Et sic videtur negare ius naturale esse proprium iuris humani, verumenimuerò id est, cum dictionem, nõ, sequitur dictio, sed, frequentius accipitur pro, non solùm, vt probaui plenè. ff. de verb. signific. in l. hæc verba quanti.

De matrimonio.

Hinc descendit maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus.] Ex hoc iure naturali descendit coniunctio tã maris, quàm fœminæ, & brutorum etiam inter se: sed coniunctio nostra non fit, nisi approbata fuerit ab Ecclesia, quam matrimonium appellamus, & alia coniunctio animalis potius, quàm legitima est. Et licet, per hunc text. dicant quidam, iure naturali esse coitum, & sic prohiberi non posse, tamen toto cœlo errant. Nam appetitus iure naturali veniunt, & illa coniunctio, etiam sine coitu; animãtia enim antequã coeant, coniunguntur, sic & homines: sed antequã hi coeant, Ecclesiæ authoritas coniunctionem factam probare, & confirmare debet, aliàs non coniugium, sed contubernium dicitur. c. sanè. 2. de cler. coniugat. l. cum ancillis. C. de incest. nup. Licet sine coitu sufficiat inter homines solus coniungendorum consensus. c. sufficiat. xxvij. q. ij. & l. nuptias non concubitus, sed consensus facit. ff. de reg. iur. Tamen facta coniũctione animorum, solet fieri coniunctio corporum, Ideo de illa etiam iste text. potest intelligi quoad homines, sed quoad animalia coniunctio est tantùm corporum, vt asserit Barb. in rubr. de testa. col. x. numer. 3 vnde inferri potest coitum, qui non fit procreandæ sobolis gratia, non esse secundum naturam, ob id vitiosum: quod probat Ambrosius super Luc. sic scribens. Qui non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi inuicem copulantur, non tam coniuges, quã fornicarij vidẽtur. & c. nerui. xiij. dist.

Coitus vitiosus.

Et sic dicemus, matrimonium quoad illam coniunctionem, de iure naturali esse: fuerunt enim coniuncti Adam & Eua in Paradiso. Genes. 1. c. in fi. sed ibi opera carnis non exercuerunt. vt patet c. seq. ibid. & c. iiij. dicitur etiam matrimonium de iure gentiũ, quia ab eo receptum est, teste Accurs. vel quia consensu contrahitur, sicut alij contractus: de iure verò ciuili dici potest ratione formæ, quã ius ciuile ei præbuit. Est etiam de iure canonico, quantum ad approbationem. vt docet Panorm. & alij in rub. de sponsal. Sed est de iure diuino, prout est sacramẽtum, & quo ad institutionem. Ang. in §. j. de iure natur. in Instit. & Genes. ij. c. Contractus autem dotis est de iure gentium, sicut alij contractus. l. eas. ff. de capi. dimi. iunct. Lex hoc iure. ff. de iustit. & iur. hoc asserit Bal. nouel. in tracta. de dote. j. parte. q. iij. Contractus verò arrarum est de iure ciuili. vt l. fin. C de sponsal. & arris. Bart. & alij in rub. ff. solut. matri. dicetur fusius in l. ex hoc iure, infrà eod. & quæ prouẽniat ex his vtilitas.

Ex hoc constat coniunctionem maris & fœminæ licitam eo iure, cum instrumentu, naturali fuisse. viri autem ad virum, vel mulieris ad mulierem, non iure hoc probari, satis apparet. Et contra naturam esse docet, diuus Paul. Rom. j. c. ibi. ***Fœminæ immutauerũt naturalem vsum, in eum vsum, qui est contra naturam, & masculi cum masculis.*** & Iust. in auth. vt non luxurientur contra naturam. collat. vj. ca. si quis. de pœnitentia. dist. j.

Et sic coniunctio illicita, est reprobata hoc iure naturali, de qua proximè dictum fuit; verum quia rara erat eo iure coniunctio illicita, ideò iure gentiũ & ciuili postea illicitæ multæ factæ sunt coniunctiones. vt in titu. de sponsal. & de rit. nupt. & de nupt. ac etiam de iure canonico certi gradus prohibiti sunt, vt in titul. de consang. & affi.

Hinc liberorum procreatio.] Naturalis ergo est liberorum procreatio. vnde Arist. ita scribit. li. j. Oeconom. c. iij. Societas enim maximè est secundũ naturam, maris & fœminæ; est enim impossibile fœminã sine mari, aut marē sine fœmina hoc adimplere, quare eorum societas necessitate cõstituta est. Enimuerò in cæteris animalibus, absque ratione, id fit, & in quãtũ natura capacia sunt, & procreandi gratia solũ: in homine maximè id conspicitur, quod non essendi causa solent, verum etiam bene essendi. vt habet cõmunis versio Leonard. Aretini.

Aristotelis præclara sententia de coniunctione maris & fœminæ.

Mas & fœmina mutua ope coniunguntur, filiósque procreant, non solum vt id naturæ tributum ferant, verumetiam commoda inde suscipiant. & Callistrat. in l. liberorum. in fi. ff. de verb. signific. sic ait: ***Natura nos quoque parentes docet pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis descendunt, contineri. Etenim idcircò filios, filiásue concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earúmue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus,*** & alibi idem ait Arist. in Oecono. libr. ij. c. ij. Quid sanctius esse potest, aut circa quæ magis studeret vir sanæ mentis, quàm ex optima, laudabilissimáq; muliere filios procreare, senectutis pastores, quasi optimos, ac reuerentes patris, matrísque custodes, ac totius domus seruatores, educati siquidem rectè à parẽtibus, per sanctos & iustos mores, boni meritò euadent: contra verò si fiat, sentient detrimẽtum. Et alibi libr. ij. de anima ita scribit.

Hæc

Hæcenim operatio, maximè omniũ operationum,
viuentibus est naturalis: viuentibus inquam hisce,
quæ sunt perfecta, non membris capta, quæque non
sine semine oriuntur: vnumquodque inquam, aliud
sibi simile procreare: animal quidem, animal: planta
autem, plantam: vt sint semper hoc pacto, conditio-
némque subeant diuinam, id enim ipsum appetunt
vniuersa, gratiáque ipsius omnia agunt, quæcumque
secundum naturam aguntur.

Matrimoniũ sub conditione, si euites generationem prolis.

2 Itaque non valet matrimonium sub conditione
contractum, si generationem prolis euites, quia est
contra naturam, & substantiam matrimonij. c. fin. de
condit. apposit. Etiam rescinditur, si alter sit ad pro-
creationem ineptus, vtpote frigidus, vel castratus.
vt in tit. de frigid. & malefi. declaratur.

Ex prædictis inferunt Doctor. quod ista naturalia
3 non possunt, etiam à principe tolli. §. sed naturalia.
de iure natur. in Inst. Etiam non valet consuetudo
contra ius naturale. c. fin. vbi Curtius abundè. j. not.
de consuet. Ideò non valet laici constitutio, dispo-
nens super matrimonio, cum sit iuris naturalis, & ad
ecclesiam spectet, & iure poli, non iure fori regatur.
vt ait diuus Greg. in c. Euphemium. ij. quæst. iij.

Nec quidem valent leges Laicorum editæ super
matrimonio, vt plenè decidunt Doctor. in c. ecclesia.
de constit. Præpositus & Felin. in cap. j. de sponsal. &
Curt. consi. 27. magnificus. j quæstio. Alibi fortè ple-
nius tractabo. Multa de his scripsi in procem. consti.
Reg. & Arist. in Ethic. c. 7. lib. 5. declarat quando ea
quæ naturalia sunt, mutari posśint.

Hinc educatio.] Animalia fœtus suos educant,
sic & homines: & eadem vis naturæ est generandi,
& nutriendi, vt ait Arist. Educatio etiam, à iure ci-
uili parentibus præcipitur. in tit. de liber. agnos. &
educan. ff. & Arist. vbi supra ait. valentes enim ipsi,
imbecilles suos, labore tuentur, & alunt: mox imbe-
cilles, ob senium facti à valentibus eadem reportant,
& simul natura per hunc circuitum adimplet perpe-
tuitatem, & quandam (vt ita diximus) sempiterni-
tatem: ex quo, secundum numerum non potest, at
secundum speciem, sic enim diuina prouidentia vtri-
usque natura ordinata est, viri scilicet & mulieris ad
societatem, tendunt enim eorum omnia in idem vti-
litatis. & idem lib. 4. Politico. c. 9. ait. Circa educatio-
nem puerorum, apud Lacedæmonios pari modo, di-
uitum filij educantur, ac pauperum, & erudiuntur
per eum modum. in nullo enim magis conspicuus
diues, quàm pauper: vestitu etiam tali diuites vtun-
tur, qualem & pauperum quiuis habere potest.

Etiam Plato ait: Ne mireris, si vnumquodque
animal fœtum, seu germen suum, natura colit: hoc
enim studiũ, hic amor cunctis inhæret, genus suum
æternum efficiendi gratia, quinetiam vnumquodq;
animal pro suis fœtibus fortiter dimicat.

Ex quo patet solicitudinem acquirendi nobis ali-
menta, & illa quibus tegamur, ac habitationes, &
alia ad vitam necessaria esse iuris naturalis, etiam per
ea quæ scribit Cice. j. Offic. Principio generi animan-
tium, &c. dixi in l. victus. & l. quos nos. ff. de verb. sig.

Et ideo puniri debent negligentes, & validi men-
dicãtes, qui non quærunt ea, quę ipsis necessaria sunt,
operando vt in tit. C de mendic. valid. lib. xj.

Consistit etiam hoc ius naturale in sui conserua-
tione, vt declinet quisque ea, quæ ei nocitura viden-
tur, vt etiam docet idem Cicero, quod duobus mo-
dis fieri potest. Primò, vt vim & iniuriam propulse-
mus. l. vt vim. infra. Secundò, per cautionem aduer-
sus dolum. Nam & feræ bestię se colligunt. vt boués,
porci & aliqua alia animalia ad impetus repellẽdos,
& vt sibi ipsis caueant: sic multæ cautiones à iure
ciuili introductæ sunt. vt est in tit. de Prætor. stipula.
& iudica. solu. & Instit. de satisdat.

Ex hoc inferunt quidam, legitimam de iure na-
turali introductam, nam datur filio, vt se alat, & sic
dicunt non posse tolli per statutum: sed dicite legi-
timam secundum naturam deberi, sed lex partem
distribuit, ac necesśitatem præstandi statuit. text. in
§. primum itaque. in auth. de hæred. & falcid. colla. j.
Et interpretes dicunt legitimam deberi de iure ciuili
dictante ratione naturali, quod ferè in idem recidit.
Dyn. in Reg. indultum. de reg. iur. in vj. plenè Dec.
& ibi in additio. ad eum. in reg. iura sanguinis. ff. de
reg. iur. text. in l. hac edictali. versic. si verò. ibi, ita
tamen vt quarta pars, quæ iisdem liberis debetur ex
legibus, nullo modo minuatur. C. de secund. nupt.
Itaque educatio liberorum est naturalis quoad instin
ctum, quia natura instigat etiam animalia, ad edu-
candum fœtus, sed ius ciuile imponit necesśitatem
patri alendi liberos, nisi sint ingrati, vel aliunde se
alere posśint, & in aliis quibusdam casibus necesśita-
tem remittit. l. si quis à liberis. §. idem iudex. ff. de lib.
agnoscen. inde legitima tolli non potest, sed ex causa 4
minui, quia de iure ciuili fuit taxata, & sic illa taxa-
tio minui potest, seu tolli, sed si certa illa pars tolla-
tur, remanebit tamen illa naturalis educatio hîc sta-
tuta, quid enim esset si omninò legitima tolleretur?
nunquid ratio naturalis extingueretur? quod fieri
non potest, & pater sic induceretur ad necandum fi-
lium, denegando illi alimenta. l. necare. ff. de lib. agn.
Doct. in auth. nouisśima. C. de inoff. testam. de Rota
decis. xvij. fuit dubitatum. in not. Et ista veriora, &
æquitati magis consona videntur, quicquid interpre-
tes super hoc dicant. & probatur ista sententia. in ca.
Raynutius. de testam.

Legitima quo iure debeatur.

Imo etiam docet Bald. filium alendum à patre,
etiam si consumpserit partem suam, dum tamen hoc
non fecerit dolo, vel lata culpa: vt dicitur de filio
prodigo in Euangelio. & facit l. Imperator. ff. de stat.
homi. quia educatio est iuris naturalis: vt hîc idem
Bald. in authen. contra eum rogatus. col. ij. C. ad Tre
bell. Decius in d. l. iura sanguinis. col. ij. ff. de reg. iur.
Hyppol. singul. 104 patet.

Filius prodigus à patre alẽdus.

Etiam tenetur pater alere filium, statim atque na- 5
tus est, prouidendo ei de nutrice. Nam tunc est ma-
ior necesśitas, quàm postea, alioqui si illum exponat,
ius filiationis perdit. l. j. & ij. C. de infan. expos. Et si
mater voluerit filium alere, tenetur quoque pater
alere matrem, quæ lactat filium, & illi de necessariis
prouidere, & ita debet intelligi glo. in l. penult. C. de
patr. potesta. & in c. fin. de conuersi. infidel. quæ di-
cunt matrem teneri lactare filium, verùm expensis
patris, si subuenire ei posśit: vt Doct. notant in l. ali-
menta. C. de negot. gest. & d. l. pen. non probat con-
trarium. Nam ibi ponitur factum de maiori trimo,
an posśit alimenta petere, sed non negat quin antea
etiam peti posśit, id est, ante trienniũ, & hoc seruatur
quando pater est diues, & potens ad hoc faciendum.
Bolog. consil. x. Romanus.

Pater exponens filiũ, perdit ius filiationis.

Et sic liberorum educatio est de iure naturali, pa- 6
rentum verò non, sed ex pietate procedit. l. nam & si
naturali

parentibus.ff.de inoff.testam. Etiam quadam ratione naturali, vt bene facięti beneficiamus.l sed & si lege. §.consuluit. ff.de petit.hæred. Bart. huius est sententiæ, quem alij sequuntur. & Cicer. ad Atticum ait, cum parentes non alere, nefarium sit.

Videmus etenim cætera quoq; animalia, feras etiã bestias istius iuris peritia censeri.] Et sic hoc ius natura docuit, tam homines quàm animalia, vt censeãtur & existimẽtur peritia iuris huius. Nam sicut viri coniunguntur cum fœminis, & procreant, educántque liberos, sic & cætera animalia faciunt. Nec probo Budæ exponentem, quædam animalia sunt nobis admirationi, vt Elephas. Nam iste text. dicit cætera animalia, & sic non potest de quibusdam intelligi. Ideo Theoph. dicit cætera animalia censeri inter ea, quæ hanc legem obseruant. Et sic intelligere poterimus, cætera animalia censeri, reputari, & existimari peritia huius iuris, atque naturam exercere, sicut homines: videlicet procreare, educare, & alia facere, quæ natura ipsa docet. Videmus & animalia adeo hanc seruare naturam, vt perita in hoc iure videantur, & text. dicit censer, diceres non esse, vt quandam ostendat improprietatem. de hoc verbo, est l. final. ff.de suis & legi. scripsi abundè in l.censeri. ff. de verbor. significat. alij exponunt, censeri, pro referri, sed sensui text. vix conuenire potest, ne plura. *De verbo censeri.*

S V M M A R I A.

1 *Ius gentium quomodo ius naturale vocetur.*
2 *Quomodo à naturali iure dicatur recedere.*
3 *Ius naturale dupliciter consideratur.*
4 *Secundarium ius naturale, dicitur naturalis ratio, & ius hominum, seu gentium, seu æquitas naturalis. n. 4.*
5 *Plura gentium iura in lege expressa, non inueniuntur.*

§. Ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur: quod à naturali recedere licet facilè intelligere: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est.

ITa habetur in Pandectis Floren. Sed apud Blondum, vbi suprà scribitur, quod à naturali procedere, inde facilè intelligitur, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se conuenit, seu commune est. Nec videtur absurda Blondi sententia: Nam ius gentium verè à naturali ratione procedit. l.j.ff. de acquir. rerum dom. in eo quod omnibus hominibus cõmune est, sicut naturale omnibus etiam
1 animalibus, atque ius gentium naturale vocatur. §. singulorum. & §. venditæ. de rerum diuis. in Instit. & apud Cicer. lib. 2. de Legib. ac lib. 2. de Inuen. hoc ius naturæ vocat, ergo à naturali ratione non recedit, sed procedit, alioqui non vocaretur naturale, si ab eo recederet. Nam recedere, est omninò discedere, vt recedere à societate. l. actione. §. pen. ff. pro socio. & à priore contractu recedere. in l. pacta. de contrab. empti. scripsi in l. cedere diem. ff. de verb. signific. Item dicit text. in c. ius naturale. j. distin. ius naturale est commune omnium nationum, eò quod vbique instinctu naturæ, non constitutione habetur aliqua, vbi ponit exempla iuris gentium, vtpote communis omnium possessio, acquisitio eorum, quæ de cœlo, terra, maríque capiuntur. Item depositæ rei, vel commodatæ, pecuniæque restitutio. Et sic ius gentium procedit à naturali, non autem recedit, alioqui illa exempla non essent communia. *Exempla iuris gentium.*

Ego dicerem vtroque modo intelligi posse. Nam 2
& recedere dicitur à naturali iure, eò quòd naturale est commune omnibus animalibus, hoc verò ius gentium hominibus solis. sic scribit Vlpian. inferiùs, ius ciuile esse, quod neque in totum à naturali iure, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit, & sic in hoc text. dicitur recedere à naturali iure, non à ratione naturali, imo cum illa dicitur conuenire, vt superius dictum fuit: docétque Bald. hoc ius distare à naturali. sicut distat cerebrum hominis, à cerebro animalium: posuit enim Deus in homine cerebrum (membrum diuinum), vbi sensus & intellectus, at animalia intellectum non habent, sed quendam instinctum.

Nos autem videamus, si fortè dici possit ius na- 3
turale dupliciter accipi, in genere & in specie: in genere est illud, quod est commune omnibus & hominibus, & brutis, de quo fuit dictum, & generale vocari potest: alterum speciale seu in specie, quod ius hominum seu gentium nominari potest, quod naturalis ratio apud omnes gentes introduxit. l. omnes. infra. quãuis illud ius interpretes vocẽt naturale primæuum, hoc secundarium. sed quocunque vocetur nomine, naturale tamen dicitur. in §. singulorum. & § venditæ. de rerum diuisio in Inst. Ex hoc dicitur 4
naturalis ratio. l. cum ratio naturalis. ff. de bon. damn. & æquitas naturalis. l. j. ff. de pact. l. j. de constit. pecu. vnde Iustin. scribit. Quod verò naturalis ratio inter omnes gentes cõstituit, id apud omnes populos peræquè custoditur, vocatúrq; ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtantur. §. ius autem ciuile. de iure natur. in Inst. l. j. de acquir. rer. dom. & Grat. j. distin. sic scribit: Ius naturale est commune omnium nationum, eò quòd vbique instinctu naturæ, non constitutione habetur aliqua.

Duo ergo habentur in hoc iure, & quod naturalis ratio interueniat, & apud omnes gentes seruetur: si apud aliquos in vsu tantum sit, ius erit ciuile, quod ius inferius prosequemur fusius. diuidam hoc ius gentium, in l. manumissiones, infrà.

Et per istum text. videntur errare, qui diuidunt hoc ius gentium in primarium & secundarium, vt primarium in religione consistat, alterum exigente necessitate hominum inductum sit, vt contractus. l. ex hoc iure. infra eod. Nam hic vnum est ius gentium, non plura. Et si vellemus distinguere in quolibet statuto vnum ius. essent infinita iura, ob id vnum tantùm esse diuersis temporibus statutum ius arbitror. & idem habetur in §. ius autem. de iure natur. in Institut. in lege non inueniuntur plura iura gentium expressa, ideò erubescimus sine lege loqui. l. dissentientis C. de repud. Adhæc nulla, aut admodum parua est vtilitas ista sic diuidere: ideo curiosis ea nunc relinquam. vide tamen quæ dicam. in l. manumissiones, inferius. *Ius gentium non diuiditur.*

SVM

SVMMARIA.

1 *Regnorum deſtructio propter quos adueniat.*
2 *Obligatio filij propter valetudinem patris differẽda.*
3 *Locatio quando reuocetur*
4 *Patriæ defenſio parentibus eſt præferenda.*
5 *Patriæ charitas cæteras omnes vincit charitates.*

LEX II. POMPON. LIB. SINGVLARI ENCHIRIDII.

VEluti erga Deum religio, vt parentibus, & patriæ pareamus.

Deorum cognitio omnibus inſculpta.

Poſtquam ſuperius Iuriſconſ. quid ſit ius gentium declarauit, nunc præbet exemplum in religione erga Deũ: nulla enim gens eſt, quæ Deum non cognoſcat creatorem ſuum. Nam vt Cicero ait in ij. lib. de natura Deor. Omnibus innatum & quaſi inſculptum, eſſe Deos. & idem j. Tuſcul. Nulla eſt gens tam fera, nemo omnium tam immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. & ſecundo de Legib. Sit hoc à principio perſuaſum hominibus, dominos eſſe omnium rerum, ac moderatores Deos: eáque quæ gerantur, eorum geri ditione, atque numine, eóſque optimè de genere hominum mereri: & qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate colat religionem, intueri: piorúmque & impiorum habere rationem. & in primo de natura Deorum. Quis eſt tam vecors, qui cùm ſuſpexerit in cœlum, Deos eſſe non ſentiat, & ea quæ tanta mente fiunt, vt vix quiſquam arte vlla ordinem rerum, atque viciſsitudinem perſequi poſsit, caſu fieri putet? Dij ſemper fuerunt, nati nunquam ſunt, æterni ſunt futuri: ſi qui autem ſint qui Deum neſciant, ſunt potius pecora, quàm homines, & iſti in lege naturæ peccant: ideò à Papa corrigi poſſent, imò omnes homines contra iſtos Atheos armari gladio, & illos exterminare deberent, propter quos
1 regnorum deſtructio venit, bella, & omnia mala, vt pater in lib. Regum. vide quæ Heſiod. in libro ἔργα καὶ ἡμέραι ſcribit, in princip. de hominum diuerſitate:

Muſæ Pierides, celebres carminibus iſtis,
Dicite cur homines inter, ſit nobilis ille,
Conſpicuúſque, hic obſcurus, Iouis illa voluntas
Nam facilè extollit, facilè elatúmque refrænat,
Et clarum obſcurans, obſcuri nomen adauget,
Erigit & miſerum, facilè extinguitque ſuperbum
Iuppiter altitonans: ſuperas quas habitat arces.

Et Dauid Pſal. 112. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem: vt collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi ſui.

Vt parentibus.] A gentibus introductum dicitur, vt filij obediant parentibus, & ſic patri & matri ac ſuperioribus, cum hi appellatione parentis contineantur. l. appellatione parentis. vbi dixi. ff. de verb. ſignificatione. & Cicer. pro Planc. inquit, his verbis: Parentem, vt Deum vereri, atque non multo ſecus, ac parentes, liberos amare debemus.

In illicitis non obtemperandum parentibus.

Limitatur tamen in illicitis, nam his verbis fatur Hiero. Si dominus ea iubet, quæ non ſunt aduerſa ſanctis Scripturis, ſubiiciatur domino ſeruus; ſi verò contraria præcipit, magis obediat ſpiritui, quàm corporis domino: ſi bonum eſt, quod præcipit Imperator, iubentis exequere voluntatem: ſi malum, reſponde. Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. hoc ipſum, & de ſeruis apud dominos: & de vxoribus, apud viros: & de filiis, apud patres, quòd in illis tantum debeant dominis, & viris, parentibúſque eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non ſunt. c. ſi dominus. & ſeq. 11. q. 3.

Reſtringitur etiam, quando filius eſſet alteri obligatus ad ſeruiendum, fortè cordoni, vel alij artifici per certum tempus, vt diſceret artificium quia patri volenti eum reuocare, parêre non tenetur. teſte Alberi. hîc, quia non poteſt pater diſſoluere obligationem filij propria voluntate, cum filius ſit iam obligatus, & ſine patre obligari ferè poteſt. l. tam ex contractibus. infra de iud. l. filiusfamil. de actio. & obligation.

Hoc putarem verum eſſe, quando pater neceſſa-
rio non indigeret opera filij, alioqui ſi pater valetu- 2
dine aduerſa detineretur, & non haberet, qui ſeruire illi iuſtè poſſet, dicerem obligationem filij differendam, & patrem reuocare poſſe, hoc caſu, filium, quouſque ceſſaret cauſa, & poſtea filius poſſet obligationi ſui deſeruire. Nam parêre patri eſt de iure naturali, vt dixi, quod ius gentium vocamus, & eſt præceptum Dei, cui filius non poteſt contrauenire. Et quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l.
de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. actio. Et ſicut ſi de 3
nouo indigeat quis re locata, reuocatur locatio. l. æde. C. loca. ſic & hoc caſu, quando impedimentum patris eſſet perpetuum, differendum eſſet ſeruitium artificis. Et ita videntur conciliatæ ſententiæ interpretum contrariæ.

Et patriæ pareamus.] Collige ciues teneri parere patriæ, quia Vlpian. ait, partum alendum eſſe, qui non tantum parenti, cuius eſſe dicitur, verumetiam reipubl. naſcitur. in l. j. §. & generaliter. ff. de vent. in poſſeſsio. mitten. quem tex. ſing. dicit Iaſ. in §. pœnales. nu. 69. de actio. in Inſtit.

Patria duplex.

Iſte text. debet intelligi, tam de patria originis, quàm domicilij. l. ij. C. de natural. liber. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & ibi doctor. & in l. ciues. & l. ſi patria. de incol. lib. 10. Bart. & alij in l. j. & l. aſſumptio. & l. nihil. ff. ad municip. & Cicer. de Legibus, ſcribit: Ego & Catoni, & omnibus municipibus, duas eſſe cenſeo patrias, vnam naturæ, alteram ciuitatis.

Patri quãdo potius parendum, quàm patriæ.

Et prius parendum patri quàm patriæ, probat iſte text. argum. ab ordine aſſumpto, & hoc eſt verum, quãdo agitur de commodo pecuniario: potiùs enim filius commodum parẽtis, & pro eo poſtulare, quàm pro rep. tenetur. l. penult. ff. de poſtul. vt hîc Claud. Aquen. aſſerit, quia alere patrem ſuum, potius quàm rempublicam debet. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam.

Sed ſi agatur de magno reipublicæ detrimento, 4
vel de illius peremptione, deſtructionéue, eo caſu reſpublica erit præferenda parentibus, quia maius commodum verſatur in illa tuenda, cùm parens in conſequens etiam tueatur. Et diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum. Paul. in l. poſtliminium. l. 2. §. filius ff. de capt. vnde Marcel. ait: Minimè Maiores lugendum putauerunt eum, qui ad patriam delendam, & parentes, & liberos interficiendum venit: quod ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet, ſine ſcelere eſt, etiam præmio afficiendum, omnes conſtituerunt. l. minime. ff. de religio. pulchre Iacob. Rebuf. in l. fi. C. qui morbo ſe excuſ. lib. 10. & plenè docet Ioan. Raynaud. &

naud.& Bald.in §.firmiter. de prohibita feudi alien. per Federic.& §.fin.

Ait etiam Cicero ſcribens ad Attic. Pro patria, & in patria mori præclarum eſt, & in lib. de Finib. Bonorum, patriæ charitatem, cæteras omnes vincere charitates. docet & chariorem eſſe patriam nobis, quàm noſmetipſos, & in libello de Somnio Scipionis ait: Omnibus, qui patriam conſeruarint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo ſempiterno fruantur. De pietate erga patriam multa exempla adfert Valer. Maxim. lib.5. & Rhetores, ad quos te reiicio.

SVMMARIA.

1 *Defenſio à Papa, vel alio Principe, à lege, vel conſuetudine tolli non poteſt.*

2 *Limitatur*

3 *Periculum inſtans & armorum terror declarant vim.*

4 & 5 *Defenſio tam perſonæ, quàm rerum quouſque extendatur*

6 *Vim alteri illatam quando repellere quis teneatur.*

7 *Apparitor volens prehendere furem, poteſt præcipere laicis vt eum adiuuent, & ſi non pareant, poſſunt puniri.*

8 *Defenſio contra quos non admittatur.*

9 & 10 *Occidere impunè quos liceat.*

11 *Vis à magiſtratu illata, non eſt repellenda.*

12 *Limitatur.*

13 *Index excedens modum in puniendo, tribus caſibus in regno Franciæ punitur.*

LEX III. FLORENTINVS LIB. I. INSTITVTIONVM.

VT vim atque iniuriam propulſemus. Nam iure hoc euenit, vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur: & cùm inter nos cognationem quandam inſtituerit natura, conſequens eſt hominem homini inſidiari, nefas eſſe.

HIc Florent. Iuriſconſ. aliud exemplum adiicit iuris gẽtium, videlicet, vt propulſemus vim, id eſt, impetum ac violentiam nobis ab alio illatam. & docet Paul. in l. 2. ff. quod metus cauſ. vim eſſe maioris rei impetum, quæ vis à maleficio non abeſt. l. ſeruus. prima. ff. de actio. & obligat. & multiplex eſt, de quibus per gloſ. in l. prima. & l. extat. ff. quod met. cauſ. ſcripſi quot modis capiatur in l. liberationis. ff. de verbor. ſignific.

Vis quid dicatur.

At pugnare videtur text. in cle. paſtoralis. circa finem. de re iudicat. dicens defenſionem iuris naturalis eſſe, cui conuenit Cicero libro 1. Offi. ſic ſcribens: Principio generi animantium omni, à natura tributum eſt, vt ſe, vitam, corpúſque tueatur, caueátque ea, quæ nocitura videantur. & in Oratio. pro Milone: Et ſic defenſio non erit iuris gentium. ſcribit Vlpia. in l. j. ff. de vi, & vi armata. ſic in §. vim vi repellere licere Caſsius ſcribit, idque ius naturà comparatur.

Defenſio eſt iuris naturalis.

Reſpond. defenſionem iuris naturalis eſſe, quia à natura eſt tributum, & hominibus, & animalibus, vt ſe tueantur, & defendant. c. ius naturale. 1. diſtinct. & dict. cle. paſtoralis. ac l. prima. ff. ſi quadrupes pauper. feciſ. dicat. ſed illud quod eſt naturale, quatenus reſpicit homines, gẽtium dicitur, ſed non tamen e contrario. l. manumiſsiones. infra eod. §. ſingulorum. & §. venditæ. de rerum diuiſ. in Inſtit. Ideo licet iſta defenſio ſit naturalis, tamen inquantum reſpicit ad homines, de iure gentium dicitur. vt pulchre ſcribit Imperator. de iure naturali. in Inſtit. §. ſed naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræquè obſeruantur, diuina quadam prouidentia conſtituta ſemper firma, atque immutabilia permanent. vbi loquitur de iure gentium, quod apud omnes gentes ſeruatur, non quod apud animalia cuſtoditur, & tamen vocat illud naturale: ſic & hîc ius naturale vocatur gentium, diuina quadam prouidentia conſtitutum. Itaque, etiam iure diuino, defenſio permiſſa eſt, quicquid dicat gloſ. vt inferius probatur. de qua defenſione gentium hîc vult tractare, non de defenſione animalium. vt in dict. l. 4. §. cum arietes. ff. ſi quadrup. & probat hîc text. dum dicit: Atque iniuriam. Iniuriam autem hîc accipimus, pro eo quod non iure fit. l. ſed & ſi. §. iniuriam. ff. ad legem Aquil. quæ non cadit in animalia, vt contra ea iniuriarum agamus, vt notum eſt: quia iniuriandi animum non habent. l. ſi non conuicij. C. de iniur.

Quomodo iuris gentium defenſio dicatur.

Et ſic concludemus, defenſionem ab ipſa natura inductam, & cum ipſa innatam, ideò naturalem eſſe: & quod naturale eſt, ſi ad homines reſpiciat, gentium dici non eſt inconueniens. Et à iure, etiam diuino, defenſio permiſſa eſt. Exod. 22. cap. Si effringens fur domum, ſiue ſuffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus. percuſſor non erit reus ſanguinis. quod Paulus ad Romanos 12. docet: Non vos defendentes, ſed date locum iræ, intelligitur de ira & vltione. Etiam de conſilio eſt perfectionis, vt ſi quis te percutiat in vna maxilla, præbe illi alteram. vt Matt. 5. c. docet quoque Diuus Thom. in 2. ſecundæ q. 64. art. 7. & vis illata, & iniuria ab homine homini, eſt de iure gentium.

Defenſio etiam iure diuino permiſſa.

1 Ex quo infertur, defenſionem ſic inductam, tolli à Papa, vel ab alio Principe, nec quidem à lege, vel conſuetudine, non poſſe. cap. primo. de cauſa poſſeſ. Albert. in l. omnes. col. 1. C. de Epiſcop. & cler. Doct. in ca. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. Bart. in l. omnes populi col. 7. ff. de iuſt. & iure. & in l. cum mulier. col. pen. ſolu. matr. & in verb. & figura. in extra. ad reprimendum. Quomodo in læſæ maieſt. crim. proceda.

2 Niſi à iure ciuili inducta fuerit, vt appellatio, ſecundum quoſdam docto. in rub. de appellat. & ideo ſtatutum vel conſtitutio tollens defenſionem, debet intelligi de ciuili, non de naturali. vt docet Bal. in c. à nobis. in fi. de except. ius autem ciuile multas defenſionis ſpecies, maximè in iudicijs adinuenit, quas ex cauſa tollere poſſet in quibuſdam caſibus, vt probãt interpretes in c. cum inter. de exceptio. glo. & Doct. in c. ex parte. de reſcript.

Quamuis autem defenſio, vel alia, quæ à iure ſunt naturali, tolli non poſsint. §. ſed naturalia. de iure naturali, in Inſtit. & in ſumma. 5 diſt. tamen modificari, declarari, & diſtingui poſſunt: vt, de ſeruitute dicitur in l. manumiſsiones. infrà. ſicut dicitur in cle. ne Romani. de elect. Roch. Curt. in c. fi. in glo. 2. de conſue.

Atque iniuriam.] Repellere iniuriam nobis illatam, eſt iuris gentiũ: quia omnibus gẽtibus commune eſt. iniuria enim dicitur, quicquid non iurè factum eſt, vel fit, hoc eſt, ſi contra ius fiat. l. ſed & ſi. ff.

Iniuria quid dicatur.

ad legem Aquil.l prima.de iniur.& in repellenda iniuria lex virtutis est, non in inferenda.ca.nonio inferenda. :3.q.3. & exponunt quidam Doctor. hîc vim atque iniuriam, id est, violentiam iniuriosam, ergo si non sit iniuriosa, vt, quando est illata à pecudibus, & à furiosis, & dormientibus, non licebit vim repellere, quod est absurdum. ideo iste text. est intelligendus, de iure gentium esse inductum, vt vim nobis illatam ab hominibus, id est, impetum & violentiam repellamus, etiam vt iniuriam, id est, omne id quod non iure fit, propulsare liceat. Nam cum homines rationales sint, quod eis infertur contra rationẽ, & præceptum: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.1.dist.in prin. iniuria est: contra rationem, ergo non iurè fit, ideo illud repellere poterunt homines. nec requirit iste text. animum iniuriandi, sicut lex ciuilis.l.verum.ff. de furt. l. si non conuicij. C. de iniur. ideo si quis te aggrediatur causa tentandi an fugies, & tu occideris eum, iurè te fecisse docet iste text. quia eius nesciebas mentem, nec ius gentium animum requirit, qui non potest sciri nisi à Deo.c.erubescant.32.dist. facit l.j. C. de sica. ob id sufficit vim illatam esse, vt tueri liceat, & propulsare illam vim: verum, si à pecudibus inferatur, & inter pecudes, erit iuris naturalis: si verò ab hominibus, & inter homines, iuris erit gentium, vt hîc.

Iniuriam verbalem quomodo de iure ciuili propulsare liceat.

Et sic nõ intelligimus hîc de iniuria verbali, quam de iure ciuili propulsare tantùm licet, dicendo non esse verum, quod obiicitur, vel quod iniuriam proferens mentitur.l.quæ omnia.§.fin.ff.de procura.vbi Bart. Alexand. & alij.ac in l.fin.ff. quod quisque iur. & in l.3. de liber. & posthum. Sed non est liberum aliam iniuriam verbo inferre contra iniuriantem. vt firmat Specul.in titul.de accusat.§.1.versiculo, quid si vocauit te, &c. quem Doct. hîc sequuntur, quia hoc iure vim appellare, nõ autem verba licet, nec minas, quippe qui vim adhibere non potest, qui minatur, sed iure ciuili hoc distinguitur. vt per Ioan.Fab.in §. ius autem gentium. de iure natur.in Instit. Bal. in l.j. C.quando liceat sine iudic.se vindi. & per Doct.hîc.

Propulsemus.] Propulsare est procul fugare, & repellere, exponitur in l.sed & partus. ibi, vim vi repellere licet.ff.quod met.caus.Nam quod hîc propulsare, text. dicit ibi repellere, & Cicer.in Offic.& de Inuent. propulsare iniuriam dicit.

3 Et sic non debet quis expectare, quod priùs percutiatur, sed terror armorum sufficit, & periculum instans l.3. §.qui armati.ff.de vi & vi arma. aliàs quis non repelleret vim, vt hîc licet. Nam fortè ictus primus adeò grauis esset, qui impediret omnem defensionem. vt etiam docet Accurs.in l.3.§.eum igitur.ff. de vi & vi arma.& l.j.C.vnde vi.vbi susius interpretes, & Caius scribit: Si latronem mihi insidiantem occidero, securus ero. nam aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere. l. 4. ff.ad legem Aquil.cum l.seq.vbi, si alium se ferro petentem quis occiderit, non videbitur iniuriâ occidisse.

Excludit etiam iste text.eum, qui semel me est aggressus, & posteà fugit, vt eum persequi non debeam, quia tantum repellere vim licet, nisi fortè fugeret, vt acrius pugnaret. vt Liuius ostendit in 1.decade libro 1.ab vrbe condit.de Horatio, cæsis duobus fratribus, à Curiatiis Albanis.

Nam iure hoc euenit.] Alij habẽt, iuri conuenit, sed in idem ferè recidit, scilicet hoc iure gentium procedere, vt quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, iurè fecisse existimetur, vt sequitur.

Iurium interpretes hîc dicunt, licere occidere hominem, tam pro defensione personæ, quàm rerum, sed hoc non est de iure gentium, quin potiùs, vt quis se defendat, & quod ob tutelam fecerit, iure factum censeatur: non distinguens, an vulnerauerit, an occiderit, sed defensionem tantum permisit, verum ius ciuile posteà ista discreuit, volens licere defendere, cum moderamine tamen inculpatæ (vt dicunt) defensionis, vel inculpatæ tutelæ: & moderamen in hoc consistere, quando aliter quis personæ, aut famę, honoris, vel rerum periculum vitare non potuit: 4
aliàs, si hoc euitare poterat, excedit defensionem. l.j. vbi glo. & Doctor.C.vnde vi.

De moderamine inculpatæ tutelæ.

Vt quod.] Intellige quod quisque fecerit, iure fecisse existimetur, quod, hic accipere possumus, pro, quodcumque: Nam quodcumque admissum ob tutelam corporis impune est, vnde si hominem ferro me petentem occidero, securus ero. l.3.ff.ad legem Aquil.& ignoscendum est, qui voluit se vlcisci prouocatus. l.quicumque.§.si libertis.ff.de bon.liber. & defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur. l.si quis percussorem.C.de sicar.

Quisque.] Siue masculus, siue fœmina, liber, vel seruus, nam hoc articulo, quisque, omnes significari Pompon.ait in l.hoc articulo. ff.de hæredi.instit. docui in l. prima. ff. de verborum significatione. Nam quod attinet ad ius naturale, omnes homines liberi nascebantur.l.quod attinet.ff.de regul.iur. Et quamuis seruus teneatur defendere dominum aduersus alios. l.prima. §.in eodem. ff. de Senatuscons. Sillan. tamen quando dominus ei iniuriosam adhibet vim, eam etiam repellere seruus potest, & quod ob tutelam sui corporis fecerit, iure fecisse existimatur. quicquid Alberic. & alij dicant.

Seruus quã do vim contra dominum, sibi illatam, repellere possit.

5 Et sic cuilibet permissa est defensio, sit clericus, religiosus, sacerdos, Archiepiscopus, seu quiuis alius. Nam si animalibus defendere se licet, & hominibus licere debet. per argu. à minori ad maius. quod probatur in authent.multò magis. C.de Episcop.& cler. Et religiosis ac clericis permissam esse defensionem, quòd hoc iure inter eos nulla differentia tradatur, scribit Panormit.in c.2. de vita & honestat.clericor. plus dicens, sacerdotem inuasum, dum sacra facit, si se defendendo aggressorem occidat, posse sacrum perficere. etiam hoc permittunt Doctor.in clement. vnic.de homicid.& Felin.in cap. ad audientiam. illo tit.quando defens.necessaria erat.

Defensio cuilibet permissa.

Adhæc excommunicatus se defendere potest, qui hoc iure non erat exceptus.cap.cum inter.de excep. vbi dicunt interpretes etiam diabolo defensionem negandam non esse. Nam cum Deus optimus maximus sciat omnia, & nullam defensionem competere sciret, tamen inauditum Adamum condemnare noluit. Genes.3.c. Deus omnipotens.2.q.1.c.qualiter. 2.de accusat.

Ob tutelam.] Pro defensione & tuitione accipitur, & in l. finali.ff.de oper. public. ibi, pecuniam, quæ in opera noua legata est, potius in tutelam eorum operum, quæ sunt, conuertendam, quàm ad inchoandum opus erogandam. Aliis modis sumitur tutela. vt scripsi in l.Paulus.ff.de verb.signific.

Itaque, factum ob tutelam impune est, secùs si ad vltionem: etiam illum solum, qui vim infert, ferire concedit.

concedit. Paul.in l. scientiam.§.sed si defendendi.ff. ad legem Aquil.

Corporis.] Ergo factum ob tutelam rerum, non comprehenditur hîc, propter hoc verbum corporis. sed forte text. non videtur excludere res: natura enim docet quærere, & quæsita, necessaria ad vitam, tueri. Hinc est quòd animalia se defendunt & latibula sua, & sine rebus vita non diu consistet, nec vita quis viuet.cap.si quis obiecerit.prima quæst. tertia.glos.in l.aduocati.C.de aduoc. diuersor. iudicio. scripsi in prooem.Concorda. in verbo, res nummaria,& seq.

Modus res defendendi per ius ciuile.

Verum, ius ciuile, defendendi res modum præscripsit,aliquando enim eas scindere,vt arbores pendentes supra res meas concessit. l.prima. ff.de arbor. cæden. & l. quemadmodum. §. primo. ff. ad legem Aquil.vel nuntiare nouum opus. l.de pupillo.§.meminisse.ff. de no.oper.nuntia.aliáq; remedia adinuenit.vt in titul.vti posside.& de vi & vi arma.& quod vi aut clam. ac l.3.ad leg. Aquil. & seq.cum l.furem, de sicar.& in tit.quod met.caus.

Honor vitæ æquiparatur.

Honorem autem meum, si quis lædat, ius ciuile tueri permittit, vitæ instar ipsum honorẽ vitæ æquiparans. l.iusta. ff.de manum vind. l.si adulterium. in fin.de adulter. l.si in duabus. vbi Albericus & alij de regul.iuris l.infamia.vbi Rebuf. de decur. lib.10.C. glos.& Doctor.in §.suspectus. 2. de suspect. tutor.in Instit.Benedict.in repetitio.cap.Raynutius.in verbo, mortuo.num. 112.de testam.

Etiam quasi possessionem iuris corporalis defendere permissum est, vt si reditus accipere solebam, & alter velit eos recipere ego resistere potero.c.Pisanis.c.cum venissent. & c.olim de rest.spolia.c.ad audientiam de præscrip.Io.Fab.in §.ius autem gẽtium. col.ij.de iure natur.in Instit. Florent.in 3.parte Summæ,tit.4.ca.2.Rub. de bello particulari,& quomodo liceat se defendere.

Sui.] Ergo quod fit ad sui & proprij corporis tutelam, iurè factum existimatur,& sic nõ alieni.Nam natura vix docet alterum defendere,sed seipsum.per istum textum & in l. si quis percussorẽ. ibi, propriæ salutis.C.de sica.l.scientiam.§.qui cum aliter se tueri non possent.ff.ad legem Aquil.

Pater potest repellere vim filio illatam.

Tamen in hac defensione,comprehenduntur filij: vim enim illatam filio, pater iure potest repellere,& illum tueri:quia & fœtus suos animalia naturâ tuentur. vt l. prima. suprà.Bal. in §.primo. colum.sexta. numer.25.de pace tenend.& eius viola.& iniuriarum agit pater pro illata filio iniuria. l. prima in fin. ff. de iniur. Nam fictione iuris ciuilis, pater & filius vna censentur persona. l.finali. C.de impub. & §.ei verò. de inutil. stipul. in Instit. Et pater plus diligit filium, quàm seipsum.l.isti quidem.in fin.ff.quod met.caus. vbi scripsi. Ideo quædam est naturalis vis, vt filius defendat patrem,& contrà.

Vir potest vxorẽ defendere.

Vir vxorem hoc iure defendere potest, cùm sit vna caro, & vnum ferè corpus. Genes.secundo cap. Etiam iure ciuili, maritus iniuriarum, nomine vxoris, agit l.prima in finem. cum l. sequent. ff. de iniur. Nam & ipsa vxor socia diuinæ & humanæ domus est.l.aduersus.C.de crimin.expila.hæred.

Naturalis etiam quidam instinctus,monet proximiores ad defendendum suos consanguineos. Nam Abraham defendit Loth nepotem suum. Genes. 14. Sed hoc magis ius ciuile docuit,existimans iniuriam vni consanguineorum factam, alteri factam censeri.l.tertia & quarta.ff.de liber.caus.l.lex Cornelia.de iniur.

De tutela corporis alieni.

Imò etiam, quod fit ob tutelam corporis alieni & extranei, iure factum existimari debet. Nam cùm Moyses videret Aegyptium percutientem quẽdam Hebræum, illum occidit, & abscondit sabulo. Et altero die duos Hebræos rixantes cohibuit. Exod.2.c. & cap.non in inferendo.xxiij.quæst.iij.& Salom.ait: Erue eos, qui ducuntur ad mortem. Prouerb. c.24. & præceptum Dei nos docet diligere proximum, sicut seipsum.& hic text.dicens,tutelam sui corporis permissum,noluit excludere tutelam aliorum,in casu permisso,quod postea à iure declaratum extuit.

Et sic, tam de iure naturali, & canonico, per cap.
dilecto. de sentent. excommunicat. quàm etiam de
iure ciuili,potest quis etiam vim alteri extraneo illa- 6
tam, tueri, si hoc sine suo detrimento facere possit.
Nam culpa caret,qui non potest prohibere.ergo qui potest prohibere, non caret culpa.l.culpa caret.ff.de regul.iuris.l.prima.§.occisorum. de Senatusc Sillan. Et pro defensione rerum potest quis amicos conuocare, vt eum tueantur. l.tertia. ff. de vi & vi arma.l. prohibitum.& l.defensionis.C.de iure fis.fortius pro defensione personæ.Et sicut impunè est,quod fit pro necessaria personæ propriæ tutela, sic & pro alterius tuitione, etiam sine aliquo mandato, quod non requiritur,quando vis infertur iniustè alteri, secùs fortè si ratione bonorum inferatur. dicta l. prohibitum. vbi Doctor.& dum Bar.dat consilium, vt tibi facias mandare defensionem, dicas illud mandatum non excusare iuuantes, nisi factum fuerit iustè. Et si homicidium fuerit perpetratum, ad alterius personæ necessariam defensionem, impunitum erit.vt glossæ & Doctor.dicunt hîc.in hoc tamen regno pars,quæ fuit defensa, impetrabit veniæ literas à Rege, quas vulgò Gallicè, *lettres de pardon*, vocant, pro se, ac sociis, ac complicibus, & sic seruamus. de iure diuino, ac canonico, peccat, qui manifesto non obuiat facinori.cap.qui potest. & ca.non in inferenda. xxiij. q.iij. Ergo quis alium iuuare tenetur.

Sed de iure ciuili,si quis extraneum non defenderit, non punitur. l. finali. C. de action. empt. Et sic debent intelligi, & conciliari sententiæ contrariæ, vt non teneatur quis defendere alium præcisè, vt si omittat,puniatur de iure ciuili: nisi acciperet pecuniam, vt defenderet. l.metum in magna. §.sed licet. ff. quod met. caus. Et quando est seruus, vel subditus aggressi. l. prima. §. occisorum. ff. de Senatusconsult.Sillania.vel si acceperit feudum. vt in tit. Quibus modis feudum amittatur.

Sed culpa non caret, qui alium non defendit, si absque periculo personæ hoc facere possit, saltem clamare debet. Felin. & alij in cap. primo de offic. deleg. & c.qui alios. de hæret. Angel. in §.iuris præcepta,de iustitia & iure. Vlpian.in l.j.de Senatusconsult.Sillan.

Imò si apparitor velit homicidam, vel furem pre- 7
hendere, & is se defendat, potest idem viator præcipere laicis, vt eum adiuuent, qui si non pareant, & homicida euaserit, puniri à iudice poterunt mulcta arbitraria. l.liber homo.ij. ff.ad leg. Aquil. & probat Masuer.in sua praxi titul.de pœnis.§.item si seruiens. l.ij.vbi Ioan.Fab.C.de his qui latro.Luc.de Pen.in l. vnic.q.iij. C.ne rustic.ad vllum obseq.deuoc.lib.11.

Fecerit.] Verbum, facere, generale est, omnem omnino faciendi causam complectens. l. verbum, facere. ff. de verborum signific. vbi abundè scripsi. Itaque, si ob tutelam sui corporis alium quis vulnerauerit, crus fregerit, combusserit, calidam aquam fortè proiiciendo, vel quid aliud fecerit, securus erit, per istum text. & facit l. prima §. occisorum. ff. de Senatusconsul. Sillan. & l. si seruus seruum. §. inquit lex. cum §. seq. ad leg. Aquil.

Verbum facere cōprehendit etiā non facere.

Comprehendit etiam hoc verbum, non facere. Vnde si aggressus non fugerit, cum posset, iurè etiam facit: idem si aliud non fecit, quia hoc iure gentium non est declaratum, vt fugere aggressus debeat, sed se defendere. l. qui non facit, quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quæ non facit. ff. de reg. iur.

Et sic de iure gentium non tenetur quis fugere, sed se defendere potest, verùm de iure ciuili, si possit sine dedecore, & periculo euadere, ac fugere debet, & maximè de iure canonico, & diuino: quia Christ[us] fugit in Aegyptum, vt est in Euangelio. & c. primo. xxiij. quæstio. iij. per gloss. in cap. suscepimus. de homicid. Panormitan. in cap. ij. col. j. de vita & honesta. cleric. Alexand. consil. 109. visis. numero 7. in 1. vol. & consil. 119. viso processu. num. 11. in 7. volu. plene Hypol. in practica criminal. § quoniam. numero 86. cum sequent. & l. j. numero 33. cum seq. de sicar. ff. ac l. furem. ibidem.

Iure fecisse existimetur.] Id est, iustè & rectè, & sic non erit puniendus, qui aliquid ob tutelam corporis sui fecerit. Et hoc iure gentium non fit distinctio, Græci, Hebræi, Latini, aut alterius qualitatis viri: siue is, qui inferat, sapiens, amens, furiosus, dormiénsue sit. de quo Bar. hîc videtur dubitare, & tamen iste text. non distinguit personam inferentis vim, sed defensionem permittit contra quemlibet, etiam contra bruta, maximè, quia persona est nobilior quibuscumq; rebus. l. iustissimè. ff. de ædil. edict. & res ad vtilitatem hominum Deus creauit. Genes. ij. cap. & seq.

Defensio cōtra quemlibet permissa.

Et sic isto iure gentium parua fit discretio, quæ vis inferatur, nisi in quibusdam casibus, vt in magistratibus, patria & aliis, de quibus inferius dicetur. & non quæritur, an vis sit iniuriosa, vel non. vt Doctor. dicunt, sed hoc de iure ciuili. Nam, qui cum aliter se tueri non possunt, damnum culpa dederint, innoxij sunt, vim enim vi defendere omnes leges, omniáque iura permittunt. l. scientiam. §. j. ff. ad leg. Aquil. vnde dicit Bald. in l. j. col. iij. numero 17. C. qui accusar. non possunt. ius naturale permittere defensionem per fas & nefas: naturalis enim dulcedo sic insita est. l. qui cum maior. §. j. ff. de bonis libertor.

8 Notandum ergo est, quandam distinctionem ab ipso iure gentium factam, videlicet vt religioni, parentibus, & patriæ pareamus. l. veluti. supra. ergo aduersus hos nō licet defendere, cum parere teneamur: vnde si Papa, Prælatus, aut Curio quid præcipiat ex his, quæ ad eorum spectant officium, parendum illis est. vt est in Euangelio: Quæ dixerint vobis facite. & Diuus Petrus ait: Obedite præpositis vestris. & S. Paul. Qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit. cap. qui resistit. xj. q. iij.

Item, filij obedire parentibus debent, & non resistere. ad Ephes. ca. 6. Filij obedite parentibus vestris, in Domino. ca. si Dominus. in fin. xj. q. iij. & Exod. 21. Qui percusserit patrē, aut matrem, morte moriatur.

Castigatio filiorum patri omni iure permissa.

Et castigatio filiorum permissa est patri à iure tam diuino, gentium, & ciuili. Prouerb. 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum, qui autem diligit eum, instanter erudit. c. paratus. xxiij. quæst. j. & alibi Ecclesiast. 30. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tonde latera eius, dum infans est, ne fortè induret, & non credat tibi, & erit dolor animæ tuæ. l. vna. C. de emendat. propin. & in tit. de patr. potesta. quæ emendatio fit, aut verbis, aut verberibus. l. nec quicquam §. de plano. ff. de offic. proconf. nisi pater excederet modum castigationis, tunc resistere posset filius, se liberando à patre: non autem debet percutere patrem, si quoquo modo euadere possit, vt docet Alberic. & alij hîc argum. l. ij. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. §. sed & quod sancitum. in authent. de nupt. coll. 4. Nec pro rebus debet ei resistere, nisi cum iudicis authoritate. l. ij. C. de patrib. qui filios distraxerunt. l. vna. ne fideiussor. dotium dentur. l. Imperator. ff. ad Trebell. 9
Itaque, cum ius gentium defensionem non permittat contra patriam, ideò ius ciuile statuit trāsfugam, & hostem patriæ, etiam patrem licere interficere. l. ij. in fine. ff. de sicar. l. minimè. ff. de religios. facit l. amissione. §. qui deficiunt. de capit. diminut.

Item, ius ciuile adhibuit modum, & formam, &
tempus defensionis, & quibusdam in consequens de- 10
fensionem sustulit, eos occidere impunè permittens vtilitatis publicæ causa inspecta. Nam si insidiantem mihi latronem occidero, securus ero. l. iiij. ff. ad leg. Aquiliā. idem in agrorum depopulatore, & militiæ desertore. in titulo. C. quando liceat vnicuique sine iudice se vindica. l. Gracchus. C. de adulter. Modus à iure ciuili adhibetur, vt si armis vis inferatur, armis repellatur. l. iij. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. & in continenti, & non ad vltionem, sed ad defensionem. l. j. C. vnde vi. vbi Accur. pulchre docet. l. extat. quod met. caus. ff.

Excedens modum defensionis, quomodo puniatur.

Adhæc, si quis modum & formam defensionis excesserit, de excessu punietur, non de dolo, & sic non tanquam homicîda lege Cornelia. l. si adulterium. ff. de adulte. in §. Imperatores, quia homo, magno dolore permotus, non est in plenitudine intellectus. Bal. in §. j. in fin. de pace iura. fir. Nec etiam iustus habēt stateram in manibus suis, cum aggreditur, vt dare ictus cum mensura possit. Cæpol. consi. j. col. iij. ideo iste text. permittit inuaso defensionem, etiam contra inermem, quocumque instrumento & telo paratus sit. Nam is, qui alium aggreditur, verius se occidit, quàm occidatur, cum is, qui impetit, ad omnia parare se solear, vt se vindicet, ob id inuaso, non premeditato, licet se quomodocumque tueri, quia prouerbio Italico dicitur: *Huomo assaltado mezo perduto*. Alex. consil. 109. viso. 7. volu. Angel. in tracta. malefi. glos. & dictus Titius in dicto §. Imperatores. Multa quoque hîc Claudius Seicel. quem quisque videre poterit. post Ioan. Fabr. in d. §. ius autem gentium. de iure natural. in Instit. & arbitrari iudex solet, an sit in meris finibus defensionis, vt tradunt interpretes: sed in hoc regno gratiæ literis opus est aggresso, in quibus veritas, exprimatur, iudex postea eas comprobat, vt inferius dicetur.

Aduertendum est, vim à magistratu illatam, non 11
licere repellere, sed obtemperare quis debet. in l. j. suprà eodem. & ad Romanos 13. cap. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. cap. prodest. 23. q. 5. alioqui punitur, iudici non obtemperans. in

titul. si

tit. si quis ius dicent. non obtempera. & Vlpian. scribit: Si quis, quod decreto Prætoris nom obtemperauerit, ductus sit, nō est in ea causa, vt agat iniuriarum, propter Prætoris præceptum. l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniur. l. 4. §. penultimo. ff. ad legem Iuliam maiest. & Vlpian. scribit: Si quid magistratus, aduersus resistentem, violentius fecerit, non tenebitur. in l. quemadmodum. §. magistratus. ad leg. Aquil.

Quod limitant interpretes, quando iudex iniustè
12 præciperet, vel exequeretur. Nam hoc casu resistere iudici & magistratui permittunt, etiam ab illis quorum interest. l. probibitum, & l. defensionis. C. de iure fisci. lib. 10. l. deuotum. de meta. lib. 12. Dec. in l. non videtur. §. qui iussu. ff. de reg. iur.

Viu quæ dicatur. Ista communis Doctor. sententia hactenus inualuit. vnde Vlpia. ait. Vim accipimus atrocem, & eam, quæ aduersus bonos mores fit, non eam, quam magistratus rectè intulit, scilicet iure licito, & honoris, quem sustinet: cæterum si per iniuriam quid fecit popul. Romani magistratus, vel prouinciæ præses, Pompon. scribit hoc edictum locum habere, si fortè, inquit, mortis, aut verberum terrore pecuniam alicui extorsit. l. 3. ff. quod met. caus. & de iniur. idem ait. in l. nec magistratibus. licet aliquid iniuriosè facere. Igitur si per iniuriam fecerit magistratus, vel quasi priuatus, vel fiducia magistratus, iniuriarū potest conueniri. & c. facit l. quoniā. C. de appellat. & l. omnes. prima. de decur. lib. 10. Floren. in 3. parte Summæ, tit. 4. c. de bello particulari.

Francia cō suetudo in parēdo ma gistratui. Verumtamen, in hoc Franciæ regno, alio iure vtimur, ipsum ius gentium sequentes, quod quidem disponit parendum esse magistratui, quādo officium suum exercet, nec debet quis illi de facto resistere, alioqui crimen rebellionis incurreret. de quo in Extrauag. qui sint rebelles, & hoc etiam probat d. l prohibitum. de iure fisci. lib. 10. in fin. ibi, Tunc enim is, cuius interest bona alicuius non interpellari, officialibus volentibus ea capere, debet acquiescere: cùm literis nostris cognouerit, non ex arbitrio suo Cæsarianos (id est, officiales) ad capiendas venisse easdem facultates, sed iustitiæ vigore, id fieri statuisse.

Sed aduersus præceptum iudicis iniustum, ius ciuile defensionem adiunxit, videlicet appellationis. Nam pars à magistratus præcepto appellare potest: & si, non obstante appellatione, iudex procedere velit, iterum appellare poterit: primæ etiam appellationi inhærendo: quod si iudex, non obstantibus appellationibus, exequeretur (quod tamen non faciet propter reuerentiam superioris) cōmitteret crimen legis Iuliæ de vi publica. l. lege Iulia. ff. de vi public. & ad mulctam, atque ad interesse, & expensas in ciuilibus condēnaretur, vt plenè scripsi in tract. de appella. in 3. tomo Commen. in Constit. Reg. facit cap. venientes. de iureiurand. Nec quidem iudex inferior suo superiori resistere debet. vnde Papa sic ait: Ordinarius iudex non debet iudicis delegati mandato resistere violenter, sed apud ipsum instare, vt differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat. c. si quando. de offic. delegat.

Omni appellationi in regno Frācia defertur. Vnde introductum est in hoc regno, quod omni appellationi, etiam friuolæ, propter superioris reuerentiam defertur. ideo iudex non debet post appellationem exequi, nisi quatenus lex regia eidem permittit, vt docui in tract. de sentent. execut. in præfa. in 1. tomo Comment. in Constit. Reg. & si stolidus quidam exequatur post appellationem ad curiam supremam emissam, propter contemptum capite puniri posse, docet Boer. in decision. Burdegal. q. 153. iudex. vbi tres latrunculatores docet fuisse suspensos, qui post appellationem executionem fecerant in causa criminali, quæ exempla valde admonent iudices regni, ne in similem damnationem incurrant.

Clericus à iudice sæculari captus. Si tamen damnum esset irreparabile, resisti iudici posset, vt docet Bal. in cap. 1. in fine. de offic. delegati. vbi plus dicit, quemlibet de populo auferre posse clericum captum à iudice sæculari, quia iniuria fit religioni: & quod in religione diuina committitur, in omniū refertur iniuriam. l. 1. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat. not. in l. Manichęos. de hæretic. sed hoc non habet locum in hoc regno propter Gallorum obedientiam. Possent tamen cōsanguinei auferre reum condemnatum, si stolidus iudex eum executioni mittere vellet, & illum suspendere post appellationem, & hoc casu deberent consanguinei illum eondemnatum ducere ad iudicem appellationis, vt sic excusarentur. per text. in cap. dilecti. 1. vbi iurium interpret. de appellat. sed ipsi retinere non possent cōdemnatum, vel permittere, vt abiret, aliàs punirentur. l. quotiens. C. de exactor. tribu. lib. 10.

Notandum est, quod si iudex excedat, non solet puniri in regno criminaliter, nisi in tribus casibus: videlicet, propter dolum fraudē, & concussionem, & 13
hos casus forēses vsus recipit. vnde Aug. ait: Superiorem, si modum in corripiendo excesserit, à Domino veniam petere debere, non autem à subditis. cap. faciendis. & seq. 86. dist.

Imò, si subditi non iuuent magistratum contra vim ei illatam, etiam illos pœna capitis puniendos scribit Modestin. in l. 3. in fin. ff. de re milita. & l. omne delictum. in fin. ibid. probat Anthon. Capic. in decis. Neap. q. 149. nuper. Ego tamen arbitrarer pœna arbitraria afficiendos eos, qui suos non iuuant magistratus: nam, iura superius adducta loquuntur de inobedientibus præfectis militiæ, in quibus maior requiritur obedientia, quia maius vertitur periculum in transgressione præcepti illorum, quàm in magistratu. de quo in l. vnic. ff. si quis ius dicenti non obtempera. vbi dicetur.

In quantum Iaf. hic disputat, vtrum oporteat ponere, & probare quem occidisse hominem, ad suam defensionem necessariam, & quia aliter euadere non poterat. per l. scientiam. §. qui cum aliter tueri se non possent, damnum culpa dederunt, innoxij sunt. ff. ad legem Aquil. & in clement. vnic. de homicid. Et sunt qui istam sustineant sententiam. Bal. verò & Salicet. in l. solam. C. de testib. contrariam: quam (vt humaniorem) amplectendam dicit Iason, multáque super hoc cumulat Thom. Ferrat. cautel. 5. occidit.

Homicidiū triplex. Aduertendū tamen est, triplex esse homicidium, Doctor. asserunt. necessarium, quod ad defensionem necessariam fit, cum aliter se tueri quis non potest, nisi occidat. de quo loquitur dicta l. scientiam. & clement. prima de homicid.

Casuale dicunt esse, quod casu fit: vt, fortè ludendo, in c. continebatur. & seq. de homicid.

Voluntarium, quando ex voluntate, & de industria factum est. cap. 1. & c. sicut dignum. de homicid. vbi loquitur de illis, qui interfecerunt sanctum Thomam Canthariensem Archiepiscop. hæc pulchrè conscribit Martianus in l. respiciendum. ff. de pœn.

§.deliquũnt autẽhomines,aut proposito,aut impetu, aut casu. proposito delinquunt latrones, qui factionem habeot: impetu autem, cum per ebrietatem ad manus,vel ad ferrum veniur; casu vero,eum in venando telum, in feram missum,hominem interficit. & sic homicidium(vt Iurisconsult.sequamur)aut fit proposito,aut impetu,aut casu,vt ibi.

Vsus forẽsis ad euitãdas homicidij pœnas.

Itaque iurium interpretes, illud dubium, de defensione necessaria, posuerunt. sed,quorsum non expresserunt? Ideo, vos in forensi vsu tenere, quod volens quis euitare homicidij(quod cõmisit) pœnas,vt omninò absolui debeat, ponere,& probare se,ad necessariam suam defensionem, hoc fecisse tenetur, & tunc iudex illum absoluere debebit. per dict. §. qui cum aliter.l.j C.quando vnicuique sine iud.se vind. Sed in hoc regno adhuc impetrant literas innocentiæ, quas dicanici dicanicas vocant, *de pardon*. nec enim iste crimẽ aliquod pertimescat, cum sibi arbitriũ vltionis suæ sciuerit esse cõcessum.l. deuotũ. C. de meta.lib. 2.Bal.consil.109. qui mortem.in 4.vol.

Si verò quis commiserit homicidium casu, tunc non est exprimendum, quod ad suam defensionem necessariam hoc fecerit: quia verum non est,sed hic condemnari debet, & eò est irregularis tamen si dabat causam rei licitæ,excusatur. cap.dilectus,ac seq. & c.Ioannes.de homicid.& facilè gratiam à principe consequetur.

Homicidium verò proposito commissum non excusat,imò si de industria quis occiderit hominem, non iuuatur Ecclesiæ immunitate.c.1.de homicid.

Iudices in regno Frãciæ nullum homicidã absoluunt sine literis Regijs.

Vnde tenendum est in hoc regno Franciæ, quod iudices, etiam supremi, nullũ absoluere homicidam solẽt,nisi à Rege hoc eis cõcessum fuerit, per literas quas impetrare reus etiã à Cancellaria potest, quãdo est defensio necessaria.vt in art.1.& seq.tit. *des graces*. in Ordin.Reg.continetur: & sufficit probare aggressum fuisse in periculo vitæ constitutum,vt iudicetur necessaria defensio.vt docet Bar.in l.sed & si.ff ad le-
14 gem Aquil.glos.& Doctor.in l.j.C.de sic.& in cap.si perfodiens.de homicid.Angel in tract. de malefic.in gl. & dictus Titius plenè explicat hîc, Claud.Seicel.

Sed in homicidio casu perpetrato ab ipso Rege, seu à magna eius Cancellaria,quę idem est cũ Rege, gratia seu indulgentia impetratur.vt in eodem titul. art. 2. & seq. in Constit. Reg. Chassan. in § 5.glossa, *s'il n a grace*. in Consuet. Burgun.tit.*des Iustices*.

In cæde ex proposito commissa,gratia impetranti prodesse non potest,si sit voluntarius homicida,cum insidiis,& ex proposito, quod vulgò dicimus *de guet à pens*, sed ab altari meo eum euelles, vt moriatur.c. primo de homicid.Guido. Papa in decision.Delphi. q.121.in camera,& hi solent suspendi cum sua gratia, & si sint clerici, non gaudent priuilegio clericali, sed solent tanquam laici suspendi,vt censuit Senatus te-
15 ste Aufret.in aresto.271.Item die 11.in stylo parla. quia reatus omnem excludit honorem. l. prima. C. vbi senat. & quomodo hoc fieri debeat, tradunt interpretes in cap.cum non ab homine.de iudic.

Etiam socius, si socium aggressum defendendo, occidat aggressorem, indiget gratia Principis,quam facile obtinere potest, quia aggressor faciebat iniuriam reipub. Ergo quilibet de populo poterat propulsare. cap.dilecto.de sentent. excommunicat in 6. & hac l.vt vim. & l.prohibitum. & l.defensionis.vbi Bar.C.de iure fisci.lib. 10.suprà dictum fuit.

Idem, si quis occideret illum, qui se posuit in medio illorum,qui digladiabãtur,nolens eum occidere. Nam licet glos.in l.2. & ibi Doctor. C.de sicar.dicat impunè fieri,quam sequitur Ias.in l.eum qui.§.in popularibus. num.4. ff.de iureiur. tamen in hoc regno is non absolueretur,sine gratiæ impetratione.

Imò,etiam si vnus ex pluribus hominem occiderit, quamuis alij non cogitauerint, tamen indigent omnes gratia,siue indulgentia,vt audacia Gallorum hominum percutiẽdi alios restringatur,teste Bened. in repet.c.Raynutius.in verbo, si absque.in 2.de pupillar.substit.nu.42.de testam. Ista sunt,quæ forensis vsus seruat,quicquid in contrarium scribant iurium interpretes.

Et cùm inter nos cognationem quandam natura constituit,consequens est hominem homini insidiari, nefas esse.] Iurisconsul.dicit, inter homines naturam constituisse quãdam cognationem, id est, coniunctionem, per quam nefas est hominem homini insidiari. & sic iste text non dicit cognationem simpliciter. Nam omnes homines naturà sunt cognati, id est, ab vno nati, videlicet ab Adamo,Genes 1.& 2.non tamen ob hoc sunt omnes inuicem cõsanguinei.l.1.ff.vnde cognati.sed est quædam cognatio, nõ simplex, sicut inter cõsanguineos. vnde cum quidam à Cæsare peteret eleemosynam, dicens se Cæsaris fratrem, Cæsar ei solidum dedit, conquestus est dicens fratrem nõ dedisse iustam bonorum partem fratri, qui respondit sufficientem esse partem: nam si vellet tantum dare aliis fratribus,sic natura coniunctis, minimũ esset,quod illi superesset, vt est in Apophtegmat. Plutarc. cum omnes simus in Christo fratres.cap.ad mensam.& 1.q.3.sed non in disco:quidam enim habent discum magnum,vsque ad nauseam,qui nec bene illis vertit.vt Hiero scribit. in c.nec tales.cum seq. de consecrat.dist.5.& pulchre Papi.in l.seruus.ff. de seruis exportãd.beneficio affici hominem hominis interest. & probat Cicer.libro 2. Offic. & adagio dicitur. Homini homo Deus.

Et sic quando loquimur de cognatis,vel fratribus, intelligimus de his,qui consanguinitate nos attingũt. vt est in l j.ff.vnde cognati.& in titul.de gradib.& in arbor.consanguinit.not.interpretes.de hac dictione, nefas, vide Iurisc.in l. si quis posthumos.§.pen.ff.de lib.& posth.& l.1.infra de orig.iur. & l.j.à quibus appella. non licet. vbi scribitur fas non esse. & l.quid ergo.§.cũ autem.ff.de his qui not.infa. & lex diuina fas est:ius,lex humana: transire per agrum alienum, fas est,ius autem non est,c.omnes leges.j.distin.Alia, quæ tangunt hanc defensionis materiam, tradunt hic Doct. & maximè Claud. Seicel. qui istam legem bis interpretatus fuit, & in secunda interpretatione multa dicit,quæ poterunt videri,ego ad alia pertranseo.sed quidã in hoc text.legunt: *coniunctionem quandam natura constituit*, & planius procedet tex.tamen Pandec.Floren.habent,*cognationem*.

SVMMARIA.

1 *Tullus Hostilius Roma. Rex.primus manumissionem inuenit.*
2 *Omnes homines quomodo de iure naturali liberi sint.*
3 *Mens in appetitum,ciuile & regiũ habet imperium.*
4 *Seruitus secundum naturam qua dicatur.*
5 *Nullus in regno Francia nascitur seruus.*
6 *Dominus reuocare potest donationem factam ab hominibus manus mortua,inter extraneos.*

LEX

LEX IIII. VLPIAN. LIB. I.
INSTITVTIONVM.

Manumissiones quoque iuris gentium sunt. Est autem manumissio de manu missio, id est, datio libertatis. Nam quandiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est, manumissus liberatur potestate. quæ res à iure gentium originem sumpsit: vtpote, cum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cùm seruitus esset incognita. Sed posteaquam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis. Et cùm vno naturali nomine homines appellarentur, iure gentium tria genera esse cœperunt: liberi, & iis contrarium serui, & tertium genus liberti, id est, ij qui desierant esse serui.

Seruitus & manumissio ab hominibus inuenta.

ISta lex, tradit manumissiones esse, de iure gentium. Nam cùm iure naturali omnes homines nascerentur liberi, ab hominibus inuenta est seruitus, & manumissio, vt hîc. & in tit. de statu homin. ff. & de iure personar in Instit. & de iure gentium tria genera hominum cœperunt esse, videlicet liberi, serui
1 & liberti. Et Dionysius Halicarn. scribit Tul'ũ Hostiliũ Rom. Regem, quòd ancilla genitus putaretur, primum inuenisse manumissionem seruorum, quæ à populo vniuerso probata demum fuit, & sic iuris gentium effecta.

Et per istum text. dicunt Docto homines de iure naturali esse liberos. Nã quod attinet ad ius naturale, omnes homines liberi nascebãtur. l. quod attinet. ff. de regul. iur. Ego autem intelligerem de iure na-
2 turali omnes homines liberos esse, quantum ad dominationem, quia vnus non nascitur seruus alterius, nec est in dominio alterius. Nam hoc dominium est per constitutiones hominum introductũ, sed quantum ad vim imperandi & parendi, hoc secundum naturam est, vt Arist. docet, in lib. j. Politic cap. iij. & seq. vbi scribit. Nam vt animus in corpus habet im-
3 perium, mens verò in appetitum ciuile, & regium: eodem modo necesse est in cunctis hominibus esse. Quicunque igitur distant tantum quantum animus à corpore, & homo à bestia, per hunc modum se habent: vnde homines summo ingenio prædici imperare, stolidi parêre istis natura debent: & sic secun-
4 dum naturam alij liberi sunt, alij serui: & seruitus ista, secundum naturam procedit, quia natura docet vt ingeniosis pareant stolidi & hebetes.

Vis imperandi & parendi secundum naturam est.

Altera seruitus vocatur à iurisperitis contra naturam, licet Aristo. dicat esse secundum leges, nam homines constituerunt, vt capti in bello non occiderentur, sed capiens dominus efficeretur. At dominio alterius subiici, est contra naturam, quando præcipuè bellum iniquum est, sed alteri parêre, non: cum imperare & parêre sint secundum naturam, sed non quòd vnus sit dominus alterius. Et ideo seruitus quædam est secundum naturam, vt ingeniosi imperent hebetibus: altera præter naturam, vt illa quæ fit in bello, vt in tit. de iure perso. in Insti. & sic videntur conciliatæ diuersæ sententiæ, quamuis Doct. hactenus in hoc valde aberrauerint.

Ius gentium duplex.

Et sic, dicunt interpretes per istum textum duplex esse ius gentium, videlicet primæuum, & secundarium: ius gentium primæuum dicitur naturale: secundarium, non. Sed hoc iure non est hoc cautum expressè, sed ad conciliandum iura ab interpretibus inuentum est.

Ius gentium antiquum, quod dicatur.

Ego dicerem duplex ius gentium esse, vnum antiquum: quod ius naturale vocatur, naturali ratione hominum & instinctu inductum: vt in l j. præcedent. dictum fuit: & , vt parentibus, & patriæ pareamus. l. veluti suprà. & hoc antiquum cum ipso genere humano proditum est. l j. ff. de acquir. rerum dom. Aristot lib. 5 Eth c.c. 7. sic ait. Est quidem naturale, quod vbique vim habet eandem, & §. ius autem ciuile. de iure nat. in Instit. vbi sic scribitur: Quod verò naturalis ratio inter omnes gentes constituit, id apud omnes populos peræquè custoditur, vocatúrque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtantur. l. omnes populi. infra eodem. & hoc antiquũ ius gentium cum ipso genere humano proditum est. Paul. in l. j. ff. de acquir. rerum domin.

Ius gentiũ nouũ quod sit.

Alterum ius gentium nouum dicitur, quòd hominum prouidentia, & asturia, non ab initio inductum fuerit, vt meum, & tuum. ca. dilectissimis. xij. quæst. i. c. quo iure. viij dist. seruitutes etiam & manumissiones, vt hîc, & cõtractus. de quibus in l. seq. & testamenta. & nouum dici poterit, ratione habita ad antiquum, & sic poterunt iura conciliari.

Item. cùm manumissio sit de iure gentium, non potest tolli in totum per ius ciuile, sed modus & forma manumittendi per ius ciuile induci potest, vt in tit. de manum. vindict. testa. & in aliis tit. & in Instit. quib. manu licet.

Manus, quomodo in iure accipiatur.

Ex hoc text. colligunt Doct. hic accipi manum, pro dominio: ideò inferunt ad testatorem qui prohibuit ne res exiret manus hæredis, vt intelligatur prohiberi alienationem rei, non locationem ad modicum tempus per l. fi. C. de reb. alien non alienan. & c nulli. de rebus eccle. non alienand. Docto. in l. filius fam. liàs. §. diui. ff. de lega. j. scripsi in compendio alena. rerum eccles. & in l. alienationis. ff. de verb. signif. Nam locatio non mutat dominium. l. non solet. ff. loca. Bart. & alij hîc.

Ego tamen putarem hic manus, accipi pro potestate, vt text. exponit, quicquid doctor. iactent, licet possit aliquando & pro dominio accipi. vt plenè scripsi in l. mulieris. § res abesse. ff. de verb. signif.

Notandum est de consuetudine generali regni, hominesomnes in Regno Franciæ natos esse libe- 5
ros quoad personas, adeo quod nullus potest hominem, tanquam suum seruum, vendicare, si Christianus sit is, quem vendicat, imò exteri confugientes ex Regno Hispaniarum, aut aliunde ad hoc Regnum, simulatq; characterem baptismi recipiũt, liberi efficiuntur sicut de Roma dicunt doctor. in l. Barbarius. ff. de offic. Prætor. l. in vrbe. de stat. homi. & Boer. in §. j. de consuet. iuris. status person. in cõsuet. Biturig.

Serui quoad bona in Regno Galliæ.

Tamen moribus introductum est in quibusdam Galliæ regionibus, vt sint quidam serui quoad bona, quia sicut serui acquirunt dominis, l. placet. ff. de acquir. hæred. ita & isti acquirunt dominis suis in quorum territorijs degũt, vnde vocari sunt homines

manus mortuæ,nõ corporis mortui. Nam ſicut manus mortua nihil corpori acquirit,ita & ipſi nihil ſibi ipſis acquirunt,ſed dominis, cuius territorium incolunt:ſi tamen liberos habeant,ad ipſos deferuntur bona.teſte Maſuer. in praxi titul.de ſucceſsio. & vltim.volunt. §.item illius. Iohã.Fab.in §.1.quib.mod. ius patri.poteſta.ſolui.Cy.in authen ſed Epiſcopalis.C.de Epiſcop. & cleric. licet quædam conſuetudines liberos eorum etiam bonis priuent.

Exteri in regno Gallia, quæ acquirũt, Regi acquirunt.

Iſta etiam conſuetudo inoleuit in hoc Regno, vt exteri ſint ſimiles hominibus manus mortuæ; quia omniaque acquirunt, Regi acquirunt, & de bonis acquiſitis non poſſunt diſponere,etiam inter liberos. vt docet Benedict. in repetitio. c. Raynutius in verbo & vxorem.1042. de teſtam. niſi vxorem in Regno & ibi ortã habeant,& ex ea filios, qui tunc beneficio matris ſuccedẽt etiam patribus.arg.l.j.ff.ad municip & hoc abundè ſcripſi in tracta. de liber.natura. in princip.in 2.tomo Comment. ad Conſtit.Reg. de ſtatut Ferrarienſis prohibente bona alienari in forenſem,conſuluit Curtius ſenior conſil. 27. magnifici.in 2.q.

6 Sic eſt in hominibus manus mortuæ, vt dominus etiam reuocare poſsit donationem ab iſtis factam inter extraneos,vt Doctores aſſerunt. per illum text. in l.vna. C. non licere habitatorib. Metrocom loca ſua ad extra.transferre. lib.xj. & l. ſi in emptione.§. omnium. ibi, vel mores ciuitatis cõmercio exuerũt, earum nulla eſt venditio. ff. de contrahend. emptio. ideo illis dici poteſt.quod ſcribitur Leuitici 25. Terra quoque non vendetur in perpetuum,quia mea eſt,& vos aduenæ,& coloni mei eſtis:vt ſcribit Benedic. in repetit. c. Raynutius. in verb. & vxorem. num. 955. de teſtam.

Et hanc conſuetudinem valere, ait Hoſtien. in ſua ſumma tit. de natis ex libero ventre. §. fin. quem ſequitur Rofred. Bene.in titu. de villanis. in 5.parte. ac Guido Papa in deciſ.Delph. quæſt.ccclxj. incipiente de manu. Chaſſan. quoque in conſuet. Burgund. in titu. *Des mains mortes*. vbi alia videri poterunt, quæ hoc genus hominum contingere poſſunt. De manu etiam ſcripſi,& illius phraſes, in l.mulieris. §.j. ff.de verb.ſignific.de his hactenus.

SVMMARIA.

1 *Dominiũ vtile à directo iure gentiũ nõ diſtinguitur.*
2 *Meum & tuum à iure gentium inuentum.*
3 *Dominium alicui de iure ciuili acquiſitum Princeps auferre non poteſt.*
4 *Sententia executioni demandata à iudice, transfert dominium.*
5 *Sententia lata in reali non transfert dominium, & quare.*
6 *Conſtitutio prohibens in ſuo ædificare, non valet. Limitatur. ibidem.*
7 *Princeps non poteſt expellere mercatores extraneos de terris ſuis,& quare.*
8 *Pecunia à iure gentium introducta.*
9 *Actiones quomodo iuris gentiũ & ciuiles dicantur.*
10 *Conſuetudo contra ius gentium non valet.*

LEX V. HERMOGENIANVS LIB. I. IVRIS EPITOMARVM.

EX hoc iure gentium introducta ſunt bella, diſcretæ gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia collata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes inſtitutę; exceptis quibuſdam, quæ à iure ciuili introductæ ſunt.

Bella quomodo à iure gentium introducta.

IVriſconſu. Hermogen. tredecim enumerat, quæ iuris gentium ſunt. Primò dicit bella introducta à iure gentium. & Accurſ. putat intelligi de licito; vos autem dicatis gentes inueniſſe bellum, ſiue licitum, ſiue illicitum, nec vllam fuiſſe à gentibus factam diſcretionem de licito vel illicito: ſed eſt veriſimile,quod poſtquàm homines rationales ſunt, non gerebant bellum, niſi licitum, ſaltem quod licitum arbitrabantur, & de bello licito & illicito probatur Gene.14.Nam Chodorlaomor Rex,& alij,qui cum eo erant,mouerunt bellum illicitum contra Regem Sodomorum:ſed Abraham bellum licitum,& in eo liberauit Loth nepotem ſuum, & omnem ſubſtantiam Sodomorum recuperauit. Et ſic à gentibus introductum & inuentum eſt bellum vtrumque, poſtea de iure ciuili & canonico factæ ſunt regulæ ad cognoſcendum. quando erit licitum, vel illicitum. vt xxiij.quæſt.j recitantur multa,& quæſt.ij. de hoc bello. Nec mirum videri debet, vt gentes illicitum etiam inueniſſe videantur,quia ratione peccati Adæ corrupta fuit omnis caro.Gene.6.c. & c.omnis ætas, xij.quæſt.j.quamuis Poetę adſcribant Pandoræ,quæ attulit Epimetheo pixidem, omni malorum genere refertam,quam cum ille aperuiſſet (ignarus alicuius doli) illa euolarunt mala,ac totam terrã occuparũt. vt deſcribit Heſiod. in lib. ἔργα καὶ ἡμέραι his verſ.

At mulier digitis dum tollit opercula vaſi,
Omne malum lædens homines,graue ſparſit in orbem,
In terram exiliit reliquum genus omne malorum,
Hinc mare, nunc illis eſt plenum, plenáque terra,
Nocte, diéque homines miſeros inuadere nunquam
Exangues ceſſant morbi,mala multa ferentes,&c,

Et ſex cauſas quare mouentur bella, & pax non eſt inter homines, ſcribit gloſ. in c.ad Apoſtolicæ. de re iudic.in vj.& Florent.in iij.parte ſummæ titu.de triplici militia.c.j.tit.iiij. & cap.ij.

Gentiũ & populorum diuiſio.

Diſcretæ gentes.] A iure gentiũ ergo diſcretæ gentes, & populi ſeparati ſunt. A filiis enim Noë diuiſæ ſunt gentes poſt diluuium,& vnuſquiſque ſecundum linguam, & familias orationibus ſuis. Gen. 10.c. Et poſtea ibi diuiſio labij facta eſt, & Loth ab Abraham cum familia diuiſus fuit. ibidem. c. 13. & Eſau à Iacob.c.36.ibid.

Ex quo patet,gentes ſeparatas hoc iure gentium: prouincias verò,vt Italia à Sicilia, & aliæ prouinciæ ab ipſis principibus,& ſic de iure ciuili. per l.ſi eadẽ. de aſſeſſori. ff. & in titu. de metropo. Berit.lib.xj.C. Nec iſte text. dicit prouincias diſcretas de iure gentium, ſed gentes. ideò ſupereſt vt prouinciæ de iure ciuili ab ipſis principibus diuiſæ fuerint, & vnitæ quandoque.§.illud autem.in auth.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag. collat. ij. quicquid Accurſ. Bart. & alij ſcribant.

Regnorum conſtitutiones.

Regna condita.] Legitur Geneſ. 10. cap. de Nemroth, robuſto venatore, quod fuit principium

eius

eius Regni Babylon,& Arach,&c.Et Belus primus
Rex Assyriorum fuit , vt refert Euseb. in suis chro-
nicis. Regnum Sodomæ , & Gomorrhæ à gentibus
conditum fuit.de quibus Regibus Genes. 14. Et hoc
Regnum de gente ad gentem transfertur propter
iniustitias,iniurias , contumelias, & diuersos dolos.
Eccles.10. & Matth. 21. Auferetur à vobis regnum,
& dabitur genti facienti fructum. glos. vlt. in extra.
vnam sanctam.de maior.& obed.in communibus.

Dominiorũ distinctiones.

Dominia distincta.] Et sic de iure gentium
dominia distincta sunt inter homines. Genes. 10.
A filiis filiorum Noë diuisæ sunt insulæ gentium in
regionibus suis.& Genes.13. Si tu ad dextram elege-
ris ,ego ad sinistram pergam. Et sic fuit diuisio facta
inter Abrahamũ & Loth eius nepotem,quia dictum
est Deuteron.11. Omnis locus , quem calcauerit pes
tuus, vester erit. vnde possessionem quidam dictam
aiunt quasi pedum positionem.in l.j.ff.de acqui.poss.
Et meum & tuum inuenta sunt eo iure. cap. dile-
ctissimis.xij.quæst.j & Prouerb..22. in fin. Ne trans-
grediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres
tui.ideo dominia tam rerum mobilium , quàm im-
mobilium à gentibus sunt sic distincta , & separata,
vt quod ego occupauerim, id esset meum , & quod
1 tu occupaueris,id tuum fieret.c quo iure.8. dist. Sed
non fuit distinctum dominium vtile à directo. hoc
enim à iure ciuili inductum fuit l. j. ff. si ager vecti-
gal.voluitq; maritum rei dotalis esse dominum , &
hinc iuris ciuilis subtilitate inuentum est,licèt domi-
nium apud mulierem maneat de iure gentium. l. in
rebus. C.de iure dot.& l.j.C.de iure emphyt.

Nec dicit iste text.dominia inuenta à iure gentiũ,
sed distincta,quia dominia erant antea inuenta , sed
erant communia quoad vsum. vt docet Petr. Ber-
trand.in tracta.de iurisdict.contra Petr.de Cugneris
q.4.facit c.quo iure.8.dist.& in extra.vnam sanctam.
in fi. de maior. in communibus. Ego putarem iure
gentium inuenta & distincta esse dominia,quia ante
gentes non erat dominium,alioqui , apud quos fuis-
set? Nec est de iure naturali communi,vt ait text.sed
potest dici de iure illo naturali quod tantum gentes
respicit,quod vocatur gentium.vt in l. manumissio-
nes.suprà eodem, dixi.Et Deus Moysi,& Genti Israe-
liticæ dedit præceptum; Non furtum facies : ex hoc
volens ne dominia distincta à gentibus, & sic acqui-
sita,ab illis auferrentur.Ergo gentes & dominia erãt
2 ante illud præceptum Moysi datum. Ideò à gentibus
dominia esse instituta dicemus,dum meum & tuum
inuenerunt,per quod omne distinguitur dominium,
& ex quo omnis lis,omnis controuersia,omneq; ori-
tur dissidium & bellum.

Verùm, quia non multi modi dominium acqui-
rendi sunt ab ipsis gentibus inuẽti,ideo ius ciuile po-
stea suppleuit, & multos inuenit modos acquirendi
dominia,vt per glo.in Rub.ff.de acquir.rer.dom. Et
quamuis multi modi inuenti sint ab ipso iure ciuili,
si tamen pars acquirat dominium per illos modos,
illud princeps postea auferre non poterit , quia in-
uentione dominium est de iure gentium,& licet ego
possim acquirere , vel non acquirere alicui , tamen
post acquisitionem non possum ei auferre , sicut
dicitur de seruo. in l.seruus. C.de pact. Et quod ac-
quisiui Ecclesiæ , non possum postea ab ea auferre.
ca.nouerint. x.quæst.j. contra Bart.in l. qui Romæ.
§.Flauius.ff.de verb. obligationib. Et ista opinio cõ-

Dominiũ inuentione est de iure gentium.

tra Bart.est communis,& confirmata aresto Senatus
Burdegalensis vt docet Bened.in repe.c.Raynutius.
in verb.si absq;.2.de fideicomm. substit. num. 23. de
3 test. Et si de iure ciuili acquisitum sit dominium ali-
cui,illud princeps auferre non poterit , licèt modum
tollere possit acquirendi.not. Accurs. & interpret. in
l.2. C.de precib.Impera.offerend.

Vnde si per sententiam dominium sit mihi acqui-
situm,non potest princeps illud tollere , etiam cum
clausula non obstante,quicquid dicat glos. & docto.
in l. causas.C.de transact.& in l. final.Sent.rescin.
non posse.Ias.in l.iustitia.col.vlt.infra.nisi data com-
pensatione ex iusta causa. l. item verberatum. ff. de
rei vendic.& l.si quis sepulchrum.ff.de religios.& in
titul.quibus ex caus.serui.pro præmio liberta. accip.
Patet 3.Reg. c. 21.& seq. de Nabot. & Ezechiel. 46.
scribitur,Non accipiet princeps de hereditate popu-
li per violentiam.scripsi in tracta de congrua portio.
in fin. dicam in l. deprecatio. infra ad leg. Rhod.de
iactu.

Per sententiã dominiũ traditione demũ facta acquiritur.

Et per sententiam ita demum acquiritur dominiũ,
si traditio eius causa facta fuerit,non antea. vt docet
glos.in §.fi.de offic.iud.in Instit. & Fel.in c.cum ve-
nerabilis.col.8.vers.dum dicit glo.de exceptio.Nam
ius ciuile statuit dominia transferri traditionibus, &
vsucapionibus,non nudis pactis. l. traditionibus. C.
de pact.sic & non nudis sententiis.

Intelligite per solam sententiæ prolationem non 4
transferri dominium,nisi illa sententia fuerit execu-
tioni demandata à iudice,vel ab alio vice illius,iuxta
l. qui restituere.ff. de rei vendi. & tunc executor cõ-
pellet restituere rem , de qua est sententia lata : & si
victus nolit,auferetur ab eo res manu militari, & vi-
ctor in possessionem mittetur , & tunc incipiet nan-
cisci dominium.l.à diuo Pio.ff.de re iudic.

Et sicut modi inuenti ad acquirẽdum dominium,
de iure gentiũ requirũt traditionẽ,d.l.traditionibus.
C.de pact.ita & sentẽtia,& alij ferè modi à iure ciuili
inducti:vt docẽt Bart.& Ias.hic,& idem Ias.in Rub.
ff.de re iud. Allego text. adhuc nõ ad hoc inductũ,
in l. 2.in fi.ff.si ex noxal.caus.agat.ibi,eo quod ductus
seruus in bonis eius esse cœperit,vbi agitur de sentẽ-
tia,& vi sententiæ fuit ductus seruus, & cœpit in bo-
nis eius esse,ad quem fuit ductus,& antequam fuerit
ductus & traditus,non erat acquisitus seruus.

Etiam intelligi debet de illa sententia , per quam
iudex rem alicui adiudicauit : vel ex sententia , quæ
ad dãdum tendit, vel alias respicit ad dominium:di-
uersum est in alijs sentẽtiis,quæ ad hoc non tendunt,
vt si petam equum tibi commodatum, vel depositũ,
mihi restitui, sententia non transferet dominiũ,quia
ad hoc non tendit, & debet esse conformis libello. l.
vt fundus.ff.communi diuidũ.c.licet Hely. de simo.
Et quia ego sum dominus,aliàs non peterem simpli-
citer rem mihi restitui.

Nec etiam per sententiam in reali transfertur do-
miniũ, sed declaratur actor dominus. l. Pomponius.
§.j.ff.de procura.l. at ex diuerso. §. j. de rei vend.Et
licet quis possit petere se declarari dominum,& tunc
sic sententia fieri debeat , vt dominus declaretur , ta-
men cautus aduocatus concludit in actione rei ven-
dica. non solùm vt declaretur dominus , verùm vt
possessor vacuam possessionem relinquat talis rei pe-
ritæ,cuius ego sum dominus,& vt vulgò dicimus, *à
se desister, & despartir de la tortionnaire detention, &
occupati*

occupation par luy faicte d'vne maiſon. [vt deſiſtat & recedat à detentione violenta, & occupatione domus per eum facta.] Et concludit ad fructus reſtituendos, ſaltem à tempore litis conteſtatæ, & ad expenſas. l. cum fundus. ff. de reb. cred. docet Petr. Iacob. in ſua practica titul. de rei vendica. libellus conſue-
5 tudine approbatus. Et ſic per ſententiã latam in reali non transfertur dominium, quia actor eſt dominus aliàs agere hac actione non poteſt. §. omniũ. de actio. in Inſtitut. l. vna. C. de alienat. iudic. Et qui ſemel eſt dominus, non poteſt amplius effici dominus. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquiren. poſſeſſ. Etiam ex ſententia abſolutoria non transfertur dominium, quia ad hæc non tendit, & actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi cert. petatur.

Termini à gẽtibus poſiti.

Termini agris poſiti.] De iure gentium poſtquàm dominia cœperũt diſtingui, termini ſunt agris poſiti, vt quilibet contẽtus ſua re eſſet, & non occuparet alienã, vnde dictũ eſt Prouerb. 22. Ne trãſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. & ſic maiores hos terminos poſuerũt, & ab ipſis ſunt gentibus poſiti. vt Verg. ſcribit. Limes erat poſitus, litem vt diſcerneret agris. c. forum. de verb. ſignif. & maledictus eſt à domino, qui transfert terminos proximi ſui. Deuteron. c. 27. Et quomodo hi puniantur, habetur in titul. ff. de termino mot. & §. fi. de offi. iud. in Inſtitut.

Ædificia cum alijs coniungere eſt de iure gentium.

Ædificia collata.] Ex hoc text. colligendum eſt, de iure gentium eſſe, vt quiſq; ſibi domum in ſuo ſolo ædificare poſſit, & coniungere cum alijs ædificiis, ac inter alia ponere, etiam ſi alteri noceat, fortè luminibus officiendo vel aliàs. l. Proculus. ff. de dam. infect. niſi in iniuriam alterius fieret. l. opus. de oper. publi. Iaſ. hic. & ſic non valet conſtitutio prohibens in ſuo ædificare, niſi fortè in limitibus regni. l. qui-
6 cunque. C. de fund. limit lib. xj. vel alia ex cauſa magna. vt eſt in conſtitutio. Henric. vt nullus ædificet in ſuburbiis Comitatus Pariſienſis, inter Pariſ. Ordinatio. iſte tamen text. non probat, niſi de collatis ædificiis. vt etiam ſentit glo. At in Pandect. Florent. legitur, ædificia collocata, & meliùs, quia ædificia fuerunt collocata de iure gentium ſimul, vel diuiſim: nempe in ſuo quoque fundo quiſque ædificium cõſtruebat, in quo ſe reciperet. Et cõſtruere non poteſt quis prohiberi, & coniungere ædificium iuxta alia, cùm hoc ſit de iure gentium, & collocata ſemel ædificia non poteſt quis cogi auferre, per iſtum text. & l. cætera. cum l. Senatus. ff. de leg. j.

Commercium, quomodo intelligendũ ſit.

Commercium hic accipitur pro libera contrahendi commeandíque facultate illorum, qui merces vltro, citróque conuehunt. & ita intelligitur hic, & in tit. de commer. & merca. C.

Interdum accipitur pro vſu & conſuetudine, vnde dicimus res ſacras & publicas non eſſe in noſtro commercio. l. ſed Celſus. ff. de contrahen. emptio. l. inter. §. ſacram. de verb. oblig l. quædam. ff. de acqui. rerum domin. l. nobiliores. C. de commer. & merc.

Aliquando commercium dicitur viciſſitudo dandi & accipiendi, & merces, quaſi mercium commutatio, quæ victus cauſa iniuncta fuit. vt ait Plin. gloſ. & Doctor. in §. idem iuris. de inutil. ſtipul. in Inſtitut. & ferè conuenit cum præcedenti. l. apud Iulianum. aliàs eſt. idem Iulianus. in fin. ff. de legat. j. l. ij. C. quæ res vend. non poſſunt. & l. j. quæ res expor. nõ debeãt.

Itaque cum hoc commercium, & libera contrahendi facultas ſit permiſſa, non debet etiam à principe prohiberi, cum ſit de iure gentium vt hic: niſi fortè ex magna cauſa, putà belli, vel alia iuſta. ideo principes tempore belli ſolent prohibere mercatoribus, ne vendant, emántue, aut alium vſum cum extraneis habeant, quod paſſim non poſſent prohibere. Eadem ratione non poteſt princeps expellere 7
mercatores extraneos de terris ſuis, quia mundus communis patria eſt, & commercium, ac vſus inter homines mercium communis. Bald. in §. dominus. de forma fidel. Boer. in §. j. de conſuet. iuris, ſtatus, perſo. in conſuet. Biturig.

Emptiones, venditiones.] Ex hoc textu habetur, quod emptio & venditio eſt iuris gentium, vt hic. & l. j. in fi. ff. de contrahenda empt. Et pecunia eſt etiam de iure gentium. Nam Thare pater Abrahæ 8
fecit primos nummos, quibus poſtea Chriſtus fuit venditus, vt docet Alberi. in verbo moneta. Emere ac vẽdere inſtituit Liber pater, idem diadema, regiũ inſigne, & triumphum inuenit, teſte Plinio libr. 7. c. 56. tamen ab vniuerſo populo & gente poſtea approbata fuit, & ſic iuris gentium dici poteſt non ciuilis, emptio. Ergo non poteſt prohiberi, etiam per pactum. Nam Pompon. ait. nemo paciſcendo efficere poteſt, ne ſibi locum ſuum dedicare liceat: aut, ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat: aut, ne vicino inuito prædium alienet. in l. penult. ff. de pact. niſi ex cauſa publicæ vtilitatis. l. j. & per totum C. quæ res vendi non poſſunt. Duodecim tamen limitationes ad illam l. penult. tradit Chaſſaneus, in Conſuet. Burgun. in tit. ***des cenſes.*** §. 3. gloſ. ***& s'il aduient,*** & Doc. in l. filiuſfamil. §. diui. ff. de legat. j. & non ſolum iſti contractus hic nominati à iure gentium inſtituti ſunt, ſed ferè omnes alij contractus. vt Iuſtinia. docet in §. ius autem gentium. de iure natur. in Inſtit.

Emptio & locatio quo modo etiã de iure ciuili cõtractus dicantur.

Locationes, conductiones.] Aduertite quod numerata in hoc text. videlicet emptio, locatio & ſimiles cõtractus ſunt inuẽti de iure gentiũ, ſed ius ciuile poſtea his contractibus addidit, & inuenta poliuit, & ciuilem obligationẽ inuenit, & ſic quo ad hoc poſſent contractus de iure ciuili dici, vt in l. ius ciuile. hoc tit. infrà. vnde Iuriſconſ. ſic ſcribit, locatio & cõductio cum naturalis ſit, id eſt quadam hominum naturali prouidentia inducta, & omnium gentium, non verbis contrahitur, ſed conſenſu. l. j. ff. locat. & quomodo diſcernatur emptio à locatione docet Labeo. in l. conuenit. ff. de cõtrah. emptio. quamuis Caius in l. 2. ff. loca. dicat maximam eſſe inter iſta familiaritatem, & iiſdem iuris regulis conſiſtere.

Obligationes Inſtitutæ.] Et ſic per iſtũ text. conſtat obligationes inuentas de iure gentium, ergo & actiones, quæ non poſſunt eſſe ſine obligationibus quæ etiam inutiles, ſine iis eſſent. Verum quia ius ci- 9
uile addidit ciuilem obligationem, ideò effecta eſt iuris ciuilis, per l. ſequentem, in qua ſic habetur. Cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id eſt ciuile, efficimus. Et ſic actiones ciuiles dicuntur, eò quòd ius ciuile addidit obligationem ciuilem, & ad differentiam Prætoriarum, etiam approbatione: & ſic ceſſabunt difficultates poſitæ in §. j. de actio. in Inſtit. vt inſtitutæ ſint obligationes à iure gentium & aliæ ciuiles à iure ciuili: & quamuis dicantur obligationes naturales, tamen quia homines reſpiciunt, iuris ſunt gentium. l. cum amplius.

§. is

§.is natura debet.ff.de reg.iur §.j.de oblig.in Instit.

Princeps tenetur cōpensare eū, à quo tollit ius ei competens.

Vtilitas est, quia Princeps nō potest actionem parti competentem, & alia quæ sunt iuris gentium tollere, aliàs tenetur ad compensandum eum, à quo tollit illud. vt de Nabot superiùs fuit dictum. glo. & Doct. in l. quotiens. C. de precib. Impera. offereud. quamuis glos. videatur contraria in §. penul. de iure natur. in Instit. & quidam Cācellarius interdum Principi suasit omnia esse Principis, & Princeps omnia illius bona sustulit, & demum caput illius (Dei fato) vix principi recusare potuit. videtis malum consilium consultori pessimum.

Imo recipiens rem alienam à principe, nisi iusta causa, non est quoad animam tutus, nisi eam, cuius est, restituat: quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, regula. peccatum de reg. iuris in sexto Iohan. Fab. hoc docet in §. sed naturalia, in fin. de iure nat. in Instit. c. fi. 6. dist. Doct. in l. authoritate. & l. meminerint. C. vnde vi.

Etiam deportatus ea quæ iuris sunt gentium retinet l. si mandauero. §. is cuius ff mandat. licet perdat
10 ea, quæ sunt iuris ciuil s l. quidam, ff. de pœnis.

Vltimò non valere consuetudinem contra ius gētium per illum tex asserunt Panor & Curt. in c. fin. de consue. quia est naturali ratione inductum. l. omnes populi. infrà. & diuina quadam prouidentia. §. sed naturalia. de iure natura. in Instit. vnde non valeret consuetudo, vt extraneus posset incidere ligna, si dominus indigeret, quia dominus est extraneo præferendus. c. suggestum. de deci. l. venditor. communia præd. ff. Panor. in c. dilecti. de arbitr.

SVMMARIA.

1 *Constitutio secundùm ius commune, non dicitur ius proprium ciuitatis.*
2 *Limitatur.*
3 *Constitutio contraria non tollit ius proprium effectum Gallorum.*
4 *Nec imperator, nec priuilegia in Constitutionibus Regis scripta.*
5 *Receditur à primo contractu, quando ei aliquid additur, vel detrahitur.*
6 *Instrumentum, quo à primo contractu additur vel detrahitur, ex lege regni Galliæ insinuandum est.*
7 *Limitatur.*

LEX VI. VLPIANVS LIB. I. INSTITVTIONVM.

IVs ciuile est, quod neque in totum à naturali iure vel gentium recedit, neq; per omnia ei seruit. Itaque cùm aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est ius ciuile efficimus. Hoc igitur ius nostrū constat, aut ex scripto, aut ex non scripto: vt apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.

ISta lex duas continet partes, in prima declarat quid sit ius ciuile, in secunda illud diuidit. secunda ibi, Hoc igitur.

Ius ciuile potest in parte à iure naturali recedere.

Neque in totum recedit.] Ex hoc text colligitur ius ciuile posse a iure naturali recedere in parte, sed non in toto, & in aliquibus casibus, vt dicit gloss. hic & in l. manumissiones. supra. Et sic debet intelligi §. Sed naturalia iura immutabilia sunt. de iure natur. in Inst. & in summa. 5. dist. scribitur, ius naturale non variari tempore, sed immutabile semper permanere, potest tamen addi aliquid, vt iste text. dicit, vel detrahi, ibi, cum aliquid addimus, &c. glos. in ca. à nobis. de deci Ait dictio, Aliquid, respicit etiam minimam partem, non totum, vt probat l. adeo. §. j. ff. de acquir. rerum dom. Authent habita. vbi scripsi. ne filius pro pat. C. l. si vnquam. de reuoc. don. glos. in Clement. vna. in verb. aut earum aliqua. de sor. compet.

Ius naturale quomodo mutari possit.

Itaque ius naturale mutari in quibusdam casibus potest, & Accur. hic docet exemplum in vsucapione, dicens esse contra ius naturale, quod non videtur verum, aliàs in totū recederet à iure naturali & gētium, quod prohibet iste text. Ideo nos dicemus vsucapionem addere ad ius naturale, seu gentium, vt videlicet æquum reputet post vsucapionem rem retineri posse. Nec dicitur, cum iniuria alterius, in illo casu, quia ius ciuile hoc statuit. Docet Ioh. Andre. in reg. possessor de reg. iur. in vj. nec posset ius ciuile statuere, quod nulli homines liberi essent, quia hoc esset contra ius naturale l. quod attinet. ff. de reg. iur. sed quod capti in bello serui sint, non est omnino contra ius ciuile.

Ius ciuile quomodo iuri naturali detrahat.

Item de iure naturali est liberorum educatio. l. j. suprà eodem. ius ciuile huic iuri detrahit, statuens filium non esse alendum, si patri ingratus sit, & in quibus casibus potest exhæredari: & addit nō solum filios, sed & nepotes alendos esse l. filia. §. j. ff. fam. hercisc. Et in l. si quis à liberis. C. de liberis agnoscen. authen. licet. C. de naturalibus liber. alia Accurs. exempla parum conueniunt huic text. sed inferius alia addam.

Neque per omnia ei seruit.] Colligite constitutionem non esse faciendam secundum ius naturale, vel gentium, aut ciuile. Nam frustra statuitur iam statutū, nisi addatur quicquam aut detrahatur. arg. l. primæ C. de thesau. lib. x.

Et sic illi qui constitutiones facere volunt, debent scire ius, alioqui quomodo poterunt scire esse contra ius naturale, gentium, vel ciuile, & tunc non valebit, per prædicta. scripsi in l. j. supra.

Si verò addat iuri, aut detrahat, valebit, ideo fiunt tot constitutiones hodie, quia ignari eas dictant pro voluntate, ignorantes iura, nescientes discernere, an sit naturale, gentium, an ciuile. Nam postquam ignorantia inuasit mundum, omnia malè habent: quia ignorantia est mater cunctorum errorum. cap. ignorantia. xxxviij dist.

Itaque cum aliquid addimus, &c.] Ius commune hic vocat ius naturale, & ius gentium quod peræquè apud omnes gentes custoditur. sic in l. omnes populi. infra eodem. & § ius autem ciuile. de iure natural. in Instit. quamuis aliàs ius commune pro materia accipiatur. vt scripsi in l. inter adulterium. in fin. ff. de verb. signific.

Ex quo infertur, quod si fiat constitutio, secundum ius ciuile, regetur prout ius ciuile: ideo derogando iuri, & tunc etiam illi derogatum erit, eò quod illa non ignoratur. text. & ibi glos. in verbo, facti. in cap. primo.

primo.de constitut.lib.vj.Felin. in cap. Pastoralis. de fide instrum.

Nec dicetur ius proprium illius ciuitatis, in qua statutum est secũdum ius commune, si nil additum
1 est.per istum text. à contrario: si autem sit additum, erit ius proprium. Nam quis non potest dicere proprium illud, quod est commune. cap. sicut hi. 47. dist. l. serui. §. j. de legat. j. ff. veruntamen poterit aliquos effectus hoc statutum habere vltra ius commune, quamuis nihil additum sit. vt docent interpretes. in d. c. j Bart. in l. iij §. si rem. ff. de legat. j. facit l. vnic. §. si quæ pragmaticæ. C. de Iustinia. Cod. confirmand. Doctores in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iud.

Nec refragatur quod docet Bart. in l. j. in princ. ff. ad legem Falcid. sicut stipulatio in aliam conuentionem deduci potest, ita & ius commune in statutum, & illud non inficiamur, sed non fit proprium ius ciuitatis, si nil additum sit, vt hîc.

Nec secum facit, vt si quis secundum ius commune, in testamento disponat, erit vltima voluntas. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. & per totum titulum. Etiam venditum secundum ius commune, erit venditio, sed, quid tum? ibi ius disponit, quando erit vltima voluntas, vel contractus, & sic nihil ad propositum: quia ius non disponit, quòd statutum nil addens efficiatur ius proprium condentis: & sic per ista multa contraria sublata erunt.

Limitatur in casu singul. vtpote si lex erat corre-
2 cta, vel non ligabat, tunc constitutio secundum ius commune facta, erit propria, vt in Gallis, qui iure communi non tenentur. Ias. in l. illam. C. de colla. si fiat constitutio à Rege Franciæ, iuri communi conformis, illa constitutio erit ius proprium Gallorum, quamuis nihil sit iuri additum, quia est Principis constitutio, quæ nũc ligat, eò quòd populi consensu recepta fuit. l. de quibus. ff. de legibus. Nam satis videtur hîc additum.

Ius proprium, id est, ciuile, efficimus.] Iste text est notandus ad hoc, quod vbi ius ciuile aliquid addit iuri naturali, vel gentium, illud efficitur ius ciuile, vocaturque ius proprium, id est, ciuile: diuersum est, si nihil additum sit, vt dictum fuit proximè.

Intelligite illud statutum, seu constitutionem factam, esse ius ciuile, tamen materia iurisgentium non erit iuris ciuilis, vtpote obligationes à iure gentium institutæ sunt. vt in l. præcedenti: postea additur illis obligatio ciuilis. §. j. de obligat. in Instit. Non tamen desinet obligatio naturalis & iurisgentium esse, alioqui nihil esset iuris gentium ferè, cum sit fermè immutatum: ideo iste text. dicit constitutionem, quæ addit iuri communi, id est, naturali, vel gentium, effici ciuilem, & propriam statuentis, sed non immutat (vt Alchimia) substantiam rei, nec prior materia erit iuris ciuilis: & sic dominia, hodie etiam, sunt iurisgentium, quamuis de iure ciuili additi sunt modi acquirendi, & alia multa, vt dixi in l. præcedenti. sed illi modi additi erunt de iure ciuili, vt pulchre docet Ias. in repet. l. admonendi. col. 66. numero 184. de iureiurand. ff.

Delictum nõ mutatur per nouam pœnam per constitutionem additam.

Vnde, licet addatur noua pœna per constit. tamen delictum non desinit esse publicum, & sic confiscatio & infamia aderit ex illo delicto, & testam. factio prohibebitur, iuxta ius publicum. Bart. in l. cessat. ff. de action. & obligat & idem Bart. in l. j. versic. vlterius quæro. ff. de public. iudic. Bal. in l. j. ff. de his qui not. infam. & l. etiam. C. de fur. ac l. reos. numero 20. C. de accusat. nisi fieret nouum delictum ab ipso statuto, & nomen delicti vel contractus mutaretur, & alteraretur substantia ipsius. vt per Bart. in l. j. ff. de condict. ex lege. Albertus Brunus in tract. de augmento, in 1. conclus.

Et sic infertur, quod constitutiones, per quas aliquid detrahitur, vel additur iure ciuili, faciunt proprium ius statuentium Gallorum, vel aliorum. per istum text. Bartol. & alij in l. prima. in principio. ff. ad legem Falcidiam.

Vnde vtile est; Nam Galli illas constitutiones proprias seruare debent, & secundum eas iudicare, quia ius est proprium eorum: ideo si derogetur iuri scripto, non tamen tolletur hæc constitutio Gallorum. Et hoc dixi contra aliquos, qui dicebant iura Sexti non seruari quoad hæreticos, sed ostendi illa esse à Rege Ludouico sancto innouata, & approbata, & de eis constitutiones factas, ideo nouum ius Gallorum effectum: & illas constitutiones vidi in quodam lib. Curię Parisiens. quem ostẽdit mihi illustris, & super alios excellens, Do. Præses à sancto Andræa.

Ideò, si fieret constitutio contraria, non tolleret
ius proprium effectum Gallorum. vt docet glos. in l. 3
vnica. in verbo, anniuersarię. C. de colla. dona. lib. 10. vt plenè scripsi in tract. no. q. quinta

Imò, Imperator non posset tollere illud ius effe- 4
ctum proprium Gallorum, nec priuilegia in consuetudinibus Regiis conscripta. vt docet Panor. in cap. super eo. ij. no. j. de appella. & Benedict. in repetit. c. Raynutius. in verbo, si absque. in 2. de substitutione fideicom. num. 41. de testam.

Item, ista lex etiam vtilis est in contractibus; Nam 5
quando additur contractui, vel detrahitur, efficitur nouus actus, & receditur à primo contractu. l. ij. ff. de rescind. vend. l. iurisgentium. §. adeo. vbi scripsi. ff. de pact. l. pacta. de contrah. empt. l. j. §. si quis simpliciter. de verbor. oblig. Et ex eo agetur, non ex primo, quia vltima derogãt prioribus. l. pacta nouissima de pact. C. Doctor. in l. vnica. ff. de condictio. ex lege.

Iudex nouus & delegatus.

Adhæc, si Princeps committat causam iudici addendo iuri communi, vel detrahendo, ille efficitur nouus iudex, & delegatus, quamuis aliàs sit ordinarius. cap. licet in corrigendis. de offic. ordinarij. cap. cum aliquibus de rescript. lib. vj. Felin. in cap. cum ex officij. col. 4. de præscript. & cap. tua. primo. de iureiurand. scripsi in forma mandati, in verbo, conferatis. in Concord. Franciæ.

Prætetea, sicut instrumẽtum principale insinuan- 6
dum est ex lege regni. titul. de insinuatio. ita & aliud instrumentum, quod additur, vel detrahitur à primo contractu, quia est effectum proprium instrumentum, per istum textum.

Quæ omnia intelligunt vera esse, quando aliquod 7
substantiale esset additum, vel detractũ, aut qualitas substantialis. vt dicit Bart. hîc in libello, & Doctor. in l. edita. C. de edendo: secus in qualitate accidentali, vt si iudex causam sententiæ post eius prolationem addiderit, non erit noua sententia. teste Felin. in c. sicut. nu. 18. in fin. de re iud. plenè Albert. Brunus in d. tractat. de augmento. conclus. iij. vbi reliqua videri poterunt.

§. Hoc

§. Hoc igitur ius noſtrum conſtat, aut ex ſcripro, aut ſine ſcripto.

DIuidit ius in ſcriptum, & non ſcriptum. idem ſcribitur in §. conſtat. de iure natur. in Inſtit. & quia ius ſcriptum nobilius eſſe creditur, ob id illud hic præpoſuit. Hodie noſtra Gallia partim iure ſcripto regitur, partim iure non ſcripto: & pars, quæ iure conſuetudinario regitur, conſuetudines ſcriptas & à Rege approbatas ferè habet, ſed non deſinunt conſuetudinis nomen obtinere. vt Bal. & alij aſſeruut in conſuet. feudo. in proœm.

Lex vii. Papinian. lib. ii. Definitionvm.

IVs autem ciuile eſt, quod ex legibus, plebiſcitis, Senatuſconſultis, decretis principum, authoritate prudentum venit. Ius prætorium eſt, quod prætores introduxerunt, adiuuādi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod & Honorarium dicitur, ab honore prætorio ſic nominatum.

HÆc lex decidit ius ciuile conſtare ex ſex partibus, quæ optimè explicantur à Iuſtinian. in tit. de iure natur. in Inſtit. & quod hîc vocat decreta Principum, Iuſtinianus vocat Principis placitum: nec poteſt vocari placitum iudicium Senatus, vel alia iudicum ſententia: quia non decernunt quod eis placet. Nam ſecundum ius iudicare debent. vt patet in authent. iuſiurandum quod præſtatur ab his. colla. 2. ideò iudicia illorum rectè Senatus decreta, vel ſenatuſconſulta vocari poſſunt. quicquid dicat Budæ. & alij eum ſeq. & authoritatem prudentum vocat Iuſtinia. Reſponſa prudentum in titu. de iure natur. in Inſtit. §. reſpon. vbi Iuriſconſulti vocabantur illi, quibus à Cæſare ius reſpondendi datum erat, & qui publicè iura interpretabantur. Hodie ſunt quidam, qui vix terminos Inſtitutionū intelliguot, & vix Iuriſconſultorum libros à limine ſalutarunt, nec publicè, nec priuatim iura interpretati ſunt, & tamen Iuriſconſulti nomen vſurpare audent: ſed Iuriſconſultos Parnaſsi eos vocarem, qui ſomniando tales effecti ſunt. facit text. in c. reſponſa. diſt. 2.

SVMMARIA.

1 *Ius prætorium ad ius ciuile ſe habet, vt Prælatus, vt ſocius, & vt pædagogus.*
2 *Magiſtratus iudicans contra leges, quando non ſit puniendus.*
3 *Conſtitutio, ipſi condenti & non populo vtilis, non eſt ſeruanda.*
4 *Recurrendum ad Epiſcopum contra ſtatutum, quod non eſt bonum.*
5 *Et ad ſenatum, de iniqua conſuetudine, vel ſtatuto à populo facto in regno Franciæ.*

§. Ius prætorium eſt, &c.

SIcut ius Gallicum eſt, quod Reges Galliæ introduxerunt, ſic & ius Prætorium.

Sed, quamobrem Prætores hoc ius introduxerunt? Reſpond. text. adiuuandi iuris gratia. & ideo miratur Pomponius, cur honoraria actio ſit inducta cùm ſint ciuiles: niſi fortè (inquit) ideò, vt innoteſceret Prætor curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum. Vlp. in l. iij. §. ex hoc edicto. ff. nautæ caupo. adiuuat (vt docet Accurſ.) quando dat bonorum poſſeſsionem emancipatis inſtitutis. in tit. de bonor. poſſeſ. ſecundum tabulas.

Vel ſupplendi.] Edicta reſtitutionem continentia, vt, Quod metus cauſa: doli, & quæ abſentibus, vel minoribus datur, ſupplendi gratia, inducta à Prætore fuerunt, vt inferiùs patet.

Vel corrigendi.] Corrigit, diſponens vt emancipati, qui à lege duodecim Tabul. incogniti erant, ſuccedant. §. emancipati. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt. & alibi ſæpius. vnde Bal. hîc pulchre ſcribit, 1
hoc ius prætorium ad ius ciuile ſe habere, vt prælatus, vt ſocius, & vt pædagogus. vt prælatus, & maior, corrigit: vt ſocius, adiuuat: vt pædagogus, ſupplet. §. de conſtituta. de actio. in Inſtit.

Iuris ciuilis gratia.] Quidam hāc dictionem, ciuilis, explodendam arbitrātur, quòd ius prętorium inductum ſit ad ſupplendum, vel corrigeodum ius, ſed non ius ciuile Ego putarem non expungendam. Nam licet ius Prætorium ſit inductum ad corrigendum ius, iuris tamen nomine ſex partes continentur, & ſic ius ciuile. & licet tempore Prætorum non eſſet ius ciuile, vt nunc eſt, tamen erant iuris partes: videlicet leges, plebiſcita. ſenatuſconſulta, & ſic ius ciuile. ob id ius Prætorium eſt iotroductum ad iuuandum, ſupplendum & corrigendum ius ciuile, in quibus caſibus correctione egeret. Nam hæc poteſtas prætoribus data fuit, vt eſt apud Feneſtellam & alios. vt dicam tit. de offic. prætor.

Mirantur interpretes, cur Prætores corrigebant ius, cùm ſi poteſtas data ſit alicui ſtatuendi, non cenſetur poteſtas data, vt corrigat leges, & ſtatuat contra eas. l. formam. C. de offic. præf. præt. quem text, ponderat Lud. Rom. conſil. 218. præſens caſus, in fin.

Speciale mādatum requiritur ad corrigendas, vel immutandas conſtitutiones.

Vnde docet Bart. in §. quibus. in j. Conſtit. C. habentes poteſtatem ſtatuendi, non poſſe leges vel conſtitutiones corrigere, nec immutare, niſi ſit ſpecialiter eis permiſſum, aut propter publicam vtilitatem, per iſtum text. & docet Bart. in l. cum nauarchorum. C. de nauicula. lib. xj. hoc fuiſſe Prætoribus ſpecialiter permiſſum, vt dictum fuit. probat Ludo. Roma. conſil. 37. viſo puncto.

Et magiſtratus, qui iudicauit contra leges, propter 2
publicam vtilitatem, non eſt puniendus, nec facit litem ſuam, licet aliàs contra. l. ſi filiusfamilias. ff. de iudic. c. j. de ſenten. & re iud. Ioan. Mar. in rub. C. qui admitti. numero 14. Bal. in l. obſeruare. q. xj. ff. de offi. proconſ. & ſic requiritur ſpeciale mandatum ad faciendum conſtitutionem, & ad mutandum iam factas, vel corrigendum. Alios caſus exigentes ſpeciale mandatum congeſsi in tit. de elect. deroga. in fine. in Concord. Franciæ.

Propter vtilitatem publicam.] Colligamus ex hoc textu, ius ſupplendi, & corrigendi Prætoribus datum fuiſſe propter publicam vtilitatem: & ſic ſtatuta, & conſtitutiones Principum, fieri ob publicam vtilitatem debent. cap. erit autem lex. 4. diſtin. ibi, nullo priuato commodo, ſed pro communi omnium vtilitate conſcripta. Nam ius dicitur, quod

bonum & æquum est. l.j. suprà, aut quod omnibus, aut pluribus in quacunque ciuitate vtile est. l.penult. infra eodem.

Ideo si constitutio sit ipsi condenti vtilis, & non
3 populo, non dicitur constitutio, sed destitutio: nec lex, sed fex. & non erit à populo seruanda. nec valet. vt restatur Papa in cap.cum omnis.de Constit.& ibi Doctor. quia non est omnibus communis. vt docet dict. cap.erit autem lex. Anchar. in consil.298.io territorio, circa finem. post Bal.in l.iudicibus. C.de appella. vnde Consiliarij ignari, qui has leges consulunt fieri, in magno animarum suarum sunt discrimine, & maledicti à populo, supra Caim. Nam si ad vtilitatem solius Principis fierent constitutiones, omnia reducerētur ad eum, & pauper esset populus, sic & idem fiscus, qui abundare creditur in subiectis locupletibus. §. cogitatio. in authen. Vt iudices sine quoquo suffragio.colla.2.hodie multi, qui sunt iuxta Principes, ditari volunt, & miseri fiunt quia non curant populi vtilitatem, sine qua corruit Regnum, & Imperium; nec cogitant Principes, causa populi, factos, non vero contra. vt docet Cicer.lib.2.Officior.

Principes causa populi facti sunt non ecōtrà.

Et Bald. dicit recurrendum esse ad Episcopum.
4 contra statutum, quod non est bonum, nec æquum. in consil.184.municipale.in 5.volu. hodie ad Deum, Optimum, Maximum, vt prouideat contra istos, qui vtilitatem populi profligant, & suam quærunt, vt, & ipsi ad bonum reducantur intellectum, & videant, quæ hactenus egerunt, vel, si agatur de iniqua con-
5 suetudine, vel statuto à populo facto, in hoc regno ad Senatum appellari solet, qui iniquitatem tollet, & statutum. sic vidi seruari.

Quod & honorarium dicitur, ab honore prætorio.] Nam & ipsum ius honorarium, quasi viua vox est iuris ciuilis.

Sic Princeps dicitur viua vox legum, & filij vox patris. §. ei qui. de inutil. stipul. in Instit. & vox domini, vox serui. l.si seruus. ff. de dam. infect. §.post mortem, de inutil. stipul.& vox Abbatis, vox Monachi.cap.si religiosus. de elect.lib.vj. vox mariti, vox vxoris, licet hodie contrà, in hac patria.

Istum text. singul. dicit Bald. in marga. in verbo, ius. quæst.ij. ad hoc, quod iura prouenientia non ex proprio statuto legis, sed ex mente, sunt vtilia, non directa. quod parum hîc probatur, sed melius facit text.in l.si quis. infrà de iurisd.om iud l.j.si quad.pauper. fecisse dica. abundè scripsi in l.cum prætor.ff.de verb.signific.non repetam hîc.

SVMMARIA.

1 *Senatus Parisiensis ferè consuetudinibus regitur. Senatus autem Tholosanus, legibus. Burdegalensis verò, partim legibus, partim consuetudinibus.*

2 *Mulier incestum committens eandem pœnam, quam mares, sustinet.*

3 *Argumentum de statuto ad consuetudinem, & econtrà, vel ad rescriptum Principis, valet.*

4 *Item de pacto, ad legem, statutū, vel consuetudinem.*

LEX IX. CAIVS LIB. I. INSTITVTIONVM.

OMnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est, vocatúrque ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis: Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes homines peræquè custoditur, vocatúrque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur.

NOtandum est populum aut legibus regi, aut moribus, & sic aut iure scripto, aut non scripto. §.& non ineleganter. de iure natur. in Instit.

Quid legū nomine intelligatur.

Legum nomine hîc veniunt, non solum leges & constitutiones iuris ciuilis, verum constitutiones, ordinationes, statuta, canones, & aliæ constitutiones, quibus homines vtuntur, & reguntur, vt inferiùs probatur in titul.de Legibus, glos.in verbo, iuris, in procem.clem.& ibi Doctor.

Quid mores contineant.

Mores verò, continent vsus & consuetudines, quę licet scriptæ sint, non desinunt consuetudinis vim & nomen habere. vt patet in procem. feud. per Bal. & alios.ego abundè de his scripsi in l.pronuntiatum.in fin.ff.de verb.signific.

Sic & populus Gallicus partim legibus regitur,
partim consuetudinibus, partim vtrisque. Gallia, vbi 1
Senatus Paris. iurisdictio exercetur, ferè consuetudinibus regitur. Senatus autem Tholosanus, legibus iudicat, & regitur. Senatus autem Burdegalensis, partim legibus, partim cōsuetudinibus gubernatur.

Nec placet quod Accurs. & interpretes dicunt, populum esse, qui non regitur legibus, nec moribus, vt syluestres. Dicite hos etiam Regi moribus, & vsibus, & nullus est populus, qui non regatur legibus, aut moribus, partim suo proprio iure, partim communi omnium iure.

Ius proprium.

Dicet quis, proprium ius quod vocatur? Respondeo ius illud, quod quisque populus sibi constituit. Nam proprium dicitur illius ciuitatis, cui illud ius statutum est, & vocatur ius ciuile, quasi ius proprium ciuitatis. §. ius autem ciuile. de iure natural. in Instit.

Ius commune.

Sed, quod vocatur ius commune? Respondeo, illud dici commune, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, & apud omnes gentes pariter seruatur, vocarúrque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur. &, quot modis commune dicatur, scripsi in l.inter stuprum in fi.ff.de verb. significatione. & proprium in l.interdum proprietatem. ibidem.

Ex quo apparet ius gentium non indigere promulgatione, quia apud omnes gentes scitur, sed ius ciuile, cùm non possit sciri, nisi post publicationem: ideo palam fieri debet, & recitari, & antea non ligat, in authen. vt factæ nouæ constit.colla.5. Vnde Iulian. ait. leges ipsas alia ex causa nos non tenere, quàm quod iudicio populi receptæ sint. l. de quibus. infrà de legibus. ob id non licet alicui istius iuris gentium prætendere ignorantiam, etiam in delictis. l.si adul-
terium cum incestu. §.j.ff.de adult. ibi, quare mulier 2
tunc demum, eam pœnam, quam mares, sustinebit, cum incestum iuregentium prohibitum admiserit. l. pen.de iuris & fact.igno.

Item

Item relatiuum (qui) denotare conditionem, si iungatur verbo futuri temporis, docet Iurisconsult. Paulus in l.Stichum. & l.serui electione.§.j. ibi. Stichum qui meus erit, cum moriar, do, lego. ff.de leg. j.hîc verò declaratiuè ponitur.vt in l.j.C.de summa Trinitate.

Si verò legauerit quis, aut promiserit, quod debet, & nil debeat, non valet legatum, quia non apparet quantum legatum promissumue sit. Vlpian.in l.si sic legatum.§.si mihi.ff.de leg.j.Aufre.in decis.Tholos. q.414. alibi tractabo fusius de hoc relatiuo, qui, interim vide hîc per Doctor.& in l.j.C.de sum.Trinita.

Adducunt Doctores bonum esse argumentum
3 statuti ad consuetudinem, & è contrario.l.de quibus. infra de legib. Et quod per statutum fieri potest, & per consuetudinem: & iura in statutis loquentia, ad consuetudines trahi poterunt. vt no.in prooem.feud. ideo quæstiones plures hîc tractatæ, vide per Bart. in statutis, an ad consuetudines trahi poterunt ab his, qui consuetudinibus reguntur.

Etiam de statuto, ad rescriptum Principis argumentum procedit, vt docet Innocen. in cap. quæ in Ecclesiarum.de constit. Alberic.in prima parte statutorum.q.9.vt refert Iason in l.iustitia.col.2.infra eod.

Præterea arg. à pacto ad legem, statutum, vel con-
4 suetudinem recipitur. Nam quicquid per pactum fieri potest, & per legem, statutum, & consuetudinem.l.vltima.in fi.de fideiussor.C.glos.in rubri.C.de decret.decurio. lib.10.& in ca.2.de consuet.lib.vj. & Alex.consil.17.& seq.in 2.vol. & consil.66.in 7.vol. negatiuè probatur.in l.fin. C.de reb.alien. non alien. abundè tractat Nicol.Euerard.in suo tracta. de locis lega.in hoc argumen.& Albert.Brunus in tractat.de augmento.in conclus.4.tertiæ conclus.princ.

Hîc Bar.abundè materiam statutorum tractat, ex cuius fonte hausit Alberi.tract.statutum, quã edidit, & alij omnes, Panor.& alij in c.quod clericis, de foro compet. Ego aliàs profitendo publicè istam legem declaraui, & eius materiam, sed pressius alia lectione, non potui in scripturam redigere, & nunc senectute, & negotiorum multitudine grauatus, non potui alia addere. Ista (lector beneuole) boni consule.

Lex x. Vlpianvs lib. i. Regvlarvm.

IVstitia est constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Iuris præcepta sunt hæc: honestè viuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere. Iuris prudentia est diuinarum, atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

IVriscons. præposuit iustitiam iuri in rubrica, quia prior est iustitia, cùm ius à iustitia appelletur. in l. j. licet prius tractauerit de iure: quia potior & amplior est iuris tractatus, ad quod Iurisconsul.nostri, tractandum potissimè laborant.

Contra hanc definitionem Accurs. multa & alij post eum iactant, dicentes hominem non esse constantem, aut perpetuum. sed Vlpian. iustitiam non hominem definit, quamuis homo iustitiam exerceat, sed Rodol.Agricol. in libro secundo de inuention.Dialect. excusat Vlpia.ob negotiorum occupationem. Alciat. verò libro 1. Parerg. cap.31. alio excusat modo.

Ego verò dicerem, Vlpianum excusatione non indigere, & in sua definitione rectè sensisse. Nam hic, Vlpian. non ad hominem respicit, sed ad ipsam iustitiam. Vnde, voluntas constans & perpetua ius tribuens vnicuiq;, quomodo vocabitur, nisi iustitia? &, è cõtrario, iustitia est constans voluntas, & perpetua, quæ tribuit ius suum vnicuique. Nam Doct. fallũtur in hoc, habentes ad hominem consyderationem, & quia hîc vnitur voluntas constans, verbo tribuens, quia non sufficeret voluntas constans, nisi esset tribuens, & de facto tribueret vnicuique ius suum: ideo illa voluntas constans, non vacillans in vno potius, quàm in alio, sed apud omnes æquè est, & perpetua, quæ non fallit, nec fallitur. l.finali. C.de ponderat. lib. 10. Itaque illa voluntas tribuens ius suum vnicuique erit iustitia, & hoc modo intellecta superat omnes alias definitiones datas ab aliis hactenus. & quæ opponuntur hic per Accurs.& alios non respondent ad rogatum. in Pãdect.Flor. legitur ius suum cuique tribuendi. Nã iustitia est constans voluntas, & perpetua tribuendi ius suum vnicuique, quatenus respicit ipsam: sed si hominem respicias, non, at hîc non definitur iudex, sed iustitia.

Si Papa vel Rex mandet alicui, quod faciat iustitiam in tali re, videtur ei committere causam, vt de ea cognoscat, & decidat.cap. Episcopus.vbi Doctor. ne cler.vel mo.lib.vj. Ias.hîc plura adducit, quia iustitia in cognitione & decisione consistit. vt patet in l.de qua re.ff.de iudic.

De laude iustitiæ non est nostrum hîc scribere, cum Aristot.lib.1. & 5. Ethicorum. Plato, & alij hanc præclarissimam virtutum esse dixerint. & Ecclesiast. 10.cap.scribitur: Regnum de gente in gentem transferri propter iniustitias, iniurias, ac contumelias, & diuersos dolos. Ideo Rex insipiens perdet populum suum, vt patet de Roboam filio Salõ. Sed qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Prouerbior. 9.cap. Ergo omnes, præcipuè magistratus, ipsam iustitiam sequi, & exercere debent. & Lactan.lib. de vera iustitia ait, neminem pauperem, nisi qui iustitia indiget: neminem diuitem, nisi virtutibus plenum. Ideò solent regna esse opulenta, vbi iustitia regnat, è contrario miserrima. multa scribit Lucas de Pẽna in l.neminem.C. de susceptor.lib.10. Vide quid scribat de iustitia Hesiod. in opusculo inscripto, ἔργα καὶ ἡμέραι:

Regnum quare de gẽte in gentem transferatur.

O vos qui regitis terras, aduertite mentem
Huc ad iustitiam, quoniam superi propè nos sunt
Dij qui cuncta vident, & eos qui per mala iura
Defraudant alios, spreta ratione deorum, &c.
Ipsáque iustitia est virgo Ioue nata parente,
Clara deos inter superos, venerandáque multùm,
Quam si quis violet, meritóue fraudet honore,
Continuò ante pedes residens patris Iouis alti,
Humana exponit mentis scelera, & dare pœnas
Vult fraudis, populi rectores, qui sacra iura
Detorquent, mala dum ob nũmũm sententia fertur.
Sed memor, ô Iudex, horum, sua dirige rectè
Iudicia, & capiant te obliuia iuris iniqui.
Noxius ipse sibi est, alij qui quærit obesse,
Consiliumq; malum danti fert maxima damna.

Iuriſdictio triplex.

Itē, Gallica vox *Iuſtice*, accipitur pro iuriſdictione quam triplicem eſſe dicunt. videlicet altā iuſtitiam, ideſt, merum imperium: mediam, ideſt, mixtum imperium: & baſſam, quam infimam iuriſdictionē iuriſperiti vocant. in l. imperium. ff. de iuriſ. omn. iudic. vbi dicam fuſius.

S V M M A R I A.

1 *Hoc dicimur facere nō poſſe, quod inhoneſtè poſſumus.*
2 *Occidendo etiam alium, vel aliud maleficium committendo fit læſio.*
3 *Emptor fructus rei emptæ percipiens, tenetur etiam ad vſuras pretij non ſoluti.*

§. Iuris præcepta ſunt hæc, &c.

Honeſtè viuere quid deſignet.

CVm ius noſtrum in bono & æquo verſetur, eius præcepta ſunt tria. Primum eſt, vt homines honeſte viuant, & ſic iudices & magiſtratus poſſunt compellere ſuos ſubditos, vt honeſte viuant: vnde ſi habens vxorem, habeat & concubinam, poteſt compelli vt concubinam dimittat, quia honeſtum non eſt concubinam cum vxore habere, & talis eſt odib lis. §. ſi verò effuſa concup. licentia. in auth. quib. mod. natur. effici. ſui, colla. 7. l. eum qui. C. de adult. facit l. ex ea parte. §. j. ff. de verb. oblig. vbi Doct. ſcripſi in titu. de public. concubina in Concorda. Franc.

Meretrices ex vrbe expellendæ.

Etiam poteſt iudex expellere, inſtante hoſpite, vel vicinia, meretrices de ciuitate, ne alias bonas mulieres inficiāt, vt docet patruus meus Iaco. Rebuf. in l. ſi qua, per illum tex. C. de ſpecta. lib. xj. l. nullus. C. de ſum. Trinit. &, vt ſignum aliquod portent. l. minus. vbi Bal. C. de epiſc. audien. & ſententia iudicis, quà dictum fuit, inhoneſtum repellendum de domo, in qua fortè tenet meretrices, & ludos publicos, à iure prohibitos, erit executoria per modum (vt aiunt) prouiſionis vt plene ſcripſi in præfato titul. de ſentent. prouiſio. in j. Tomo Commen. in Conſtit. Reg. Gallic. num. 133. vide etiam quæ ſcripſi in l. Maſurius ſcribit libro memorialium. ff. de verb. ſignif.

Promiſſio inhoneſta.

Item non valet promiſſio inhoneſta. l. generaliter. cum ſequentib. ff. de verb. obligat. vnde non tenetur ſeruus, aut famulus, vel mulier ad operas inhoneſtas. l. eius artificij. ff. de oper. libert. Nam ius honeſtatis, ab omni ſuperioritate exceptum cenſetur. Bal. in l. quod ex liberta. C. de oper. liber. vnde priuari audiui dominum ſua iuriſdictione, qui ſubditam ſuam ad inhoneſta adegerat: quia illud dicimus nos facere
1 non poſſe, quod inhoneſtè poſſumus. l. filius. ff. de conditio. inſt. l. nepos. vbi ſcripſi. ff. de verb. ſignific. r. Vnde nec quidem valet conſuetudo bibendi ad potus æquales, nec vt in Eccleſia ludi fiant, vel à clericis, nec alia conſuetudo inhoneſta. ca. cum decorem. & cap. à crapula. de vita & hone. cleric. c. cum inter. de conſuet. c. irrefragabili. de offic. ordin. vbi Panor. plenè Curti. in repet. c. fi. no. 3. in 4 amplia. de conſue.

Alterū lædere quid ſit.

Alterum non lædere.] Hoc iuris præceptum naturali præcepto eſt conueniens: Non facias aliis, quod tibi fieri non vis, vt in principio decreti; & ſic ius præcipit, vt alterum non lædas: lædere alium quis dicitur, ſi in meo ſolo, me inuito, quicquam facias, in titul. de no. oper. nunc a. furtum iniuriámue committas, in titul. de furt. & iniur. prohibetúrque vt
2 neminem concutias. in titul. de concuſ. etiam occidendo alium lædis. ff. de ſicar. vel aliud maleficium committēdo, quæ omnia hîc comprehendi poſſunt, & maximè prohibetur in minoribus ne lædantur, in tit. de minor. & in tit. de in integ. reſt.

Ius ſuum vnicuique tribuere.] Hoc præceptum ſanctum eſt, & iuſtum, de quo Iuriſconſ. Paul. ſcribit ſic: Reſtitutio ita facienda eſt, vt vnuſquiſque integrum ius ſuum recipiat. Itaque ſi in vendendo fundo circumſcriptus reſtituatur, iubeat prætor, emptorem fundum, cum fructibus, reddere, & pretium recipere. l. quod ſi minor §. reſtitutio. ff. de minor. & Caius ait: Si minori pretio quàm oporteret vendiderit adoleſcens, emptor quidem iuberi debebit prædia cum fructibus reſtituere: iuuenis autem eatenus ex pretio reddere debet, quatenus ex ea pecunia locupletior factus eſt. l. patri. §. item ex diuerſo. ibidem. &
emptor, qui percepit fructus rei emptæ, tenetur quo- 3
que ad vſuras pretij non ſoluti, etiam in conſcientia, quia ius ſuum vnicuique tribuendum eſt. l. curabit. C. de act. empt. & Diuus Paulus ait c. 13. ad Roman. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem. c. ſi in morte. in fi. 23. q. 8.

S V M M A R I A.

1 *Conſtitutio quæ ad vnius tantùm vtilitatem fit, non meretur ius dici*
2 *Sententia ordinarij iudicis non valet, ſi locum maiorum iudicum mutauit.*
3 *Iudex appellationis poteſt locum eligere, ſi ei ſtatutus non ſit.*
4 *Conuentus iuridici in qualibet iuriſdict. parte fieri poſſunt*
5 *Iniuria magiſtratui in executione officij illata, cenſetur Principi facta*
6 *Crimen læſæ maieſtatis dicitur committi, occiſo magiſtratu.*
7 *In regno Franciæ nulla ſententia ſine appellatione corrigi, vel infringi poſſunt.*
8 *Prorogatio iuriſdictionis vix fit in Frācia: & quare.*

Lex xl. Pavlvs lib. xiiii. ad Sabinvm.

IVs pluribus modis dicitur: vno quidem modo id, quod ſemper æquum & bonum eſt, ius dicitur: vt eſt ius naturale. Altero modo, quod omnibus, aut pluribus in quacunque ciuitate vtile eſt: vt eſt ius ciuile. Nec minus rectè ius dicitur in ciuitate noſtra, ius honorarium. Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cū iniquè decernit: relatione ſcilicet facta, non ad id, quod ita Prętor fecit: ſed ad illud quod Prætorem facere conuenit. Alia ſignificatione ius dicitur locus, in quos ius redditur: appellatione collata ab eo, quod fit, in eo vbi fit, quem locum determinare hoc modo poſſumus; vt vbicunque Prætor, ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluóque more maiorum, ius dicere conſtituit, is locus rectè ius appelletur.

Quod

QVod variè accipitur, ambiguum eſt. l. in ambi-
guo. ff. de rebus dubiis. ideo quia ius diuerſis
modis capitur, ob id Iuriſconſ. hic voluit declarare
quo modo frequentius capiatur, vt ſequitur.

**Vno modo id quod ſemper æquum, ac
bonum eſt, &c.]** Primò accipi ius pro naturali
voluit, quod eſt ſemper bonum & æquum, quia à
ratione naturali procedit, vt ſuperius viſum eſt, ideò
mutari non poteſt: aliàs iniquum & malum accipe-
remus, & ſi fieret ius, vel conſtitutio contra ius na-
turale, eſſet mala & iniqua, quod fieri non debet: ſed
ius naturale diſtingui, declarari, ac moderari poteſt,
vt per interpretes in §. ſed naturalia. de iure natur. in
Inſtit. facit text. in clem. ne Romani, de elect. & in
proxima l. dictum fuit.

**Altero modo, quod omnibus aut pluri-
bus, &c.]** Secundò accipitur pro iure ciuili, quod
omnibus vtile eſt, aut pluribus, & ſic conſtitutio,
quæ fit, ad ſolam vtilitatem vnius, non meretur ius
1 dici, ſed ius iniquum, & ipſa iniquitas. Nam & ius
ciuile, & proprium cuiuſlibet populi debet eſſe vtile
omnibus, vel ſaltem pluribus, id eſt, communiter.
c. cum omnes. de conſtit. dixi ſuperius. quod ſi inqui-
rerentur conſtitutiones, quæ fiunt hodie, multæ in-
uenirentur iniquæ, & malæ, nec bonum, nec quidem
æquum continentes, ſed contrarium: de quibus re-
ſpondebunt conditores, & reddent rationem Deo,
Optimo Maximo.

Nec minus ius dicitur.] Tertiò, ius Præto-
riũ rectè vocatur ius; Nã & ipſum ius honorarium,
viua vox eſt iuris ciuilis. vt ſuperius Martia. docuit.

Prætor quoque ius reddere dicitur.] Præ-
tor, & quilibet iudex, ius reddere dicitur, id eſt, vni-
cuique reddere quod ſuum eſt: licet interdum hoc
non faciat, ſed quia oportet, vt hoc faciat, & ſic iudi-
cem oportet rectè iudicare, aliàs facit litem ſuam. l. ſi
filiusfamilias. ff. de iud. & de var. & extraord. cognit.
& ſic quartò accipitur ius, pro eo quod eſt rectum,
bonum, & æquum.

Alia ſignificatione ius dicitur.] Quintò ac-
cipitur ius pro loco, & foro, in quo ius dicitur. vnde
Vlpian. ſic ſcribit, quod ait Prætor: Qui in iure in-
terrogatus reſpondit, ſic accipiendum eſt, apud ma-
giſtratus populi Roma. vel Præſides prouinciarum,
vel alios iudices: ius enim eum ſolum locum eſſe, vbi
iuris dicendi, vel iudicandi gratia conſiſtat, vel ſi do-
mi, vel in itinere hoc agat. l. voluit. ff. de interr. actio.

In iure interrogatus, quid denotet.

Et ſic, per hæc iura, accipitur ius pro loco, & quia
magiſtratus in illo loco ius reddunt, ideò dũ dicitur,
in iure interrogatus, intelligitur apud magiſtratus,
quia à magiſtratibus partes interrogari ſolẽt. l. vbicũ-
que. ff. illo titu. ſed dicet quis? ſi iudex ius dicat in di-
uerſis locis, quis locus ius dicetur? ſequitur locus
conſtitutus ad ius reddendum.

Locus ad dicendum ius, dicitur ius.

**Quem locum determinare hoc modo
poſſumus, &c.]** Et ſic locus conſtitutus ad dicen-
dum ius, rectè dicetur ius, ſi conferamus id quod fit,
ad id in quo fit, vt dicit text. Ex hoc text. conſtat lo-
cum eſſe prius conſtituendum, quod eſt verum in
iudicibus delegans, qui non habẽt certum locũ, ideo
ipſi ſibi eligunt locum, in quo deinceps ius reddant.

Sed ordinarij iudices locum maiorũ mutare non
2 poſſunt, ſed ibi ius dicere debent, alioqui ſententia
nulla eſſet. l. ſi vt proponis. 2. C. quomodo & quando
iudex. & hîc. & l. cum ſententiã. C. de ſent. & interlo.
om. iud. quia forma cõſiſtit in loco, quæ tunc nõ ſer-
uatur. l. ad certũ. iuncta l. ſi cui. ff. de ſeruit. l. qui cõcu-
binam. §. vxori. ff. de leg. 3. Albert. Bru. in tract. de for.
& ſolen. act. tit. ex quibus cõſiſtant forma, &c. ver. 36.

Iudex etiam appellationis, debet iudicare in loco 3
maiorum, ſi ſtatutus ſit, alioqui ipſe eligere poterit.
gloſ. & ibi Doctor. in l. cùm ſententiam. C. de ſenten.
& interlo. om. iudic.

Caſus, quibus locus iuriſdictionis mutari poteſt.

Limitatur primò, in conuentibus iuridicis (quos 4
aſsiſias dicunt) hi enim in qualibet parte iuriſdictio-
nis fiunt, & reddit magiſtratus ius in quolibet ſuæ
iuriſdictionis loco, ſicut Epiſcopus. cap. cum Epiſco-
pus. de offic. ordin. in vj. idem dicunt in actibus vo-
luntariæ iuriſdictionis, & qui non requirunt cauſæ
cognitionem. vt per Doctor. in d. l. ſi vt proponis. vbi
etiam reſtringunt in iudicibus, qui certum non ha-
bent locum, vt dictum fuit.

Secundò, ſi locus eſſet deſtructus, vel ſine peri-
culo vitæ quis ibi ius dicere non poſſet, clem. vna. de
foro comp. cap. fin. de re iud. in vj. gloſ. & Bart. in l. j.
C. de ſenten. ex libell. recit. alias limitationes tradit
Socin. in cap. fin. de foro compet. circa finem. vide in-
ferius an prorogatio fieri poſsit?

Et quando locus antiquus adiri non poteſt, vel
tempore, quo magiſtratus prouincias diſcurrunt,
debent eligere locum honeſtum. l. ſi cum dies. §. pe-
nult. ff. de arbit. hoc etiam probat iſte text. ibi, vbi-
cunque ſalua maieſtate imperij ſui. Nam, non eſſet
ſalua imperij maieſtas, ſi in lupanari, vel ſtabulo ius
magiſtratus dicere vellet.

Idem, ſi in Eccleſia, vbi placita fieri prohibentur.
cap. decet. §. ceſſant. de immuni. Eccleſ. lib. vj. non
poſſet etiam iudex monaſterium monialium ad di-
cẽdum ius eligere, intra quod viri ingredi prohiben-
tur. cap. monaſteria. de vita & honeſt. clericor. ſcripſi
in tract. de domicilij electione. in 3. tomo Comment.
ad Cõſtitut. Regi. Nec quidem monaſterium viro-
rum, vbi ſolitudo eſſe debet. cap. placuit. 16 q. 1.

Maieſtas iudicum.

Iſtum etiam text. ponderant Doctor. hîc & in l. ſi 5
familia. ff. de iuriſdict. omn. iud. quòd iudices & ma-
giſtratus dicuntur maieſtatem habere, ideò iniuria
eis illata, cenſetur Principi facta, cuius nomine ius
dicunt, & hoc quando fit eis in executione officij. l.
& ſi Prætor. ff. de offic. eius. vbi dicam. Guido Papa
deciſio. 557. Aliquis.

Imo, ſi occidatur magiſtratus, dicitur committi 6
crimen læſæ maieſtatis. l. j. §. cuiúſue. ff. ad legem Iu-
liam maieſt. & qui conſpirant contra eos. vt docet
Ioan. Fab. in proœ. cum maieſtatem habeant. vt hic.

Ego dicerem maieſtatem accipi interdum pro
ſummo honore, magnificentia & authoritate, quam
habet ſupremus Princeps, & ſic capitur in titul. ff. ad
legem Iuliam maieſtat. & C.

Aliquando maieſtas capitur pro authoritate, &
dignitate magiſtratus cuiuſlibet. vt hic & in d. l. ſi fa-
milia. ff. de iuriſd. om. iudic.

Crimẽ læſæ maieſtatis.

Vnde dicendum eſt, illum non committere cri-
men læſæ maieſtatis, niſi Principem illum, qui ſum-
mum honorem gerit, lædat, vel in eum aliquid ad-
mittat. d. l. j. vel in eos, qui iuxta Principem adſtant,
qui pars corporis Principis ſunt. l. quiſquis. C. ad leg.
Iul. maieſt. Io. de Platea. in l. nemo. C. de dignit. li. 12.

Quamuis magiſtratus maieſtatem, id eſt, di-
gnitatem habeant, non tamen ſummam, & ſic non
committitur crimen læſæ maieſtatis propriè, ſi quis

eos lædat, & ita intelligi debent, quæ Ioan. Fab. & alij ſcribunt in proœmio Inſtit. Alex.conſil.13.conſyderatis.in 6.vol.

Item, gloſ. & Doctor.hîc aſſerunt ſententiam latam contra ius eſſe nullam,quod limitant & reſtringunt in multis caſibus, in quibus non eſſe appellandum affirmant, & idem interpretes in cap 1. de ſentent.& re iudic. Ego verò dico in hoc regno nullam ſententiam corrigi poſſe, vel infringi,niſi quis appel-
7 let,& hoc per Conſt Reg.tit.de ſentent.attic.4.in 3. tomo Commenta.ad Conſtit.Reg.& ſic non ſeruatur in Francia.tit. quæ ſentent. ſine appel. reſcind.vt ſcripſi in proœmio Conſt.Reg.in primo tomo.Vltimo Bart.docet hîc partes poſſe conuenire, vt iudex extra aſsignatum tribunal, etiam extra territorium, in quo eſt iudex, iudicare poſsit, quia partes poſſunt conuenire, vt poſt tempus iudex cognoſcat. l. eum non eo. C. quando prouoc. non eſt neceſ. Sed iſtam Bart. ſententiam reprobat vſus forenſis Franciæ, qui probatur in l. iij. ff. de offic. Præſid. vbi magiſtratus extra territorium eſt tanquam priuatus, ergo iudicare non poteſt, cùm iudicare munus publicum ſit. l.quippe.ff.de iudic.Priuatorum conſenſus non facit illum iudicem, qui nulli præeſt iuriſdictioni.l.priuatorum. C.de iuriſ. om. iudic. & Paul.ſcribit: Extra territorium impune ius dicenti non paretur.l.fi.ff.de iuriſ.om.iudic.

Et ſic per prædicta apparet, hodie partes nõ poſſe prorogare iuriſdictionẽ, vltra tempus præſtitutum, quia ſtatim iudex deſiit finito tempore. Nec refragatur l.2.§.ſi iudex. ff.de iud.quia ille §.eſt correctus per d.l.priuatorum conſenſus.C de iuriſd.om.iudic. nec probat d.l.eum non eo.per Bartol.adducta. ideo tollitur argumentum de tempore ad locum, vnde etiam non poſſent partes conſentire, vt iudex ordinarius extra locum maiorum, iam aſsignatum ſine cauſa neceſſaria agnoſcat, alioqui ipſa ſententia nulla redderetur.l.ſi eum dies.§.ſi arbiter.ff.de arbit.& audiui ita annullari, ſententias extra locum maiorum latas, ab ordinario inſtante procuratore Regio,aliàs eſſet in poteſtate iudicum locum maiorum immutare, & in domo ſua iudicare, loco à ſuperiore aſsignato dimiſſo, & alium eligere, quod fieri non poteſt, quia inferior legem ſuperioris tolleret, quod eſt prohibitum. cap.cum inferior.de maior. cle.ne Ro-
8 mani. de elect. & ſcripſi in tit.de cauſis. in Concord. prorogationem iuriſdictionis in Francia vix fieri, cùm iuriſdictiones ſint patrimoniales.

LEX XII. MARTIANVS LIB. I. INSTITVTIONVM.

NOnnum quã ius etiam pro neceſſitudine dicimus: veluti eſt mihi ius cognationis, vel affinitatis.

Ius cognationum pacto non mutatur.

ET hoc ius cognationis non poſſe pacto mutari, nec repudiari, docet Modeſtin.in l.ius autem.ff. de pact. & iura ſanguinis nullo iure dirimi poſſunt. Pompon.in l.iura.ff.de reg.iur.

Aliis modis accipitur ius. vt per Io. Andr. in mercurial.in proœm. & Luc.de Penna in rub. C.de iure fiſci.lib.x.& per Paul.de Citad.in tract.de iure patro. in prin. varias phraſes congeſsi in l. verbis legis.ff.de verb.ſignific.ideo his contentus ero.

De origine iuris ciuilis, & omnium magiſtratuum, & ſucceſsione iuris prudentum. TIT. II.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus verboſus, poſtulationis officio priuandus.*
2 *Paucitas ſermonis praualet multiloquio.*
3 *Breuitas verborum qua dicatur.*
4 *Perfectum omnem virtutem in ſe concludit.*

LEX I. CAIVS LIB. I. AD L. DVODECIM TABVLARVM.

FActuri legum vetuſtarum interpretationem, neceſſariò priùs ab vrbis initiis repetendum exiſtimauimus: nõ quia velim verboſos commentarios facere,ſed quòd in omnibus rebus animaduerto id perfectum eſſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. Et certè cuiuſque rei potiſſima pars principium eſt.

ANtequam Iuriſconſultus originem iuris declaret, præmittit ſe nolle verboſos commentarios facere, ſed ab initio materiam exordiri, quia potiſsima pars cuiuſlibet rei eſt principium, quod oportet optimum eſſe,& melius medium, & deinde finem ſequi bonum. vt gloſ. in proœm.Inſtit.docet. & ſic volens facilem & veram interpretationem tradere, debet originem rei quærere, vt Iuriſcon.hîc facit,& in l.j.ſupra tit.præced.

Verboſos commentarios.] Non debemus eſſe verboſi in interpretationibus, quia multitudo oneroſa nihil honeſti habet. in authen.de referenda. in fi. colla. 2. & cap.tales.23.diſt. At Laconiſmo gaudent breuitate recentes.

Et aduocatum verboſum, eſſe poſtulationis offi- 1
cio priuandum, cenſet Accurſ. in l.ex ea cauſa.infra de poſtula. & multò vtilius eſt, pauca idoneè effundere, quàm multis inutilibus homines prægrauari. 2
l.ij.§.deinde quia. C.de veter. iure enucle. & melius eſt pauca agere cautè, quàm multis intereſſe periculosè.in authen.de tabellio.§.ſi verò.colla.4. & longitudo ſæpe legentis mentem inuoluit. vt dicit Aretin. conſil. 83. quia in principio. & multitudo allegationum confuſionem generat. ſecundum Panor.conſil. 30.viſis.in princip. in j.volum.ideò in his, quàm breuiſsimè fieri poterit, me explicabo. in Eccleſiaſt.7.c. ſic ſcribitur: Noli verboſus eſſe. Eſt autem breuitas, 3
cùm nullum niſi neceſſarium aſſumitur verbum. Cicero libro primo Rhetoric.vel breuitas eſt, in qua commodè principale tangitur, & vtile acceſſorium enarratur: non enim multis opus eſt,ſed efficacibus.

Plurimum quidem proficit ſermo, qui minutatim recipitur, animo. Seneca ad Lucil.epiſt.38.quem refert Luc. de Penna in rub.C.de legat.verſic.12.caueat.lib.x.

Perfectum quid, quando dicatur.

Id perfectum eſſe, quod omnibus ſuis partibus conſtat.] Hîc apparet nec illud eſſe perfectum,

fectum, cui est aliquid addendum. l.pen.de his quib. vt indig.C.& Aristot.lib.5.Methaphysicorum, c.16. 4 ait perfectum esse, cum secundum speciem propriæ virtutis nulla desit particula,& finis adest.

Cuiusque rei potissima pars principium.] Glos. in cap.sedes. de rescripr. in glos. 2. aliquando, inspicitur initium pro materia, interdum finis. vt glos.& Doctor.not.in cap dudum.j. de elect. & ipsa est materia brochardica quam Placent.in suis alleg. hinc inde disputauit,& multa iura congessit.

SVMMARIA.

1 *Profitentes aliquam scientiam non debent præfationibus omissis eam interpretari.*
2 *Professores iuris debent legum voluntatis apesire.*
3 & 4 *Duo præfationum commoda.*

§. Deinde, si in foro causas dicentibus, nefas(vt ita dixerim)videtur esse nulla præfatione facta,iudici rem exponere: quantò magis interpretationem promittentibus, inconueniens erit, omissis initiis, atque origine non repetita, atque illotis (vt ita dixerim) manibus, protinus materiam interpretationis tractare? Namque (nisi fallor) istæ præfationes, & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt: & cum eò venerimus, eius euidentiorem præstant intellectum.

ADuocatus causam dicens in foro, debet vti præfatione, sed qua præfatione? vt iudicem commendet, vt supplicet, eum benignè audire. Sic dicit Iunius Zeno Anto. Augusto: Rogo domine Imperator audi me patienter. vt testatur Marcellus in l. proximè. ff. de his quæ in test. delentur, inducuntur,vel inscrib. Specula.in tit.de aduoc.§.minor, de exordiis.

Præfationes habēdæ ab aduocatis.

Ego audiui aduocatos famosos pro materia præfationes habere, si enim de pupillis loquebantur, inchoabant sic: Modestè tradit Modest. in l.iij. ff. qui petant tutores, omnem me rationem adhibere subueniendi pupillis, cum ad curam publicam pertineat,liquere omnibus, volo dicebat diuus Seuerus Cuspio Ruffino: si ergo Imperator tantam habeat, sic & vos habebitis pij iudices, si de minorum restitutione.l primam.de minorib. ff. adducebant. aliásque quamplurimas, prout sese offerebat materia. Debet etiam aduocatus causam commendare,si ipsa pia sit, vel aliàs, vt in stylo Parlamenti, in tit. de aduocatis: habetur.

Præfationes autem, sicut & sermones, secundum materiam, sunt exquirendæ. vt dicit Arist.in primo Ethicorum. Et Cicero libro tertio Rhetoric.ait: Sic conuenit exordiorum rationem ad omne genus accommodari, vt suffragium scilicet, conferat orationi.habetur in §.j.C.de Iusti.Cod.confir.

1 Quantò magis interpretationem.] Collige interpretantem aliquam scientiam, non debere eam attingere præfationibus omissis, & origine materiæ non repetita: siue is scribat, siue profiteatur, per istum textum. Vnde Vlpian.ait: Bene est, priusquam ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre. in l.j. ff. si certum petat. Et non sufficit, ipsa tantum vocabula, Grammaticorū instar, declarare, sed professores iu- 2
ris legum voluntates pandant.l.vnic.C.de stud.libe. vrbis Romæ, lib.xj.

Repetere originem dicimus, quando à suo initio materiam inchoamus, & ad suum ortum reducimus, vt abundè explicaui in l.quos nos hostes. §.locuples. ff.de verbor.signific. vbi posui varias phrases huius verbi repetere.

Atque illotis manibus.] Collige Iurisconsul. vti parœmia, siue adagio, & sic in iure aliquando vtendum, & sæpius allegatur non debere attingere materiam, seu eam pertractare illotis manibus, id est, sine aliquibus præfationibus, & imparatis audientium animis. vt Budæ. ait, translatum à sacrorum puritate, pro eo quod est irreuerenter, atque imparatè vnde Hesiod.

Μηδέποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν. id est,
Ne vnquam mane. Ioui vinum libaueris ardens
Illotis manibus, neque diuûm præterea vlli.

Etiam vtitur Vlpian. in l. de ætate. §.quod autem.ff. de interrog.actio.& alibi sæpius Iurisconsul.

Istæ præfationes.] No. duo commoda præfatio-
3 tionum. Primum, quòd nos libentius ad lectionem materiæ perducunt: trahunt enim præfationes, rite conceptæ, lectorem ad legendum,& quandoque ad deuorandum totum opus.

Secundum, quia euidentiorem præbent intelle- 4
ctum, vnde Iurisconsult.ait, quo dilucidius intelligi possit hæc exceptio, priùs de ea videamus, &c. in l.j. ff.de doli mali excep. §.duo igitur. iuncta glo.in authen.de nupt.colla.4.& præfatio dat toti legi intellectum. vt docet Bald.in l.regula, per illum text.ff.de iuris & fact.igno.

Et sic ad cognoscendum mentem legis, & statuentium, debemus recurrere ad præfationes, & prooemia legum, statutorum, vel aliarum constitutionum.l.penult.ibi. Nam initium constitutionis generale est.ff.de iuris & facti ignorant.l.j.ad Maced.l. cum hi.vbi Barto. de transactio.& præfatio denotat causam finalem.l.fin.ff.de hæred.instit.c.secundò requiris.de appel. hoc docet Barb.in consil.10.clementissimum.col.pen.in j.vol. & consil.21. & quidem.in princ.ibidem.

Multæque decisiones ex præfationibus & prooemiis constitutionum deciduntur, quæ facilè decidi non possent. Nam præfationes restringunt, vel ampliant legem, & discernere faciunt, an lex odiosa, fauorabilisue sit. vt docet ibidem Barba. conf.20.illud. col.2.in 2.vol.& consil.48.præclarè.col.6.numero 13. ibidem.& consil.1.in 3.vol.& consil.59.ibid.ac consil. 64.in 4.vol.

Item quæ in præfationibus dicuntur, in sequentibus repetita intelliguntur.l.item quia.§.fin.ff.de pact. l. Titia. §. j. de verborum obligation. alia vide in prooem.Instit.

LEX II. POMPONIVS LIB. SINGVLARI ENCHIRIDII.

NEcessarium itaque nobis videtur ipsius in primis iuris originem, atque processũ demõstrare. Et quidem in initio ciuitatis nostræ, populus sine certa lege, sine certo iure primũ agere instituit: omniáque manu Regis gubernabantur. Posteà aucta ad aliquem modum ciuitate, ipse Romulus traditur populum in triginta partes diuisisse, quas partes Curias appellârit, propereà quòd tũc Reipublicę curam, per sententias partium earum expediebat: & ita leges quasdam & ipse Curiatas ad populum tulit: tulerũt & sequentes Reges, quæ omnes conscriptæ extant in lib. sexti Papyrij (qui fuit illis temporibus, quibus superbus Demarathi Corinthij filius ex principalibus viris) isque liber (vt diximus) appellatur ius ciuile Papyrianum: non quia Papyrius de suo quicquam ibi adiecit, sed quod leges, sine ordine latas, in vnum composuit.

HAnc legem transcribit Georg. Valla, multáque verba corrigit, & maximè ibi, dum dicit, gubernabantur, legit, imperabantur, & ibi, sequentes leges, Reges: & ibi, principalibus iuris, legit, viris: &, demum exactis Regibus, dicit, legibus: ibi, nominibus cæteris, legit, certis: & ibi, edicta proponebant: aliàs ponebant, aliáq; multa immutat, sed quia ista sunt parui momenti. & quia Budæ. Zas. & Cagnol. multa super hac lege scripserunt. Ideo illis acquiesco.

Pro rostris composuerunt, vt possent leges apertius percipi.] Istum tex. dicit singularem Barbat. in consil. j. col. ij. in 2. vol. & consil. 48. præclarè. col. vij. ibidem. ad hoc quod sicut leges publicatæ sunt notoriæ, & publicantur vt apertiùs percipiantur: ita statuta, & ordinationes, & sic sententia contra ista non valet, cùm sint notoria. de publicatione legis & ordina. scripsi in interpretatione legis vnicæ. nota. vlt. C. de senteot. quæ pro eo quod interest. & ius gentium publicandum non esse, scripsi in l. omnes populi. supra tit. proximo.

Sententia contra statuta non valet.

SVMMARIA.

1 *Amasius potest in iudicem vel testem recusari. Aequiparatur ebrio. ibidem.*
2 *Eidem substitutio exemplaris fieri potest.*

§. Initium ibi arrepto cultello, &c.

HVnc text. sing. allegat Bened. in repetitio. cap. Raynutius. in verb. cuidam Petro. de testam. n. m. 54. licitum esse patri filiam interficere, vt cõtumeliam stupri arceat, sicut marito vxorem. l. Gracchus. C. ad leg. Iuliam de adult. quod tamen à iure diuino est alienum, & à iure canonico. c. inter hæc sanctitas. xxxiij. quæst. ij. vbi etiam glo. dicit esse contra præceptum, Non occides. c. si non licet. xxiij. q. v.

Amore virginis omne fas, atque nefas miscuisse.] Allegatur iste text. Amorẽ virginum,
& mulierum peruertere rectum rationis iudicium,
& amasium pro amasia omne fas & nefas commissurum, & ille amor in furorem inducit stolidos iuuenes: vt in §. illud. in authen. quibus mod. natur. ef-
fician. leg. colla. vj. vnde istum posse recusari in iudi- 1
cem, testem & in aliis actibus publicis concedunt iura cùm sensu, quoad hoc, sit priuatus, & tanquam ebrius. §. fin. de success. sublatis. in Insti. vnde sustinui conclusionem hanc in prima mea disputatione: vi-
delicet, amasio substitutionem exemplarẽ fieri posse, 2
contra quam argumentatus fuit subtiliter, Latinè, Græcè, & Hebraicè loquens, D. Cl. Faber, qui postea receptus fuit Doct. in hac Vniuersitate: demum Senator factus, & deinde primus Præses in Senatu Diuionensi in Burgundia creatus. Hinc Ouid. Metamorph. 6.

Est nil quod non effræno quis captus amore
Ausit. ——

De Legibus & Senatusconsultis & longa consuetudine.

TIT. III.

QVARE leges fieri, & quales esse debeant, & finem & effectum legum tractaui in prooemio Constit. Regia. in j. tomo. Ideò hîc non insistam: & docet Lucas de Penna in l. fin. C. ne fiscus rem, quam vendidit. euincat. lib. x. & l. eam legem. de excus. numer. ibid. Et dicit Bald. nullam esse legem, nec ius, quod consuetudine mutari non possit. in §. præterea. in primo de prohibita feudi alienat. per Federic. & maximè prouidendum est, vt bonæ leges ferantur: latæ, discantur & doceantur: postea exerceantur, & exequantur. quia parum esset iura habere, nisi executioni demandarentur. l. ij. §. post originem. ff. de orig. iur.

LEX I. PAPINIANVS LIB. I. DEFINITIONVM.

LEx est commune præceptum: virorum prudentium consultum: delictorum quæ sponte, vel ignorantia contrahuntur coërcitio: communis Reipublicæ sponsio.

HÆc lex, planè & abundè explicatur, à Claudio Seycel, & à Zasio. illorum interpretationibus contentus quisque esse poterit: quia interpretando eam multa protuli quæ non scripsi.

SVMMARIA.

1 *Conuentio partiũ non valet contra vetita per legem.*
2 *Rescripta quædam imperant, quædam vetant, quædam permittunt, alia puniunt.*
3 *Legislator vnum semper de vno enuntiare in lege debet.*

LEX VII. MODESTINVS LIB. I. REGVLARVM.

LEgis virtus est: imperare, vetare, permittere, punire.] Ecce legis vtilitates, & quorsum lex tendat. dicit etiam text. in c. priuilegia. ij dist. Officium sæcularium, siue ecclesiasticarum legum est præcipere, quod necesse est fieri, aut prohibere, quod malum est fieri; permittere, vel licita, vt præmium petere: vel etiam quædam illicita, vt dare libellum repudij, ne fiat grauiora. etiam declaratur in c. fin. ibid. uj. distin. vide Bal. cons. 184. municipale. in v. vol. & in rub. C. de condict. ex lege.

Vnde dicit Barb. per istum textum cessent Oratores & Philosophi, dicentes moralem Philosophiam sufficere, sed hoc non est verum: quæ quamuis suadeat ad bene beatéque viuendum, non tamen imperat, nec vetat, nec punit, quia authoritatem non habet, nec potestatem. vt scribit Bened. in c. Raynutius. col. clxxxij de test. factæ enim sunt leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia: & in ipsis improbis, formidato supplicio, refrenetur audacia, & nocendi facultas. c. factæ. iiij. dist. scripsi in procemio Constit. Regia. in j. Tomo. Comment. in leges Regi.

Leges quare ordinatæ sint.

Imperant sæpius leges, volentes quidem, vt in ius vocati eant, vel satis cautū dent. &, vt quidam cogantur satisdare. per totum tit. qui satisda. cogant. & vt pacta seruentur. l. Iurisgentium. §. ait prætor. ff. de pactis. vt receptum arbitrum, cuiuscunque dignitatis sit, coget prætor officium quod suscepit, perfungi. l. iij. §. tractemus. ff. de arbitr. & aliàs sæpissimè in iure. & quod præcipitur, imperatur, quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat, vbi præceptum, necessitas est seruientis, vt obediat: vel imperantis, vt ei obediatur. Gregor. quem refert Gratian. in cap. vltimo. xiij. quæst. j.

Quomodo leges imperent.

Vetat, ne proconsul oneret principales in hospitiis præbendis. l. obseruare. ff. de officio proconf. & ne præses prouinciæ munus, donúmve capiat, nisi osculentum, & poculentum. l. plebiscito. de offic. præsid. & ne in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittat. l. obseruandum. ibid. Et ne iudex extra territorium ei concessum ius dicat. l. fi. de iurisd. om. iud.

Quomodo lex vetat.

1 Alia non prosequar, quia omnia illicita vetat: & tūc conuentio partium non valet contra. l. non dubium. C. de legib. l. quos prohibet. ff. de postuland.

Permittit ex causa id, quod prohibitum est. Nam Prætor ait; Parentem, patronum, liberos patroni, in ius, sine permissu meo ne quis vocet: permissurus enim est, si famosa actio non sit, vel si pudorē non suggillat. l. iiij. & l. sed si hac. §. prætor. ff. de in ius vocan. Permittit etiam, vt qualiscunque fideiussor, sistendi causa datus, si sit de consanguineis, accipiatur. l. j. in ius vocati. l. ij. §. prætor ait. qui satisdare cogant. Permittit moram purgare intra tres pluŕésue dies. l. & si post tres. ff. si quis cautio. Permittit etiam tempore vindemiarū & messium, quasdam causas in iudicio decidi, si res tempore peritura sit, dilatióque sit actionem peremptura, aut sanè quotiens res vrget. l. j. ff. de feriis & aliis locis plurimis. Et quando ex permissione oritur actio, ex qua, officiúmve iudicis. explicat Bart. in l. j. ff. de condic. ex lege. & Bald. in rub. C. illo titu. & in c. quia propter. num. 9. de elect.

Quomodo permittat.

Punit committentem furta, homicidia, & alia maleficia. vt in toto lib. xlvij. & seq. ff. & per totū librum nouum Cod.

Quomodo puniat.

Nec refragatur, quòd interdum lex consulat, vel doceat, seu moneat, vt Accurs. docet, quia hæc continētur sub istis. Nam qui consulit, docet, vel qui monet, permittit. & sic istas legum vires non erat necesse exprimere, prout Iurisconsultus expressit.

Has etiam vires habent rescripta Principum, & literæ, quibus frequenter in actu forensi vtimur in Francia. Nam quædam imperant, quædam vetant, alia permittunt, alia puniunt. de quibus in tract. de rescript. seu literis Regi. in ij. Tomo Comment. in Constit. Reg. abundè scripsi. 2

Item Plato in dialogo uij. de Legib. ait legislatori non licere quædam diuersa in lege de vno loqui, sed vnum semper debet enuntiare de vno, Poëtam verò sæpe cogi sibi ipsi cōtraria dicere, neque scire vtrum hæc, an illa vera sint. 3

SVMMARIA.

1. *Senatusconsulta vnde vocentur.*
2. *Legem generalem nemo hodie præter Principem facere potest.*
3. *Senatus quomodo ius facere possit.*

LEX IX. IDEM LIB. XIII. AD EDICTVM.

NOn ambigitur Senatum ius facere posse.

QVidam interpretes hanc legem esse correctam aiunt, dicentes solum Imperatorem legem generalem facere posse. per. l. finalem. C. de legib. tamen Iohan. Faber. in §. sed & quod Principi. de iure nat. in Instit. dicit, Senatum etiam posse facere legem generalem, ex vi & potestate per legem & Principem sibi concessa.

Senatus etiā legem generalem facere potest.

Aduertendum est, quod exactis Regibus, Consules cum Senatoribus regnare cœpêre, vt est apud Liuium ab vrbe condita: & ea, quæ consulta sunt à Senatoribus cum Consulibus, Senatusconsulta vocata fuerunt. l. j. ff. ad Senatusc. Maced. Velleia. Trebel. & cætera, & in §. Senatusconſ. de iure nat. in Instit. & ista Senatuscon. posteà redacta sunt intra corpus iuris, & ius commune effecta sunt, & non dubitatur id temporis Senatum ius facere posse. quia non erat Princeps, qui faceret, & nondum erat in Principem imperium translatum. de quo in l. j. inferiùs de const. Princip. Sed, si vere loqui volumus, nullus hodie potest facere ius generale, seu legem generalem extra Principem in suo Regno, vel imperio. l. j. & per totum. ff. de consti. Princip. & l. j. & l. leges. & l. fi. C. de legib. quia populus transtulit in Principem omnē potestatem, imperiúmque. vt ibidem traditur. verùm quia in singulis prouinciis, introducti sunt Senatus, & data his plenissima iurisdictio, & imperium, ideò in illis prouinciis, quibus sunt præpositi, ius facere possunt, donec Princeps reuocandum illud censuerit, & nisi deroget legi Superioris. l. ij. C. de offi. præf. præt. Orient. non tamen erit generale toti imperio, vel regno, nec tenebit subditos alterius Senatus, nisi illud ius ab alio Senatu sit receptum: vel subditus alterius Senatus, litiger in illa iurisdictione, quam ressortum vocant: 1 2 3

vel

vel princeps illud ius probauerit, & in legem redegerit: & ita ſeruari ſolet, quicquid ſuper hoc Doct.ſcribant.videte quæ dicam in tit.de offi.præfect. præto.& quæ dixi in proœmi.Concord. in verb.ſummas.vbi 36.priuilegia Senatus conſcripſi.

SVMMARIA.

1 *Princeps quomodo legibus non dicatur ſolutus.*
2 *Romana Eccleſia non alligatur ſacris Canonibus.*
3 *Princeps non poteſt pœnam à ſenatu impoſitã augere.*
4 *Nec emendam parti adiudicatam remittere.*
5 *In dubiis melius eſt contra fiſcum reſpondere.*
6 *Auguſtæ & vxori Regis eadem priuilegia tribuũtur, quæ ipſi Regi.*
7 *Regina eadem priuilegia non habet, quæ Rex.*

LEX XXXI. IDEM LIB. XIII. AD L. IVLIAM ET PAPIAM.

PRinceps legibus ſolutus eſt. Auguſta autem licet legibus ſoluta non eſt: Principes tamen eadẽ illi priuilegia tribuunt, quæ & ipſi habent.

Princeps lex eſt.

ET ſic princeps legibus non tenetur, ipſe enim lex eſt, ridiculus enim foret, qui illũ legi ſubiicere conaretur: perinde enim eſſet, ac ſi qui Iouẽ gubernare vellent, vt docet Ariſto.lib.Politic.3.c.9.
1 Tamen ſolutus non eſt ratione naturali, quia eſt
animal rationale, mortale, & tanquam homo damnabitur, ſi quid contra Deum, & ius diuinum faciat. c.generali.xxv.quæſt.j. & c.ſeq.& c.ideo. Idem ſi faciat contra id, quod bonum eſt, & æquum. Bal.hîc. & rationem de omnibus malè geſtis Deo reddet. c. quando xxiij. q.iiij. Ideo aduertere debet: nec enim aliquis princeps habet poteſtatem ad deſtructionem, vt diuus Paulus teſtatur: & quicquid fecerit ad deſtructionem tendens, reſtituere habet, & Deo Optimo Maximo rationem reddere: vt ſcribit Politia.

Quomodo Princeps legis nexibus ſolutus dicatur.

lib.iiij.de nugis curia.c.ij. Princeps tamen legis nexibus dicitur abſolutus, non quia ei iniqua liceant, ſed quia is eſſe debet, qui non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ æquitatem colat, Reipublicæ procuret vtilitatem, & in omnibus, aliorum commoda, priuatæ præferat voluntati. facit l.digna vox.C.de leg.c.fin. xxv.quæſt.j. vbi Papa Leo II. ſic ſcribit. Sacroſancta
2 Rom. eccleſia ius & authoritatem ſacris canonibus
impartitur, ſed non eis alligatur. habet enim ius condendi canones, vtpote quæ caput eſt, & cardo omnium eccleſiarum, à cuius regula nemini diſſentire licet. Ita ergo canonibus authoritatem præſtat, vt ſeipſum non ſubiiciat eis, ſed ſicut Chriſtus, qui legem dedit, ipſam carnaliter impleuit: octaua die circunciſus, quadrageſima die cum hoſtiis in templo præſentatus, vt in ſeipſo eam ſanctificaret, &c. vnde Paulus ſcribit, ex imperfecto teſtamẽto legata, vel fideicommiſſa imperatorem vendicare, verecundum eſſe, decet etenim tantæ maieſtatis eas ſeruare leges quibus ipſe ſolutus eſſe videtur. l.ex imperfecto.ff.de lega.iij.l.ex imperfecto.C.de teſta.

Et ſicut Princeps non poteſt rem priuati tollere ſine cauſa, ita non poteſt pœnam infligere vltra peccatum, quia corpus eſt nobilius rebus.l. in pecudum. ff.de vſur.l.ſancimus.C.de ſacroſ.eccle.docet Lucas de Penna in l.fin.col.j. C. de cond.in publ.hor.lib.x.
Et ideò pœnam impoſitam à Senatu, vel ab aliis iu- 3
dicibus, cum cauſæ cognitione non poteſt ex propria voluntate augere, ſed moderare poteſt, quia veriſimile eſt iudices pro modo delicti pœnam ſtatuiſſe, quam Princeps augere non debet.l.moris.§.illæ ferè. & l.interpretatione. ff. de pœn. l. in archiepiſcopatu. de raptor. aliàs ſuper hoc conſului. Nec emendam 4
parti adiudicatam remittere poteſt. vt ibi docet Lucas.& in l.ſi apparitor.in fin. C. de cohortalib lib.xij. dixi in præfat. ad l. vnic. C. de ſent.it. quæ pro eo quod intereſt.

Rex quãdo reſtituẽdus ſit.

Item Rex non ratione ſuæ perſonæ, ſed Reipublicæ, quam ſuſtinet, & ſeruat, beneficio reſtitutionis gaudet: aliàs, ſi in ſpeciali contractu, qui commoda vel incommoda reipublicæ non reſpiceret, ipſe Rex, vel eius camera læderetur, non eſſet reſtituendus. arg. l.famoſi. §.hoc tamen. ff. ad leg. Iuliam maieſt. nec ſuas cauſas, ſed Dei, & Reipublicæ debet proſequi. c.qui ſyncera. xlv.diſtin. & maximè iſta locum habent hodie, quia Regis Conſultores parum curãt de Republica, & nimis ſunt & aſtuti, & ſtudioſi, pro quæſtu pecuniæ, vt docet Lucas de Penna in d.l.iij. col.j. Et ego vidi, procuratorem Regium impetraſſe reſtitutionem contra tranſactionem, quam Princeps fecerat cum mercatoribus ſalis, & reiectum ab ea
fuiſſe, & ſic non puto eum delinquere, qui in dubiis 5
contra fiſcum facilè reſponderit. l. non dubito. ff. de iure fiſci. licèt hodie multa ætas noſtra ad Principem trahat, quæ ſi durent, omnia erunt Principis, & homines fient tanquam coloni Aegyptiaci: imò prioris fient conditionis, cùm ibi Princeps poſſeſsiones emat, & hîc tanquam ſuas fiſcus, pro Rege, ſibi applicet, ſibique vendicet.
Secundò, ex hoc text. colligitur, eadem priuilegia 6
tribui Auguſtæ, & vxori Regis, quæ ipſi Regi, ſeu Imperatori: & vbi Cæſaris ratio haberi ſolet, & Auguſtæ.l.fiſcus.prima. in fi.ff.de iure fiſci. etiamſi eſſet vidua.l.fin.in princ. C.de priuil.ſcho.lib.xij. l.fœminæ.de ſenato.l.filij.§.j.ad municipal.& ſicut fiſcus ab omnium vectigalium præſtationibus immunis eſt. l.licitario.§.fiſcus.ff.de public.ita & Auguſta.l.fiſcus. j.in fin.ff.de iure fiſci: ſic & miniſtri Auguſtæ iiſdẽ priuilegiis, quibus miniſtri Imperatoris vtuntur.l.iij. C.de præpoſit.ſacri cubiculi. lib.xij.

Auguſta immunis à vectigalibus.

Non tamen tribuit eidem reginæ priuilegia om- 7
nia, quæ Rex habet: quia non poteſt ipſa condere leges, nec delinquentibus gratiam concedere, nec alia, quæ reſpiciunt imperium maximum, de quibus in l. imperium. ff. de iuriſdict.om.iud. per Doct. & in l.j. ff.de legib. Priuilegia ergo Auguſtæ competent, quæ illi conuenire poſſunt, ſed non contrà, & in præiudicium concedentis, vt pulchre ſcribit idem Lucas in d.l.iij.col.fin. C.de præpoſit.ſacri cubiculi.lib.xij. vbi etiam docet iſta priuilegia à iudicibus non debere extendi, ſed ab ipſo Principe: vnde iudices Regni (qui regalia etiam contra Deum & eccleſiam extenderunt) puto teneri, & multos, ob hoc, in inferno cruciari, quia auferunt à Deo, & Deus permittit, vt ab eis auferatur, etiam quod iuſtum eſt: vt, in quibus peccarunt, puniantur. de quibus multa ſcripſi in interpretat. l.diuus. ff.de Senatuſcon.Sillan.

Priuilegia à iudicibus non debent extendi.

Principes quomodo obligentur contractu.

Videamus, num Principes contractu obligentur? & eos obligari, non eſt dubium.c.j.de probat.alioqui cum illis nullus contrahere vellet. arg. l.quod ſi minor.§.

nor. §.j. ff. de minorib. & qui est omnium Princeps, commercio omnium careret, & qui est omnium præsul, esset omnium exul. teste Bald. hic. & esset sicut Tantalus. de quo scribit Horatius Satyra 1.

Tantalus à labris sitiens fugientia capta Flumina, &c.

sic consuluit. Barba. consil. .. in 1. vol. & consil. 7 ibid. ac consil. 1. col. 4. in 3. vol. & consil. 56. col. 2. ibidem. Ias. consil. 1. vol. 1. Albert. Brunus consil. 1. in materia feudor. & consil. 12.

Successor etiam tenetur contractus, & conuentiones cum prædecessore initas seruare. d. cap. 1. l. fin. C. de donat. inter vir. & vxor. quia iustitiæ ac rationis ordo suadet, vt qui à successoribus seruari mandata desiderant, prædecessoris sui procul dubio voluntatem, & statuta custodiant. cap. iustitiæ. xxv. quæst. j. Bald. & alij in c. j. qui successores feud. dare teneant. Ias. in l. j. ff. de constit. Princip. ego abundè scripsi in præfat. ad rubri. de colla. in Concord. Vnde si Princeps concesserit Comitatum, Baroniam, vel aliud feudum, nõ potest illud reuocare sine causa, & alteri concedere, quia natura feudi est, vt sine culpa non reuocetur. c. 1. de natur. feud. Albert. Brunus consil. 1. in materia feudorum.

Feudum semel concessum sine culpa non reuocatur.

LEX XXXII. IVLIANVS LIB. XCIIII. DIGESTORVM.

DE quibus causis, scriptis legibus non vtimur, id custodiri oportet, quod moribus, & consuetudine introductum est: & si qua in re hoc defecerit, tunc quod proximum, & consequens ei est. Sed si, ne id quidem appareat, tunc ius, quo vrbs Roma vtitur, seruari oportet. Inueterata enim consuetudo pro lege non immeritò habetur: & hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. Nam cum ipsæ leges nulla ex alia causa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sint, meritò & ea quæ sine vllo scripto populus probauit, tenebunt omnes. Nam quid interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Quare rectißimè etiam illud receptum est, vt leges non solùm suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

HAnc legem, dicunt quidam, meliorem totius iuris: alij dicunt eam in materia consuetudinis, optimam cum sequenti esse.

Notandum est, nullum esse ius merè positum, quod consuetudine mutari nõ possit, vt docet Bal in §. præterea. primo de prohibita feudi alienatione. per Federic. Chassan. in Catha. glos. mundi in 4. consyd. 11. partis probat iste text. in fin. ibi. Quare rectißimè etiam illud receptum est, vt leges non solùm suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur. scripsi in l. derogatur. ff. de verbor. signific.

Omne ius positũ consuetudine mutari potest.

Hic de cõsuetudine agerem, verùm quia in tract. meo de consuetud. in 3. tomo. Comment. ad Constit. Regias. tractaui: quid sit consuetudo, quotuplex, & differentias inter consuetudinem & præscriptionem, necessária ad consuetudinem viginti & vltra, effectus consuetudinis, ac alia, quæ in forensi iudicio exercentur, ibi abundè docui, ob id alia de consuetudine hic non pertractabo. Nam Curtius in repetitione cap. final. de consuetud. eam etiam amplè docuit, & iurium interpretes hic.

De Constitutionibus Principum.
TIT. IIII.

SVMMARIA.

1 & 2 *Principis voluntas quando pro lege habeatur.*
2 *Princeps præsumitur tantum quod iustum & verum est, confirmare.*
3 *Secunda iussio in supremis curiis debet à Principe expectari.*
4 *Princeps in rebus diuinis tãquam priuatus censetur.*
5 *Nihil potest contra ius naturale.*
6 *Nec contra bonos mores.*
7 *Nec contra ius gentium.*
8 *Nec contra disposita à iure ciuili, in ratione naturali fundata.*
9 *Causa in Principe præsumitur.*
10 *Etiam rationabilis.*

LEX I. VLPIANVS LIB. I. INSTITVTIONVM.

QVod Principi placuit, legis habet vigorem, vtpote cum lege Regia, quæ de eius imperio lata est, populus ei, & in eum omne suum imperiũ conferat. Quodcunque igitur Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, legem esse constat. Hæ sunt quas cõstitutiones vulgò appellamus. Planè ex his quædam sunt personales, quæ nec ad exemplum trahuntur. Nam quod Princeps alicui ob merita indulsit, vel si quam pœnam irrogauit, vel si cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur.

CIcer. pro Cn. Planc. sic scribit: In Comitiis iudicat semper populus, sed mouetur plerumque gratia, cedit precibus, facit eos, in quibus est, maximè ambitus: denique si iudicat, non delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquam, & quadam etiam temeritate, non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, sempérque sapientes ea, quæ fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt, vnde permisit Deus, vt illius potestas in Principem translata

Ciceronis sententia de populo.

translata sit, & vtinam ad reipublic. vtilitatem hæc translatio tendat.

1 Iurium interpretes hic addunt animo condendi legem; Nam quod Principi placet, pro lege censetur, quando hoc fit animo condendi legem, & non aliàs, & sic voluntas Principis seruari non debet, nisi in condendo legem ex mente ipsorum, quod est absurdum. vt docet Rodolph. Agricol. in tracta. de inuent. Dialect. lib. 1. c. 5.

Ideò ego arbitrarer Principis placitum pro lege seruandum esse, & sicut lex omnes tenet. l. de quibus.
2 supra. tit. proximo, & seruari debet. l. leges sacratissimæ. C. de legib. ita & Principis iusta voluntas, & placitum seruari debet, licet non fiat animo condendi legē. Vnde si nascatur ei filius, & ipse indicat populo ferias repentinas, in honorē natiuitatis filij, illa voluntas nō est lex, attamē seruari debet. l. à nullo. C de feriis. l. sed & si. §. si feriæ. ff. ex quib. caus. maio. sic & alia seruare oportet ab eo præcepta, iuxta Dei præceptum: Quæcunque dixerint vobis, facite. c. Iulianus. & c. si Dominus. xj. q. iij Nam sicut strictim lex seruari debet, vt patet apud Valerium de Zaleuco Locrensi, qui sanciuit adulteros vtroque oculo priuandos. At cum filius in illam legem incidisset, ne effectus legis abrogaretur, vnum oculū sibi, & alterum filio eruere iussit, in tit. de Iustit. lib. 6. idem de Carunda scribit, qui se interemit, cùm legem non seruasset. Ita debet seruari voluntas Principis pro lege: non tamen omnis voluntas Principis, lex est, nisi legem condere velit, & sic debet intelligi sententia interpretum. Requisita ad bonam legem, & constitutionem scripsi in procem. Constit. Regi. in glos. 1. tomi primi Comment.

Lex Zaleuci de adulteris.

Principis placitum.

Sed in hoc fuēre decepti interpretes, putātes istum text. dicere Principis placitum esse legem: sed nō hoc dicit, verùm placitum obseruandum esse tāquam legem, & legis habere vigorē, & potestatē. & sicut lex est seruanda, ita & Principis voluntas, seu placitum.

Testantis voluntas.

Idem etiam dicitur in testante, vt eius voluntas pro lege sit seruanda. l. verbis legis. ff. de verb. signif. l. j. ff. ad leg. Falcid. §. disponat. in authen. de nupt. colla. 4. & Diuus scribit Gregor. xiij. q. ij cap. vltima voluntas defuncti modis omnibus seruari debet.

Intelligendum est, Principis placitum pro lege seruandum, si iustum fuerit, alioqui Deo potius obediendum est. cap. si iniustum. & in cap. si Dominus. xj. quæst. iij. Panormit. in cap. si quando. de rescript. & c. quanto. col 3. de consuetud.

2 Vnde dicit hic Bal. quem refert Iason, quod Principi nunquam præsumitur placere, nisi iustum & verum, & Princeps vult omnes actus suos Regi à iustitia poli & fori, & quando confirmat aliquid, intelligitur confirmare quod iustum est, saluo tamen iure alterius. l. authoritate. & l. meminerint. cum glo. C. vnde vi. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco pub. c. quamuis. de rescript. in vj.

Literæ Regis non statim sunt executioni mandādæ.

Et per hoc excusantur Iudices, qui literas Regis non mandant executioni, quia existimant non emanasse à Principe, & hoc maximè procedit in Parlamentis, quæ sæpius olim recusabant præcepta iniusta. per l. si hominem. ff. mandati. vbi dicam. & quia ad hoc sunt præfecta, videlicet ad iustitiā ministrandam, non ad gratiam. Ideò solent ostendere Regi, an suum placitum iustum iniustúmue sit, quo intellecto Rex acquiescere iustæ voluntati solet.

Et quamuis priuati non sit disputare de potestate Principis, sed instar sacrilegij est. l. sacrilegij. C. de cri.
sacri. Tamē in curiis supremis disputari potest, & vi- 3
deri an iustum sit, quod à Principe mandatur, & secūda iussio expectari debet. §. Et hoc verò iubemus. in authent. Vt nulli iudicum. colla. 9. Docto. in l. nec damnosa. C. de precib. Imperat. offerend.

Etiam de voluntate Principis quotidie disputatur, videlicet quod Princeps hoc non vult, nec intendit concedere, vel nesciuit. Nam quandoque errat Princeps. l. ij. ff. de supellect. lega. cap. ex parte. j. de offic. delegat. glos. & Doctor. in c. j. de Constit. lib. vj.

Vnde, si agatur de potestate Principis summi, facienda est regula, quod omnia potest Princeps in suo Principatu. cap. in memoriam. 19. distinct. Ioan. Fab. in §. sed & quod Principi. in fin. de iure natur. & Bal. in cap. Ecclesia. col. penultima. Vt lite penden. ait: Cum Princeps sit causa causarum, non est de eius potestate inquirendum, cum primæ causæ nulla sit causa, quia id quod primum est, aliud ante se habere non potest, vt refert Iason hic.

De potestate Principis non inquirendum est.

Limitatur ista regula, vt nihil possit contra ius 4
diuinum, imò in illis tanquam priuatus censeatur: quia extra suam iurisdictionem est. l. iij. ff. de offic. Præsid. Nec enim est ad destructionē præpositus, sed ad ædificationem, vt docet Diuus Paulus. In his ergo quæ facit contra Dei legem, peccat, & damnabitur sicut alius. Nam & Papam & Imperatorem legibus, scripturæ sacræ, præcipiunt esse subiectos. cap. satagendum. & cap. 1. 25. quæstio. 1. Et sic non potest permittere vsuras. cap. quia in omnibus. de vsur. nec ferias in honorem Dei introductas tollere. cap. fina. de fer. glos. in verbo. ob necessitatem. in clem. sæpè. de verbor. signific.

Papa & Imperator legibus subiecti.

Secundò, non habet potestatem contra ius natu- 5
rale, quod est immutabile. §. sed naturalia. de iure natur. in Instit. & ibi plenè Doctor. cap fin. 6. dist. vide Panormitan. & alios in cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. Ias. in l. Barbarius. infra de offic. Prætor. dixi in l. j. suprà de iustit. & iure.

Item nec contra bonos mores, seu contra honesta- 6
tem voluntas Principis est obligatoria. cap. cum decorem. de vita & honestat. cler. regu. non est obligatorium. de regul. iur. in vj. Ideò non potest dominus cogere puellas, vt eant ad castrum suum gratia saltandi, & agendi choreas. vt scribit Bald. in l. quod ex liberta. C. de oper. libert. Panor. in cap. cum inter. de consuetud. & cap. irrefragabili. de officio ordi. Curtius in c. fin. no. 3. amplia. 4. de consuet.

Quarto, nec contra ius gentium disponere potest. 7
vt suprà dixi, in l. ex hoc iure. de iusti. & iure.

Vltimò, non habet potestatem contra disposita à 8
iure ciuili, fundata in ratione naturali. Vnde non posset simpliciter disponere, quod filius non aleret patrem: sed cùm filius erit ingratus, hoc poterit statuere, vt ingratitudinem, & sic peccatū tollat, & ei obuiet. l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnoscen. Decernere etiam Princeps non poterit, vt filij nullam habeant in bonis paternis, vel maternis legitimam, quia hoc contra naturam est. §. primum itaque. in authen. de hæred. & fal. colla. j. Diuus in regul. indultum. de regul. iuris. in vj. licet quidam contrarium dicere velint, quorum opinio satis est, per prædicta, confutata.

Princeps non potest legitimam in bonis paternis vel maternis auferre.

Etiam disponere non posset contra id, quod bonum &

num & æquum est, nisi causa, ob quam disponit, esset iustior & æquior, vt de vsucapione dicitur. in l. j ff. de vsuc. Nam bono melius inuentior. ff. de verb. oblig. l. vbi autem.

Alioqui Princeps, contra ius ista statuens, Dei præcepta contemnere videtur, & animæ suæ interemptor esse, de quibus exactè est redditurus Deo rationem, & omnes eius consiliarij, de Placebo, siue Dilexi, qui volunt enumerare potestatem suam: sed hoc fatuũ est, iura Regis enumerare, sed sic, vt dixi, restringere: & hodie quidam adulatores plus ei tribuunt, quàm Deo, quos Deus confundet. Nã translatum est imperium, tãquam in bonum virũ, & ideò placitis boni viri vti debet Princeps, & se primũ inter ciues esse, non dominum, nec tyrãnum arbitrari.

Sententia diffinitiua Principis. Idem dicunt in sententia diffinitiua Principis, vt habeatur pro lege, per istum textum, ibi: Cognoscens decreuit. Et ideo lata sententia contra illam sententiam, est nulla. l. j. C. quando prouoca. non est necess. Etiam, quod placet Principi per epistolam,

Epistola Principis. seruandum est, vt hîc. & in l. item veniunt. §. vtrum. ff. de petitio. hæred. l. j. ff. de serus.

Idem in interlocutoria Principis. l. metum. §. sed & quod prætor. ff. quod met. caus. l. j. C. de legib. interlocutiones Vlp. vocat eas cõstitutiones quas Princeps quasi inter aliud agendum & loquẽdum decernit, aut ipsas interloquẽtibus responderit: nam Latini interloqui dicunt, pro eo, quod est, loquentem interpellare. & illius sermonem interrumpere, vt mulieres solent. vt scripsi in l. illa verba. ff. de verb. signif.

Idem in contracta Principis cap. j. de probat. Bart. & alij in l. digna vox. C. de legib. scripsi in l. Princeps. suprà de legibus. & in præfat. ad titulum de collat. in Concordat.

Sciendum est primò, an sit seruandum, quod Princeps mandat, siue per definitionem, interlocutoriam, aut per epistolam, & non est dubium seruandum pro lege, id est, voluntatem Principis seruandam, tanquam lex, quando iusta est.

Sed, an in aliis causis? Respond. in similibus sic, quia non possunt omnes articuli simul decidi, sed de similibus ad similia, est procedendum. l. non omnes. ff. de legibus.

Et quando Princeps motus fuit ex vna causa, quæ non conuenit alteri, tunc non est seruanda illa sententia, vel epistola in aliis casibus, & sic debent intelligi illa, quæ Doctor. tradunt: & illa, quæ specialiter concessa sunt, vel interlocutiones, non præiudicant in commune. d. l. iij. C. de legib.

De contractu Principis. Et contractus Principis seruandus est inter partes, inter quas fuerit conceptus, inter alias non. d. c. j. de proba. & in ti. C. res inter alios acta. videamus nũc an causa in Principe præsumatur. Et causam in Prin-

9 cipe, docet præsumi glos. in l. relegati. in fin. ff. de pœnis. imò voluntatem eius, iustam esse causam firmat. sed duæ sunt quæstiones. Prima est, an causa in Principe præsumatur, quãdo aliquid agit, & an ille actus præsumatur ex causa factus. Secunda quæstio est, an sola voluntas Principis iusta sit causa faciendi actum. Ad primam quæstionem responderem causam præsumi debere in Principe. Nam in duobio quilibet præsumitur bonus. l. si verò. §. j. ff. Qui satisd. cogan. c. si fortè. de elect. in vj. & in dubio non debet

Principis lex. præsumi delictũ. l. merito. pro socio. maximè in Principe. Vnde si lex fiat à Principe, præsumitur facta cũ deliberatione, & in ea præsumitur ratio. vt docet Gaspar. Valar. Portugal. in interpretatione l. imperium. col. 42. in fin de iurisd. om. iudic. hodie, an sit verum? dicebat quidam hodie iura & rationes cessare.

Etiã causa debet præsumi rationabilis cũ ipse habeat cõsilium. l. omniũ. C. de testam c. j. de cõst. in vj. 10

Limita, quando Principis præceptum esset, contra mandatum Dei, vel contra statum vniuersalem Ecclesiæ. c. si Dominus. xj. q. iij. & c. nulli. de sentent. excommunic. Doct. in c. si quando. de rescript.

Idem, si mandatum Principis esset contra rationem naturalem, vtpote si vellet venire contra contractum suum, quem seruare debet. cap. j. de probat. Panor. & alij in cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. Ideo si feudum rectè concessum reuocare vellet, iniustè facit. c. vno, de feudo sine culpa non amittend. c. j. de forma fidel. Ias. consi. 233. præsens. ij. q vol. ij. sex limitationes scribit Felin. in ca. quæ in Ecclesiarum. nu. 60. cum seq. de constit. versic. quinta conclusio.

Sed an iusta causa dicatur voluntas Principis? glos. in l. relegati. ff. de pœn. iustam causam voluntatem Principis esse dicit. Ego verò dicerem iustam esse in his quæ tangunt Principis præiudicium, in quibus liberè potest disponere, sine alicuius præiudicio, alioqui contra. In quibus casibus nocent alicui iustè Deo Opt. Maxim. redditurus est rationem, quia Deus eos non præfecit ad destructionem, sed ad ædificationem. vt docet D. Paulus. & Ias. in l. quominus. not. 3. ff. de flumin. vnde poterit exuli commeatum & remeatum dare ex aliqua causa. d. l. relegati.

Et sic vbi requiritur expressio causæ, tunc etiam in Principe non præsumitur causa, nisi exprimatur. *Quando in Principe causa non præsumatur.* Ideo in Concilio Basiliensi in literis Papæ derogantibus electioni, requiritur vt causa exprimatur. §. decreuit. de elect. in Pragmat. vbi dicit glo. nõ præsumi nisi exprimatur. per c. vt debitus. & c. cùm causam. de appel. c. j. illo tit. in vj. facit §. j. de nomi. reg. in Cõcor. hoc expressim probat Ludouic. Rom. consil. 483. dubitatur. nu. 13. Etiam in literis iustitiæ, quæ à iudicibus comprobandæ sunt, non præsumitur causa, nisi à parte probata fuerit. c. 2. c. super literis. de rescript. l. fi. C. si contra ius, vel in literis expressa fuerit.

Nec placet quod Iason & alij dicũt hîc, Principem constitutionem facere per quatuor modos hic positos, videlicet per epistolam, & alios modos. Nam epistola non est constitutio Principis, nisi intelligatis pro rescripto, vt infrà: est tamen differentia inter interlocutionem, constitutionem, decretum, epistolam, & sententiam, & idem dicunt in contractu. Sed dicite ista prædicta esse seruanda: non tamen esse leges, vel constitutiones. Et contractus Principis est seruandus inter partes, inter quas est factus, non inter alias personas. l. Cæsar. ff. de public. nisi successor fuerit. l. cùm à matre. C. de rei vendic. & d. c. j. de probat.

Principis constitutio. Itaque Theophilus docet in d. §. sed & quod Principi, quod constitutio Principis in tria diuiditur, in epistolam, decretum, & edictum. Epistola est rescriptum Principis ad relationem magistratus, de re aliqua dubia emissum. vt per totum titulum de relatio. dixi effectus rescripti in tracta. de rescript. in 2. tomo Comm. in Const. Reg. Galli. Decretum, est sentẽtia Principis inter duas partes pronuntiata, de quarum causa ipse cognoscit, & iudic. Dicitur autem Decretum à decernẽdo, quod dispicere significat, quoniam is, vbi cum animo suo, de tota re perspexit, id quod

iustum sibi videtur pronuntiat æquè. Decretū etiam dicitur sententia magistratus, sed in hoc differunt, quod Principis decretum, & eam ipsam, & aliam similem causam, quocunque tempore ortam dirimat: magistratus autem decretum eam tantum, de qua agitur, ac interdum ne eam quidem, si intercessent appellatio, multáque, de decreti materia scripsi in tit. de conclus. Latera. concil. in verb. decretis. in Concor. Fran.

Edicto Principis ius constituitur.

Per edictum quoque Princeps ius constituit: Edictum est quicquid ex sua natura motus Princeps statuit ad honestatem, & vtilitatem subditorū. Dicitur autem edictum ab edicendo, quod prædicere significat, & obuiam ire rebus: quæ si contingant damno, dolori, & maximæ subditorum perturbationi futuræ sunt. hæc Theophilus, qui paulo inferius ait: Magistratus, vt Prætor & alij tantum per edicta iura constituebant. Sciebāt enim magistratum multis hærere, ac relinqui posse suspicionibus, vtrum amicitiæ aliquid tribuens, aut donis corruptus, aut odio incensus, ita pronuntiasset, quæ in Principem non cadunt. Et ideo tantum per edicta iura magistratus constituere permissū erat, quòd edicta res ipsas præcedāt, id est antequam negotia, & causæ existant proponi soleant, atque ita omnis sinistræ suspicionis opinio cesset. vide l. illa verba, & quæ ad eam scripsi. ff. de verb. significatione.

SVMMARIA.

1 *Noui iuris constitutio fit ob euidentem vtilitatem.*
2 *Legum mutatio quibus ex causis fieri posSit.*
3 *Leges antiquæ rudes & iniquæ, mutandæ.*
4 *Lex vim habet ex consuetudine.*

LEX II. VLPIANVS LIB. IIII. FIDEICOMMISSORVM.

IN rebus nouis constituendis euidens esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod iādiu æquum visum est.

VLpianus statuit ius nouum nō esse statuendum ad corrigendum ius antiquum, quod iamdiu visum est æquum: quia antequam istud nouum sit tantopere obseruatum, non ita æquum inuenietur, sicut antiquum, sed multæ amaritudines in eo reperientur. Ideò antequam constituatur ius nouum, recedens ab antiquo debet esset vtilitas, & non solùm vtilitas apparens, sed etiam euidens, id est, aperta &
1 manifesta, quæ videri ex inspectione legis constitutæ possit. Et vtinam Cancellarij & Consiliarij Principum ob oculos ista haberent, & non fingerent tot leges, maximè nostri Galli, quos à leuitate vix excusare possumus, vt scripsi in procem. Constit. Regia.

Gallorū leuitas in nouis legibus constituendis.

Hæc legum mutatio fit, vel imminentis belli vio-
2 lentia, aut summa quadam penuria, morbi quoque multa innouare compellunt: pestis etiam diutina, multorumque annorum incommoda & importuna tempestas, vt scribit Plato de Legib. dialo. 4. & quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas sopire debet. l. vna in princ. C. de caduc. toll.

3 Itaque cùm leges antiquæ sunt rudes & iniquæ, tunc mutādas esse censet in lib. Politic. Arist. sed rarò hanc immutationem faciendam, dicens: neque enim simile est mutare artem, atque legem. Nam lex vim habet, vt ipsi pareatur, nullam, nisi ex more: Mos au- 4
tem non fit, nisi temporis longitudine, quare faciliter mutare leges ex præsentibus in alias nouas, infirmam est facere vim legis, sed quandoque variantibus temporibus expedit iura mutare. c. non oportet. de consanguin. & immutationes esse periculosas, attestatur Galen. & interpretes. in cap. cum consuetudinis. de consuetud.

LEX III. IABOLENVS LIB. XII. ἐπιστολῶν.

BEneficium Imperatoris quod à diuina, scilicet eius indulgētia proficiscitur, quàm plenisSimè interpretari debemus.

MVlta huic legi conuenientia scripsi in tract. de rescript. in 2. tomo Comment. ad Const. Reg. quæ non repetēda duxi. maximè quia Antho. Vacca in literis humanioribus, & in iure egregius, plura hic antiqua & vtilia scripsit, additque l. vltimam. quam etiam interpretatur, ob id, quæ pulchre scribit, videnda erunt, ego his nunc contentus ero.

De statu hominum. TIT. V.

SVMMARIA.

1 *Seruus quandoque ex libera nascitur.*
2 *Illegitimus interdum progignitur ex legitimo matrimonio.*
3 *Priuatio libertatis non est apud Christianos.*
4 *Homines manus mortuæ in Francia quinā vocentur.*
5 *Duo tantùm apud Romanos ordines populi.*
6 *Apud Athenienses verò, quatuor, apud Arabes tres.*

LEX I. PAVLVS LIB. I. INSTITVTIONVM.

OMne ius quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.

Appellatio rei quid cōtineat.

HAnc diuisionem impugnat Accurs. hìc, cùm rei nomine actiones comprehendantur, sed vt plenius exprimeret, hoc Iurisc. fecisse ait: Ego verò dicerem diuisionem non esse sufficientem, nisi ista exprimerentur, quia diuisio effectum respicit, & effectus iuris consistit in personis, rebus & actionibus, ergo oportuit ea exprimere, si ius intelligere velimus. Nam rei appellatio continet etiam personas. l. j. de rerum diuisio. ergo personæ non erant exprimendæ. Nam in diuisionibus oportet exprimere omnia necessaria, nec haberi ratio debet ad generale vocabulum, sed vt fiat expresSio, quæ intelligi posSit. vt dixi in l. rei. de verb. signific. vbi scripsi, quid rei appellatione contineatur.

Item, licet de iure serui aut nascantur, aut fiant. §. serui. de iure perso. in Instit. nascuntur ex ancillis nostris, vt ibi: aliquando tamē seruus ex libera nascitur, 1
& non ex ancilla. vt l. ij. C. de libert. & eorum liber. & in cap. cum multæ. xv. q. vlt. & quandoque liber ex serua. l. cum Sillanianum. C. de his quib. vt indig.

Iaſo. in l.naturalis. ff.de præſcript.verb. & interdum
2 naſcitur illegitimus ex legitimo matrimonio. gloſſ.
ſingu.in c.miniſtri.81.diſt.tamen in hoc regno Fran-
ciæ nulli, aut ſaltem pauci ſunt ſerui, nec captiuitate,
nec natiuitate: etiã iſta priuatio libertatis apud Chri-
3 ſtianos non eſt, teſte Barto.in l.hoſtes.ff.de cap.Ioan.
de Terra rubea in tracta.contra rebelles Regum.art.
vlt.3.tractat.concluſ.17.

Nulli serui in regno Franciæ.

Sed ſi quidam capiantur in bello inter Chriſtia-
nos, ij tenetur dare pretium redemptionis, quod ran-
ſonem Galli vocant, vt docet Boër.in §.1.de conſuet.
iuris, ſtatus, perſo. & Bened. in repet.c.Raynutius.in
verbo, & vxorem.numero 824.de teſtam. Et an Rex
teneatur pro captis ſoluere illud pretiũ? ſcribit Ægid.
Bella mera conſil.22. Et redemptus pecunia, tenetur
iure pignoris donec ſoluerit, vel ſeruire tenetur.l.ab
hoſtibus. prima. C. de capti. Et ſi captus promiſerit
centum, vel alius pro eo ſoluerit, & ipſe captus mor-
tuus fuerit, an hęredes teneantur, & teneri reſpondet
text.in l.Nam & ſeruis ff de negot.geſt.& Bal.in l.li-
ber captus.in fin. C.de captiuis & ſic conſuluit Dec.
conſil.691.in facto pro hærede Marchionis de Peſca-
ra contra Principem de liberta.

4 In hoc regno Franciæ quidam hominum ſtatus
eſt, qui vulgo vocantur homines manus mortuæ de
quibus Guid.Pap.in deciſio.Delphi. q.361. de manu
mortua. Et Chaſſan.in tit. *Des mains mortes.* in con-
ſuetud.Burgun. Iſti enim non ſunt ſerui quoad cor-
pus, habent enim velle vel nolle, quod ſerui non ha-
bent, & poſſunt communiter facere, quæ alij liberi,
ſed manus eorum mortua eſt, quia de bonis eorum
diſponere non poſſunt, nec donando inter viuos, nec
cauſa mortis, nec aliàs diſpergendo; Ideò manus eo-
rum dicitur mortua in erogando, ſicut dicebamus
olim de ſeruis Latinis. §. libertinorum. de libert. in
Inſtit.& ſerui pro mortuis habentur, quod attinet ad
ius ciuile.l.quod attinet.ff.de regul.iur.Multa ſcribit
idẽ Chaſſan. in conſuetud.Burg. in hoc titu.quæ ibi
videri poterunt.Nã ego in his puto, non aliud fuiſſe,
niſi vſurpationes nobilium tyrannorum, qui ſic iſtos
pauperes ſubditos coegerunt, & per vim & nefas
contra iſtos proceſſeruot. Ideò debent ſupremæ cu-
riæ iſtis quantum poſſunt fauere, & illius iuris inſti-
tutionem videre, quam ſi domini oſtendere non poſ-
ſint, debent eos liberare, quia abuſus non præſcribi-
tur, nec vſurpatio iniqua, maximè contra pauperes,
& Eccleſias.c.j.de conſuet.

Abuſus nõ præſcribitur.

5 Itaque licet apud Romanos duo tantum ordines
populi eſſent, patritij videlicet & plebis.§.ſed & ple-
biſcitum.de iure natur.in Inſtit.Solon verò Athena-
6 rum populum in quatuor diſtinxit ordines.Nam ex
ciuibus quoſdam agricolas, alios opifices, nonnullos
ſacris deſignauit, reliquos vrbi præfecit. Arabes au-
tem illorum politiam trifariam diuiſêre, primùm ſa-
cerdotes præfecerunt quibus opifices addiderunt: ſe-
cundum agricolæ, tertium milites tenent locum. vt
docet Alexand.lib.5.Gen.c.18.

Hodie ſtatus eſt duplex hominũ, videlicet Chri-
ſtianorum & infidelium: Chriſtianorum quidam
clerici, alij laici.c.duo ſunt.xij.q.j.In Frãcia verò tri-
plex eſt hominũ ſtatus, primus eſt Eccleſiaſticorũ, ſe-
cũdus nobiliũ, tertius plebis.Et ita populi ſtatus Gal-
liæ diuiditur, & ſingulis annis in quibuſdã regioni-
bus ſolent cõuenire pro negotiis patrię, & bonũ eſſet,
ſi illic populares, id eſt, populi amantes accederent, &
ius populi tuerẽtur: ſed hodie nil niſi ius fiſci tuentur,
idq; in perniciem totius populi, & animarũ illorum.
quod declaraui in l.quod dicimus.ff.de verb. ſignifi.

In Gallia ſtatus hominũ triplex.

SVMMARIA.

1 *Iuriſperitus debet effectum legum ſcrutari.*
2 *Solæciſmus non vitiat reſcriptum.*
3 *Inſtrumenta emptionum perperam Latinis concepta verbis valent.*
4 *Omnia inſtrumenta & alij actus verbis Gallicis in regno Franciæ concipi debent.*
5 *Falſa latinitas vitiat reſcriptum de iure Canonico.*

LEX VIII. PAPINIANVS LIB. III.
QVAESTIONVM.

IMperator Titus Antoninus reſcri-
pſit, non lædi ſtatum liberorum ob
tenorem inſtrumenti malè concepti.

PEr iſtam legem dicit Bald.in l. j. C. de teſtibus, 1
iuriſperitũ curare debere de effectu legum, non
verborum. & dicit text.in c. indiguum vehementer
exiſtimo, vt verba cœleſtis oraculi reſtringuam ſub
regulis Donati.38. diſtin. Et Bal.ait leges noſtras non
ſubiacere Priſciano.in conſi.33.in 1.vol.licet quidam
iurium profeſſores hodie verba ambigua proferant,
& ita affectata, vt à ſcholaſticis intelligi vix poſsint,
Antipatrum imitantes, qui plus eloquentiæ, quàm
iuris ſcientiæ operam dederat. in l.2.ff.de orig.iur.

Et ſic, per iſtum text. non vitiatur reſcriptum per 2
ſolœciſmum, vel barbariſmum, nec malã gramma-
tica vitiat proceſſum, ſi conſtet de mente. l. ij. C. de
ſenteot.ex libel.recitand. & ibi Bal. Etiam arg.huius
text. inſtrumentum donationis malè conceptum, ſe-
cundum regulas grammaticorum, fuit à iudicibus
receptum, & ſecundum illud iudicatum.

Donationis inſtrumentũ malè conceptum, receptum.

Item, quotidie vidi iudicari ſecundum inſtrumẽta
emptionum, vel alia, quæ tamen erant per notarios 3
perperam concepta verbis Latinis: debet tamen quis
vti ſermone puro, & Latino, non affectato.l.Plantius.
ff.de auro & argento leg. Et hodie in hoc regno edita
regia conſtitutio eſt, quæ diſponit, vt Gallicis & vul- 4
garibus verbis omnia inſtrumenta, & actus conci-
piantur: quia melius eſt vti ſermone puro, & vulgari,
quàm barbaro Latino. vt plenius ſcripſi in tit. vt con-
tractus reſta. & alij omnes actus Gallicis concipian-
tur verbis. in 2.tomo Commen.ad Conſtit.reg. vbi
alia licet ibi legere. Et de iure canonico falſa latinitas 5
vitiat reſcriptum.c.ad audientiam.j.de reſcript.quod
declaraui in praxi benefi. nume. 14. & ſeq.in j.parte.
tit.opponi quæ poſ.cont.Bullam.

SVMMARIA.

1 *Parochus quis dicitur illius Eccleſiæ in qua frequentius moratur.*
2 *Vaſallus tenetur iuuare dominum feudi, à quo maius beneficium tenet.*
3 *Duo habens beneficia, in maiore tenetur reſidere.*
4 *Filius genitus in armis potentior, quàm in literis, potius armis præficiendus.*
5 *Hermaphroditus, ſi in vtroque polleat, eligere poterit quo ſexu vti velit.*
6 *Electus virilis ſexus poterit feudũ maſculinũ habere.*
7 *Item teſtis in teſtamento eſſe.* 7 *Et ſacris initiari.*
8 *Hermaphroditus præualens in ſexu virili, poteſt aduocatus eſſe, & alia virilia munera exercere.*

8 *Muliebria etiam exercens, eſt infamis.*
9 *Collegium iudicatur laicum ex maiori laicorũ numero.*

Lex x. Vlpianvs lib. I. ad Sabinvm.

Q Væritur Hermaphroditũ cui comparamus: & magis puto eius ſexus exiſtimandum, qui in eo præualet.

CErtum eſt Hermaphroditum eſſe eum, qui vtrumque habet ſexum, qui etiã Græcè *ἀνδρόγυνοι* vocantur, de his ſcribit Pulex carmina elegãtia:

Cùm mea me genitrix grauida geſtaret in aluo,
Quid pareret, fertur conſuluiſſe deos.
Mas eſt, Phœbus ait, Mars fœmina, Iunóq; neutrum,
Cúmque forem natus, Hermaphroditus eram.
Quærenti fatum, Iuno ſic ait, occidet armis,
Mars cruce, Phœbus aquis, ſors ſua quæq; fuit.
Arbor obumbrat aquas, aſcendo, decidit enſis
Quem tuleram, caſu labor & ipſe ſuper.
Pes haſit ramis, caput incidit amne, tulítque
Fœmina, mas, neutrum flumina, tela, crucem.

Hęc refert Grapal. in tract. de partibus ædiũ lib. 2. c. 5.

Potentior qualitas ſpectanda. Ex hoc text. colligit Bal. potentiorem qualitatem vincere, & ſpectandam eſſe: ſic dicit in ampliore rei quantitate. l. donum. ff. de contrahen. empt.

Idẽ in ſimilitudine potentiore. l. ij. ff. de dote præle.

Coniectura potentior. Potentior præſumptio attenditur, & coniectura. c. literas. & per totum. de præſumptionib. l. fi. ff. quod met. cauſ. ratióque potentior amplectenda eſt. l. Aemilius. vbi ſcripſi. ff. de minor.

Poſſeſſio frequentior. Sic & frequentior poſſeſſio reſpicitur. in l. maiore parte. vbi ſcripſi. ff. de verb. ſignific. Et quis dicitur
1 parochus in illa Eccleſia, in qua frequentius moratur. l. eius. §. Celſus. ff. ad municipa. l. legatis. §. ſi vnus. de leg. 3.

Obligatio plenior. Et obligatio rei plenior attenditur. in l. generaliter. ff. de fideiuſſor. Hypol. in rub. de fideiuſſo.

2 Etiam per iſtum text. dicit Bald. vaſallũ teneri iuuare dominum feudi, à quo maius tenet beneficium. facit §. illud. de prohibit. feud. aliena. per Federic.

3 Et beneficiarium duo habentem beneficia, in maiori reſidere teneri, docent Panor. & Imola in ca. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. ſed, ſi ſunt æqualia, vbi voluerit. gloſ. in c. non poteſt. de præben. in vj.

Et per iſtum text. conſului nobili, vt filium ſuum
4 vltimò genitum in armis potentiorem, quàm in literis, potius armis præficeret, &, vt beneficia relinqueret: quia, poſtquam natura eum potentiorem ad hoc fecit, ſi naturã ducem ſequatur, non errabit, vt ſcribitur in l. j. ff. de iuſti. & iure. alioqui iſti electi ad Eccleſiam contra naturam, noceat potius illi, quàm proſint, & tamẽ in alio prodeſſe poſſent: ſic videmus in multis Prælatis, quibus vtilius eſſet eos ſimplices armigeros eſſe, quàm Epiſcopos, aut Cardinales: quia nil, quæ ad eorum pertinent officium, exercent.

Allegatur etiã ab interpretibus iſte text. à maiori faciendam denominationem, qui tamẽ minimè probat, quia non dicit iudicandum Hermaphroditum ex ſexu virili, qui eſt dignior. l. j. infrà, de Senat. ſed à potẽtiore vide tamen reg. cũ limitationibus, per Gaſpa. Valac. in repe. l. imperiũ. col. 3. cum ſeq. ff. de iuriſ. om. iud. & Albert. Brunum in tract. de ſtatu excludente fœmin. quæſt. x. art. xij.

Et hoc eſſe vtile ſcribit Accurſ. vt poſſit facere ea, quæ viris, & non mulieribus permittuntur. Tamen prius videamus, quomodo iudicandus ſit Hermaphroditus, & reſpondet text. à potentiori ſexu, quia ſi ſexus fœmineus in eo præualeat, iudicabitur mulier: ſi verò potentior ſit ſexus virilis, vir dici debet. vnde Vlpia. ait: Hermaphroditum, maximè ſi in eo virilia præualebunt, poſthumum hæredẽ inſtituere poſſe. in l. ſed eſt quæſitum. in fi. ff. de liber. & poſthu. Sed ſi in 5
vtroque polleat, & quaſi æqualitas vtriuſque ſexus adſit, tunc ipſe eligere poterit, quo ſexu vti velit. vt docet Hoſti. in ſum. de teſtib. §. quis poſſit eſſe teſtis. verſic. quid de Hermaphrodito, vt refert Bal. conſil. 237. quidã magnificus. in 3. vol. Et poſtea fiet ei præceptum, vt altero inſtrumento vti non habeat ſub pœna mortis. Et ita ſolet in praxi ſeruari. *Praxis de Hermaphrodito.* Et quamuis parentes ei elegerint muliebrem ſexum, dum erat infans, tamen ipſe factus iuſtæ ætatis, poterit eligere alterum ſexum, ſi in eo potentior ſit, vel æqualis. vt docet Alberic. hîc. & Alber. Brunus in tract. de ſtatu exclu. femi. artic. xij. quæſt. x. quia non potuerunt ei parentes in hoc nocere.

Ex his ergo patet, quod ſi electus fuerit ſexus vi- 6
rilis, poterit maſculinum feudum habere, vt docet Bald. d. conſil. 237. in 3. vol. debetq́ue ei in baptiſmo imponi nomen viri. teſte Bald. in l. quoties. in fi. C. de ſuis & legitimis.

Item poterit eſſe teſtis in teſtamento, licet mulier 7
in eo teſtis eſſe nõ poſſit. l. qui teſtamento. ff. de teſta. l. repetundarum. §. fi. de teſtib. c. fi. verſ. item Hermaphroditus. iiij. q. ij. poterit etiam ſacris initiari, ſi in eo ſexus virilis longè præualeat. licet glo. dubitet in d. c. fi. verſ. itẽ. Et Ang. Claua. in ſua ſum. in verb. Hermaphroditus. honeſtius eſt tamen, vt non promoueatur.

Hermaphroditus præualens in ſexu virili, excludit fœminas. Præterea ſi ſtatutum propter maſculos excludat fœminas, excludet etiam iſte (qui in virili ſexu potentior eſt) fœminas. vt plenè docet Albert. Brunus in tracta. de ſtatu exclud. fœmi. art. xij. q. x. quia iudicatur vir hic, propter ſexum potentiorem.

Item aduocati eſſe poſſunt, & alia virilia exercere,
8 ſi in officio virili pręualeant, & eo contenti ſint: ſed ſi muliebria etiam exerceant, infames ſunt, & poſtulare prohibẽtur. c. infames. verſi. quidã prohibẽtur. 3. q. 7.

Cauſa potentior. Colligitur etiam ex hoc text. quando in vno actu duę cõcurrunt cauſę, vel qualitates, illa inſpici debet, quæ eſt potentior. c. cùm nõ ſit. vbi Panor. in 3. not. de deci. Iaſ. conſ. 74. inſtrumẽtũ. col. 2. in 3. vol. & quãdo dicatur potentior declarat Io. Crotus in l. Gallus. §. & quid ſi. col. 22. in 3. concluſ. ff. de liber. & poſthu. vnde
collegium iudicatur laicum, ſi ibi maior numerus 9
laicorum ſit, quàm clericorum, ſeu ècontra. Et vniuerſitas etiam Eccleſiaſtica ex maiori numero clericorum. Doctor. in cap. ex literis. de conſtit.

Svmmaria.

1 *Ad facti quæſtionem non reſpondet Iuriſconſultus.*
2 *Papa & Imperator conſuetudinibus non videntur velle derogare.*
3 *Iudex ſæcularis cognoſcere poteſt ſuper facto, etiam in re ſpirituali.*

Lex xvi. Vlpianvs lib. vi. Dispvtationvm.

IDem erit, ſi eadem Areſcuſa primò duos pareat, poſtea geminos edat: dicendum eſt enim nõ poſſe dici,

dici, vtrumque ingenuum nasci: sed eum qui posterior nascitur. Quæstio ergo facti potius est, non iuris.

1 Hic tractatur de quæstione facti, ad quam non respondet Iurisconsul l.eum quem.in fi.de iud. vnde si petatur quis prius fuit ingressus palatium, hoc ad præsagium magis spectat, quàm ad iurisperitum, quia facta etiam peritissimos fallunt. l.fina.ff. pro suo. Et facti interpretatio plerunque etiam prudentissimos fallit. Martiao.in l. ij. ff. de iuris & facti

Facta sunt incerta.

2 ignor. Etiam Papa & Imperator ignorant ea, quæ facti sunt, & sic consuetudines, nec illis derogare videntur, nisi eas exprimant l.omnium. C.de testa.c.j. de constit.lib.vj. & si dubitetur inter gemellos, vter natus prius fuerit, quæstio facti est: sed si constet de primogenito, & dubitetur, eò quòd est monstrosus, an iura primogenituræ habere debeat, iuris quæstio est, quã tractaui in l.quæreret. ff.de verb.signif.aliter accipitur de iure, & de facto.in l.ij.in fine. ff.si seruit.

3 vend. Et quando est quæstio super facto, etiam in re spirituali, dicit Bart. iudicem sæcularem cognoscere posse, secus si super iure. in l. Titia. col. vlt. ff. solu.ma. amplè tractat Alexan.in dispu.incipiente, Sigismundus.col.87.in vlt.q.Doct.in cle dispẽdiosam.de iud.

De his qui sui vel alieni iuris sunt.
TIT. VI.

1 *Seueritas in seruum commissa, à diis vindicata.*
2 *Coloni propter dominorum sæuitiam, possunt fugere.*
3 *Serui agri domo expulsi, libertatem accipere possunt.*
4 *Vxor, quæ maritum habet sæuum, fugiens, adulterij accusari non potest.*
5 *Baro, Comes, vel alius dominus iniustè in suos subditos sæuiens, perdit iurisdictionem.*
6 *Imò & Rex Franciæ superioritate priuatur.*
7 *Securitas subditis quando & qualiter præstanda sit.*
8 *Nobilis offendens ex subditis quenquam, securitate præstita, tanquam securitatis violator, morte punitur.*

LEX II. VLPIANVS LIB. VIII. DE OFFICIO PROCONSVLIS.

Si dominus in seruos sæuiat, vel ad impudicitiã, turpémque violationem compellat: quæ sint partes Præsidis, ex rescripto diui Pij ad Aelium Martianum Proconsulem Beticæ manifestatur: cuius rescripti verba hæc sunt: Dominorum quidem potestatem in seruos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi. Sed dominorum interest, ne auxilium contra sæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iustè deprecantur. Ideóque cognosce de querelis eorum qui ex familia Iulij Sabini ad statuam confugerunt. Et si vel durius habitos, quàm æquum est, vel infami iniuria affectos cognoueris, venire iube: ita vt in potestatem domini non reuertantur. Quod si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum seuerius executurum. Diuus etiam Adrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegauit, quòd ex leuissimis causis ancillas suas atrocissimè tractasset.

Istum textum dicit singula. Barba.in rub.de testa. col.2. ad hoc, quod potestas debet deponi ab officio propter seueritatẽ. Idem de iudice dicit Bald.hic. quamuis iste text. loquatur in seruis, quos diis esse curæ, docet Macrobius libro primo. Saturnal.cap.11. sic scribens: Anno 474. post Romam conditam Attonius quidam maximus seruum suum verberatum, patibulóque constrictum, ante spectaculi commissionem per circum egit, ob hanc causam indignatus Iupiter Annio cuidam, per quietem imperauit, vt Senatui nuntiaret, non sibi placuisse plenum crudelitatis admissum, quo dissimulãte, filium ipsius mors repentina consumpsit: ac post secundam denuntiationem ob eandem negligentiam ipse quoque in subitam corporis debilitatem solutus est: sic demum, ex consilio amicorum, lectica delatus, senatui retulit, & vix finito sermone, sine mora recuperata bona valetudine curia pedibus egressus est, &c. ibi multa alia de seruis scribit, quæ hic minimè congeram, sed ex iis probatur, non sæuiendum in seruos, si quis ministerium illorum exoptet. 1

Potestas ab officio propter seueritatem deponenda.

Et coloni ratione sæuitiæ domini fugere possunt, 2 nec tenebuntur posteà redire. l.cum satis.& ibi Bart. per illum textum. C de agric. & cens. libro vndecimo. vnde Diogenes Cynicus Manem seruum, cùm aufugisset, verberibus non affecit, sed liberum ire iussit, ac dimisit: turpe existimans Manem sine Diogene viuere posse, non autem Diogenem sine Mane. vt Laërtius in vita Diogenis scribit: Sed Cato senior asperior & durior fuit, quòd ægros seruos, velut bruta animalia senio debilitata, domo expelleret, & victum negaret, ob id libertatem accipere eos iure 3 cautum est. l.vnic.§.sed scimus. C.de Latina liberta. tollend.

Sic est in vxore, quæ maritum habet sæuum in §. quia verò plurimas.in auth. vt liceat matri & auiæ. colla.8.& §.seq. ibi: Nec tenetur redire, nisi cautione data à marito, nec accusari adulterij poterit, eò quòd fugerit. cap.literas. in fi.vbi Panormitanus de restit. 4 spolia. Ancharanus consilio 408. probata. quia verbera aliena esse debẽt ab ingenuis hominibus. l.consensu. C.de repud.glos.in cap.quemadmodum in fine, de iureiurand. Tiraquellus in tractat. de legibus connubialib. l.1.& Nenisa in Sylua nuptiali. in 4. inconuenienti. & Ioan.Lupus in repet.c. per vestras. §. 20.& in 2.not. §.1.de donat. inter vir. & vxor.

Vxor à marito propter sæuitiã fugiens.

Idem in vasallis tenet Paris de Puteo, in tractat. syndica fol.13.& in vsufructuario seruo dominus plenissimam actionem habet, vsufructuarius modicam.l.locum.§.ex eo.ff.de vsufruc.

De vasallis.

Idem in magistro erga discipulum, vt modicam tantùm habeat castigationẽ. l.sed & si quæcunque.in fin. ff.ad legem Aquiliam cum l.sequen. l.item quæritur.§.item Iulia. loca.Socin.in cap.cum contingat.

Castigatio magistri.

col.4.de foro compet.& in cap.ad audientiam.col.2. de homicid.

Pater non debet in filiumſæuire.

Idem in patre erga filium, vt non debeat eſſe ſeuerus, alioqui pater cogitur eum emãcipare,& filius ſui iuris efficitur.per §.fin.de his qui ſunt ſui vel alie. iur.vbi Angelus.facit l.ſi lenones. C.de Epiſ. audien. Cogitare enim debent parentes, quòd filij fuerunt, & filij quòd parentes efficientur.§.hæc autem.in authen.vt cum de appel.cog colla.8. facit cap.quorundam.74. diſt.idem in aliis propinquis dicit Imperator in l.vna.C.de emenda.propinquo.

Monachus delinquens per quẽ caſtigari debeat.

Monachus poteſt corrigi per ſuum Abbatem.ca. quanto.de offic. ordin. non per alium, niſi per Priorem clauſtralem, vel in negligentiam Abbatis, ſeu Prioris.dicto cap.quanto.& glo.in cap.poteſt.de reg. iur. in vj. Si tamen Abbas excedat modum, poterit monachus appellare,aliàs non.cap.ad noſtram.& ca. reprehenſibilis.in fin. de appellat.

5 Et per iſtum textum probatur Franciæ praxis,per quam ſi Baro, Comes, vel alius dominus malè tractet ſuos ſubditos,ſæuiendo in eos,perdit iuriſdictionem, & ſubditi debent eximi à poteſtate illius,etiam ſi oppreſsi non conquerantur, iudex hoc ex officio iudicare debet, & ita ſeruat venerabilis Parlamenti Franciæ Curia.vt docet Ioan. Fabri in dicto §.finali. eodem. in Inſtit. & Guido Papa in deciſio.Delphi.q. lxij.Si quis Baro.ſcripſi in ſcholaſt.priuile.95.Chaſſa. in §.6.gloſ.vlt. *des droicts & appartenances à gens mariez*. Barba.conſil.36.ſapienter.col.6.in 2.vol.

6 Imò, ſi Rex abutatur ſuo imperio, illud perdit,& ita fuit iudicatum contra Regem Franciæ,qui ſæuierat in ſuum ſubditũ nobilẽ. Nam fuit Rex priuatus ſuo imperio, & vt dicunt ſuperioritate, & ille fuit factus Rex,& quòd non recognoſceret amplius Regem, & factum fuit regnum,nunc vocatum *Roy de Tineto*.vide quod not.Alberic.in l.decernimus.C.de ſacroſanct.Eccleſ.

Item ſolent curiæ ſupremæ,ſi ſubditi conquerantur de domino, illos male tractante, & de hoc appa-
7 reat per informationes, aut aliàs, dare ſecuritatem d. ſubditis, præcipiendo ſub pœna eis,& perſonæ,& vt dicunt, *ſoubs peine de la hart* [ſub pœna capitali] ne deinceps illos malè tractare habeat. quos curia ſub protectione Regis ponet. vt docet Boer.in deciſion.Burdegal.quæſt.iij. quidam nobilis. & ſi poſtea
8 nobilis offendat quenquam, tanquam ſecuritatis violator, morte puniri ſolet,& iſta notanda ſunt.

Dominus quidã propter negligentiã exercenda iuſtitiæ mulctatus.

Etiam vidi condẽnari dominum cuiuſdam loci ad mulctã,eò quòd negligens fuerat ad præhenſionem ſuorum domeſticorum, & famulorum,qui iniuriam atrocem cuidam clerico intulerant.

LEX VI. IDEM VLPIAN. LIB. IX. AD SABINVM.

Filium eum definimus, qui ex viro & vxore eius naſcitur.Sed ſi fingamus abfuiſſe maritum (verbi gratia) per decennium, reuerſum anniculum inueniſſe in domo ſua:placet nobis Iuliani ſententia;hunc non eſſe mariti filium.Non tamen ferẽdum Iulianus ait eum, qui cum vxore ſua aſsiduè moratus, nolit filium agnoſcere, quaſi non ſuum. Sed mihi videtur (quod & Scæuola probat) ſi conſtet maritum aliquandiu cum vxore non concubuiſſe, infirmitate interueniente,vel alia cauſa, vel ſi ea valetudine paterfamilias fuit, vt generare non poſſet: hunc qui in domo natus eſt, licet vicinis ſcientibus, filium non eſſe.

Probatio filiationis.

HIc declarat Bartol. quomodo probetur filiatio, videre plenius per Bald. conſilio 74. verba. in primo volum. & conſilio 437. volumi. 5. & Lucam de Penna in l.prima.C.de dignitat.libro 12.Alexand. conſilio 51.viſo.in primo volum.& conſilio 74.viſo. 2.volum.& conſilio 25.in cauſa.in 4.lib. & 57.circa. in 5. & 88. omiſsis. in 7. volumin. Barba.conſilio 27. ſcripſit. in 1.volum.& conſilio 3.illud.col.3. & conſilio 44.Deum.col.7.in 3.volum.& conſilio 68. omnipotẽtem.in 4.volum.Deciũ conſil.54. & conſil. 272. & 595.ac Hypoli.in rub.de proba.ſol.4.col.2. Antho. à Sardis in tractat.de legitima.§.de filiationis probatione.in 2.volum.tractat Alciat.in tractatu præſumptio.ſol.517.Bened.in repet.cap.Raynutius.in verbo, quæ filium.de teſtamen.Boër.in deciſione Burdegal. quæſt. 199. vbi plenè videre poteritis de probatione filiationis.& per Doctor.in c.per tuas de probat.

LEX VIII. IDEM VLP. LIB. XXVI. AD SABINVM.

PAtre furioſo,liberi nihilominus in ſui patris poteſtate ſunt. Idem & in omnibus eſt parentibus,qui habent liberos in poteſtate.Nam cùm ius poteſtatis moribus ſit receptum, nec poſſit deſinere quis habere in poteſtate,niſi exierint liberi, quibus caſibus ſolent; nequaquam dubitandum eſt remanere eos in poteſtate,&c.

Multa tenent facta, quæ fieri prohibentur.

ALlegatur, quod multa tenent facta, quæ fieri prohibentur, & hæc allegatio eſt valde generalis, ad omnes ferè caſus. Nam cæcus & mutus iudex eſſe non poteſt, tamen ſi poſtea talis factus ſit, non deſiit eſſe iudex. l. cum prætor. & l.cæcus. ff. de iud.Spec.in ti.de alleg.§.poſt hoc.verſi.vel illud ius. & Ioan.And.in additi.ad eum.in titu.de inquiſitio.§. viſo. verſic.quod ſi contra. & Roma.conſil. 215. duo ſunt.Iaſ.in repetit. l.admonendi. col.7. num.12.ff.de iureiurand. & hìc. multa quoque adducit Decius in l.in ambiguis. §.1.de reg.iur. & Catellia. Cotta in 2. parte memora.in verbo,turpitudinem.& Hypolitus in practi.ſua.in §.ſequitur.nu.11. & rub.de fideiuſſor. q. 42. & ad centum caſus poſſet trahi hæc deciſio, quæ ex allegationibus prædictis colligi facilè poterunt, & ex aliis, maximè ex Iaſo.qui hìc multa ſcribit, quæ videntur ſufficere, ne materiam facilem extendam, licet profitendo alia ſcholaſticis meis protulerim.

De Adoptionibus, & emancipationibus, & aliis modis, quibus patria potestas soluitur. Tit. VII.

ADOPTIONES in Francia rarò fiũt, quia singuli generant, vel aliquos habent consanguineos: vidi tamen in ciuitate Parisiensi, aliquos mercatores filiis carentes, accipere pauperes filios ex hospitali S. Spiritus, quos alebãt, & adoptabant: & hoc Edictum est prohibitorium, videlicet vt certi tantùm sint prohibiti adoptare, & adoptari. Nã spurium pater adoptare non potest, ne per hanc adoptionem patri succedat. l. lege. C. de natur. liber. Et hoc est singulare, secundum Ludouic. Rom. sing. 621. an naturalis. Et quamuis Panor. in c. debitũ. ij. no. de baptismo, dicat in baptismo leuantem debere præcedere leuatum, in tempore decẽ & octo annorum. per §. minorem. de adoptio. in Inst. hoc tamen non seruatur. Nam vidi sæpius pueros octo, vel decẽ annorum leuare alios pueros in baptismo, & ille §. minorem, tantùm procedit in adoptione, quæ à tempore Moysi inuẽta fuit. Moyses enim à filia Pharaonis adoptatus fuit. vt patet Exod. 2. c. Et eam Christus in passione exercuit; dicens, Mulier ecce filius tuus: deinde dixit discipulo, ecce mater tua: & ex illa hora accepit eam discipulus in suam. &c. vide glos. in summa. xxx. q. iij

Spurius adoptari non potest.

Moyses adoptatus.

Lex II. Caius lib. I. Institutionum.

GEneralis enim adoptio duobus modis fit; aut Principis authoritate, aut magistratus imperio. Principis authoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt; quæ species adoptionis dicitur arrogatio: quia & is qui adoptat, rogatur (id est interrogatur) an velit eum quẽ adoptaturus sit, iustum sibi filium esse: & is qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur, &c.

Arrogatio qualiter fiat.

CAius scribit arrogationem dici, quando adoptatur is, qui sui iuris est, quia & is qui adoptat, rogatur, &c. licèt Aulus Gellius lib. 5. Noct. Atti. c. 19. velit arrogationem dici, quia per populi rogationem fiebat, quod non negat Caius: sed quia rogabatur etiam filius, an iustus filius esse vellet adoptanti; & pater, an iustus pater filio adoptato. l. in adoptionib. infrà. Ideò vtraque sententia sustineri potest, licèt aliter dicat Alciat. in libr. 9. Parerg. c. 5. ibi, liberum est cuique videre, & formam arrogationis scribit Cotta in ij. parte memora. in verb. arrogationis formam, quam à Gellio habuit, vbi suprà.

Arrogatio non potest concedi à Cancellaria.

Et quia arrogatio fit Principis authoritate, vidi dubitari an possit concedi à Cancellaria, quę in quolibet Parlamento locatur, & non posse, conclusũ fuit, cùm de maximo agatur præiudicio, & Princeps sibi reseruauit: ideo alius non potest permittere, etiam comes Palatinus, nisi illi expressè concessum fuerit, vt docet Bal. in l. pen. §. fin. C. eo. & Bened. in c. Raynutius. in verb. & vxorem. num. 727. de testa. & Corn. consil. 200. videtur in j. vol.

SUMMARIA.

1 *Singula officia singulis committenda.*
2 *Duo officia inuicem non repugnantia quis obtinere potest.*
3 *In actibus contentiosæ iurisdictionis non potest quis fungi persona duorum.*
4 *Quatuor personæ in iudicio necessariæ.*

Lex III. Paul. lib. IIII. ad Sabinum.

SI Consul, vel Præses filiusfamilias sit: posse eum apud semetipsum, vel emancipari, vel in adoptionem dari constat.

REgula est, quod singula officia, singulis sunt
committenda, ne, dum quis ad vtrumque 1
festinat, neutrum bene peragat. l. finali. C. de assesso. tex. in c. singula. 89. dist. Panorm. & alij in c. ex literis. de probat. & l. comperimus. de proxi. sacro. scri. lib. 12. l. his quidem. Qui milita. poss. vel non. & l. fin. de except. eod. libr. sic in beneficiis abundè scripsi in Praxi benefic. in ij. parte. tit. de dispensat. ad plura benefic. Nec probat iste text. quod, vbi duo officia non sunt repugnantia, vnus non possit subire vicem duorum. quia hîc Cõsul potest adoptari, vel emancipari à patre suo apud se, & authoritas consularis sua sufficit ad authoritatem præstandam, sed non sunt duo officia in hoc text. sed filius adoptatus, &
prætor erat vel magistratus alius. Verùm in l. lecta. ff.
si cert. peta. interpretes dicunt, quem officia duo ob- 2
tinere posse, quando vtrisque deseruire valet, & non sunt inuicem repugnantia. glos. & Docto. in c. si episcopus. de supplend. negli. prælat. Lucas de Penna in l. omnes. col. xiij. C. de decurio. lib. 12. & in l. prima. de primicerio, lib. 12. & Doct. in l. ille à quo. §. tempestiuum. ad Trebel. Felin. & alij, in c. cum olim. in princ. de re iudic. dicam in l si de offic. prætor.

Notandum hic censeo, in actibus voluntariæ iurisdictionis regulariter quem posse fungi vice duorum. vnde Prætor dari in adoptionem à patre suo poterit apud se, & emancipari. l. ij. infra. de offi. prætor. Sed in
his quæ sunt contentiosæ iurisdictionis non fungitur 3
persona duorum, vnde prætor, si tutorem dare non potest, nec iudicem. l fin. ff. de offic. prætor.

Ratio est, quia in iudicio quatuor personas esse necessarias Papa testatur, videlicet iudices electos, accusatores idoneos, defensores congruos, atque testes legitimos. c. 1. in iiij. q. iiij. quod non esset, si iudex se daret tutorem. Sed in iurisdictione voluntaria tot personę non sunt necessariæ, sed sufficit quem emancipari coram magistratu, vel in adoptionem dari, etiam si magistratus sit in transitu. l. non est. & l. an apud. ff. de ma. vind.

Et quando pater emancipat filium suum Procõsulem, vel Prætorẽ, ibi est filius, ibi est & Prætor, qui & filius est, ideò valebit adoptio, quia solemnitas legis impletur. vt dicam in l. fin. inf. de offi. prætor.

Lex XVIII. Marcellus lib. XXVI. Digestorum.

NOn enim aliter voluntati eius qui arrogare pupillum volet (etiam si causam eius ob alia probabit) sub-

ſcribendum erit, quàm ſi cauerit ſeruo publico ſe reſtiruturũ ea, quæ ex bonis eius conſecutus fuerit, illis ad quos res peruentura eſſet, ſi arrogatus permanſiſſet in ſuo ſtatu.

CAuerit.] Iſtam arrogatoris cautionẽ pulchre explicat Specul. in tit. de pignor. & cautio. §. ij. verſ. arrogator quoque. vbi ponit formam petendi bona arrogati, & quartam arrogantis.

LEX XXII. VLPIANVS LIB. XXVI. AD SABINVM.

SI arrogator deceſſerit impubere relicto filio adoptiuo, & mox impubes decedat: an hæredes arrogatoris teneantur? Et dicendum eſt hæredes quoq; reſtituturos & bona arrogati, & præterea quartam partẽ. Sed an impuberi arrogator ſubſtituere poſsit quæritur? Et puto non admitti ſubſtitutionem, niſi fortè ad quartam ſolam, quam ex bonis eius conſequitur: & hactenus, vt ei vſque ad pubertatem ſubſtituat. Cæterum ſi fidei eius committit, vt quandoque reſtituat non oportet admitti fideicommiſſum: quia hoc nõ iudicio eius ad eum peruenit, ſed principali prouidentia. Hæc autem omnia dicenda ſunt, ſiue in locum filij, ſiue in locũ nepotis aliquis impuberem arrogauerit.

De arrogatorum ſucceſsione.

QVomodo arrogati ſuccedant, docet Nicol. de Vbal. in tractat. de ſucceſſ. ab inteſtat. in 5. ſpecie liberorum. & Iohan. de Ana. in Conſil. 27. Bened. in repetitio. c. Raynutius. in verb. & vxorem. de teſtam. & an adoptio, vel arrogatio in præiudicium matris, vel aliorũ ab inteſtato ſuccedentium valeat, ſcribit Corn. conſ. 34. in hoc 1. vol. & deciſ. conſil. 399. Concluſionem. multa docet Iaſ. de quibus quis contentus eſſe poteſt, in hac lege.

LEX XXXI. MARTIANVS LIB. V. REGVLARVM.

NOn poteſt filius qui in poteſtate patris eſt, vllo modo compellere eum ne ſit in poteſtate: ſiue naturalis, ſiue adoptiuus ſit.

COgere patrem filius non poteſt, vt eum emancipet, niſi in caſibus in gloſ. conſcriptis. & quãdo promiſiſſet quis pecuniam patri ea cauſa. l. verum. ff. de verb. oblig. Socin. in tractat. fallen. regula 286. patet in vxore. vidi etiam iſtum text. procedere. Nã cum Galli ſuas habeant vxores in poteſtate, etiam ex conſuetudine, eas emancipare non coguntur: hoc vidi euenire in vna muliere, quæ à Rege multa munera acceperat, & volebat cogere maritum ad eam emancipandum, vt ipſe non haberet poſtea dimidiam conquæſtuum partem: ſed fuit reiecta, & ſic ſemper reiicienda, niſi induceret eam vir ad peccandum. l. ſi lenones. C. de epiſc. audi. Bened. in cap. Raynutius. in verb. cuidam Petro. num. 62. de teſtament. refert ſe vidiſſe comburi maritum, qui leno vxoris & filiæ fuerat: ſed nunc, fortè, plures comburerentur, vide Specul. in titul. de adulter. verſ. fin. & ibi Ioha. Andr. in addit.

Galli non coguntur ſuas vxores emancipare.

SVMMARIA.

1 *Nemo poteſt partim legitimus eſſe, partim illegitimus.*

Nec partim teſtatus, partim inteſtatus. Ibid.

2 *Qui partem indiuidui perficit, nihil perfeciſſe cenſetur.*

LEX XXXIIII. PAVLVS LIB. XI. QVAESTIONVM.

QVæſitum eſt: Si tibi filius in adoptionem hac lege ſit datus, vt (poſt triennium puta) eundem mihi in adoptionem des, an actio vlla ſit: & Labeo putat nullá eſſe actioné: nec enim moribus noſtris conuenit, filium temporalẽ habere.

Nemo pro parte poteſt liber eſſe, & pro parte ſeruus.

RIdiculum admodum eſſet quem pro parte liberum eſſe, & pro parte ſeruum. l. duobus. & l. ſi pariter. in fin. ff. de liberal. cauſa. Nec poteſt filius quoad quædam in poteſtate eſſe, & quoad alia, non. l. j. §. in filij. ff. ad Trebel. niſi ex iuſta cauſa, & per fi-
ctionem. Doct. in l. qui in poteſtate. ff. de teſta. nec po- 1
teſt quis eſſe partim legitimus, partim illegitimus. c.
cum inhibitio. vbi glo. de clandeſt. deſponſ. pulchre
Curtius ſenior conſil. 74. ſuper. nu. 33. nec partim te-
ſtatus, nec partim inteſtatus. l. ius noſtrum. ff. de reg.
iur. quia ſtatus hominis eſt indiuiduus, & qui partẽ 2
indiuidui facit, nil facere cenſetur. l. ij. ff. de verb. obl. l. furioſa. C. qui teſtam. facere poſſunt. Tamen per fictionem induci poteſt. l. ij. & ſeq. ff. ad Maced. Doct. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. & in l. j. §. hoc autem. ad Trebel. vbi alia videri poterunt.

LEX XXXIX. VLPIANVS LIB. III. DE OFFICIO PROCONSVLIS.

NAm ita diuus Marcus Eutichiano reſcripſit, quod deſideras an impetrare debeas, æſtimabunt iudices, adhibitis etiam iis, qui contradicerent, id eſt, qui læderentur confirmatione adoptionis.

Praxis pro Regiis literis comprobandis.

NOt. eſt iſte text. pro literis Regiis comprobandis. vt, ſi quis literas à Rege impetrauerit iudici directas, iudex debeat vocare partem, quam audire debet, & eius contradictionem: quæ ſi iuſta eſt, repellet impetrãtem ab effectu literarum, alioqui illas comprobabit. vt plenè de his ſcripſi in tractat. de reſcript. in præf. q. vlt. in 2. tomo Comment. ad Conſti. Reg. Gallic.

LEX XLV. PAVLVS LIB. III. AD LEG. IVLIAM ET PAPIAM.

ONera eius, qui in adoptionẽ datus est, ad patrem adoptiuum transferuntur.

Pater ad qua teneatur in filio instituẽdo.

ALlegatur ista lex quod filiorum onus spectet ad patrem, vt eos instruat in bonis moribus, & artem, aut scientiam eos doceat. Scripsi abundè in scholast.priuileg.53.patrem posse cogi, vt filio ministret expensas studere volenti.per l.de bonis.§.non solum. ff.de Carbo.edict.l. Macedoniani.C.ad Macedo.sed in qua scientia? pro ingenij scholastici qualitate, & bonorum patris quantitate: vt ibi abundè scripsi. Vide quatuordecim onera, quæ congerit Ioã. And.in add.ad Specul.in tit.qui filij sint leg. quæ pater pro filio subit. Attamen sexcenta alia numerarem, si filios habuissem, sed nunc mihi, tanquam inexperto, fortè non daretur fides, patribus ergo relinquo alia onera.

Sententia Aristotelis de pueris, iuuenibus, filiis & patribus.

Aristot. optimam de iuuenibus, filiis & patribus sententiam proferebat, vt sequitur: præterea singularum ætatũ curam habendam esse censebat: ita vt pueri quidem in literis, aliísque disciplinis exercerentur: iuuenes ciuitatis morum, atque legum diligenter essent studiosi, viri actionibus, publicísque muneribus incumberẽt: senes autem in meditationibus, iudiciis, & consiliis versarentur. Summam verò scientiam esse iudicabant in hoc sitam, vt pueri non haberent mores infantium: neque puerile iuuenes, neque viri iuuenile retinerent ingenium: nec denique senes desipiscerent. Adhæc assuescendum aiebat, vt statim à puero alimenta certo ordine, modóque sumerentur, docentes ordinem atque modum, vbiq; decorem & vtilitatem afferre: contraria verò vt turpia, sic noxia esse.

De rerum diuisione & qualitate.

TIT. VIII.

SVMMARIA.

1 *Homines de vniuersitate iuribus vniuersitatis renunciare non possunt, & quare.*
2 *Singuli ciues possunt in causa vniuersitatis deponere.*
3 & 4 *Restringatur.*

LEX VI. IN TANTVM.

SVniuersitatis sunt, non singulorum, veluti quæ in ciuitatibus sunt theatra, & stadia, & his similia, & si qua alia communia sunt ciuitatum. Ideóque nec seruus communis ciuitatis, singulorúmque pro parte intelligitur, sed vniuersitatis.

COlligitur res vniuersitatis non esse singulorum, & ideò res ciuitatis, collegij & ecclesiæ non debent in singulos diuidi, cùm singulorum non sint, vnde consuluit Ias.consi.140. communitas. in 4.vol. homines de vniuersitate nõ posse renuntiare iuribus vniuersitatis, quia non sunt apud homines, sed penes vniuersitatem, nisi collegium dissolueretur. vt docui in l.Meratius. ff.de verb.signific.

Procurator vniuersitatis, quo modo, constituatur.

Item, procurator vniuersitatis non est procurator singulorum. l.ij. & iij. ff. quod cuiusque vniuersitat. nor. Ideo oportet, quod singuli, si litigare velint, constituant procuratorem, quia vniuersitatis procurator non posset, sine speciali mãdato, singulos defendere, licet vniuersos. sic. Felin. & Doct. in c.cam te.de rescr.

2 Ideo infert Bart. quòd singuli ciues poterunt deponere in causa vniuersitatis, quia non est singulorũ, & sic non deponunt in causa propriã. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff.de in ius voc. quando est causa vniuersitatis, quantum ad vtilitatem, nomen, & commodum. vt in l.j.§.seruus municipum.ff. de quæstio. l.statuas.de acquirend.rerum domin.l.ij.§.primo. ne quid in loco publ. fiat.

3 Limitatur, nisi singuli de collegio, vel vniuersitate, aut ciuitate haberent aliquod commodum ex illa causa. vtpote, si agebatur de fonte, pascuis, molendinis, nemoribus, in quibus ciues vsum haberent, quia hoc casu repellerentur, sicut in causa propria. Bart. hic.per l.omnibus. C.de testib. Bald.consil.168. casus homines.in 2.vol.& consi.443.quæstio. in 5.vol.

4 Idem, si magna tenerentur affectione ratione honoris, iurisdictionis, vel alterius rei ipsis valde accommodæ: vel, si aliquod subirent damnum, vtpote in impositione collectæ, quæ grauior postea erat. l.j. §.eius.ff.quod cuiusque vniuers.no. Bald.& alij in c. insuper. de testib.l.prima.& seq.de anno. ciuilib. lib. xj.l.prima.de frumen.vrb.Cõstan.ibid. l.ciuitatibus. de leg.j.Lucas de Pẽna in l.in filiis.co.ij. C.de decur. lib.x. Bald.sic consuluit consil. 391. apparet in j.vol. & consi.420.verba Principis.ibidem. Alexan.consil. 99. visis. num. 8. in 5.vol. Socin. quoque consil.194. subtiliter. col.5.in 2.vol.& Carol. Ruinus consil.139. circa.num.19.& seq.in j.vol. & hoc residet in arbitrio iudicis, ex coniecturis, & ex qualitate testium, & causæ: vt docet Mathe.de Afflict. in decis. Neapolit. quæst.400.nobilis. Plenè Felin. & Decius in dicto c. insuper.& Hypolit.in d. l.j. de quæstio. post Ias. in d. l.sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocand.

SVMMARIA.

1 *Pœna militis transcendentis vallum, post ducis prohibitionem.*
2 & 3 *Volens quid perpetrans, & in actu deprehensus, quamuis non perfecerit, quomodo puniendus sit.*

LEX XI. POMPONIVS LIB. II. EX VARIIS LECTIONIBVS.

SI quis violauerit muros, capite puniatur: sicuti si quis transcẽdet scalis admotis, vel alia qualibet ratione. Nam ciues Romanos aliã, quàm per portas egredi non licet: cùm illud hostile & abominandum sit. Nam & frater Romuli Remus ob id occisus traditur, quòd muros transcendere voluerit.

Pœna trãscendentis muros.

QVa pœna puniatur, transcendens muros hodie, scripsi in l.quantum, quæ aliàs incipit, paries.ff.
de verb.signifi. non puniri capite, nisi belli tempore,
& post prohibitionem. Et idem in milite, qui vallum 1
transcendit post ducis prohibitionem factam, vt capite

pite plecti debeat.l.iij.§.in bello.ff de re milit.Bened. in reper. cap.Raynutius.in verbo, in eodem. primo. numero 161. de testam. & Boët.in decisio.Burdegal. quæst.151.transcendens. glo.exponit,voluerit,id est, voluntariè transcenderit. vnde Bart. hanc dicit glos. not.ad statuta punientia illum,qui voluerit corrumpere. vt sic debeat intelligi, id est, voluntariè corruperit,quod reprobat Decius in l.non vult hæres esse, qui ad alium transferre voluerit hæreditatem. ff. de reg.iur. dicens esse contra proprietatem verborum, quia voluntas ab ipso facto separata est. l. promissor Stichi. §.j.ff.de constit. pecu.cap.j. de eo qui mitti.in possess.sed posse istam expositionē tolerari aliquando propter materiam subiectam asserit, vt hic propter verbum,violauerit,quod factum designat. Tamen ista expositio etiā hic non videtur conueniens.Nam violare dicuntur, etiam qui transcendunt. vt dicit text. si in ipso actu reperiantur, & Imperator ait: si
2 quis non dicam rapere, sed attentare ausus fuerit. & sic sufficit attentatum, & voluntas, sine actus perfectione. Idem scribit text.in l.ij.ibi, contra legem hanc venire tentauerit. & l.fi.C.de his qui ad Eccles.confugiunt. & vbi iura puniant volentem facere, intelligi debent, quando in actu fuit deprehensus, & non perfecit, alioqui post factum crimen non posset puniri tanquam volens facere, vt, si quis voluerit fugere ad hostes,iam puniri potest,si in ipso actu deprehendatur. & ita loquitur Modestin.in l.iij. §.is qui. & versic. & is. ff. de re militari. quicquid ibi scribat Accurs.& in l.j.ff.de leg.1.l.fin.ff.de testib.

Malum venenum faciens, vendēs,vel habens, causa necandi hominis.

3 Item,si quis necandi hominis causa malum venenum fecerit,vel vēdiderit,vel habuerit,capite plecti. l.iij.ff.de sic.l.j.de parricid. Et tamē non dedit,& sic substinetur doctri. Bar.hic,quod si quis voluerit venenare,& ad aliquem actū processerit,licet non perfecerit,punietur,quicquid dicat Frāc.Cremen. sing. 49.defensani.Barb.consil.21.præclarè.col.3.in 2.vol.

Voluntas quando spectanda sit.

Vnde Diuus Adrianus in hæc verba rescripsit: *In maleficiis voluntas spectatur. non exitus, & nihil interest vtrum occidat quis, an causam mortis præbeat.* l. Diuus.cum l.seq.ff.de sic. facit quod scribit Pompo. his verbis, l *quod si ab initio. cum deponerem, vti tibi si voles. permisero,creditam non esse,antequam mota sit.* ff.si certum peta.ergo sufficit motam esse pecuniam, licet vsus adhuc ea non fuerit, nec eam consumpserit.vt probat l fin.C.de codicil.ibi: Si quis agere voluerit, id est, agere inchoauerit: non autem requiritur, quod perfecerit vsque ad finem causæ, sed tantum, vt voluntas ad actum deducta sit. Nec obest l. cogitationis pœnam nemo meretur.ff.de pœnis.quæ intelligi debet de nuda cogitatione, & volūtate,non deducta ad aliquod factum. vt docet Accursius in l. præsenti. C.de his qui ad Eccles.confu. dicam in l.j. infra quod quisq; iur.facit l.si constituerit. C.finium regund.l.fin. §.sic autem. ff.de bonis eorum qui ante sententiam mort.sibi consciuer.

Et sic erit differentia inter hæc verba, voluerit, tentauerit, affectauerit, & verba, fecerit, perfecerit, compleuerit: vt in his requiratur perfectus actus, in aliis actus incœptus, per quem declaretur voluntas, nec valet expositio, voluerit, id est, voluntariè fecerit,quia si fecisset coactè,non teneretur, & tamen voluit facere. l. si metu. ff.quod met. causa. Nec videtur hæc expositio congruens esse, quicquid Doctor.dicant.

De Senatoribus. Tit. ix.

SVMMARIA.

1 *Senatorum origo.*
2 *Senatores dicti,ab ætate senili.*
3 *Senatores mille à Cæsare creati,à vulgo abortiui nominati,& quare.*
4 *Senatoribus summa potestas iudicandi à Regibus data,sine appellationibus.*
5 *Legem generalem nemo præter Principem post legem regiam ferre potuit.*
6 *Senatus nihil ex placito iudicare potest.*

ORigo Senatorum, à Romulo initium, teste Fenestella, cœpit: quos, ob honorem patres, & progenies eorum patricios,vel (vt ait Plutarchus in Romulo) patres dictos, quòd, hi solum creari possent, & quia paterno officio oportet eos causam populi in suam curam, & fidē suscipere, 1

Senatores vnde dicti sunt patres.

& beneuolo amicóque animo in eos esse. Ob ætatem 2
verò senilem Senatores dicti sunt, vt Liuius author est libro primo ab vrbe condita. Et hi ab ipso creati Romulo fuerunt centum, qui summam potestatem id temporis habuerunt, vt ne quidem liceret,inconsulto senatu aliquid moliri. Deinde Tarquinius Priscus, Romanorum Rex, centum eum pari potestate addidit. Verum Tarquinius superbus celebriorem Senatus partem morte, & exilio destruxit, vnde Senatus valde diminutus fuit. Sed exactis Regibus à Bruto primo: Consule,seu à Publicola ad pristinam maiestatem restitutus fuit Senatus. Quos enim ætate graues, spectatæque probitatis, fidei, ac doctrinæ videbant,senatui tanquam grauissimo,sanctissimóque consilio adscribebant.

Postea ingruente imperio, Cæsar (vt Suetonius 3
ait) vltra mille, per gratiam, & præmium (inconditam certè & deformem turbam) creauit: quos, quia iuuenes & indignos elegerat,abortiuos vulgus vocabat. Sed deinde Augustus in pristinum modum & splendorem restituit. Et Vespasianus remotis indignissimis, amplissimum ordinem restaurauit. Alexander, etiam Mammæ,ac Antoninus Philosophus, aliíque docti & boni Imperatores, maximis honoribus hos affecerunt, & plurimi, ex ipsis Pontificibus, creati Senatores fuerunt.

At cùm isti tantùm in vrbe ante imperium creati fuissent, vt Liuius ait,in illa habiti in magno honore fuerunt, & à Censoribus, vel ex numero Aedilium, & Quæstorum, Equestríque ordine legebantur. Tamen progrediente imperio, extra vrbem in prouinciis, limitibúsque Romanis creati etiam quidam fuêre: qui partim in iudiciis assidebant, partim verò vias,pontes, & aquæ ductus curabant. Et in negotiis ordinis cognoscendis, vt hodie apud Parisienses Commissarij, arbitrij: vel à præfecto Prætorio, vel à Præside necnon Augusto itidem dabantur,vt Cæsar scribit libro 3. & Cornelius Tacitus libro 12. augustæ historiæ, & Capitolinus in historia Pij Cæsaris, ac Lazius, in lib.de repub.Romana libro 1.ca.12. quo ventum est, vt plurimum detractum sit eorum dignitati.

Senatores etiam extra vrbem creati.

Verum enimuerò, cùm lege Regia translatum sit omne

Imperium quando in Cæsarem translatum sit.

omne imperium in Cæſarem.l.j.ſuprà de Conſtitut. Princip.valde diminuta eſt poteſtas ſenatus:nec illis poſteà ab Imperatoribus tanta,quãta ante imperium erat, conceſſa fuit. Nam conſtituto Principe datum eſt ei ius, vt quod conſtituiſſet ratum eſſet.l.ij.§.nouiſsimè.ff.de orig.iuris.

4 Deinde Reges & Principes,qui èos in ſuis reguis & terris crearunt,iudicandi ſummam poteſtatem eis dederunt ſine appellationibus. l. j. ff. à quibus appel. non licet. Supplicandi tamen ab illorum decretis, dederunt ad ipſum Principem poteſtatem. authent. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imperat.offer. de qua multa ſcripſi in tract.de ſupplicatio.in 1.tomo Comment.in Conſtit.Regiis.

Ex quibus dignoſcitur diſtinguenda eſſe tempora,ſi velimus ſcripta conciliare.cap.ſi peccauerit.ij.q.j. nempe ante imperium, Senatuſconſulti faciendi apud eos poteſtas erat, & quicquid conſtituiſſet, pro lege obſeruabatur. l.ij.§.deinde quia.ff.de orig.iuris. §.Senatuſconſultum.de iure nat.gent.& ciuil.in Inſt. & l. non ambigitur eo tempore ſenatum ius facere potuiſſe. ſuprà. de legib. Et hodie quoque Venetorum ſenatus retinuit ſibi ſupremam poteſtatẽ illam.

5 Poſt legem verò Regiam latam, nulli extra Principem permiſſum fuit legem ferre generalem. l.finali. C.de legib.

Edicta ſenatorum. Verùm, quia ſumma iudicandi poteſtas ex legibus data ſenatui eſt, ob id edicta poteſtatem eorum concernentia facere poſſunt,non quidem generalia, ſed quæ ſeruari poſsint in eorum iuriſdictione,quandiu à Principe reuocata non erunt.

6 Et ſic apparet quantum fallantur, hi qui iudicia illorũ,ſeu decreta,ac, vt dicimus areſta eorũ,placita vocant: cùm debeant iudicare ex legibus, & non ex placito, & ita iurant iudicare. Et ſi contrarium facerent, vltra poteſtatem eis datam iudicarent, & ſic nulla eſſent illorum iudicia: ſed ex bono & æquo ſtatuere, temporis, loci, perſonarumque conditione conſyderata poſſunt. vt l. ij. ff. de re iud. Et declarat Budæ. in Annotation. in Pandect.l.j.de iuſti.& iure. & aliud eſt ſic iudicare, quàm liberè, vt Principes. Nam ſi ſenatui daretur liberum iudicium, ſine legibus, ipſi omnes leges, & conſtitutiones tollere poſſent,quod tamen eis non eſt liberum.

Senatores curiarũ regni nõ ſunt comparãdi ſenatoribus Romanis. Ex his ergo conſtat Senatum,vel ſenatores curiarum regni non eſſe comparandos ſenatui, vel ſenatoribus Romanis.Nã multa adempta ſunt noſtro Senatui,quæ conceſſa erant id tẽporis Rom.Senatui,& certa quidem data eſt illis poteſtas.Quare toto cœlo errare videntur, qui officia antiquorum cum noſtris plenè comparare volunt, quoad quædam tamen comparatio fieri poterit, ſed non per omnia, & cum his poterunt conciliari multa iura,quæ inſpecto tempore ante imperium procedebãt.Alia verò tempore imperij,etiam tempore naſcentis imperij multa,quæ inclinante imperio,aboleta fuerunt.Et nunc alia ſeruantur, quæ olim introducta non fuerunt. Et iſta ferè in omnibus æquiparationibus officiorum ſeruari poterunt,& inſpici,ſi quis rectè iudicare velit,& leges conciliare.

SVMMARIA.

1 *Fœminæ conſulares, non dicuntur matres Conſulum: tamen vxorum priuilegiis gaudent in expenſis Conſularibus.*

2 *Mater Regis, non poteſt dici Regina.*

3 *Conſularis ætas erat quadrageſimus tertius annus.*

4 *Electus ex equeſtri vel plebeio ordine in ſenatum, ius ſenatorium non transferebat ad filios.*

5 *Generalis ſermo non comprehendit perſonam eius qui loquitur.*

6 *Reſtringitur.*

LEX I. VLPIANVS LIB. LXII. AD EDICTVM.

CONſulari feminæ, vtique conſularem virum præferendum nemo ambigit, ſed vir præfectorius an conſulari feminæ præferatur, videndum. & puttem præferri: quia maior dignitas eſt in ſexu virili: Conſulares autem feminas dicimus Conſularium vxores. adicit Saturninus, etiã matres, quod nec vſquam relatum eſt, nec vnquam receptum.

IN principio docet Vlpia. Conſularem virum fœminæ conſulari præferendum eſſe: ſed dubium erat, an vir præfectorius fœminæ conſulari præferatur? videbatur mulierem anteferendam, quia maior eſt dignitas Conſulis, quàm Pręfecti.tamen Vlpian. hîc concludit virum præfectorium etiam eſſe præferendum,quia maior eſt dignitas in ſexu virili.

Dubitaret quis ſuper verbo, conſulari, quis dicatur conſularis? Reſpondeo, fœminas conſulares dicimus conſularium vxores, non autem matres, vt 1
Saturninus ait, tamen matres conſulum gaudẽt priuilegiis vxorum in expenſis conſularibus. vt declarat Iuſtinia. in §.ſi autem.& §.matres.in auth.de conſul. colla.4.non tamen mater conſulis dicitur conſularis, 2
nec mater Regis Regina.

Conſulares etiam dicuntur illi,qui Cõſulis officio functi ſunt.l.iij.in fi.ff.de arbit. vnde Cicero epiſtola 85.ait: Conſules egregios habemus, ſed turpiſsimos Conſulares.Etiam dicitur conſularis prouincia,quæ conſuli commendabatur,vel conſularis,quaſi conſiliaris, quòd conſilio Senatus, & non ex beneplacito Principis,hi ſuas dignitates aſſumebãt. vt dicit Petr. Cottereau in ſuo ſchedulari magiſt.de præf.prætor. per l.primam.C.de offic.præf.prætor. Aphri.vide ſi poſsit dici conſularis, quaſi conſiliaris, quòd conſilio eos,qui ad eas mittebantur, Reges committebant.§. hæc autem omnia. in authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag.colla.2.Conſulares expenſæ,ad conſules pertinentes.in authen.de conſul.§.j.collat.4. *Conſularis prouincia.*

Conſularis ætas,quæ ad conſulatum prouehi ex legibus annalibus licebat, de qua Cicero in Anto. ea erat annus quadrageſimus tertius. 3

Conſulare officium eſt Conſulatus. vt idem Cicero pro Rabirio docet.

Conſularis exponitur ab Imperatore,pro clariſſimo.in l.ij.C.de domeſtic.lib.12.

Præfectorius autem dicitur ab interpretibus, qui præfecturam geſsit,ſed quam præfecturam? ipſi non elucidant: ideò intelligunt iſtum textum præfectorium virũ præferendum eſſe mulieri conſulari, quia dignitatem habet vir ſuo iure: mulier autem mariti beneficio,ergo maior dicetur dignitas præfectoria in ſexu

ſexu virili, quàm conſularis in perſona mulieris, hæc interpretes. ſed vellem ſcire, nunquid fœminæ nuptæ clariſsimis, clariſsimam retinent dignitatem. l.fœminæ infrà eodem. & l.mulieres. C.de incol. Sed ſi mulieres retineant dignitatem, quomodo præfectorius, qui fortè officio infimo præfectus fuit, habebit maiorem dignitatem, quàm ille, qui fuit maiori officio præfectus? certè iſte intellectus non videtur habere rationem, vt is, qui non eſt in dignitate, ſed functus fuit aliquando, præferatur ei mulieri, cuius vir maiori eſt præfectus, vel fuit officio. & dignitate: vtpote quod præfectus olim luto, præferatur vxori alicuius Præſidis Ideóque videndum eſt, num poſsit intelligi de eo, qui fuit pręfectus officio pręfecti prætorio. Nam ſic videtur loqui Imperator in l.13.§.quæ omnia. C. de vet.iur.enucl. videlicet, vt non ſolùm præferatur vir conſulari mulieri conſulari, verùm vir præfectorius, qui fuit tam celebri officio præfectus, prætorio ſcilicet, vt præcedere etiam debeat conſularem mulierē. quia maior eſt dignitas in ſexu virili. Nam ſicut mulier amplius non eſt vxor Conſulis, ſed conſularis, ita vir nō eſt pręfectus prętorio, ſed fuit, & eſt præfectorius, ideò præferetur ratione dignitatis viri, non habita officiorum ratione: & ſic intelligendo ceſſant ea, quæ ſuperius adducta fuerunt contra primum intellectum.

Præfectorius quis dicatur.

De eadem re.

Alio modo intelligi, & hic textus poteſt, videlicet præfectorium pro patritio, intelligit Laz.libro 9.c.9. etiam in præfecto prætorio, qui in dignitate magna eſt, de qua ſuo loco dicetur, vt hic præferatur mulieri conſulari, quia vir eſt in dignitate præfectoria, & maior eſt dignitas in ſexu virili, quàm in muliere: nam maritus mulieris functus eſt officio conſulis, & vir præfectorius eſt in officij exercitio, ergo eſt in maiori dignitate, ratione virilis ſexus, ſed in hoc caſu dignitas eſſet ratione pręfecturæ, quam nūc exercet, quæ proculdubiò maior eſt, quàm illius, qui nullam exercet. Non, quod velir dicere maiorem eſſe in ſimplici viro dignitata, quàm in nobili & conſulari muliere, alioqui omnis vir baiulus, vel quantuncumque vilis præcederet Reginam Vngariæ, & aliam: ſed ſic poſſet intelligi, vt nomine præfectorij intelligatur verè præfectus. probat Lazius libro 1.cap.3. Sed ego putarem præfectorium etiam acceipi pro præfecto vacante, qui honorem præfecti prætorio habet ſine adminiſtratione. vt probat text.in l.final.C.vt dignitat. ord. ſeruetur vbi vult præfectum prætorio præferendum præfectorio, & quæſtorem quæſtorio, vt ſtatim dicetur. & iſte intellectus videtur conuenire: & vacantem dignitatem vocat, ibi: Poſt depoſitam adminiſtrationem, vel ſi velleris intelligere in ſenatore vacante poſt ſemeſtre tempus, vt cōſulari etiam mulieri præferatur, quod parum arridet. nam hoc caſu ſemper ſenator eſt, licet exercitium deſiit aliquo tempore. Ideò poteſt intelligi de eo, qui perfunctus eſt officio. vt in l ſcire.§.eos. ff.de tutor.& curat. datis. vt ſuperius dictum fuit.

Conſularia ornamenta merens diſſert ab homine conſulari.

Notandum eſt diſcrimen olim fuiſſe inter eum, qui conſularia meruiſſet ornamenta, & verum conſulem, ſiue conſularem hominem: Item qui prætoria, ſenatoria, quæſtoria ornamenta gerebant, à veris prætoribus, ſiue quæſtoribus, ſenatoribúſque, aut his denique, qui aliquando functi verè muneribus erāt: quod, videlicet, vera munia ad longam nepotum ætatem tranſmittebantur: illa verò non modò ad exitum vitæ, verùm ad paucos vix annos durabant. l.fin. infrà eodem, vbi ſic dicitur: *Senatores accipiendum eſt eos qui à Patriciis & conſularibus vſque ad omnes viros illuſtres deſcendunt quia hi ſoli in ſenatu ſententiam dicere poſſunt.* Nam ſi aliquis equeſtris vel 4 plebei ordinis, beneficio Principis in Senatum allectus ſit, ius ſenatorium ad filios non transferebat, niſi inſignibus illius fuiſſet ornatus. vt Vlpian in titul.de verbor.ſignific. ait: *Specioſas*, inquit, *perſonas accipere debemus clariſsimas vtriuſque ſexus, item eorum qui ornamentis ſenatoriis vtuntur.* Quod perinde eſt, ac ſi illuſtres dixiſſet: Conſularia enim, quæſtoria, prætoria, præfectoria, inſignia, ſenatoria ornamēta ſunt. hæc Lazius in Comment.de repub. Roman.libro 9. cap.8. & 9. pag. 892. & 912. fuſius dixi in dicta l.ſpecioſas. & ſic diſtinguendum eſt, an verè fuerint decorati officio, an verò titulo tenùs; & per hoc multa etiam conciliantur iura, quæ contraria videntur.

Conſulares dupliciter dicuntur.

Itaque conſulares duobus modis dicuntur. Primò qui functi erant verè conſulatu, & ſic communiter accipitur ante conſtitutum imperium per iſtum tex. & qui à Principe donati erant illo titulo, de quo ſcribit Caſsiodorus libro variarum rerum.6.in formula conſularitatis. & in formulæ quâ per codicillos vacantes proceres fiant, ibidem.

Poſteà verò eo imperio progrediente, atque inclinante, omnia in abuſum verſa fuerunt, & is honor titularis eſſe cœpit. Et dicti fuerunt Conſulares, non qui olim conſulatum geſsiſſent, ſed qui ornamentis & inſignibus conſulum ab Auguſtis decorati fuerunt. Et iſta eſt origo ornamentorum conſularium, ſicut videmus in regno libellorum magiſtros ordinarios, & alios extraordinarios eſſe, qui ſolo nomine decorati ſunt, & titulo. idem in Secretariis, & aliis officiis. Vnde videndum eſt, ſi iſte text. poſsit intelligi, quod præfectorius, id eſt is, qui eſt præfectus prætorio titulotenùs, debeat præferri mulieri conſulari: & reſpondeo præferendum virum præfectorium, quia maior eſt dignitas in ſexu virili, licet nō habeat officij adminiſtrationem, vt ſuprà dictum fuit. vide Lazium libro 9.cap.4.& 9. facit text.in l.fi. §.viros autem.C.vbi ſenat.vel clariſſ.ciuil. vel crim. conuen. ego quieſcerem in ſecundo intellectu, quem ſuperius recitaui.

Teſtimonium viri præualet mulieris teſtimonio.

Ex hac materia colligerem ſequentes caſus. Primus eſt, Conſularem virum mulieri conſulari præferendum, quia maior eſt dignitas in ſexu virili per iſtum textum. & gloſ. trahit ad multa, vt teſtimonium viri præferatur mulieris teſtimonio, & etiam in feudis, & ad alia, de quibus ſcribit plenè Decius in l.ij.ff.de reg.iur.

Secundus caſus, præfectorium virum, qui pręfecti prætorij officio vel fungitur, vel functus eſt, conſulari mulieri præferendum eſſe. ſecundum vtrunque intellectum text.

Conſuetudo regni in præferēdis mulieribus ſenatorum.

Tertius caſus, præfectorius vir, qui officio commiſſarij, vel viguerij, vel alteri infimo officio præfectus fuit, non præfertur conſulari fœminæ: vnde ſenatorum mulieres præferendæ ſunt non ſolum præfectoriis vrbis, & aliis, qui minore officio Senatoris functi ſunt; ita ſeruat vſus & conſuetudo regni, & veriſimile eſt dediſſe intellectum ad iſtum textum. Nam & ſi præfectorius (qui proximè accedebat ad officium conſulis) præferatur mulieri conſulari, non tamen alius præfectorius, vt dictum fuit. & hoc probat tex

bat textus in l.vlt.in fi.C. vt dignit.ord.seruet.lib.12. vbi quæstorius non præfertur præfectorio, & sic videbatur dubitatio ad istum text.vt præfectorius non prœferretur consulari viro, per dict.l.vlt.sed fœminæ consulari præfertur: quia maior est dignitas in sexu virili, quando dignitas hinc inde concurrit, aliàs si vir nulla sit præditus dignitate, mulier contrà, tunc mulieris dignitas præfertur, quod ostendit comparatiuum positum hic maior: nam præsupponit dignitatem esse in viro, alioqui simplex homo præcederet Reginam, quod esset absurdissimum.

Quartus casus, præfectus officio senatoris quoad nomen & titulum, prœferetur mulieri Senatoris, quia maior est dignitas in sexu virili, sed sic extraordinarius non præfertur senatori ordinario. Nam actu exercens officium, alteri non exercenti præfertur.l.j. & ij.vt dignit. ordo seruetur.lib.12.C.& in authent. vt ordin. præfect. vrba. in princip.colla.5.ibi: Antiquitus erat quædam præfecturæ figura, quam honorariam vocabant: hanc autem ita nominabant, vt nil aliud, nisi purum honorem his, quibus præbebatur, conferret.

Quintus casus est, in quibus hæc prælatio prosit, & Accursius hîc tradit casus & Dec.in l.ij.ff. de reg. iur. & notat quomodo leges prius interpretādæ sunt, & statim tractandum, quæ vtilitas proficiscatur, vt feci in titul.maximè.ff.de verbor.significat. alioquin non est docere, sed ostētari, vt quidam noui faciunt, ex quorum scriptis nihil emolumenti lector percipiet. De Mutio Saturnino loquitur l.si duo.§.penult. ff.de iureiurand. & l.j.in fi.de abige.l.j.de effracto.ac l.fin.de custod reor.

Item glos. vltim. dicit, in generali sermone exci-
5 piendam personam eius, qui loquitur: vt, si procurator dicat se satisfecisse omnibus creditoribus, adhuc poterit petere suum debitum, quia ipse loquens non continetur. in l. inquisitio. C. de solut. & Paulus ad Corinthios c 15. ibi: Cùm autem dicat omnia, quæ subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit, ei omnia ego existimarem dicendum in sermone non comprehendi personam eius, qui dicit, quando actus fit de aliis, seu contractus: si verò contractus fiat de loquente, & de se, & suis bonis, tunc maximè
6 de ipso intelligetur: vt, si quis promittat propter rem venditam, ab aliquo non molestandum, ergo ipse potissime, eum molestare non debet.l.vendicantem. ff. de euictionibus. Alia videte per Doctor. in dict.l. inquisitio. Et in generali sermone multa solēt excipi, de quibus Stephanus de Feder.in tract.de interpret. legum.& Ludoui.Romanus in l.si verò. §.de viro.ff. solut.mat. Scripsi in interpretatione auth.habita. ne filius pro pat. C.& las.in l.ij. §.si fideiussor. ff.qui satisdar.cogant.

SVMMARIA.

1 *Damnatus repetundarum tantùm prohibetur iudicare, vel testimonium dicere.*
2 *Suspensus quoad restitutionem à Principe, non potest iudicare, antequàm innocens declaratus fuerit.*
3 *Restringitur.*
4 *Infamia iuris quæ dicatur.*
5 *Infamis facti infamia à testimonio non omninò reiicitur.*

LEX II. DE SENATOR. MARCELLVS LIB. III. DIGESTOR.

Cassius Longinus nō putat ei permittendum, qui propter turpitudinem Senatu motus, nec restitutus est; iudicare, vel testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat.

Remotus à Senatu propter turpitudinem, non potest iudicare, quia non est amplius Senator, cum sit remotus: sic remotus ab officio iudicis non potest amplius iudicare, quia iudex non est. l. cùm prætor.circa fin.de iudic.l.j.ad legem Iul.de vi priua. & quia infamis est. dicta l.j.& l.ij.C.de dignit.lib.12. 1
imò lex Iulia repetundarum, damnato tantùm, licet remotus non sit, prohibet publicè testimonium dicere, aut iudex esse. Venul.in l.eadem.§.j.ff.ad legem Iul. repetund. Sic remotus à tutela, author fieri non potest.l.j.ff.de author.tuto.facit l.minor 25.annis addito præside.ff.de minor. vbi scribam.

Idem, si remotus esset sine turpitudine, quia etiam iudex non est, nam desiit esse iudex.l.iudicium soluitur. ff. de iud. & potest quis priuari propter longam valetudinem aduersam, & negligentiam.l.si quos.C. de offic.præfect.præto. Orien.sed text.vetat omnino ne iudicet, quando motus est propter turpitudinem, etiamsi mandaretur ei posteà iurisdictio: diuersum esset, si aliter motus, quàm ob turpitudinem fuisset: quia hoc casu iudex fieri potest.d.l.cùm prætor: quia cessat causa, qua repellebatur, videlicet infamia, & sic effectus cessabit.l.quod dictum.ff.de pact.siue remotus fuerit propter turpitudinem commissam in officio, siue extra, quia iudex non est, & est infamis, etiam iuris infamia propter crimen, & quamuis ratio text. respiciat turpitudinem in officio commissam, tamen aliæ sunt generales rationēs, & vna extante lex etiam locum habet. §. affinitatis. de nuptiis. in Institut.

Remotus à senatu, non potest iudicare.

Ex hoc textu intelligitur, qui non potest iudicare, nec testimonium dicere, quod est vetum, quando inhabilitas prouenit ex crimine, vel condemnatione, secus si ex iurisdictionis defectu. Nam qui non est iudex, potest testificari, sed non iudicare, ob iurisdictionis defectum, nec priuatorum consensus facit eum iudicem, qui nulli præest iurisdictioni.l.priuatorum. de iurisd.omnium iudicum.

Limitatur, quādo remotus esset restitutus, vt hic, & l.j. §. de qua.ff.de postuland. Quòd si quis famoso iudicio cōdemnatus, per in integrum restitutionem fuerit absolutus: Pomp. putat hunc infamia eximi: nam restitutio in pristinum statū eum ponit. l.quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. Ergo habetur ac si non esset remotus, sed à quo possit restitui, Vlpianus docet in dicta l.prima. §. de qua. ibi. & putat de ea restitutione intelligi, quam Princeps, vel Senatus indulsit.facit l.prima.de sentent.pass. vbi Accursius hoc etiam docet: sed hodie solus Princeps restituit, nōn verò Senatus, nec alius in hoc regno.

Restitutio fit in Francia regno à solo Principe.

Quid in suspenso à Principe, donec purgatus fuerit de aliquo delicto? Respondeo, Hic antequam 2
fuerit innocens declaratus, seu absolutus à iudicibus,

non poterit iudicare, sed statim posteà poterit, etiam licentia a Principe non petita. Nam Princeps remittendo causam ad iudices, & alia omnia censetur remisisse. l. ij. ff. de iurisd. omnium iud.

Facit, quòd bannitus ad quinquennium, eo finito, sine superioris facultate, redire poterit: quia vltima dies licentiam præbet. l. Imperator. ff. de postuland. & l. prima. & seq. de his qui in exil dat vel ab. ord. moti sunt. lib. 10. C. c. quæstioni. vbi Decius de appel. Francis. Cremen. sing. 47. consuluimus.

Limitatur, quando quis fuisset suspensus, quousque aliter visum fuerit Principi, tunc prolata sententia debet peti voluntas Principis, quam voluntatem apud se retinuit, & de his vidi dubitari.

Ibi, quia lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat, nota validam rationem. Talem furiosum testari, iudicare, de bonis suis disponere non posse: quia hæc lex prohibet, & concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex prohiberet. vt dicunt Diuus Paulus, & Papa in cap. nam concupiscentiam de consti. de hac lege repetundarum tractatur à Cicerone in actione in Verrem & in titul. de public. iud. in Instit. & ff. & C. illo titul. & Ioannes Zazius in suo legum antiquarum pulcherrimo catalogo. Glos. ista semper allegatur quod infamia etiam facti repellit quem à testimonio, non solum iuris, & iuris infamia est,
4 quæ à iure infligitur, vt damnatus iniuriarum, iurè infamis est l. prima. ff. de his qui notan. infam. & quicunque damnatur, in illo titulo, iuris infamia tenetur.

Infamia facti asperguntur illi, qui reipsa, & hominum opinione non effugiunt infamiæ notam. Paul in l. secunda. ff. de obseq. quem text. notat Ias. in §. sic itaque. numero vigesimosecundo. de actio. in Instit. Et Purpura in l. prima. numero 65. C. de sum-
5 ma Trinitat. infamis tamen infamia facti, non omnino reiicitur, sed testimonium illius. In multis casibus non recipitur, vt Accursius notat in l. secunda. C. de dignit. lib. 12. sed est in arbitrio iudicis. per text. singul. in cap. licet. vbi Felinus nota. 8. de probat. & in quibus casibus recipitur, solet ei de fide diminui, vt vidi in praxi seruari. de quo scripsi in tractat. de reprobat. & salua. testium. pulchre tractat Bal. distinguens in c. vno, an remoueri debeant testes, qui pares esse desierunt.

Praxis de testimonio infamis, facti infamia.

SVMMARIA.

1 *Moti à Senatu, capite minui non dicuntur, & quare.*
2 *Sententia non extenditur vltra ea, quæ in illa probata sunt.*
3 *Senatu remotus propter infamiam, an in vrbe morari possit.*
4 *Curiali condemnato in regno Franciæ prohibetur locus, vbi Princeps agit.*

LEX III. MODESTINVS LIB. VI. REGVLARVM.

SEnatorem remotum à Senatu capite nõ minui, sed Romæ morari Diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.

DVo hæc lex statuit. Primum est, vt Senator remotus à Senatu, fortè temporis lapsu, non dicatur capite minutus. Nam Iustinian. scribit: Qui- 1
bus autem dignitas, magis quàm status permutatur, capite non minuuntur, & ideo à Senatu motos, capite non minui constat. §. quibus. de cap. dimin. in Institut. Nam capitis diminutio est prioris status mutatio. l. j. ff. de cap. diminu. qui status non immutatur, quando Senator remouetur à Senatu, vel alius à sua dignitate. Nam aliud est amittere dignitatem, aliud statum, vt ibidem videre est. & in l. penultima. §. minuitur. ff. de variis & extraor cogni. hoc autem prodest scire, quia ius agnationis capitis diminutione perimitur. §. final. de legit. agnat. tutel. in Institu. §. sed & capitis. quib. mod. tut. finit. in Instit. sed non per amissionem dignitatis.

Secundum est, remotus à Senatu potest adhuc Romç vel in alia ciuitate morari, in qua Senatu motus fuit. & hoc dubium non est, si ad tempus fuerit Senator, vel Consul, nam post tempus exactum poterit (licèt non sit Senator, vel Consul) morari, vbi prius exercuit officiũ: vel si resignauerit liberè suum officium, seu coactè, vt quandoque fit: tunc in illa ciuitate morari poterit, in qua Senatoris exercuit officium.

Remotus à Senatu per sententiam.

Sed si per sententiam, videamus: ego etiam putarem, post sententiam priuationis, in vrbe morari posse, & in sententia exprimendum esse, vtpote, priuamus eum Senatoris officio, & eum deportamus, seu exulem ad quinquennium, vel perpetuò facimus. Nam sententia non est extendenda vltra ea, quæ in 2
ea dicuntur. l. Iulia. ff. de cond. indeb. l. à diuo Pio. ff. de re iud. Ita si nõ dicatur in sententia priuationis, vt non moretur Romæ, ibidem morari posset, non tamen sine dedecore. Et hoc esse introductum in priuilegium Senatoris, docet Alber. Ego verò iure id fieri assero. Nec obest, quod Senator, ordine motus, ad originalem patriam, nisi specialiter hoc impetrauerit, non restituitur. l. filij. §. Senator. ff. ad municipa. quia ibi illam amiserat, ideo ad eam non restituitur, sed hic non amittit, & l. sequen ibidem. respondet, dicens: *municeps desinit esse, Senatoriam adeptus dignitatem* hoc autem, quantũ ad munera, quæ non tenetur subire in municipio: quantum verò ad honores pertinere creditur. originem retinet, quia honores retinebit municipij, in quo natus fuit. Non refragatur l. ij. §. miles. ff. de his qui not. infam. ibi: Ignominiæ autem causa missis neque in vrbe, neque alibi, vbi Imperator est, morari licet. & l. sed & milites. §. scribit autem & Vlpian. ita. Sed & ignominia missi ab vrbicis planè tutelis excusabuntur, quia ingredi vrbem eis non licet. Accurs. soluit dicens remotum ex causa, quæ infamiam non importat, posse in vrbe morari, vt hîc, secus, si propter infamiam, vt legibus contrariis.

Ista dissolutio mihi non placet, quia sententia stricti iuris est, vt dixi, & non debet extendi ad ea, quæ dicta non sunt in ea. l. Iulia. ff. de condictione indebi.

Adhæc pœnæ non sunt extendendæ, sed molliendæ. l. interpretatione. ff. de pœnis.

Nam & infames in vrbibus etiam degunt, nisi ab 3
vrbe expellantur: nempe iniuriarum, depositi, vel aliis actionibus famosis condemnari, sunt infames. l. prima. ff. de his qui notant. infam. Et non prohibetur

Infamis non prohibetur in vrbe morari.

betur in vrbe morari, si exilium non sit eis indictum. Vlpianus in l. relegatorum. ff. de interd. & relega. sic scribit: *Solet praeterea interdici. sententia. quibusdam, ne intra patriæ territorium, vel muros morentur, ne excedant patriam, ne in vicis quibusdam morentur*: ergo si non interdictum fuerit, poterunt morari.

Item condemnatus infamia, non ob hoc exul sit, nec prohibetur in vrbe morari, sed oportet quod hoc exprimatur. dict. l. relegatorum. & l. moris. ff. de pœnis. Imo Senatores, qui liberum commeatum, id est, vbicunque velint morandi liberum arbitrium impetrauerunt, domicilium in vrbe retinent. l. fi. lij. in fin. ff. ad municipalem. ergo motus à Senatu, etiam ob turpitudinem, retinet domicilium in vrbe, si non dicatur per sententiam. Nec me mouet quod erit dedecori aliis, si in vrbe moretur: Esto sanè, etiam erit eis magno exemplo, & terrori, quod si ipsi similia perpetrauerint, talis etiam eis imponetur pœna, & inde plus emolumenti, quàm damni eueniet per l. fin. C. ad leg. Iuliam repetunda.

Miles ignominia missus. Ideò, ego dicerem militem ignominia missum non posse morari in vrbe, neque vbi Princeps est. l. ij. §. miles. ff. de his qui notan. infam. hoc in eo esse statutum, ne ibi verberet, mutilet, vel interficiat ciues, quorum militum (saltem aliquorum) officium est alios verberare, occidere, vel affligere, & aliis malis premere. Ideò lex consyderauit, vt isti non remanerent in vrbibus infames, ne se vindicarent de aliis, qui non se possent tueri, & defendere aduersus potentiam istorum. vt in titul. de re milita.

4 l. milites agrum. §. ignominiosa. & praxis habet tegni, vt si quis condemnetur curialis, prohibeatur, & locus, vbi Princeps erit, vt sæpius vidi in magnis viris militibus condemnatis.

Quod secus est in Senatore moto, aut alio, qui tantum in vrbe erat potens ratione officij, quæ potentia cessabit, si motus fuerit, siue fuerit remotus ob turpitudinem, siue non. Nam solent perfidi remotos lacessere, potius quàm eis fauere, contra l. diuus. ff. de offic. Præsid. & statuta in milite noluit Imperator ad vrbanas dignitates extendere.

SVMMARIA.

1 *Inhabilis ad officium inferius, ad maius etiam indignus habetur.*

2 *Dignus superioris officio, multo magis indignus est inferiori.*

3 *Imperator vult quandoque Commilito vocari.*

4 *Homines egregiè disciplinati, etiam clarissimi vocantur.*

LEX IIII. POMPONIVS LIB. XII. EX VARIIS LECTIONIBVS.

QVi indignus est inferiori ordine, indignior est superiori.

1 DVæ sunt regulæ ex hoc textu. Prima negatiua, qui inhabilis, seu indignus est ad officium inferius, & ad maius indignus censetur. vnde Vlpianus ait in l. relegatorum. §. final. ff. de interd. & releg. illum, cui honore vno interdictum sit, non tantum eum honorem petere non posse, verùm nec eos quoque, qui eo honore maiores sunt: Est enim perquàm ridiculum eum, qui, minoris pœnæ causa, prohibitus sit, ad maiores aspirare: maioribus tamen prohibitus, minores petere non prohibetur. & per illum textum conciliantur adducta per Accurs. Nam Imperator est indignus, vt si Præses, ergo & imperio. certè text. dicit, pœnæ causa, qui est indignus maiore, & minore: vel ego dicerem Imperatorem non esse indignum inferiore magistratu. Imò, maximè illo dignus est, sed officium non est dignum eo, vt dicam in seq. regula. *Maioribus honoribus prohibitus, minores petere non prohibetur.*

Ea regula: Qui dignus est superiori ordine, & officio, dignus est & inferiore. Vnde, qui est illustris, est dignus officio clarissimi, & spectabilis, & sic Imperator est dignus superiore ordine, multo fortius est dignus inferiore. per istum textum probat Iason, & alij in l. secunda. ff. de legat. 1. & de hoc tractatur in regula cui licet. de regulis iur. in vj. & per Nicolaum Euerard. in tractat. de locis legal. in argu. à minori & à maiori. 2

Et per hoc conciliantur multa iura, in quibus aliquis vocatur illustris, in alio Clarissimus. Nam qui est illustris, potest & spectabilis & Clarissimus iure vocari, & sæpius hoc in iure scriptum legimus. Nam Senatores, licet Illustres sint, vt statim dicetur, Clarissimi tamen vocantur. in l. secunda. in versiculo, Sed Senatores quidam clarissimi viri. C. de his qui veni. ærat. impetra. & idem in spectabili aduocato fisci. in l. finali. C. de decurionibus. lib. 10. Et vt clarissimus vocetur. l. laudabile. C. de aduocat. diuersorum iud. & idem in Prætore, qui licet sit spectabilis, tamen clarissimus vocatur. in l. prima. §. primo. ff. de reb. eorum. & idem in aliis, vt in Lvna. C. de ratiocin. operum publico. & Imperator inter Senatores vult connumerari. l. ius Senatorum. C. de dign. & Commilito etiam vult vocari. l. prima. ff. de testam. milit. non tamē sequitur illum esse in gradu & ordine militum, nisi quando est in bello, quia ipse est super omnes dignitates, sed ex humilitate vocat se talem. *De illustri, spectabili & clarissimo.* 3

Sciendum est (vt ista rectè intelligantur) tres esse tantum ordines dignitatum, licet Bartol. hic quinque conferibat. nam, quidam sunt Illustres, alij Spectabiles, quidam Clarissimi. Accursius hic & plenè interpretes in l. j. ff. de offic. eius. vbi Bart. addit super illustres per Constitu. Iustin. vt ab illustribus, & qui super eos sunt. colla. 5. Sed ille tit. nō ponit gradū dignitatis, sed vult non solū illustres, sed multo fortius si sint alij superiores, vt Papa, Imperator, & Reges non recognoscentes superiorem, possint se defendere per procuratorem: nec possunt illi superiores, à quibus omnes magistratus suscipiunt dignitatem, esse in ordine magistratuum, vt declarat Imperator in §. finali. in authen. de appellat. collatione 4. vbi dicit. spectabiles, & qui super spectabilitatem sunt decorati. Ergo in spectabilium est gradus, superspectabilis, alius, quod est ridiculum: sed Imperator vult designare quosdam esse spectabiles, & quosdam superiores, videlicet illustres, & quosdam superiores illustrium, vt Papa, Imperator, & Rex Franciæ. Ab his enim deriuantur omnes dignitates, sicut à fonte. dicit Bald. in cap. primo. Quis dicatur Dux. refert Iason in l. prima. columna secunda. C. de sum-

ma Trinit. & ij maiore dignitate decorati cenſentur, quàm illuſtres. l. ſi quando. C. de appellat.

Illuſtriſſimi. Et quamuis illuſtres interdum in ſuperlatiuo vocentur illuſtriſſimi, non tamen ob id mutatur gradus dignitatis, quia ſemper in gradu illuſtrium erūt. Nam ſicut optimum vinum, ipſum quoque bonum eſt. l. vbi. in princ. ff. de verb. oblig. ita & illuſtriſſimi quoque illuſtres ſunt.

Item, hos titulos inclinante imperio aliter vſurpatos videmus, quàm ante Imperium, vel naſcente Imperio. Nam & inclinante Imperio & ab eo tempore illuſtris ſummum obtinet faſtigium, nec inuenitur gradus ſuperior. Ideò Principibus attribuere *Principes nominantur illuſtres.* ſolemus. vt docet Laziuſin ſuo lib. 2. de rep. Roman. ca. 6. Et ita in iure ſolemus dicere illuſtres ſummam dignitatem in magiſtratibus habere.

Ideò qui iura conciliare cupit, diſtinguere oportet tempora. vt dicit text. in cap. ſi peccauerit. ij. quæſtio. j. Nam qui vno tempore clariſſimi fuēre, poſtea illuſtres alio tempore nominati, vt inſerios dicetur. Nam variantibus temporibus variantur ſtatuta humana. cap. non oportet. de conſang. & affi.

Illuſtres duobus modis dicuntur. Præterea notandum eſt, duobus modis Illuſtres dici. Primò, pro titulo dignitatis, vt illi, qui dignitate illuſtri decorati ſunt, vt Senatores. l. tertia. C. de ſilentia. & decur. lib. 12. Præfecti prætorio & alij, de quibus hic titulus tractat. & l. quiſquis. C. ad legem Iuliam. ma. & tit. ſeq. probant.

Secundò, illuſtres dicuntur, maximè apud Oratores, qui virtute præſtant, clari, & nobiles ſunt. vt Cicer. in Vari. ſcribit ſic, Hinc homines maximè illuſtres, qui & ipſi noti ſunt, & de cla. Orato. Homo illuſtris nomine, & honore. & ibidem, Illuſtris Orator. & in Officiis, Nomen Themiſtoclis illuſtrius eſſe dicit, quàm Solonis, & facta illuſtria glorioſa. de Finib. bonorum. & alibi illuſtrem ciuitatem, & illuſtre domicilium, pro glorioſo, claro, nobili & perſpicuo. & ſic dicuntur viri illuſtres.

Tertiò, qui titulo Senatoris tantum à Principibus decorati erant, & iſti dicebantur Senatores inferioris ordinis. l. ſpadonem. §. ſcire. ff. de excuſat. tuto. & ij etiam clariſsimi dicebantur: & qui erat indignus hoc inferiori ordine, erat indignus & ſuperiori.

Adhæc non probo quod Iaſon & alij ſcribunt in l. prima. de offic. eius. vbi dicunt Senatores dici ſuperilluſtres, eò quòd multa facere poſsint, quæ non poſsint illuſtres. Reſpondeo, ſi diuerſa conſyderemus tempora, inueniemus pro tempore amplam fuiſſe Senatorum poteſtatem, vt ſuperius in rub. dictum fuit, ſed non ſequitur, ſi multa poſsint facere, quæ illuſtres non poſſunt, ergo ſunt ſuper eos. Nam interdum ex mandata iuriſdictione Præſes, vel vnus Senator, poterit aliqua facere, quæ non poterit Senatus, ergo erit ſuperilluſtris. Maiora enim horum facietis, dicit Chriſtus Diſcipulis, & Apoſtolis, non tamen voluit eos facere ſeipſo maiores. Nam præfectus à Rege vel Imperatore non poteſt eſſe par Regi, cum præficienti, quantamcunque ei conceſſerit dignitatem, quia ſibi ſemper maiorem retinet. c. dudum. de præbend. lib. 6.

Nec etiam placet, quod Bartolus & alij probant, vt corpus Senatorum ſit illuſtre, ſinguli verò non, quòd ab vno appellatur, à corpore verò non, quia loquuntur contra text. in l. quiſquis. ad legem Iuliam maieſt. C. vbi quilibet Senator dicitur illuſtris, ſed vt ab vno Conſiliario appelletur, non eſt mirum, quia ei mandatur iuriſdictio à corpore, ideò ad mandantem appellari debet. cap. ſuper. §. porrò. de offic. delegat. cap. penultimo. illo tit. in 6. Et ſic non ſequitur quin omnes & ſinguli ſint illuſtres. Et an præfectus prætorio ſit maior Senatu? dicite, In his quæ commiſſa ſpeciarim ſunt vni, quæ non alij, maior cenſetur: & ideò iſta officia habent ſe tanquam excedentia & exceſſa. vt in ſimili dicit gl. in l. certi condictio. ff. ſi certum petat. quicqoid Barto. & alij in rubri. ſuprà ſcribant.

Secundus eſt gradus ſpectabilium, hic enim gradus minor eſt illuſtri. §. fin. in authen. de appellat. collat. iiij. Spectabiles enim quaſi ſpectatione digni ſunt, vt ſunt proconſules. l. obſeruare. & per totum infrà de offic. proconſ. l. raptores. §. primo. C. de epiſ. & cleric. & præfectus anguſtalis. l. vna. C. de priuat. carcer. De hac ſpectabili dignitate loquitur Caſsiodorus, variar. rerum lib. ij. epiſtola ad Sτephanum comitem. & lib. vij. in formula ſpectabilita. vbi ſic ait: Ideò te ſpectabilitatis nitore decoramus, vt ſententiam tuam in conuentibus publicis ſpectandam eſſe cognoſcas, cum inter nobiles decorus aſſedetis. *De gradu ſpectabili.*

Inſuper, ſi hic ſpectabilis illuſtri decoretur dignitate, illuſtris quoque erit. l. ſi quando. C. de appellat. vnde ſi dux Flandriæ Imperator fiat, vt videmus in magnifico & illuſtri Imperatore Carolo quinto, tamen ratione illius Comitatus appellabitur ad Regem Franciæ, à quo dependet, vt dicitur in §. illud. de appellat. in auth. collat. 4.

Et licèt veteres illos vocarent ſpectatiſsimos, quos nunc nos ſpectabiles, vt Herodot. lib. octauo, inquit: Etenim viros conſulares, cum lectiſsimis ac ſpectatiſsimis viris, ex Italia tota, miſerat ſenatus. & Plinius lib. 5. epiſtola. Adhibui (inquit) in conſilium duos, quos ciuitas veſtra ſpectatiſsimos habuit, Cerelium & Frontinum, id eſt, valde probatos, vel ſpectabiles. *Specioſa perſona.*

Et iſti iidem ſpectabiles vocantur ſpecioſæ perſonæ ſecundum quoſdam ab Vlpian. in l. ſpecioſas perſonas accipere debemus clariſsimas perſonas vtriuſque ſexus: Item eorum qui Senatoriis ornamentis vtuntur, vt ibi ſcripſi, aliquos habere ſpectabiles perſonas. loco verbi ſpecioſas, quod tamen non probo, & Sido. Apol. lib. 8. epiſt. ad Naumalium ſcribit ita: Flauius Nicetius vir ortu clariſsimus, priuilegio ſpectabilis, merito illuſtris, & Cicero de clar. Orat. ait, dignitate motus, ſit ſpecioſum & illuſtre, quod dicitur. & ad Atticum, Renerſionis has ſpecioſas cauſas habeo, ſpecioſum vocat eximium, illuſtre, & inſigne, quòd hi qui in dignitate conſtituti ſunt, ſpectatione & inſpectione digni ſint, & ideò frequenter inſpecti. Cicero in Officiis. Quòd, in quo viro perſpectum ſit, hunc dignum ſpectatione arbitrantur. Inde ſpectatam integritatem dicit idem Cicero, in libro de amicitia, pro approbata, cognita, & eximia. & maximus & ſpectatus vir. In Vat. dicit etiam fortis ac ſpectatus. Ibidem, Atque homo in iudicandis rebus ſpectatus & cognitus. Et ſic interdum accipitur pro titulo dignitatis collatæ, interdum non, vt dixi de illuſtri ſuperiùs.

Clariſſi

De gradu clarissimorum.

Clarißimi minores ſpectabilibus ſunt, vt docet Imperat.in l.ij.C.de domeſtic. libro 12. & interdum etiam ſpectabiles clariſsimi vocantur, vt proconſul vir clariſsimus.l.& ſi ſeuerior. C. quibus cauſis infa. irroga. & l.decuriones. ibidem. & in Conſtitutionibus iuris Seuerus ait: ***Si tabulas teſtamenti Proconſul vir clarißimus,licet ſit ſpectabilis,vt dictum fuit.*** & hoc honore etiam Imperatores aliquos donabãt. vt Caſſiodor. lib. 7. in forma clariſsimatus teſtatur, ſic dicens: Clariſsimatus igitur honorem (ornamenta iudicij noſtri) Regia largitur authoritas: quòd præbeat, & exactæ vitæ teſtimonium, & futuræ proſperitatis, polliceatur augmentum. Quapropter nihil tam obſcurum agere patiaris, qui clariſsimatus dignitate reſplendes: grande ſiquidem vitæ teſtimonium eſt, non tam clarum, quàm clariſsimum dici.

Clarissimi duobus appellantur modis.

Itaque clariſsimi duobus etiam modis vocantur. Primò, ortu. vt in l. fœminæ. infrà eodem. vbi dicetur: Clari dicuntur nobiles, quaſi non obſcuri, & claritas generis in l.j. C. de dignit. libro 12. abundè ſcribit Tiraquellus in tractat.nobilitat.c.2.

Secundò, pro eo qui eſt inſignitus dignitate Conſulari.l.ij.C.de domeſt.& protecto.lib.12. l.peculiari. de proxi.ſacro.ſcrinio.ibidem.vbi Conſularis dignitas vocatur clariſsimatus. Clariſsimi quoque vocantur rectores prouinciarum.l.raptores.§.primo. C.de Epiſcop.& cleric.l.nemini.§.primo.de duo.diuerſo. iudicio.& l.vna.C.de priua.carce.l.iiij.de iuris & fac. igno. etiam prætor. in l.j.ff.de rebus eorum.licet interdum illuſtris vocetur.

4 Et hic tit.relictus eſt etiam artibus, & diſciplinis, vt homines valde diſciplinatos, clariſsimos vocemus. vt dicit Laz.in lib. de repub.10. cap.6. adeò vt generaliter vocari poſsint clariſsimi, tam maiores magiſtratus, quàm etiam minores, etiã hi qui nullo fuerint præfecti officio, dum tamen virtute, vel ortu, aut aliàs conſpicui & egregij ſint.l.cuſtodias.ff.de publ.iud.& ita receptum eſt.

Ex prædictis docet Iuſtinian. venerandam vetuſtatis authoritatem, ita magiſtratus digeſsiſſe, vt alij maiores, alij medij, alij minores ſint. §. illud. in authen. de appell. collat.4. Et ſic tres tantum fecit gradus. illuſtres maiores ſunt, ſpectabiles medias habent adminiſtrationes, Clariſsimi minores. §. ſeruabunt autem.in authen.de non alienan.reb.Eccleſ.collat.2. & ſic erant illuſtres, ſpectabiles, & clariſsimi, & alij ad iſtos rediguntur. Nam Papa, Imperator, & Reges non ſunt ex hoc ordine magiſtratuum, quia ipſi creant magiſtratus.

Magnificus. *Amplissimus.*

Sciendum eſt alios eſſe honoris titulos, vt magnificus, vt in §.cumq́ue hoc Deo propitio.in procem. Inſtit. ampliſsimus.in l.diuo Marco. C. qui ma. non poſſunt.

Et interdum hoc nomen, & alia iunguntur cum titulo dignitatum, vt magnificentiſsimos, illuſtres. in §.finali.vt ab illuſtribus.collat.quinta. Nam ſi quidam illuſtris ſit Senator, qui opera magnifica facit, erit magnificus illuſtris. l.nemini. C.de Conſulibus. libro 12. Nam dicit Imperat.in l.vltima. in fin. C.vt dignita. ordo ſerue. libro 12. Cur enim aut vir magnificus, Germanus, magiſter militum, vocans appellatur, cui bellum contra hoſtes mãdauimus. Et in procem.de Iuſtinian.Cod.compo.hic & eminentiſsimus atque glorioſiſsimus. l. raptores.§.primo. C.de Epiſcop.& cleric. & de Iuſtinian. Cod. confirmand. & ſic ex virtute vnus acquiritur titulus, alter ex magiſtratu, nam ſi Senator vigilãtiſsimus ſit, illo titulo decorabitur, ſi ſegniſsimus, vt ſunt multi, etiam hoc nomen non euadet.

Excellens. *Excellentissimus.*

Eſt & titulus, excellens & excellentiſsimus.l.vltima.in fin.C.vt dignitat.ord.ſerue. lib.12.l.ſancimus. de Conſul.ibidem. l.penultima.de ſilentia.ibidem.l. raptores. ibi, viri excellentiſsimi præfecti prætorio. C.de Epiſc.& cler.

Sublimis.

Sublimis cap.de multa.in fin.de præben.& quamuis his nominibus vocentur illuſtres, aut alij, aliis prædicti titulis, tamen non eò minus erunt illuſtres, quia hoc adiicitur dignitati, ergo eam non mutat.l. fin.inf.eodem.

SVMMARIA.

1 *Filij adoptiui vocantur liberi.*
2 *Per adoptionem dignitas non minuitur.*
3 *Natus etiam ante Senatoriam dignitatem eſt clariſſimus.*
4 *Filius lanionis natus ante officium, ad patris officium recipiendus.*

Lex v. Vlpianvs lib. i. ad leg. Ivliam et Pap.

SEnatoris filium accipere debemus, non tantum eum, qui naturalis eſt, verùm adoptiuum quoque: neque intererit à quo, vel qualiter adoptatus fuerit: nec intereſt an in ſenatoria dignitate conſtitutus eum ſuſceperit, an ante dignitatem Senatoriam.

QVia Senatores, & eorum filij, filiæq́ue (quoque tempore nati, natæue) itemq́ue nepotes, & pronepotes ex filio origini eximuntur.l.filij.§.Senatores. ff.ad municip. ideò Iuriſconſult. hìc docet Senatoris filius quis dicatur. Et ad facilem declarationem caſus, ſtatuam ſequentes. Primus eſt: Naturalis filius & legitimus dicitur, id eſt, ſi natus ſit iuſtè ex Senatore. Nam ſolùm naturales non gauderent priuilegiis Senatorum, nec nobilium. vt probat text. in l. vnic. C.de ſeruis, qui propriis mulieribus ſe iunxerunt, nec filij Senatorum naturales tantum, quoad hæc priuilegia, vocari poſſunt.

Naturales tãtùm non gaudẽt priuilegiis Senatorum.

Adoptiuus quomodo filius Senatoris dicatur.

Secundus caſus eſt, Senatoris filium dici etiam adoptiuum.nec refragatur.l.ſi ita quis. §. finali. ff. de legat.2.l.fideicommiſſum.de cond.& demonſt. quia hoc eſt ſtatutum & declaratum à Iuriſconſ. Vlpiano hìc, ratione cuius declarationis dicemus adoptiuum nomine liberorum venire in caſibus à iure expreſsis, non regulariter, vt docui in tractat. de ceſsio. actio. artic.2. gloſ.3. in 2.tomo Commentar. ad Conſtitut. Regias. qui caſus, maximè fundantur ratione fauoris, & honeſtatis. vt in l. adoptiuum. infrà. de in ius vocand. & ibi pulchre docet Iaſ.quia hic non agitur de alicuius præiudicio, ſed vt liberè fruatur priuilegiis ſui patris Senatoris.

Et ſic videmus hìc filios adoptiuos liberos voca-
ri. & in l.liberos.infrà & clarius in l.prima.in fin.ff.de 1

leg. præſtan. ibi : Liberos autem etiam eos ad legatorum petitionem admittimus , qui in adoptionem dati ſunt, vel etiam adoptiui, dummodò remaneant liberi. l. prima. ff. de coniūgend. cum emancipa. liber. & alibi ſæpius. quamuis dominus Tiraquellus in interpretatione l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. C. de reuocand. donatio. dicat his verbis: Neque enim temere reperies, nec apud noſtros Iuriſconſult. nec apud alios, receptæ authoritatis ſcriptores, adoptiuos liberos, ſed filios : ſed videmus contrarium. & eſt difficile dicere non inuenies in iure , quod eſt tam amplum.

Emancipatione nomē filij amittitur.

Limitatur ſi filius adoptiuus emancipatus fuerit, nam & nomen filij emancipatione amitti ſcribit hîc Paul. quia in omni ferè iure, finita patris adoptiui poteſtate, nullum ex priſtino iure retinetur veſtigium. Papinian. in l. in omni. ſuprà de adopt. & idem ita ait: *Ius originis in honoribus ſubeundis, ac muneribus ſuſcipiendis adoptione non mutatur , ſed nouis quoque muneribus filius per adoptiuum patrem adſtringitur : ſed & ſi is emanciparetur ab adoptiuo patre, non tantùm filius, ſed etiam ciuis eius ciuitatis , cuius per adoptionem fuerat factus , eſſe deſinit.* l. ordine. cum l. ſequen. ff. ad municip.

Nec intereſt à quo adoptatus fuerit , ſiue à Senatore patritio, ſiue pædario, vel alio, nec etiam ſi fuerit adoptatus à conſanguineo, vel ab extraneo Senatore quoad iſta , licet in multis differentia exiſtat. l. cum adoptiuis. C. de adopt.

Adoptio duplex.

Vel qualiter adoptatus fuerit.] Generalis enim adoptio duobus modis fit , aut Principis authoritate, aut magiſtratus imperio. l. ij. ff. de adopt. Et
2 hîc non intereſt qualiter fuerit adoptatus. Tamen per adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur, vnde Senator , ſi à plebeio adoptatus fuerit , manet Senator , ſimiliter manet Senatoris filius. l. per adoptionem. ſuprà de adopt.

An in dignitate ſenatoria conſtitutus eum ſuſceperit , an ante dignitatem ſenatoriam non refert.] Imò Vlpianus ſic ait : *Planè ſi parens decurio eſſe deſierit , ſi quidem iam ex decurione fuerit editus, proderit ei, ne afficiatur. Enimuerò ſi poſteaquam plebeius factus eſt , tunc ſuſcipiat filium, quaſi plebeius editus ſit, ita erit plectendus.* l. moris. in fin ff. de pœn.

Decurionis filius.

idem Vlpian. ſcribit : *In filiis decurionum . is ſolus decurionis filius eſſe videatur , qui conceptus & natus eſt ex decurione : an verò & is , qui anteà natus eſt, quàm pater decurio fuerit. Et quidem quantum pertinet , ne fuſtibus caſtigetur , & in metallum detur , non nocet plebeio patre ſe eſſe natū, ſi poſtea decurionis honor patri eorum acceſſerit.* l. ij. §. in filiis. ff. de decur. ergo in aliis nocere poterit.

3 Et ſi filius Senatoris natus ante ſenatoriam dignitatem etiam erit clariſsimus, ſicut natus in ſenatoria dignitate , & ita loquitur text. in l. ſi Senator. C. de dignitat. lib. 12. quamuis gloſ. & doctores intelligant eum filium illuſtrem dici , qui in ſenatoria dignitate natus eſt, ſecus ſi antè. Tamen idem dicatur : Nam ſemper filij ſunt clariſsimi, ſicut filiæ. l. fœminæ. infrà eodem. Et non debent diuerſo iure cenſeri filius & filiæ. l. maximum C. de filiis prætetit. Abſurdum enim eſſet vnum filium illuſtrem ex Senatore eſſe, & alterum, & filium non eſſe , niſi clariſsimum. Iſta ceſſant per prædicta , & ſic conciliantur iura iſta. &
4 Senatus Pariſienſis cenſuit filium lanionis natū ante officium, eſſe recipiendum ad officium patris, contra magiſtros magnæ laníenæ Pariſien. & idē in aliis filiis magiſtrorum ſic natis anno 1371. die 19. Nouembris.

Filius natus ante regnum ſuccedet in regno.

Vnde natus filius ante regnum ſuccedet in regno cum non interſit , an quis naſcatur in Senatoria dignitate , an ante dignitatem , & ſemper eſt Regis filius. quamuis in l. imperialis. C. de nupt. §. his illud. gloſ. ibi contrarium teneat, & diſputant de hoc magis ſubtiliter Doctor. quàm vtiliter. in cap. inter. de reſcript. Corſe. in tractat. de poteſtat. Reg. quæſt. 16. Ac Iacob. in tractat. de feud. in verbo, Dux. & Benedictus in cap. Raynutius. in verbo , in eodem teſtamento. numero 100. de teſtamen. gloſ. in §. inter eos. in verbo, Regnum. tit. de numero & qualitate. Card. in Prag. & ego reſponderem rationibus & iuribus in contrarium adductis , ſed ne in vanum laborem ſumam , relinquo aliis , quia hæc quæſtio potius enſe, quàm iure dirimeretur inter Reges , & magnos Principes.

Lex vi. Pavlvs lib. ii. ad leg. Ivliam et Papiam.

Senatoris filius eſt etiam is , quem in adoptionem accipit : quandiu tamē in familia eius manet. Emancipatus verò nomen filij emancipatione amitti. A Senatore vero in adoptionem filius datus ei qui inferioris dignitatis eſt, quaſi Senatoris filius videtur : quia non amittitur Senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis, non magis, quàm vt Conſularis deſinat eſſe.

Senatoris filius adoptiuus.

Senatoris filius dicitur etiam adoptiuus , quandiu in familia eius manet. Quod ſi eſt emancipatus, amittit Senatoris filij nomen, emancipatione: nam ſicut adoptione, quæ eſt iuris ciuilis, acquiſita eſt dignitas, ita contrario iure , videlicet emancipatione tolli poteſt. l. tutelas. ff. de cap. dimin. §. fi. de legit. agnat. tutel. in Inſtit. Et ſicut iuris ciuilis eſt ſtipulatio. §. j. ff. de verb. oblig. l. j. ita & acceptilatio. l. cùm Aquiliana. ff. de tranſact. ideò tandiu durat ſtipulatio, donec per Aquilianam ſtipulationem tollatur. l. & voo. & per totum. ff. de acceptil.

A Senatore datus filius in adoptionem alteri inferioris dignitatis remanet ſenatoris filius, quia ſenatoria dignitas adoptione nō amittitur, nō magis quā deſinat cōſularis quod eſt intelligendū in filio Senatoris legitimo & naturali, ſecus in adoptiuo. Sed refragatur infrà in qua deſinit conſularis, ſi mulier nubat inferioris dignitatis viro , & oportet imperrare à Principe. Reſpon. Aliud eſt in matrimonio , aliud in adoptione. Nam per adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur, vnde ſenator ſi à plebeio adoptatus eſt, manet ſenator, & ſenatoris filius, & hoc docet Accurſ. in l. per adoptionem, ſuprà de adoptio. Et ſic conſularis , vel ſenatoria dignitas non amittitur per adoptionem, ſed conſularis bene amittitur per matrimonium, vt dicetur in dict. l. final. quia eſt minor, cum eam per alium habeat non per ſe vt docet Bart. in l quod principi. ff. de legib. ij. Aret. conſil. 131. conſultiſsimè. col. 2. dixi in l. j. ſupra.

Conſularis dignitas per matrimonium amittitur.

SVMMARIA.

1 *Iura filiationis non perduntur emancipatione. Nec iura sanguinis pacto. ibid.*

2 *Partus tempus consideratur, quando maior versatur vtilitas.*

3 *Dignitas liberis quæsita, propter casum patris auferenda non est.*

4 *Filius ante susceptam dignitatem natus, patris dignitate iuuatur.*

LEX VII. VLPIANVS LIB. I. AD LEG. IVLIAM ET PAPIAM.

EMancipatum à patre senatore, quasi senatoris filium haberi placet. Item Labeo scribit: etiam eum qui post mortem patris senatoris natus sit, quasi senatoris filium esse: sed eũ qui posteà quàm pater eius de senatu motus est, concipitur & nascitur, Proculus & Pegasus opinantur quasi nõ propriè esse senatoris filium: quorũ sententia est vera, nec enim propriè senatoris filius dicitur is, cuius pater à senatu motus est antequam ipse nasceretur. Sed si quis cõceptus sit, antequàm pater eius senatu moueatur, natus autem post patris amissam dignitatem: magis est vt quasi senatoris filius intelligatur, tempus enim conceptionis spectandum plerisque placuit. Si quis & patrem & auum habuerit senatorem, & quasi filius & quasi nepos senatoris intelligitur. Sed si pater amiserit dignitatem ante conceptionem ipsius, quæri poterit, an, quamuis quasi senatoris filius non intelligatur, quasi nepos tamen intelligi debeat? Et magis est vt debeat: vt aui potius ei dignitas prosit, quàm obsit casus patris.

Filius legitimus senatoris, emãcipatus.

HÆc lex varios ponit casus. Primus est, quod filius naturalis & legitimus senatoris emancipatus adhuc retinet dignitatem, & nomen illud, vt senatoris filius dici mereatur. Secus in adoptiuo emãcipato, vt fuit in l proxima dictum. minùs igitur iuris habent adoptiui filij, quàm naturales. Namq; naturales emancipati beneficio prætoris gradum liberorum retinent, licèt iure ciuili perdant: adoptiui verò emancipati iure ciuili perdunt gradum liberorum, & à prætore non adiuuantur, naturalia enim iura ciuilis ratio adimere nõ potest. §. minus. de hæred quæ
1 ab intest. def. & sic iura filiationis, quæ sunt naturalia, non perduntur emancipatione, quemadmodum nec pacto iura sanguinis, secus in adoptione, quæ iuris est ciuilis. l. ius autem agnationis. ff. de pact. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. imò etiam si pater fieret senator post emancipationem filij sui naturalis & legitimi, iure diceretur filius senatoris, quia emancipatio non impedit naturalia, quemadmodum ea non tollit.

Posthumus dicitur filius senatoris.

Secũdus casus, quod natus posthumus post mortem patris senatoris, potest filius senatoris dici, quod est verum, si intra tempus legitimum nascatur, intra quod potuit à senatore conceptus fuisse. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. authent. de restitu. collat. 4. Nam qui in vtero sunt, pro natis habentur. l. qui in vtero. ff. de stat. hom. l. quod dicimus. vbi scripsi. ff. de verb. signif.

Tempus cõceptionis inspicitur.

Tertius casus, conceptus & natus ex patre à senatu remoto, nõ potest dici senatoris filius, secùs si fuerit anteà à senatore conceptus, & natus, posteaquàm à senatu motus fuit, quia tempus conceptionis inspicitur. Vnde Vlpia. ff. de decurionibus. in l. 2. §. sed si pater ipsius ordine motus sit, si quidem antè conceptionem eius moueatur, arbitror eum quasi plebei filium in honoribus spectari. quod si post conceptionem ipsius pater dignitatem amiserit, dicendum erit benignè, vt decurionis filium intuẽdum, proinde hic quoque qui post patris relegationem natus sit, siquidem antè conceptus sit, similis senatoris filio habebitur: si posteà, nocebit illi relegatio, nullum tamẽ patris delictum innocenti filio pœnæ est. Ideoq; nec ordine decurionũ, aut cæteris honoribus, propter huiusmodi causam prohibetur. ibidem. & idem Vlpia. in l. diui fratres. ff. de iure patro. & in l. crimẽ. de pœn. Imperator Iustinia. in §. j. de inge. ait, vt calamitas ei nocere non debeat, qui in vtero est. l. & seniorum. de stat. homi. quia ius illud partui concepto acquisitum est, quod ab eo auferri non potest sine illius facto. l. quod nostrum. ff. de reg. iur. Et concludendum est inspici tempus conceptionis, si vtilius sit filio: alioqui tempus partus, si vtilitas magis expostulat. l. nu- 2
per. in fin. C. de natur. liber Si tamẽ actus erat ab initio nullus, illud initium spectamus, nec postea matrimonium ratum est, quod ab initio nullum fuit, nec cõceptus legitimus fit. l. Paulus. ff. de stat. hom. ideò si Papa dispenset super matrimonio filij, tamen nati erunt illegitimi, nisi in dispẽsatione sint legitimati, vt tradunt Doct. in cap. per venerabilẽ. Qui filij sint leg.

Quartus casus est, qui & patrem & auum habuit senatorem, & quasi filius, & quasi nepos senatoris intelligitur, & sic per illum text. is qui non potest retinere feudum, vt filius, quia pater eius commisit delictum, tamẽ poterit retinere vt nepos, vtpote si feudum erat datum auo & liberis descendentibus ab eo. ff. denique. quæ fuit prima causa benef. amittend. Petrus de Bellapert. q. 529. secus si ei & hæredibus. l. Gallus §. etiam. ff. de lib. & post. vbi Docto. dicunt etiam nepotem feudo priuandum, quando peccauit in legẽ feudi: sic & quando super hæreditate deliquit, sine iure eam occupando, tunc eo mortuo illa hæreditate priuabitur nepos. per l. si quis patris. ff. de fal. Ideò hic nepos senatoris priuilegia liberorum senatorum habebit, habita ratione aui, nisi macula violati pudoris asperserit liberos prioris gradus l. diuo Marco. C. de quæst. Nam si liberi aspersi sint macula violati pudoris, vtpote quia sunt spurij, eius filij licèt sint nepotes aui, tamen non gaudebunt priuilegijs senatoris aui. secus si pater horum filiorũ, solum deliquerit. Ita loquitur. l. Paulus. & l. lex naturæ. ff. de statu homi. facit l. 3. ff. de interd. & releg. item non procedit, si filius sit conceptus post aui mortem, quo casu nec quidem gaudebit priuilegiis aui. Alber. hic per l. Gallus. ff. de li. & posth. & d. l. diuo Marco. C. de quæsti. vide tamẽ l. Paulus. §. Paulus. ff. de bon. libert. & Roma. sing. 295. conceptus. & Bened. in reperto. c. Raynutius. in verb. & vxorem. num. 605. de testam.

Nepos senatoris, priuilegiis liberorũ gaudet.

nam iste text. non distinguit, ergo distinguendum, quoad hoc, non erit.

Quintus casus est si filia senatoris contrahat matrimonium cum liberto, illud matrimonium est nullum de iure ciuili, vt oratione diui Marci cautum est. l. orationem. & l. sciendum. ff. de rit. nup. Vnde si post matrimonium contractum pater à senatu motus sit, ille casus patris nō facit vxorem, nec matrimonium, quia quæsita dignitas liberis, propter casum patris remoti à senatu, auferenda non est. l. filiam. infrà. Et idem quoque scribit Papinianus in l. generali. in fin. ff. de ritu nuptia. quod vitiatur, si senatori indulgentia Principis fuerit permissum libertinam iustā vxorem habere, & eo casu iusta vxor esset. l. si senatori. ff. de ritu nuptiar. idē, si filia senatoris corpore quæstum, vel artem ludicram fecerit, vel publico iudicio damnata fuerit. l. Senatoris. ibidem. Hodie quoque hoc matrimoniū, nec quidem de iure ciuili est prohibitum, sed permissum, dūmodò nuptialia conficiantur documēta. text. in authen. vt liberti. collat. vj. §. si quis. & hoc etiam erat de iure Canonico correctum. vt Doct. in. c. j. de sponsalib. dicunt.

Matrimonium fenatoris cum libertina.

Sextus casus filius natus ante susceptam dignitatem, adiuuabitur senatoria patris dignitate. l. senatoris filium. supra. quia dicit Imper. non oportere honores paternos inuidere filiis. l. si senator. C. de dignit. lib. 12. & Vlpian. in tit. de decur. in l. ij § præterea. sic ait. *Præterea si cœptus fit à plebeio, mox ante editionem pater eius decurionatum adeptus, amiserit, non infauorabiliter quis medium tempus illi prodesse, veluti iam nato respondebit.* & sic videtur hæc conclusa materia.

SVMMARIA.

1 *Filia naturalis, nupta non curiali, non legitimatur de iure ciuili.*
2 *Bastardus non habet in regno Franciæ hæredem.*
3 *Priuilegium concessum senatori & filiis, non extenditur ad filias nuptas, & quare.*

Lex viii. Idem lib. vi. Fideicommissorum.

Fœminæ nuptæ clarissimis personis, clarissimarum fœminarum appellatione continentur. Clarissimarum fœminarum nomine, senatorum filiæ nisi quę viros clarissimos sortitæ sunt, non habentur. Fœminis enim dignitatem clarissimam mariti tribuunt: parētes verò, donec plebeis nuptiis fuerint copulatæ. Tādiu igitur clarissima fœmina erit, quandiu senatori nupta est, vel clarissimo: aut separata ab eo, alij inferioris dignitatis non nupsit.

Clarissimæ mulieres quæ dicantur.

EX hoc textu patet clarissimas mulieres dici, quę clarissimis nuptæ sunt: decet enim eas frui coniugis claritate. §. si autem. in authen. de consul. collat. 4. quia vxor vna caro cum viro est. c. nec illud. 33. q. 5. c. Martinus. de cogna. spiritu. & socia diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de crimine expil. hæred. vnde Iustinia. sic ait: *Nos Dei sequentes iudicium, non patimur in vno eodémque connubio mariti fœlicitatem vxori fieri infortunium, vt quantum vir in altum tollatur, tantum & coniūx eius decrescat, imò magis penitus depereat. Absit námque à nostro tempore huiusmodi asperitas, & firmum maneat matrimonium, si maritus dignitate illustretur, & vxor marito concrescat & sentiat eius fulgorem.* in l. fin. C. de nupt. & alibi Vlpianus sic scribit: *Quid enim tam humanum est, quàm vt fortuitis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem esse.* l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. matrim. Igitur postquàm vxor viri incommoda sentit, & commoda sentire debet. l. secundùm naturam. ff. de reg. iur. vnde oportet eas honore maritorū erigere. l. mulieres. C. de incol. & l. mulieres: de dignit. lib. 12. Nec oportet vnū clarum & nobilem esse, & alterū vilem & triobolarem, cum vna diuerso non debeat iure cēseri Leū qui ff. de vsuc. Et quia vxor in familiam viri transit. l. penult. ff. de iurisd. omn. iudicū. l. fi. C. de verb. sign. vbi Doct. alioqui clarus ob obscuritatē generis alteri (vt sæpius mulieres viris faciunt) obijceret. & quamuis Panor. in c. 2. de foro compe. dicat vxorem clerici gaudere priuilegio fori. per glos. in c. eos. 32. dis. opinio tamen Iob. Aud. contrarium docēs seruatur in hoc regno.

Item clarissimæ sunt, quæ ortæ sunt à clarissimis, donec nuptæ fuerint plebeis: fœminis enim dignitatem maximam mariti tribuūt, patentes verò, donec plebeis nuptijs fuerint copulatæ. Et hic text. videtur sibi contrarius, sed intelligendus est. filias senatorum, videlicet nuptas, non haberi nomine clarissimarum, nisi clarissimos viros habuerint, & qui parentes, scilicet eis tribuunt clarissimam dignitatem, donec. &c. vt in text.

Ergo fœminæ nuptæ senatoribus, clarissimæ sunt, non autem illustres, sic nec filiæ ex illustribus natæ, per istum text. nec talem dicuntur habere dignitatem, qui per alium habent, non per se. l. prima. C. de dignitat. li. 12. C. & sic periclitatur consuetudo Parisiens. vt vxor in cōquæstibus habeat dimidiam partem. Nam ius hic non tantam dignitatem tribuit vxori, sicut viro, sic nec consuetudo facere debebat in emolumento, sed sufficiebat eis quartam tribuere partem, vel aliam minorem: quia per hoc mariti sunt sicut serui, qui dominis acquirunt, & ipsi Galli suis vxoribus, & audaciores sunt mulieres cōtra maritos, qui non lucrantur, vt in crimina facilè multæ descendant, & maritos contemnant, adeò vt vix maritus audeat domum accedere, si nihil lucri afferat, & alia mala inde procedēt, quæ relinquo coniugatorum expertorum altercationibus. Illa tamen consuetudo aliis, quàm Gallis, valde onerosa & anxia videtur.

Consuetudo Parisiē. de conquæstibus.

Itaque Doct. hîc dicunt filiam naturalem, etiam spuriam, legitimari per matrimonium viri legitimi, & ita affirmat Angel. in §. quod verò. in auth. Quibus mod. natu. effician. sui. collat. 6. qui sequitur Dec. in l. 1. nu. 9. ff. de reg. iur. ac Bonus Curtilius in tract. nobilita. in 3. parte. nu. 191. quod non probo. Nam certi sunt legitimandi modi in iure cōscripti. in §. penul. & fin. de nupt. in Instit. & in tit. quibus mod. nat. effici. legit. inter quos modos iste non inuenitur. alioqui sequeretur, quod priuatus haberet potestatem legitimādi, sicut habet Imperator. auth. habita. vbi scripsi. C. ne filius pro patre. vbi etiam contrarium firmant interpretes.

De modo legitimandi per matrimoniū.

Ideo ego dicerem, filiam naturalem, nuptam curiali,

De eadem re.

riali, effeci legitimam, quemadmodũ naturalis, quando curialis efficitur: si verò nupta alteri sit, non legitimabitur de iure ciuili, vt legitima verè dici possit, & hoc probat l. si quis. in fin. C. de nat. libe. ibi, *Quid*
1 *enim interest cum per generos commoditatibus ciuitatum cõsulatur, & vtrum nouos lex faciat curiales an foueat, quos inuenit* Nam si generi legitimantur, ergo & nurus, cùm non sit diuersa ratio.

Et licèt ipsa alteri nupta, non sit legitima, tamen liberi nati ex hoc matrimonio succedẽt patri & matri. l. si. C. de natur. liber. quãuis bastardus in hoc Regno hæredem non habeat, vt scripsi in tract. de libe-
2 ris natural. in 2. tomo Comment. ad constit. Regi. Gallic.

Item nuptæ etiam dissoluto matrimonio semper erunt clarissimæ, donec nubant alteri inferioris dignitatis viro. l. fin. infrà eodem. scripsi in l. malum. §. viduam. ff. de verb. signif. in memoriam pristinæ dignitatis. l. fin. ff. de decurionib. Ias. in l. si ita. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. num. 29. Felin. in c. ex parte, de foro compet.

Item, si mulier inhonestè viuat post mortem mariti, meretrix erit, non clarissima. authen. iisdem pœnis. C. de secund. nupt. §. final. in authent. de restit. & ea quæ parit in xj. mense. collat. 4. hoc docet Hippoli. in l. vna. num. 48. cum sequ. C. de rapto. virg. Et sicut ea filia, quæ nubit inferiori, perdit clarissimam dignitatem, ita quæ coit cum plebeio, ne plus luxuria habeat, quàm castitas. §. fin. in authent. de restit. coll. 4. Alber. hic.

Clarissimus, duobus accipitur modis.

Glos. j. dicit hoc nomẽ, clarissimus, duobus modis accipi. Primò, pro nobili, insigni, & spectatæ fidei atque virtutis, qui quasi in clarissima luce versatus sit. Cic. de Orat. amplissimus & clarissimus vir, & ibidẽ. Tres nobilissimi & clarissimi philosophi: & ad Atticum. clarissimus vir, id est, Cæsar. & de Orator. vir gloria clarus, & authoritate grauis. Secundò propriè, pro titulo dignitatis. de qua scripsi in l. qui indignus, suprà eodem dic. vt ibi.

Glos. donec dicit patrem præstare clarissimam dignitatem filiæ, etiamsi nubat viro inferioris dignitatis, nisi sit plebeius, quod non est verum Nam filiæ senatorum, non nuptę, clarissimæ sunt, si autem nuptæ fuerint non clarissimis, clarissimæ nõ sunt, vtpote mercatoribus, aut alijs non clarissimis, vel inferioris dignitatis vt probat hic text. in fine. quia transeunt in familiam & conditionem maritorum, & sic non erũt clarissimæ, si maritus non fuerit talis, aliàs maritum contemnerent, & si essent clarissimæ, clarum facerent maritum. & ita notat Bart. in l. j. C. de dignit. lib. 12. Vnde priuilegium concessum senatori & filiis, non extenditur ad filias nuptas, quia in aliam transeunt familiam. text. singul. in l. final. C. de priuileg. schola. libr. 12. & Corse. in singul. incipien. priuilegium. 2. Felin. in cap. super eo. 2. col. j. de testib. & Deci. in l. 1. ff. de reg. iur. de Ripa. lib. 1. respons. de re-
3 scrip. consil. 3. facit Leuitic. 22. Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his quæ sanctificata sunt, & de primitijs non vescetur, &c.

Vtilitas elici potest ex. l. patronus. in princ. ff. de lega. 3. & in titul. C. vbi senat. vel claris. & de tuto. vel curat. illustrium vel clarissimar. perso. item clarissimi viri deserte non possunt. vt Martia. scribit in l. deferre. ff. de iure fisci.

Lex ix. Papinianvs lib. iiii. Responsorvm.

Filiam senatoris, nuptias liberti secutam, patris casus non facit vxorem. Nam quæsita dignitas liberis, propter casum patris remoti à senatu, auferenda non est.

Hæc lex per ea quæ ad proximam scripsimus satis explanatur, quamobrem nihil ad ipsius explicationem adiiciemus.

Svmmaria.

1 *Priuilegia plebeiorum vltra trinepotes non extenduntur.*

2 *Filij senatorum possunt in regno Franciæ torqueri.*

3 *Sunt alijs ad regimen Reip. præferendi, si sint sufficientes.*

Lex x. Vlpianvs lib. xxxiiii. ad Edictvm.

Liberos senatorum accipere debemus, non tantũ senatorum filios, verum etiam omnes, qui progeniti ex ipsis, vel ex liberis eorum dicantur: siue naturales, siue adoptiui sint liberi senatorum, ex quibus nati dicuntur. Sed si ex filia senatoris natus sit, spectare debemus patris eius conditionem.

De senatorũ liberis.

Liberi senatorum dicuntur non solùm filij, sed & descendentes ex liberis ipsorum, siue sint naturales & legitimi, siue adoptiui. vt in l. senatoris filiũ. suprà abunde scripsimus. in l. liberorum. ff. de verb. signif.

Sed natus ex filia senatoris, ex conditione mariti, cui filia nupsit, iudicabitur. Nam si senatori nupserit, gaudebit priuilegio senatoris: si verò alteri vili, non. Ideò spectatur conditio patris quoad nobilitatem, honores, & dignitatem. vt in l. seq. dicetur. & liberos
in infinitum dicit Accurs. tamen priuilegia non ex- 1
tenduntur vltra trinepotes. per l. diuo Marco. C. de quæstio. quæ loquitur de pœnis plebeiorum, vt vltra trinepotes non extendantur. videlicet vt post trinepotes puniantur, vt plebei, sed priuilegiũ datum Titio & liberis, in infinitum protenditur. l. liberorum. vbi etiam Bart. & ibi dixi. ff. de verb. signif. Panormit. in c. ex parte. 3. de priuileg. Areti. in l. cum lege. ff. de testam. hoc docet expressè Iohan. Crotus in l. omnes populi. col. 51. vers. sexta conclusio ff. de iust. & iure.

Item Vlpianus scribit in l. moris, in fi. ff. de pœnis, sic; *Liberos quoque non tantùm filios accipere debemus, verùm omnes liberos. Sed vtrum hi, qui post decurionatum suscepti sunt, his pœnis non adiiciantur, an verò omnes omnino liberi, etiam in plebeia familia suscepti, videndum est: & magis puto omnibus prodesse debere.* dixi in l. senatoris filium. suprà. eodem.

Filij senatorum non torquẽtur.

Vtilitas harum legum est, vt quis sit filius senatoris, nam filij Senatorum torqueri non debent. l. diuo Marco. C. de quęstio. quod in hoc regno nõ seruatur, quia

2 quia delictum omnem honorem excludit. l. prima. C. vbi Senato. sed hoc illis seruatur, quia sine magnis iudiciis, & in crimine grauissimo non torquerentur.

Secundò, filij Senatoris non fustigantur; nec in metallum dantur. l. ij. §. in filiis. ff. de decurio. sed alia affligi solent pœna.

Tertiò, sunt nobiles, & ab ipsis descendentes. vt hæc l. liberos. infrà eodem. l. fin. Bonus Curtil. in tract. nobilitat. in 4. parte.

Quartò, si filij sint sufficientes, ad regimen reipub.
5 recipi debent, & aliis sunt præferendi. l. nemini. §. filios. & l. petitionem. C. de aduocat. diuers. iudicior.

Quintò, legimus Augustum, quò celerius liberi Senatorum Senatui assuescerent, iuuenibus post virilem togam protinus laticlauum dedisse, & curiæ admisisse vt refert Alexand. lib. Genial 4 cap 1. in fi.

Sextò, Vlpianus sic scribit: *Sciendum est discrimina esse pœnarum, neque omnes eadem pœna affici posse. Nam in primis decuriones in metallum damnari non possunt, nec in opus metalli, nec furcæ subiici, vel viui exuri. & si fortè huiusmodi sententia fuerint affecti, liberandi erunt, sed hoc non potest efficere, qui sententiam dixit, verùm referre ad Principem debet, vt ex authoritate eius pœna. aut permutetur, aut liberetur. Parentes quoque & liberi decurionum in eadem causa sunt: liberos autem non tantum filios accipere debemus, verùm omnes liberos.* in l. moris. in fin. ff. de pœnis. & sic erit in liberis Senatorum, & multò fortiùs. alia multa priuilegia liberorum Senatorum, ob id vtile est dignoscere liberos Senatorum. alia poterunt hîc addi, ne plura.

S V M M A R I A.

1 2 *Domicilium quidam in vrbe retinent, & vnde sunt oriundi.*

2 *Quilibet domicilium regulariter habet, in loco vbi ortus est.*

3 *Filij in quibus patrem sequantur.*

4 *Inducta ad augmentum, non operantur diminutionem, nec translationem.*

Lex XI. Pavlvs lib. XLI. ad Edictvm.

Senatores licet in vrbe domicilium habere videantur, tamen & ibi, vnde oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur: quia digniras domicilij adiectionē potius dedisse, quàm permutasse videtur.

Domicilij significatio quid importet.

Domicilium in ciuitate, in qua suo officio funguntur Senatores, habere verisimum est, & hoc verbum, videtur, veritatem notat. Nam etiam, qui liberum commeatum, vbicunque velint mo-
1 randi arbitrium impetrauerunt, domicilium in vrbe retinent. l. filij. in fin. ff. ad municipal.

2 Tamen & ibi, vnde oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur. Hinc colligendum est quemlibet regulariter habere domicilium in loco, in quo ortus est, & sic oriundus accipitur in hoc text. & in l. si quis officium. ff. de ritu nupt. & in l. assumptio. ad municipal. plenè scripsi in l. prouinciales. ff. de verb. signific. Intelligit Hermogen. vt Senator desinat municeps esse, quantum ad munera loci, quia personalia subire non tenetur, sed realia seu patrimonialia sic. l. ij. C. de muner. patrimon. lib. 10. nisi sint sordida. l. maximarum. C. de excusat. muner. ibidem scripsi in tract. de domicilij electione in 3. tomo Commen. in Consti. Reg. Galli.

Et sic quoad nobilitatem & dignitatem filij patris
sequuntur conditionem, vt nobiles sint, si pater talis 3
fuerit non si mater. l. nullus. & l. exemplo. C. de decurion. lib. 10. & quantum ad familiam. l. pronuntiatio. §. primo. de verb. signific. & quantum ad patriam potestatem. §. primo. de patri. potesta. in Institut. & §. fœminæ. de adopt. in Instit. & quoad nationem, vnde natus in Normania, Normanus erit. Et sic simplex dicetur, vt ipsi esse solent. secundum Ioan. Fabr. in §. primo. de ingc. in Instit. & abundè Benedict. in interpretat. c. Raynutius in princ. de testam.

Quia dignitas domicilij adiectionem potius dedisse, quàm permutasse videtur.] Rationem tradit textus, quamobrem Senator videatur etiam domicilium in vrbe habere. Respondeo, quia dignitas adiungit potius domicilium, quàm commutet, vel alio transferat. Ideò per Senatoriam dignitatem adiungitur domicilium in vrbe, in qua est Senator, & tamen non perdit illud, quod iam habe-
bat per originem, & sic inducta ad augmentum non 4
operabuntur diminutionem, nec translationem. l. legata inutiliter. ff. de legat. j. sic nec tolluntur priuilegia antiqua per concessionem noui priuilegij. l. fi. vbi Rebuf. C. de præpos. agent. in reb. lib. 12. facit l. falsa. §. j. ff. de condit. & demonst.

Et sic, permutare, hîc accipitur pro simplici, videlicet mutare, transferre, vt plenè scripsi in l. dedisse. ff. de verbor. signific. Et an domicilium mutari possit, Respond. originis non mutatur domicilium, aliud verò constitutum quis sibi mutare potest. vt docet Bald. in marga. in verbo, domicilium. dixi in l. in lege censoria. ff. de verb. signific.

Originis domicilium.

S V M M A R I A.

1 *Consularis nupta plebeio, non erit clarissima, nisi mortuo marito plebeio iterum nubat nobili.*

2 *Viduis permissum, mortuo marito, artificium per famulos ad hoc expertos exercere.*

3 *Papa non potest datam dispensationem à prædecessore suo reuocare.*

4 *Statutum in vno consilio vniuersitatis, non est mutandum in alio.*

Lex XII. Vlpianvs lib. II. de Censibvs.

Nuptæ prius Consulari viro, impetrare solent à Principe (quamuis perrarò) vt nuptæ iterum minoris dignitatis viro, nihilominus in Consulari maneant dignitate: vt scio Antoninum Augustum Iuliæ Mammææ consobrinæ suæ indulsisse. Senatores autem accipiendum est, eos esse, qui à Patriciis & Consularibus vsque ad omnes illustres viros descendunt: quia & hi soli in Senatu dicere sententiam possunt.

Hæc

HÆc lex duo continet dicta. Primùm, quòd nupta prius Consulari viro, si velit dignitatem Consularem sibi retinere, & nubere inferiori, debet hoc à Principe impetrare, quamuis perrarò hoc Princeps concedere soleat: concessit tamen Antoninus Augustus Iuliæ Mammææ consobrinæ suæ: aliàs nupta viro inferioris dignitatis, mariti conditionem sequitur. vt in l.fœminæ, dictum fuit. Sed si marito mortuo plebeio velit filia redire ad domum Senatoris, & familiam, non tamen clarissima erit. vt docet Alber. hic. per §.non tamen permittimus. in authen.

Amissa dignitas non reuirescit.

de nupt. collat. 4. quinetiam iam etat amissa dignitas, quæ non reuirescit. l. Stichum. §. qui aream. ff. de solut. Et sic ad minora tenebitur. vt docet Guido Papa in decision. Delph. quæst. 380. Sed quid de muliere. per l. penult. C. de dignit. & glos. in l. cùm te de
1 nuptiis: nisi iterum nupserit nobili, secundum eum, dicens ita fuisse iudicatum.

2 Etiam multis arestis permissum fuit viduis sutorum, & aliorum artificum mortuo marito artificium exercere per famulos ad hoc expertos, etiã si probatus & iuratus deberet esse is, qui illud exercet artificium. Et hoc in fauorem viduarum statutum fuit, ne fame pereant mortuo marito, qui familiã alebat.

Cõcessiones personales non extenduntur.

Ex hoc textu colligitur, quòd licèt concessiones personales non trahantur in consequens. l. prima. ff. de constitut. Princip. tamen Princeps hoc alteri concedere potest, vt Vlpianus hîc asserit (nam Augustus concesserat Iuliæ consobrinæ) in fauorem personæ tamen, alteri cõcedere potest. §. sed quod Principi. de iure natur. & ita probat iste text. sed constitutio personalis non extenditur, vt ibi, nisi Princeps eam extendat. Vnde multa concedunt Principes suis consanguineis, & mulieribus. l. fœminæ. ff. de tutel. quæ aliis concedere non solent, possunt tamen maximè, vbi est γυναικοκρατία, vt sæpius in Gallia, sed in Vasconia viri verè viriles sunt, & mulieribus imperant, non contrà.

Princeps suã dispensationẽ non potest reuocare.

Sed, nunquid Princeps suam dispensationem reuocare posset? Non posse hîc docet Bald. ego allego text. iuncta glos. in cap. cùm ex eo. in verbo, septennium. de elect. in 6. Nam docet Principis beneficium mansurum esse, & indultum à iure beneficium non est alicui auferendum. de regul. iur. in 6. nisi euidens causa suaderet contrarium. glo. ibi & Oldrad. consil. 203. factum & cætera collat. vbi etiam docet successorem reuocare non posse datam dispensationem à
3 prædecessore, quando causa dispensationis manet, & idem in Papa concludit Oldrad. consil. 210. vrba-
4 nus. in fin. & quod est conclusum & statutum in vno consilio vniuersitatis, vel facultatis, non debet in alio mutari, sicut nec sententia. l. prima. ff. quãdo prouoc. non est neces. Alber. in l. fin. inf. eodem. sic quod in vna classe iudicatum est, non debet in alia mutari, quia vna non est super aliam, nisi sit magna classis, quæ certis finibus super alias iudicat. vt scripsi in tractat. de supplica. in primo tomo Commentar. ad Constit. Reg.

SVMMARIA.

1 *Exemplis non est iudicandum.*

2 *Electus in Senatum ex plebeio, vel equestri ordine, ius Senatorium non transferebat.*

3 *Senatores creati à Principe, & descendentes à Patriciis, vel Consulibus, vel illustribus, soli sententiam in Senatu dicere poterant.*

§. Senatores autem.

SEnatores ergo sunt, qui à Patritiis, vel à Consulibus descendunt, & ab illustribus quia hi soli sententiam in Senatu dicere poterant, alij per discessionem non voce.

Ordo Senatorum.

Senatorum triplex ordo erat, vt ait Fenestella: quidam erant Patritij, alij conscripti, alij pedarij. Patritij sunt, qui à centum illis patribus à Romulo lectis geniti sunt, vt hîc, dum dicit descendunt. l. ij. §. quæ omnia. C. de veter. iur. enuclean.

Patritij.

Sunt & alij Patritij, qui à Principe ad illam dignitatẽ electi sunt. de quibus Cassiod. in lib. 6. Variar. rerum in formula Patritiatus. vbi addit leges istis tantam reuerentiam detulisse, vt in sacris positi cùm hoc fuerint honore præcincti, paternis nexibus exuerentur. l. finali. C. de Consul. libro 12. & §. filiusfamilias. quib. mod. ius par. potesta. sol. in Instit. & in authen. consti. quæ digni. collat. 6. plus dicens idẽ Cassiod. Si antiquitatis Patritiorum ordinem percontemur, originem dignitatem omnium, vni ex patritiis noscitur fuisse dicatam, vt, à summi Dei cultura, locum primarium possideret. & Budæ. in annotat. hîc, dicit in horum locum Pares Franciæ successisse, sunt tamen valde remoti ab istorum potestate. Tacitus etiam in lib. 11. historiarum August. in Oratio. Claud. Cæsar. ait eundem in numerum Patritiorum, asciuisse vetustissimum quemque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis item reliquis familiarum, quas Romulus maiorum, & L. Brutus minorum gentium appellauerunt. Laz. in lib. 2. de repub. Rom. c. 12.

Senatores aurei.

Et per istum textum dicebant quidam hos iuuenes & aureos Senatores (qui sententiam in Senatu dicere non possunt) ob scientiæ defectum, Senatores non vocari, nec priuilegiis aliorum gaudere. text. in l. vna. ibi: Nec sibi honorẽ venali suffragio emerint. C. de perfectissi. dignit. lib. 12. glos. in l. ij. C. de murileg. libro 11. licet sint decorati illo munere, quod est valde acerbum multis ambitiosis, qui sua munera emerunt, non solùm suis pecuniis, verùm alienis, quas adhuc dominis retinent & eis inuitis.

Conscripti.

Conscripti verò hi sunt, qui Regum, Consulum, Censorúmue decreto in Senatum lecti sunt; Nam Festus ait: Patres dicti sunt, qui Patritij generis sunt: conscripti, qui in Senatu sunt, scriptis adnotati.

Pedarij.

Pedarios verò eos dicere solebant, qui quasi pedibus in aliorum sententiam irent, non tamen in Senatu sententiam dicere poterant, ibi: quia & hi soli in Senatu dicere sententiam possunt, &c.

Nempe cùm magnus esset Senatorum numerus, nimis protracta essent Senatusconsulta, si quilibet sententiam dixisset suam, sicut & nunc fit. Nam quidam solent recitare potius fabulas, vel historias in iudicando, quæ non attitant ad sic iudicandum, sicut
leges, cùm exemplis iudicandum non sit. l. nemo C. 1
de senten. & interlo. omn. iudic. vnde hodie bonum fortè esset, vt iuuenes Consiliarii, Pedarij, ante triennium essent, & sic discerent, nisi essent Doctores, vel Aduocati excellentes, & nõ tam prolixa essent iudicia supremarum Curiarum. Nam quilibet ostentationis gratia multa profert, quæ iudicia differunt, & nil nisi verba, & recitationes aliorum, & facta.

Alij verò Pedarios dicebant, quòd pedibus irent ad Senatum, patritij vero sella vel lectica veherẽtur.

Præterea, si quis plebeij, vel equestris ordinis fuerit in

rit in Senatum allectus, ius Senatorum ad hæredes non transferebat, nisi qui ornamētis Senatoriis, Consulatoribus, Prætoriis, Quæstoriísque fuissent ornati. vt docet Laz. in lib. de Repub. Roman. cap. 12. & lib. 9. cap. 1.

Et sic intelligetur iste text. eos Senatores per antonomasiam & propriè dictos, qui creati à Principe fuerunt, & qui descenderunt à Patritiis, & Consuli-
3 bus, vel ab illustribus: nam hi Senatores sic creati, & descendentes ab vno istorum, soli, non autem pedatij, sententiam dicere in Senatu poterant, nō quod filij descendentes ex Patritiis Senatores essent, nisi à Principe hoc munere decorati fuissent, licèt quidam contrarium asserant, & quamuis Valenti. & Theod. sic scribant. l finali. C. de tuto. vel curat. illustr. generali lege prospectum est, ne qui ad illustrium Senatorum tutelam, curialibus occupati necessitatibus vocentur. Ibi, vocat tutelam Senatorum illustrium datam à Senatoribus illustribus suis filiis, vel quæ decernenda est filiis Senatorū illustrium. Inde dicimus tutelam testamentariā datam in testamento, legitimam, &c vt in suis constat locis: nō autem intelligemus filios Patritiorū, vel illustrium, Senatores dici, nisi creati à Principe fuerint: quia nullum ferè munus etiam tutelæ, iure hæreditario transit. l. tutela. ff. de tutel. cap. j. de præb. ideo non potest esse Senatoris filius Senator, nisi creatus talis fuerit.

Nullū munus iure hæreditario trāsfertur.

De officio Consulis.
Tit. x.

SVMMARIA.

1 *Consules in caput ciuis Romani iniussu populi non poterant animaduertere.*
2 *Consulum potestas vna est maior alia.*
3 *Concessio Principis denotat Consulum potestatem.*

Certum est, vt Pomponius scribit. in l. ij. ff. de origine iuris. §. exactis Regibus, duos Consules fuisse constituros, penes quos summum ius, vt apud Reges, esset: in quibus (præterquàm annuum imperium datum) nihil aliud est immutatum, vt etiam Fenestella docet, dictósque ab eo, quòd reipub. consulerent, seu consulere deberent: vel, vt Varroni placuit, quòd populum & Senatum consulerent. §. lex. de iure natur. in Instit. Iniunctúmque eis fuit, vt omnium, quæ reipublicæ fore arbitrabātur vtilia, diligenter curam agerent, qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi vendicarent, lege lata factum est (vt Pompon. refert) vt ab eis prouo-
1 catio esset, néue possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi, vt author etiā est Liuius.

Consules vnde dicti sint.

Istam igitur potestatem Consules sibi retinuerunt tandiu, quādiu imperium; & omnis potestas in Principem translata fuit. de quo in l. j. ff. de const. Princip. & tuoc potestas à Cæsare Consulibus data est, quanta, & qualis sibi visa est.

Verùm, quia aliç ciuitates administrationem Romanæ vrbis non ignorantes, instar illius reipub. Consules in ciuitatibus, qui curam reipub. haberent, elegerunt: quibus potestas data fuit, quanta placuit, & Imperatoribus & Regibus, sub quibus ipsi degunt, maiorem potestatem, quidam Consules aliis habēt, 2
vt Consules seu Capitularij Tholosani: alij imperium merum obtinent, vt Consules Montispessulani: alij solam populi curam, seu ciuitatis, sine tamen imperio, vt Consules Parisienses, quos Scabinos vocant. Et sic vulgò in hac patria vocantur. Burdegalæ Iuratos vocat vulgus Consules.

Iurati vocati Consules.

Constat ergo ex prędictis, variam esse Consulum 3
potestatem, ex temporum diuersitate. Ideò consideranda tempora & distinguenda, si quis rectè intelligere velit. Vnde si quis hodie Consulum potestatem scire velit, oportet concessionem Principis scire, ex qua illorum dependet potestas: si autem maximam illis Princeps potestatem concesserit, illam exercere liberum eis erit, vel si ita consuetum fuerit, quia consuetudo iurisdictionem tribuit. cap. cùm contingat. in fin. de foro comper. l. finali. C. de emancipa. liber.

Consulū potestas ex tēporū diuersitate cognoscitur.

Vnde quidam interpretes in tit. de decur. lib. 10. C. voluerunt eos in locum decurionum successisse, & eis comparare illos, quod lōgè est ab illis. Ideò istæ æquiparationes sunt hodie fallaces, quia Officiales variant ex potestate eis attributa. Hodie Præsides prouinciarum habent in Gallia, vsque ad ducentas quinquaginta libras ex Franciç cōstitutionibus summum ius imperij, vt dicetur in Const. Reg. Et tamen olim hoc non fuit concessum Præsidibus prouinciarum, etiam Tholosani gloriantur de suis Capitularus, quos instar Romanorum fuisse asserunt, sed diuersum est, illi summum regale imperium habebant, hi non. Item Consules & alij Officiales non debent suscipere administrationem, nisi præposito iuramēto se fideliter iura officij administraturos. ca. venientes: de iureiurand. & si sine iuramento receperunt exercitium, reücieodi sunt. teste Bald. in §. vasalli. primo. de pace Constan. in vsibus feudo.

Plura si quis de his Consulibus & eorum legibus desideret, poterit ex Fenestella, Pomponio Læt. ac Cicerone in lib. de Legib. 2. ex Tito Liuio, & aliis, maximè ex Blondo lib. 3. de Roma triumphante, ac nouissimè ab Alexan. in lib. Genialium 3. c. 3. ediscere: ego ciuilem materiam persequar, & vtilem.

Hodie nostri Consules seruantes constitutionem Martia. Augusti. in l. ij. C. de Consu. & non spargend. pec. lib. 12. à spargendi pecuniæ vilitate se abstinent, & multi bona ciuitatum expilant, & retinent, quod est illis detestabile. vide quæ scribit Alciat. libro 5. Parerg. cap. 10. & sequent. cur quatuor Consulum nomine legantur. in Litem veniunt. §. pridie. ff. de petitio. hæred.

SVMMARIA.

1 *Causa manumissionis duobus modis approbabatur.*
2 *Recuperatores qui vocentur.*
3 *Peregrini recuperatores dabant mancipiis naturalem libertatem cum Præside pro tribunali sedentes.*
4 *Manumissio in transitu causa cognitionem non requirebat.*
5 *Causa semel approbata, manumissio nō retractabatur.*
6 *Doctor vnus si ad licentiā quendam præsentet, alter lauream illi non concedet.*
7 *Opus inceptū ab vno artificum, ab altero potest cōpleri.*
8 *Locū tenens potest causas coram eo inchoatas perficere.*
9 *Apparitorem in prima citatione acceptum, pars non tenetur iterum excipere in alia.*

Lex

LEX VNICA. VLPIANVS LIB. II.
DE OFFICIO CONSVLIS.

OFficium Consulis est, consilium prębere manumittere volentibus. Cōsules seorsum & singuli manumittunt: sed non potest, qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere: separatæ enim sunt manumissiones. Sanè si qua causa collega manu mittere non potest, infirmitate scilicet, vel alia iusta causa impedirus, collegam posse manumissionem expedire Senatus censuit. Consules apud se seruos suos manumittere posse, nulla dubitatio est: sed si euenerit vt minor viginti annis Consul sit, apud se manumittere non potest, cùm ipse sit qui ex Senatusconsulto consilij causam examinat. apud collegam verò, causa probata, potest.

Manumittere suos seruos quilibet poterat.

HOc Vlpiani responsum interpretes incertos & dubios mirum in modum reddidit, quamobrem videndum est, vt facilius hæc lex intelligatur de seruorum manumissione, & sciendum est quemlibet, non oneratum ære alieno, sine fraude; cum causa, vel sine causa: directò, vel per fideicommissum suos seruos manumittere potuisse. vt in tit. ff. de ma. cum seq. & de fideicommiss. liberta. certus tamen oumerus statuebatur ex lege Caninia, vt patet in Institut. Vlpian. in illo tit. & in Instit. Iustin. & Cod.

Excipiūtur minores.

Veruntamen quibusdam prohibebatur manumittere, nisi ex causa, vt minoribus. §. eadem. quib. ex causis manu. licet, in Institut. ne bona sua dissiparent ex consilij fragilitate, & ne deciperentur. l. j. ff. de minor.

Causa manumissionis apud magistratū approbabatur.

Et ista causa apud magistratum, cuius de ea re potestas à legibus data esset, approbari solita erat. l. etiā. §. primo. ff. de ma. vind. ibi, Quas ęstimare debebit is, apud quem de ea re agitur, & in l. seq. Vlpian. ait, illud in causis probandis meminisse iudices oportet, vt non ex luxuria, sed ex affectu descendentes causas probent.

1 Et duobus modis fiebat, nam aut ipse Consul, vel magistratus per se approbabat, aut per cōcilium. per se, quando fiebat, aliorum concilium non quærebat, sed ipse magistratus hoc expediebat.

Concilium quid vocetur.

Concilium sic declarat Theophilus in tit. quib. ex caus. man. licet. Concilium est cōcessus certorum virorum certis anni diebus coëuntium. Habebatur autem hoc concilium non Romæ tantùm, sed etiam in Prouinciis. Coibant autem viri illi, tempore conuentus sed quid est conuentus? est certum statumque tempus litium dirimendi gratia, inuentum. Nam Romani cùm totum ferè annum bellis gerendis contererent, atque tempore hyemis sub pellibus agere, ab hybernis tempestatibus cogerentur: quoniam, vt in communi vita, sine litibus controuersiisque esse non poterant, omissis atrois iudiciis vacabant, & multos in eam rem constituebant iudices, qui Recuperatores vocabantur, quia per 2
eos vnusquisque debitum suum recipiebat, tempus autem illud à conueniendo, conuentus dictum est. Conueniebant enim & iudices & litigatores: extremo autem conuentus die habebatur concilium, vt fieri solent illi conuentus, quos magnos dies vulgò vocamus in Francia.

Conuentus vnde dictus.

In Prouinciis hunc in modum procedebat proconsul, aut præses, & in tribunali suo considebat,
vnaque iuxta ipsum viginti viri, qui dicebantur 3
peregrini Recuperatores, quia per eos mancipia naturalem libertatem recipiebant (scis enim natura liberos omnes homines productos esse) & apud eos à manumittentibus allegabantur iustę causæ manumissionis.

Dignitas Equestris.

Habebatur & Romæ concilium, die aliquo conuentus, prætore pro tribunali sedente, & assistentibus ei quinque senatoribus, & quinque equitibus Romanis. Erat autem dignitas Equestris maior ordine senatorio, sed tamen velum seminarium eius. Hæc Theophil. vbi suprà.

Et sic patet consules præbere concilium, volentibus manumittere. Sed si alter consulum manumittere velit seruos suos, potest. vt in fin. huius l. constat. & non bene infert Accurs. ex hoc, dicens consules habere tantùm voluntariam iurisdictionem, quia supremam habebant, & imperium suo tempore. vt l. 2. infrà de in ius vocand. & l. 2. §. exactis, de orig. iuris. & qui non habebat iurisdictionem nisi voluntariam vel delegatam, non poterat concilium dare. l. 2. ff. de offi. eius.

Etenim quidam exponit hîc concilium, pro tribunali, quòd hæ causæ pro tribunali approbarentur, certè Caius ait, non est omnino necesse pro tribunali manumittere. Itaque plerumque in transitu serui manumitti solent, cùm aut lauandi, aut gestandi, aut ludorum gratia prodierit prætor, aut proconsul legatúsue Cæsaris. & Vlpian. sic ait: ***Ego cum in villa cum prætore fuissem, passus sum apud eum manumitti, & si lictoris præsentia non esset.*** l. non est. ff. de man. vind. & quando interponebatur concilium, tunc in transitu non fiebat manumissio, sed pro tribunali: si verò causa non requirebatur, tunc in transitu & sine cognitione fieri poterat. § serui. quib. ex caus. manumit. licet. in Instit.

Manumissio censu facta.

Item ex prædictis apparet, qui possint præbere concilium. Respondeo, Hi magistratus apud quos hæc manumissio fieri poterat. Liuius ait lib. 1. deca. 5. adiectum fuisse senatuscōsultum, vt Dictator, Consul, Interrex, Censor, Prætor, qui nunc esset, apud horum quem, qui manumitteretur, iusiurandum daret Censorem, aut Cumanus, adiecit, propter eos, qui censu manumitterentur, & Imperator ait: ***Apud concilium nostrum, vel apud consules, prætores, præsules, præsides magistratusue earum ciuitatum, quibus huiusmodi ius est, adipisci potest, patronorum iudicio, sedula seruitus libertatum.*** l. fin. C. de manum. vind.

Manumissio vindicta.

Inde Paulus ait l. Apud proconsulem, postquàm vrbem egressus est, vindicta manumittere possumus, sed & apud legatum eius manumittere possumus. ff. de manum. vind. & apud prætorem. l. non est. ibidem.

Tamen si duo fuerint prætores, & sic in pari imperio, alter apud eum, cùm par imperium est, ma-

numittete non potest. l. apud. de manumissio. ideò cum proconsul sit prętore maior apud proconsulem prætor manumittere potest. ibid & l.apud filiumfam.l.ibi, scribit Paulus, apud collegam prętor manumittere non potest, tamen apud Proconsulem etiam in ea prouincia, quam sortitus non est, & manumitti, & in adoptionem dari posse placet Paul. in l.emancipari.de adoptio.

Cõsules possunt seruos suos apud se manumittere.

Itaque, cùm officium sit Consulis prębere concilium, id est, concessum, Consiliariis,& iudicibus, ac volentibus ex causa manumittete, an ipsi seruos suos apud se manumittere possint quęrebatur, quod non videbatur: quia conciliũ præbere debent, sed iste tex. dicit nullam esse dubitationem quin seruos suos manumittere possint, & concilium præbere aliis minoribus, volentibus manumittere seruos. & Paulus de manum. vnid. sic scribit l. *an manumittere apud se possit is, qui concilium prabet, sape quesitum est Ego quidem cùm meminissem Iaboleuum praceptorẽ meum in Aphrica & Syria seruos suos manumisisse, cùm concilium praberet, exemplum eius secutus, & in pratura, & in consulatu meo, quosdam ex seruis meis liberaui, & quibusdam, aliis consulentibus me, idem suasi* Et Vlpian. sic ait ibidem: *Cùm in villa cum pratore fuissem, passus sum apud eum manumitti, etsi lictoris prasentia non esset.*

Concilium prabere, quis dicatur.

Ideò, concilium præbere, est concilium date: is autem qui concilio præest, conuocandi concilium potestatem habet. l.secunda.C.de decurio. libro 10. Is ergo magistratus præbere concilium dicitur, qui certos conuocat, coram quibus probetur causa manumissionis: & Consules, Proconsules, & alij, quos prædiximus, concilium dare & conuocare poterant, sed mandata iurisdictione à Præside, non potest concilium exercere is, cui mandatur. l.ij. ff. de offic. eius cui mand est. iuris. Ideò isti Consules, quando minor, vel alius, qui volebat manumittere seruum congregabant concilium, coram quo causæ manu-
5 missionis proponebantur,& concilium approbabat, quæ si semel probata erat, siue vera, siue falsa esset, non retractabatur manumissio, libertatis fauore. §. semel. quibus ex caus.manumitt.non lic.in Instit.

Et quamuis glos.intelligat ibi falsam causam pro iniusta, potest tamen accipi pro non vera: quia minor dixit manumittendũ suum esse consanguineum, fratrem, vel pædagogum, & tamen non erat: sic, causa falsa est, quæ si semel probata fuerit, tenet manumissio. quod ostendit Imperator, his verbis, titul.de vindic.libertat. l.prima. *Eorum qui apud concilium manumittuntur, post causam à iudicibus probatam, & manumissionem secutam, non solet status in dubium reuocari, si dicantur falsa demonstratione liberati.* facit l.iusta.ff.de manum.vind.ibi: *Sciendum est qualiscunque causa probata fuerit, & recepta, libertatem tribuere oportere.nam, &c.*

Consulum cuilibet separatim cõcilium prabere potest.

Consules seorsum & singuli manumittunt.] Ex hoc colligitur quemlibet Consulem separatim prębere concilium, manumittere volentibus, & coram singulis partes manumittere posse. Nam qui potest concilium conuocare, & causam committere, multò magis cognoscere de ea potest. l.prima. ff.de offic. eius. Interest tamen nostra, vbi concilium requirebatur adhibere, cùm Consul solus explicare non poterat, alioqui secus. & sic separatæ erant manumissiones: quia apud vnum & alterum, non congregato altero collega, hæ fieri poterant: habebant enim singuli iurisdictionem in solidum, licet iudices dati non sic habeant. l. duo ex tribus.ff.de re iudic. cap. prudentiam. de officio deleg. Ideò solet adijci clausula illa, quòd si omnes adesse nequiuerint, duo eam nihilominus exequantur. ibidem. & capit. sequenti. Et sic vbi data est iurisdictio singulis in solidum, habet hoc locum, secùs si coniunctim. vt in arbitr.in l.Pedius & l.sicut. ff.de arbit. & aliis iudicibus. l. Pomponius. & l. sequenti. ff. de re iudic.

Limitatur, nisi quis volens manumittere seruum, ediderit nomina apud alterum Consulem, id est, exhibuerit expresè nomina seruorum manumittendorum coram vno, & causas manumissionis coram eo proposuerit, fortè offerendo supplicationem, & petendo illos seruos manumitti, tunc quia causa est apud vnum incepta, non poterit apud alterum fieri: separatæ enim sunt manumissiones, vt tractari possint coram vno, quem partes eligent, & coniunctim fieri non debent, videlicet coram ambobus Consulibus. ob id si vnus inceperit de causis manumissionis cognoscere, alter non poterit finem imponere, tanquam præuentus l si quis postea. ff.de iud. Et vbi acceptum est iudicium, & finem accipere debet. l.vbi. & l. de qua re. ibidem. l.penultima. de iurisd. omn. iudic. Et inceptum dicitur quo ad hoc si quis supplicauerit, vt talis seruus manumittatur. vnde Vlpianus ait l.secunda.ff.ad Tertylia. §.si maret non poterit tutores idoneos filiis suis dari, vel prioribus excusatis, siue reiectis, non confestim aliorum nomen ediderit, id est, non nominauerit alios ad tutelam, ius non haber vendicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum. de hoc verbo, edere, plenè scripsi in l.boues.§.inter. ff.de verborum significatione. Et edere nomen, est (vt dicit Budæ.) quod nunc dicimus, per scriptum dare, vel per declarationem, etiamsi non detur in scriptis, sufficit etiam si quis petierit verbo, coram vno Consule Herotem seruum manumitti, & nomen illius serui edere dicitur nominando illum seruum, & petendo eum manumitti.

Præuentio in causa manumissionis.

Edere nomen, quid sit.

Inducit istum textum Barto.ad Vicarios Episcoporum, vt si vnus inceperit cognoscere de causa, alius non possit de illa cognoscere. Hoc tenet Pappus in capite penultimo. de officio Vicar. Domin. & Philip. Perus. in cap. cum plures. de offic. delegat. Et si vnus Doctor cœpit vnum ad licentiam Can- 6
cellario præsentare, alter non poterit illi lauream concedere, per istum textum, quasi alij præuenti sint, vel nisi iusta causa intercesserit, vt sequitur.

Sanè si, &c.] Accommodum valde est huic textui, quod Papa scribit in cap. cum plures. de officio delegat. in sexto. vbi si plures fuerint iudices delegati cum clausula: Quod si non omnes, &c. & vnus incœperit cognoscere, alij nequibunt se vlterius intromittere, nisi vel infirmitate, vel alia iusta causa illum contigerit impediri: aut si nollet, vel malitiosè in eo procedere recusaret.

Et sic datur regula per prędicta, in pluribus habentibus iurisdictionem in solidum: vt citatio vel inchoatio processus facta coram vno, impediat alium, vt procedere non possit, per hoc verbum,

non

non potest, quod tollit potestatem & facultatem. glossa in capite primo. de regulis iuris. in Sexto. cap. iudex. de officio delegati. eodem libro. Ideò, non valeret posteà manumissio facta per alium, nec processus, postquam erit semel per vnum inchoatus. glos. & Doct. in d. c. cùm plures.

Infirmitas iusta impediendæ manumissionis causa.

Hoc tamen limitatur in isto text. ratione infirmitatis, quæ cuique rei agendæ impedimento esset. l. quæsitum. ff. de re iudic. ne litigatoribus damno sit ipsius valetudo. l. prima. ff. de offic. eius. Nec distinguitur, an sit leuis infirmitas, aut grauis & dura, sicut alibi: quia sufficit hîc, vt ille Consul nõ adeat locum, in quo exerceat causas officij, nec est expectandus, sicut iudex absens delegatus. l. si longius. ff. de iud. Et sic iste text. locum habet in ordinariis, in delegatis verò seruatur d. l. si longius.

7 Item hæc lex vitiatur in artificibus, vt opus inceptum ab altero compleri possit; nec valeret conuentio in contrarium. l. vna. C. de monopol. vt scripsi in tractatu de magistr. artis. articu. vlt. q. ij. in 2. tomo Comment. in Constit. Regias.

8 Et per istum textum dixi locum tenentem non teneri expectare iudicem infirmum, sed posse causas coram eo inchoatas perficere: imò etiam aduocatus antiquior causas expedire poterit, quando iudices sunt valetudinarij, nec poterit iudex maior in præiudicium alterius illas committere. vt docet hîc Bald. alioqui tolleret iurisdictionem minoris locum tenentis, quod non est permittendum, quia vterque à Rege habet officium, ideò alter non potest illud alteri committere.

Notarius potest alteri committere, se subscribendo.

Etiam docet Barto. tabellionem posse alteri committere, quando est impeditus, hodie non fit controuersia, si notarius committat alteri, dummodò ipse subscribat. Bald. hîc arg. l. si quis ex argentariis. §. cogetur. ff. de edendo. & sic seruatur, alioqui non crederetur instrumento signato à famulo notarij:

9 quia non est notarius, nec tenetur de consuetudine pars nuntium, seu apparitorem acceptum in prima citatione, recipere iterum in alia. contra l. primam. C. de sportul. quæ non seruatur in regno. Aliàs daretur materia apparitoribus multas concussiones committendi, vt solent, quæ sunt alia iusta impedimenta, scripsi in tracta. de excusa. & exon. in 3. tomo Commen. ad Constit. Regias.

Nulla dubitatio est.] Et sic lex non debet fieri de dubio abundè scripsi in l. inter publica. ff. de verb. signific. hîc non repetam.

Sed si euenerit, vt minor, &c.] Accurs. fortè proponit contrarium. d. l. si rogatus. in fi. ff. de man. vind. vbi sic scribitur: *Consul apud se potest manumittere, etiam si euenerit, vt minor viginti annis sit*, & communis videtur sententia, vt minor Consul factus possit alienum seruum manumittere apud se, ratione magistratus, quo fungitur: seruum autem suũ non: quia eò quòd minor, requiritur causæ probatio, quàm ipse non potest facere: nam non potest fungi officio iudicis & partis. l. fin. C. de assesso.

Differentia enim est inter præsentantem & instituentem. cap. finali. de instit. Bartolus in l. pupillus. §. item. ff. de authori. tutor. l. prima. §. si autem. vbi Soci. & Ias. ad Trebellian. Lucas in l. secunda. C. de dignitat. libro 12.

Nec refragatur quod apud eum, cui par est imperium manumittere non possumus. l. apud. de man. verum est seruos nostros; & quando vterque Consul est æqualis: aliquando alter Consul est minor annis, ille non est alteri par: quia hic non potest manumittere, nisi causa probata à magistratu fuerit. l. si minor. de ma. vind. §. eadem. quib. manum. non licet. Ergo sufficit authoritas alterius collegæ Consulis, etiam quia par non erat imperium; Nam vnus habebat administrationem, vt quidam dicunt, etiam si pares imperio essent. Tamen Consules, qui erant in summo imperio, & in locum Regum, non egebantur iure aliorum inferiorum, videlicet Prætorum, Proconsulum, aut aliorum, vt patet per istum textum, nec loquitur illa lex de Consule: ideo minor annis Consul poterat apud alterum collegam consentientem manumittere. vt in d. l. si rogatus. quamuis inter eos, qui par imperium habebant, alter magistratus inferior manumittere non posset: vel Consul, minor annis non poterat apud se de causa manumissionis cognoscere, & manumittere, sed collega causam manumissionis probare, & postea Consul minor viginti annis poterat, causa probata, manumittere, vt in fine patet.

Consul minor quando manumittere possit.

Apud collegam verò causa probata potest.] Et sic Consul minor potest, quando causa probata fuerit per collegam, manumittere. Nec me mouet quod quis ad Rempub. non recipiebatur ante vigintiquinque annos. l. ad Rempublicam. ff. de muner. & hoc verum regulariter, sed nec quidem serui: tamen Barbarius fuit admissus. l. Barbarius. ff. de offic. Prætor. Cicero in Philippica quinta, sic scribit: At verò apud antiquos Rulli, Decij, Coruini, multique alij, recentiore autem memoria superior Aphricanus T. Flaminius admodum adolescentes Consules facti, tantas res gesserunt, vt populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint, &c. Itaq; munera alicui nõ passim ante vigintiquinque annos dabantur, nisi iis, qui fama & ingenio excellerent, vt qui prænominati fuêre, & alij plurimi, quos apud Historiographos videre licet.

Etiam necessitatem legem non habere notat hîc Accursius. sic in l. secunda. §. primo. in verb. non potest. si certum petat. capite sicut. de consecratio. dist. prima. cap. remissionem. prima. quæstio. prima. cap. quantò. de Consue. c. querelam. de iureiuran. & omnia communicanda esse necessitatis tempore docet glos. in l. ij. §. unde agitatum. in verbo, conferret. ff. ad legem Rhodi. de iactu.

De necessitate.

Triplex est necessitas, vt docet Angel. Clauas. in sua Summa, in verbo, necessitas. & de necessitate multa tradit Mathe. de Afflictis. in tractatu de iure protho. §. infrà triginta. not. primo. in fin. & Petrus Gerard. sing. vltimo. Gaspard. Valac. in repetit. l. imperium. columna 79. ff. de iurisdict. omn. iudic. Panormitanus consilio 17. in primo volum. & in c. cum venerabilis. in fin. de consuetud. Lucas de Penna in l. curiales. C. de decurio. libro 10. & l. ij. col. 2. de delat. Idem Paul. de Citad. in tract. de iure patron. in 6. part. q. 48. Decius in l. quæ propter necessitatem. ff. de reg. iuris. Albertus Brunus in tract. de forma & solennit. actus. fol. 61. col. 2. & Alciat. lib. 5. Parerg. ca. 10. & seq. vbi licet videre quæ expediantur tempore necessitatis. in l. vlt. C. de caduc. tol. & quæ, cessante necessitate, cessare debeant.

De officio Præfecti Prætorio.
TIT. XI.

SVMMARIA.

1 *Magistri equitum secundã post Dictatores potestatem habebant. Præfecti verò prætorio, secundam post Imperatores.*
2 *Furta domestica non debent publicè vindicari, cùm leuia sunt.*
3 *Præfecti prætorio sine appellatione iudicabant.*
4 *Quare senatoriam dignitatem consecuti sint.*
5 *Qui appellat à iudice, cùm appellari non posit, mulcta arbitraria puniendus est.*
6 *A Regibus an appellandum sit.*
7 *Inquiri debet de fide & peritia alicuius, antequàm ad Regium officium admittatur.*
8 *Certificatores pro hæreticis, vel insufficientibus, tanquam proditores & falsarij puniendi.*
9 *Decipiens mulierem per artem magicam, pœna mortis puniendus.*
10 *Item qui viuente prima secundam vxorem ducit.*
11 *Et qui sub prætextu causæ coram eo agitata, muliere abutitur.*

LEX VNICA. AVRELIVS ARCADIVS LIB. SINGVLARI DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO.

BReuiter commemorare necesse est, vnde constituendi præfecti prætorio officium, origo emanauerit. Ad vicem enim magistri equitum, præfectos prætorio antiquitus institutos esse, à quibusdam scriptoribus traditũ est. Nã cùm apud veteres, Dictatorib⁹ ad tẽpus summa potestas crederetur, & magistros equitum sibi eligerent, qui associati principali curæ, militiæ gratia, secundam post eos potestatem gererent, regimentis reipublicæ ad Imperatores perpetuò translatis, ad similitudinem magistrorum equitum, præfecti prætorio à Principibus electi sunt: data eis pleniore licentia ad disciplinę publicæ emendationem. His cunabulis prætorio præfectorum authoritas initiata, in tantum meruit augeri, vt appellari à præfectis prætorio non posit. Nam cùm antè quæsitum fuisset, an liceret à præfectis prætorio appellari, & an iure liceret, & extarent exempla eorum, qui prouocauerant; postea publicè sententia principali lecta, appellandi facultas interdicta est. Credidit enim Princeps eos, qui ob singularẽ industriam (explorata eorum fide & grauitate) ad huius officij magnitudinem adhiberentur: non aliter iudicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus. Subnixi sunt etiam & alio priuilegio præfecti prætorio, ne à sententiis eorum, minores ætate ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis præfectis prætorio restitui posint.

LEx vnica] In ista l. Aurelius Iurisconsult. originem præfectorum prætorio docet, referens illam esse ab Imperatoribus. Nam Romanorum Reges hoc officium non habebant, nec quidem Consules, sed cum bellis, aut aliis negotiis arduis id temporis premerentur, populus re exigente, maioris potestatis magistratum constituebat, qui Dictator vocabatur, à quo nec prouocandi ius, & cui etiam capitis animaduersio data erat. Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas vltra sextum mensem retinere, & his Dictatoribus magistri equitum iungebantur, sic, quomodo Regibus & Tribuni Celerum, quod officium ferè tale erat, quale hodie præfectorum prætorio. l. ij. §. post deinde. ff. de orig. iur. & in illa l dicitur, ferè, sed iste, ad vicem & similitudinem magistri equitum. Nam illi secundam, post Dictatores potestatem habebant, sic & hi præfecti prætorio, secundam post Imperatores. Imò dicit iste text. pleniorem licentiam his datam fuisse ad disciplinæ publicæ emendationem, id est, institutionis, & ad criminum & morum coërcitionem, quod declarat Iurisconsul. Paul. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. ibi: Alterum enim vtilitas priuatorum, alterum vigor publicę disciplinę postulat. l. ij. C. de offic. recto. prouin. ibi: Qualiter publicæ disciplinæ, &c. l. quod Reipub. ff. de iniur. Nam hi publicorum criminum & morum coërcitionem habebant. Anchar. in l. fin. ff. de munerib. ibi: Irenarchæ quoque, qui disciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficiuntur, &c. Furta domestica, si leuiora sint, publicè non sunt vindicanda. l. respiciendum. §. furta. ff. de pœnis. Ista domestica, & quæ priuatim tractari solita erant, non pertinebant ad publicæ vindictæ emendationem, nec coërcitionem, sed quilibet corrigebat priuatim. vt in l. vnica. C. de emenda. propinq. Alia verò crimina coërcebantur ab his præfectis prætorio: nam publicè interest, vt maleficia puniantur. l. ita vulneratus. circa finem. ff. ad leg. Aquil. vnde Vlpian. ait: *Si filius patrem & matrem, quos venerari oportet, contumeliis afficiat, vel impias eis manus inferat, præfectus vrbis delictum ad publicam pietatem pertinens, pro modo eius vindicat.* l. prima. ff. de obseq.

Dictator constitutus.

Magistri equitum.
Tribuni Celerum.
1

Præfecti prætorio.

Irenarchæ.

Augusti enim & Cæsares bellis atque aliis negotiis occupati, cùm imperium valde amplum esset, in omnibus simul limitibus imperij adesse nequibant: vnde prætoria, id est, sedes, & atria erexêre, quibus in re militari exercitatissimos, & iam omnibus propè honoribus perfunctos, præfecerunt: vti videlicet instar commitatus Augustalis, omnia ministeria complecterentur, scrinia haberent, procuratores, quæstores, annonæ præfectos, curatores ciuitatum, & prouinciarum, quæ Augustorum ipsorum auspiciis, tenerent, atque adeo vsurparent: vt tam in re ciuili, iuréque dicundo, quàm in belli administratione omnibus regula essent, ad quos tanquam ad sacram anchoram,

Prætoria imperio aucto erecta.

choram, omnes prouinciarum prouocationes fierẽt, qua separatim vtroque itidem in iure, pro ratione nobilitatis, ignobilitatisque Proconsules, Prætores, Legati, Præsides, Quæstores, Duces, Tribuni administrare solebant, qui tametsi Augustorum auspiciis gubernabant, omnes, præfecti prætorio iussis, ac dicto, tanquam sub Prætore constituti, perpetuò audiebant. hęc Laz. in lib. 2. de Repub. Rom. ca. primo. in principio.

Sedes quatuor præfectorũ prætorio.

Sciendum est sedes, præcipuàs quoad iuris ciuilis intellectum, quatuor horum præfectorum prætorio fuisse. Prima erat Orientis & Illirici. vt in titul. C. de offic. præfecti prætor. Orient. & l. ij. in fin. C. de veter. iur. enucle. & in authen. de his qui ingre. ad appellan. colla. 5. facit l. per Illiricum. C. de cohorta. & princip. corni. & primip. lib. 12. Et quamuis in iure Oriens & Illiricus iungantur, tamen fuerunt sedes separatæ imperio aucto, sed eo inclinante coniunctæ fuerunt, & apud Antiochiam constituta fuit vna sedes. teste Laz. cap. 2. vbi istas sedes optimè explicat, & septem prætoria ibidem fuisse asserit.

Aphricæ prætorio præfectus.

Item etiam erat præfectus prætorio in Aphrica. vt C. de offic. præfect. prætor. Aphri. & l. raptores. §. j. C. de Episc. & cler.

Galliarum prætorio præfectus.

Alius erat præfectus prætorio Galliarum, de quo Marcel. libro 17. de imperio Constantij, & lib. 20. & 23. & Sydo. Apollin. in epistola ad Nammalium libro 8. scribunt.

Præfecti prætorio sedes in Italia.

Alia sedes pręfecti prętorio erat in Italia, ad quam præter Italiam vniuersa Aphrica pertinebat. teste eodem Marcel. lib. 21. & Cassiod. lib. Varia. rerum sext. Et cum his præfectis prætorio multi viri doctissimi ad ius reddendum destinabantur, & ipse omnibus præfectus erat, vt statim dicetur.

3 At cùm isti sine appellatione iudicarent, & ad eos omnes appellationes prouinciarum addictarum deuoluerentur, statuit Imperator Alexander Seuerus, vt hi Senatoriam dignitatem consequerentur. vt viri
4 clarissimi & essent, & dicerentur: & hos esse Senatores ea ratione censuit, ne quis non Senator de Romano Senatore iudicaret, vt est apud Lampridium in Alexand. & probatur l. finali. C. vbi Senat. vel claris.

Præfectus prætorio quasi Princeps Senatorum.

Ex quo apparet illos etiam qui eum pręfectis prætorio erant, ab eo tempore fuisse Senatores, & præfectum prætorio quasi Principem Senatorum, vt nunc fortè sunt Præsides supremarum Curiarum. Vnde qui æquiparant eum magistro hospitij: non rectè faciunt. Nam potius id temporis hic solus æquiparabatur magistro equitum, vt dicit iste text. & sic Conestabili, cui dabatur ensis, vt Plinius Iunior in Panegyric. Traian. ait, Traianum ita dixisse: Accipito hunc ensem, & si quidem rectè atque è Repub. imperauero, pro me: sin secus, in me vtaris. & referunt Budæ. & alij. & solet dici illi: Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israël. vt habetur 2. Machab. cap. vltimo. & Tranquil. in vita Titi, ait: Titum filium Vespasiani præfecturam suscepisse, quæ nunquam ante id tempus administrata fuerat, nisi ab equite Romano, & si separatim fiat comparatio, sic fieri poterit: si verò coniunctim, hodie qui æquiparare præfectos prætorio velit Curiis supremis, nõ fortè perperam iudicabit. Nam illi omnes appellationes prouinciarum, in quibus designati erant, recipiebant. l. cum appellatio. C. de appellatio. & ab ipsis non appellabatur. constat in hoc text. & in l. vnica. C. de senten. præfect. prætor. Sic & Senatores erant, & ita procedunt hodie supremæ curiæ, quas Parlamenta vocamus, & præfectus prætorio erat horum Princeps: sic & nunc Principes Senatus, & Parlamentorum Præsides vocare solemus, qui alios Senatores habent, sicut præfectus prætorio olim habebat, & Cancellarius est illorum caput, sic & loco præfecti prætorio; & sic debet præcedere Connestabilem, cui armorum potestas data fuit, & detracta iurisdictio, nisi inter milites. Itaque sicut arma togæ cedere debent, ita & Connestabilis Cancellario, qui Tribuni, & Ducis officium exercet, potius quàm præfecti prætorio, de quo multa per Lucam de Penna in l. tribuni. C. de re milita. lib. 12. & scribit Ouid. lib. 13. Metamorph. hæc carmina.

Quippe manu fortes (nec sunt tibi marte secundi)
Consiliis cessere meis, tibi dextera bello
Vtilis, ingenium est, quod eget moderamine nostro.
Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri est:
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides: tu tantùm corpore prodes,
Nos animo: quantóque ratem, qui temperat, anteit,
Remigis officium: quantò est Dux milite maior,
Tantò ego te supero. nec non in corpore nostro,
Pectora sunt potiora manu, vigor omnis in illis.
At vos, ó proceres vigili date præmia vestro:
Próque tot armorum curis, quas anxius egi,
Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris,
Iam labor in fine est, obstantia fata remoui. &c.

Nec placet quod Budæus ait, præfectum prætorio à cohorte prætoria dictum esse, apudque antiquos cohortem quandam fuisse, quæ prætoria vocaretur; quæ Consuli, aut prætori in prouincia pręstò semper esset, quasique latus eius cingeret, allegat Cicero. ad Quint. Frat.

Prætorium vnde dictũ.

Ego puto prætorium à prætura nomen accepisse, sicut prætura à prætore, qui à præeundo denominatus fuit. vt Varroni & Ciceroni tertio de Legib. placet. & refert Laz. libro secundo vbi suprà. cap. primo. Quædam autem erant cohortes Romanæ, quæ in prætorio excubabant, & in Imperatorum tabernaculis, vt hodie sunt protectores Regis. docẽt Appianus Alexan. Marcel. & alij. Aliæ erant cohortes, quæ inclinante imperio peregrinæ vocatę sunt, de quibus loquitur Cornelius Tacitus libro primo & secundo, & alij.

Præfectus prætorio quis dicatur.

Item, quidam putant pręfecturam vrbis & istam eandem esse, sed tota falluntur via, vt dicam in titul. sequẽti. Nam præfectus prætorio dicebatur, qui constituto imperio creatus pluribus simul prouinciis, hoc est integro limiti, vel pluribus limitibus nomine Romanorum Augustorum præsidebat, à quo prouocari non poterat, & qui præter ciuiles, criminalésque causas, belli quoque administrationem, & armorum tractabat. vt docet Laz. vbi suprà.

Hodie præfectum vrbis, & præfectum prætorio, & magistros equitum ac peditum, indiscretæ esse dignitatis statuit Imperator, volens eos esse paris gradus & dignitatis. in l. prima. C. de præfect. prætor. libro 12.

Breuiter commemorare necesse est.] Ex hoc text. colligere potes, materiam breuiter pertractandam, & non cum magna ampula verborum. vt Iurisconsult. hîc facit, & Imperator ait multò vtilius

eſſe pauca idoneè effundere, quàm multis inutilibus hominibus prægrauari. l.ij. §. deinde. C.de veter. iure enucleand. Et hæc breuitas ſemper commendatur, ſi obſcuritatem non inducat. vt in procemio. ff. §. illud. docet Accurſ. & alibi pleniùs tract aui in interpret. l.vnic. C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. Neceſſe exponit Accurſ. pro vtili, nos poſſumus dicere, neceſſe eſt, id eſt, conueniens, vel neceſſarium fuit Iuriſconſulto ad intelligendum originem, & deinceps progreſſum hoc narrare. Nam ſi quis velit materiam tradere, neceſſe eſt vocabula materię prius interpretari, vt res melius intelligatur. l.prima. ff. ſi certum petatur.

Vnde conſtituendi Præfectorum, &c.] Ab origine, &, vt dicunt, ab ouo materia tractanda eſt, vt rectè intelligatur, de quo ſcribit Iuriſconſ. l.j. & ij. ff. de orig. iur.

Ad vicem magiſtri equitum, præfectos prætorio antiquitus inſtitutos eſſe, à quibuſdam ſcriptoribus traditum eſt.] Qui illi ſint ſcriptores ignoratur, niſi dicas Feneſtellam fuiſſe, qui allegatur ab Vlpiano in l. vnica. infrà de offic. quæſto. is enim ſic ſcribit in tract. de magiſt. Roman. cap. 23. de præfecto prætorio: Quales apud Reges Tribuni Celerum, ſiue apud Dictatores magiſtri equitum, tales deinde fuêre præfecti prætorij apud Cæſares. Nam cùm ſecundas poſt Cæſarem partes geſtarent, præeſſentque diſciplinæ publicæ emendandæ, adeò à paruis ea principiis creuit authoritas, vt cùm aliquo tempore à præfectis prætoriis prouocare liceret, extarentque exempla maiorum, quo pacto ab his prouocaſſent, lecta poſtmodum à Principe ſententia, à præfecto prætorio prouocatio ſublata eſt. Hæc ille, quem fortè Iuriſconſult. referre voluit.

Feneſtella de præfecto prætorio ſententia.

Nam cùm apud veteres Dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur.] Hìc, crederetur, pro, committeretur. exponi poteſt. vt aliunde ſcripſi, de hoc verbo in l. Creditores. ff. de verborum ſignificatione. de Dictatorib. in l. ſecunda. ſuprà de origine iur. & per Liuium lib. ab vrbe condita. 1. & ſequent. & per Feneſtel. vbi licebit videre reliqua.

Magiſter equitũ comparatur Cõneſtabili.

Et magiſtros equitum ſibi, &c.] Magiſter equitum dicitur Princeps militiæ, quem Conneſtabili comparamus, cui paret exercitus cùm equitum, tum peditum, de hoc Principe militiæ inferius fuſius dicetur.

Regimentis Reipub. ad Imperatores perpetuò tranſlatis.] Nam populus imperium ac poteſtatem in Imperatorem tranſtulit. vt in l.prima. ff. de Conſtitut. Principum. & §. ſed & quod Principi. Inſtitut. de iure natural. gent. & ciuil. & not. Baldus ex iſto text. præfectum datum eſſe ad regendum, non ad deſtruendum: ſicut dicit Diuus Paulus de alia quacumque poteſtate, vt ſit data ad ædificationem, non ad deſtructionem.

Ad ſimilitudinẽ magiſtrorum equitum.] Quod ſuprà dixerat: Ad vicem magiſtri equitum, hìc dicit, Ad ſimilitudinem.

Data eſt plenior licentia.] Et ſic licet detur plenior poteſtas hodie nouo magiſtratui, quàm olim tamen poteſt comparari alteri magiſtratui antiquo in eo, quod conuenit, non in alio. Ideò hodie non poteſt æqua fieri æquiparatio magiſtratuum antiquorum ad nouos, quos habemus. Nam etiam præfecti prætorio creari ſunt, nunc amplior poteſtas data illis eſt, in iure dicundo, vt fuit ſuperius dictum, & quoad emendationem publicæ diſciplinæ. Et hodie omnia iſta ſunt ſeparata, maximè in Francia, & conceſſa diuerſis magiſtratibus.

His cunabulis, &c.] Sextus Aelius lib. compoſuit, qui inſcribitur Tripertita, qui, veluti iuris cunabula continet. Pomponius in l.ſecunda. §. poſt hos fuit. ſuprà de origine iur. vtitur hac dictione. Et prima legum cunabula, Inſtitutiones vocat Iuſtinian. in §. cumque hoc. in procem. Inſtitu. & in §. ſed non vſque. de lega. vrbis cunabula dicit in §. libertinorum. de libert. fideicom. cunabula appellat idem Iuſtinia. de fideicommiſ. hæred. in Inſtit. §. vltimo. quæ omnia ad metaphoram reſpiciunt. l. cùm inter. C. de fideicom. libert.

Cunabula iuris & legum.

Vt appellari à præfectis prætorio non poſsit. Nam cùm antè quæſitum fuiſſet, an liceret à præfectis prætorio appellare, & iure liceret, & extarent exempla eorum, qui prouocauerunt, &c.] Sed videndum eſt, quando interdicta facultas appellandi fuerit, ſi quis appellet, an ſit puniendus, & qua pœna. Reſpondendum putarem eum mulcta arbitraria, pro qualitate perſonæ, 5 puniendum eſſe: quia iniuriam facit iudici, à quo appellat, cùm appellari non poſsit. l.fin. C.quando prouoc. non eſt neceſ.

Etiam facit contra legem prohibentem appellationem. vt ff. à quib. appell. non licet. & ſolent iidem iudices condemnare appellantem. licèt aliquando melius eſſet propter affectionẽ, quã habent, permittere ſuperiori, vt illum puniret, vel porrigere ſupplicationem Regi contra eum, qui in contemptum 6 Regiæ legis appellat. Nec probo ſententiam Baldi dicentis à Regibus licèt non ſit appellandum, tamen ad Imperatorem ſupplicandum eſt, vel vacante imperio, ad Papam: quia poſtquam ius ſupremum habent in ſuo regno, non reciperetur ſupplicatio, nec appellatio, niſi ab illis, qui Imperatorem recognoſcerent. Ratio ergo ponitur in hoc text. quamobrem ab his non appelletur: quia credit Princeps eos iuſtè iudicaturos, & ſic eſt præſumptio iuris, & de iure, contra quam nõ admittitur probatio in contrarium. l.finali. ff. quod metus cauſa. in aliis inferioribus iudicibus eſt tantùm iuris præſumptio, vt rectè iudicent. cap. in præſentia. de renunciat. ob id appellatio recipitur, voluit tamen Princeps ratione ſupremi Imperij, quod eſt in illo, vt ab his ſupplicari ad ipſum poſsit. authent. quæ ſupplicatio. C. de precib. impe. offerend. etiam ab his Curiis ſupremis non appellatur, quia vice & nomine Regio iudicant, ideo ipſe Princeps iudicaſſe cenſetur, nec ab ipſo ad illum ipſum appellaretur.

Credidit enim Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam.] Igitur ſingularis induſtria requiritur in his Conſiliarus. § illorum. de ſtatu monac. & in §. cumque hoc Deo propitio. in procе. Inſt.

Explorata eorum fide.] Et ſic probata fides Senatorum eſſe debet, vnde inquiri debet de peritia & fide alicuius, antequam recipiatur, vt hodie fit, antequã quiſquam ad officium Regũ admittatur, ſed 7 hæretici pro hæreticis deponunt, & plures fuêre ſic recepti: ſed iſti certificatores tenentur pœna capitis, 8 tanquam proditores, vt alibi probaui. etiam tanquam

quam

quam falsarij, puniendi sunt, quorum pœna est mors, per constitut. regni, quia falsum afferunt & dicunt, & hoc in maximum Reipub. damnum cedit.

Iudices debet esse graues.

Et grauitate.] Graues esse debent, qui alios iudicare solent. c. licet. 2. de testi. addit Fenestel. Atque integritate cæteros præcellere, oportere, nã Symmachus Papa sic scribit: Vilissimus computandus est, nisi præcellat scientia, & sanctitate, qui est honore præstantior. c. vilissimus. j. q. j.

Ad huius officij magnitudinem adhibentur.] Magnum quippe est hoc officium, & quando datur bono ac docto laudabile, ac purum tremendumque, sed quando corrupto, improbo, & ignaro, ridendum. vnde scribit Mathe. de Afflict. in Constit. Neapo. libro 1. rub. 45. de seruanda indemnitate, quæ requisita sunt Consiliariis, quæ si habuerint, eos de meliori nota commendare poterimus.

Requisita in Consiliariis.

Primò, debet Deum amare & timere, ac veritatem amplecti. Exod. cap. 18. proinde ex omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderunt auaritiam.

Secundo requiritur, vt Consiliarius sit sapiens, grauibus moribus, & expertus. Tobiæ cap. 4. Consilium semper à sapiente perquire. Iob 34. cap. Viri intelligentes loquantur mihi. ca. estote. primo. quæstio. prima.

Tertiò requiritur, vt sit fidelis & prudens, vt est in Euangelio: Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. & Eccles. 21.

Quartò, integræ famæ esse debet, & non infamatus de aliquo crimine, aliàs recipi non debet ad illud officium, sed procurator Regius se opponere debet, ne recipiatur. Oportet ergò illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. cap. licet. viij. q. j. facit l. ij. de offic. assesso.

De eadem re.

Vnde Ambrosius libro 2. de offic. pulchre scribit: Talis itaque esse debet qui consilium alteri dat, vt seipsum formam aliis præbeat, ad exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate: vt sit sermo eius salubris, atque irreprehensibilis: consilium vtile, vita honesta, sententia decora: quíque nihil nebulosum habeat, nihil fallax, nihil simulatum, quod vitam eius ac mores refellat: nihil improbum, aut maleuolum, quod consulentes auertat.

Quintò, peritus & doctus in iure esse debet, & non solùm in doctrina legum, sed etiam in experientia. vt docet Imperator Iustinianus in j. & ij. Constit. C. & in proœm. Instit.

Sextò, oportet esse bonum & iustum, & Dei spiritum habere, non autem iniquum. docet text. in c. si ergo. viij. quæstio. j. bonum spiritum habere dicitur, quando iustè iudicat, & secundum leges & constitutiones: malum verò, quando eis omissis innititur prudentiæ suæ. c. ne innitaris. de Constit.

Septimò, non sit cupidus, nec auarus. Nam Iethro docebat Moysem eligere debere viros, qui oderint auaritiam. Exod. cap. 18. quia cupiditas radix est omnium malorum, vt docet Diuus Paulus: Et contenti esse debent suis stipendiis, sicut milites, de quibus in Euang. Et hoc scribit Iustin. in auth. de mand. Princip. §. oportet. collat. 3.

Octauò, castus esse debet, maximè Consiliarij Ecclesiastici, alioqui seducere possent mulieres habentes coram eis processum: Nam luxuria excæcat conscientiam, & repellit rationem. cap. sanè. xv. q. j. Et captus amore mulieris, omne fas & nefas committeret. l. ij. §. initium. ff. de origine iur. Et nunquam bene iudicaret, quando processus mulieris adesset: ideò stipendia illorum, qui sic corrumpunt mulieres, sunt turcæ. Nam illas rapere ipsi dicuntur, & tunc

Stipendia iudicũ corrũpentium mulieres.

deteriores sunt, quàm bonorum raptores. Rapiunt 9
enim corpus & animam. Et sicut qui per artem magicam decipit mulierem, pœna mortis punitur. l. iiij.
C. de malef. & ma. docet Franciscus Episcopus Squi 10
lacensis in tract. fidei, c. 2. ita & qui capit secundam vxorem, viuente prima. vt plenè probaui in §. fin. de
publ. concub. in Concord. Ita & ij, qui sub velamine 11
causæ coram eis introductæ, eis abutuntur, & sic fuit à prorege latruncularor suspensus, qui abusus fuerat muliere, vt maritum illius liberaret, quem in vinculis detinebat in Sabaudia, hoc anno 1515.

Nonò, debet secreta Consilij tenere, nec tacenda proferre. cap. sit rector. 43. distio. & in ord. reg. scripsi artic. 19. & seq in tit. *De la Cour de Parlement*. alia requisita ibi tradidi. Et hi Senatores magnum honoris acceperunt incrementum, & ad tantum culmen sublati fuére propter illarum olim personarum excellentiam, quæ ad hos honores assumi consueuerunt, sed hodie propter iuuenum gloriam & ambitionem, detracta est istorum authoritas, & splendor, quod est dolendum.

Non aliter iudicaturos, &c.] Ex hoc text. colligitur præsumendũ esse pro summis Curiis, quod non aliter iudicent, quàm ipse Princeps esset iudicaturus: nam si præsumatur pro sententia iudicum inferiorum. l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. cap. in præsentia de renunt. multò fortiùs pro istis. & Consiliarij & Senatores æquiparantur à Modestino. in l. & qui non sunt. ff. de tutor. & curat. datis ab his. tamen differunt, quia hi Senatores tantum vocari possunt, qui in Curiis supremis sunt præfecti. vt in l. fin. de assesso. infrà dicam.

Subnixi sunt etiam alio priuilegio præfecti prætorio, ne à sententiis eorum minores ætate ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis præfectis prętorio restitui possint. Ista sunt duo priuilegia Curiæ supremæ, & vltra ista addunt interpretes alia, vti ipsæ possint condere leges. allegant l. ij. C. de offic. pręfect. prętor. Orient. Et legem facere posse dicunt ea ratione, dummodo non deroget legi superioris, vt ibi: quia Inferior non derogat legi superioris. cle. ne Romani. de elect. Ludouic. Roman. consil. 118. pręsens. in fine, dixi in l. non ambigitur. suprà eodem. triginta septem priuilegia Curiarum supremarum in proœmio Concord. in verbo, summas, conscripsi, quæ hîc non repetam.

Curia supremæ possunt leges condere.

Item Accurs. hîc docet Cardinales æquiparari præfectis prætorio, sed non in retinendis fœminis, fortè voluit docere historiam, quam Trebell. Pollio scribit in Claud. vbi dicit, Imperatores solitos assignasse his præfectis prætorio cocum mulionem, & mulieres speciosas ex captiuis duas, &c. quę Cardinalibus assignari, officij ratione non solent, licèt quidam mali interdum sibi plures temere vsurpent, qui in sterquilinio sepeliendi essent, instar monachorum, de quibus in c. cũ ad monasterium. de statu monach.

Insuper Bar. & alij interpret. dicunt hîc per istam glos. æquiparari Cardinales præfectis prætorio; & ideò à sententia Cardinalis non posse appellari. Lanfranc. in repet. cap. quoniam. in verb. interlocutiones:

A ſententia Cardinalis, etiã legati, appellatur.

col.xxvj.de probat. ſed hoc eſt falſum.vt in c.Raynutius.& c.Raynaldus, probatur.de teſta. etiamſi illi Cardinales eſſent legati.cap.conſtitutus.de appel.

Et licèt gloſ.in c.ſicut nobis.de ſentent.excom.dicat Cardinalibus credi, quod verum puto,vt magis illis credatur, quàm aliis inſpecta eorũ dignitate & autboritate. Ideò Nicolaus Papa credidit vni, vt teſtatur in c.nobiliſsimus 97. diſt.& in his quæ animæ-

Cardinalibus,in quibus credẽdum ſit.

ſorum reſpiciunt,eis credi debet de commiſsis viuæ vocis oraculo à Papa: ſed in iudiciis, vbi agitur de præiudicio tertij,nulli plenè creditur, cuiuſcunque authoritatis ſit.c.cũ à nobis,de teſtib. Ideò etiã Cardinali nõ creditur,dicenti ſe legatum, niſi literas ſuæ legationis oſtenderit.l.vnica. C.de mand.princip.Licet Papa Nicolaus voluerit alicui credere, non deferenti literas,ratione cõſuetudinis & notitię.vt in die. c.nobiliſsimus.aſſerit.97.diſt.quia multi Cardinales multas & malas patiuntur affectiones, & homines ſunt:& beatus eſt,qui à Domino eruditus eſt, & qui non reſpexit ad vanitates, & inſanias falſas. de quo Dauid.

Caſsiodorus in li.vj.Variarum rerum, in formula præfecti prætorio, formam iſtam ſic præſcribit: in ſumma eam referam.Primũ ait, Ioſeph. huius dignitatis infulas conſecraſſe,huius poteſtatis quędam cum principe cõmunia iura ſunt:exhibet enim ſine

Dignitas præfecti prætorio, quãta fuerit.

præſcriptione longinquos,& magna quãtitate mulctat errantes:fiſcum pro ſua deliberatione diſtribuit: euectiones ſimili poteſtate largitur, vacantia bona proſcribit,delicta prouincialium iudicum punit, verbo ſententiam dicit. quid eſt quod non habeat commiſſum, cuius eſt vel ipſe ſermo iudicium,penè eſt, vt leges poſsit condere, quando eius reuerentia poteſt negotia ſine appellatione finire. Igitur hac poteſtate nulla dignitas eſt æqualis: vice ſacra vbique iudicat, nullus ei miles, de fori ſui authoritate præſcribit,officium valde efficax,inſtructum, & tota animi firmitate præualidum,gratãter implemus,quæ ille conſtituit: cuius reuerentia & nos ita conſtringimur,vt ſine dubitatione faciamus, quæ illum decreuiſſe cognoſcimus,non immeritò, quando palatium ſua prouiſione ſuſtentat.Et licèt aliæ dignitates habeant titulos præfinitos, ab iſta totum penè geritur, quicquid in imperio noſtro,æquabili moderatione tractatur.Hæc ille.Iſtam etiam formam cõſcribit Lucas de Penna,in l.duos.C.de ſuſcep.præpoſ.& Archa.libr.x.ſummam tantum præſcripſi, vt quiſq; cognoſcat iſta Cancellario melius conuenire, & in pluribus quàm aliis.

Quamobrem his quæ ſuperiùs dicta ſunt præſcriptis & diſcuſsis,iſtæ æquiparationes vix fieri poſſunt cũ noſtris magiſtratibus Galliæ, quia licèt inſtar magiſtratuum Romanorum quædam officia conſtituta ſunt,tamen non retinẽt illam inſtitutionem,ſed Principes poteſtati, & inſtitutioni aliqua addiderunt,aliquando detraxerunt;adeò vt vix vlla noua dignitas illis antiquis bene & ad amuſsim comparari poſsit: ſed prout ſimile inuenitur,& idem in aliis officiis dici poteſt;ſuper quibus deinceps diſputare non intendo,quia inſpecta prima origine,alia eſſet æquiparatio facienda, quàm ſi huius officij progreſſum conſpiciamus:& alia,ſi ſeparatim,alia ſi coniũctim, vt ſuperiùs expreſſum fuit,& inſpecta formula ſuperiore, Can-

Cãcellarij poteſtas.

cellarius in regno ſimilem ferè habet poteſtatem, ne plura.

De Officia Præfecti vrbi,

TIT. XII.

SVMMARIA.

1 *Inuiti, non ambientes, ad capeſſendam Rempub. adſciſcendi.*

2 *Præfectura vrbis primò magno in honore habita, poſteà fuit infimæ ſortis.*

3 *Vrbis præfectura eſt triplex.*

SVNT qui confundant Præfectum prætorio vrbis,cum præfecto vrbis, quod alienum eſt ab hiſtoria. Nam Romæ prætorium erat,ob id præfectus fuit illi prætorio vir induſtrius, qui appellatus fuit præfectus prætorio vrbis æternæ,& hic à principe conſtituebatur; præfectus verò vrbis à Senatu, vt Trebel. Pollio in cenſorio Tyran.ſcribit.Cenſorinus,inquit,vir planè militaris, & antiquæ in curia dignitatis, bis conſul, bis præfectus prætorio,ter præfectus vrbi,quartò proconſul,&c.& Marcel.lib.27.ſic ſcribit.Cùm Symmachum à Proniano ſucceſsiſſe vrbis præfecto ſcriberet, aduenit poſt hunc vrbis moderator Lampadius ex Præfecto prætorio. & Lamprid. in Alexand. ait: Præfectos prætorio ſibi ex ſenatus authoritate conſtituit;præfectos vrbi à ſenatu accepit:alterum præfectum prætorio fecit,qui ne fieret,etiam fugerat, dicens inuitos non ambientes in Repub.collocandos: 1 quod vtinam hodie fieret,quo tempore videmus pecunia obtineri munia,& ambientes omnia bona ſua, & vxorem penè vendere, & ponere ante manus receptorum, vt officia conſequantur.

Differẽtia inter præfectũ prætorio & præfectum vrbi.

Feneſtella de Magiſt. Rom. dè hoc præfecto vrbis loquens, ante Tarquinium ſuperbum præfectos vrbis non creatos fuiſſe narrat,creari tamen potuiſſe non inficiatur:tamen Romulum & Tullum Hoſtilium vrbis præfectos creaſſe legimus,vnde cùm Regibus extra vrbem proficiſci opus foret,aut Conſulibus,penes præfectum vrbis ſumma rerum relinquebatur, vel quotiens magiſtratus ex vrbe proficiſcebantur Latinarum feriarum cauſa.Vbi autem imperium propagatum eſt, Italiæ iuriſdictio ad præfectũ vrbis delata eſt,vt in hac l.j.dicitur.vt ſequitur,Omnia, &c. Et facit l. ij. §. & quia magiſtratus.ſup. de orig. iur. ibi, Quotiens autem proficiſcuntur, vnus relinquitur qui vocatur pręfectus vrbi,qui præfectus olim cõſtituebatur, poſtea ferè Latinarum feriarum cauſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur: de quo per Aulum Gel.lib.14.c.vlt.

Præfecti vrbis authoritas.

Et quamuis primo quoque tempore præfectura 2 vrbis tanto in honore fuerit,adeò vt Sabinus,Veſpaſiani Imperatoris frater, eam magni muneris & dignitatis loco tenuerit,& demum Pertinax ex præfectura vrbis ad imperium prouectus fuit,& tunc illuſtres dicebantur.l.viros. C.de palat.ſacra.larg. lib.12. Sed poſt aliqua tempora,tam infimæ ſortis habita,vt Heliogabalus omnes lenones ad hanc præfecturam prouehere deſtinauerit, & longo pòſt tempore præſides in maiore dignitate poſiti fuerunt,vt in ſuo loco dicetur.Ideò tempora ſunt diſtinguenda,vt ſuperiùs in aliis titulis dixi; & qualem inuenimus ipſam dignitatẽ hodie, proſequi eſt mihi in animo. De hac præfectura ſcribunt omnes Hiſtoriographi,& maximè

Heliogabalus vrbis pręfecturã dehoneſtauit.

mè Lāp. in Cōmodo. vbi triplicem vrbis præfecturā: scribit, videlicet præfectum vrbis, prætorij & prætorianorum, de quibus etiam Lāfr. in commenta. Reip. Ro. c. 2. & lib. 2. Imperat. etiam Valens Gratia. & Valent. sic statuerunt l. *præfectura vrbis cunctis qua intra vrbem sunt, antecellat dignitatibus, & potestatibus: tantum ex omni parte deriuatis quantum sine iniuria atque detrimento alieni honoris vsurpat.* C. eod.

SVMMARIA.

1 *Seruus à domino neglectus alere, fit liber.*
2 *Pœna triplex libertorum negligentium suos patronos egentes alere.*
3 *Exilium triplex.*
4 *Rex Franciæ non potest pœnam sententia ad eum delata, contra virum dignitate praditum, augere, sed bene minuere.*

LEX I. VLPIANVS LIB. SINGVLARI DE OFFICIO PRAEFECTI VRBI.

OMnia omninò crimina præfectura vrbi sibi vendicauit; nec tantùm ea quæ intra vrbem admittuntur: verùm ea quoque quę extra vrbem, intra Italiam, vt epistola diui Seueri ad Fabium Cilonem Pręfectum vrbi missa declaratur.

ET sic præfectus vrbis potest dici in genitiuo, vel datiuo: & hi de omnibus criminibus cognitionem omninò habebant, id est, sine aliqua exceptione, in omni casu, & in totum. vt exponit Iohan. And. in c. si nulla. de præb. in vj. glo. in extra. suscepti. de elect. §. 22. scripsi abundè in l. pecuniæ. ff. de verb. signific. Et hoc fuit à principio creationis, sed posteà fuit detractum, vt inferiùs videbitur, nam quod in genere hìc docet, postea sigillatim enumerat.

Nec tantùm ea, &c.] Et sic ab origine huius officij cognoscebat præfectus vrbis de criminibus, quæ in vrbe committebantur, & de his etiam omnibus, quæ extra vrbem, intra tamen Italiam.

Et sic olim hi vrbis præfecti, à quibusdā comparabantur locum tenentibus Regum, quibus ampla potestas erat, sed hodie est restricta: nec inspicimus primam horum officij originem, sed æquiparamus pręfectos vrbis illis magistratibus, quibus datur primaria in ciuitate, & generalis potestas, & iurisdictio; vt sunt præpositi, viguerij, seu alij magistratus primarij, & qui priorē in ciuitate habēt iurisdictionem, & post eos Seneschalli, Bailliui, Gubernator, vel quo alio vocetur nomine. Et hi primatij iudices habent iurisdictionē in vrbe, & extra quātū protenditur vrbis iurisdictio, *& septaine*, vt dicūt Bituriges, & Parisiēses dicunt *à la Baillieue, ou Preuosté*, id est in districta, & (vt dicebatur) intra centesimum lapidem, id est quantū protenditur vrbis iurisdictio, ab antiquo sita.

Præfecti vrbis quibus æquiparentur.

Etiam hodie in hoc Regno distincta sunt officia. Nam quamuis hic vrbis præfectus cognosceret tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, tamen hodie vnus est præfectus in ciuilibus causis, alter in criminalibus, & vnus non debet iurisdictionem alterius occupare. c. peruenit. xj. q. j. quod est verum in tribunalibus Seneschallorū, sed adhuc reseruata est iurisdictio primaria ipsis præpositis, & aliis, qui tamen non poterunt cognoscere de crimine læsæ Maiestatis, falsæ monetæ. portus armorum, nec de aliis casibus regiis, quorum cognitio olim ad Seneschallos, hodie ad Iudicē criminum, pertinet: vt patet in Constit. Reg. tit. *des Seneschaux* & tit. *de la creation des Iuges & Lieutenans criminels.*

Vt epistola diui Seueri, &c.] Alij dicunt ad Fabium Culeonem, hic legi debere, sed nihil refert; de hac epistola fit mentio in l. inter pœnas. ff. de interd. & relega. & in l. j. §. deportatos. de legat. 3. ac in l. aut damnum. in §. præfecto plane, de pœnis. l. fin. de offic. præf. vigil. sed in epistola Principis probet. dicā in l. metum. infrà. quod met. caus.

Seruos qui ad statuas confugerunt, vel sua pecunia emptos, vt manumittantur, de dominis querentes, audier.] Officium præfecti vrbis est, audire seruos confugientes ad statuas Principum, & de dominis suis querentes. Nam qui ad statuas Principum, vel vitandi metus, vel creandæ inuidiæ causa confugerint, si certas habuerint causas, quibus confugere ad Imperatoria simulachta debuerint, iure ac legibus vindicentur. l. vnica. C. de his qui ad stat. confug.

Confugientes ad statuas Principum.

Inde Vlpianus ait: *Ideò cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad statuam confugerunt, vt vel si duriùs habitos, quàm æquum est vel infami iniuria affectos esse cognoueris, venire iube, ita vt su potestatem domini non reuertantur.* l. ij de his qui sunt sui, vel alien. iuris. ff.

Originem istarum statuarum refert Plinius li. 34. c. 4. & de multiplici genere statuarum scribit Lazius in commentar. de rep. Romano. lib. 9. c. 19. & quę immunitas illis dabatur, dixi in tracta. immunita. ecclesiast. artic. j. in ij. tomo com. ad Constit Reg. Gallic.

Audiet etiam seruos sua pecunia emptos, vt manumittantur.] Si fortè dominus eos manumittere nolit. Sed quomodo sua pecunia emi potest seruus, cùm nihil habere possit. l. placet. ff. de acquir. hæredit. Respon. sua pecunia emptus, quoad hoc dicitur, qui amici beneficio, vel liberalitate, vel prærogante eo, vel promittente, vel se delegante, vel in se recipiēte debitum, redemptus sit; satis enim est, quod is, qui emptioni suum nomen accommodauerit, nihil de suo impendit. Vlpian. l. iiij. ff. de manumissio.

Item de iure, post moram manumittendi factam libertas debetur, ex die quo peti potuit, quamuis petita non sit. l. cum verò. §. apparet. ff. de fideicomm. libert. bonum tamen est, si coram iudice petatur, vt hìc: cùm iudex sit iuris minister, & hoc peti coram præfecto vrbis debet, vt hìc. Nam in his, quæ ipso iure fiunt, requiritur saltem sententia declaratoria. c. cū secundum leges. de hæret. lib. 6.

Mora in manumittendo facta.

Sed & patronos, egentes, de suis libertis querentes, audiet: & maximè si ægros se dixerint, desiderentque à libertis suis exhiberi.] Certum est, vt docet Paul. de liber. agnosc. l. fin. in bonis libertorum superstitum, nullum omninò ius patroni, liberiue patronorum habent, nisi si tā infirmos se esse, tamque pauperes præsidibus probauerint, vt meritò mēstruis alimentis à libertis suis adiuuati debeant; idque ius ita plurimis Principum constitutionibus manifestatur. Et sic de iure ciuili tātùm tenetur libertus alere suum patronum ęgētem, & ægrum, non autem iure naturali, cum illo iure seruitus cognita non esset. l. quod attinet. ff. de reg. iur.

Libertus tenetur suum patronum egentem alere.

l. ma

1 l.manumissiones.de iu lit.& iur.& de statu hom. Sic & dominus suum seruum alere tenetur, alioqui si eum relinquat, efficitur liber.l.vnica. §. sed scimus.C. de Lati. libertat. tollend. Nam Imperatoris Commodi constitutio ita profertur: *Cum probatum sit, contumeliis patronos à libertis esse violatos, vel illata manu atrociùs esse pulsatos, aut etiam paupertate, vel corporis valetudine laborantes relictos, primùm eos in potestatẽ patronorum redigi. & ministerium præbere dominis iubentius cogi: si nn autẽ nec hoc modo, admoneãtur, vel à præside emptori addicentur, & pretium patronis tribuetur.* Modestinus in l.alimenta.in fin. ibid.de liber. agnoscend. vbi Imperator Commodus vult etiã ad præsidem pertinere, si præfectus vrbis negligat, ibi, nec hoc modo, admoneantur, vel in vrbe à præfecto vrbis, vel in prouinciis ad præsidem pertinebit addicere.

Itaque præfectus vrbis, audit patronos contumeliis à libertis affectos, vel verberatos, aut si egestate 2 laborantes liberti eos non aluerint. & pœna triplex eis imponitur. Prima est, vt redigantur in pristinam seruitutem ratione ingratitudinis.l.ij.C. de libert. & eorum liber. Item cogi debent seruire, & ministeriũ dominis prębere, vt ibi: & in tit.de minist.seru.adhęc si liberti non admoneantur ista seruare, nec redacti fuerint in seruitutem, tunc poterunt vendi etiam à Præside, & emptori plus offerenti addici, & pretium dabitur patrono, qui prius ei dederat libertatem. Ita debet intelligi iste text. & d.l.alimenta. Et quot modis sumatur verbum, exhibere, abundè scripsi in l. plus est in exhibitione.de verb.signific.ff. vbi pro, ali, & tractari, dixi accipi posse, & etiam pro suffragio, posse accipi, docet Fenestella.

Relegandi, deportandíque in insulam: quã Imperator assignauerit, licentiam habet.] Igitur per istum textum præfectus vrbis habet potestatem relegandi, & deportandi. Tamen Imperator assignare insulam debet, ad summum enim imperium spectabat assignari insulas, in quibus continerentur hi scelesti condemnati, ne si insulis excederent, contra Imperatores quicquam sinistri molirentur, & ne Barbaros adirent, & eos contra Imperatores iuuarent. & dicit Fulgo. verbum, assignauerit, non esse præteriti temporis, sed futuri subiunctiui, quia præfecto vrbis data est & deportãdi potestas, quamuis insula non fuerit assignata, quæ tamen post sententiam potest assignari, sed præses hoc non potest, de verbo, studuerit, an sit subiunctiui, & cuius effectus sit, scripsi in §.prætereà.de coll.in Concord.

Apud Fenestellam non sunt hæc verba tex. quam Imperator assignauerit, quæ sunt addita à compositoribus, & verbum, assignauerit, est præteriti temporis subiunctiui, vt in l.j.ff.quando appel.sit. volens dicere præfectum vrbis habere potestatem relegandi, & in insulam deportandi, quam Imperator assignauerat, non verò in aliam, extra sortè suam prouinciã consistentem, vt inferiùs dicetur.

Potestas præfecti vrbis.

Sciendum est præfectos vrbis habere ius relegandi, & deportãdi, & si per sententiam aliquem deportandum pronunciassent, statim lata sententia condẽnatus erat infamis, nec poterat legatum, vel fideicõmissum relinquere, nec testari.l.j. §. hi quibus. de legat. iij.

Sed præses prouinciæ non habebat ius deportãdi. l.ij.§.j.ff.de pœn. Sed si delinquens commisisset falsũ, aut peculatum, ex quorum criminibus admisso vno vel alio deportandus esset, vt l.iij.ff.ad leg.Iuliam pecul.& inst. de public.iudi.in Inst. solebat præses sententias consiliariorum, vel aduocatorum exquirere, an hic deportandus esset: & tunc habita plena & cumulata consiliariorum, aut pragmaticorum sententia, ipse decernebat ad Imperatorem scribendum, vt ipse deportaretur, & Imperator conclusam à Præside sententiam, nondum tamen prolatam, confirmabat, & insulam assignabat, & demum præses pronũtiabat sic: pronuntiamus talem deportandum in talẽ insulam, ab Imperatore ad hoc assignatum. ista probantur in l.j.in princ.ff.quando appell.sit.

Nec poterat præses prouinciæ pronuntiare quem deportandum, antequã Principi ostendisset, & Princeps approbasset: sed tantùm pronuntiabat præses scribendum esse Imperatori, vt ille accusatus deportaretur, si ipsi bonum visum esset. Et tunc Imperator rescribebat, vt deportaretur, assignabatque insulam. & hoc Vlpian. plenè explicat in d.l.j. vbi sic conscribitur: *Siquidem in insulam deportandum annotauerit præses prouinciæ (id est decreuerit, nec tamen pronuntiauerit) & Imperatori scripserit, vt deportetur, videamus quando sit prouocandum: vtrùm cùm Imperator scripsit; an cùm ei scribitur? Et putem tunc esse appellandum cùm recipi eum præses iubet, sententia prolata, Imperatori scribendum, vt deportetur. Cæterum verendum est, ne serò sit, vt tunc prouocetur, cum Imperator insulam ei assignauerit: comprobata enim sententia Præsidis, tunc solet insulam assignare.* &c. Idẽ Vlp. (ff. de inter.& releg. l. inter.) scribit. *Præsides itaque prouinciæ quoties aliquem in insulam deportandum putant, hoc ipsum adnotare debent, nomen verò eius scribendum Principi, vt in insulam deportetur: sic deinde Principi scribere missa plena opinione* (id est misso pleno suffragio, & opinione singulorum, qui hunc deportandum censuerunt) *vt Princeps æstimet, an sequenda sit eius præsidis sententia, deportaríque in insulam debeat*, &c. probat Vlpia. in l. prima. §.deportatos. ff. de leg.iij. & sic planè poterit intelligi iste text. licèt iurium interpretes aliter intelligant.

Præsides prouinciæ quomodo in insulã relegare possint.

Relegare verò in insulam Præsides prouinciæ possunt, sic tamen, vt siquidem insulam sub se habeant, id est ad eius Prouinciæ formam pertinentem, quam administrant, etiam insulam specialiter assignare possunt, inque eam relegare.l.relegatorum. de interd.& releg.& puto prouinciam dici pertinere ad formam eius prouinciæ, id est ad territorium seu terminos; nã forma & terminus prouincię habet hãc insulã sub se. vnde Iuris. exposuit, insulam ad prouinciæ formam pertinere, id est quæ est sub se; & è contrario, quæ non est sub se, non pertinet ad formam prouinciæ, & interdum relegatur quis in insulam, interdum simpliciter: si in insulam quis relegetur, insulã ei egredi non licet.l.relegati.ff.de interd.& releg. vbi Martia. ait exilium triplex esse, aut certorum locorũ interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorum, præter certum locũ, aut insulæ vinculum, id est relegatio 3 in insulam.

Si verò insulam non habeant, pronuntient quidẽ in insulam se relegare, scribent autem Imperatori vt ipse insulam assignet: & sic pronuntiare præses poterat quem relegandum in insulam, etiam si non haberet, sed non poterat pronuntiare deportandum, nisi Princeps hoc approbauerit, vt superius dictum fuit: secùs

fecus in præfecto vrbis,per istum textum.

Et sic faciunt iudices supremi Franciæ, quando eis datum est negotium cognoscendi contra Cancellarium,Prȩsidem,vel alium virum magna dignitate præditum, vt postquam concluserint, habita singulorum sententia, mittant ad Regem, an illam conclusionem sequi velit,& Rex scribit,quid sibi facien-
4 dum visum fuerit: non tamen potest Rex pœnam augere, quia non potest insontem damnare, & ille qui ex consilio damnatus est, iuste damnatus præsumitur, ideò quod additur, sine cognitione causæ, iniustè præsumitur, & ex affectione factū, sed pœnam minuere potest.l.interpretatione.ff.de pœnis. de quo aliàs consului.

Præsides nō possunt relegare in insulā, quæ non est sub se.

Non poterunt tamen Præsides damnare in eam insulam, quam in ea prouincia, in qua præsunt, non habent. Et sic Præses Aurelianensis non relegat in insulam Parisiensem. Sicut autem relegare in insulam cuiusquam, quæ non est sub se, id non pertinet ad formam prouinciæ, & id non potest. Ita neque in prouincia quidem relegandi ius habet, quæ non est sub se, fortè Præses Syriæ in Macedoniam non relegabit, sed intra prouinciam suam potest relegare. idem Vlpia. in d.l. relegatorum.ff.de interd.& releg.

Et sic ex hoc text. colligitur, præfectū vrbis olim maiorem habuisse potestatem, quàm Præsides, licet hodie prouinciarum Præsides maiorem obtineant potestatem, quàm Primarij iudices vrbis, saltem in hoc regno.vt est in Constit.Reg.cautum tit. *Des Seneschaux, Baillifs, & Lieutenans.* & inferius dicetur. in tit.de offic.Præsid. Ideo quicunq; voluerit soluere contraria, oportet distinguere tempora. Nam multa vno tempore magistratui vni concessa sunt,quȩ non alij, & olim maior potestas, hodie non tanta, quia diuersitas temporum diuersitatem inducit rerum. c. non oportet.de consangui. & cap. quia diuersitatem. de conces.præb.

SVMMARIA.

1 *Verba enuntiatiua probant, si super his Principis intentio fundata sit.*
2 *Verbum, Committo, quem effectum habeat.*
3 *Concesso castro, & iurisdictio territorio inhærens concessa videtur.*
4 *Notionis nomen ad quos pertineat.*

§. In initio eiusdem epistolæ ita scriptum est.

COlligitur referenda verba, quæ declarare volumus, vt Iurisconsul.hîc facit,vt facilius mens intelligatur, sic solet facere Vlpia in omnibus edictis prætorum, Hoc edicto prætor ait, &c. vt patet in titulis, vbi edicta prætorum extant. vt ff.quod metus caus.de dolo.& in omnibus aliis.facit l.item veniunt. §.aptanda. infrà.de petit. hæred. sic volui ego,textus Iurisconsult.conscribere,cum interpretatione.

Cum vrbem nostram fidei tuæ commiserimus.] Ex hoc textu habemus Imperatorem committere præfecto vrbis vrbem, non autem simpliciter prætorium vrbis, vt superius dictum fuit, etiam ab hoc præfecto vrbis recipiebatur appellatio, ab alio verò præfecto prætorio, non, vt in titul. proximo diximus.

Appellare licet à præfecto vrbis.

Præfectura Romæ triplex.

Ex his apparet præfecturam Romæ triplicem fuisse; vrbanam scilicet, à qua instar Principis cuncta pendebant,& cui cohortes vrbanæ subiectæ fuerant: deinde præfecturam prætorianam, quæ & prætura dicebatur, & iuris dicūdi facultatem habebat, adhęc prȩfecturam prætorianorum, à qua cohortes prætorianæ,leges,& iussa accipiebant: ita videlicet, quòd sicut is Romanam in vrbe militiam regebat, ita prætor vrbis iudicia complebat, præcipue in criminalibus, & ludos dare solebat. Præfectus denique vrbis (qui & cæteris in initio eminentior fuerat) totius Romanæ ditionis tā intra vrbem, quàm extra, ut Italiæ aliquot loca summā tenebat: & in ciuilibus, cùm inter ciues, tum inter peregrinos, qui eò confluebant, facultatem iudicandi, causam plenam habebat. vt Lampridius in Commodo narrat, & Laz. in Comment.Reipub.Rom lib.1.c.4.

Item Bar.adducit ipsum textum ad hoc,vt verba enuntiatiua prolata à Principe fidem plenam faciant, quod non probat iste text. Nam Vlpian. refert hic epistolæ verba, quæ exponit. & in clement.vnica.de 1
proba.dicitur,enuntiatiua verba probare,si super his fundetur Principis intentio, vt plenè scripsi in Concor.tit.de subla.literis. Etiam Bart.dicit per verbum, 2
committo, dari plenam & liberam potestatem iurisdictionis. quod est verum, si respiciat iurisdictionem. Nam si Imperator committat sua negotia vrbis alicui, eum procuratorem constituit.l.j.ff.de offi. procur. Cæsar.l.j de procurat. Et si committat alicui exactionis negotium, non committit iurisdictionem. vt in tit.seq. dicetur, de hoc verbo, committo, docui in l.inter stuprum.§.j.ff.de verb.signific.

Donatio ciuitatis quid comprehendat.

Sed, an si quis donet ciuitatem, videatur donare & merum imperium? sunt qui hoc affirmant per istum textum, alij verò contrà. ego autem dicam in l.imperium.de iurisd.omnium iudic. casus distinguendo vbi Bar.& aliorum reprobaui distinctionem, imperij videlicet maximi, magni, & parui: quia confundit ingenia adolescentium, & iure non probatur, vt ibi abundè explicabitur.

Hæretici pro hæreticis validissimi testes.

Et istum textum in verbo, fidei tuæ, audiui adduci contra præpositum vrbis, qui dicebatur in fide suspectus. Ideò procurator Regius dicebat fidei suæ vrbem committi non posse, cum fidem nullam haberet, vel suspectam, vnde hodie solet, antequam vni prouideatur de officio, inquiri de vita & moribus: sed hæretici pro hæreticis deponunt fortissimè, vt superius scripsi. Væ ergo illis qui totam Christianam Remp.perturbant,& labefactant.

Præfecti vrbis cognitio.

Quicquid igitur intra vrbem admittitur, ad præfectum vrbi pertinere videtur.] Ex hoc text. colligitur, paria esse committere vrbem, vel quicquid est intra vrbem: vel committere domum, & quicquid est intra domum. Nam indefinita æquipollet vniuersali, per istum textum. & l. si pluribus. ff. de legat. 2. & cap.vt circa.de election.in Sexto. vbi est bona glos. quam dicit Bartol. veram, quando est eadem ratio omnium particolarium, aliàs non. Quæ fiunt intra vrbem & extra, spectant ad præfecti vrbis cognitionem.

Ex hoc Doctores inferunt, quod si Rex concedat 3
castrum, vel ciuitatem, iurisdictionem quoque territorio inhærentem videtur concedere, per istum textum. quia accessorium naturam principalis sequitur. l.cum principalis. ff. de regulis iuris. facit l. si

aquædu

aquæductus. ff.de contrahend.emptio. & l.secunda. C.de bonis vacant. lib.10.scripsi in l.ij. ff. de verbor. significat.& in l.imperium.infrà. de iurisd.omn.iud.

Nec dispuro quod Accursius hîc scribit,videlicet vbi Papa est, ibi & Roma.glos. & Doctor. in cap.2. & cap.præsenti. de præbend. & dignitat.in 6. sic vbi Rex est,& curia Regis. Et sic beneficium dicitur vacare in curia,quando vacat in eo loco, vbi est Papa, vel intra duas dietas.d. cap. præsenti. Et an donatio facta per Constantinum Papæ Siluestro, valuerit: cùm tot interpretes in hoc torqueant sua capita,hoc dicam , etiam si donatio non valuisset ,longinquitas temporis, Ecclesiam saltem Romanam tueretur. vide l.fin. ff.de constit. Princip. & an Rex de rebus sui Regni donare possit? non posse dicitur in cap.intellecto. de iureiurand. & per Doctor.in l.pactionibus. C.de pact. & Corser. in tract. de potestat. Regia. q. 61.ac 75. & Albertus Brunus in consil.12. in materia feudo.& Benedict.in c.Raynutius.in verbo, & vxorem.nu.270.cum seq.de testam.

Donatio facta per Constantinum Papæ, an valuerit.

Sed quoad Vicarium Episcopi , vel Officialem, criminum cognitio non videtur concessa,nisi exprimatur. facit cap.2.de offic. Vic.in 6. Scripsi in forma Vicariatus, in praxi benef. in 1.parte. & an vrbis nomine veniat comitatus , tractaui in l.ij. ff. de verbor. significatione.

Cognitio criminum.

Sed & si quid intra centesimum miliarium admissum sit , ad præfectum vrbi pertinet.] Hic terminatur præfecti vrbis cognitio , videlicet, vt tantùm cognoscat in vrbe, & intra centum miliaria. Miliarium seu miliare dicitur terræ spatiũ mille passus cõtinens.l.iij.vbi plenè docui.ff.de verb. signific. Et sic quod in principio dixerat præfectum vrbis habere iurisdictionem intra vrbem , & extra, intra Italiam,intelligitur,intra videlicet centesimum miliarium, & non vltrà,vt sequitur, quid ista dictio, intra, significet, plura scripsi in l. si quis sic dixerit.ff. de verb.signific.quæ hîc non repetam.

Quousque vrbis præfectus cognoscat.

Sed si vltra ipsum lapidem , egressum est, præfecti vrbi notio non est.] Ecce quod dixerat intra centesimum miliarium ,nunc dicit centesimum lapidem : quia in quolibet miliari veteres lapidem figere solebant ,quod peregrinantibus & iurisdictioni prodesse poterat. vt Marcellus libro 17. ait: *Emensisq; æstimatione decimi lapidis, cùm prope Sylnum venisset,&c.* Et sic colligitur quod extra,nullam habet iudex iurisdictionem.l.fina. ff.de iurisd omnium iudicum. Ideo veteres disiungebant lapidibus territoria ,ne confunderentur iurisdictiones, teste Marcello ibidem. Defertur in vicum Alexandri tertio lapide ab vrbe seiunctum,vt Marcellus ait lib.25.ibi: *Vnde cognitio per porrectam planiciem ad vsque lapidem septuagesimum,in regionibus aridis,nec aquam inuenire potuis salsam,&c.*

Et sic præfectus vrbis cùm exierit vrbis terminos, potestatem nõn habet extra vrbem, sed iubere iudicare potest.l.finali.infrà.eodem. dicam in l.3.de offic. Præsidis.infrà.& l.cum qui.de iurisd.om.iud.

Nisi contra subditum,qui deliquit extra suam iurisdictionem adhuc præfectus vrbis cognoscere poterit contra eum l.j. C. vbi de crimin. agi oporteat. Vnde si nullus contradicat, & dubitetur vbi commissum fuerit delictum, ipse etiam cognoscere poterit:cùm iurisdictio sua de iure communi per hanc legem fundata fuerit.

Aduertendum est , quòd sicut veteres, lapides figebant , ita etiam cippos. Cippi autem erant apud veteres columnæ , siue lapides secus publicas vias in terminis agrorum positi , in quibus militantium hominum inscriptiones , ac tumuli siue tumbæ erant. vt Eusebius libro 1.de vita Constantini,scribit. Sunt qui palas & cippos inscriptos , sempiternam commendationem virtutis eorum , quos habent , annorantes , confesse crediderint. & idem libro 4. Constantini conscribens sepulturam & basilicam ab eo ædificatã, ait: Duodecim sepulchra feci Apostolici chori , cippis excelsis , vrnam suam in medio collocauit,vtrinque senis Apostolicis.

Cippi, siue lapides prope publicas vias.

Erat autem mos militibus,aliquam agri portiunculam mercari pro se. & suis contubernalibus, quæ emptio dupliciter fiebat,aut enim pro se & suis heredibus, aut pro se , & suis contubernalibus. Idque, vt vel hæredes ius condendi suas vrnas, cippósque statuendi istic haberent : aut non , vbi minoris emeret quispiam pro seipso & coniuge solum , & tum istis literis saxum notabatur, H. M. H. N. S. id est , hoc monumentum , hæredes non sequitur : alioqui exprimebatur , quod monumentum sequeretur hæredem. Nam si cognatio erat finita,extraneus non potuisset in illo monumẽto sepeliri, nisi hoc exptessum esset,quod facit ad ea quæ scribunt Doctor.quid veniat appellatione cippi.Et dicunt illos venire,qui per lineam masculinam descendunt. vt in l.finali. C. de verborum signifi.Perus.in cap. si pater.de testament. libro 6. quod ex superioribus rectè dignosci potest, quicquid dicant interpretes.

Mos militaris in emendo.

Cippi appellatione, qui veniant.

Postremò in text. habetur : Præfecti vrbis notio non est.] Vlpian.dicit: notionis nomen ad eos pertinere, qui iurisdictionem non habent,sed habent de quauis alia causa notionem. in l. v. ff. de re iudic. 4
quod est verum,quando notio respicit ad eos, qui iurisdictionem non habent , sed si ad eos notio referatur, qui iurisdictionem obtinent , tunc cognitionem cum iurisdictione denotat.vt hic in l.prima.§.de his. ibi,Prætoris erit vel Præsidis notio. ff.de separation. vnde idem Vlpia.ait : Notionem accipere possumus & cognitionem,& iurisdictionem.in l.notionem.vbi abundè scripsi.ff.de verb.signific.

SVMMARIA.

1 *Adulterum vxoris viro cordato grauius,quàm mors filiorum.*
2 *Index vrbis primarium potest cognoscere de possessorio per præuentionem in regno Galliæ.*
3 *Causa possessoria inter nobiles in regno Galliæ tractanda est coram Seneschallo , vel Præside Prouinciæ.*

§. Si quis seruum suum adulteriũ commisisse dicat in vxorem suam,apud Præfectum vrbi erit audiendus.

ET sic in criminalibus , erat etiam præfectus , vt de adulteriis cognosceret. Nam seruos adulterii accusari posse , nulla dubitatio est. vt docet Vlpian. in l. seruos. ff. de accusat. Imò Venul. ait : *Omnibus legibus serui rei fiunt , excepta lege Iulia de vi priuata, quia ea lege damnati partis tertia bonorum publicatione puniuntur.*

puniantur: quæ pœna in seruum non cadit. Idémque dicendum est in cæteris legibus, quibus pecuniaria pœna irrogatur, v. lessam capitis (id est, æstimationis) *quæ seruorum pœnis non conuenit, sicut relegatio*. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. & hoc adulterium canon. interpretes inter grauia crimina enumerant. in cap. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic. Conqueri
1 ergo potest dominus, quia grauius est nobili, & cordato viro adulterium vxoris, quàm mors filiorum. l. penultima. § matre. ibi, scis vnum fratrem tuum, filium nostrum occidisse, dum ei rapinam faceret, & alia mihi deteriora fecit. ff. de legat. 2. Sed homini vili & ditari cupienti, mors filiorum deterior est. l. finali. §. primo. ff. de publica. ibi, vxorem corrupisse domini dicatur, aut aliud grauius quid admisisse.

Item, dum iste text. ponit, dicat commisisse, supplent interpretes, & probet, sed hoc intelligitur sine additione. per l. qui se dicit. ff. de iud. & in l. prima. si quadrupes paup. fecis. die. Alibi dixi esse phrasin Iurisconsf. vt habeant hoc pro expedito, quando scribunt, si quis dicat, &c. in l. iij. §. finali. ff. de verbo. significatione.

Sed etiã ex interdictis, Quod vi aut clam,
2 aut interdicto vnde vi audire potest.] Quamuis præfectus vrbis, & sic præpositus, vel iudex vrbis primarius cognoscere posit de interdictis, & sic de possessorio per præuentionem in hoc regno, vt est
3 in Constit. Reg. Galliæ constitutum. Tamen, si moueatur causa possessoria inter nobiles, vel contra nobilem super castro, vel feudo, etiam ab ignobili, causa coram Seneschallo, vel Præside prouinciæ est tractanda, ex Regis constitutione. Ordin. 27. artic. 19. titul. *des Seneschaux*. & aliàs inueni in hoc text hæc verba: Neque est alienum, ab eius potestate, vt coram ipso interdictum, quod vi aut clam exerceatur, id est, vt ipse præfectus cognoscat de interdictis, quæ vi aut clam, vt per totum ff. quod vi aut clam; & de aliis, vt dixi, in hoc regno iudices primarij cognoscunt. licèt hîc in his duobus esset tantùm expressum, vel nisi aliud esset consuetum.

SVMMARIA.

1 *Tutor ob dolum remotus, est infamis.*
2 & 3 *Tutelæ munus data pecunia acquirẽs, vel in fraudem pupillorum bona alienans, vel minuens, ad præfectum vrbis puniendus remittitur.*
3 *Tutor mentiens se aliquid habere ad alendum pupillum, extra ordinem à præfecto vrbis puniendus.*

§. Item solent ad præfectum vrbi etiam tutores, vel curatores remitti, qui malè in tutela siue cura versati, grauiori animaduersione indigent, quàm vt sufficiat eis suspectorum infamia: quos probari poterit, vel nummis datis tutelam occupasse, vel accepro præmio operam dedisse, vt non idoneus tutor alicui daretur: vel consultò circa edendum patrimonium quantitatem minuisse; vel euidenti fraude pupilli bona alienasse.

Malè versatis in tutela curáque ad præfectum vrbis remittuntur.

Apud Fenestellam sic legitur: Solent item ad præfectum vrbis tutores, curatorésque remitti, qui male in tutela curáque versati fuerant: quique grauiore animaduersione, quam vt suspectorum crimen incurrant, indigent: quos probare possumus datis nummis, tutela seu accepta mercede, operam dedisse quominus idoneus tutor assignaretur alicui, vel consultò circa edẽdum patrimonium eius quantitatem minuisse, sine euidenti fraude pupilli bona alienasse, & in idem recidunt.

Ius remouendi suspectos tutores vel curatores.

Sciendum est, quod si tutor postulabatur suspectus, & sic remouendus, hoc ius remouendi suspectos tutores, vel curatores Romæ, prætoribus competebat. In prouinciis verò Præsidibus prouinciarum, Proconsulibus, & eorum legatis. l. j. §. damus. ff. de suspect. tutor. & §. j. illo titulo. in Instit.

Sed si quis grauiore animaduersione indigeat, quàm infamia ob remotionem, id est, si quis tutor puniri debeat, ob facta atrociora in tutela admissa, apud præfectum vrbis punietur, & ad eum remittetur. dicta l. prima. in fine. de suspect. tutor. non apud Prætores, aut Præsides, qui tantum cognoscebant, vt remouerent quem suspectum, & ille suspectus 1
remotus ob dolum infamis est, si ob culpam non æque. §. suspectus. de suspect. tutor. in Institut. Itaque si non satis sit suspectum tutorem cum infamia remouere, sed eum quoque punire graui pœna oporteat, præfecti vrbis est cognitio, vt hic. vnde Martia. ait, ff. de tutel. l. in eos extra ordinem animaduertitur, 2
qui probantur nummis datis tutelam occupasse, vel pretio accepto operam dedisse, vt non idoneus tutor daretur, vel consultò in edendo patrimonio quantitatem minuerint, vel euidenti fraude pupillorum bona alienassent. Item Vlpian. ait: Libertus quoque si fraudulẽter gessisse tutelam filiorum patroni probetur, ad præfectum vrbis remittetur puniendus. l. secunda. ff. de suspect. tutor. Idem, si quis præsens negat propter inopiam alimenta posse decerni, si hoc 3
per mendacium dicat, remittendum eum esse ad præfectum vrbis puniendum, sicut ille remittitur, qui data pecunia ministerium tutelæ acquisiuerit, vel redemerit. Iustinianus in §. sed si quis. de suspect. tutor. in Institut. Tamen prætores solent facere circa eos, qui negant habere ad alendos pupillos penes se aliquid, vt quicquid constiterit penes eos esse, eius grauissima vsura pendatur, & hoc persequi oportere iudicem palam est, cum & alia pœnæ adiectione. l. tutor qui repertorium. §. idem solent. ff. de administ. tutor. Est igitur differentia, quando tutor negat se habere aliquid ad alendum pupillum. Nam prætor apud tutorem inquirit, & si quicquam inuenerit, statuit, vt pupillus alatur, & vsura grauissima pendatur. Si verò prætor non inquisierit, sed ille tutor mendacium protulerit, tunc quia grauiter tutor deliquit, ad præfectum vrbis remittetur puniendus. vt in d. §. sed si quis. de suspect. tutor. & l. tertia §. tutor qui. illo titul. Bart. hîc dicit tutori non facienti inuentarium, non decernendam esse administrationem, quomodo ergo poterit remoueri? & respondeo remoueri eum à tutela, & non ab administratione. l. prima. ff. de suspect. tutor. Et effectus est, quia poterat antequam remotus sit inuentarium conficiendum conficere, & iterum suscipere administrationem rerum, per decretum iudicis, sed postquam à tutela remotus est,

Ad præfectum vrbis qui remittendi.

Administratio tutori, non confecto inuentario decreta, auferenda.

non poterit iterum tutelæ infiftere. l. tutores. C. de adminiftrat. tutor. l. finali. arbit. tutel. Etiam licet non pofsit decerni adminiftratio tutori, nifi legitimè confecerit repertorium, fi tamen fuerit decreta, ab eius adminiftratione remoueri debet poftea, cùm hoc compertum fuerit, & idem fi poftea bona pupilli augeantur, & tutor illa non confcribat, remoueri poterit. vt Bart. hîc firmat. quem interpretes fequuntur.

Et non folùm in his cafibus remittitur tutor puniendus ad præfectum vrbis, verùm in omnibus aliis cafibus, in quibus eft graue delictum, & pœna eft imponenda. vt probatur in §. cùm patronus. infrà, ibi: Vel quid huic fimile obiicit. Nam prætor tantùm tutores remouebat, non autem puniebat, fed præfecti vrbis erat caftigatio, & pœna arbitraria per hunc textum, ibi, extra ordinem. de quo abundè fcripfi in l. pupillus §. munus. ff. de verbor. fignific. & relinquitur pœnæ impofitio arbitrio præfecti vrbis. l. nifi. in fin. C. de adminift. tutor.

Et fic ad iudicem caufarum ciuilium cognitio tutelarum pertinet, fi agatur de remotione tutorum, vel aliàs ciuiliter, fecus fi criminaliter agatur, vt & tutor puniatur. docet hîc Bart. quod poteft in Francia vfui effe, eo quod magiftratus funt diftincti.

Sic videmus in ordinatio. Regi. ad Senefchallos & Bailliuos dationem tutorum quoad pupillos nobiles pertinere, fi verò pupilli ignobiles fint, ad præpofitum & præfectum vrbis fpectat, vt conftat in tit. *des Senefchaux, Baillifs, &c.* ordin. 27. artic. 6. Et fic ex Conftit. Reg. non poffet præfectus vrbis, vtpote præpofitus, & iudex primarius contra nobilium tutores cognofcere, nec eos punire. Nam poftquam ordinatio excepit dationem, fic & remotionem, & coërcitionem. Qui enim dare poteft, poteft & remouere. l. iij. ff. de re iud.

Tutor non faciens inuentarium, dicitur in dolo effe.

Item Bartol. hîc dicit, in dolo effe tutorem, qui nullum fecit inuentarium, fi tamen fecerit, & aliqua omiferit, non præfumitur dolo hoc feciffe. l. tutor qui. ff. de adminiftr. tutor. Nam ignorantia in dubio præfumitur. per reg. iur. & l. verius. ff. de probat.

Nec iuuat illa claufula in inuentario confcripta: vt fi inueniantur aliæ res, voluit eas pro fcriptis haberi, nifi appareret de ignorantia tutoris. arg. l. chirographus. ff. de adminift. tut. & l. iij. C. de bon. vacan. lib. 10. & d. l. fin. arbit. tutel.

SVMMARIA.

1. *Pater filios vel filias peccare cogens, patria poteftate priuandus.*
2. *Hofpes ancillam ad turpia adigens, furcæ damnatus.*
3. *Ad nummularios fpectat improbam monetam frangere.*
4. *Improba moneta apud nummularios inuenta, eft confifcanda.*
5. *In excommunicatione fcienter per annum remanens, velut hæreticus condemnandus eft.*
6. *Iniuria filiis facta, cenfetur patri illata.*
7. *Seruus non poteft domini fui crimen deferre.*

§. Quod autem dictum eft, vt feruos, de dominis querentes, præfectus audiat: fic accipiemus, non accufantes dominos (hoc enim nequaquam feruo permittendum) nifi ex caufis receptis.

ET fic præfectus vrbis audire debet feruos conquerentes de dominis fuis, non autem audiet feruos accufantes dominos, nifi in cafibus exceptis. vt in l. vix certus. ff. de iudic. fed audiet eos, vt fequitur.

Sed fi verecundè expoftulent, fi fæuitiam, fi duritiam, fi famem, quæ eos comprimat: fi obfcœnitatem in quam eos compulerint, vel compellant, apud præfectum vrbi exponant.] In his ergo cafibus ferui audientur. Primò, fi verecũdè poftulent, non ergo ex malitia. Nam accufatio ex malitia ferui prouenire cenfetur, qui cùm debeant domino obfequium. l. j. & per totum. ff. de obfeq. fi illum impetere & diffamare velint, non debent audiri, nifi cum pudore, & reuerentia poftulent: fic nec filij aduerfus patrem. §. pœnales. vbi not. de actionibus, in Inftit.

Serui quando audiendi fint.

Secundò, fi fæuitia, vt fi dominus fæuiat in eos. in l. fecunda. ff. de his qui funt fui vel alieni iur. vbi dixi. & §. finali. in Inftitut. illo titulo. Sæuitia dicitur crudelitas, quæ in feruos, vel alios exercetur. in dicta l. fecunda.

Tertiò, fi duritia, id eft, fi inhumaniter dominus eos tractet, & durus dicitur dominus immitis, qui neque precibus, neque mifericordia fedari, vel molliri queat: fed eft morofus, afper, & crudelis. vnde Papinian. ait l. fepulchrorum. iura per hæredem fieri non poffunt duriora, vel deteriora. ff. de ftatu liber. nec deterior ferui conditio. l. generaliter. in fine. ff. de fideicommiff. liberta. Et hanc fæuitiam, non placere Deo, probaui in dicta l. fecunda. de his qui funt fui vel alieni iuris.

Quartò, fi fame eos comprimat, id eft, fi eos non alat, vt necet. nam necare videtur, qui alimenta denegat. l. necare. ff. de libe. agnofcen. & Bar. tefte, acutifsimus enfis & gladius effet fames. Serui tamen non funt alendi pane & vino domini, fed cafeo, fabis, cœpis, & aliis obfoniis fecundum qualitatem perfonæ. l. feruis vrbanis. ff. de legat. 3. Sciendum eft, quando fames & penuria comprimit mundum, id ex iufta ira Dei aduerfus humanos defcendere, qui fe in pauperibus, fi non accipiant eleemofynas, fraudari loquitur fua poffefsione. cap. reuertimini. verficulo, fi quando. decimofexto. quæftione prima. & pauperes, qui hoc tempore coacti funt vendere bona fua, facilè à Principe releuari debent, vt reftituto pretio bona vendita fic reciperent, docet Chaffan. in confuet. Burgund. in tit. *de Iuftice*. in glo. *s'il n'a grace*. num. 21. §. 5.

Seruus ad inhoneftas operas non tenetur.

Quintò, præfectus vrbis cognofcit, fi dominus feruos ad obfcœna compellat, id eft, ad turpia. Nam feruus, vel libertus non tenetur, nifi ad operas honeftas, & quæ fine periculo vitæ præftari poffunt. l. eius. & l. hæ demum. ff. de oper. libert. & fi dominus ad inhonefta cogat, compellitur eum vendere bonis conditionibus. dicta l. fecunda. ff. de his qui funt fui vel alieni iuris. & pater imponens pec- 1
candi necefsitatem filiis, vel filiabus, patria poteftate priuatur. l. fi lenones. Codic. de Epifcoporum audientia. Sic etiam audiui hofpitem furcæ 2
damna

damnatum, quòd ancillam ad turpia adegisset, & certè hi lenones morte damnandi sunt, vt in authen. de leno. col. 4. Et quamuis Iudices Franciæ sub dissimulatione transeunt, nescientes vxores suas, & filias ab his venundari posse: quia damna suæ domus sciũt vltimi, & fortè nunquam: sed de hac negligentia Deo saltem sunt reddituri rationem.

Ibi, Compulerint, vel compellunt.] Allegatur præteritũ excludere præsens, fuimus Troës, &c. fuit meretrix. Et facit iste textus ad sententias iudicum, in quibus dicitur: Priuauimus, & priuamus: deposuimus, & deponimus per præsentes, &c. & iudices sæculares dicunt: *L'auons receu, & receuens, l'auons condamné & condamnons, &c.* [Recepimus, & recipimus, damnauimus & damnamus, &c.]

Hoc quoque officium præfecto vrbi à diuo Seuero datum est, vt & mancipia tueatur ne prostituantur.] Sic legitur per Fenestellam. Id quoque iniunctum est huic magistratui à diuo Seuero, vt mancipia tueantur, ne prostituantur.

Colligitur ex hoc text. ad præfectum vrbis spectare, ne in his tabernis hospites ancillas habeant, quas passim prostituere multi permittunt, & hoc frequentissimè inquirere debent: quia hoc solent plurimi hospites, & maximè caupones, vt plures in eorum hospitiis diuersentur, & ad eos cõfluant. Ideò non debet tutor suas pupillas hospitibus locare, vel tabernis, quia satis videtur prostitui ea, quæ in caupona tenetur, vt docet Bal. per illum text. in l. fi. C. si mancipium ita veneat, ne prostituatur. & l. quæ adulterium. C de adulter. vide Spec. in tit de adult. & ibi Ioan. And. in add. ad eum.

Propterea curare debet præfectus vrbis, vt nummularij probè se gerant, circa omne negotium suum, & temperent ab his, quæ sunt prohibita] Ex hoc text. colligitur, ad præfecti vrbis curam spectare, vt nummularij, id est, campsores rectè se agant in suo officio, hi pecunias fœnerato dant, & quia multi soliti erant pecuniam quandoque reprobam dare, & aliàs abuti suo officio, ideò in hoc regno facta est constitutio regia statuens, vt nullus officium nũmularij, vulgò *de Changeur*, habere in regno præsumat, sed illud à Principe impetret, qui probos & reipub. vtiles eliget, & literæ illæ dirigi debent generalibus monetarum, & postea stationem, seu mensam in loco publico habere debent, vulgò *leurs tabliers ou bureau*, vt est in constitutione 8. in titulo *des monnoyers*. Etiam ad eos pertinet monetam eis improbam oblatam frangere, ne quis amplius eam exponat, sed reddere sic fractam parti debent. l. j. C. de pondera. & auri illarin. libro 10. Iacobus Rebuffus in l. j. de veteris numisma. potesta. lib. 11. & si moneta improba apud nummularios inueniatur, erit confiscata, vt ibi statuitur.

Nummularij officiũ à Rege in regno Franciæ impetrãdum.

3

4

Alij sunt nummularij, quos vulgò *bancquiers* vocant, & Græci τραπεζίτας, hi expeditionibus beneficiorum præpositi sunt, & tenentur conficere libros, in quibus scribant, quo anno, mense, & die, Romam miserunt, quóue die negotium etiam expeditum fuit Romæ, & diem receptionis signaturarum, & bullarum, vt est in Constitut. Reg. in titul. *de la reformation des prouisions.* artic. 5. & sequent. & hi videntur differre ab argentariis, quos veteres habebant. l. penult. infrà eodem. in l. si quis ex argentariis. infrà. de edendo. & ex epistola diui Adriani poterat præfectus vrbis adiri ab argẽtariis, vel aduersus eos, quæ cognitio postea prætori demandata fuit. l. vbi. & l. quædam. ff. de eden. Quidam etiam nummularios vocant monetarios, qui pecuniam cudunt. l j. C. de Fabricen. libro 11. & de his omnibus curat præfectus vrbis, vide quæ dicam in l. prætor. infrà de edeo. sed hi monetarij in Francia suos habent iudices. vt patet in tit. *des monnoyers*. in Constit. Regis.

Nummularij expeditionibus beneficiorũ præpositi.

Ibi, Omne negotium.] Notãdum artificem in omnibus & singulis negotiis se probè agere debere: Nam qui in vno deficit, omnium fit reus. ca. defleat. de reg. iur. Felin. in cap. fraternitatis. de hæreticis. & apud Fenestellam legitur. Curare præterea debet præfectus, vt nummularij probè se agant, circa suæ professionis negotia obeunda, temperéntque ab his, quæ leges non admittunt, vel in hoc text. est.

Et temperent ab his, quæ sunt prohibita.] Ex hoc colligitur non sufficere bonum facere, nisi à malo abstineamus, sic non sufficit abstinere à malo, nisi fiat bonum. l. in illa 2. ff. de verbor. obligat. cap. vnicn. de forma. fidelit.

Cùm patronus contemni se à liberto dixerit.] Ex hoc textu colligitur, puniendum libertum, qui dominum suum contemnit. Contemnere quis dicitur, quando vilipendit, ac nihili facit domini præcepta, & maximè si per superbiam. Numero. 15. c. Et contemnere est plus, quàm non parere. c. quis autem. 11. distinct. Nam est contrarium eius, quod iniungitur facere. l. qui fiscales. C. de nauicul. libro 11. & ibi Lucas de Penna l. Tribuni. C. de re milit. libro 12. Et quod fit contra præceptum, etiam si iustè fiat, destruendum est ne imperium contemnatur. l. prætor. ff. de no. oper. nunna. & Modestin. ait: In bello, qui rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite punitur, etiam si res bene cesserit. in l. iij. ff. de re milit.

Cõtemnere quid importet.

Ex contemptu quis dicitur facere, quando sine causa parere non vult. glos. in cap. metropolitanum. ij. quæstione vij. cap. eos. de sentent. excommunicat. in vj cap. quicunque 31. distinct. cap Salonitanæ. 63. distinct. Si ex concupiscentia, vel ira inducatur quis, non dicitur contemnere. Calder. consilio 4. titul. de sentent. excommunicat. sed frequentia inducit contemptum. Prouerb. 18. impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: & qui tempore interdicto compellit alios celebrare, dicitur facere ex contemptu. cap. fin de excessi. præla. Etiam contemnere excommunicationem videtur, qui se iunxerit communioni hominum post notitiam. cap illud. de cleric. excommunicat. Et qui in excommunicatione 5
per annum scienter remanet, velut hæreticus condemnandus est. ca. excommunicamus. §. qui autem. de hæretic. cap. fina. de pœnis scripsi in verbo quauis occasione. in forma mandat. & fusiùs in praxi benef. in decla. no. prouisio. in verbo, téque absoluentes. Et quando quis dicatur contemnere, docet plenè Lucas de Penna in l. j. in fi. C. de priuileg. eorum, qui in sacr. palat. mili. libro 12. & Felinus in cap. primo. numero vigesimosecundo. de Constitut. & in cap. cùm quidam. numero septimo. de iureiurand. Decius in cap. cùm non ab homine. no. 6. de iud. Contemptus vnius irritare facit electionem. sed non multorum contradictio. cap. bonæ. 2. de elect. & ideò plus nocet contemptus, quàm contradictio. cap cùm in Ecclesiis. de præb. in 6.

Vel contumeliosum sibi libertum queratur, vel conuicium se ab eo passum.] Contumeliam à contemnendo dictam, scribit Vlpian. quod contemnendi gratia fit. in l. prima. ff. de iniur. Vnde si libertus sit contumeliosus, id est, solitus contumeliam inferre domino, præfectus vrbis patronum audiet: idem si filius patri contumeliam dixerit. l. j. ff. de obseq. Et contumeliam partes arbitro facere censentur, si eum spernant, & alium adeant. l. litigatores. in princ. ff. de arbit.

Inde Vlpianus ait l. *si bene collocata sint pecuniæ publicæ, in sortem inquietari debitores non debent, & maximè si pariant vsuras: si non pariant, prospicere Respub. securitati debet Præses prouinciæ, dummodo acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum.* ff. de vsur.

Conuicium vnde dicatur. Idem si libertus conuicium dixerit domino. Conuicium autem iniuriam esse Labeo ait, & dicitur vel à concitatione, vel à conuentu, hoc est à collatione vocum. Cùm enim in vnum complures voces conferuntur, conuicium appellatur, quasi conuocium: & conuicium non tantùm præsenti, verùm absenti quoque fieri posse Labeo scribit: & secus conuicium non tantùm is videtur, qui vociferatus est, verùm is quoque, qui concitauit ad vociferationem alios, vel qui submisit, vt vociferaretur. l. item apud. §. conuicium. & seq. ff. de iniur. Et sub his verbis comprehenditur omnis iniuria, patrono facta, vt præfectus vrbis libertum punire ob ista possit, & seruum, ac filiumfam. vt inferius dicetur.

Liberosque suos.] Id est, patroni. l. ex facto. iuncta glos. ff. ad Trebel. & qui liberorum appellatione veniant, declaratur in l. iuj. & l. sed si hac. ff. de in ius vocando. & in l. liberorum. vbi scripsi. de verb. signification. ff. ideò iniuria facta filiis, patri facta esse censetur. l. j. in fin. ff. de iniur. Vnde præfectus vrbis cognoscit tam de contumelia facta patrono, quàm liberis eius, cùm nihil intersit, in se quis vexatus sit, an in liberis suis, cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur. l. isti. in fin. ff. quod metus causa.

Iniuria vxori illata. Vel vxorem.] Et sic iniuria facta vxori patroni, vel alterius vxori, marito censetur esse facta. d. l. j. io fin. §. patitur. illo titul. in Instit. nam sicut bonis moribus conuenit reuerentiam manumissoris vxori præberi: ita re exigente in ius sine permissu prætoris vocari prohibitum est. l. j. C. de in ius vocand. Nam idem honor à liberto debetur, vxori patroni, qui & patrono. per illum text. quia fœminæ coruscant radiis virorum. l. fœminæ. ff. de Senat. sed non mariti per vxores, ideò marito patronæ non fit ca reuerentia, quæ vxori patroni. vt Doct. tradunt in d. l. j. Nam liberti libertæque defunctorum operas, neque extraneis hæredibus patronorum, neque maritis patronorum debent. l. liberti. C. de oper. libert.

Vel quid huic simile ei obiiciat.] Iste text. not. est ad hoc, quod quando casus aliqui sunt enumerati in lege, vel ordinatione, tamen illa lex habebit locum in casibus similibus. Nam Iulian. ait: *Non possunt omnes articuli singulatim aut legibus, aut Senatusconsultis comprehendi, sed cùm in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.* l. non possunt. ff. de legib. Sic natura nouas deproperat edere formas, vt si aliæ emergant causæ, quibus videbitur iustè adimi posse feudum, ideóque iudex solers, & discretus æquitati obsecundare solicitus, cuncta subtiliter dispensans prouideat, si quis fuerit antiquioribus causis similis, seu maior. §. sed quia. quæ fuit prima causa amitten. benef. facit text. in l. cum hi. §. causæ. ibi, aut si qua alia causa fuit. ff. de transact. l. si in emptione. in fine. de contrahend. empt. l. à sententia. de appellat. Do. Ło. in l. fin. C. de reuocand. donatio. l. aut longa. ff. de procurat.

Præfectus vrbi aditus] Et sic non potest quæri pars contra iudicem, nisi is, cùm aditus fuerit, recuset partem audire, quia adiri debet, & aditus ius reddet. l. si dolo. C. de rescinden. vend. & l. prima. & sequent. de action. empt. ac l. prima. de præd. minor. & ter. iudex requiri debet. per cap. primum de sup. plen. neglig. prælat. in sexto. glossa in clementina 2. §. si verò. io verbo, recusauerint. de sepul. & postea parsà denegata iuris execurione appellare poterit ad immediatum superiorem, & illi tanquam parti intimare. vt in §. primo. de friuol. appellat. in Concorda. scripsi. *Iudex debet primò adiri, antequam ius reddat.*

Et pro modo querelæ corrigerem eum.] Sic quæri debet pars, Nam hoc iudicium non datur, nisi postulatum fuerit. l. quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. Ideò quæri debet pars, & pro qualitate querelæ, & delicti iudex prouidebit.

Item, iudex omnes querelas non eadem pœna punit, sed pro modo & qualitate, vt hic, & io l. aut damnum. & l. respiciendum. ff. de pœnis. modum exposui in l. maiore parte. ff. de verborum significatio. Interest tamen Reipublic. vt crimina puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. c. vt famæ. de sent. excommun.

Aut comminari.] Papinianus sic scribit: *De plano antè Proconsul potest expedire hæc, vt obsequium parentibus, & patronis liberisque patronorum exhiberi iubeat. Comminari etiam & terrere filium à patre oblatum, qui non (vt oportet) conuersari dicatur, poterit de plano similiter & libertum non obsequentem emendare, aut verbis, aut fustium castigatione.* l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. Proconsl. l. j. de iure patro. ac l. j. de obseq.

Iudicis comminatio. Ex hæreticis abiurantibus hæresim, comminatur seueritatem ignis non defuturam, si relabantur. Solent etiam iudices Franciæ comminari fustibus cæsis, vt si ipsi iterum crimen committant, non deerit illis vltimum supplicium, quod solam mortem interpretamur. l. vltimum. ff. de pœnis. Hæc tamen comminatio iudicis, nec quidem vim stipulationis habebit, nec sententiæ. l. prima. C. comminatio. epistol. program. subscrip. authori. rei iudic. non habere. l. in peremptorio. ff. de iudic. sed quando iudex comminatur se ad vlteriora processurum, ei liberum erit post comminationem, vt ibi, sic & grauiorem pœnam infligere, quod est notandum.

Aut fustibus castigarem.] Modestinus ait: *Si sine venia edicti impetrata libertus patronum in ius vocauerit, ex querela patroni, vel quinquaginta aureorum pœnam dat, vel à præfecto vrbis quasi inofficiosus castigatur, si inopia dignoscitur laborare.* l. finali. ff. de in ius vocand. & Callistratus scribit in l. capitalium. ff. de pœnis. §. *Non omnes fustibus cædi solent, sed hi duntaxat qui liberi sunt, & quidem tenuiores homines, honestiores verò fustibus non subiiciuntur.* l. in seruorum. ibidem.

Inde

Inde Callistratus inquit, fustium admonitionem, flagellorum castigationem, & baculorum verberationem Præsides imponere posse. in l. veluti. ff. de pœnis, sed hoc in prouinciis: in vrbe, vrbis præfectus. vt patet hic. hodie ista baculorum percusio seu fustium abrogata est, sed in locum eius virgarum, seu flagellorum percusio successit, quã antiqui scopationem vocabant, quia milites, vel alij scoparum fasciculo manuali tergora nudati cædebãtur. vt est apud Suetonium in Nero. & apud Liuium. plenè scripsi in l. armorum. ff. de verb. sig.

Scopatio, qua dicatur ab antiquis.

Aut vlterius procedere in pœnam eius soler.] Si fortè maior pœna imponenda sit ob delicti atrocitatem, præfectus vrbis imponet. vt in l. respiciendum. ff. de pœnis. vbi Martia. ait: *Respiciendum est iudicanti, ne quid durius, aut remissius constituatur, quàm causa deposcit: neque enim aut seueritatis, aut clemẽtiæ gratia affectanda est, sed perpẽso iudicio, prout quæque res postulat, statuendum est.* qui text. optimè instruit iudices.

Nam & puniendi plerunque sunt, & liberti.] Dictio, plerunque, facit hîc regulam. vt in l. iij. ff. de offic. præfect. vigil. vbi dicetur. l. iij. regulariter contra. vt ibi. abundè de his dictionibus scripsi in l. interdum. ff. de verb. signific.

Certè si se delatũ à liberto, vel si conspirasse eum contra se cũ inimicis suis doceat: etiam metalli pœna in eum statui debet.] Vide quid Vlpia. scribat in l. j. ff. de iure patron. sic: *Patronorum querelas aduersus libertos Præsides audire. & non translatitiè exequi debent.* id est, in prouinciis Præsides audient querelas patronorum, sed præfectus vrbis in vrbe, vt hîc, & translatitiè non debent exequi, id est, perfunctoriè. vt scripsi in l. vinaria vasa. ff. de verbor. signif. cum si ingratus libertus sit, non impunè eum ferre oporteat, sed & si quidem inofficiosus patrono, patronæue, liberisue eorum sit, tantummodò castigari eum, sub comminatione aliqua seueritatis non defuturæ, si rursum causam querelæ præbuerit, & dimitti oportet. Enimuerò si contumeliam fecerit, aut conuicium eis dixerit, etiam in exilium temporale dare debebit, quòd si manus intulerit, in metallum dandus erit. Idem erit, & si calumniam eis aliquam instruxit, vel delatorẽ subordinauit, vel quam causam aduersus eos tentauit. ecce per illum text. optimè istud declaratum.

Liberti quo modo puniendi.

7 Et sic patet seruum non posse deferre crimen domini sui, id est, nuntiare, vel declarare, seu accusare, nec criminari dominum, & si detulerit, punitur in vrbe à præfecto vrbis. vt hîc. vide in l. famosi. ff. ad leg. Iuliam maiest. vbi serui deferentes suos dominos audiuntur, & liberti patronos in crimine læsæ maiestatis, & aliis exceptis. in l. vix certis. ff. de iud. & quot modis capiatur, deferre, & delator. vide in rub. C. de delat. lib. 10. & tractaui abundè in l. delata. ff. de verb. significatione.

Secundò, punitur libertus, qui coniurauit cum inimicis domini, & non sufficit amicitiam contractam, nisi adsit & coniuratio, vt Fulgosius & Doctores hîc asserunt.

Accursius etiam hîc docet à vasallo feudum auferendum: si amicitiam cum inimicis domini cõtraxerit. idem in l. liberi. C. de inoffic. testam. text. in cap. vnico. quod testes sunt necessarij ad probandam ingrat. Iason in l. si non sortem. §. libertus. col. 2. ff. de cond. indeb. Iacob. in tracta. de feud. in verb. dictique vasalli. col. 4. & Vlpianus, ait, Præfecto planè vrbis specialiter competere ius in metallum damnandi, vt exempla diui Seueri, & Antonini ad Fabium Cyliponem. in l. respiciendum. ff. de pœnis.

SVMMARIA.

1 *Iudex potest iustum pretium rebus ad vitam necessariis vendendis, taxare.*
2 *Damnatus rem suam vendere, debet iusto pretio vendere.*
3 *Vendentes vnam carnem pro alio, crimine stellionatus tenentur.*
4 *Pensio hospitiorum ab vrbis præfecto taxari potest.*
5 *Diuites tempore caristia possunt cogi, vt vendant competente pretio*
6 *Ciues, tempore necessitatis, possunt compelli emere frumentum.*
7 *Constitutio Papæ obligat subditos iure poli.*

§. Cura carnis omnis, vt iusto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet, & ideo forum suarium sub ipsius cura est: sed & cæterorum, siue pecorum, siue armentorum, quod ad huiusmodi præbitionem spectat, ad ipsius curam pertinent.

Fenestella legit sic: *Cura etiam rei macellariæ omnis, vt iusto pretio veneat, ad officium præfecti pertinet, & idèo forum boarium, suarium, piscorium, & olitorium ad eundem præfectum pertinent.*

Istum §. interpretatus sum publicè Tholosæ anno 1524. in mense Ianuario, quem diuisi in tres partes. In prima ponitur dictum generale: in secunda Iurisconsul. ex eo infert: in tertia ampliat ea, quæ in conclusione, seu illatione dixerat. Secunda, ibi, ideò. Tertia, ibi: Sed & cæterorum, siue pecorum. Regula itaque est, quod præfectus vrbis habet in vrbe cognitionem totius carnis, vt iusto pretio vendatur. Nam postquã vrbs est ei credita, de omnibus, quæ vrbem tangunt, cognoscere potest. l. ij. ff. de iuris. omn. iudic. Dubitatio est quod quilibet est moderator rei suæ, ergo taxare quisque pretium rei suæ potest, non iudex. l. in re mandata. C. mandati. l. si voluntate. de rescind. vend. hoc verum esse in rebus non necessarus ad vitam respondeo, sed in iis quæ ad viuendum necessaria sunt, minime: ita vt iudex taxare possit iustum pretium ratione publicæ vtilitatis. Ne isti vendendo res suas, opprimãt emptores, & eos ad famem redigant, nimium rebus suis pretium statuendo. Et damnatus rem suam vendere, intelligitur vt vero & iusto pretio vendat. l. si fideiussor. in fin. ff. de leg. 1. Sic & præfectus vrbis iustum pretium decernet rebus vendendis, quæ ad victum pertinent.

Dubitandi ratio.

Decisio.

1

Idem dicerem, vt vendatur in vrbe caro sana, non putida, non fœtida, idque ad ipsum præfectum vrbis pertinere, licet hîc text. non dicat: sed eò quòd est ei credita ciuitas, omnia videntur ei concessa sine quibus. per d. l. ij. ff. de iurisd. omn. iud. & quia omnia crimina vrbis ipse vindicat, vt in principio huius l. & crimen est vendere fœtidas carnes, quibus corrumperentũr homines, & morerentur, vt medicis satis notum est.

Caro sana in vrbe vendenda, non fœtida.

Etiam ad eum spectat, ne ouina caro vendatur,
3 pro vetuccina: aut bubula, pro vitulina; seu vna pro alia, & tales venditores crimine stellionatus tenentur.l.iij.§.sed & si quis.ff.de crimin.stellionat.

Pharmacopola nō debet miscere corrupta cū bonis.

Item ad eum spectat, ne pharmacopolæ quid pro quo vendant, & corrupta aromata misceant cum bonis.vt docet de Ripa in tract.de peste.in 3.par.vers. præterea. per quam immixtionem multi hactenùs mortui sunt. licet Bartol.& alij in l.j. C.de condi. in publi.horreis.lib.10.dicant misceri posse frumentum corruptum cum bono, quod est verum in fisco habente horrea publica, in quibus frumenta reponuntur ad alendos milites, sed ibi nihil est præiudicij, aut parum his, quibus gratis frumenta dantur, quia viuunt ex illis: sed quando quis vendit frumentum corruptum mixtum cum bono, est maximum emptoribus præiudicium.ob id diceret illum teneri ad restitutionem, sicut ille qui miscet vinum malum cum bono, aut aquam. per tex.in c. eucieus.88.dist.& text.in d.l.j.dicit hoc permissum, quando corruptio esset velata,& cognosci non posset:quia modica esset corruptio, aliàs non censeretur permissa. vt firmat Antho Burgos in d.c.in fi.de empt.& vt dixi in fisco, non in alio, nisi in pharmacopolis, qui habent quædam pharmaca, quæ functionem recipiunt, quibus est permissum vno pro alio vti,dummodò neutrum corruptum sit, aliàs miscentes extra ordinem puniri debent.l.saccularij.in princip ff.de extraordin.crimi. per quem tex.etiam tenentur,qui in summitate sacci ponunt bonum frumētum,& corruptum, seu alium deterius in fine, & idem in fructibus positis in summitate cistę.arg.l.j.ff.de pigno.actio.& hoc deberent inquirere in ciuitatibus præfecti,quia super his multæ fiunt fraudes.

Mistio corrupti frumenti cum bono.

Carnis nomine quid cōtineatur.

Per hunc text. etiam præfectus vrbis cognoscit contra venditores piscium, vt iusto pretio vendantur & nō corrupti, ibi dū dicit, cura carnis omnis.Et quia carnis nomine venit non solū caro animalium, verum piscium, imò etiam puma intelligi.Siponti. ait, sed hic Iurisconf.carnem exptessit, quia est frequentior piscibus. Tamen si interrogatus Iurisconf. fuisset de piscibus, idem dixisset,sic & nos.l.Titius.§. fi.ff.de liber.& posthu.gl.in l.tale pactū.in fi.de pact. & ita Ripa intelligit vbi suprà.& ego dicerem idem de piscibus perspecta eadem ratione,licet communi idiomate vulgari carnis nomine non veniat piscis.

Victualia taxanda.

Idem in omnibus fructibus, & venalibus rebus, quæ populo quotidianum victum suggerunt, & vt Doctor. dicunt in victualibus, & commestibilibus. vt docet Alber.in tractat. statu.in 1 parte q.69.item quæro.per l.fin. §.item Episcopi. ff.de muneribgl.of. & Doct.in l.j.C.de Episc audi.c.1.de empt.& vendit. & idem in hospitiis taxandis dicitur in eodem c.1. de
4 emption.& vendino.vt etiam taxare præfectus vrbis pensionem illorum possit.cap.1.vbi Docto.de locat. Et licet dicatur ab Episcopo hoc faciendum, tamen quia Episcopi sunt occupati circa res sacras, ob id abiit in desuetudinem, vt ipsi hoc taxent, sed præfectus vrbis, aut conseruator Regius scholarium, si inter Scholasticos agatur,hoc solet taxare,vt quādoque vidi apud Bituriges, dum ibi profiterer cum Domino Alciato. Sed aulici & curiales habent suos præpositos, qui ista curant, & taxant, & quia ignari sunt, omnes grauant, quamuis magistri studiorum non teneantur hospites recipere. l. archiatros. C. de meta.lib.12. tamen nullus est, qui studiosis priuilegia seruare,vel pauci procurant. tale magistratus, imò quando quis Curiales recipere tenetur,tertiā domus tantum partem ad hospitandum concedere debet, vel dimidiam, quando illustris hospitari vult.l.ij.ibidem. de meta. sed hodie per poteures tenuiores opprimuntur.l.j.C.ne liceat poten.

Limitatur iste text. non procedere, quando alius iudex datus esset specialis ad victualia, tunc is datus specialiter faceret cessare istum generalem vrbis præfectum. argumen. l.maritus. C.de procurat. vnde Tholosæ Capitularij hoc facere solent ex consuetudine, licèt de iure non sit ius ordini cuiusque ciuitatis pretium graue, quod inuehitur, statuere.l. finali. ff.ad legem Iuliam.de anno. Si tamen Consules ciuitatis sint Primatij & generales iudices,pro vrbis præfectis habentur, & statuere possunt, vt hic. & Papiæ est iudex victualium, ad quem ista taxare (vt dicunt Doctor.) pertinet, & debet vigilare, ne illi maiori pretio vendant, & ne monopolium faciant, vt est probibitum in titul.de monopol.C.& in Constitut.Reg.titul. de magistr. artif.artic.4. glos.1. vbi scripsi. 1

Vide in Constitut.Reg.titul. *des hostteliers*.ordin. prima & sexta. præcipuè Seneschallis, & Bailliuis, Præpositis & alijs iudicibus inferioribus, vt singulis trimestribus taxare habeant omnia victualia, ne vendantur cariùs transeuntibus, quàm in mercato vendi debent. l. septem diebus. C.de eroga. mili.anno.lib.12 & in c.1.de empt.& vend.

Quæ ordinatio videtur extracta ex §.post natale. de pace tenend.& eius violat.vbi post natale sanctæ Mariæ debet quisque comes septem boni testimonij viros eligere, & de qualibet prouincia debet disponere quanto pretio secundùm qualitatem temporis annona vcndenda est: & quicunque contra illam deliberationem carnis vendere præsumpserit, tanquam violator pacis habeatur, & totidem viginti libras comiti exoluat, quanti modios altius edidisse conuictus fuerit,& illa Regis constitutio planius exponit, quàm esset in illo §. statutum, vt ibi plenius Deo auspicante dicetur.

Poterit etiam ipse vrbi præfectus prohibere,ne eo tempore, quo Archiepiscopus, vel Episcopus vendet suum viuum, alij canonici vendant, etiam durante tempore canonicorum, quòd laici non exponant vinum suum venditioni, vt docet Guido Pap. in consil.151.circa processum.in ij.quæstione. quia inhibitiones & statuta laicorum vtilia clericis valent. cap.primo.distinctione 10.cap Ecclesia.de constitut. l.secunda. C. de Episcop. & cleric. quod est verum ex causa iusta, alioqui liberum est cuilibet vendere, & quolibet tempore, cùm hoc non sit prohibitum à iure,vt statim dicetur.

Limitatur in rebus Iudæorum, quæ taxabuntur ab ipsorum magistratibus, non autem à præfecto vrbis Christiano. l. nemo exterus. C. de Iudæ. Iustum est enim sua cuique committere. vt dicit ibi textus.

Nemo rem suam regulariter vendere cogitur.

Sed an cogatur quis vendere? & regulariter neminem cogi posse docet tam Iurisconsult.quàm Imperator in l. non enim. ff. rerum amota. l. nec inuitum. de contrahend. emption. C. l.nec emere.C.de iure deliberand.& in l.annonam.vbi glos.de extraor. criminib. Nec cogi debet in alio loco vendere, vel alio

alio tempore, quàm ipse velit, quia plus vel minus dicitur ratione temporis. l. vnica. C. de plus petitio. l. vbi. circa finem. de in diem adiect. ff. aliàs est. l. eum qui. & l. vt autem. de pact. dota. & bonum est argu. de tempore ad locum. vt docet Ias. & alij in l. vinum. ff. si certum petat. post glos. in clementin. secunda. in verbo, regularem. de censib. Lucas de Penna in l. j. col. 4. C. ne rustic. ad vllum obsequiom deuocent. libro 11.

De eadem re. Nec quidem ea quæ victus causa habentur, videlicet frumentum, vinum, vel alia, cogitur quis vendere, nisi venum exposita fuerint. l. prima. C. de Episcop. audien.

Ampliatio. Nec rustici compelluntur ire ad ciuitatem ad vendendum, quicquid dicat Aufret. in decisio Tholo. q. 446. per l. 2. ff. de mund. quæ probat contrarium.

Restrictio. Limitatur tempore caristiæ, tunc diuites cogi pos-
5 sunt vendere competente pretio, & communicate pauperibus. l. si pendentes. §. si quis. ff. de vsufruct. l. pretia rerum. §. finali. ad legem Falcidiam. glos. in cap. sicut hi. in verbo, esurientium 47. distinctio. l. secunda. §. cum in eadem. & ibi glos. vlt. ad leg. Rhod. de iactu. Iacobus Rebuffus in l. prima. ne in emptio. specie. libro 10. Nam vt ibi dicitur omnia sunt communia, id est, communicanda tempore necessitatis. & in cap. si quis propter. de furt. & ad hoc cogi maximè vsurarij debent.

6 Etiam ad vitandam caristiam, vel alia, vrgente necessitate, possunt ciues compelli emere frumentum. vt docet Aufret. in dicta decisio. 446. per text. in dicta l. vna. C. vt nemini liceat in empt. specier. se excusa. libro 10. Bald. consilio 458. lata fuit. in tertio vol. quod est reperitum consilio 406. in vltimo. lib. 2. vel ciuitas emet, vel compellet volentes emere, vt ab ipsis emant iusto pretio: & ipsi tenentur, quia causa eorum sunt emptum, & ne pereant fame, acutissimus enim gladius est fames. Bal. in l. pactum. C. de collat.

Fauor publicæ necessitatis. Adhæc fauore publicæ necessitatis cogetur quis vendere. l. si locus. ff. quemadmodum serui. amittan. l. item verberatum. de rei vendic. & ob sæuitiam possessoris. l. secunda. suprà. de his qui sunt sui vel alieni iur. vel fauore fisci. l. secunda. C. de commun. rerum alic. §. fin. de donat in Instit. Seu religionis. l. si quis sepulchrum. de religios. vel libertatis. l. prima. §. sin autem. C. de communi seruor. man. & in casibus traditis per Iacob. Rebuf. in l. prima. in fi. C. de metat. lib. 11. & per Soci. in tract. fallen. regul. 435. & Hypol. in l. j. §. cum quidam. ff. de quæstio. & Antho. de Burgos in c. 1. de emptio. & vendit.

Laniones & panifices omnibus vendere coguntur. Possunt etiam cogi laniones, panifices, & alij artifices omnibus vendere, postquam officium susceperint vendendi, sicut hospites, notarij, & alij coguntur. l. vnica. ff. furti aduers. nautas. vbi Bar. & Fœderi. consilio 113. quia in his quæ ad communis vitæ vsum pertinent, fideliter operam dare debent. cap. sicut. xj. quæstio. j. imò videntur iniuriam inferre deneganti, vt docet Lucas de Penna in d. l. vnica. C. ne rustica. col. 4. lib. 11.

Item Iurisconsul. ait: ***Cura carnis omnis, vt iusto pretio prebeatur, ad curam præfecturæ pertinet.*** hic, præbeatur: etiam accipi potest pro præstetur. Nam præstatur præcedente emptione, ergo cura carnis omnis, vt veneat, & præstetur iusto pretio, spectat ad præfectum vrbis. Vnde licet domin. Coras. dicat præbitionem munus negotiationis eduliorum esse. per text. in l. secunda. ff. de mund. Tamen ego exponerem ibi pro præstatione, & angariarum præbitio, id est, præstatio: angariarum personale munus est. l. fina §. j. ff. de munet. & honor. videte an conueniat, & iudicate. alibi plenius dicam.

Præbenda quæ dicatur. Quare præbenda in neutro genere dicuntur ea, quæ exercitui quoquo modo præstantur. l. miuti. 2. ff. de testib. ibi, item is, qui quid exercitui præbendum conduxerit, vel, vt alij legunt, præbenda conduxerit. sed quantum attinet ad ius canonicum, dixi præbendam accipi generaliter pro quocunque beneficio. vt in tit. de præb. etiam pro iure percipiendi prouentus, eò quod præbet vitæ necessaria. c. cum M. de constit. vbi glos. & Doctor. & Hostien. in summ. tit. de præb. scripsi in praxi benef. in j. parte.

Itaque præbere, pro præstare, impartiri, dare assumitur. l. prima. ff. de offic. Consul. ibi: Officium Consulis est consilium præbere, manumittere volentibus. l. liberto. §. primo. de neg. gest. l. si eum dies. §. sed & si. de arbit. l. tertia. §. ait prætor. de liber. hom. exhiben. Et pro ratione materiæ accipitur, sicut verbum, dare. vt scripsi in l. sæpe. suprà eodem. Vnde si petas argentum, vt triclinium mihi sterneres, & ego argentum ad ministerium præbeam, id est, commodati nomine concedam. l. si vt certo. §. si de me. ff. commoda. exposui triclinium & ministerium in titul. de verborum significatione. facit l. prima. ff. si mens. fal. mod. dixerit. Et si dicam, rem tibi præbeo pignoris nomine, id est, do pignori rem. facit l. plus est. ff. de verbor. sign. fic. vbi abundè hoc verbum & eius phrases explicaui.

Et ideo forum suarium sub ipsius cura est.] Ergo spectat ad præfectum vrbis, vt in foro suario sues iusto pretio veneant, & non præstentur qui morbo affecti sint: & idem in cæteris pecoribus & animalibus, vt superius dixi. Et suarij porcorum custodes sunt immunes à sordidis muneribus. l. prima. & sequent. C. de suariis. lib. 11. & quia Imperator Iustinus (vt fertur) fuit suum, & boum custos, ideò successor eius Iustinianus eos priuilegiis dotare voluit.

Forum Græci ἀγοράν, seu ἀγορὴν vocant, & à ferendo quidam dictum existimant, quòd controuersiæ. & res venales illuc ferantur.

Forum primò vocatur locus negotiationis, in quo venales res feruntur, vt hîc in l. de pupillo. §. si quis fortè. de oper. noui nuntia. sic possunt intelligi l. eius. §. primo. ad municipal. l. continuus. §. cùm quis. de verborum obligatio. l. & qui in foro. de procurat. l. septem. ibi, in foro rerum venalium distrahatur. de erogat. militar. anno. libro 12. vbi qui æstimationem frumenti petit, debet probare quanti valuit in foro, non verò domi. vt ibi notat. Bart. & Rebuf. in l. speciebus. C. de cohortal. eodem lib. Corse. in verbo, venditio. 2. in sing. *Aestimatio frumenti quomodo probetur.* Et cogit Episcopus ne res pluris vendantur transeuntibus, & aduenis, quàm in foro, & in mercato quo verbo vtitur Papa in c. primo. de empt. facit l. semper. §. erant & alij, ibi, in foro populi Romani. ff. de iure immunitat. & l. finali de mund. l prima. §. honorariis. de var. cog. vide Lazium lib. 4. de Repub. c. 5. pag. 482. & seq.

Inde forum boarium, in quo boues, seu carnes bubulæ venduntur: suarium, in quo sues: olitorium in quo herbæ: & forum vinarium, in quo vinum: vt Tholosæ in platea sancti Georgij: & piscarium fo-

rum, in quo piſces venduntur, & cura etiam ad præfectum vrbis pertinet: vt hic Doctor. aſſerunt. Idem in foro cupedinis, vel cupedinario, in quo delicati & lautiores cibi venduntur, vt perdices, pulli, lepuſculi, cuniculi, & alij id genus. Pariſiis vocatur *la Coſſonerie*, quæ omnia in vnum locum contracta, poſtquã ædificatus eſt locus. Macellum dicitur, nos Gallicè *les Halles* vocamus. Et in eccleſiis ac earũ cimiteriis debent ceſſare negotiationes, & præcipuè nundinarum, ac fori cuiuſcunque, omniſque in eis ſæcularium iudiciorum ſtrepitus conquieſcere debet. cap. decet. in fine. de immunit. eccleſ. in vj. Interdũ forum capitur pro iuriſdictione. l. ſi quis poſtquam in ius vocatus eſt, miles, vel alterius fori eſſe cœperit, in ea cauſa ius reuocandi forum non habebit, quaſi præuentus. ff. de iud.

Forum pro iuriſdictione.

Aliquando forum capitur pro loco, in quo controuerſiæ & lites deciduntur, & publica olim iudicia ibi exercebantur. c. forum. de verb. ſignific. & in rub. de foro compet. l. ſi fideiuſſor. in princ. qui ſatiſd. cog. in rub. C. de iuriſd. omn. iud. & in l. & qui in foro. ff. de procur. l. prima. ſi ex noxa cauſ. agat. l. j. de orig. iuris. & dicitur à Foroneo rege, qui priùs leges Græcis dedit. c. Moyſes. vij. diſtin. nempe vt res feruntur in forum negotiationis cauſa, vt ibi emantur, & vendantur: ita controuerſiæ deferuntur in forum, vt ibi decidantur: vel quia in foro ſolent homines multum loqui. Ideò etiam à fando, ſecundum quoſdam dici poteſt, & forum cauſarum dicit Iuriſcõſ. in l. ſi duas. §. decet. ff. de excuſ. tut.

Et pro loco, in quo lites deciduntur.

Inde cedere foro dicuntur argentarij, cùm tabernis, id eſt, menſis ſuis cedebant, quæ in eo foro erant, & aliò habitatum migrabant, quod vulgus dicit facere banquam ruptam, hoc eſt, negotiationem menſariam abrumpere. Firmat Budæ. in l. ſi hominem. ff. depoſit. Et ſic ſecundum eum alij quàm menſarij, ſeu menſularij non poſſunt cedere foro, quia non poſſunt menſariam negotiationem abrumpere. Ego tamen putarem tam in menſulario, quàm in alio cedere foro, eſſe cedere bonis, & dimittere bona (ſaltem verbo ipſo) in foro. vt gloſ. dicit in d. l. fin. ff. de curat. bon. dand. nempe qui bonis cedit, oportet vt agnoſcat debitum, & in iudicio illud confiteatur, & dicat ſe pro debitis creditoribus bona dimittere, aliàs bonis cedens audiri non debet. l. pen. ff. de ceſſio. bonorum. Itaque cùm olim quiſpiam confitebatur in iudicio, ſtatim dimittebat bona, quæ dimittendo, foro cedebat, quia non tenebatur amplius in foro comparere, nec debitoribus reſpondere. Nam ſua bona vendebantur. l. iij. ff. de ceſſio. bonor. ex quibus bonis ſatisfiebat creditoribus pro portione. d. l. fin. de cura. bon. dand. ſicut cedere liti dicimus, quando liti renuntiamus, nolentes amplius litigare. l. poſtquam liti. C. de pact. Ita foro dicimur cedere, relinquendo bona noſtra in iudicio, quia forum ceſſabit. Nec poterunt conuenire deinceps creditores illum debitorem, ſi non peruenerit ad pinguiorem fortunam. l. qui bonis. ff. de ceſſio. bonor. alioqui is qui non iret aliò habitatum, non diceretur foro cedere. ſed contrarium in iure probatur, nec inueni in iure, quòd cedens foro aliò habitatum eat, ſed quòd dimittat forum, eò quòd bona dimittit. probat d. l. fin. vbi curator bonis datus fuit ad ea diſtrahendum, & ſoluendum creditoribus. idem probat l. moris. §. j. ff. de pœ. ibi, Et nonnumquam aduocationibus, cui interdicitur, ſed & foro. Plus eſt autem foro, quàm aduocationibus interdicere: ſiquidem huic omnimodò forenſibus negotiis accommodare ſe non permittitur, vbi ſi interdicatur foro, non poteſt poſtulare, nec adeſſe etiam procuratorio nomine, vel alio modo, vt dicit ibi glo & l. ſi duas. §. docet. ibi, Vel forum cauſarum, vel loca iudiciorum. de excuſ. tuto. l. j. §. ſi deſinat. ſi ex noxal. cauſ. aga. l. j. de ſeri.

Cedere foro, quid dicantur.

Magna quippe *διϰονομία* notatur in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. contra l. ſi hominem. §. quotiens. ff. depoſit. vbi depoſitarium ante priuilegiarios venire ſtatuit, in d. §. in bonis. ſed d. §. in bonis. ſoluit, dicens, depoſitarium ante priuilegiarios recipiendum, ſi nummi extent: ſi verò ſint conſumpti, vel in vſuris dati, non ſed tunc poſt priuilegiarios ita cõciliari poſſunt illa duo cõtraria, quicquid dicat gl. Bart. & alij. & abundantius dicetur, ibidem in not. meis interpretat.

Item quoddam eſt forum contentioſum, in quo contenditur. de quo in c. forum. de verb. ſignific. & in inuitum redditur. l. inter. §. primo. ff. de verb. obligat. gloſſ. in l. ij. de offic. proconſ. vbi dicit etiam eſſe aliud voluntarium, quod in volẽtes exercetur, vt, adoptio, manumiſſio, emancipatio, & alij ſimiles actus. §. multis. & §. ſerui. de libert. in Inſtitut. l. prima. de offic. conſul. & l. ij. de offic. præſid.

For ũ cõtẽtioſum.

Aliud forum conſcientiæ, ſiue forum poli dicunt interpretes, id quod ſeruari debet quoad animam, & conſcientiam. c. omnis. de pœnit. & remiſs. Vnde dicit glo. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. conſtitutionem Papæ, obligare ſubditos, non ſolùm iure fori, ſed iure poli, id eſt non ſolùm quo ad iudicia, ſed etiam quoad animam, vt peccet contra veniens. vt ſcribit Felin. ibi, col. to. Ideò in foro conſcientiæ non debentur pœnæ duplici, vel aliæ. glo. in c. fraternitas. xij. quæſt. ij. & Macedoniani exceptio in foro conſcientiæ non procedit, ſi filiusfam. pecuniã mutuam receperit, ſed peccat idem filiusfamilias, qui eam opponit, licèt in iudicio opponi poſsit. toto titul. ff. & C. ad Senatuſcon. Macedonia. & Innocent. in c. quia plerique. de immunit. Eccleſ. facit. gloſ. in c. vigilanti. de præſcript. hoc expreſsim firmat Iaſ. in §. actiones. num 35. de actio. in Inſt. licet contrarium teneat Bal. in auth. ad hæc. C. de vſur. quẽ refert Barb. in c. Raynaldus. col. 46. & 161. de teſta. quia illud ſenatuſcon. emanauit propter bonum publicum, ob id etiam in foro conſcientiæ eſt ſeruandum, teſte Bart. in extra. ad reprimẽdũ. in verb. denuntiatione quod procedere poſſet, ſi p̃ ſuper eſſet filiuſfam. alioqui Innocentij dicto acquieſcerem.

Forũ poli. 7

Exceptio Macedoniani.

Præterea dicit Panorm. forum in neutro genere poni pro territorio cuiuſcunque iudicis, intra quod poteſt in facinoroſos animaduertere. l. pupillus. §. fin. ff. de verb. ſignific. §. territorium. vnde tota diœceſis dicitur territorium epiſcopi. xvj. q. vij. c. omnes Baſilicæ. xvj. q. vij. vnde omnia beneficia diœceſis conferre poteſt; nec valeret diſpoſitio in cõtrarium. c. regeda. & c. ſic quidam. x. q. j. Forus in maſculino genere eſt locus, vbi ius redditur. d. cap. forus. in rub. de foro compet. vel pro territorio cõpetenti, intra quod territorium ſit cauſa competens, vt quis ibi conueniri poſsit, & ita accipitur in rubr. de foro comp. vbi non tractatur de fori competentia reſpectu loci, vbi exercetur, ſed de competentia ratione ius dicendi. hæc Panorm. in dict. rubr. de foro compet. Ego verò puto iſtam

Forum pro territorio cuiuſcunque iudicis.

to istam differentiam non posse subsistere, tum quia iure non probatur, tum etiam quia non inuenimus in neutro, vel in masculino mutari eius significationẽ. Imò apud probatos & classicos authores, vix reperitur, nisi in neutro, quoad hanc significationem: & quod Papa dicit forum competens, Vlp. vocat tribunal cõpetens, in l. sed & hæ. §. non solũ. ff. de procurat.

Forenses causæ. Inde forenses causæ dicuntur, quæ ad forum pertinent, & in foro tractantur: & sic Iuriscon. in l. j. §. ij. ff. de incendio, ibi, & quamquam sunt de his sacmoribus etiam criminum executiones, attamen rectè prætor fecerit, qui forenses quoque actiones criminibus istis præposuerit, & forensia negotia. in l. moris. §. & nonnunquam. ff. de pœnis, & diuus Traianus Minutio natutali rescripsit, ferias à forensibus tantùm negotiis date vacationem. l. diuus. ff. de feriis.

Item quoddam est forum ecclesiasticum, in quo Episcopus, vel alius iudex ecclesiasticus de causis cognoscit. c. cùm episcopus. de offic. ord. in vj. seculare, in quo laicus. c. si diligenti. & ca. significasti. de foro compet. capit. si iudex laicus, de sent. excom. in vj.

Potest generaliter interdum forum accipi, vt cõprehendat tam iudicem, quàm locum, nempe si clericus conueniatur coram iudice seculari in ciuitate, in qua degit, locus est competens, sed nõ iudex: ideo non dicitur forum competens, vt probat Barbat. in *Forũ competens.* rub. de foro compet. col. penult. Ideò forum, quoad hoc, competens dicitur, quando & locus & iudex recusari non possunt.

Et istud quandoque vocatur in iure canonico iudicium. §. fi. de in integ restit. interdum Curia. c. Romani de appell. in vj. & alibi sæpius; alia in suis locis dicentur, ne plura.

SVMMARIA.

1 *Ludentes ad inuidiam vel infamiam alicuius, quomodo puniendi sint.*
2 *Apparitori in arduis non creditur sine literarum demonstratione.*
3 *Prohibitus postulare in Parlamento, censetur & in omnibus aliis Curiis prohibitus.*
4 *Tabellionibus, Aduocatis, siue Pragmaticis quomodo interdicatur.*
5 *Præsides alicui arte sua interdicere non possunt, vltra tempus administrationis.*

§. Quies quoque popularium & disciplina spectaculorum ad præfecti vrbis curam spectare videtur.

Officium præfecti vrbis erat, vt populus Ro. in pace & tranquillitate viueret, ne quis repentinus tumultus excitaretur, & si quid in vrbe turbatũ esset, cũ res postularet, iuuentutem congregare, armare, & per loca opportuna disponere, castellaque communire, ei liberum erat. Prima ergo est gloria, deinde prosperitas, & quies, ita vt bella desinant. l. vnic. C. publi. læti. libr. 12. vbi Lucas de Penna multa scribit, quæ inducunt pacem, & alia quæ impediunt, ac pacis fructus, quæ omnia quilibet ibi cernere potest.

Disciplina spectaculorum] Itaque ad officiũ vrbis præfecti pertinet disciplina spectaculorum, videlicet, vt ludi & spectacula honestè fiant, ne quid dissidij obscœniue in illis fit: & aliquando spectacula egregia fuerunt destructa, quoniam suspecta de incontinentia erant, vt Tholosæ.

Francia vsus in publicis ludis permittendis. Vnde in hoc regno non licet publicos ludos in ciuitatibus facere, sine vrbis præfecti permissu, & sic seruat regni vsus, & consuetudo: quem permissum concedere potest ciuilis iudex, id est locum tenens ciuilis, ad quem omnia negotia vrbis spectant, & ad illius cognitionem, licèt quandoque iudex criminum hoc concedere præsumat, sed male, vt iudicauit Senatus hoc anno 1556. in fine mensis Iunij contra locũtenentem criminalem Paris. quia omnia (vt dicunt) ad politiam spectantia, ad eius cognitionem pertinent.

Intelligendum est ab initio hos ludos spectasse ad officium præfecti vrbis, & si quid honesti fiat ad cognitionem illius, tamẽ ad apparatũ ludorũ & sumptũ faciendum, datum est negotium ædilibus, qui in tabulis pictis, vestibus, & aliis parrandis operam dabãt. vt voluit Sueto. in Caligula. Sed quãdo aliquid cõtra ius in illis spectaculis fiebat, præfecti vrbis erat cognitio.

Etiam inclinante Imperio Prætores in ludis præfuerunt, vt Spartianus scribit in Hadrian. & Marcel. libr. 27. & Lazi. in libr. 10. cap. j. Commentar. de Repub. Roma.

Ex quo posteà statutum ab Honorio Imperatore fuit, ne mimi, vel histriones vltra septem dies in qualibet ciuitate ludos peragant, ne artifices ab opere impediant, & pecuniam ciuium hauriant. in titu de vena. fera. lib. xj. C. & tenentur ij iniuriarum & alij, qui ad inuidiam, vel infamiam alicuius luserint aut quid protulerint. l. itẽ apud. ff. de iniur. Imò nec quidẽ magistratꝰ excusãtur. l. nec magistratibus. ff. de iniur. & audiui aliquãdo fuisse fustigatos hic Paris. & Andeg.

Et sane debet etiam dispositos milites stationarios habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi, quid vbique agatur.] Quomodo populi quies tuebitur? Respõdeo, si præfectus vrbis habuerit milites, & iuuenes dispositos, distinctos & ordinatos ad hoc, & stationarios. Stationarij autem dicuntur, quibus data est statio, & mansio præsidij, aut custodiæ causa, vt videmus in apparitoribus Parisiis, hi habent stationes in plateis, & locis insignibus, ad tuendam populi quie- *Populi quies tuenda.* tem. Nam si inter se dimicantes videãt, in carcerem, vel ad præfectum vrbis ducunt, & quidam ex illis debẽt esse in statione semper, cùm sint ad hoc dispositi, & stationes datæ.

Alij verò per ciuitatem, & maximè per loca suspecta vagari, vt videant quid vbique agatur: & referre præfecto vrbis debent. Ista duo maximè spectant ad apparitores publicos, id est ad hos, quos seruientes vocamus. & dicit Iustinia. in §. *habebis autem & obedientes tibi, & qui in prouincia sunt milites, in quibus eorum opus habueris ad ministerium iustum.* in autheu. de manda. princip. collat. iij. Ibi, *ad referendũ*, not. credendum nuntio & apparitori, alioqui frustra referret, quod est verum in his, quæ ad suum spectãt officium, vt quòd citauerit, vel aliam executionem fecerit. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. cor. sed si *Apparitoribus quibus credatur.* referat se verberatum, vel aliquem commisisse homicidium, non credetur ei, vt ex illa sola relatione apparitoris pars punienda sit, sed contra illum inquiri poterit. vt in l. ij. C. de exhibend. reis. l. ea quidem. C. qui accusare non possunt. Nec credetur ei super

com

commissione, si dicat hoc negotium sibi commissum fuisse, vt docet Bar. hic & extra. ad reprimendum, in verb. per nuncium.

Hodie ex lege Regni nō creditur apparitori, quia debet saltem vnum testem habere, vt in titul. de cita. art. j. in Comment. ad Constit. Reg. tomo iij. scripsi. Ideò si non obseruet legem, ei non stabitur, si pars dicat se non fuisse citatam, & tenebitur suis impensis iterum citare partem: sed de consuetudine Franciæ solet credi apparitoribus supremarũ Curiarũ, etiam non adhibito aliquo teste in expletis & executionibus, & maximè si intra palatium fiat executio, & pertineat ad officium huius apparitoris, non aliàs.

Consuetudo Franciæ de apparitoribus.

Sed quoad commisionem, dicemus in paruis, & intra ciuitatem solere credi apparitori dicenti negotium citandi, vel aliud modicum faciendi datũ, quia
2 de his paruis non curatur. l. scio. ff. de in integ. restit. secus in magnis & arduis: nam ista debet apparitor ostendere per literas, & ita seruatur Curiæ Franciæ. Vide quæ plenè Doct. scribunt in ca. cum speciali. de appellat. & sic ij stationarij præficiuntur tam ad quietem populi seruandam, quàm vt referant crimina commissa præfecto vrbis.

Et vrbe interdicere præfectus vrbi, & qualibet alia, solitarum regionum potest.] Vlpianus ait in l. relegatorum. § constitutum est. ff. de interdict. & releg. Eum, cui patria interdictum est, etiam vrbe abstinere debere. Contrà autem, si cui fuerit interdictum vrbe, patria sua non videbitur interdictum. Itaque multis constitutionibus cauetur, si cui planè non patria sua, sed aliqua ciuitate interdictũ sit; videndum est, an etiam patria sua, iterúmque vrbe interdictum dicamus, quod magis est, & inferius dicetur, & non est mirum, si præfectus vrbis interdicere vrbe posit, cùm vrbis cura sit ei cōmissa, vt superiùs visum est: sed nunquid etiam poterit interdicere vsque ad centesimum miliarium? sequitur.

Et qualibet alia, solitarum regionum [Exponit Accurs. id est territoriorũ, quæ sũt in vrbe Roma quas regiones Romani appellant. l. iiij. in princ. infra de offic. præfect. vigil. hoc tamen non placet. quia interdicta vrbe, & singulæ eius partes censentur interdictæ. arg. l. si quis cùm totum. ff. de except. rei iudic. l. appellatione rei. ff. de verbor. signific. Ideò superfluum esset partes & regiones vrbis exprimere, postquam vrbs expressa est.

Istam tamen glos. not. Alexand. & Ias in l. quod iussit. ff. de re iudic. ad hoc, quod si duo bellum habeant inter se, & durissimam controuersiam, iudex poterit vtrique prohibere, ne vnus ante portam alterius transeat: & credo decisionem veram, quia congruit præsidi, & cuilibet iudici pacatam habere prouinciam. l. congruit. infrà. de offic. præsid. tamen hic text. non probat, minùs glo.

Coras. verò exponit, regiones scilicet incolatus, originis & delicti, quibus præter vrbem, delinquentes plerumque interdicebantur. l. relegatorum. §. interdicere. & §. si quis eam. ff. de interdict. & releg. Sed licèt quãdoque ipsæ ciuitates originis, incolatus, vel delicti interdici posint, non tamen solitæ hic regiones dicuntur, sicut aliæ, quas statim dicam, & in hoc text. dicitur, quòd eum submoueret sua prouincia.

Solitæ regiones quæ dicantur.

Ego intelligerem solitas regiones dici consuetas interdici, cùm præfectus vrbe Romana interdicebat, de quibus supra dictum fuit. & facit l. ex ea causa, ist. & gl. ff. de his qui notant. infamia. & solitæ regiones dici possunt, quæ intra centesimum lapidem erant.

Hodie cum quis interdicitur vrbe Parisiorum, veniunt ciuitates, quæ sunt primariæ iurisdictionis vrbis, *de la Baillieue*, vocant, *ou Preuosté*, sicut apud Bituriges ciuitates seu oppida septem, quæ vocant septena, de quibus Boët. in §. j. & seq. de iurisd. omn. iud. in consuet. Biturig.

Vnde ex praxi solet intelligi. Nam si præfectus vrbi Parisiorum interdicat vrbe, solet idem dicere de adhærẽtibus ciuitatibus, sic vulgò, *l'auons banny de la ville de Paris, & de la Preuosté, & Baillieue, &c.* [Interdiximus ciuitate Parisiorum, eiusdem Præfectura atque Districtu, &c.] Ecce illas villas solitas interdici, quando interdicitur vrbe: idem faciunt alij iudices, alioqui interdicta tantùm vrbe, non essent interdictæ istæ solitæ regiones. per l. ij. ff. de verb. signific. quia hoc odiosum est, & restringendum, & iste text. dicit vrbis præfectum solitum interdicere vrbe, & regionibus solitis. Ergo si non interdicerentur, non venirent vrbis nomine, nec interdicta vrbe, censerẽtur regiones solitæ interdictæ.

Et negotiatione] vt putà, si negotiatione abstinere iubeatur, vel ad conductionem eorum, quæ publicè locantur, accedere, vt ad vectigalia publica: interdici autem negotiatione plerumque, & negotiationibus solet. l. moris. §. sunt autem. ff. de pœnis.

Quod potest iudex facere, si artifex semel in artificio, vel pluries reprehensus, artificium suum violat, omnia quæ facit corrumpens, tunc negotiatione poterit ei præfectus vrbis interdicere: ideò solẽt approbari quidam artifices in ciuitatibus, & magistri fieri, vt periti sint in negotiatione, & artificio, cui præficiũtur, & negotiatio potest, ac artificium, eis (si nō probè agant) interdici: quamuis magistri sint, & approbati in illa negotiatione. vt scripsi in tractat. de magistr. artificio. in ij. tomo Comment. ad Constitut. Regi. Gallicas.

Quibus nã negotiatione interdici possit.

Sed præfectus vrbis non potest aliquem damnare ad negotiationem. d. l. moris. quia licet cuilibet arma suscipere, vel bella, aut ad res diuinas accedere, cùm sit liber: ergo non debet cogi ad negotiationem, nec ad vilia alia. vt in titul. ne quis liber inuitus actum, scilicet vicem, Reipub. gerere cogatur, libr. xj. C. nisi tempore necessitatis. l. j. suprà. de offic. Consul.

Professione.] Potest interdici profitentibus ne in aliis locis quàm in studiis approbatis iura profiteãtur ne adulterinam scientiam tradant. §. hæc autem. in proœm. ff. & si fortè legantur libri suspecti, poterit præfectus vrbi interdicere, ne publicè nec quidẽ priuatim legantur. Idem si quis vellet secretò iura interpretari, potest illi prohiberi, ne adulterinam tradat scientiam, & ne publicæ scholæ impediantur, quæ factæ ad hoc sunt vt quilibet ibi publicè, non clàm profiteatur.

Quomodo professione interdicatur.

Hodie quia Vniuersitates sunt approbatæ & à Papa, & ab Imperatore, vel à Rege, seu alio Principe, vbi præficitur, & solent dari, illis à Papa Cõseruatores, in c. fin. de offic. de leg. in sexto. & alij à Rege, vel Principe sæculari, vnde ad istos hodie spectaret interdicere professione, nō autem ad præfectum vrbis, sub cuius imperio non sunt, nisi in aliorum negligentiam. Nam speciales Conseruatores dati faciunt cessare iudices generales, quia genere per speciem deroga-

derogatur. cap. primo. de rescript. & est regul. iuris.
2 Potest etiam intelligi iste tex. de professione pistorũ, sartorum, vel alterius artis. vt in l. professio. & desiderium tuum inter se discrepant. vbi Lucas de Penna C. de munerib. patrim. lib. x.

Aduocato quomodo interdici posset, ne postulet.

Et aduocationibus.] Si aduocatus probris certet, vel partem prodat, potest interdici, ne postulet, imò priuari. l. quisquis. & l. final. C. de postuland. & Vlpia. ait ff. de pœnis l. *Moris est aduocationibus quoque præsides interdicere, & nonnumquam in perpetuũ interdicunt, nonnumquam ad tempus, vel annum metiuntur, vel etiam tempore, quo Prouinciam regunt*; videlicet, sic statuunt, vel taxant annum, vt intra dimidium annum, vel tres menses, seu, vt eis placet, diuidant. Etiam prohibent postulationem eo tempore, quo ipsi Prouinciam regent, & consueuerunt per annum, quem metiri solebant, & taxare, prout eis videbatur, per trientes, aut quadrantes, aut semissem.

Dicit etiam ibid. Vlpian. Ita quoque interdicere potest alicui, ne certis personis adsit, id est, ne pro certis personis, forte regni inimicis postulet: potest, & ita interdici cur, ne apud tribunal iudicis postulet, & tamen apud legatum, vel procuratorem nõ prohibeatur agere, si tamen apud legatum prohibitus fuerit postulare, credo per consequẽtias, nec quidem apud
3 Præsidem relictam illi postulandi facultatem. Et sic postulare prohibitus in Parlamento, censetur & in omnibus aliis curiis prohibitus. sed prohibitus in Castelleto, nõ prohibetur in aliis Curiis. Ideò, quia apud legatum Cæsaris, vel proconsulis prohibitus, non poterat in consequens apud Præsidem postulare, vt hic.

Et foro, & ad tempus & in perpetuum, interdicere poterit, &c.] Idem Vlpia. ait d. l. moris. Plus autem est foro, quã aduocationibus interdicere: huic omninò forensibus negotiis accommodare se non permittitur. solet autem ita iuris studiosis interdici, vel aduocatis, vel tabellionibus, siue pragma-
4 ticis. Sed quomodo his interdicetur? Respondeo; Solet & ita interdici, ne instrumenta omninò forment, videlicet tabelliones, neue libellos concipiant aduocati, neue testationes consignent, scilicet pragmatici: & posset fortè hic intelligi de actuariis, qui acta scribunt, & consignant, & sic quando interdicitur foro, nec ibi solicitare ille potest, nec procurator, nec aduocatus, aut tabellio esse.

Interdictio foro quid importet.

Non refragatur l. fi. ff. de pœn. vbi magistratus nõ potest interdicere vltra tempus suæ administrationis, & hoc dicit Accurs. per interlocutoriam, secùs si per definitiuam: vt hic, sed hoc est præsagire. Coras. illam legem in præside loqui censet, quod est verũ, sed ratio diuersitatis esset inter hos exprimenda. Ideo ego dicam præfectum vrbis & præsidem interdicere posse vrbe, & ad tempus, & perpetuò, ac in aliis etiã
5 locis. per l. relegatorum. ff. de inter. vel releg. Sed non poterunt alicui interdicere arte sua vltra tempus administrationis. Nam ars & artificiũ alicuius est valde priuilegiatum, vt eo quis viuat; vt docet hoc Catonis distichon.

Artificiũ est valde priuilegiatum.

Cùm tibi sunt nati, nec opes, tunc artibus illos
Instrue, quò possint inopem defendere vitam.

Ideò voluit ille benignus Antonius, restringere ad tempus administrationis iudicis, secus quando interdicitur vrbe, quia in alia cum suo artificio viuere poterit, quod nusquam posset post interdictionem artificij, quod est valde notandum, & sic docet Accurs. in l. j. C. de postul. etsi hoc non firmet.

Et quamuis ista præfectis vrbis olim Romæ cõcederentur, sunt etiam concessa posteà per iura prædicta, & prouinciarum præsidibus, vt est notorium & hodie præsides in Gallia de his cognoscunt.

Et spectaculis.] Potest quoque & præfectus vrbis alicui interdicere, ne ad spectacula, & ludos vadat, ne rixam excitet. Cur enim, inquit Iulianus, ad arma, & rixam procedere patiatur prætor, quos potest sua iurisdictione compescere? l. æquissimum. ff. de vsufr. imò docet hîc Bal. post Petrum, iudices ab officio remouendos, si videant rixantes, & non se interponant. & Senatus Tholosanus furca puniuit iudicem, qui raptum dissimulauerat, & raptorem amicum suum non punierat.

Et si quem relegat ab Italia, summouere eum etiam à prouincia sua.] Et sic si quis interdicat aliquem vrbe, non debet abstinere patria nec sua prouincia, sed iudex potest etiam relegare à sua prouincia, vel patria, sed si hoc nõ expresserit, patria, vel prouincia, non abstinebit, quia species interdicta est, non genus. d. l. moris.

Interdictio vrbis, non cõplectitur patriam, nec prouinciã.

Si verò patria vel prouincia est interdicta, eo casu abstinebit & vrbe, & illis ciuitatibus, quæ in patria vel prouincia sunt. vt si interdicatur patria Lemouicens. & montes, & colles interdicti censentur, & vrbs ipsa. l. ij. ff. de verb. sign. vbi scripsi.

Sed si interdicatur ciuitate Parisiorum, & patria sua fuerit apud Vanibas, etiam sua patria interdicta censetur. arg. ca. si ciuitas. de sentent. excomm. in vj. alioqui nihil prodesset ferè relegatio, & quia solitis regionibus interdici solet, vt superiùs dictum fuit.

Diuus Seuerus rescripsit etiam eos, qui illicitum collegiũ coisse dicuntur, apud præfectum vrbi accusandos esse.] Collegium contra Senatusconsulta, mandata, & constitutiones fieri censetur, ni ex Cæsaris, vel ex Senatusc. authoritate fiat, & ideò illicitum. l. penult. ff. de colleg. illicit. vide l. j. ff. de manu. quæ seruis ad vniuersit. pertin. imponuntur. vnde præsidibus Prouinciarum mandatis principalibus præcipitur, ne patiantur esse sodalitia, collegiáue illicita, & hoc intelligitur in Prouinciis, sed in vrbe puniendi erant à præfecto vrbis, qui collegium illicitum coëgerant. Nam Theodos. statuit: Omnia corporatorum genera, quæ in Constantinopolitana ciuitate versãtur, vniuersosque ciues, atque populares, præfecturæ vrbanæ, regi moderamine cognoscas. l. penul. C. eod. Et per prædicta apparebit legem secundam satis elucidatam esse, nec alia declaratione indigere.

Collegium illicitum quodnã dicatur.

SVMMARIA.

1 *Præfectus vrbis extra terminos vrbis habetur tanquàm priuatus.*
2 *Iudex extra terminos vrbis, quomodo possit iubere iudicare, licèt ipse extra territorium iudicare non possit.*

LEX III. VLPIANVS LIBR. II. AD EDICTVM.

PRæfectus vrbi; cum terminos vrbis exierit, potestatem non habet: sed extra vrbem potest iubere iudicare.

Tria

Titulo hac lege videntur tractari, primùm expreſſe, videlicet præfectum vrbis non habere poteſtatem, nec iuriſdictionem, quando exit extra terminos vrbis. Idem docuit Vlpian. in l.j. ſupra vbi ter-
1 minos vocauit centeſimum lapidem, habetur enim tanquam priuatus, ibi. & in l.iij. infra de offi. Præſid. vbi dicetur, extra territorium ius dicenti non paretur impune. l.fi. de iuriſ.om.iud.

Poteſtatis verbu quid denotet.

Secundùm, tacitè infertur, vt præfectus vrbis intra vrbem & vrbis terminos habeat imperium, & poteſtatem, quia poteſtatis verbum quando reſpicit magiſtratum, pro imperio ſumitur. l.poteſtatis. vbi ſcripſi. ff. de ver. ſignific. vnde intelligunt quidã imperiũ nõ habere extra territorium, ſed iuriſdictionem ſic, quod eſt falſum, per l.fi. infra de iuriſ.om. iud. & l.iij. de offic. præſid.

Tertiùm, ex hac lege habetur, iudicem poſſe iu-
2 bere iudicare, licèt ſit extra terminos vrbis. Nam licèt quantum ad ſe non poſsit iudicare extra territorium. l.fi. ff. de iuriſd.omn.iud. tamen quia ſemper eſt magiſtratus, ob id negligenti magiſtratui, exiſtenti in ſuo territorio, iubebit iudicare ibidẽ. l. eum qui ff. de iuriſd.omn.iud. vbi alia dicã. facit l.cùm vnus. §.pen. de bonis autho.iud.poſsiden. Nam iubere iudicare, accipitur hic pro præcipere. Nã cùm ipſe præfectus ſummam imperij teneret in vrbe, poterat aliis magiſtratibus vrbis iubere iudicare, cùm ipſe in vrbe erat, ſed dubitatur, quid extra vrbem, ait illum ipſum præfectum iubere iudicare, tã his, quibus cauſas delegauit, quàm aliis, & tam eis, qui de cauſa cognoſcere cœperunt, quàm etiam aliis magiſtratibus, qui de hoc cognoſcere debent, & negligunt. nam hîc iuſſus refertur ad perſonas, & loca ſibi ſubdita, & quamuis territorium, in quo iubet, ad eius iuriſdictionem non ſpectet, tamen iubere ſuis ſubditis etiam extra territoriũ poteſt. l. ij. de offic. proconſ. nã licèt tãquã priuatus dicatur iudex extra territorium ſuum, tamen priuatus poteſt præcipere, vt bona ſua adminiſtrentur, etiam ſi ipſe ſit extra bona, vt in titul. mand. ſic & iudex iubebit iudicare, quãuis ſit extra territorium, dum tamen is, qui iuſſus eſt iudicare in territorio, iudicet: & qui eſt in magiſtratu, iubere iudicare poteſt. l.eum. de iuriſd. omn.iud & hic licèt extra terminos ſuæ ditionis videtur tanquam priuatus, tamẽ magiſtratus eſt, ob id iubere iudicare poterit, vt in vrbe iudicetur, in qua ipſe iuriſdictionem habet. Sunt qui intelligant iudices Romæ degentes poſſe iudices extra terminos ſuæ ditionis exiſtentes dare, vt cognoſcant intra terminos ſuæ iuriſdictionis, ſed hic intellectus haberet dubitationem, & iſte text. intelligitur de magiſtratu, qui exiit terminos vrbis, ergo non eſt in vrbe, ideò hic intellectus eſt contra verba tex. & ſic reiiciẽdus. Etiam non placet intellectus Doct. vt tex. intelligat iudices delegare poſſe, & mandare iuriſdictionẽ, quãuis ſint extra territoriũ, quia ex verbis iſta doctrina nõ probatur, licèt vera ſit, & quãuis iudex extra territorium delegare poſſit, tamen hoc non probatur in iſto text.

Poterit etiam hic præfectus vrbis iudices dare, & cauſas delegare extra territorium, & iſtum text. ſic intelligunt interpretes, & hoc verum eſt, ſed non cõuenit ſenſus huic verbo, iubere, licèt iubere, pro iudicare interdum capiatur, ſi ad hoc referatur. vt d. l. cũ qui. vbi dicetur. Feneſtella in hoc titulo ait: *ſed cùm multo tempore præfectus vrbis creatus fuerit, demum illius ditione delata ad prætorem, tranſlataque, Latinarum feriarum duntaxat creari cœptus eſt: & cùm cæterorum omnium magiſtratuum fora quieſcerent, ſoli præfecto vrbi Latinorum ſubiacent, ne quis alteram magiſtratuum ſpeciem eſſe arbitretur.*

Per iſta patet hanc præfecti vrbis poteſtatẽ fuiſſe magnam, ſed poſtea immutatam, ob id iſta debent inducere ad diſtinguendum tempora, & ſic conciliari poterunt ſcripturæ.

De Officio Quæſtoris,
Tit. XIII.

SVMMARIA.

1 *Sententia in variatione opinionum plurium authoritate confirmata, eſt ſequenda.*
2 *Quæſtores ab Imperat. vocati ſuſceptores, exceptores, ſiue exactores.*
3 *Magiſtri cõputorum pecuniam Regis non diſtribuũt.*

Lex vnica, Vlpianus lib. Singulari de officio Quæstoris.

ORigo Quęſtoris creandi antiquiſsima eſt, & penè ante omnes magiſtratus. Gracchanus denique Iunius libro ſeptimo de poteſtatibus, etiam ipſum Romulum, & Numam Pompilium binos Quęſtores habuiſſe, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio crearent, refert. Sed ſicuti dubiũ eſt an Romulo & Numa Pompilio regnãtibus Quæſtor fuerit, ita à Tullo Hoſtilio rege Quæſtores fuiſſe, certum eſt. Et ſanè crebrior apud veteres opinio eſt Tullum Hoſtilium primùm in rempublicam induxiſſe Quæſtores, & à genere quærendi, Quæſtores initio dictos, & Iunius, & Trebatius & Feneſtella ſcribunt.

IN iſto principio Vlpianus originem Quæſtorum antiquiſsimã fuiſſe docet, & ferè ante omnes magiſtratus, & ſunt qui dicant à Romulo & Numa Quæſtores inuentos, ſed hoc non ſatis certum, neque exploratum eſt: ſed apud veteres crebrior ſentẽtia, ac magis frequens fuit, Quæſtores à Tullo Hoſtilio rege Rom. tertio inuentos fuiſſe; & Pomponius ait in l. ij. de orig.iur. §. deinde cum ærarium populi auctum eſſe cœpiſſet, vt eſſent qui illi præeſſent, cõſtituti ſunt Quæſtores, qui pecuniæ præeſſent, & dicti ſunt ab eo, quòd inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſa creati erant.

Quæſtores à quo inuẽti. *Vnde dicti ſint.*

Crebrior apud veteres opinio.] Iſtum text. allegant interpretes ad hoc, vt dum ſunt variæ ſentẽ- 1
tiæ, illam eſſe ſequendam quæ plurium authoritate roboratur, & ſic illam, quæ eſt communis. Alex. ad hoc induxit iſtum text. conſ.95. viſis. num.6. in ij. vol. & conſ.55. perſpectis. num. 36. in iiij. volu. ac Barbat. cõſ.j. col.xxiiij. in j. volumine. ac conſ.xvij. præclarè. col.

col.v. idem & consil.58. col.v. in iij. vol. Dec. consil. 499. col.iij. Ias. consil.155. col.v. in iiij. vol. & in l. j. nu.19. ff. de iureiurand. & in l. si is qui. nume.187. de vsucap. Ista tamen regula limitatur in multis casibus a Iohan. Neuisa. in sylua nuptiali, ob id ad eum te reiicio.

Et sic ex ista lege patet, quando fuerunt inuenti Quæstores, & respondet tempore Tullij Hostilij tegis Rom. tertij, quia ante eum Reges Romani paupetes fuere, & cum auctum fuisset ærarium, creati sunt: ergo non primo quoque tempore, sed vtcumque nō est magni emolumenti, quia etiamsi à Tullo Hostilio, res erit antiquissima.

Secundò, quare fuere inuenti hi Quæstores? Respondeo causa quærendæ pecuniæ, cū ærarium auctum fuisset: & sic Quæstores fuerunt ad pecuniam quærendam, & conseruandam instituti. Ideò pecuniam, quam recipiunt nomine Imperatoris, vel Regis, alijs mutuare nō debent, nec ipsi illam ad alios vsus transferre sub pœna quadrupli, & capitalis sentētiæ. l. j. & seq. C. de his qui ex ratio. publi. mutuam pecun. acceper. libr. 10. Ex hoc apparet hos Thesaurarios Regum esse in magno mortis discrimine, cùm quotidie de his pecunijs regijs contrahant, ludant, & comedant, sed post centum annos (vt vulgò dicitur) oportet plumas restituere, qui anserem Regis comedit.

Quæstora pecunia regis non mutuanda [margin note, partly illegible]

Tertiò, quare dicti sunt Quæstores? Respondeo, à quærēdo quia pecuniā à populo quærebāt, & conseruabant: vnde Modestin. ait, Periculum nominū ad eū, cuius culpa deterius factum probari potest, pertinet. l. periculum. ff. si cert. petar. & ad duplum tenentur eius, quod suscipere neglexerint. l. j. C. de suscepto. lib. 10.

Quæstorū etymologia.

Quartò, quo modo creabantur? Respondeo, primò à Regibus populi suffragijs, & primū duo creati fuere, ex quibus cùm res prosperè cessisset, & plebs huius muneris particeps fieri vellet, quatuor Quæstores facti sunt, duo qui vrbanis negotijs, & ærario præessent, duo verò qui consulibus ad belli ministeria præsto forēt, liberūque erat hos duos vltimos ex patribus, vel plebe creari, quo tēpore, quia omnes ferè pecuniæ receptionem affectabant, vt nunc fit, tāto certamine Quæsturam plebs inuasit, vt ex quatuor vix vni patritio Fabio, scilicet Ambusto locus relictus foret. vt docet Alexand. lib. Genial. ij. cap.2. vbi etiam auctis vectigalibus & quæstu Romano vltra viginti creati fuere.

Quæstores quatuor creati.

Quintò, officium istorū erat vectigalia, mulctas, atque alios reditus omnes publicos exigere, accepta, & expensas rationibus inferre: militibus quoque stipendia præbere, omniumque rerū, ac redituū perceptorum rationes reddere, illasque confectas & absolutas per suos scribas in ærarium deponere. vt est author idem Alexand. libr. 2. etiam si quid pecuniarū publicè vel priuatim erogari, vel in ærarium condi deberet, Quæstorum curæ mandabatur: quinetiā Regibus & Legatis ex vltimis oris terrarum Romā profectis publicum hospitium, & munera, quæ Lancia dicta sunt, sæpe commeatus largè & hospitaliter, & vestimenta per Quæstorem vrbanum publico nomine præstabantur, ipsisque eorum comitibus, ne quid rerum deesset, vrbani prætoris erat officium. Et procedente imperio annales habiti sunt: & cùm Romani voluissent Aphricano superiori continuum

Eorundem officium.

Lancia, sunt munera data legatis.

per omnes annos Consulatum, perpetuamque Dictaturam tribuere: horum sibi nihil, neque plebiscito dari neque Senatusconsulto decerni passus est, pene tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum egerat in merendis, vt scribit Valer. Maxim. lib. 4. de animi moderat. Nec ad officium assumi debebant ijs Quæstores postea, nisi prius rationes integras reddidissent, & reliqua præstitissent, vt Imperat. Valen. statuit. in l. neminem. C. de suscept. lib. decimo. Vnde in hoc Regno ex Regis Henrici constitutione eos esse perpetuos in officio voluit, sed administratio alternis annis fit, nempe qui hoc anno exegisse dicentur, anno sequente nil exigent, sed tantùm rationes reddent, vt est in constitut. Reg. titu. *des Thesauriers & Recepueurs.* Ordinat. xv. & hi non possunt exercere officium, si in eo deliquerint, etiam ex Principis indulgentia, quia hoc tendit in Regis & populi perniciem. l. si aliquid. C. de suscepto. eod. lib. alioqui isti Quæstores inducerentur ad furandum centum millia, tam à populo, quàm à Rege, & postea datis decem millibus indulgentiam consequerentur, quod non est permittendum.

Quæstores in regno Franciæ sunt perpetui.

Sextù, apud veteres Quæstores in multiplici differentia fuerunt. Primus fuit Quæstor ærarij, qui aliter, vrbanus, dictus fuit: licet Budæus eos distinguat: & hæc Quæstura in ciuitate inter honores non habebatur, sed personale munus erat. vt docet Archad. in l. fin. §. primo. ff. de muner. secus de Quæstore candidato Principis, vt inferiùs dicetur, hic nāmque erat præfectus ædis Saturni, in qua ærarium vrbis erat, & inquirendæ ac conseruandæ, denique & erogandæ curam habebat: quare & mulctæ punitorum à censoribus apud hos deponebantur, qui propterea ærarij nominabantur, hoc est in ærarium relati. Præterea spolia, pecuniásque hostiles, in bellis, à ducibus exercituum captas, & qui Romam, à procuratoribus prouinciarum, reditus missi fuerant, adseruanda accipiebant: quæ, non solùm Consulibus, senatuique requirentibus, erogabant, ac omnis generis munera persoluenda: verum etiam, ludis edendis, sumptus, consilio senatus, suppeditabant, iussique legatis exteris, prout decretum erat, præstabant: de quo Quæstore sæpius loquitur Titus Liuius, Cornelius Tacitus, & alij Historiographi. Et quod etiam Iurisconsulti vocant Quæstores, Imperatores vocant, susceptores, exceptores, siue exactores. in lib. decimo. C. in hisce titulis, & lib. duodecimo. de exceptor. & his rectè cōparamus nostros thesaurarios, & receptores: licèt Budæus dicat nos habere pro his præfectos ratiociniorum, quos computorum magistros dicimus: quod mihi persuadere non possum, cùm illi nullam iurisdictionem haberent, sicut nostri magistri ratiociniorū, seu cōputorū habent, de quibus in Ord. Reg. dictum est: nec quærunt pecuniam, sed rationes audiunt: ideò his comparari vix possunt: quia etiam pecuniam Regis non distribuunt, sicut Quæstores.

Quæstor ærarij dictus.

Quæstor cādidatus Principis.

Computorum magistri.

Alius erat Quæstor vrbanus, qui parricidij dictus fuit, seu capitalis. Nam cùm de capite ciuis Romani iniussu populi non esset lege permissum ius dicere: propterea Quæstores à populo constitui fuerunt, qui capitalibus rebus præessent, hique appellabantur Quæstores parricidij, quorum etiam meminit lex duodecim Tabular. vt Pompon. in l. ij.

Quæstor vrbanus, parricidij dictus.

§. deinde cum ærarium. ff. de orig. iur. & Fenestel. de magistrat. Roma. hi etiam, Quæsitores dicti, vt Vergil. ait:

Quæsitor Minos vrnam mouet.

& de hoc loquitur Martian. in l. prima. § primo. ibi iudéxue quæstionis. ff. de sicar.

Et quia in his capitalibus caussis per tormenta quæritur veritas, ideò quæstio dicta est. vt in titul. ff. & C. de quæstion. scripsi in l. quæreret. ff. de verbor. signific. vel Budæ. teste hi forte parricidij dicti eò fuère, quòd huius maximè cognitione Maiestatis, & quorumcunque etiam grauium criminum habebāt, & Quæstores dicti, quia quærere, id est, informationem facere debebant, & quia in capitalibus acerrima inquisitio fieri deberet, l. vbi. C de falsi. vel, qoia parricidæ non tantum, qui parentē occidissent, sed qualemcumque hominē dicebantur, vt indicat lex Numæ Pompil. his verbis: Si quis hominem liberum morte sciens eluit, parricida est. docet Robert. Valtur. trac. de re milita. lib. 8. & l. j. ff. de parricid. dicam in l. diuus. de offic. præsid. & tex. in §. denique. vers. si verò. ibi, Sicut ille, qui fratrē suum interfecit, vel aliud graue crimen, quod parricidij appellatione cōtinetur, cōmiserit. quæ fuit prima causa benef. amittend.

Quæstores in prouincijs designati. Alij fuère Quæstores in prouincijs designati. Nam cùm auctus esset populi reditus, & prouinciæ ei acquisitæ, necesse fuit ibi quæstores creare, qui reditum populi Romani, & vectigalia ex prouincijs prouenientia quærerent, & exigerent: & hi decreto senatus prouincias sortiebantur, vt docet iste text. & Cicero pro Muren. ait: Quæstores prouincias sortiebantur, & ille eam administrabat, cui sorte accidebat, & olim magistratus prouincias sortiri solebant. l. emancipati. ff. de adoption. exceptis candidatis Principis, de quibus inferius dicetur, qui ab ipso Principe propter eorum excellentem industriam eligebantur.

Quæstores frumentarij. Quidam etiam erant quæstores frumentarij, qui erant annonæ & frumento exigēdo præfecti, de quibus loquitur Cicer. de Aruspi. respons. & Laz. libr. 2. ca. 2. Plato de legibus. lib. 34. sic ait. Quæstores & asseruatores sacræ pecuniæ in templis singulis, qui lucorum, agrorumque ipsis dedicatorum, & fructuum, conductionumque & locarionum diuini sint, tres de maximis censibus, pro templis maximis eligantur: duo pro minoribus: pro medijs, maximeque concinnis vnus, qui non aliter, quàm duces exercitus eligantur & comprobentur.

Inquisitor. Alium quæstorem inuenit Iustinianus in titul. de quæstore in authent. collat. 6. qui & inquisitor dicebatur: is enim præfectus erat in ciuitate, vt aduenas, in ciuitatem confluētes, cuiuscunque dignitatis existerent, & tam viros, quàm mulieres, clericos, laicos, monachos inquireret: & perscrutarētur qui essent, vnde venirent, & qua occasione, quáue causa, & super his prouidere poterant. vt d. tit. de quæstore. videre quisque poterit. sed hodie loco istorum præfectos vrbis habemus, quorum officiū est, vt ista peragant. Nam hoc officium in Francia non habemus separatum, nec distinctum, licèt esset inquirendum maximè de his, qui de regione mortuorum veniunt cum hæreticorum quisquilijs.

Quæstor castrorum. Erat & alius quæstor castrorum, qui vices prætoris, vel ducis exercitus eo absente, vel impedito subibat. vnde quæstor is, à regione prætorij suum petiliare prætorium, & palatium habebat, de quo Quæstore meminit Cicero pro Murena, sic inquiēs: Quæstores sortiebantur prouincias: ita similiter Quæstor, duce absente, libentiùs totis præsidebat, & Cæsar lib. 5. ac Liuius sæpius.

SVMMARIA.

1. *Rescriptum nullum olim recipiebatur, nisi à Quæstore annotatum.*
2. *Cancellarius, Principis literis legendis, approbandis, vel denegandis præpositus.*
3. *Ex quæstor duobus modis accipitur.*

§. Ex quæstoribus quidam solebant prouincias sortiri ex senatusconsulto, quod factum est Decimo Druso & Porcina Cōsulibus. Sanè nō omnes quæstores prouincias sortiebātur: verùm excepti erāt Cādidari Principis. Hi etenim solis libris principalibus in senatu legendis vacabant. Hodieq; obtinuit, indifferēter Quæstores creari, tam patricios, quàm plebeios. Ingressus est enim, & quasi primordium gerendorum honorum, sententięq; dicendæ in senatu. Ex his (sicur diximus) quidam sunt qui Candidati principis dicuntur: quiq; epistolas eius in senatu legunt.

Sortiri quid accipiatur. SOrtiri prouincias, est eas sorte designare acquirere, vt hic, & in l. emancipati. ff. de adoptio. inde dicimus, sortiri forum, apud Iurisfcon. & c. fi. de foro compet. pro acquirere. & quando quis sortitur forū in aliquo loco, ibi iudicium pati debet, vbi forum sortitur. l si quis in legatione. in. ⸫ ta l. 2. §. legatis. ff. de iud c

Sortiri causam, olim causæ sortibus ex vrna ductis cognoscebantur authore Budæo in annotat. & Vergil. ait.

Nec verò hæ sine sorte data, sine iudice sedes,
Quæsitor Minos vrnam mouet, &c.

Erat enim apud Romanos iudicandi hæc consuetudo, quòd nomina iudicum conscribebātur, & in vrnam deiiciebantur, vt de pluribus necessarius numerus per sortitionem confici posset, & ex illo electorū iudicum numero permittebatur partibus reiicere, quos vellent, reiectione facta prætor vel tribunus decurionum, in loca eorum, qui reiecti fuerant, sortiebantur alios, quibus ille iudicum legitimus numerus compleretur, & hæc sortitio dicebatur: qua perfecta iurabant in leges iudices, vt obstricti religione iudicarent. Hæc Laz. in lib. de Republ. Rom. 3. cap. 9. post Sueton & Appian. Alex

Sortiri filium, dicit Vlpianus, quasi fato habere, & Dei dispositione ac gratia. §. sed nos. de Senatuscōs. Tertul. in Instit. in l. 3. §. si emancipatus. ff. de bonor. poss. contra tabul. quem text. declarat Alciat. lib. 4. Parerg. cap. 22.

Sortiri legitimos defensores, pro acquirere. & obtinere. in l. vnica. C. vbi petan. tutor. ibi, & vbi patrimonium habent, morabuntur, vt ibi defensores legitimos sortiantur. Sortiri iudicem religiosum, in l. denuntiasse. in fin. ff. de adulter.

Sortiri

Sortiri militiam, idem in l. vnic. vbi Lucas de Penna C. de mensor. lib. 12. dicit etiam accipi pro disponere & ordinare. & Cicero pro Cluentio sic scribit: Statuerunt enim maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur, vt metus, videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Solebant autem ex multis delinquentibus, per sortem decimum quemque eligere, & capitaliter illos electos castigare. vt docet Budæ. in l. 1. ff. de his qui not. infam.

Interdum sortiri, est sortem mittere, seu sortem eligere. l. si quæ sunt cautiones. ff. fami. herciscun. vnde Vlpian. ait l. sed cum ambo ad iudicium prouocant, sorte res discerni solet. ff. de iudic.

Ius etiam pontificium dicit sortiri effectum, pro obtinere. in c. post electionem in fin de concess. præb. & Gallicè dicimus. *sortir effect.*

[Can]didatus [Princi]pis. Sanè nō omnes Quæstores, &c.] Ergo alius erat Quæstor, qui Candidatus Principis dicebatur, & quamuis Budæus dicat non dici Quæstorem, sed tantùm Principis Candidatum: iste tamen textus probat contrarium, dicens Quæstores sortiri prouincias, exceptis Candidatis, ergo Candidati erant Quæstores, aliàs exceptio non esset de regula, contra Aristot. & Dialect. ac Iurisconsul. in l. j. ff. de reg. iur. & ibi in hoc tex. Ex his sicut dicimus quidā sunt Quæstores, qui candidati Principis dicebantur. & idem Fenestel. vult, & alij.

Vocatur etiam hic à Iustiniano, illustris Quæstor nostri palatij. in l. præcipimus. C. de appell. & l. fin. de
1 perit. bono. subla. libr. x. Et nullum olim recipiebatur rescriptum, nisi à Quæstore annotatum, vt statuit Iustinian. in authen. vt diuinæ iussio. subscriptionem habeant gloriosissimi Quæstoris. collat. 8. & omnes causæ appellationum dirimebantur à præfecto prætorio vnà cum excelso Quæstore. §. illo. in authen. de appell. col. 4. quod maximè Cancellario conuenit, coram quo omnes causæ in senatu sic deciderentur, si adesse vellet.

[Ca]ndida[tus] vnde [dica]tur. Candidatus ab eo dictus fuit, quia in Augusti Comitatu erat, & veste candida conspicuus, quo officio dicunt Tribonianum functum apud Iustinianum. vt §. cumque hoc. in proœ. Instit. & in princip. de manda. Princ. in authent. & in §. fin. de fideicom. hered. in Instit. Et qui libris Principis legendis vacabat, cùm libri Principis omnia contineant, seu continere debeant Principis negotia, ipsi ad omnes actus Principis præpositi erant, vt explicat Cassiodorus libr. 6. Varia. rerum in formula Quæsturæ. vbi sic ait. Si tātum claræ sunt dignitates, quantum nostris affatibus perfruuntur, si præsentia frequens prodit dominantis affectum, nullus ita iudicū potest gloriosiùs quàm ille, qui est in cogitationum nostrarum participatione susceptus; aliis enim pecuniæ publicæ committimus procurationem, aliis causas concedimus audiēdas, alijs patrimonij nostri iura delegamus. Quæsturam toto corde recipimus, quàm nostræ linguæ vocem esse censemus; hoc nostris cogitationibus necessario familiariter applicatur, vt propriè dicere possit, quod nos sentire cognoscit: arbitrium suæ voluntatis deponit, & ita mentis nostræ velle suscipit, vt à nobis magis putetur exiisse, quod loquitur. O quàm arduum est, subiectum verba dominantis assumere, loqui posse, quod nostrum credatur, & prouecti in publicum decorem, gloriosam facere felicitatem: si quid dubitamus, à Quæstore requirimus, qui est thesaurus famæ publicæ, ærarium legum, paratus semper ad subitum, &c.

Ex his patet apud veteres multa Quæstorum genera fuisse, & sic non posse comparari hodie vni, vt quidam volunt. Sed sicut multi erāt, ita oportet eos multis comparare. Nam hunc Cancellario comparare non erit absurdum, qui est cogitationum particeps & lingua Principis cōsiliumque illius primum ac armarium legum: & sic debet esse iurium doctissimus, semper paratus ad omnia Principis negotia tractanda, & sic non erat in aliqua prouincia, sed generaliter præfectus. Vnde idem Cassiodo. ait: Adesse in eis debet scientia Iuris, cautela sermonis, vt nemo debeat reprehēdere, quod Principem cōstiterit censuisse, opus illi erit præterea firmitate animi, vt à iustitiæ tramite, nullis muneribus, nullis terroribus auferatur. Nam pro æquitate seruanda nobis patimur contradici, cui etiam oportet obediri, aliæ quippe dignitates assessorum solatia quærant. ista verò dignitas Principi consilia subministrat. Atque ideo prudentiæ, vel eloquentiæ tuæ fama prouocati, quæsturam tibi damus, gloriam literarum, ciuilitatis templum, genitricem omnium dignitatum, continentiæ domicilium, virtutum omnium sedem. A te Senatus iuris quærit auxilium, à te docti probantur expetere, quòd nouerunt, & necesse est omnibus tibi sufficere, & quantos, à nobis contigerit legum remedia postulare, &c. Et sic ista omnia conueniunt Cancellario: vnde istum Cancellario puto comparandum, post gloss. in l. fin. C. de diuers. rescript. Iste in sacris Principis literis versabatur. §. quia vero. in authent. de exhiben. reis. collat. 5. & l. fin. C. de diuers. rescript. Sic & huius regni Cancellarius in literis legendis, approbandis, vel denegandis est præpositus. Omnia 2
autem quæ in Quæstore, vt suprà ex Cass. recitaui, requirebantur: quæ vtinam hodie in Principū Cancellariis essent, & melius multò nostra regeretur Resp. nec vererentur se de eo gradu demitti, vt plerique quondam fuère. Idem etiam Cassiod. lib. 8. Felici 6. Quæstori sic scribit. Nam sicut cōscientia læta est, quæ prouehitur meritis, ita sub reatu iacet, qui se imparem cognoscit muneribus consecutis: ô tempus horrendum! quot nostra memoria pecuniis prouecti fuerunt, & non meritis, Respubl. noscit, & amplius cognoscet, quia hi nil nisi sola gloria tenentur.

Quæstura dignitas quāta fuerit.

Primò igitur Quæstori, videlicet ærarij, thesaurarios & receptores nostros comparabimus, qui pecuniis quærendis præpositi sunt, & exigendis, vt superiùs dictum fuit: siue sint thesaurarij bellici, siue receptores mulctarum, & emendarum, siue collectas, aut alia quærant, & exigant, quia cùm vocabulum sit generale, suam significationem non restringemus, nisi quatenus est iam ab authoribus restricta, quamuis Budæus, hîc interdum comparet magistris computorum, & aliquando receptoribus mulctarum. de his tractat Bened. in repet. cap. Raynutius. in verb. & vxorem. num. 506. & seq. de testa. & vide in Constitu. Reg. hoc tit. *des Thesoriers*, vbi abundè horum officium explicarunt.

Ærarij thesaurarij.

Quæstori autem patricidij compararem Præpositos Mareschallorum, qui præfecti sunt capitalibus causis, cùm iudices ordinarij non possint vagabundos & alios scelestos facilè apprehendere. his est data omnis potestas tam parricidij, quàm aliorum

Præpositi Mareschallorum.

criminum, & quemadmodum illi lictorem & viatores habebant, ſic & hodie præpoſiti Mareſchalli Franciæ: & quamuis data ſit quædam poteſtas iſtis, quæ non erat fortè data aliis, vel contrà, tamen in pluribus conueniunt, quia proprium officium eſt horum præpoſitorum quærere ſceleſtos, & eos punire, quod pulchre conſcribitur in conſtit. Reg. in iiij.parte tit. *des Preuoſtz des Mareſchaulx.*

Exquæſtor quis.

Exquæſtor autem dicitur, qui hoc officio perfunctus eſt, finitóque eo. §. cúmque hoc Deo propitio. in proœm. Inſtit. & Iulius Capito. in Gordian. etiam ſic vocat, Exduces, Expræfectos.

Sic & Exconſules, l. petitionem. C. de aduocat. diuerſ.iudic. ſed hoc fit vocabulis ſubagreſtibus: vt docet Cœl.lib.antiq.lect. xiij.cap. xlij. in fin. ſed his approbati authores vſi ſunt, quaſi extra quæſturam, Exconſul extra Conſulatum, nec videtur agreſte illis, qui ſic vſi ſunt. Alciat. tamen putat lib. 4. diſpūctionum.c.3. Excōſules quidem dici, qui dignitatem habebant, ſed adminiſtratione carebant, vel iſta di-
3 ctio, ex, ſuperabundat. vt probatur in l. 2. C. de veter. iure enucle. vbi in prin. vocat Tribonianum quæſtorem, poſtea exquæſtorem. quamuis Proco. dicat Tribonia. aliquando quæſtura priuatum fuiſſe. Tamen in d. proœm. Inſtit. Iuſtin. mandat illi, & aliis vt inſtitutiones conficerent, & ſic verè exquæſtor erat, ſed quaſi extra omnes quæſtores, quia illorum ſuperior, & illa dictio ex. augebit, ſecundum quoſdam, vt Exquæſtor dicatur quaſi caput Quæſtorum, & ſupra eos, ſicut Exarchas, vt in formula quæſturæ conſtat, & ſic duobus modis accipietur.

Doctrina ſine praxi non eſſe elucidanda.

Hodiéque obtinuit indifferenter &c.] Ex hoc textu patet non ſufficere interpreti doctrinam dare, & text. elucidare, niſi dicat quid hodie vſus, & praxis obtinet, & ſeruat. vt Iuriſconſ. hic. ſed pauci ſunt, qui hoc præſtent, quia neque praxim, neque vſum forenſem viderunt. Ideò quidam tantum ad corticem intelligunt, Grammaticum agentes merum, non Iuriſperitum mixtum, qui effectus & vtilitates legis adiungere debet, quod quantum potuimus aſſequi, proſecuti ſumus, maximè in tit. ff. de verb. ſign.

Ex iſto text. etiam colligitur, plures ad vnam ſententiam authores allegandos, vt facit hîc Iuriſconſultus: allegat autem Iunium Trebatium & Feneſtellam, ſic in l. ſi idem. infra. de iuriſd. omn. iudi. & in l. cum filio. de vulga. non tamen eſt vtendum ſuperfluis allegationibus. Nam hîc Iuriſconſ. tres tantùm allegauit, non plures, ſed melius eſt reprehendi de ſuperflua allegatione, quàm de omiſsione.

Gradus ad honores.

Ingreſſus eſt enim, &c.] Ex hoc text. patet ad honores aſcendendum gradatim. l. vt gradatim honores deferantur edicto, & vt à minoribus ad maiores perueniatur. &c. ff. de munerib. & honor. cap. ſi officia. lix. diſtin. cap. legimus. in fin. xciij. diſt. Nam prius præficiebatur quis Quæſturæ ætatij, & demum ſi in ea ſe rectè geſsiſſet, ad ædilitatem, præturam, & ad alia munia mox euehebatur. Nam facilè quis ad alios gradus aſcendere poteſt, qui in pecuniis rectè adminiſtrandis verſatus fuit, in eis non fuerit maculatus: cùm is qui tangit picem, coinquinetur ab ea, vt Salomon ait, multò fortius à pecunia, quæ glutimine fortior eſt, ad retentionem alliciens eos, qui animæ ſuæ obliuiſcuntur. Iſte autem ordo non ſine ratione ſeruari ſolitus erat. Nam ingenium eius, qui munus gerit, cognoſcitur & magiſtratus, qualis quis ſit, iudicare ſolet: cùm honores ſoleant mores mutare, ſed raro in meliores. Vnde rationi conſonum minimè videtur, vt quis ad ſummum gradum per ſaltum recipiatur: imò caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abruta quærit aſcenſum. cap. fin. xlviij. diſtin. nec gaudet priuilegiis gradus, qui per ſaltum promotus eſt. l. ſecundus. C. de primicer. & ſecundicerio & notar. libro duodecimo. Ideò in Vniuerſitatibus inuenti ſunt gradus, videlicet Baccalaureatus, in quo ſi quis ſe bene geſſerit, ad gradum Licentiæ promoueri poterit: quem etiam honorem ſi quis adeptus fuerit, de meliore nota commendandus erit, & ad Doctoratus apicem aſcendet, ſi hunc ordinem quis contemnat, facilè ad contemptum ſcientiæ perueniet, & iſte text. dicit, quaſi primordium: quia Cicero de Legibus ait: Sunto ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorúmque ſolemnium, illiſque ad honoris amplioris gradum, is primus aſcenſus eſto.

Promotus per ſaltum non gaudet priuilegiis.

Ex his (ſicut diximus) quidam ſunt, qui Candidati Principis dicebantur, quíque epiſtolas eius in Senatu legerent.

Candidati qui vocentur.

Candidatus dicebatur, qui candida veſte indutus erat, ſicut erant, qui Romæ magiſtratum petere ſolebant, ob id & Candidati vocari meruerunt: inde Candidatus quæſturæ qui quæſturam petebat, vel Candidatus præturæ, qui præturam petebat. Solebant autem hi per comitia aduolare, ſuadendo, rogando, ſubmittendo ſe, & prehenſando electores, vt eorum miſererentur, vt nunc competitores facere ſolent. & Cicero in Piſo. ait, Officioſiſsimam nationem Candidatorum.

Candidatus Quæſturæ aut Præturæ.

Candidatus Principis etiam dicebatur, qui iuxta Principis latus erat, vt Quæſtor iſte, & Cancellarius, quia candida veſte, & moribus pluſquàm niueis indutus eſſe debet, qui in comitatu eſt Principis, vt alij a Principe, & à comitibus exemplum diſcant bonorum morum. Iſte legebat & recitabat libros Principis, vt libri vitioſè ab aliis non legerentur, & vt ſua præſentia induceret ſenatum ad conſentiendum petitioni ſuæ in fauorem Principis, & vt maior Principis per eum oſtenderetur authoritas: & interdum legimus in Francia Cardinalem Beluacenſem officio Cancellarij functum, & poſtea illud ceſsiſſe in fauorem fratris G. de Dormano, cui demum ſucceſsit Petrus de Ordeomonte, vt eſt in lib. conſilij, Anno 1371.

O... Can... Principis.

Erant & alij Candidati Principis, non Quæſtores qui Principis fauore munus à populo petebant: hi nàmque quod in Principis fauore confiderent, non tam magno ardore, nec rogatu, nec ſubmiſsione, ſed incuria quadam detinebantur, vt ſunt hodie quidam, qui ſacerdoria vndecumque emendicant, receptis à Rege, vel ab alio potente literis, vt Budæus ait.

Alia de quæſtu, quæſtione, & de hoc verbo, quæro, tractaui in l. quæreret aliquis. ff. de verbor. ſignificatione: nunc ad Prætoris officium aduolare oportet.

De offi.io Pratorum. TIT. XIIII.

SVMMARIA.

1 *Edicta Pratorum primùm vim legis annalis habuerunt, posteà, perpetua facta, & quamobrem.*
2 *Pratoris appellatio quousque accipienda sit.*
3 *Pratores vrbani, interdum peregrini in vrbe.*

OFFICIVM Prætoris discernere non est facile, quia mutatione temporum eorum fuit immutata potestas. In initio maiorum obtinuerunt potestatem, quàm postea, ideo videnda sunt tempora, & distinguenda, quia vno tempore quædam pertinuerunt ad Prætores, quæ posteà eis adempta fuerũ, & è contrario: vnde iura multa, quæ pugnare videntur, per hoc conciliari poterunt, sicut superius dictum fuit in aliis magistratibus.

Pratores unde dicti. In primis à præeundo prætores dictos existimant Varro & Cicero. Fenestella autem à præcellendo, circa quæ consistebat huius Prætoris officium, congerit Alexand. lib. 2. Genialium cap. 15. quæ in nostro iure constant.

Sciendum est horum originem à Senatu fuisse id temporis, quo Romanus populus Consulibus regebatur, inductam. *Prætor vrbanus.* Nam cùm Consules bellis auocarentur finitimis, neque esset qui in vrbe ius dicere posset, factum est, vt Prætor quoque crearetur, qui vrbanus appellatus est, eò quòd in vrbe ius redderet. *Prætor peregrinus.* Post aliquot vero annos non sufficiente eo Prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alius Prætor, qui peregrinus appellatus est, ab eo quod plerunque inter peregrinos ius dicebat. Pompon. in l. ij. §. deinde cùm placuisset. ff. de orig. iuris.

Praturarũ distinctio. Ex his Præturã distinguendam ita censeo, videlicet in Præturam Senatus Roman. ante constitutum Imperium, & in Præturam Augustorum constituto imperio. Erat ante constitutum imperium duplex erat, videlicet in vrbe, & extra vrbem.

De Pratura vrbana. Vrbana Pręturà multiplex erat, prius ex patribus Prætor creari cœptus est, qui tandem eò quòd inter vrbanos ius diceret, vrbanus appellatus extitit, penes hunc magistratum adeò omnis publici priuatíque iuris potestas fuit, vt nemini ius condere, & vetera iura abrogare, facultas esset, tantum vero in modum aucta est Prætoris authoritas, vt quod Prætor ipse edixisset ob honorem ip[illegible] ius honorarium vocaretur, *[...]m honorarium.* quod Prætores introduxerunt, adiuuandi, supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter publicam vtilitatem. Papinian. in l. ius autem ciuile. & l. sequen. ff. de iustit. & iure. & Liuius lib. 5. ab vrbe condita. Et quia hæc Prætorum edicta boni & æqui
1 præcepta continebant, placuêre populo, voluerunt que vim legis annalis habere. Verùm quia frequens Prætorum mutatio Reipub. perniciosa erat, & singuli Prætores ex suis edictis ius dicere volebant, & alia immutare, ob id statutum fuit, vt Prætorum edicta perpetua essent, & Cornelius legem tulit, vt Prætores ac alij ius dicerent ex edictis perpetuis, & de his edictis perpetuis sæpius in iure habetur mentio. in l. edicta. C. de edend. & alibi sæpius.

Prætor ærarij vrbanus. Erat & alius Prætor vrbanus ærarij, qui vnà cum Quæstoribus, ærariíque Præfectis ac Scribis curam ærarij obtinebat. vt Cornel. Tacitus lib. 13. Augustæ historiæ refert.

Tutelaris quoque & alius Prætor in vrbe erat, *Prætor tutelaris.* cui tutelarum pupillorum, & adultorum cura demandabatur. Hic in vrbe tutores dare, & curatores poterat. vt est in titul. de tutor. & curat. dat. ab his. ff. & in Instit. de Attilia. tutor. Et Antoninus Philosophus Imperator hunc tutelarem Prætorem primus fecit, teste Blondu lib. 4. de Roma triumphante. facit l. j. ff. de rebus eorum.

Prætor quoque in vrbe etiam alius erat, qui fidei- *Prætor fideicommissarius.* commissarius vocabatur, hic enim defunctorum voluntates (maximè fideicommissa) tuebatur, & ius super fideicommissis dicebat. §. j. de fideicommiss. hæred. in Institut. Et duo quidem à Claud. Cæsare primùm constituti fuère, ex quibus vnum Diuus Titus detraxit, & adiecit vnum Diuus Nerua, qui inter fiscum & priuatos ius diceret. Pompon. in dicta l. ij. §. deinde Cornelius. facit l. penultima. in fine. ibi: Auxilio Prætoris fideicommissarij, quibus ad libert. procla. non lic. & in d. tit. de fideic. hære. in Inst. in §. j.

At cum imperium extra Italiam propagatum esset, nec vnus Prætor ad ius reddendum in vrbe sufficeret, propter peregrinorum ad vrbem cõfluentium multitudinem, creatus est & alius Prætor, qui, quoniam inter peregrinos cognoscebat, peregrinus ap- *Prætor peregrinus.* pelatus est. l. Fenestel. hoc tit. & Pomp. in versi. deinde cùm placuisset, vt fuit superius dictum.

Et scribit Lazius multos fuisse Prætores peregrinos, vnum, qui ius tantùm inter peregrinos diceret: alterum, qui ius inter ciues & peregrinos (nam vrbanus inter ciues tantùm constitutus erat) tertium, qui extra vrbem constitutus inter ciues & peregrinos in prouincia ius dicebat: quartum, qui & propriè Præfectus Prætorio dicebatur, constituto primum imperio creatum. Sed videndum est, nunquid potestatem peregrino Prætori vni tãtùm datam esse quis dicat, qui in vrbe erat, vt & inter peregrinos tantùm, & inter ciues & peregrinos cognosceret, non autem ad hoc plures constitutos fuisse, quia in dubio pluralitas non præsumetur, nisi probetur. l. si pluribus ff. de legat. j. & de hoc Prætore peregrino loquitur l. si quis. aliàs incipit, si oleum. de dolo mal. & quia in iure non habetur mentio horum Prætorum, qui in vrbe erant extra duos. sed cùm parua sit vtilitas, hoc potuit esse, ideo cum his pertranseo.

Prætores verò extra vrbem totidem creati sunt, quot prouinciæ in ditionem Rom. venerant, authore Pompon. in §. capta & Fenestel. ac de his Liuius sæpe meminit. & Victor. ait, omnes magistratus aliquando Prætores appellatos, quod & Asconio placuit. ac Decios in l. vbicunque. ff. de reg. iuris. Ego dicerem non sic esse confusa nomina, sed iura loquentia in 2
Prætore, frequentius in omnibus aliis magistratibus præcedere, vt, si dicatur Prætoris erit notio, intelligetur de quocunque magistratu, qui de causa cognoscere poterit. Item si dicatur, Prętor permittat, vel exequatur. l. ij. & iij. ff. de offic. eius. Item, si alius Prętor pro alio adeatur. l. si per errorem. ff. de iurisd. omnium iudic. vnde lege Prętoria cauebatur: *Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicaríue iubeat, Prætor esto: iuris ciuilis custos esto: huic potestati parento, quotcunque Senatus creauerit, populúsque iusserit, tot sunto.* Cicer. de Legib.

Etiam hi Prætores peregrini vocari suot, & inter-

3 dum prouinciales, & sic erant vrbani Prætores, peregrini in vrbe vrbani, quia in vrbe Præfecti, & inter peregrinos, ob id peregrini dicti: alij verò peregrini in prouinciis, qui tam inter peregrinos, quàm etiam inter ciues Rom. & peregrinos iudicarent: imò etiam inter ciues Romanos, dum peregrini officio fungebantur. vt ex Liuio patet libro 4. Decad. 3. & libro 9. Decad. 4.

Prætor Palatinus.

Fuit & Prætor comitatus Augustalis, qui & Palatinus dictus fuit, & Præfectus Prætorio Augusti, hic in aula Imperatoris ius dicebat quo munere hodie in Francia fungitur præpositus hospitij Regis, ad quem spectat & causarum ciuilium inter aulicos cognitio, & criminum inibi commissorum castigatio. Inde cohortes Prætorianæ, seu milites, quibus Prætorium & palatium Principis muniebatur, vt hodie vocamus, *les Archiers de la garde du Roy*, & Præfectus prætorianorum est, cui horum demandata est cura.

Prætor exercitus.

Erat & alius apud Romanos Prætor exercitus, qui Dux exercitus dicebatur. Appianus lib. 2. & 3. belli ciuilis.

Prætor classicus.

Alius vocabatur classicus, qui classi præerat. de quo Liuius lib. 4. Deca. 5. & lib. 7. Dec. 4. Fuêre & alij quos poteris apud Historiographos videre. Ornamenta prætoria scribit Lazius lib. 9. Commen. Reip. Rom. cap. 6. Sed de his hactenus, vt tantum prosequar, quæ ad ius ciuile conducunt.

SVMMARIA.

1 *Ius patriæ potestatis non sequendum, quoad ius publicum*

2 *Pater non potest iudex filij esse, vel econtrà, in contentiosa iurisdictione.*

LEX I. VLPIANVS LIB. XXVI. AD SABINVM.

APud filiumfamiliàs Prætorem, pater eius manumittere potest.

Pater corã filio quæ expedire possit.

HÆc lex ostendere vult ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, expediri posse à patre etiam coram filio suo magistratu. & idem scribit Paul. ff. de manum. vindicta. l. *Apud filiumfamilias magistratum, eius pater manumittere potest, etiam si ipse filiusfamilias manumittere non possit.* de hoc plene scripsi in l. vnica. suprà de offic. Consul. Nam, vt ait Accurs. quod ad ius publicum attinet, non sequimur ius po-
1 testatis. l. nam quod. ff. ad Trebellian. Ideo in volun-
2 taria iurisdictione loquitur iste tex. sed in cõtentiosa non potest pater iudex esse filij, vel econtra. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omnium iudic. nisi in delegato. vt docet Accurs. in l. in priuatis. ff. de iud.

Authoris sententia de eadem re.

Ego dicerem actus voluntariæ iurisdictionis, fieri posse à patre coram filio magistratu, vel contra, vt hic, & in his non repugnat patria potestas, quòd pauci sint emolumenti, & non est qui contradicere possit, nec repugnare: nec de præiudicio alterius quæritur, quàm eorum qui manumittuntur, vel adoptantur. Ideo si pater manumittat suum seruum, potest eum manumittere coram Prætore filio suo, quia non est quod repugnet, cùm non requiratur causæ cognitio. Ideo sequitur lex ij.

SVMMARIA.

1 *Priuata negotia quæ dicantur.*

2 *Filius non potest habere patrem in litibus, vel contrà, in iudicem*

3 *Actus sine causa cognitione omnes coram patre vel filio expediri possunt.*

4 *Attestatio nobilitatis filio facta, coram magistratu patre, valet.*

LEX II. PAVLVS LIB. IIII. AD SABINVM.

SEd etiam ipsum apud se emancipari, vel in adoptionem dari, placet.

ADdit iste text. præcedenti decisioni, vt non solum pater possit manumittere seruum suum, coram filio suo Prætore verum pater filiumfamilias Prætorem in patris potestate existentem emancipare poterit, coram eo filiofam. Prætore: adeò, vt non requiratur alia magistratus authoritas.

Vnde pulchre docet Aphrican. in titul. ff. de iud. *in priuatis negotiis pater filium, vel filius patrem iudicem habere potest:* priuata negotia, actus priuatos, & 1
opus non publicum vocat. Nam Alphe. quoque ait l. *non verè dicitur Respub. causa abesse eum, qui sui priuati negotij causa in legatione est.* ex quibus caus. maio. In quibus ergo priuatis actibus non repugnat filium habere patrem iudicem, vt illud negotium, & actus expediantur, & concludatur coram illo: sed non dicit ibi textus, quod ille filiusfamilias ius dicat, quod prohibet lex, qui iurisdictioni præest, non potest, nec sibi, nec filiis ius dicere, & sic in causis & litibus non 2
potest filius habere patrem, vel contrà in iudicem, sed in negotiationibus, vel in actibus priuatis, & actibus extraiudicialibus, & maximè qui fiunt inter consanguineos, potest vocari pater iudex & contractus, vel alius actus extraiudicialis coram eo fieri, quia etiam sine illo valeret, & si non requiratur nisi 3
authoritas magistratus, tunc etiam authoritas filij, vel patris interuenire poterit, vbi non est causæ cognitio.

Filiusfamilias patri, nec sibi ius dicere potest.

Nec me mouet l. ille à quo. in fin. ff. ad Trebellian. vbi filiusfamil. magistratus potest cogere patrem ad adeundum hæreditatem, quia ibi hoc facit parte aduersa requirente filium, vt cogat patrem. Nam si non recusatur pater, vel filius à patre, certè ius patri, vel contrà dicere poterit, quia magistratus est, & hoc tendit in fauorẽ partis, cui fauori renũtiare poterit. l. pen. C. de pact. maximè vbi non agitur nisi de facto, vt ibi, & quando non erat alius magistratus, tunc etiam hoc fieri coram iudice potest, sicut vidi in attestatio- 4
ne nobilitatis facta filio coram magistratu patre. vt scripsi in §. cum verò. de colla. in Concord. Et si pars confidens in probitate magistratus requireret illum, vt ius diceret ei contra filium, pater si vellet, hoc facere posset, consulerem tamen vt causam alteri mandaret. alia dicẽtur in l. fi. infra. & in d. l. in priuatis.

SVMMARIA.

1 *Gesta per seruum, vel alium inhabilem, in dignitate ab Imperatore constitutum, valent.*

2 *Habitantes in vrbe Roma, ciues Romani efficiuntur.*

Honores

3 Honores hodie petere, non est illi iustum.
4 Petens beneficium pro indigno simoniam committit.
5 Dare vel promittere quicquam pro officio dignitatem annexam habente, non licet.
6 Princeps potest approbare omnia instrumenta ab eo facta, qui notarius non est, cùm pro eo fuerit habitus.
7 Notarius suo officio priuatus ob crimen falsi non ampliùs notarius creari potest.
8 Communis opinio de aliquo liberas soluentem.
9 Fama communis in antiquis probat.
10 Recipiens ordines ab eo qui non est Episcopus, non ordinatus existit.
11 Notarius, vel Episcopi vicarius, per quæ quis præsumatur.
12 Gesta quoad se, qui est in mala fide, non valent.
13 Dispensatio concessa ab Officiali sede vacante, spurio, vt tonsuram recipiat, non valet.
14 Legitimatio facta ab Imperatore in terris suo imperio non subiectis, non valet.
15 Iurisdictione concessa, omnia concedi videntur, sine quibus iurisdictio non constat.
16 17 Actus per errorem facti in priuatis non valent, secus in publicis.
18 19 Imperator scienter inhabili officium concedens, secum dispensare videtur, secus si ignoranter concesserit.
20 Papa illegitimo scienter concedens beneficium, ipsum legitimare censetur.
21 Decretum superioris factū ab inhabili, est validum.
22 Opinio communis de aliqua re quando dicatur.
21 Princeps tenetur subditos compensare, si rem ab iis aliquam sine eorum consensu acceperit.

LEX III. VLPIANVS LIB. XXVIII. AD SABINVM.

Barbarius Philippus cum seruus fugitiuus esset, Romæ Præturam petiit, & Prætor designatus est: sed nihil ei seruitutem obstitisse ait Pomponius, quasi Prætor non fuerit: atqui verè Prætura eum functum. Et tamen videamus, si seruus quandiu latuit, dignitate Prætoria functus sit. Quid dicemus? an quæ dixit, quę decreuit, nullius fore momenti? an fore propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerunt, vel lege, vel quo alio iure? Et verum puto, nihil eorum reprobari, hoc enim humanius est: cùm etiam potuisset populus Romanus seruo decernere hanc potestatem. Sed et si sciisset seruum esse, liberum eum effecisset. Quod ius in Imperatore multò magis obseruandum est.

us fu- Intellectus huius legis varius est, attamen omissis nunc illis difficultatibus, species facti talis in medium adducetur: Barbarius seruus cùm esset fugitiuus, & Romæ degeret, vacantem inibi Præturam à populo Romano petiit, & creatus ibi Prætor fuit, quæsitum est an Prętor fuerit, dubium erat, eò quòd seruus esset: & quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur. in l. quod attinet ff. de regul. iuris. tamen Pomponius ait nihil obstitisse ei seruitutem, quominus esset Prætor, & vera Prætura eum functum, ait Iurisconsult. Et postea quærit Vlpian. an si quandiu apparuit eum seruum esse, dignitate Prætoria functus sit, & illa edicta, & decreta, quæ tempore sui magistratus fecerit, an valeant propter vtilitatem illorum, qui egerunt coram eo? Respondet Vlpian. nihil reprobari ex illis, quæ coram eo facta sunt, hoc enim humanius est. Ratio, quia populus Romanus summam id temporis obtinebat potestatem, & imperium, ideò seruo hoc Prætoris officium concedere poterat: & si populus sciuisset eum seruum, liberum eum effecisset, vt Prætura vera fungeretur.

Sed dubitare quis potest in Imperatore, si concedat seruo, vel alieri inhabili dignitatem, an gesta per eum valeant? Respond. multo magis in Imperatore obseruandum est. alia prosequar inferius declarando text. 1 *Ampliatio.*

Colligitur ex hoc textu, ibi, fugitiuus esset, quod seruus fugitiuus potest effici Prætor, & obtinere magistratum. Hoc intelligitur ex gratia & humanitate, vt inferius dicetur, non mero iure, nisi manumissus fuerit. l. cùm Prætor. ff. de iud.

Sed quomodo, hoc esse poterit? quia Imperator ait, seruum fugitiuum sui furtum facere, & ideò non habere locum vsucapionem, nec longi temporis præscriptionem: ne seruorū fuga, dominis suis, ex quacunque causa fiat damnosa. l. prima. C. de seruis fugit. Respondeo, seruum fugitiuum facere sui furtum, & sic remanet seruus. Nam quemadmodum auferens rem alienam, inuito domino, furtum facit. l. prima. ff. de furt. sic seruus qui aufert se à domino. & licèt Bart. & alij in l. prima dicant esse furtum irregulare, quia differentia est inter furantem, & rem furatam: tamen in hoc casu non est differentia, quia seruus est res quæ furatur, & ipse est is, qui se subripit, ideò est verum furtum. Nam Aphrica. ait ff. de furtis. l. *Ancilla fugitiua quemadmodum sui furtum facere intelligitur, ita partum quoque contrectando furtum facit*, & furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino. l. prima. ff. de furt. & aliquando audiui istos text. allegati contra quosdam apostatas olim monachos, qui fugerant à religione, vt sint fures, & sui furtum faciant: ideo poterunt vendicari semper, quia in his vsucapio non currit, nec longi temporis præscriptio, nec quidem centum annorum quoad apostatas: si tamen seruus ingrediatur religionem, fauore religionis post triennium non vendicatur, sed religioni addictus est. cap. finali. 17. quæstione 2. authen. verum. C. de Episcop. & cler. quod est notandum, & quis dicatur fugitiuus, & erro, declarat Iurisconsul. in l. quis sit fugitiuus. ff. de ædil. edicto & in l. fugitiuus. vbi scripsi de verb. sig.

Seruus fugitiuus sui furtū facit.

Monachus apostata semper vendicari potest.

Digladiuntur etiam hic interpretes, quomodo poterat hic Barbarius obtinere Præturam, cum larem & domicilium habere tenebatur Romæ, antequam Prætor designaretur. per l. final. C. de offic. Prætor. sed mirandum est eos non considerasse illam constitutionem factam longissimo tempore post istam. Nam regebatur Roma prius per Reges, deinde per Consules & populum. vt patet in l. ij. supra. de orig.

iuris. & per Liuium ab vrbe condita Decad. 1. ideò
constitutio illa postea fuit per Imperatorem Valen-
tem edita, quæ longo pòst tempore fuit. & quamuis
id temporis fuisset edita illa constitutio, tamen post-
quam poterant eum liberum facere, multo magis
eum sine domicilio recipere, & larium & domicilij
ei gratiã facere, maximè quia qui in vrbe Rom. sunt,
2 ex constitutione Diui Antonini ciues Rom. effecti
sunt. Vlpian in l. in vrbe. ff. de stat. hom.

Honores & munera petere, prohibitum.

Prætuiam petiit.] Accurs. & quidam alij inter-
pretes dubitant, an licitum esset munera & honores
petere, cum petens in legem Iuliam ambitus incide-
ret. ff. ad legem Iuliam. de ambit. & Papinianus ait,
Aestimationem honoris, aut muneris, in pecunia,
pro administratione, offerentes, audiendi non sunt.
ff. de muner. & honorib. sed dicendum est tempore
huius legis non fuisse prohibitum petere honores,
dummodo populus muneribus, & donis non cor-
rumperetur. sic nec hodie, si quis sufficiens & ido-
3 neus sit. probat d. l. j. Vnde candidati Quæsturæ, &
Præturæ dicebantur, qui Quæsturam vel Præturam,
à populo petebant, vt scripsi in l. vnica. suprà de offic.
Quæstor. & sic sine corruptione petere non erat pro-
hibitum.

Sacerdotia petere, non est illicitũ.

Imo, & sacerdotia sine peccato, quis petere potest,
ratione mandati, aut nominationum, siue ratione
alterius gratiæ, etiam iure dictante diuino. vt docet
Angel. Cla. in sua Summa. in verb. beneficium. §. 32.
& iure canonico ipso, hoc est clarum. maxime per
cap. tua. ibi, rogans humiliter. de symn. & maximè
licet beneficium petere, si ea mente quis petat, vt
prosit. testis est Diuus Thomas in secunda secundæ,
& alij Theologi consentiunt.

Potest etiam quis beneficium petere tam per se,
4 quam per alium, nec est symonia si quis petat pro
digno, alioqui contra. cap. Moyses. ibi, quispiam ro-
gauerit. vbi glos. 8. quæst. 1. cap. sunt nonnulli. 1. q. 1. &
cap. veniam. 35. q. 9. ibi, licitum est enim ita consti-
tuere, vt deprecamini. cap. cum M. de constit. & cap.
tuam. de ætat & quali. scripsi in §. teneantur. in verb.
poterit. de collat. in Concorda.

Ex prædictis patet, petitionem officiorum, vel
beneficiorum pro digno, sine corruptione, non esse
improbatam: imò etiam pro honore consequendo,
si sine iurisdictione sit, pecuniam Reipub. promitti
posse, docet Vlpia. in l. prima. §. primo. ff. de pollicita.
sed pro officio, aut dignitate iurisdictionẽ annexam
5 habente, non licet quicquam dare, nec promittere,
quia prohibitum est. in authen. Vt iudices sine quo-
quo suffragio. colla. 2. & apud Theologos, vt dicam
fusius in Constit. Reg. contra emptores officiorum.

Et Prætor designatus est.] Id est, creatus, de-
cretus, & definitus Prętor, & sic valent gesta ratione
officij, vt inferius dicetur, sed requiritur vt is ad offi-
cium sit institutus, alioqui non valerent gesta. Vnde
inferunt Doctor. ad illum qui se dicebat Comitem
Palatinum, & creabat notarios, & Doctores, vt si
Comes non fuisset, non valeret creatio, imò ipse pœ-
na falsi puniri debet. l. eos. §. qui se. ff. de fals. Anchar.
consilio 2 3. pro isto. colum. 2. scripsi in tract. nomina.
quæst. 12. num. 13.

Secus est, si fuerat Comes, & habitus pro tali, sed
excedebat fortè numerum, vt tunc, si creatus ab illo
multa instrumenta conscribat, valebant propter vti-
litatem publicam. vt hic.

Instrumẽta facta per eũ qui notarius nõ est, non valent.

Et sic ex hoc text. patet, non valere instrumenta
facta per eum, qui non fuit notarius creatus, licèt fue-
rit reputatus & habitus pro eo, postquam non est de-
signatus. Bald. in l. prima. C. de testam. per istum tex-
tum hîc docet. & l. Herennius. de decur. Nam licet
emanet publica vtilitas, tamen substantia deficit. vt
consuluit Carolus Ruinus consilio 15. viso themate.
colum. 2. in 2. volum. & præberetur materia delin-
quendi, vt quisque se posset officio ingerere, sed di-
cerem hoc casu: quia Principis authoritas sola defi- 6
cit, posse Principem approbare omnia instrumenta,
& gesta ab eo, qui non erat ad illud officium desi-
gnatus, & sic mederetur vtilitati eorum, qui cum eo
egerunt, & ita seruat praxis. licet Alberic. Ias. & alij
super hoc multa scribant, quæ omnia his paucis ver-
bis dissoluta sunt, vt inferius etiã abundantius dicam.

Praxis de eadem re.

Priuatio notariatus occulta.

Arbitrantur etiam interpretes non valere instru-
mẽta facta à notario post priuationis sententiã, quia
non est amplius notarius, & hoc quando priuatio est
notoria, secus si occulta. per glos. in §. si verò in verb.
ipsis tamen documentis. in auth. de tabellio. colla. 4.
quam probat Bald. in l. prima. numer. 6. C. de summa
Trinit. & Alexand. in consilio 138. opportunè. col. 2.
in 1. volum.

Instrumenta verò anteà facta valebunt, quousque
tolleratur, etiam si fiat hæreticus, vel symoniacus.
cap. si qui à symoniacis. & ca. ordinationes. 1. quæst. 1.
Innocent. in cap. nihil. de elect. Doct. in cap. ad pro-
bandum. de re iud.

Ego dicerem illam primam sententiam veram,
quando post sententiam ille notarius fuerat exautho-
ratus, & quando sententia mandata erat executioni,
aliàs remanet in possessione officij, & imminet vtili-
tas publica, & remanent reliquiæ officij, ideò dicta
sententia, ante executionem non operatur ipso iure
reuocationem, sed ita demum, quando executioni
mandata est. per glos. in §. fin. de offic. iud. in Institut.
vbi per sententiam non transfertur dominium sine
traditione, & sic ante executionem. l. qui restituere.
ff. de rei vend. hoc probat Ias. in rub. ff. de re iud. nisi
in crimine hæreseos. authent. credentes. in fine. C. de
hęreti. tamen quamdiu tolleratur, valent gesta ab eo.
vt inferius dicetur.

Item dicimus in Officiali, vel Vicario Episcopi
reuocati, vt valeant gesta antequam fuerit executio
reuocationis intimata. l. si forte. ff. de offic. Pręsid. l.
eius. vbi Doctor. de rebus cred. cap. audita. de restit.
spoliat. scripsi in praxi benef. in forma Vicar.

Notarius condemnatus falsi.

Vnde potest intelligi, vt prædixi, scilicet vt nota-
rius falsi condemnatus, non possit instrumenta am-
plius conficere, & si conficiat instrumenta, non vale-
bunt. teste Bald. in cap. a si clerici. col. vlt. de iud.

Sed hoc debet intelligi, si condemnatus esset ob
falsum in instrumentis conficiendis commissum, di-
uersum esset si ob testimonium falsum latum, vel
alias. per l. eadem. §. hac lege. ff. ad legem Iuliam. re-
petund. vbi Bartol. & in l. j. §. nunc videamus. ff. de
suspect. tuto. vbi & Bal. & in l. in exercendis. colla. 4.
C. de fid. instru.

Notarius extra officium delinquens.

Et potest iudex in sententia reseruare notario fa-
cultatem conscribendi instrumenta. per l. si quis filio.
§. irritum. ff. de iniusto testam. & ibi Bald. post Barto.
consil 77. quæritur quod est verum, si in officio non
deliquerit, sed extra officium. vt docet idem Barto.
in dicta l. j. §. nunc videamus. & Angel. in tractat. de
malefi.

malefi.in glo.falfatio. verfic.quæro. aliquis notarius al egat glof.Ordinar.in §.penult.in authen.de tabel. colla.4. & hoc referuant aliquando Curiæ fupremæ, fed iudices inferiores vix poffunt.

Item inftrumenta pendente falfi accufatione, vel anteà confecta, dubium non eft valere. per l fi quis decurio. C de falf. & dicto §. nunc videamus. & ei credi teftatur Ioannes Andr.in addi.ad Spec.in titu. de inftrumen.editio. §. teftat. verfic.quid fi tabellio. Bald.in authen.habita.C.ne fil.pro patr.refert Alex. confilio 123. ftantibus. col.4.numero 8.in 7.vol. plus dicens, non tantum credi fuis inftrumentis, ficut inftrumentis alterius non fufpecti, & verum eft, nifi alter notarius fuerit integræ famæ. per l. fi quis ex argentarus. §.primo.ff.de eden. Bal.in l.Imperator.nu. 4.col. 3. ff. de ftatu homi. & Barba. in repet. rub. de fide inftrum.in fin.

Nec probo, quod Bald. Iafon & quidam alij firmant, videlicet notarium poft exauthorifationem, priuationem, & executionem fententiæ priuationis, adhuc poffe conficere inftrumenta vetera, de quibus fuerat ante fententiã rogatus. Nã poft executionem fentẽtiæ nõ eft amplius notarius, ergo inftrumentum ab eo factũ nõ valeret, quia non eft perfona publica. l.iij.ff. de offic.Præfid. alioqui daretur etiam materia calumniandi. Nam ipfe poffet dicere fe rogatum de omnibus inftrumentis, & fic poft depofitionem femper illa conficeret, quod non eft permittendum.

Breuia tabellionis priuati alteri comm is n da.

Vnde folet iudex poft fententiam priuationis, alteri idoneo notario, breuia iftius tabellionis priuati authoritate publica, committere, daréque ei facultatem inftrumenta conficiendi, ex his fchedis.cap.pen. de fide inftrum. & ifti notario priuato præcipere, ne deinceps conficiat inftrumenta.

Fortius docet Baldus notarium fuo officio priua-
7 tum ob crimen falfi in officiò commifsi, non poffe amplius notarium creari à Comite Palatino, etiam habente poteftatem creandi quofcunque notarios. Imò fi hunc priuatum Imperator famæ reftitueret, non cenferetur illi reftituere officium tabellionatus. per l.fi aliquid. C.de fufcept.lib.10.l.nihil. vbi Bald. de manum. vindi.& in l.ij.de libert.& eorum libert.

Ex præmifsis patet refponfum primæ quæftioni, quam Accurf.fcribit, an hic Barbarius fuerit Prætor, & apparet hîc fuiffe creatum Prætorem à populo habente poteftatem, & fic fuit Prætor. & huic fententiæ Accurf.confentit, & Barto. vt patet ex prima lectura, fed fecunda lectura, quam dicunt, eft Baldi quia eam contulimus cum Baldi fcriptis, & eft ad verbum ibi fcripta& quod fuerit Prætor in hoc tex. probatur, ibi: *Nihil obstitisse seruitutem, quasi Prætor non fuerit.* Et ibi: *Vera Pratura functum*, & fungi Prætura, nónne fignificat Prætorem effe, & vti exercitio officij, fi vocabuli proprietatem refpiciamus?

Nec obeft, quod interpretes obiiciunt, vt fi Prætor fuiffet, valerent gefta ab eo de rigore, & ifte text: dicit ex æquitate, feu humanitate, nec dubiũ haberet text. Refpondeo: Licèt Prætor fuerit, non valent gefta de ftricto iure, quia feruus non poteft effe Prætor, nec muneribus publicis fungi. l. cum Prætor.ff. de iud. fed propter errorem communem, vtilitatem publicam, & populi authoritatem, qui eum creauit ex æquitate gefta valebunt, quandiu latuit eum feruum effe, & exercuit Prætoriam dignitatem, & ita conciliantur contrariæ fententię, & fic erat magnum dubium, an ferui gefta, qui non poteft effe Prætor, valeant, & refpondet text. valere (licèt feruus effet) ac fi liber fuiffet.

Prętereà in actibus, in quibus non requiritur creatio officij, fed actus fieri poffunt per fe, & quilibet regulariter illos actus iure fuo facere poteft, vt teftimonium ferre.l. prima.ff.de teftib. nunc non requiritur, quod aliquis creatus fit talis, nec authoritas fuperioris, fed fufficit, quod talis reputetur communi opinione habilis, & tunc valebit teftimonium, vel alius actus: ne inter homines commercium interdicatur, fed bona fide negotia agantur. l.prima. C. de teftam Innocen.in cap.penult.de fide inftrum. Nam hoc cafu talis prefumitur in quali habitu reperitur. *Præsũptio ex habitu, in quo quis reperitur.* Item apud. §.fi quis virgines.ff.de iniur.ca.fi iudex. de fenten.excommun.in vj. Vnde fi quis habebatur in ciuitate pro non exule, & tamen exul erat, non erit liberum alicui eum occidere, vt docet Angel. in l. fi duo.ff.de acqui.hære.refert Hyppo.in pract.in verb. aggredior. numero 34.& Carolus Ruinus confil.85. in propofita.in princip.vol.4. & foluens ei, qui communi opinione dicebatur procurator Titij, libera- 8
tur, quamuis ipfe non fit procurator. l.cuius qui. ff.fi certum petat.l.fi quis feruo.de folu.Hypo.in dicto §. aggredior.numero 39.poft Iaf.in l.fi vrbana.de cond. indeb. Obligatur etiam filius mutui receptione, fi paterfamilias opinabatur.l.iij.ff.ad Mace valere etiam præfentationem ab eo, qui erat in poffefsione patronatus, docet Papa in cap. confultationibus. de iure patronatus.

Sed nihil ei feruitutem obftitiffe, ait Pomponius, &c.] Ex hoc text. colligitur Barbarium fuiffe Prætorem, nec nocuiffe ei feruitutem, & fi quis dicat feruitutẽ maximè nocere feruis, vt ciuilibus nõ fungantur officiis.l.cum Prætor.ff.de iud. verum eft regulariter, fed hîc non obftitit, quin Prætor fuerit. Imò vera eum Prætura functum dicit Vlpian.in hoc text.& alibi.

Et per iftum textum foluitur quęftio tertia quam Accurfius hîc mouet, an Barbarius liber fuerit ficut Prætor? quod dicit glof.per hoc verbum, *nihil obstitisse ei seruitutem.* & text.ibi, *si populus Rom. sciuisset eum seruum, liberum effecisset.* Ergo liber fuit, & fic cõcludit Bart.per iftum tex. Barbariũ liberum fuiffe, & multi eũ fequuntur: fed Petrus à Bella Pertica, & alij noftri Citramõtani firmauerunt eũ non fuiffe liberum, quorum fententiæ fubfcribo: quia pro libero habitus fuit, fed nõ erat liber & probat ifte tex.à cõtrario, nihil ei feruitutem obftitiffe, ergo feruus erat, fed nõ obftat feruitus illi, quominus gefta ab eo valeant, & ibi: *Videamus si seruus, quandiu latuit*: ergo feruus erat, etiam probat text. ibi: *Si populus sciisset eum seruum, liberum effecisset*, ergo non fecit eum Barbarium liberum, quia ignorabat eum feruum fore, & ignorans non donat libertate. l.nec ignorans. C.de donat. licèt populus potuiffet dare libertatem, tamen non dedit: fic nec dominus, cùm fugitiuus ab eo effet, nec publica authoritas liberum eum fecit, fed voluit, vt gefta ab eo valerent, tanquam fi à libero facta effent, alioqui ifte text. dubium non contineret, fi diceremus eum liberum & Prætorem, ergo neceffariò gefta valerent, & fine dubio.

Et tamen videamus, fi feruus quandiu latuit, &c.] Vlpian. ait quia ifte Barbarius functus eft Prætura, quandiu incognitum erat populo eum effe

feruum;

seruum,quid dicemus?an valeant ea,quæ ipse gessit? & valere dicit, quandiu latuit. secus ergo, si vitium erat manifestum, à contrario sensu, quod e ... iure validum.l.j.ff.de offic.eius. Socin.in tract.fallen.reg. 166.ita firmat.

Prætoris officio fungenti salarium debetur. Et per hoc infertur, quod si dignitate Prætoria functus sit, æquum esse ei salarium præberi ex lege naturali dicente, secundum naturam esse eum sequi commoda, quem sequuntur incommoda. l. secundum.ff.de regul.iuris. & labor meretur præmium.l. vt virtutum.de statuis. C.l.diem functo. de assesso l. j. vbi Rebuf.C. de princi. agen.lib.12.& pro hoc est text. singul.in l. Titio. ff.ad municipa. quamuis Albericus teneat contrà, dicens ex suo delicto seruum non debere obtinere commodum per l.siue hæredi. taria.in fine.ff.de nego.gest. sed seruus non delinquit gerendo officium Prætoris,imò bene egit. & quamuis sit seruus, non est ex suo facto, sed matris volens se exuere seruitute, & Reipub prodesse. Laudandus itaque erit potius,quàm vitio dandus, si ob suos bonos mores fuerit à populo designatus Prætor. Nam

Parisienses extraneos ab officiis repellunt. verisimile est suis virtutibus euectum, extraneum in patria aliena:quia ciues & incolæ (maximè Parisienses) officia inibi vacantia suo quodam iure vendicant,& extraneos repellunt,& collatores prensant.

Error communis facit ius. Ex hoc tex.colligit Accurs.errorem communem facere ius, quod docet text.in l.iij.in fi.ff. de supellec. lega.vbi Paul.ait nullum vas argenteum,supellectili esse adnumerandum, secundum Cascellij sceueritatem: tamen hodie propter vsum Imperatorum, vel imperitorum, si in argentum relatum sit, argentum esse, & error ius facit. Nam sicut communis vsus,& rumor habitus de aliqua re facit ius. vt iudicandum
9 sit secundum illum communem vsum, & probatio etiam per communem famam in antiquis recipitur. ca.cùm causam.de probatio. ita & communis error:

Rumor falsus. sed rumor falsus non prodest,nec nocet. l.finali.ff.de hæred.instit. l.quæsitum. quando actio de peculio est annal.

Item, iste text. videtur probare contrarium, quia communis error Barbarij non fecisset,vt gesta ab eo valuissent, nisi Prætor quoque designatus fuisset, & vtilitas publica affuisset, & sic solus communis error

Opinio quando prævaleat veritati. non profuisset. Ideò superiùs dictum fuit in actibus, qui possunt fieri à persona iure suo, sine authoritate superioris, vt ferre testimonium, contrahere, & alia priuata facere, tunc ferè error communis, ius facit. vt l.prima.C.de testam. §. sed cùm aliquis. illo titul. in Instit.vbi Antho. Banerius quatuor regul. tradit, quādo opinio veritati,vel cōtrà cedat.Sed vbi requiritur authoritas superioris, vt in officiis dandis,tunc si quis gerat se pro officiali, & non sit, non valebunt gesta ab eo, nisi sit designatus,per istum text.

Vnde addunt interpretes errorem debere esse communē, adeò quòd ab omnibus iste sit habitus liber, & talis, alioqui si illi,qui gerunt actum,sciant illum esse seruum, vel alias inhabilem, non valebit actus,quia non est ibi communis error, & tunc opinio cedit veritati. cap.consuetudo. 8. distinct. scribit Ludouicus Roman.sing.760. lex Barbarius. Decius consilio 407.visis. col.prima. & Corse. in sing.error communis. Tamen iste text.videtur pugnare,dicēs: Nihil eorum reprobari. ergo si vnus sciuerit, non reprobatur, quod egit cum illo, quia ipse solus non poterat recusare actus illius Barbarij. & non minùs est communis error, si vnus aut duo sciant, quia sufficit, vt habitus sit pro libero à maiori parte, maximè inter cognitos & vicinos. glos. & Dec. io l. eùm quidam.§.quod dicitur ff.de acqui.hæred.& ibi Bart.& alij.& l.inter omnes qui satisdare cogantur. Socin.consilio 59. viso. col.3.in 1.vol. allegatur Spec. in tit.de teste. §.1.per l.quod maior. ff.ad municipal. & in excommunicato docet idem Socin. in tractat. F. llen.165.gesta. & quia text.non dicit,ab omnibus, sufficit ergo communis, & non omnium error, & quamuis dixisset omnes, vt l.j. C. de testam.tamen intelligeretur de omnibus cognitis.iuxta l inter omnes qui satisdare cogant. Et si hic post vnum actum fuisset mortuus, publicè etiam interest,propter Prætoris aut ... tatem, vt ille vnus actus valeat, nec ratio diuersitatis est in illo argum.l.iij.§.negotia vnum vel plura. ff.de negot.gest. Et quod ipsi scribunt,verum est in soluente tyranno, vel alteri, quem communis opinio scit talem,certè non liberatur,nisi coactus fuerit. de quo per Bart. in l.creditor. ff.de solut. Dec.dicto consil.407.col.1.

Soluens tyranno, non liberatur, nisi sit coactus.

Habitus pro Prælato, qui verus Prælatus non est. Limitant Doctor.in spiritualibus,vt non valeant consecrationes, ordines, & alij actus facti ab eo,qui non erat verus Prælatus, licèt habitus esset, pro tali. Ista interpretes hîc firmant.& Socin. regul.227. incipiente,lex Barbarius.&c.

Confitens presbytero, qui curatus non sit. Ego dicerem spiritualia, quæ respiciunt solum Deum, valere, si fiant ab eo, qui est habitus pro tali. Vnde si quis confiteatur presbytero,qui curatus putabatur,est absolutus,quia Deus cor offerentis respicit,& ratione sacramenti.vt docet glo. in ca.dudum. in verbo,deceptæ.de elect. Docto.in c. Apostolicam. de presbyter. non bap.Iason in l.si vrbana. ff.de condictio.indeb.

Si verò spiritualia personam alicuius priuatam respiciant, gesta quoad illum non valebunt, si is qui spiritualia confert,nō erat talis,licèt talis opinaretur. Ideò si is,qui non est Episcopus,conferat ordines,ille 10
qui suscipit, non erit ordinatus, quia hîc requiritur designatio.cap.t.de ordi.ab Episcopo,qui suo renuntiauit Episcopo. Doct.in cap. veritatis.de dolo. Soci. in Regula 166.gesta. vltim.limita.

Etiam dicunt istam legem non procedere,quando aliqua forma datur electioni,vt tunc gesta non valeant.per l.actuarios. C.de numera.& actua.libro 12. quia defectus formæ annullat actum. l.cum hi. §. si Prætor.ff.de transact.

Ego dicerem, tunc gesta non valere, quando in lege vel statuto annullarentur. sicut in d.l.actuarios. vbi Imperator illa irritat, alioqui si forma non sit in electione seruata, si tamen aliquis fuerit electus, & habitus pro tali, & multa gesserit ratione officij publici, tunc valebunt gesta ab eo, quia rationes huius text.hunc casum respiciunt. Et quamuis electio contra formam facta, non valeat quoad electum, vt quando apparebit,quin destitui debeat, tamen gesta valebunt, & sic defectus formæ annullabit electionem,sed non gesta ratione communis erroris,& vtilitatis publicæ, quicquid hîc dicant Doctor. & maximè Carolus Ruinus consilio 15. viso themate. col. 2.in 2.volum. Masue.in pract.sua.tit.de iudic. §.item valent ea. & Alexand. consilio 142.viso. col. penult. numero 16. in 7.volum. quæ conciliari poterunt per prædicta.

Defectus formæ annullat actū.

Quid dicemus, an quæ edixit.] Certum est

est Prætores edicta fecisse, vt, quod metus causa gestum est ratum non habebo, & alia decreta ad partium vtilitatem. Nunc faciamus Barbarium hoc edictum fecisse, & alia quam plurima an valeant? & respondet text. propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerunt, valere ea, quæ edixit. al. habent, quæ dixit, sed communis le... habet, quæ edixit. Et sic iste text. p... te... igi omnia decreta, & sententias Barbarij valere ac etiam omnia, quæ edixit, etiam ... m pub... cam, ... quod me... us ca... fi... e text. m... s respiciat partium vtilitatem, in verbis sequentibus.

Idem dic... in Papa ... si seruus fuerit electus, vel mul..., vt ... quando Papa Ioanna, vt omnia quæ statue..., tenean... docet Bal. ... per istum textum in Lnon mutant. C. de liber. caus. Innoc. in d ca. nihil. & Ias. ... ic num. 64.

Idem dicendum est in quocunque alio electo inhabili, aut pronisoad aliquod officium publicum. Nam si habitus fuit pro tali, valebūt gesta ab eo, tempore m... ... vt, si ... seruus ex Hispania fuerit Rector Vniuersitatis Par..., certè ea, quæ decreuerit tempore officij, valebunt. per istum textum B... ld. & Ias. hic. etiam si notorium esset in Hispania illum esse seruum, sed Parisi... habebatur pro habili. Panor. ... scit... col. pen. de rescript.

In praxi ergo notandum est in primis oportere probare creationem videlicet ... fuisse notarium, vel Vicarium ... per istum textum: sed quia hoc ... est d... ideò cautela est, vt quis probe... notarium, vel Episcopi Vic..., seu ... longo tempore & maximè ... C. de ... stam. Alexand. consilio 8. exam... col. ... vol. per istum text. Nam ex lo... ga posses... oue, & consuetud... præsumitur titulus l. si ce... l. cùm de in rem verso. ff. ... de fide ... omm. C. facit l. post ... adop... ... ff. de seruit. De ... ... probe ... fecisse plura instru... & alios actus tanquam talis, & ... instrumenta, & collationes, & ista ... Episcopi Vica... ... instit... & creatio præsumetur, & ... ad sic credendum, & iudicandum quia non est verisimile, quòd tanto tempore exercuerit ... in institutione. e illud. de præsumptio... cent. in ... p. 2 de in integ. restitut. allegat ... tex... licet parum probet. in §. si verò moriantur ... rum. cautel. & fide. collat 6. hoc expresse docent interpretes in cap. . de fide instrum. & Mathe de Afflict in decis. Neapol. 8... determinatum plenè Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in titul de instr. editio. §. restat. versic. & scias. & Socin. consilio 95. in causa. vol. 3. & si contrarium diceremus, infinita perirent instrumenta, & actus cum moriantur notar... & amittantur instrumenta collatio... & impossibile est ferè ista instrumenta repe... c. quoniam. de probat. Barbat. in repet. rub. de fide instrum. col. ... 8 in paruo volum.

Quæ decreuit.] Colligitur non solùm ... acta Prætoris Barbarij valuisse, verùm etiam omnia decreta, ... ationes quorum veniunt sententiæ, acta, & gesta, atque statuta, quæ ... us fecit, & decreuit tanquam Prætor, vt omnia ... ratione vtilitatis publicæ valeant, & nihil horum reprobari. l. decreta. ff. de re iudic. l. item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusque vniuersit. nor. & quot modis accipiatur decretum, quid sit, in quibus casibus interponatur, & quo modo annulletur, scripsi in tit. de conclu. later. conci. in verbo, decretis. in Concord. Franciæ.

Nullius fore momenti.] ista clausula denotat, vt ipso iure actus sit nullus, nec requi... quod à iudi... annulletur, postquam à iure n... dies ... j. ff. de ser. l. cum hi. §. si Prætor. ibi, transactio erit nullius momenti de transact. l. qui in carcerem. quod met caus. declarat pulcher tex. in l. item eorum. §. sed si ita. ibi, ipso iure decretum nullius momenti esse. ff. quod cu... usque vniuers. no. ca. cùm secundum leges. de hæret. lib. 6 alibi plenius dicam.

An fore propter vtilitatem, &c.] Colligitur ex hoc textu ratio, quare acta valuerunt facta coram Barbario seruo, videlicet propter vtilitatem eorum, qui coram eo egerint, ne tot acta, gesta, & decreta pereant. Aduertendum est nam iste text. dicit, propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerūt, valere acta, & gesta coram isto Barbario seruo, ergo si non fuisset nisi vnus, actus non valeret, & hoc quia non est ibi publica vtilitas, & sic non habet locum in delegato ad vnam causam, vt docet Innocent. in cap. cum dilecta. col. 1. de rescript. ego contrà, quia si post vnum actum seruus mortuus fuisset, vel vnum tantum edictum fecisset valuisset illud edictum, non per rationem istam, sed quia Prætor erat, & facta quælibet à Prætore valere debent propter authoritatem prouidentis, & quando sint plures rationes in vna lege, vna cessante, non cessat legis dispositio, l. si non lex Aelia Sentia. ff. de hæred. instit. & §. affinitatis. de nupt. in Instit. & suprà dictum fuit, quando vnus sciebat.

Ideò etiam ista lex locum habebit in iudice delegato ad vnam causam, quia vertitur vtilitas publica quoad illam causam. Bald. & Ias. hic & alij in c. cùm dilecta. de rescript. quia iurisdictio est publici iuris. l. j. de iurisd. omn. iud.

Vnde valebit sententia arbitri dati à magistratibus, licèt seruus fuerit, quia arbiter & iudex, fuit quoad illam causam l. ij. C. de se... ten. & interlo. om. iud. vbi in vna tantum sententia loquitur. Felin. in c. cum dilecta. col. 2. versic. lex Barbarius. de rescript.

Secunda assignatur in hoc text. ratio inferius, propter authoritatem populi Roma. qui potuisset istum seruum facere liberum, si sciuisset eū seruum fuisse, ergo non haberet locū in alio, qui non haberet istam potestatem, vt inferius dicetur.

Tertia ratio, quia populus Romanus potuit decernere hanc potestatem, quòd si non potuisset, non valerent gesta ab eodem Barbario.

Quarta, propter æquitatem, ibi, humanius, & hoc docent interpretes hic, & Bald. in marg. in verb. fa... m. 19. q.

Vel lege, vel quo alio iure.] Lege agere dicitur, qui secundum legem duodecim Tabularum, & permittente illa le... agebat hoc iure. vt declaratam in l. Labeo. ij. §. j. ff. de verb. signific.

Alio iure agere quis dicebatur, quando non secundum legem, ... secundum Senatusconsultum constitutionésue Principū, aut alio iure permittente agebat, siue ageret iure ordinario, siue extra ordinem, siue iure actionis, vel officio iudicis. vt dicit Accurs.

Et verum puto, nihil eorum reprobari.] Omnia

Vtilitatis publicæ effectus.

Lege agere quis dicatur.

Agere alio iure, quid vocetur.

Omnia ergo, quæ Barbarius gessit, valent. vnde competit libertas data ab eo, qui postea seruus ipse pronuntiatus est. Paul. in l. competit. ff. qui & à quibus manu. lib. non fiant. intellige quæ gessit, tanquam Prætor.

Et dicit iste tex. nihil reprobari eorum, quæ gessit, propter eorum vtilitatem, qui coram eo egerunt, sed non dicit de persona Barbarij, quin destituatur, quando apparebit eum esse seruum, nisi de nouo ei officium conferretur, aut ex certa scientia confirmaretur, vt inferius dicetur.

Etiam reprobantur omnia, quæ priuatam tantum Barbarij respiciunt vtilitatem. Ideò si rescriptum impetrauerit, non valebit impetratio. l. prima. C. de precib. Imperat. offe. Ioan. Calder. & Anthon. in cap. ad probandum. de re iudic. Ideò non faciet fructus suos, si inhabilis sit, sed futuro successori restituet. de quo alibi Innoc. in ca. consuluit. de procur. Ideò valent gesta quoad alios, qui sunt in bona fide: sed
12 quoad se, quia est in mala fide, non debent valere. l. ij. C. si seruus ad decu. aspira. libro 10. nisi esset cum alijs connexa, & vnum sine alio non valeret. l. si communem. ff. quemad. seruit. amittan.

Idem dicunt Doctor. in his, quæ respiciunt inhabilitatem potestatis, commissionis, vel rescripti. Vnde si procurator falsus sit, & non habeat potestatem, licèt habeatur pro procuratore, non valebunt gesta ab eo. l. licet. C. de procurat. cap. 1. illo titulo. Idem si quis non habeat commissionem ad faciendum inquisitiones, licèt habeatur pro tali. docet Paris. consi. 536. stante defectu. in 2. col. vol. 4.

Gesta à falso procuratore.

Hoc enim humanius est.] Iurisconsultus Vlpianus assignat hic rationem, quare prædicta statuit, videlicet, vt gesta à Barbario seruo Prætore facta, valeant, & dixit hoc esse humanius. æquissimum tamen dicit idem Vlpian. in l. quidam. ff. de re iudic. Et si Barbarius fuisset in quasi possessione iusta, libertatis, de stricto iure valuissent ab eo gesta. l. moueor. in fin. C. si seruus exportan. veneat. & l. sed si accepto. ff. de iure fisci. cap. querelam. de elect. cap. cum Ecclesia. de causa possess. cap. consultationibus de iure patro. sed erat in possessione improba & iniusta, quia erat fugitiuus. ideò non valuerunt gesta, nisi ex æquitate. & propter rationes in text. expressas.

Notandæ sunt phrases. quibus Iurisconf. vtuntur hac dictione. primò, in l. si pars. ibi, *Humanius erit sequi eius partis sententiam* ff. de inoffic. testam. l. quidam. si certum pet. l. si mandato. prima. §. sed si mandauero ff. mandat. probat l. si fundus. § si pluris. de pignor. ibi, *Quod ego quidem, quantum ad subtilitatem legis. & authoritatem sententiæ non probo: semel enim causa transire videtur ad condemnationem, & inde pecunia deberi sed humanius nõ est amplius.* l. Paulo Callinico. §. 1. ibi, *Placuit humanius interpretari.* ff. de leg. 3. l si tibi. §. vnius. ibi, *Non videor consentire, qui consentire non possum, humanius autem erit, vt & in hoc casu, quasi semel electione facta, fiat cõmunis.* de optio. legat.

De dictione humanius.

Item humanior sententia Iulian. approbatur in l. adhuc. ff. de vsufr. & humanior sententia à Prætore eligenda est. l. maiorem. de pact. l. Titius. in fine. de constitut. pecu. & clementiorem sententiam vocat Vlpian. in l. 3. ff de decurio. Inde, humanitatis ratio habebitur. l. si cui. §. planè. ff. ex quibus caus. maior. l. interdum. §. 1. de iud. Humani iuris. l. iiij. ff. commu. præd. c. humanum genus. 1. dist. vbi ius humanum, vocatur ius hominum, non diuinum, nec naturale.

Vnde humanitatem exhibere dicitur in l. prima. §. ait Prætor. ff. de postu. quæ quidem humanitas accipitur pro mansuetudine, lenitate, facilitate, placabilitate, ac suauitate. Humanitate ductus, ait Iurisc. in l. doli. §. primo. de seruo corrup. & l. at si quis. §. & interdum. de religios. Humanitatis gratia. l. si eum militi. §. fin. ff. de compensa. vel humanitatis intuitu. l. v. in fin. ff. de bonis damnat. Humanitatis ratio. l. non tantum. de appel. Et humanitate suggerente. in l. j. §. j. quando appel. sit. Humanum est. l. sed & si mors. de donat. inter vir. & vxor.

Humanis rebus. l. cùm autem. §. *Malus seruus creditus est. qui aliquid facit, quo magis se rebus humanis extrahat, vt putà si laqueum torsit, sive medicamentum pro veneno bibit.* de ædil. edict. Humanæ sortis. l. *si seruus venditus decesserit, antequam euincatur, stipulatio non committitur, quia nemo eũ euincat, sed fatum humanæ sortis.* ff. de euictio. Humana conditio. l. Titia. §. finali. ff. de aurn & argento legat. ibi. *Si mihi per conditionem humanam cõtigerit ipsa faciam*, id est, si ego viuam, & superstes ero. Humanum exactorem dicit Iurisconsult. quia communius est, vt rigorosi sint. l. si bene. ff. de vsur. sed ille erat humanus, affabilis, benignus, vrbanus, ciuilis, comis, & suauis.

Humanè militiam miles mutat, qui arma amisit, vel alienauit. l. iij §. miles. ff. de re milit. id est, hoc tribuitur ei ex gratia, & vrbanitate, quia aliàs capite puniri debet. vt ibi. Humanitus acciderit. l. alumnæ. §. Seia. ff. de adimen. lega. scripsi in l. in vulgari. ff. de verb sig. vbi alia plura docui. quæ hìc non repetam.

Et sic Doctor. dicunt hoc ex æquitate procedere, non de rigore: nempe, de stricto iure seruus non potest esse Prætor, nec aliquid tanquam Prætor facere, sed humanitate suggerente, si habitus, & pro libero creatus fuerit Prætor, Prętor quidem est, licèt seruus sit: vnde gesta ab eo, nomine publico Prætoris, firma & rata erunt, & nihil eorum reprobari dicit iste text.

Aequitas præualet rigori.

Cùm etiam potuit populus Roma. seruo decernere hanc potestatem.] Nam licèt moribus receptum sit, vt fœminæ & serui iudices esse non possint, non quia non habeant iudicium, sed quia receptum est, vt ciuilibus nõ fungantur officiis. Paul. Iurisconsult. in l. cùm Prætor circa finem. ff. de iudic. tamen poterat populus, qui legem ferebat, illi legi derogare, & seruo Prætoris officium decernere. §. lex est. de iure natural. in Instit.

Et sic à contrario, si populus non potuisset decernere hanc potestatem, non valerent gesta per Barbarium. Vnde infert Alberic. si electores non habeãt potestatem eligendi, & tamen eligant, si ille electus gerat se pro Prælato, vel pro Officiali, & fuerit habitus pro tali, non valebunt eius gesta. per l. qui neque. ff. de rebus eorum. l. decernimus. C. de sacrosanct. Ecclesiis. l. Herennius. de decurio. cap. nihil. de elect. Innocent. in cap. cùm dilectus. illo titul. Posset tamen hoc casu haberi confirmatio à superiore, Papa, vel Imperatore, pro qualitate personæ & actus, ne tot actus pereant, & ita fieri solet in praxi.

Electus ab eo qui potestatem eligendi non habebat.

Praxis de eadem re.

Vnde consuluit Paul. Paris. consilio 136. stante defectu. in quarto volumine. non valuisse dispensationem factam ab Officiali capituli, sede vacante, concessam spurio, vt tonsuram recipere possit. Nam licèt Episcopus illam potestatem habeat, cap. primo. de filiis presbyt. in vj. tamen hic Officialis capituli illam 13
potestatem

potestatem non habebat: ideò tanquam priuatus faciebat. Sic consuluit Carolus Ruinus consilio 66.
14 perlectis. numero 13.in 3.volum. In Imperatore, qui
Error respectu concedentis. concessit legitimandi potestatem in terris non sibi
subiectis, vt non valeat legitimatio, quia vbi est error respectu concedentis, non valent gesta, vt ibi.

Sed & si sciisset seruum esse, liberum eum
effecisset.] Alia ratio est videlicet si populus, antequam crearet Barbariũ Prætorem, si sciuisset eum
esse seruum, eundem fecisset liberum, & illi Præturam concessisset. Sic, secundum quosdam, conce-
15 dendo Præturam, voluit eum liberum facere. Nam
cui iurisdictio datur, omnia concedi videntur, sine quibus iurisdictio exerceri non potest. l. secunda. ff. de iurisd. omnium iudicum. Et qui vult consequens, etiam omne antecedens necessarium ad illud. l. ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procura. propter quæ Doctor. hic fuerunt contrarij, dicentes partim Barbarium fuisse liberum, partim non fuisse. Superius dixi non fuisse liberum, sed est verisimile, quod populus si sciuisset, illum fecisset liberum, sed non fecit, ergo seruus remansit.

Quid autem, si populus sciens designasset istum seruum Prætorem, nihil tamen dicendo, an esset liber? Respon. dicerem istum liberum, si populus hoc sciuisset, etiam si nihil dixisset. Nam tunc haberent locum ea quæ superius dicta sunt, videlicet concedendo vnum, & alia in consequens concessisse censeretur, & sic cum illo legis gratiá fecisse. l.quidam. ff.de re iud. Vlpian. in l.sed si hac. §.patronum. ff.de in ius vocand.

[illegible] tacita [illegible] cessa. Sicut, si testator sciens seruum suum esse, tutorem illum filio suo dederit, non exprimẽdo se libertatem dare, tamen tacite, legis authoritate, fauore pupillorum liber erit, & tutor, directámque libertatem à lege consequetur. §.1.qui te sta.tuto.dari possunt. l.quidam. C.de necessa.seruis.

Si vero dominus ignorans seruum suum esse, quia habuerat de nouo hæreditatem, dederit illum tutorem filio suo, non valet datio, nec ille erit liber. d.§.1. ibi: Planè si per errorem, quasi tutor datus sit, aliud dicendum est, & multò magis in alieno seruo. vt ibi. in §.sequen.& l.generaliter.§. ***Si quis tutorem dederit filio suo seruum, quem putabat liberum esse, cùm esset seruus, is neque tutor erit. neque liber.*** ff.de testa.tutel.

16 Et sic in priuatis regulariter non valent actus facti per errorem, vnde nec liber, nec tutor datus erit per prædicta. docet Bald in addit.de Spec.in tit.de tuto. in fin. Panor. in cap.consultationibus. col.vlt.de iure patron. Felin.in c.ad probandum.col.2.de re iud.

17 Secus in publicis, tum ratione officij publici, tum vtilitatis ex hoc prouenientis, & authoritatis publicæ, quod est notandum. Ideò non poterit queri dominus, cuius seruus, vtilitatis publicæ gratia est manumissus, cùm vtilitas publica præferatur priuatæ. l.prima. ff.solut.matrim. quamuis Vlpian. in l.si priuatus. ff.qui & à quibus. scribit: ***Si priuatus coactus à populo manumiserit, quamuis voluntatem accommodauerit, tamen non erit liber. Nam & D.Marcus prohibuit ex acclamatione populi manumittere***, sed aliud est manumittere, aliud cogere. Nam si populus Romanus ex causa tunc manumisisset, valeret manumissio, secus in alio populo, qui supremum imperium non habebat. Ideo Vlpian. dixit non esse liberum, si populus alius à Roma coëgerit serui dominum manumittere, vel ex acclamatione sit quidam manumissus, quia vanæ voces populi non sunt audiendæ. l. decurionum. C.de pœnis.

Ex his infertur, populum Romanum conferentem dignitatem, aut officium inhabili scienter, videri *Officiũ inhabili scienter concessum.*
secum dispensasse, quod ius multo magis in Imperatore obseruandum est, per istum textum. Nam si po- 18
pulus, inter quos potest aliquis ignarus esse, videatur gratiam facere alicui inhabili, multò fortius Imperator sciens conferendo officium, vel dignitatem. Vlpian. ita loquitur in l.quidam. ff.de re iudic. Princeps enim, qui ei magistratũ dedit, omnia agere decreuit. & Modestin. ait in l.idem Vlpianus. in fi. ff.de excusat.tutor. fieri hoc posse ex rescripto Imperatoris, scientis quidem tutorem esse eum, transmigrare autem expressè ei cõcedentis, & horum alterutrum literis significantis. Et sic requiruntur duo, primùm quòd Princeps sciat inhabilitatem, seu defectum, quia non potest concedere, nec gratiam facere, si nesciat. arg. l.mater. ff.de inoffic.testam.

Secundum requiritur, quod Princeps concedat non obstante defectu, alioqui si officium non concederet, sed pateretur fungi officio, etiam nihil esset. Doctor. in cap.veniens.de filiis presbyt. Carol. Ruinus consilio 85.in proposita. numero 10.in 4.volum. licèt Soci.in tractat. Fallen.regul.227.lex Barbarius, dicat istam legem nõ habere locum in inhabili, quia est infamis habitu & actu, sed vix potest esse maior inhabilitas, quàm illa quæ in seruo est, & ille qui potest facere eum liberum, etiam habilem, si inhabilitatem sciuisset, inquit iste text. ergo locum habebit
in inhabili. Vnde si Princeps inhabili concesserit, 19
ignorans inhabilitatem, non valet concessio quoad recipientem, si sciuisset Princeps. verisimile est quod non concessisset, & subreptitia est concessio. l.ij. C. de diuers.offic.lib.12.

Coloratus titulus reddit inhabilem, habilẽ. Tamen si iste inhabilis exerceat officium publicum, & habeatur publicè pro tali, valebunt gesta ab eo propter coloratum titulum. per istum text. hoc probaui in tit. de pacif.possesso. quia hoc casu est designatus Officialis, habitus est pro tali, & publicè vtile est, propter eos qui egerunt coram eo, ne decepti sint, Principis authoritate, ob id ista valebunt gesta coram eo l. prima. C. de his qui veniam ætat. impetra. sed ipse, cùm detectus fuerit inhabilis, excludetur.

Ista etiam in Papa procedere videntur, qui si ille- 20
gitimo ex certa scientia conferat beneficium, vel Episcopatum, ipsum legitimare cẽsetur. l.Imperialis.§.similes. C.de nupt. glos.in cap.à nobis.de dec.& in cap. statutum. in verbo, literarum. de rescript. Si verò ignoranter, non. cap. nihil. de elect. licet apposuerit clausulam non obstantibus iuribus & legibus in contrarium facientibus, quia non videtur tollere, quod ignorat. l.mater. ff.de inoffic.testam.

Si tamẽ iste per subreptionem promotus administrauerit, & tanquam Episcopus, vel curatus aliqua gesserit, valebunt ab eo gesta. cap.ad probandum.de re iud. vbi Panor. & licèt prouisio non valeat quoad prouisum: quia simul atque scietur inhabilitas, expelletur, tamen gesta remanebunt propter publicam vtilitatem, & errorem communem, vt Doctor. asserunt. Sed vt ipse inhabilis remaneat in officio, non versatur publica vtilitas, imò est contra publicam vtilitatem. l.honores. ff.de decur. Ias. hic numero 20.

per l.primam.C.de testamen.& l.ij.C.de sentent.& interloc. Socin.consilio 59. viso elegantissimo. col.3. in 4.dubitatione. vel nisi ipse esset habilis, & tamen aliquod haberet vitium in collatione, quod faceret titulum coloratum tantum; eo casu post triennium nō posset molestari in beneficio, vt est in tit.de pacif. possessio.vbi etiam dixi.

Titulus coloratus tantum, inhabilis.

Et sic potest dici, Principem verisimile esse, fecisse liberum & habilem, si scisset eum seruum, & hoc si voluisset eum Praetorem esse, sed quia ignorauit eum inhabilem, ius praesumit non dedisse ei officium, si illam inhabilitatem sensisset, vel saltem illam sustulisset: sed quia non fecit gratiam cum eo, quia nesciuit inhabilem, ideò non valebit concessio quoad inhabilem, nisi vltro concessa ei fuerit.d.l.imperialis. §.si miles.C.de nupt.

Vltimò, in quantum interpretes dicunt, inferiorem à Papa conferentem beneficium indigno, non videri dispensasse, quia requiritur causae cognitio. glo.& Doct.in c.1.de aetat.& quali.lib.6. plenè scripsi in praxi beneficiali.in tit.de dispensa.

Inferior à Papa conferens beneficium indigno.

Quod restringitur, quando ille prouisus ab Episcopo fuisset promotus ad sacros ordines, eo casu nō debet beneficium illi eo anno amoueri.c.veniens. de filiis presbyter.ne posteà mendicaret in opprobrium cleri. c.Diaconi.§ 93.dist.

Et sic ex hac lege requiruntur sequentia. Primùm, quòd sit designatus, creatus, & institutus, vel notarius seu Praelatus, alioqui si se ingereret, actus gesti ab eo nullius essent momenti.l.non mutant. & l.non idcirco. C.de liber.causa. l.si.C. si seruus ad decurio. aspira.lib.10. Bart.in l.actuarios.C.de numerar.lib. 12. quia vsus priuatorum non confert officium, sed Princeps, vel ab eo authoritatem habens. cap. cum P.tabellio.de fide instrum.Azo in Summa de instru. 21 cautel.& fide. & ob id decretum superioris tenet factum ab inhabili. l.j. §. idem Pompon.ff.quod falso tuto.autho.gestum esse dicetur.

Secundò requiritur quod fuerit institutus ab eo, qui potuit, alioqui non haberet locum iste text.Ideò si Imperator institueret consiliarium, vel iudicem in regno Franciae, quamuis reputetur communi opinione consiliarius, vel iudex, tamen non valerent gesta ab eo. Doctor.in cap.nihil. de electio. Carolus Ruinus consilio 86.in propositio col.3.in 4.vol. Nam iste text. respicit inhabilitatem eius personae, cui datur officium, non eius qui dat, & Imperator in regno Franciae non habet potestatem concedendi officia, imò est ibi tanquam priuatus.c.per venerabilem.vbi Doctor. qui filij sint leg. l.tertia. de officio Praesid.ff.

Imperator in regno Franciae, est tanquam priuatus.

Vnde dicunt interpretes non sufficere electionem esse factam, nisi esset & confirmatio, quod fortè procederet in spiritualibus, in quibus solet interuenire. cap.final. de electio.in vj. Sed in offic.dicerem contrarium, vt valeant gesta, si quis sit electus, & pro tali opinatus, quia non illicitè sumit officium, sed est designatus & habitus pro tali, ideò dicerem in temporalibus sufficere electionem, quia rarò confirmationes in illis fiunt.

Tertiò requiritur, quod is recipiens sit inhabilis, alioqui si habilis esset Praetor, vel Praelatus, seu alius, non esset dubium an gesta valerēt, quia nihil deesset, ergo non esset dubitandum. Ideò hic ponitur Barbarium seruum esse.

Opinio communis facit ius.

Quartò requiritur, quod communi opinione ille Praelatus, vel Praetor sit habitus & reputatus talis, & non à duobus, vel tribus, alioqui acta non valerent, si non esset talis reputatus communiter, & commu 22 nem opinionem intelligimus hic, quando communi sententia talis opinabatur, & maximè inter vicinos & cognitos. l.inter omnes. vbi glos.& Dec.ff.qui satisd.cogant. Bart.in l.de minore. §. plurimum.q.2.ff. de quaestio. & superius dictum fuit.

Quintò, quod gesta ab eo respiciant officium publicum, vt pote iudex protulit sententiam, notarius instrumenta confecit, secus ergo si vendat rem propriam, aut alium priuatum actum conficiat. probatur in l.ad probandum.de re iud. Cardi.in cle.j.§.j.in fin.de regul.

Sextò, quod habitus fuerit Praetor, vel notarius longo tempore. l.qui in alien. 1.§.sed & si non adierit. ff de acquir. haered. Longum tempus declaratur esse decem annorum. in l. si [illegible] familias. de petitio.haeredit.C.& hoc firmant multi interpretes.

Longū tempus quodnā dicatur

Ego autem dico longum tempus arbitrio iudicis relinquendum, adeò quod si quis se gesserit pro vicario per vnum annum, & posteà mortuus fuerit, si eius institutio non reperiatur, sufficit plures ostendere collationes, & eum habitum, & reputatum id temporis fuisse vicarium, sed hodie poterit probari per scripturam insinuationum.

Septimò requiritur, quod gesta fuit eo tempore, quo is habitus & reputatus fuit notarius, alioqui si gesta fuerint post tempus quo inhabilitas apparuit, illa gesta non valebunt per istum textum, ibi, quandiu latuit. Bald.in authent.habita. collat.6.C.ne filius pro patre.

Octauò, requiritur vtilitas eorum, qui egerunt coram isto. ibi. propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerunt. & agere quidem verbum generale est, siue verbis, siue re quid agatur, vt in stipulatione, vel numeratione pecuniae. Vlpianus l. Labeo.1.ff.de verb.sig.

Agere, verbum generale.

Vnde si iudex reputatus habilis condemnauerit aliquē ad soluēdum decem aureos, & illum coēgerit soluere, valebit sententia, & liberatus erit soluens. iuxta l.qui restituere.ff.de rei vendic.

Nonò, quod plures actus seu instrumenta confecerit, alioqui non diceretur publicè vtile, & sic text. dicit, propter vtilitatem eorum, &c.

Et quod instrumenta, vel actus requirantur, hoc arbitrio iudicis relinquitur. vt docet Barbat.in reper. rubr. de fide instrumen. col.17. allegat Speculat. in titul.de instrum.editi.§.restat.versi.& scias.& versi. illud. & quidem sufficere duo instrumenta dicunt, vt firmat Carolus Ruinus consilio 66.perlectis.num. 12. in 3. volum. superiùs dixi etiam vnum actum valere factum ab eo, qui est iudex inhabilis, tamen opinatus, communi sententia, habilis. Alia (bone lector) addere poteris.

Quod ius in Imperatore multò magis obseruandum est] Videlicet si Imperator prouideat alicui, quem communis fama opinabatur habilem & idoneum, licèt sit seruus, valebunt gesta ab ipso prouiso, quia ipsum liberum & habilem facere, ipse quoq; Imperator potuisset, si sciuisset, atque gratiam illius viri illi fecisset, & secum dispensasset, vt fuit dictum superiùs. Sacrilegij enim instar est dubitare, an is dignus sit, quem elegerit summus Princeps, scilicet sciente r.l.ij.C.de crimi.sacrileg quamuis eligat interdum

Sacrilegij instar est, dubitare de eo quē Princeps elegit.

interdum ignaros, inhabiles, & bardos ad suasionem aliorum cæcorum, & quandoque mulierum.

Ideo, si exuli, ignorans eum talem, dederit officium Consilarij, vel aliud, pecuniâ, gesta ab eo valebunt, quandiu latebit, & cõmmunis error aderit, & exercitium publicum, vt docet Carolus Ruinus consil. 85. in proposita. num. 9. in 4. vol.

Idem dicit Alberic. in Episcopo, vel alio constituente vicarium inhabilem, vt si communi opinione fuerit habitus habilis, gesta ab eo valeant, propter publicam vtilitatem. & facit l.ij. C. de senten. & l.j. C. de testam.

Imperator potest seruũ alienu manumittere ex causa publica.

Ex hoc notat Accurs. Imperatorem posse manumittere seruum alienum, verùm ex causa publicæ vtilitatis, vel pacis, aliàs non regulariter. Nam quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auferri non potest. l. quod nostrum. ff. de regul. iuris. & quia dominium est iuris gentium. vt dixi in l. ex hoc iure. de iust. & iur. suprà. Potest etiam legem ferre, qua serui consequentur libertatem ex causa, quæ publicæ vtilitati proderit. vt C quibus ex caus. serui pro præmio libert. accip.

Ex hoc text. inferunt Docto. ex causa Principem auferre posse res priuati, sed sine iusta causa non: at ipsi decepti fuêre. Nam negatiua regula ponenda est, Neminem posse de re alterius disponere.

Nempe quod meum est, &c. nec etiam Princeps, quia hoc est iuris diuini: scribitur enim Ezechiel. 46. Non accipiet Princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorum. Lucas de Pen. in l. fi. C. de loca. præd ciuilium. lib. 11. multa ad hanc rem adducit.

Principi nõ [licet] sine cõ[sen]su rem [subdit]i accipere.

Ideò, sine consensu, non licèt quidem Principi rem subditi accipere. vt probatur 3. Reg. c. 21. & seq. vbi Achab Rex Israel, qui accepit vineam Nabot, fuit extinctus, & canes linxerunt sanguinem illius in illo loco. vbi Nabot fuit occisus, & tamen Rex volebat ei dare meliorem vineam, aut magnum pretium pro illa vinea. de hoc scripsi abundè in tract. de congrua portione. in fin.

Omnis Princeps datus est ad ædificationem, & omnis potestas, non ad destructionem, teste Diuo Paulo 2. ad Corint. vlt. c. alioqui haberet potestatem peccandi, quæ nemini data fuit, videlicet vsurpandi bona aliena, & subditorum.

Hoc limitandum est ex causa publicæ vtilitatis, vt si fortè in fundo subditi velit castra, vel turres ædificare, vt inimicis resistat, hoc publicè interest l. item si verberatum. ff. de rei vend. Et hoc quando illud non poterit fieri in fundo fisci, alioqui contrà. vt docet Anthon. Capitius in decisio. Neapol. q. 51. in fine. & Lud. Rom. consil. 110. in casu.

23 Et tunc debet Princeps compensare subditos, dando pretium æquiualens rei. l. ij. C. quibus ex caus. serui. Lucas in l. vnica. C. publ[ic]æ lætitiæ. Felin. & alij in cap. quæ in Ecclesia. de Constit. & 1. Paralip. ca. 21. vbi Dauid ad Hornam petit locum, vbi ædificaret altare, & Hornam lubens ei locum præbuit. Sed Dauid dixit: Argentum dabo tibi, quantum valet, neque enim tibi auferre debeo, & sic offeram Domino holocausta gratuita. Dedit ergo Dauid Hornam pro loco Siclos auri iustissimi ponderis sexcentos. Si ergo non licet Principi auferre locum, vt Ecclesiam construat, vel Deo dedicet, multò minus ad aliam vtilitatem. Sed sunt quidam adulatores, qui contrarium consulunt, quos omnes in inferno iam sepultos conijcio, si non resipiscant.

Nisi statueretur per legem causa publicæ vtilitatis, hoc esse faciendum. l. si venditor. §. si constat. ff. communia prædio. tunc si lex sit iusta, seruanda erit, nec tenebitur Princeps compensare homicidam, quando ex confiscatione bona illius accipit, sed caueat is, qui in legem incidit, vt per totum titulum de bonis damnato. ff. & C. de senten. passis. Alia hic non pertractabo.

SVMMARIA.

1 *Adoptio & emancipatio sunt voluntaria iurisdictionis.*
2 *Iudex qualitatem iurisdictionis mutare non potest.*
3 *Actuario & scriptori, de consensu partium creditur.*

LEX IIII. IDEM LIB. I. DE OMNIBVS TRIBVNALIBVS.

PRætor nec tutorem, nec specialem iudicem ipse se dare potest.

IDem docet Vlpian. ff. de tutor. & cura. datis ab his. sic inquiens, l. *Prætor ipse se tutorem dare non potest, sicut nec pedaneus iudex, nec compromissarius ex sua sententia fieri potest.* Interpretes dicunt obstare. l. ij. sic conceptam suprà: *sed etiam ipsum apud se emancipari, vel in adoptionem dari placet*, & multi varia dicunt super hoc.

Ego verò puto nihil obstare, quia pater emancipare potest filium suum Prætorem coram ipso Prætore. Nam in emancipatione requiritur authoritas magistratus, quæ satis interuenit, cùm ipse filius sit magistratus, & sic dicit text. *apud se*. Non tamen dicit, quòd ipse Prætor filius emancipet se, quia est in potestate patris: ergo requiritur, quòd pater emancipet, & si Consul, vel Præses, aut Prætor filiusfamilias sit, posse eum apud semetipsum, vel emancipari, vel in adoptionem dari constat. Paul. Iurisconsult. in l si Consul. suprà de adopt. vbi dixi. ideò emancipat pater filium suum coram Prętore, quia ipse filius est Prætor, & sufficit eius filij & Prætoris authoritas. *Emancipatio fieri potest coram ipso Pratore filio.*

Idem dico in adoptione, vt pater dare possit in adoptionem filium suum Prætorem. sola Prætoris filij authoritate interueniente, quia Prætor est & filius; atque imperio magistratus adoptio fit. l. ij. suprà. de adopt. & quando pater dat in adoptionem filiumfamil. suum, qui est Prætor, hæc adoptio fit imperio magistratus, videlicet Prætoris filij, ergo forma seruata censetur. Nam Celsus ait: *In adoptionibus eorum duntaxat, qui sua potestatis sunt, voluntas exploratur: sin autem à patre dantur in adoptionem in his vtriusque arbitrium expectandum est, vel consentiẽdo, vel non contradicendo.* l. in adoptionibus. ff. de adopt.

Et Consul apud se potest manumittere, etiamsi minor sit. l. si rogatus. in fin. de manum. vind. scripsi in l. vnica. suprà de offic. Consul. & sic non obstant alia iura. vt scripsi in l. ij. suprà eodem. *Manumissio fieri potest à Consule apud se, etiam minore.*

Item quanta sit differentia inter ea, quę expediuntur sub voluntaria iurisdictione, & contentiosa, nemo est qui ignoret. l. j. & ij. infrà, de offic. Proconsul.

1 adoptio & emancipario in voluntaria iurisdictione continentur, in quibus sufficit persnnas necessarias adesse, quæ non deficiunt, quando filius est Prætor, & is ipse emancipatur, vel in adoptionem datur. vt hic. & plenè Lucas de Penna in l.secunda. in fine. C. de dela.lib.10.

Vna persona quando vicē duorū obtinere nō possit.

At in contentiosa iurisdictione certus numerus personarum adesse debet.cap.primo.in iiij.quæst.iiij. & vna persona non potest obtinere vicem duarum, vnde Papin.scribit l. *Ex sententia Senatusf. Liboniani tutor non erit, qui se tutorem in testamento pupillo scripsit, cùm autem patris voluntas hoc ipsum manu sua declarantis, ambigua non esset, &c.* ff. de testament. tutel. Ideò debet esse iudex, qui det tutores, & dans & datus vnus esse prohibetur. cap. fin. de inst. & sic Prætor non potest se tutorem dare, nec etiam iudi-
2 cem se dat, quia non posset qualitatem iurisdictionis mutare, & ex ordinario se delegatum facere. l. Prætor.ff.de tutor.& curator.dat.ab his.

Testiū examinatio graphario cōmissa, ab alio signanda est.

Vnde si iudex committat examinationem testium notatio, seu graphario causæ, ille ipse non poterit scribere negotium sibi datum fuisse, nec ei crederetur, quia non potest officium sibi adscribere.l.vxori. §. primo. ff. de falsis. alioqui daretur materia delinquendi, vt semper posset hoc actuarius scribere: ideò debet hoc signari per alium notarium, etiamsi articulus tantum ei committatur. contra Bartol. in l. ex sententia.ff.de testam.tutel.& sic curiam seruare scribit Guido Papa in decision. Delphi.quæst.116.in hac curia. & Mathe. de Afflictis in decisio. Neapol.217. in causa.Bald.in l.iudices.in fin.C.de fide instrumen. cùm sit bonum argumentum de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendica. Nam si in tota causa non credatur, ergo nec in vno articulo.idem firmat Bald.& alij in cap.quoniam contra.de proba.& Iaco. de Bellouisu in praxi.in titul.de fuga rerum.num.85. Alexand.consilio 212. ponderatis numero 21.& seq. in 6.volum. & Barbat.consilio 18.difficile.in fi.vol.1. Dec.consilio 42.in 1.dubio.& in l.ij. C.de edend.Ias. in l.si duo.§.item Iulia.ff de iureiurand.

3 Collecta. tamen in cap.si qui testium.colum.2.de testib. scribit consuetudinem esse Curiarum vt actuario credatur, & scriptori, & hoc de con e si partium. Nam cùm plures fiunt homines, quando iudex committit, actuarius debet dicere sibi commissum præsentibus tribus, vel quatuor, quos nominare debet, & sic valebit commissio, & i l: stabitur. quod probat Decius consilio 42. & pro facultate.in secundo dubio.

De officio Præfecti vigilum.
TIT. XV.

Præfectus vigilū in locum Triumuirorum suffectus.

IVrisconsult. hic imitatur Aurel. in l. vnica.suprà. de offic. Præfect. Præto. vbi docet Præfectum Prętorio suffectum esse in locū magistri equitum, sic & hic Præfectum vigilum, in locum Triumuirorum, qui apud vetustiores incendiis arcendis præerant. vt scribitur in l.j.huius tituli.

Secundò, hoc officium à Diuo Augusto prius institutum fuisse, in l.prima.& sequen.asseritur. Tertiò, de quo cognoscat hic Præfectus. tradit in l.iij.§. cognoscit, videlicet de incendiis & aliis, vt ibi dicetur. Quartò, docet officium istius Præfecti vigilum in quo consistebat.in §.sciendum.cum l.sequen. hæc est tituli huius summa. Et quidam erant Præfecti vigilum in ciuitate, de quibus iste tex.loquitur. Alij erant Præfecti vigilum in exercitu, de quibus Polyb. de Romanor. castr. facit l. qui excubias. & l. officium.circa fin.ff.de re milit.

SVMMARIA.

1 & 2 *Triumuiri mensary, Treuiri dicti, & Præpositi moneta.*
3 *Dicuntur in Francia Generales monetarum.*
4 *Iurisdictio sæcularis debet auxiliari Ecclesiæ, & econtrà.*
5 *Annonæ nomine omnia edulia continentur.*
6 *Tribuni vnde dicti sint.*
7 *Tribunorum vox quando in abusum versa sit.*
8 *Nemo tenetur iuuare alium in incendio.*
9 *Restringitur.*
10 *Actio legis Aquiliæ cessat contra eum, qui vicinas ædes intercidit, ad arcendum incendium.*
11 *Deputati ad arcendum incendium, tenentur ad sonitum campanæ venire.*
12 *Quando per se aliquis quid agere debet, alium subrogando non liberatur.*
13 *Rex debet prouidere negotiis quando prouisiones Curiarum, vel Magistratuum non sufficiunt.*

LEX I. PAVLVS LIB. SINGVLARI DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM.

APud vetustiores, incendiis arcendis Triumuiri præerant: qui ab eo quòd excubias agebant, etiam nocturni dicti sunt. Interueniebant nonnūquam & Aediles, & Tribuni plebis. Erat autem familia publica circa portas & muros disposita, vnde si opus esset euocabatur. Fuerunt & priuatæ familiæ, quæ incendia vel mercede, vel gratia extinguerent. Deinde Diuus Augustus maluit per se huic rei consuli.

IVrisconsul. hic explicat Triumuirorum officium. Nam Romæ solebant præesse incendiis arcendis, & vigilias agere, ne ibi incēdia orirentur, & aliquando Aediles & Tribuni plebis interueniebant. Et, vt ista faciliùs intelligantur, sciendum est, Triumuiratus munus siue magistratum fuisse Romæ institutum, in quo erant tres, qui eodem munere fungerentur, ob id dictos, quòd in eodem officio, & collegio tres erant, sicut Duumuiri, quòd duo, Quinqueuiri, & Centumuiri, quia tot in singulis collegiis essent. *Triumuirorum officium.*

Fuêre autem collegia huiusmodi Triumuirorum plura, atq; variis administrationibus accommodata. Nempe ante imperium constitutum, quidam erant capitales, mensarij, ædium, agrarij, atque nocturni, de quibus in hac lege inferius dicetur. *Triumuirorū collegia plura.*

Post verò imperium adiecti sunt Triumuiri allectores, qui Senatum legebant, & demum alij, qui ad summam rerum tendebant, qui & Principes dicti sunt. de quibus inferius. *Triumuiri allectores.*

Triomuiri

Triumuiri capitales. Triumuiri capitales constituti sunt, qui carceris custodiam haberent, vt cùm animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret, & sic capitis pœnam ipsi exequebantur, ideo capitales dicti. Pompon. in l. ij. §. deinde cum esset. ff. de orig. iuris. & hi etiam *Nocturni.* Nocturni dicti sunt, quòd non solùm carceris curam, verùm & noctis haberent, ne captiui custodiam fallerent, & ne incendia ex negligentia orirentur. de quibus Liuius lib. 9. Decad. 4. sic ait: Multi ea nocte, quæ diem insecuta est (quod in concione palàm factum est) custodiis circa portas positis fugientes à Triumuiris comprehensi, & reducti sunt. & libro 5. Decad. 5. idem ait Liuius: Incusati grauiter à Senatu ædiles Triumuirique capitales, quòd non prohiberent, &c.

Et Tacitus libro 5. historiæ Augustæ: Triumuiri nocturni, quòd ad incendium in sacra via ortum tardè venerant, à Tribuno plebis die dicta damnati sunt.

Triumuiri mensarij. Fuêre & alij Triumuiri mensarij, siue monetarij, aut monetales, quorum officium erat numismata probi auri, & argenti, iustique ponderis examinare, vt iustè militibus distribuerentur, qui æris, argenti, aut auri flatores dicuntur à Pompon. in dicta l. ij. de orig. iuris. quasi conflatores, vel quod æs, argentum, & aurum flando, hoc est flatu calefaciendo signetur, secundum quosdam. de quorum origine scribit Liuius: Triumuiri mensarij creati sunt, hique nummularijs & monetæ omnis generis cursoribus præerant. & idem lib. 3. Decad. 3. Et Romæ quoque pro-
1 pter penuriam argenti, Triumuiri mensarij rogatione Minutij Tribuni plebis facti: hi etiā Tteuiri dicti sunt. At huiusmodi Triumuirorū munus constituto imperio ex vrbe in limitaneas ciuitates translatum
2 est, & alio nomine Præpositi monetæ nuncupatum fuit. vt docet Laz. in lib. de Repub. Roma. 3. cap. 3. In horum locum fortè hodie in Francia sunt Generales
3 monetarum. & vide per Imperator. in titul. de pondera. & auri illatio. lib. 10. C. & de his scripsi in l. j. sup. de offic. Præf. Prætor. Aphri.

Officium Triumuirorum ædiū. Triumuiri ædium erant, qui in controuersiis ob ædium vicinitatem exortis iudices exhibebantur, quales hodie sunt magistri artifices electi in quolibet artificio. de quibus Titus Liuius lib. 5. Decad. 3. sic ait: Comitia deinde à Prætore vrbano. de Senatus sententia plebisque scito sunt habita, qui creati sunt *Quinqueuiri.* Quinqueuiri, muris, turribúsque reficiendis, & Triumuiri bini, vni sacris conquirendis, donísque persignandis, alteri reficiendis ædibus, &c.

Triumuiri agrarij qui fuerint. Alij erant Triumuiri agrarij, seu coloniæ deducendæ, qui ad colonias deducendas ex vrbe mittebantur, quorum facit mentionem idem Liuius lib. 5. Decad. primæ. ibi: Romæ interim multiplex seditio erat, cuius leniendæ causa coloniam in Volscus, quò tria millia ciuium Rom. scriberentur, deducendam censuerunt, Triumuirique ad id creati, terna iugera & septunces virium diuiserant. & libro 4. primæ Decadis, sic inquit: Triumuiri ad coloniam Ardeam deducendam creati, Agrippa Menenius. T. Clælius Siculus. M. Ebutius Elua. & idem libro 6. ibi: Et Triumuiros Nepete coloniæ deducēdæ creauerunt, & aliis in multis locis, de quibus Fenestell. tractatu de magistra. cap. 18. de Triumuiris coloniæ deducendæ.

Allectores Triumuiri ab Augusto Cæsare primò introducti fuêre, qui Senatores legerent, & qui tur-*Triumuirorum allectorū officiū.* mis equitum recognoscendis præessent, quod olim fuerat Censorum officium. Harum meminit Suetonius in Augusto cap. de officiis per eum excogitatis, sic dicens: Triumuiratum legendi Senatus, & alterum recognoscendi turmas equitum, quotiescunque opus esset, post Censores creari desitos, longo interuallo creauit.

Principes Triumuiri. Triumuiri Principes, seu Reipub. constituendæ ex conspiratione aduersus libertatem populi Roma. occiso Iulio Dictatore, tres esse cœperunt: Octauius, Antonius, & Lepidus, qui quidem nomine duntaxat regnādi libidinem occultabant, diuisoque Rumano Imperio Antonius Asiam, Lepidus Aphricam, & Octauius Europam sibi vendicabat. sed hi parum durarunt, vt patet per Fenestel. cap. 21. de Triumuiris Reipub. constituendæ. Et de Triumuiris epulonibus habet mentionem idem Titus Liuius (qui publicis conuiuiis, deorumq; & munerum epulis præsidebant) lib. 3. belli Macedon.

Interueniebant nonnunquam, & ædiles, & Tribuni plebis.] Docet Liuius libro 9. Dec. 4. ibi: Triumuiris capitalibus mandatum est, vt vigilias disponerēt per vrbem, seruarentque, ne aliqui cœtus nocturni fierent, vtque ab incendiis caueretur, adiutores Triumuiris Quinqueuiri dati sunt, vt cis Tyberim suæ quisque regionis ædificiis præessent. & quod iste text. dicit, interueniebant, Liuius ait adiutores fuisse & Quinqueuiros. Nā cùm expediebat adiutores habere Aediles, & plebis Tribunos, propter frequentiā incendiorū, hi interueniebant, vt docet iste textus: & sic per istum textum patet vnum magistratum auxilio esse alteri debere, ad iuuandam alterius iurisdictionem: sic iurisdictio sæcularis Ecclesiæ adesse debet, & contrà. cap. nouit. de iud. cap. dilecto. de senten. excom. in 6. cap. 1. de offic. ord. alibi abundantiùs scribam. 4

Aediles cereales. Ædiles cereales in prima Repub. Roma. præfuisse ait Pompon. in l. ij. §. *deinde Caius Iulius Cæsar duos Pratores, & duos Aediles, qui frumento praessent, à Cerere cereales constituit: ita duodecim Pratores, sex Aediles sunt creati.* ff. de orig. iuris. Et est notandum nomine annonæ, omnia eduha contineri. vt ff. & C. ad legem Iuliam. de annona. l. annonam. de extraord. criminib. & rub. C. de annon. ciuil. libro 11. dixi in l. verbo, victus. ff. de verborum signific. sub frumento verò triticum, siligo, & auena, & quod arista continetur. in l. frugem. ff. de verborum signi. vbi scripsi & l. triticum. de verb. obligat. 5

Aediles vnde dicti. Ædiles ab ædibus sacris, quarū curam habebant, dictos quidam putant: alij ab edendo, & edulitate: seu, vt Festus ait, quod factis plebi ad eum aditus esset, & in iure illorum duplex fit diuisio. Nam quidam Curules vocantur, qui ex patribus creati sunt, *Curules.* quòd sella curuli veherentur, vel alij eos Curules à curua sella dixerunt. vt Plutarchus in vita Caij Marij, sic dicens: Duo enim erant Aediles, vnus in quo ipsi Aediles in iure dicēdo sellis curuos pedes habentibus vtebantur, vt hic nomen magistratus retinebat. Secūdum, Aedilem popularem magistratum appellabant. sed vt cumque tamen communius vocantur Curules.

Aediles plebei. Nominati sunt alij plebei, quòd ex plebe horum officium erat, omnium edulium curam habere. Hi edicta statuerunt, maximè, ne quis iumentum mot-

bosum, aut vitiosum pro integro sanóque vendat. l.prima.ff.de ædil.edict. Et quod cloacæ publicæ, & aquæductus, cæteráque ædificia lauta, munda, integraque & expedita asseruarētur, & ne quid fœtidum in vias proiceretur.l.ædiles. ff.de via public. & istorum edicta iuris honorarij portio erat. §. Prætorum. de iure natur.in Instit.& Fenest. in hoc tit.& Cicero plenè in Vatini.

Origo Tribunorū plebis.

Tribuni plebis, quomodo inuēti sint docet Liuius prima Decad. ab Vrbe condita.& Pompon. sic ait in l.ij.de origin.iuris §.iisdem temporibus.cùm plebs à Patribus secessisset, anno ferè decimoseptimo post Reges exactos, Tribunos sibi in monte sacro creauit, qui essent plebei magistratus. Dicti Tribuni, quòd olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur, vel quia tribuum suffragio creabantur: itémque vt essent, qui ædibus præessent, in quibus omnia scita plebs deferebat, duos ex plebe constituerunt, qui etiam Aediles appellati sunt, & sic Tribuni fungebantur officio ædilium: & hunc Tribunum plebis maiores Præsidem libertatis, custodémque esse voluerunt. vt ait Cicer.contra Rullum. & de Legib.vt Lacedæmonæ Ephori Regibus oppositi erant, sic apud Romanos Consulibus Tribuni.& Plutarchus in vita Tiberij & Caij, sic scribit:

Potestas Tribunorū.

Est autem Tribunorum plebis maxima in prohibendo potestas, vno enim prohibente nihil alij, etiam si complures sint, efficere possent. Idem dicit in vita Catonis Vticensis: Imò si quis magistratus eos contumelia vlla læsisset, truncata eius ceruix, in templo Iouis consecrabatur, apud veteres.

Tamen cùm Patres eos abhorrerent, eò deducta res est, vt rogatione Camilli Tribunos militum, qui pro Consulibus essent, tam ex plebe, quàm ex Patribus promiscuè creari statutū fuerit. De Consulibus nil immutatum. Tres ergo Tribuni, Consulari potestate, qui militares appellarentur, creati sunt. vt docet Fenestel.c.16.de Tribunis militum,& Consulari potestate.

Tribuni militares.

Tribuni ærarij, qui vocentur.

Tribuni ærarij vocabantur qui militibus ipsis stipendia soluebāt, vt hodie Thesaurarij, seu Quæstores bellici. Tribunorum enim summus pulsis Regibus in vrbe fuit magistratus, qui loco Consulum vniuersam rempublicam administrabant, quorum mentionem habet Liuius prima Decad. Deinde cùm Consules in vrbem rediissent, is ad plebem est magistratus translatus, vt superius dictum fuit: quia à
6 tribuendo iure hunc Romani magistratum nuncupatunt, factum est, vt Præfecti passim Tribuni nominarentur, & sic, crescente monarchia, vox huius
7 magistratus in abusū versa est, vt omnes passim Præfecti, qui soliti erant iura aliquibus reddere, Tribuni appellarentur. Imò etiam Imperatores hunc titulum cœperunt vsurpare, quòd iura, scilicet populo Romano, sociisque redderent, quapropter nullus ad imperium prouehebatur, nisi Proconsulari, Tribunitiam quoq; potestatem adiecisset. vt docet Laz.lib. 2.cap.10.de Repub.Roman & lib.9.cap.6.vbi postea plures fuisse narrat. & Imperator in 12.lib. C. plures etiam ponit Tribunos, & varios,& in tit.de ciuilibus & Tribunis schol.libidem.vt Tribunos pro Præfectis ferè nunc accipiamus: & de Tribuno voluptatum formulam tradit Cassiodor.lib. Variar.rerum 7.

Tribunus voluptatū.

Familia publica, quæ dicatur.

Erat autem familia publica, &c.] Sicut familia accipitur pro corpore, siue congerie plurium cognatorum, aut seruientium vni patrifamil. l.pronuntiatio.§.primo.ff.de verborum signifi. & l.prima. de publica.sic & familia publica dicitur corpus illud plurium seruientium Reipub. Et quædam erat familia publica, destinata ad arcendum incendia, cui salarium de publico dabatur, & vocabatur ob hoc publica, de qua loquitur hic text.& ista seruire tenebatur priuatis, nullo dato salario, ad extinguendum ignem, cùm ab ipso publico acciperet, sicut Consiliarij Parisiis gratis seruiunt publico, & ius reddunt, propter tamen stipendia publica, quæ à Rege recipiunt, illa tamen stipendia fortè essent diuidenda, sicut in Ecclesiis Cathedralibus, vt Consiliarij sexcentas libras haberent, & reliquum pro expositione processuum, quos enarrarent Curiæ, & referrent, & sic diligentiùs quidque fieret.

Familia priuata ad arcendum incendia, destinata.

Altera erat familia publica, corpus quoddam personarum, id est, personæ quædam destinatæ ad arcendum incendia, & ad extinguendum ignem: cui familiæ non dabatur salarium de publico, sed eligebatur tantùm, vt is, qui in domo sua incendium haberet, sciret, quos euocare posset, & isti gratia, aut mercede adiuuabant, & ignem extinguebant, & is, qui adiutus ab his esset, mercedem præstabat. Et anno 1385.cùm vniuersitas Paris. resisteret Cancellario vniuersitatis, vt aliquid pro insigniēdis Prolytis, Licentiatis, & Doctoribus (dicens esse symoniacum) acciperet, tamen Curia suprema permisit gratia mercedis die 6. Februarij.

Quibus modis ad obedientiam homines perducantur.

Et sic colligitur ex hoc text. homines seruire aliis, vel mercede, aut gratia. vnde Aristotel. libro vltim. Rhetor.in fine, ait: Obsequuntur autem omnes, aut
lucri, aut honoris, aut voluptatis, aut timoris gratia. 8
& sic infert Bal. non teneri quem ad iuuandum alios etiam in incendio, aliòqui merces capi non posset. l. iiij. §.si tibi. ff. de condict. ob turp. caus. l. solent. de præscript. verb. quia pro alio non tenetur se ponere in periculo: tamen si posit, sine detrimento suæ per-
sonæ, & sit vilis, cogi potest data mercede, & ita 9
vidi seruari Tholosæ, vbi vidi iudices cogere passim omnes artifices validos ad deferendum aquam, & ad iuuandum, etiam sine mercede, inspecta necessitate. Imò Vlpia. existimat legis Aquiliç actionem cessare
contra eum, qui incendij arcendi gratia vicinas ædes 10
intercidit. l.si quis fumo. §.fin.ff.ad legem Aquil.

Etiam colligitur, ibi, disposita, quod familia publica, videlicet apparitores,& alij debent esse dispositi, ordinati, & assignati ad loca quædam, vt inde quilibet eos vocare possit, vt apparitores Parisiis habent quædam habitacula, in quibus sunt dispositi,& ibi intendunt, ne maleficia fiant in locis publicis, vbi dispositi sunt, & postquam ibi sunt dispositi, id est, in diuersis locis positi & ordinati, debent ibi semper aliqui remanere, vt saltem metu illorum mali abstineāt à cædibus. Nam,

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

l.prima.ff.de iustitia & iure.l.fin.C.ad legem Iuliam repetund.& interdum audiui do. Consiliarios generales iustitiæ cogere exactores, vt certam habeant stationem, ad quam possint recurrere, qui cum eis negotium habent.

Portas & muros.] Collige olim quosdā fuisse assignatos ad portas ciuitatis, vt exteros venientes ad personas,& loca perducerēt, & agricolas venientes,& frumenta in vrbem deferentes, leuarent onere, & ipsis

& ipsi recipiebant ea, quæ rustici deferebant, & eis dabatur præsens pecunia, & ipsi domum remittebantur. l.ij. ff. de nundin. & quod ibi Budæ. notat. sicut videmus Parisiis in his qui deferunt pisces.

Euocabatur.] Glos. perperam intelligit text. dum dicit istam familiam vocare homines vocibus, & cornibus, vt irent ad extinguendum ignem: quia hic text. intelligitur passiuè, non actiuè, videlicet familia vocabatur, id est, requirebatur, si opus esset, non quòd ipsa vocaret alios, sed qui incendium patiebantur, eam familiam euocabant.

Campanis vocātur homines ad arcendum incendium.

Sed ista glos. allegatur, quod ad extinguendum ignem possint homines vocari cornibus, aut campanis, sed & clamore dicit text. in l. prima. §. potuisse. cum sequent. ff. de Senatuscon. Sillani. Hodie verò campanis solent homines sic vocari, vbi adsunt, alioqui clamore, vt ad ignem extinguendum quilibet veniat. dicta l.j. §.penult. & l.prohibitum. C.de iure fisci. libro 10.

Et sic vocandi sunt etiam iudices, & apparitores,
aliàs tanquam negligentes puniri non possunt, suffi-
11 cit tamen vocatio etiam per campanam, ad hoc vt
deputati teneantur, vt Tholosæ videmus in deputatis ad ignem extinguendum, vt simulátque audiūt campanas ad ignem pulsantes, ipsi veloci cursu accedere debeant, alioqui puniri debent, vt superius dictum fuit de Triumuiris.

Deinde diuus Augustus maluit per se huic
rei consuli.] Ex hoc text. colligitur ibi, per se,
12 quando per se quis debet prouidere, alius excluditur, nisi dicatur in lege, per se, vel per procuratorem. l.prima. C. de bonis mater. §.teneantur. de collat. in Concord. vbi scripsi.

Vnde cùm populus Romanus præfecisset familiam publicam, & priuatam, videns Imperator istam non sufficere, ipse voluit prouidere, & quæ fuerit causa, respondet Vlpian. in l.seq. propter plura incendia exorta, quibus non potuerunt sufficere ipsæ familiæ. vt l. ij. *Pluribus vno die incendiis exortis*. per quam legem constat Regem debere prouidere negotiis, quando non sufficiunt prouisiones curiarum,
vel magistratuū, & addere magistratus, vt perbellè
13 fecit Rex Henricus secundus, nempe, sicut apud veteres cuilibet actui Præfectus erat vnus Deus. vt Augustinus de ciuitate Dei docet: sic & magistratus in Francia præpositi sunt.

SVMMARIA.

1 *Abimelec, dicitur pater meus Rex.*
2 *Præfectus annonæ & vigilum, est magistratus extraordinarius.*
3 *Præfecto vigilum hodie causarum cognitio detracta.*

LEX III. PAVLVS LIB. SINGVLARI DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM.

NAm salutem Reipublicæ tueri, nulli magis credidit conuenire, nec alium sufficere ei rei, quàm Cæsarem. Itaque septem cohortes opportunis locis constituit, vt binas regiones vrbis vnaquæque cohors tueretur: præpositis eis Tribunis: & super omnes spectabili viro præposito, qui Præfectus vigilum appellatur.

COllige ad Principem spectare tueri salutem populi, & ad nullum aliū magis, quàm ad ipsum,
cùm ipse sit populi pater. Olim Reges Palæstino-
rum vocabantur Abimelec, id est, pater meus Rex, 1
Hebraicè, & sicut ciuitatis magistratus dicitur Princeps ciuitatis. l.spadonem.§.si ciuitatis.ff.de excusat. tutor. ita & Princeps totius populi pater. text. in authen.neque virum quod ex dote.in fin.colla.8. Lucas de Penna in l.iij. C. de his qui sponte public.muner. subeunt. lib.10. sed quidam Principes, quosdam, & paucos filios, suos subditos ditant, alios spoliant & pauperes reddunt.

Princeps dicitur pater totius populi.

Itaque septem cohortes.] Cùm ergo non sufficerent duæ familiæ, Diuus Augustus constituit septem cohortes, & voluit vt vnaquæque cohors binas vrbis regiones tueretur, locis quibusque assignatis, & præpositis, statuítque Diuus Augustus
Præfectum vigilum, qui curam harum haberet. Vn-
de scribit Pompon. in l.ij.§.capta.de orig.iur. Præfe- 2
ctum annonæ & vigilum non esse magistratus, scilicet ordinarios, sed extra ordinem vtilitatis causa constitutos fuisse.

Cohors, quid significet.

Cohors vrbana.

Cohors dicitur quædam hominum congregatio, nō solùm militum, verùm etiam aliorum hominum cuiuscunque generis, & erant apud Romanos variæ, quædam erat cohors vrbana, quam Diuus Augustus statuit, vt hîc ad vrbis custodiam, & Senatus: & statuit septem, quam familiam publicam Paul. vocat suprà in l.j.

Cohortes Prætoriæ.

Erant & cohortes Prætoriæ, quæ Prætorio Augusti erant addictæ, & illud custodiebant, & committebātur, sicut sunt hodie protectores Regis Franciæ, qui ex Scotis & Germanis eligi solent, de quibus in tit. C. de domest. & protect. lib.12.

Cohortes Palatinæ.

Erant etiam & cohortes Prætoriæ militum extra vrbem, quæ inclinante Imperio peregrinæ, & Palatinæ dictæ sunt, aliæque multæ sunt, quas conscribit Laz. in lib. de Repub. Roman. 6. cap.1. de his qui excubiis aquæductus præfecti erant. loquitur Imperator Zeno in l.pen. C. de aquæduct. lib.11.

Præposito, qui Præfectus vigilum, &c.] Ex hoc text. dicunt quidam, Præfectum & præpositum idem significare, & differentiam fieri ex nominis adiunctione, vt Præfectus vrbis, præpositus cohorti, Prætorio, Præfectus vigilum, vel præpositus. Tamen iste text. hoc non probat, quia debet legi: *Præpositis eis Tribunis, & super omnes spectabili viro, qui Præfectus vigilum appellatur*. Et Fenestel. ait: Præfecti dicuntur, qui alicui rei agendæ præpositi sunt, vt Præfecti vrbium, quos Græci Latiníque Persica lingua Satrapas vocant, magistratúsque eorum Præfectura dicitur.

Præfectus quis dicatur.

Accurs. hîc disputat, an Præfectus vigilum sit spectabilis, & eum qui erat Cæsaris imperio constitutus, fuisse spectabilem non est dubium per istum textum: licèt illū, qui excubiis præerat, clarissimum dicat Accurs. quod est contra istum textum. Ideò ego dicerem tempore primo, quo Diuus Augustus
illum instituit cum ista potestate, fuisse spectabilem.
& hoc dicit text. verum, quia hodie detracta est ei 3

Præfecto vigilum causarum cognitio, & non est data ei nisi prehensio, ob id nec quidem hodie est clarissimus, nec magistratus, sed quidam præpositus excubiis faciendis sine iurisdictione, & ita distingui tempora debent ad iura concilianda. Et Gallice vocamus, *le Capitaine du Guet*, in Francia.

SVMMARIA.

1 *Effractores fures palàm vim facientes, pœna mortis puniuntur.*

2 *Paterfamilias non tenetur de incendio dato ex negligentia familiæ.*

3 *Conductor tenetur de incendio, si maiorem ignem fecerit, vel longiorem, vel si vitio camini incendium acciderit.*

§. Cognoscit Præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptatoribus: nisi si qua tam atrox, atque tam famosa persona sit, vt Præfecto vrbi remittatur. Et quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium, aut fustibus castigat eos, qui negligentius ignem habuerunt, aut seuera interlocutione comminatus, fustium castigationem remittit.

TErtia hîc soluitur quæstio, ex quo apparet Præfectum vigilum differre à nostris. Nam nostri præpositi, non cognoscunt de aliquibus criminibus, sed tantùm nocturnos fures comprehendunt, & in carcerem tradunt, vnde sic ait Fenestel. Huic enim Præfecto vigilum (vt Romanos iam taceamus) apud Gallos non mediocris cura commissa est. Nam facinorosos tam interdiu, quàm noctu persequitur, ac captos vinculis mancipat, de quorum iure nullam ipse cognitionem habere par visum est, sed eos ad Vicarium Regis transmittens, vnumquemque pro eorum criminum qualitate iusta affici pœna postulat. Et hic cognoscebat olim primò de incendiariis, qui dicuntur illi, quorum opera vel negligentia incendia fiunt. l. fiuali. infrà. vbi dicam quomodo puniantur.

Officiū Præfecti vigiliū apud Gallos.

Effractoribus, furibus.] Ergo cognoscit hic Præfectus contra fures, qui cum effractione furati sunt, secus sine effractione, & intellige fine effringant portas, siue parietes, vel aliam rem, vnde domum ingrederentur. & sic Vlpian. ait Diuum Marcum effractorem equitem Romanum, qui effracto, perforatóque pariete, pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussisse prouincia Aphrica, vnde erat, & vrbe, & Italia. Oportebit autem æque & in effractores, & cæteros suprà scriptos, causa cognita, statui, prout admissum fuggerit: dummodò ne quis in plebeio operis publici pœnam, vel in honestiore relegationis excedat. l. prima. ff. de effracto. & Paul. ibi l. fin. variè in effractores animaduertitur. Atrociores enim sunt nocturni effractores, qui post fustium castigationem io opus perpetuum, vel temporalium dandi sunt.

Pœna effractorum nocturnorum.

1 Et sic fures effractores cædi & verberari debent, & posteà relegari: nisi palàm & hominibus coactis effringant vi portam, aut aliam domus partem, tunc pœnam mortis patiuntur. Vlpian. in l. penultima. ff. de vi public. sic dicens: *Hi qui ædes alienas. aut villas expilauerint, effregerint si quidem in turba cum telis fecerint, capite puniantur.* Boer. in decisio. Burdeg. 173. si plures. & idem si templum, vel armarium in templo effregerint, hi tanquam sacrilegi puniendi sunt, & sic pœna mortis. vt in titul. ff. ad legem Iuliam pecula. & de sacrilegis. vide Guido Papæ decis. Delphi. quæst. 422. incipiente, Contigit de facto. vnde Imperator, sic ait: *Pro furto autem, scilicet simplici & sine effractione nolumus omnino quodlibet membrum abscindi. aut mori, sed alster eum castigari*, & solent hodie fustigari: *fures autem vocamus qui occultè, & sine armis huiusmodi delinquunt, eos verò qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis in domibus. aut in itineribus, aut in mari, pœnis eos legalibus subdi iubemus.* authen. vt nulli iudices. § pen. collat. 9.

Raptoribus.] Præfectus vigilum cognoscebat de raptoribus, videlicet bonorum, qui per vim bona alicui abstulerant. vt per totum titul. ff. de vi bonorum rap. Rapere enim est per vim auferre. l. ii. §. non solùm. ff. de incendio. l. Marcellus. ff. de verbor. signif. vbi abundè tractaui.

Raptores bonorum.

Raptores verò virginum, sanctimonialium, vel aliarum mulierum pœna mortis puniuntur. l. vnica. C. de rapto. & l. si quis non. de Episc. & cler. Et quia atrox est hoc facinus, remittendi sunt ad Præfectum vrbis puniendi, vt hic, nisi si qua tam atrox, &c. & in l. fin. infrà eodem.

Virginum raptores.

Receptatoribus, &c.] Sunt hi, qui frequenter furta, & fures recipiunt, & latrones. l. prima. ff. de receptato. dicam in l. congruit. infrà. de offic. Præsid. quomodo puniantur. & hic text. non intelligitur de receptoribus proditorum patriæ, aut Principis, aut post proclamationem, ne quis sub pœna æris, aut personæ talem recipiat. Nam hi ad Præfectum vrbis propter atrox facinus remittendi sunt. vt docet iste textus.

Receptatores furū & latronum.

Receptores proditorū patriæ ad Præfectum vrbis remittendi.

Nisi si qua tam atrox, &c.] Et sic Præfectus vigilum cognoscebat contra incendiarios, effractores, fures, raptores, & receptatores, nisi contra personam tam atrocem, detestabilem, & famosam, quæ remitti deberet ad Præfectum vrbis. & hoc declarat Cassiodorus in formula Præfecti vigilum, libro 7. dicens: Quamuis essent raptores detestabiles, tamen quia dicebantur Romani, maiori eos subderent dignitati, & eos leges tibi punire minimè præcipiūt, tamen indagandi licentiā præbuerunt. Et sic duo hîc text. excipit casus. Primus est, quando persona esset tam detestabilis & crudelis, quæ commisisset crimen morte dignum, tunc hic remittetur ad vrbis Præpositum.

Præfectus vigiliū contra quos cognoscat.

Secundus casus, etiam si persona sit famosa & clara, insignis honore & magistratu decorata, quę etiam ad Præfectum vrbis remittetur, & hic famosus ad bonum refertur propter verbum, atrox, licèt commune sit nomen, & ad bonum & ad malum respiciens. vt Doctores notant in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. & in l. ii. C. de dignit. lib. 12.

Et sic videtur per istum textum. & in l. finali. infrà eodem. Præfectum vigilum non habuisse cognitionem, nisi vsque ad fustigationem, sed si crimen exposcebat mortem, tunc remittebatur ad Præfectum vrbis delinquens puniendus. l. vnica. C. eodem. vbi

Theodosius

Theodoſius ſic ſcribit: *Præfecti vigilum huius vrbis nihil de capitalibus cauſis ſua authoritate ſtatuere debent, ſed ſi quid huiuſmodi euenerit, culminis tuæ poteſtatis referre, vt de memoratis cauſis celſiore ſententia iudicetur.* maximè hodie.

Et quia plerunque.] Ex hoc textu colligunt interpretes, incendium fieri culpa inhabitantium plerunque, id eſt, ſæpius: imò ſemper, dicit Accurſ. in l.ſi vendita ff.de pericul.& commò.rei venditę.& fieri non poſſe ſine culpa. Reſpondeo incendium ſi non proueniat fortuitu, fit culpa alicuius,& non poteſt fieri ſine culpa alicuius, hoc non declaratur in d. l.ſi vendita.ſed hîc dicitur: plerunque fieri culpa inhabitantium, id eſt, frequentius fit culpa inquilinorum, quàm extraneorum, non ibi habitantium. Poteſt etiam fieri per extraneos incendiarios, ſed plerunque per inhabitantes. l.ſi ſeruus. §. ſi fornacarius. ff.ad legem Aquiliam.l.ſi modo. de legat.j. ff.& in §. præterea quib.modis re contrah.oblig.

Inhabitantes teneri de incendio domus.

Et ſic ſtatuenda eſt regula iſta: Inhabitantes teneri de incēdio domus, quia culpâ eorũ veniſſe, ac negligentia præſumitur.l.ſi quis fundum.ff.loca.Angel.in tractat. de maleficiis. in gloſ. incendiario. & dicto §. fornacarius.

Tamen non pręſumitur eueniſſe culpâ patrisfam. vel certi hominis. l.licèt. ff.nautæ, caup. ibi: *Vt certi hominis factum arguamus*

2 Ideò, ſi ex negligentia ſeruorum euenerit,& familiæ, tamen non eo dominus in culpa eſt,& ſic non tenebitur.d.l.ſi vendita.dicens ibi Vlpian. *Quamobrem ſi diligentiam eam inquilinus adhibuerit, quam debent homines frugi & diligentes præſtare, ſi quid acciderit, nihil ad eum pertinebit.* Et ſic non tenebitur de incendio dato per familiam, cùm non teneatur de familia, niſi in certis caſibus. l. prima. ff. de public. l. prima. nautæ, caupo. ſic conſuluit Ioan. Ana.conſil.71.viſis. & Alexan.50.in .volum.& conſil.74.viſo.in 6. vol. ac Iaſ.conſilio 116.in cauſa.in 3. lib. vbi ſic fuiſſe iudicatum narrat. & Bertrand.conſil.97.viſo.in 1.volu. ex prima editio. & in hoc caſu dominum non teneri pro familia, iudicauit Senatus Pariſienſis anno 388. die 23.Iunij, pro do. de Folleuille contra collegium Sorbonæ. teſte Ioan.Gallo.quæſt.101.aliàs 94. maximè quando communi opinione bonam familiam habebat.l.finali.ff.nautæ caupo. ſtabul.l.eum qui. & l.argentum commoda.& Iaſ.in l.domos.ff.de lega.1. dicit hoc eſſe conſilium pro amico, licet in puncto iuris ſententia contraria ſit verior. Ego tamen iſtam ſuſtinerem, vt non teneatur dominus pro familia, maximè ratione Senatuſconſulti, quod non ſine magnis rationibus prolatum fuit, vt docet Bald.conſil. 447.quidam nomine.in 4.vol.

Caſus fortuitus incendij.

Etiam dominus non tenetur, ſi fortuitu ignis acciderit, fortè tacta eſt domus fulgure. Nam Iulia.ait: *Si quidem fortuitus caſus incendij cauſam intulerit, non præſtabitur periculum locatori* l.ſi quis domum.§. primo.ff.locat.aliàs hoc eſſe iniquũ. Nam quod tam firmum ædificium, vt vi fluminis, aut maris, aut tempeſtatis, aut ruinæ, aut incendij, aut terræ motus vim ſuſtinere poſſit? Vlpian.in l.fluminum.§.ſeruus.ff.de dam.infect. l.ex conducto.in fin.locati.Bald.conſilio 148.factum. & conſilio 411. ſi huic tutori. & conſilio ſeq. in 2.volum. Niſi dictum fuerit in locatione, vt ignem in domo non haberet. vnde Vlpian.ait, *Si hoc in locatione conuenit, ignem ne habeto, & habuit, tenebitur, etiamſi fortuitus caſus admiſit incendium, quia non debuit ignem habere, aliud enim eſt ignem innocentem habere, aliud omninò non habere: permittit enim habere, ſed innoxium ignem.* l. videamus §. ſi hoc. ff. locat.

Conductor tribus caſibus tenetur de incēdio.

Tres ergo ſunt caſus, in quibus de incendio tenetur conductor, ſi ignem promiſerit in domo non habere, & habuerit, & fortè per ventum eo abſente à domo,& familia, domus combuſta fuerit. vt dicto §. ſi hoc in locatione.&c.

Secundus caſus in locatione ſi fuerit dictum, vt paleas, vel fœnum in domo non teneret. vt d.l.videamus. §. fin. vbi ſic Vlpian. ſcribit: *Inter locatorem & cōductorem conuenerat, ne in villa vrbana fœnum componeretur, conductor compoſuit: deinde ſeruus igne illato ſuccendit, ait Labeo teneri conductorem ex locato, quia ipſe cauſam præbuit, inferendo fœnum contra conductionem.*

Tertius caſus, ſi ita conuentum ſit, vt etiam de incendio facto conductor teneatur. l. prima. §. ſæpe. ff.depoſ. cap.vnico.de commodat & tunc intelligerem eum teneri, quando culpa etiam domeſticorum intra domum incendium eſſet ortum: ſecus ſi fulgure, vel ex alijs domibus, quia hoc promiſiſſe non videtur, niſi dixiſſet, Quomodocunque euenerit, teneri voluiſſe.

Caſus à cōductore probari debet.

Sed quis caſum probare teneatur? Reſpondeo, conductor, qui eum allegat, ad hoc, vt vitet culpam, quæ præſumitur, vt dictum fuit. Et ei, qui dicit, incumbit probatio.l.ij.ff.de probat.

Ex incēdio orto de alia domo, conductor non tenetur.

Præterea non tenetur conductor ex incendio orto ex alia domo contigua, ſi ob id fuerit, vel combuſta, vel deſtructa, quia non eſt in culpa.l.ſi quis fumo. in fi.ff.ad legem Aquiliam.l.ſi alius.§.eſt & alia.ff quod vi aut clam. Marche.de Afflictis in deciſ.Neapol.57. illo die. Nam ex hoc patet culpa inhabitantium non contigiſſe. vt docet Bald. conſilio 148. factum quæſtionis. &ſeq.in primo volu. vbi dicit teneri conductorem, ſi maiorem ignem faciebat, vel longiorem: 3
vel ſi vitio camini, quia erat immundus, acciderit. Bald. conſilio 174. caſus talis eſt. colum 2. in 2. vol. nec refragatur l.penult. ff.de condict.cauſ.data. vbi Præfectus vigilum ſummo ſupplicio affecit ſeruum, ſed ibi narrat factum, non autem quod iure feciſſet. Nam ibi Pomponius ſpeciem facti in Præfecto vigilum poſuit, ad quem pertinebat fures caſtigare, ſed non ſummo ſupplicio afficere,& ita cõtigiſſe ſcribit.

Aut fuſtibus caſtigat eos, qui ignem negligenter habuerunt,&c.] Itaq; illos, qui ignem negligentem habuerunt, ſi nocuerit, Præfectus vigilum, vel fuſtibus caſtigat, vel remittit, ſub ſeuera tamen fuſtium comminatione, & caſtigatione. de hoc dictum fuit in l.prima.§.cùm patronus.ſuprà.de offic.Præfect.vrb.

Merũ imperium, eſt habere ius gladij.

Bald.& alij interpretes dubitant an iſte Præfectus habeat merum imperium,& dicunt habere, quia fuſtium caſtigatio meri imperij erat, & ipſe habebat ius fuſtium,&c. Ego puto nullo modo habuiſſe merum imperium, quod eſt habere ius gladij, vt in l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offi.Præſid.& l.imperium. ff.de iuriſd.omnium iud. quod iſte non habebat. Et licet haberet fuſtigationem, tamen non habebat ius gladij, nec merum imperium, quamuis qui habet merum imperium, & ſic maius, poſſit iubere fuſtibus cædi. vt pleniùs explicabo in dicto §.qui vniuerſas.&

ſas.&

fas. & in l.imperium. facit l.prima. C.eodem. tamen non censetur ipsum merum imperium habere, qui habet aliquid ex ipso.

SVMMARIA.

1 *Serui domus, in qua furtum cum effractura factum est, possunt à iudice torqueri.*
2 *Restringitur.*
3 *Vicini interdum ex suspicionibus torquendi.*

§. Effracturæ fiunt plerunque in insulis, horreísque vbi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponūt: cùm vel cella effringitur, vel armarium, vel arca, & custodes plerunque puniuntur, vt Diuus Antoninus Erutio Claro rescripsit. Ait enim posse eum, horreis effractis, quæstionem habere de seruis custodibus, licèt & in illis ipsius Imperatoris portio esset.

Insularum appellatio, quid denotet.

SVperiùs dixit Præfectum vigilum cognoscere posse contra fures effractores, sed vbi hæ effracturæ fiunt? Respondet text. in insulis. Insulas hic accipere debemus pro domibus quibuscūque, etiam cum aliis coniunctis. Licèt quidam voluerunt dicere insulam vocari tantùm illam domum, quæ vndique separatur aliquo spatio ab aliis, sicut insula quæ est circundata mari, vel aqua. §. insula. de rerum diuisio. Et tribus modis accipi posse scripsi in l. impensæ. ff. de verborum signific. Etiam propriè, quicquid dicat glos. quia vnum verbum potest plures habere significationes, etiam proprias, vt scripsi in titul. de verbor. significatione. Vnde domus subiacet effracturæ, & incendiis, per istam l. & l. cùm hi. in fi. ff. de transact. & aliis incommodis. vt in l. fluminum. de dam. infect. & non modica impensa sustentatur. cap. non liceat. 11. quæst. 2. Ideò plures relinquunt eas sine reparatione, quia sumptui impares sunt. l. sed an vltro. §. j. ff. de neg gest. Scribit D. Bernardus ad quendam nobilem, vt refert Lucas de Pen. in l.ij. col. pen. C. de præd. & aliis reb nauicul. lib. 11. si vis ædificare domum, inducat te necessitas, non voluptas: cupiditas ædificandi non tollitur ædificando, sed pecuniæ defectu, & nimia & inordinata ædificandi cupiditas, expetat ædificiorum venditionem: turris enim completa, & arca euacuata, hominem sapientem non ostendunt: & sic concludit Sapiens, Prouerbior. 24 c. Præpara foris opus tuum, exerce diligenter agrum tuum, vt posteà ædifices tibi domum tuam.

Et vide si iste text. possit intelligi de domo separata ab aliis, in qua plerunque fiunt effracturæ, quàm in aliis, quia non est vicinus, qui impediat, vel audiat, & pro hoc facit l. fin. infrà. vbi vocat insularios, harum custodes.

Horreorū significatio.

Horreisque.] Quamuis horreū accipiatur pro domo, vbi reponitur frumentum, & alia grana vt l. Titius. ff. de acquirend. rer. dom. interdum à Iurisconsul. vocatur granarium. l. quæsitum. §. conseruandi. ff. de fundo instruct. tamen generaliter accipitur hic pro domo, vbi reponuntur merces, vel aliæ res, quæ afferuari cōsueuerunt. Ideò dicit iste text. in horreis, vbi homines pretiosissimā partem fortunarum suarum reponunt. scripsi abundè in l. impensæ. §. vtiles. ff. de verbor. signific.

Cella quid denotet.

Cella dicitur, vbi aliquid reconditur, quod asseruare volumus, vtpote vinum, oleum, carnes, & quicquid ad penum pertinet, & dicitur cella, quò ibi celemus, quæ occulta esse volumus. l. quis sit fugitiuus. §. apud Cælium. ff. de ædil. edicto. & Cicer. in Vati. sic ait: Pecunia, qua tibi frumentum emeres, in cellam. &c. Ideò capit significationem ab adiectiuo sibi adiuncto, vt cella vinaria, penuaria, olearia. Cicero de Senectute, sic scribit: Semper boni & assidui domini referta cella vinaria, olearia, & penuaria est. Vnde olim sancti viri, qui occulti esse volebant, cellas & deserta loca quærebant. vt dico in d. §. vtiles.

Armariū quid sit.

Armarium etiam dicitur locus, in quo pecuniæ, libri, cibaria, cæteráque alia reponuntur. l. qui vniuersas. ff. de acquirend. possess. Cicero de claris Orat. Cùm esset in ædibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantum, ipse armarij fundum exercuit. dixi in l. armorum. ff. de verb. sig. Arca. quid sit, notum est. vt scripsi alibi.

Et custodes plerunque puniuntur.] Ex hoc 1
tex. colligitur, quando furtū factū est in domo etiam cum effractura, posse contra seruos custodes iudicem procedere ad quæstionem, & eos torquere, vt veritas eruatur. Nam furtum culpâ custodum factum præsumitur. teste Bald. ideò torquentur. idem docet Accurs. in hominib⁹ liberis. & allegat l. fallaciter. §. quod si ingenuorum. C. de aboli. & hoc dicit Bartol. se obseruasse Pisis. inspicienda tamen esset qualitas personarum, vt si viles erant, & malæ famæ, eo casu consentirem, alioqui non sine aliis indiciis, vt etiam docet Angel. in tract. de malefic. in glos. fama. versicul. quæro. 11. & in glos. & vestem cœlestem. & ibi in addit. versic. quæro quid si fur facit. cap. sæpe. 2. q. 5. 2

Imò etiam vicinos ex suspicionibus torquendos 3
scribit Bened. in repetit. cap. Raynutius. de testam. in verbo, domus. num. 14. l. si ita. §. fin. de fund. instruct. Bald. in marg. in verb. domum.

Custodes horreorum effractorum torquendi.

Licèt in illis ipsius Imperatoris portio esset.] Ex hoc textu elicitur, Imperatorē nolle punire furem pecuniarum Principis, aut rerum suarum maiori pœna, quàm rerum alterius priuati: ego tamen semper vidi suspendi fures, qui Principis res furati erant, quia illi sacrilegium de iure ciuili committūt. vt ff. ad legem Iuliam pecul. & de sacrileg. sed hic non dicitur, qua pœna sunt fures puniendi, sed custodes sunt torquendi horreis effractis, licèt in illis portio Imperatoris esset, & quædam pars bonorum Imperatoris, vel licèt portio horreorum esset Imperatoris, sed melior erit prima sententia.

SVMMARIA.

1 *Præfectus vigilum omnes interdum admonere debet, vt ignem innocentem habeant.*
2 *Et vt aquam quilibet in suo cœnaculo & habitatione habeat, ad extinguendum ignem.*
3 *Præfectus vigilum cognoscebat etiam de iis, qui vestimenta in balneis mercede accepta non restituebant.*

§. Sciendum est autem Præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & oberrare calceatum, cum hamis, & dolabris, vt curam adhibeant, & omnes inquilinos admonere, ne per negligentiam aliquam

quam incendij caſus oriatur. Præterea vt aquam vnuſquiſque inquilinus in cœnaculo ſuo habeat, iubetur admonere. Aduerſus capſarios quoque, qui mercede ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt, iudex eſt conſtitutus: vt ſi quid in ſeruandis veſtimentis fraudulenter admiſerint, ipſe cognoſcat.

Præfectus vigilū debet per totā noctem vigilare.

RESpondet hîc Iuriſconſult. quartæ quæſtioni, videlicet quod ſit officium Præfecti, ſeu præpoſiti vigilum? Reſpondeo, per totam noctem vigilare debere, qui totum dicit, nihil excludit. l.Iulianus.ff.de legat.3. ideò pernoctare, eſt tota nocte vigilare.l.vrbana familia. in fin. ff. de verborum ſignific. & per iſtum textum condemnatum Præfectum vigilum, qui à veſpera vſque ad mane non vigilauerat,& homicidia ſua negligentia commiſſa erant audiui: nec debent cuſtodias ante lucis ortum relinquere, quamuis contrarium faciant, ideò ſi ex negligentia quicquam mali aduenerit, tenentur.

Oberrare.] Cùm ſuis mulieribus ad hoc addictis huc atque illuc pergere, & vagari, nec in vno loco ſtare debet, alias in alio interim incendiū oriri, vel delictum committi poſſet, ſed debet per vias, & ſemitas ire, & noctis vigilias cuſtodire, ſicut illi boni paſtores, de quibus Diuus Lucas in ſuo Euangelio ſcribit, & Feneſtella legit, loco huius verbi, certare, & fortè non malè.

Præfectus vigilū debet arma- noctu iſtere.

Calceatum.] Pro induto accipitur, vt Præfectus vigilum non debeat inermis per ciuitatem vagari tempore nocturno, cum ſuis ſtationariis, ſed armatus, id eſt, calceatus armis, quaſi velit dicere, iſtū eſſe armatum debere, vſque ad calceos, vt quiſquam noctu ei nocere non poſsit. Nam milites clauatis calceamentis vtebantur, ſic & iſte Præfectus vigilum: quamuis apud Roma. varia eſſent calceamentorum genera. Nam quædam erant Sacerdotalia, Imperatoria, Senatoria, ſiue Patricia, vt mullæ, quibus nunc Pariſiis vtuntur, venatoriaque, carpiſcula, crepidæ, ſerulia, & barbara calceamenta, de quibus per Laz. in lib. de Repub. Roman. 8. cap. 13. & quid armorum nomine contineatur, vide quæ ſcripſi in l. armorum. ff. de verborum ſignificat. Alij legunt, caligatum hamis, quod hic Præfectus vigilum deberet deferre cuſpidem longam, in cuius capite eſſet ferrum recuruum, commodum inſtrumentum ad attrahendum ad ſe res aliquas, quo inſtrumento vtuntur Tholoſani, ſed hic Præfectus non ſolum ob incendia coërrabat ciuitatem noctu, ſed vt ſceleſtos & delinquentes apprehenderet, & ciuitatem cuſtodiret, & deferendo hoc inſtrumentum cum armis eſſet fortè nimis oneratus. Ideò conuenientius legendum puto, cum armis, vt etiam Feneſtell. & ſic ex hoc tex. colligitur magiſtratus poſſe portare arma, etiam illius familia: vnde apparitores in hoc regno ſolent portare. & idem dicit Bald. in familia Epiſcopi, vt arma portare poſsit. Scripſi in ſcholaſtico. priuilegiis, an ſcholaſticis liceat, vel Doctoribus legum. Quidam legunt hìc, caligatum, & ſæpius vtuntur tam Imperator, quàm Iuriſc. ſed nō caligatum armis, ſed militem caligatum: ideò ego inhærerem primæ lectioni, licèt ſecundus intellectus non ſit ſpernendus.

Dolabris.] Armorum genus eſt. dicit Accurſ. Dolabrum eſt inſtrumentum, quo ligna ſecantur, & dolantur, id eſt. complanantur, accommodum ad ligna frangendum, & portas, Galli vocant, *doloyre*. Ideò hoc inſtrumento debebat vti Præfectus vigilum, vt ſi qui delinquentes in domo lateant, poſsit ingredi portis effractis. de quo ſcripſi in l. ferri. §. fin. ff. de verborum ſignific. Is qui habet facultatem capiendi delinquentem, non poteſt tamen frangere portas, ſi poteſtas ei conceſſa non ſit. Doctor. in cap. cùm Eccleſia. de cauſa poſſeſſ.

Dolabrum quid ſit.

Vt curam adhibeat omnes inquilinos admonere, &c.] Officiū itaque eſt Præfecti vigilum, 1 vt admoneat omnes inquilinos, & habitatores interdiu, vt ignem innocentem habeant, ne aliquod incendium per eorum negligentiam oriatur. Admonitio cautos, & prudentes facere ſolet, incredulos verò neci dare. vnde Iuriſconſult. ait: *Volo cum Hibero loquaris*. l. quidam Hiberus. ff. de ſeruit. vrb. præd.

Præterea vt aquam vnuſquiſque inquilinus, &c.] Ad officium ergo Præfecti vrbis pertinet, vt admoneat ſingulos conductores domorum, vt 2 quilibet in ſuo cœnaculo & habitatione aquam habeat, paratam ad extinguendum ignem, ſi quis in domibus oriatur, vt etiamnum Tholoſæ fieri ſolet tempore venti, magna vi flantis, & moneri non ſolùm conductores ſed etiam dominos domorum: & bene facerent iudices, ſi iuberent iuxta puteos vaſa aqua impleri, maximè tempore venti Auſtralis, vel alterius magni venti. Vlpianus ait, acetum quoque cauſa arcendi incendij parari. in l. quæſitum. §. acetum. ff de fund. inſtruct. ſed vix in Francia fieret.

Et quamuis cœnaculum dicatur locus, vbi olim Romani cœnam ſumebant, tamen quia in æſtate in inferiore parte domus propter ardorem ſolis cœnare cōſueuerant, ob id cœnaculū ille locus dictus fuit, & quia erat magis accōmodus ad portandū aquam ad alia loca: & quia Romani etiā in hyeme in ſuperiore parte domus cœnam accipere conſueuerunt, ob id & ſuperior pars domus, cœnaculum dictum etiam fuit. Et puto hic generaliter accipi, vt Præfectus omnes & ſingulos habitatores domus moneat, habere aquam in ſua habitatione, & loco, in quo quiſque habitat, & maximè in loco magis accommodo, ad extinguendum ignem.

Aduerſus capſarios, &c.] Alij habent captarios, pro his, qui mercede accepta frequenter in bal- 3 neis conueniebant, & veſtimenta ibi ſeruanda capiebant. Nam captare, eſt frequenter capere, alij, & communiùs legunt, capſarios, qui etiam mercedem pro veſtimentis ſeruandis in balneis ſuſcipiebant, & poſteà illa veſtimenta non reſtituebant: ideò Præfectus vigilum erat iudex conſtitutus, vt eos reſtituere cogeret, & puniret, ſi admiſſum expoſcebat. Capſarios etiam dixi in titul. ff. de verb. ſignific. l. vrbana familia. accipi pro his, qui in capſa portant libros, vel alias merces per ciuitatem vendendi gratia, quos vulgus *Gaignepetit*, vocat, aut *Porte panier*. ibi plura alia videre poteris, & plura quoad iſtam legem.

SVMMARIA.

1 *Pœna eius qui data opera incendiū in ciuitate fecerit.*
2 *Fortuitis caſibus accidentia, nullo bonæ fidei iudicio præſtantur.*

3 *Incen*

3 *Incendiarius per negligentiam fustibus puniendus, nisi damno sati facere possit.*

4 *Delictum attentatum in atrocissimis criminibus punitur.*

5 *Ecclesiam incendens, excommunicatus est.*

6 *Incendiarij dolosi Ecclesiastici, exauctorari & degradari debent, & iudici saeculari tradi.*

LEX IIII. VLPIAN. LIB. SINGVLARI DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM.

IMperatores Seuerus & Antoninus Iunio Ruffino Præfecto vigilum ita rescripserunt: Insularios, & eos qui negligenter ignem apud se habuerunt, potes fustibus, & flagellis cædi iubere: eos autem qui dolo fecisse incendium conuincentur, ad Fabium Cilonem Præfectum vrbi amicum nostrum remittere: & fugitiuos conquirere, eósque dominis reddere debes.

IN ista lege adhuc explicatur Præfecti vigilum officium, vt videlicet fustibus possit cædere insularios, & domorũ habitatores, si negligentem ignem habuerint apud se, & ille nocuerit. Nam non potest apparere negligẽtia, nisi ex eo quod posteà secutum est. *Insularij qui dicantur.* Insularius est, qui ab alijs domum separatam habet, de quo potest iste text. intelligi. Etiam dicit Budæus insularios dici custodes Prætoriorum Principum, quæ communiùs solent esse à domibus priuatorum separatæ, quos Galliceè *Concierges* dicere solemus. docui in d. l. vrbana familia. ff. de verb. signif.

Incẽdiarij dolosi. Item dolosos incẽdiarios ad Præfectum vrbis remittere debet puniendos, & seruos fugitiuos perquirere, & dominis eos reddere. Nec obest C. de seruis fugit. l. *Requirendi fugitiuos potestatem fieri dominis Præsidalis officij est.* Respondet Vlpian. de seruis fugiti. ff. l. j. versic. sed & in eum non solum spectare, videlicet ad Præfectum vigilum, maximè tempore nocturno, sed & Præsides, & Magistratus, & milites stationarios dominos adiuuare debere in inquirendis fugitiuis, & vt inuentos redderent, &, vt hi apud quos delitescunt, puniantur, si crimine contingantur.

Insularios, & eos, &c.] Ex hoc text. patet, quæ sit pœna incendiariorum. Primo Marcia. ait: *Si fortuitu incendium factum sit, venia indiget, nisi tam lata culpa fuit, vt luxuriæ, aut dolo sit proxima.* l. penultim. ff. de incendio.

2 Sed qui data opera in ciuitate incẽdium fecerint: si humiliore loco sint, bestijs obijci solent: si in aliquo gradu existentes id fecerint, capite puniuntur, aut certè in insulam deportantur. Vlpian. in l. fin. ff. de incendio. Callistratus sic scribit: *Incendiarij capite puniuntur. qui ob inimicitias, vel prædæ causa incenderint intra oppidum, plerunque & viui exuruntur: qui verò casam, aut villam, aliquantò lenius. Nam fortuita incendia, si cum euitari possunt, per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno vicinis fuerunt, ciuiliter exercentur: vt qui iactura affectus est, damni disceptet, vel modicè vindicetur.* l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis. Et Caius: *Qui ædes aceruúmque frumenti iuxta domum positum combusserit, vinctus, verberatus igni necari iubetur si modò sciens prudénsque id commiserit: si verò casu, id est, negligentia, aut noxam sarcire iubetur: aut, si minus idoneus sit, leuiùs castigatur, appellatione autem ædium omnis species ædificij continetur.* Ibidem.

Incendium fortuitum. Et sic ex præmissis colligendum est, quomodo incendium faciens punitur, & primus casus est. Incendium fortuitu factum veniam meretur. dicta l. penult. de incend. Nam quæ fortuitis casibus acci- 2 dunt, cùm præuideri non poterant, nullo bonæ fidei iudicio præstantur. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. ideò remissio pensionis quoque facienda est. l. ex conducto. §. cùm quidam. ff. locat.

Incendium de industria & dolo faciens. Secundus casus. Incendium de industria & dolo factum, igne puniendum est, vt igni comburendus sit, sicut is combussit. dicta l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis. quod est verum, si intra ciuitatem, & ob inimicitias fecerit, secùs si in villa, & sine inimicitijs, quia tunc capite punitur. vt dicetur in sequen. casu & idem si aceruum frumenti combusserit. in d. l. qui ædes quia etia igne necari iubetur, quòd multis grande parauerit præiudiciũ, qui ex illo frumento viuere potuissent, & eos necare videtur. l. necare. ff. de liber. agnosc.

Tertius casus. Qui ignem in ciuitate, vel oppido apposuerit extra inimicitias, capite puniendus est, si de industria, & data opera fecerit. d. l. capitalium. & l. finali. secus si in villa, vbi mitiùs punitur, nec distingunt ibi iura, an paruum sit incendium, an magnum, sicut hîc Barto. Et hodie incendiarius ex proposito in hoc regno, pœna mortis punitur, vt comburendus sit, si in ciuitate, vel oppido, in villa verò pro iudicis arbitrio, vt tamen moriatur, quia pœnæ à iure taxatæ in hoc Regno non habent locum, sed omnes sunt arbitrariæ, nisi sint per ordinationes Regias taxatæ, & conscriptæ. l. data opera. C. qui accus. non possunt. *Incendiarius ex proposito, pœna capitis in Franciæ regno punitur.*

Quartus casus, incendium per negligentiam fa- 3 ctum fustibus puniendum est, pro qualitate tamen personæ. Nam si satisfacere damno possit, non solet vlteriùs puniri, sed admoneri, vt deinceps sub fustigationis pœna innocentius ignem teneat. Alia vide per Bar. & alios hîc. & per Angel. in tract. de malefic glos. incendiario.

Quintus casus est, qui dolo tentauerit ignem immittere, licet non perfecerit, tamen puniendus erit Nam in atrocissimis criminibus punitur delictum 4 attentatum, licet non perfectum fuerit l. si quis non dicam rapere. C. de Episcop. & cleric. Doctor. in l. j. ff. quod quisque iur. l. is qui cum telo. C. de sicar.

Requiritur tamen aliquis actus. Ideo solæ minæ non sufficerent. per d. l. si quis non dicam rapere, sed attẽtare ausus, teneri quicquid scribat Iodocus Damhouderius in sua praxi criminal. titul. de incendia. Vnde si quis detulerit ignem, & non potuerit incendere, tunc puniri debet eo modo delicti. Nam si in ciuitate, pœna mortis, si in villa hoc explere non potuit, fustibus cædi debet, si in dignitate constitutus non fuerit, vt superius dictum fuit. Sed ex solis minis non vidi aliquos punitos, licèt viderim quosdam ob eam rem reprehensos, qui declarabant postea nolle nunc illud incendium perpetrare, & præcipiebantur eis sub pœna ignis, ne attentarent, & sic euadebant.

Sextus casus de iure canonico, incendiarius ex proposito,

propoſito, ſi occultus fuerit ad damni reſtitutionem
tenetur, & per tres annos agere pœnitentiam debet,
quæ illi à presbytero imponetur. ca.ſi quis domum.
de iniur. & dam. dato. vtpote, quòd ille loco pœni-
tentiæ Hieroſolymam, Romam, vel ad ſanctum Ia-
cobum ibit, & iurabit ſe vlterius ignem non appoſi-
turum.c.peſsimam.23.q.8.

Si verò Eccleſiam incenderit, excommunicatus
5 eſt, ideò ad ſedem Apoſtolicam pro abſolutione eſt
remittendus. c.tua.de ſenten.excommunicat.gloſ.in
e.cùm deuotiſsimam.12.q.2.c.in literis.de raptor.

Si autem occulti non fuerint, ſed coram officia-
6 libus Epiſcoporum cauſa tractetur, tunc doloſi in-
cendiarij exauctorari, &(vt dicunt) degradari debẽt,
& iudici ſæculari tradi, niſi tam modicum incen-
dium fuerit. *Doctor.* in cap.cùm non ab homine.de
iudic.Ioan.Berbe.in viator.iuris.in prima parte.titul.
de incendiar.

De officio Proconſulis & Legati.
TIT. XVI.

SVMMARIA.

1 *Proconſulum duo genera.*
2 *Proconſules extraordinarij, ab ipſis Auguſtis miſsi, pluribus prouincijs præſidebant, quàm ordinarij.*
3 *Proconſules quomodo diuerſa conſyderatione ſpectabiles & illuſtres dicantur.*
4 *Locumtenentes Regis & gubernatores prouinciarum ſucceſſerunt hodie in locum Proconſulum.*

Proconſulũ

ORIGINEM Proconſulum ſic deſcri-
bit Feneſtel. De hac quidem poteſta-
tis ſpecie nihil quicquam prius repe-
ri, quàm bello à populo Roman. cùm
Aequis infeliciter geſto, maximóque
terrore vrbi illato, tum enim Conſul, qui in vrbe
remanſerat, quo celerius delectum facere poſſet, Pro-
conſulem creauit, qui obſeſſo collegæ auxilium fer-
ret, creatus eſt. Igitur Proconſul Tit. Quintius, Al-
bo.Sp. Fuſco Conſulibus, quòd verò pro Conſuli-
bus mitterentur, eorumque vice functuri eſſent, Pro-
cõſules appellati fuerẽ. His magiſtratibus cętera qui-
dem Conſularia inſignia conceſſa ſunt, præterquam
quòd ſex duntaxar lictoribus & faſcibus iniunctum
eſt.l.Proconſules.infrà eod. qua tempeſtate nõ ordi-
naria quidem, ſed delegata iuriſdictione Proconſul
(de quo agimus) vtebatur, quamuis poſteà vſu eue-
nit, vt propria huic magiſtratui iuriſdictio compe-
tere inſtituerit. Propagatis enim imperij finibus, com
plurium & ingentium bellorum adminiſtrandorum
cura exorta, obſeruari cœptum, vt quo quiſque anno
Conſules fuiſſent, ſequenti Proconſules remanerent,
in varias prouincias cùm imperia ſortirentur. Hæc
Feneſtella. Alia etiam de finibus proſequens, quæ
Iuriſconſulti inferiùs tradunt, & neceſsitas hanc di-
gnitatem induxit, quòd nec vbique ad bella, & alia
negotia gerenda ſufficerent duo Conſules, vt tradit
Robert. Valtur. lib.8.de re milit. & Liuius li.4.Dec.1.

1 Sciendum eſt quoſdam fuiſſe ordinarios Procon-
ſules, quoſdam verò extraordinarios. Ordinarij au-
tem erant, qui ordine maiorum obſeruato prouinciis
præponebantur, ſine ordine mittebantur quicunque
Conſulatu erant perfuncti, &, vel ſorte plebis, vel
electione Senatus eam miſsionem impetrauerant.

Extra ordinem vero præficiebantur, qui ſine
Conſulatu ab Auguſtis erant Præfecti, vel qui in
loca mortuorum ſubſtituebantur, aut qui adiutores,
atque ab his optiones dabantur Cõſulibus ægris, vel
ad comitatum, aliòue ab Imperatore vocatis, & com-
munius conſtituto imperio, vbi non à Senatu, ſed ab
ipſis Auguſtis miſsio fieri cœpta eſt. Extraordinarij 2
Proconſules pluribus prouinciis præſidebant, quam
ordinarij, & de his loquitur Sueton. in Otton. & in
Vitellio. & Tacitus lib.1.& Lamprid. in Alexand.&
Laz.lib.2.c.6. alio modo extra ordinem aliquid dice-
batur, ſi extra ſortem nominatim prouincia aliqua
cuipiam decerneretur: tunc enim ſi collega pari nol-
let beneficio ſortis ſe excludi, populus rogari ſolebat,
vt deſignaret, quem vellet eam prouinciam obtine-
re. vt ſcribit Nicolaus Gruchius in ſuo pulchro tract.
de comitiis. lib.2.fol.73.

Dubitant interpretes, quomodo Proconſules ſint 3
ſpectabiles, cùm Cõſules ſint illuſtres, & ipſi ex Pro-
conſulibus eligebantur? Reſpondeo, tempore quo
gerunt officium Conſulis, illuſtres ſunt, ſed finito
officio non: ideò conſyderatur ſtatus, & officium
quod habet Proconſul, & illo tempore eſt ſpectabi-
lis, non autem illuſtris, ſicut diximus de Senatorio,
& Senatore. in l.j.ff.de Senatoribus. text.in l.præci-
pimus.in fin.C.de appellat.

Veruntamen verò finito officio, in memoriã priſti-
næ dignitatis defertur illis, in quibuſdam. vt l.fin.ff.
de decur. Felin. in c.quæ in Eccleſiarum.de conſtit.
& Iaſon in l.ſi ita ſtipulatus. §.Chryſogonus.not.5.ff.
de verb.obligat. vnde fuit permiſſum Archiepiſcopo *Bituricẽſis*
Biruticenſi, qui olim fuerat Regis Conſiliarius, vt *Achiepiſcopus.*
poſſet liberè curiam ingredi. Anno 1493.die 23.Iunij.

Hodie Budæ. in locum iſtorum dicit eſſe locum- 4
tenentes Regis, & Gubernatores prouinciarum, vt
Aquitaniæ, Campaniæ, Picardiæ, &c. Et Legatos *Legati, qui-*
compararem ego ſubſtitutis & ſuffectis in locum ho- *bus hodie*
rum, quos vocare ſolemus locumtenentes guberna- *comparen-*
toris, vel locumtenentis prouinciæ. De his Legatis in *tur.*
l.penult.inferiùs dicam. Sed gubernatores ciuitatum
(vt Montiſpeſſulani) non æquiparantur his Legatis,
ſed Seneſchallis, & Balliuis, ac Præſidibus prouin-
ciarum, vt ſuo loco dicemus.

SVMMARIA.

1 *Proconſules, abſentibus Conſulibus, vices eorum gerebant.*
2 *Inſignia Proconſulum quæ fuerint.*
3 *Apparitores Caſtelleti Pariſ. vbique executionem habent.*
4 *Inſtrumenta notariorum facta in loco, vbi ipſe præfectus eſt, vbique valent.*

LEX I. VLPIANVS LIB. I. DISPVTATIONVM.

PRoconſul vbique quidem Procon-
ſularia inſignia habet, ſtatim atque
vrbem egreſſus eſt: poteſtatem au-
tem non exercet, niſi in ea prouincia ſola,
quæ ei decreta eſt.

ISta lex prima, & duæ ſequentes, vno velut com-
plexu colligandæ, & declarãdæ ſunt, quia eandem

Iurisdictio voluntaria quæ dicatur. materiam continent, & prius præmittendum est duplicem esse iurisdictionem, voluntariam scilicet & contentiosam: voluntaria est, quæ à volentibus, & in volentes exercetur, vt manumittere, & adoptare. l.j.de offic. Consul. diximus.

Quæ verò contētiosa. Contentiosa iurisdictio est, per quam partium contentiones audiūtur, deciduntur, & terminantur, & in inuitos exerceri solet. l. inter stipulantem. §. si Stichum.ff.de verborum oblig.

Ex l. prima colligitur, Proconsulem habere insignia simulátque vrbe egressus est, & sic in vrbe non capit. Nam vbi est Princeps, ibi cessat magistratus:
1 vbi erant Consules, Proconsules nulla potestate vtebantur, sed absentibus Consulibus vices eorum gerere, vrbi præesse, Senatum habere, & comitia futuris Consulibus indicere poterant, vt Historiographi scribunt.

2 Dicet quis, quę insignia habebat Procōsul? Respōdeo ea, quæ Consules habebant; habebant, inquam, lictores, fasces sex tantùm. l. Proconsules. infrà eod. secures, prætextam, curulémque sellam in prouincia sibi decreta, & in itinere, & vbique, excepta vrbe. Et nisi adirent eā prouinciam, in qua Cōsul præsens foret, tunc finito honore sine imperio & insignibus erāt, priuatique & sine imperio censebantur. Imò si Consul in prouinciam veniret, in qua Procōsul præesset, ibi ipse Proconsul sine lictoribus & fascibus Consuli obuiam ire, & velut priuatus equo descendere, & obsequium præbere debebat: neque enim Proconsulem habere imperium, vbi vnà esset Consul, conueniens videbatur, nisi par illi imperium delegatum fuisset. teste Alex.lib.Genial.2.c.27.vbi etiam scribit quasdam prouincias Consulares fuisse, Procōsulares, alias, plerasque Prætorias, & alias Præsidiales, in quibus Consules, Proconsules, Prætores, Præsidésque præfecti erant, & soli Massilienses, & Nemausenses ab onere prouincialis Prætorij feruntur inanes, vt etiam videri potest in libro Præfecturarum.

Proconsul nullū habet imperium, vbi Consul est.

Ceremoniæ Rom. in iussione Proconsulum. Notandum est, Romanos ceremonias aliquas in Proconsulum missione, sicut Consulum, adhibuisse. Nam quando proficisci volebant, eos paludamento indutos cum lictoribus à Senatu vsque ad vrbis portam, quâ egrediebantur, deducebant, votis prius in Capitolio nuncupatis, vt docet Liuius lib.2.Dec.5.& Suet.in Augusto. Ideò dicit iste text. Statim atque vrbem egressus est. & ea porta, quâ egrediebatur, ingredi etiamdiu finita administratione solebat. l.si. infrà eodem. vbi imperium deponebat.

Secundò colligitur Proconsules statim habere iurisdictionem, simulatque decorati sunt hoc munere, sed non habent exercitium, nisi in illo loco vbi Præfecti sunt.

Cōsiliarius Parisiensis non potest alibi iurisdictionis actum exercere. Vnde infertur, Consiliarium Parisiensem, vel alium non habere iurisdictionis exercitium, nisi in prouincia sibi decreta, quam ressortum Galli vocāt, & sic non potest tanquam iudex & Cōsiliarius alibi exercere iurisdictionis actum. Imò non potest processum (vt vocant partitum) in quo sunt pares hinc inde, sua sententia in alia curia decidere, sed oportet quòd hoc fiat per iudices. Nam ipse est ibi tanquam priuatus quoad iurisdictionem, & super hoc vidi dubitari. de quo vide in Consuet. Reg. tit. *de la Cour de Parlement.* artic. 36. & seq. Ideò quando Consiliarij ingrediuntur in alias Curias, seu Parlamenta, ibi sunt sine sententia, nisi Pręsides velint, & tunc sententiam dicunt, sed non prodest ad decisionem, quia nō sunt iudices, ibi: Etiamsi Consiliarij sunt magni & priuati consilij seu taciti, quia non est ad hoc illis data potestas. Ideo Curia Parlamēti Parisiensis nullum recipit Consiliarium magni consilij in ipsa Curia, ne fortè ipsi, cùm prope sint, ibi non velint sententiam dicere, & vsurpare iurisdictionem eorum. Tamen non debent computari sententiæ Cōsiliariorum extraneorum ad decisionem, nec Præses debet concludere ad partem illorum, etiamsi essent plures, quia ibi non sunt Consiliarij ad decidendum, nec habent iurisdictionem.

Idem in aliis iudicibus, magistratibus, & notariis, vt potestatem extra prouinciam illis decretam non habeant. l. non solum. §. & qui. vbi glos. ff. de excusa. tutor. Ideò extra territorium iudici non paretur impunè. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud.

Legati à latere. Vnde Legati de latere non habent iurisdictionem contentiosam extra terminos suæ legationis. c. nouit. de offic. legat. Idem in Episcopis, nisi essent expulsi vi ex suis Episcopatibus, quia illi de voluntate vicini Episcopi iurisdictionem etiam contentiosam, ibi exercere poterunt. clem. vnica. de foro compet.

Notarij à Papa simpliciter creati. Sed si creati essent simpliciter à Papa notarij, poterunt vbique instrumēta conficere. Idem si à Rege, vel ab alio Principe, vbi in terris suis vbique instrumēta recipiet, nisi restricta fuerit potestas ad certum locum; vt, Creamus te notarium Parisiis, vel Tholosæ, tunc hæc potestas non extenderetur extra locum illum, & regiones solitas. de quibus in l.j.ff. de offic. Præf. vrb. vbi dixi.

Idem in apparitoribus, & ideò ipsi in executionibus extra locum faciendis accipiūt apparitorem loci ad executionem faciēdam, nisi sint apparitores æquites Castelleti, qui vbique executionem habēt, & apparitores Curiarum supremarum in iurisdictione illius Senatus, Consiliarij verò magni consilij nullum habēt decretum locum, ideóque vndique & vbique cognoscunt, & exequuntur ad Cancellarij beneplacitum, tamen (vt dixi) in aliis Parlamentis iurisdictionem non habent. 3

Consiliarij magni consilij vbique cognoscunt, ad Cācellarij beneplacitum.

Instrumenta tamen facta in illo loco, vbi notarius est Præfectus, vbique valebunt. l. j. C. de emanc. liber. Bart. hîc. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Vnde 4 si timeas istud instrumentum alibi impugnari posse, debes supplicare iudici ordinario loci, in quo instrumentum est confectum, vt videat, an instrumentum illud sit authenticum, & secundum loci ritum, & consuetudinem confectum, & hoc declaret, qui iudex hoc videbit, & pronuntiabit illud esse authenticum, & ritè confectū. Et postea si dubitetur de illo instrumento, probabitur per hoc iudicis decretum, & sententiam, & sic pars vtrumque instrumentum portare debet. vt scripsi in tract. de liter. obligat. articulo primo. glos. 7. in 1. tomo Commentar. ad Constitut. Reg.

SVMMARIA.

1 *Verbum, manumittere, interdum etiam propriè ad liberos refertur.*

2 *Legatus de latere beneficia conferre, vel reseruare potest, etiam antequam suæ legationis prouinciam ingressus sit.*

3 *Iurisdictio voluntaria extra territorium non potest exerceri, alicui concessa ab inferiore à Principe.*

Lax

LEX II. MARTIANVS LIB. I. INSTITVTIONVM.

OMnes Proconsules statim, quàm vrbem egressi fuerint, habent iurisdictionem non tamen contentiosam, sed voluntariam: vt ecce manumitti apud eos possunt tam liberi, quàm serui, & adoptiones fieri. Apud Legatum verò Proconsulis nemo manumittere potest, quia non habet iurisdictionem talem.

DVo dicit hæc lex, primum repetit Proconsules habere iurisdictionem voluntariam, statim atque vrbe egressi sunt: ideo manumitti coram eis tam serui quàm liberi possunt, & adoptari.

Iurisdictio voluntaria. Et sic ex hoc textu elicit Bart. voluntariam iurisdictionem dici, quoad partes, sed quoad iudicem non: imò necessaria dicitur. Ego vero dicerem voluntariam etiam quoad iudicem dici posse, quia non tenetur præstare præsentiam suam, vt quis manumittat, vel adoptet; & ideò volūtaria etiam quoad eum dicitur his casibus, qui sine eo fieri possunt. vt probaui in l. vnica. suprà. de offic. Consul. Secus in contentiosa, quam vt exerceat non potest recusare: imò si recusauerit, puniri debet. §. & hoc peruenit. in authen. vt nulli iudic. collat. 9. scripsi in titul. de friuolis appell. in Concord. vbi dixi quomodo requiri debet.

1 Item verbum, manumittere, refertur præcipuè ad seruos, tamen etiam propriè (quicquid dicat glos.) interdum ad liberos, vt hic. & l. liberum. & l. emancipati. suprà. de adoptio. frequentius tamen ad seruos. vt scripsi in l. Sequola. ff. de verbor signific. vbi docui vnum verbum accipi posse duobus, & pluribus modis etiam propriè. & in l. mulieris. §. tes abesse. ibid.

Episcopus per mortē alterius de episcopatu prouisus. Et sic ex huc textu colligunt quidam, Episcopum simulatque per mortem alterius prouisus est de episcopatu, posse exercere ea, quæ iurisdictionis sunt voluntariæ. Ideò conferre beneficia poterit. c. transmissam. de electio. nisi respiciat ordinem. vt scripsi in praxi beneficia. in tertia parte. titul. de symo. in resignatione. numer. 26. & sequen. vbi docui non habere locum in promiso per resignationem, qui ante intimatam prouisionem resignanti, & possessionem acceptum conferre non poterit, sed resignans, qui in possessione est.

2 Etiam per istum textum docet Alberic. Legatum de latere vi suæ legationis beneficia conferre posse, vel reseruare, antequam suæ legationis prouinciam sit ingressus. per cap. primum. de offic. Legat. in vj. quia hi æquiparantur Proconsulibus. cap. 2. ibidem.

Collatio Legati non valet in Francia ante intimationē Regi factam. Ego verò dico collationem Legati non accipi in Francia, antequam potestas eius Regi sit intimata, & Rex literas, quas denegare non solet, concesserit Legato, vt legationis officium exercere possit, & statim beneficia conferre poterit, etiam ante publicationem in Senatu factam, & sic vidi seruari.

Apud Legatum verò, &c.] Patet neminem posse manumittere apud Legatum, nisi Proconsul iurisdictionis exercitium habuerit, & ipse Legatus in prouincia fuerit ingressus. Ideò dicit Paulus Iuris. ff. de manum. vindic. l. *Apud Proconsulem postquam vrbem egressus est, vindicta manumittere possumus, sed & apud Legatum eius manumittere possumus, scilicet quando Proconsul prouinciam decretam ingressus fuerit.* Et ita legitur in quibusdam libris, quia exercitium iurisdictionis etiam voluntariæ committere Proconsul non potest, antequam ipse exercitium habeat. l. obseruare. in fin. infrà eodem. Ideo non potest Legatus anteà manumittere, sed postea sic. Et conciliari ista iura ita possunt, & quia ipse Legatus non habet talem potestatem, nec iurisdictionem, qualem habet Proconsul, vtpote quia est eius substitutus, & Legatus, licet interpretes aliter respondeant. Etiam non potest Legatus concilium præbere manumittentibus, licet apud eum quis posset manumitti, quia hoc est plus. l. ij. infrà. de offic. eius. scripsi in l. vnica. suprà. de offic. Consul.

Vnde infert Bartol. quod si aliquis prætendat iurisdictionem ab inferiore à Principe, non poterit extra territorium exercere etiam voluntariam iurisdictionem, sicut hic Legatus, secus si à Principe, vt Proconsul. 3

Item Vicarius Episcopi voluntariam iurisdictionem exercebit extra Episcopatum, sicut Episcopus post adeptam Episcopatus possessionem, non anteà. Ideò conferre etiam poterit beneficia extra Episcopatum, dummodo non vacent in Curia. cap. statutum. de præbend. & illi præsentari mandata, ibi: Et nominationes poterunt. glos. & Doctor. in cap. cùm olim. de maior. & obed. & abundè tractaui in tracta. nominat. quæstio. 14. Boer. in decision. Burdegalen. quæstione 30. quærinur scripsi in praxi beneficia. in forma Vicar. circa finem. De dictione, apud, abundè tractaui in l. penes. ff. de verb. signific. *Episcopi Vicarius.*

LEX III. VLPIANVS LIB. XXVI. AD SABINVM.

NEc adoptare potest, omninò enim non est apud eum legis actio.

DIcit Legatum non posse adoptare coram eo, quia non habet legis actionem, id est, secundum quosdam exercitium iurisdictionis, antequam Proconsul prouinciam ingrediatur; quia non potest mandare quis, quod non habet, ergo Proconsul non potuit iurisdictionis exercitium delegare, antequam haberet, quod non habebat ante ingressum prouinciæ, nisi in casu. l. aliquando infrà eodem, vel: Non est apud eum Legatum legis actio, id est, non potest agi coram eo. vt abundè scripsi in l. Labeo. secunda. in principio. ff. de verborum significatione. vbi alia huic materiæ accommoda licet videre. glossa hic exponit pro actu legitimo, quæ expositio aliquando bona est in alia materia, vt ibi docui. & in l. prima. infrà. de officio Iurid. Alexand. & vide si possit iste text. intelligi, apud Legatum Proconsulis, non esse legis actionem: quia punire non potest. l. solent. infrà eodem. & actiones legis sunt, imperare, vetare, permittere, ac punire. l. legis virtus. suprà. de legib. quos actus non habet Legatus, antequam Proconsul prouinciam ingressus sit, nec coram eo quisquam iure agere poterit. *Legis actio quid sit.*

LEX IIII. IDEM LIB. I. DE OFFICIO PROCONSVLIS.

OBſeruare autem Proconſulẽ oporter, ne in hoſpitiis prębendis oneret prouinciam: vt Imperator noſter cũ parre Aufidio Seueriano reſcripſit.

IVriſconſult. exprimit hîc officium Proconſulis, quid agere debeat, quando proficiſci vult in prouinciã ſibi decretã, vſq; ad §. Poſt hæc ingreſſus. vbi ſtatuit quid agendum ſit Proconſuli, poſtquam eſt in prouinciam ingreſſus, & leges ſequen. etiam de hoc loquuntur.

Proconſul non poteſt prouinciã in hoſpitiis præbendis onerare.

In primis Iuriſconſult. vult ne Proconſul oneret prouinciã in præbendis hoſpitiis, videlicet, vt cogat ſubditos illi concedere hoſpitia gratis, & ſine pretio, hoc eſſet onerare prouinciales in hoſpitiis. q̃ improbat hic text. & l. ij. C. de lucris aduo. lib. 12. ſed debet Palatia, vel Prætoria pro ſua habitatione vendicare, vt hac neceſsitate compellatur eorum reparationi prouidere. l. fi. C. de offic. Rector. prouinc & Bal. hîc. ſi nõ ſint Palaria, vel Prætoria, commune prouidebit Procõſuli, vel iudici de hoſpitio, ſecundum Alberic. hic. Nam ipſe non poterit cogere ſubditos, vt ei hoſpitium concedant, quia ad Principem hoc ſolùm pertinet. l. vnica. C. de contract. iudic. nec quidem poteſt ipſe Princeps iure, vltra tertiam domus partem, aliis concedere hoſpitibus non illuſtribus, qui dimidiam partem habebunt, quamuis hodie contrarium fiat, quod non permitteret Princeps, ſi ius illi oſtenderetur. l. ij. C. de metat. lib. 12. Vnde Iuſtinianus ſcribit: *Illud te volumus noſcere, quia ſi quando præceperimus ad alias fortè proficiſci te prouincias, competens eſt contentum de his te, quæ de fiſco largiuntur, non gratis expendere. neque noſtros ſubiectos atterere, ſed ex quibus in prouincias exiſtens expendebas, ex his ipſis, & ad alias proficiſcens regiones facere expenſas, neque angariis collatores affligentem, neque obediens tibi officium, ſed propriis quidem ſubiugalibus propria quoque expenſa agere iter.* § illud. de manda. prin. collat. 3.

Hunc tex. trahit Accurſ. ad Prælatos, requirentes procurationẽ à clericis in ciuitatibus degentibus, ad quas Prælati veniunt, vt non debeant eos onerare, ſed quãdo ipſi Prælati extrà viſitant, procurationem à iure taxatam recipere poterunt. vt in toto titulo de cenſibus, eſt ſtatutum. Nam qui miniſtrat ſpiritualia, dignum eſt vt metat carnalia, vt Diuus Paulus teſtatur, & nemo ſuis ſtipendiis cogitur militare. ca. cùm ex officij. de præſcript.

SVMMARIA.

1 *Proconſul non poterat in prouincia alios ſtatores habere, quàm deſignatos.*
2 & 3 *Pro ſua vxore tenetur, ſi delinquat in eo quod eius officium reſpicit.*
4 *Vxor aliquem occidens, ipſa tenetur, non maritus.*

§. Nemo Proconſulum ſtarores ſuos habere poteſt, ſed vice eorum, milites miniſterio in prouinciis funguntur.

1 TErtio prohibet hic Iuriſconſult. ne Proconſules alios ſtatores in prouincia habeant, id eſt, nuntios, ſiue ſeruientes, qui ipſis ſemper aſtent, & eorum miniſterio. Nam cum Proconſuli eſſent à rep. iam traditi lictores ſex, & alij miniſtri, qui ei ſeruirent, noluerunt Romani, vt ipſi alios ſibi ſeruientes adſciſcerent, maximè quia in ſingulis ciuitatibus erant decreti certi milites apparitores, qui reos prehendebant, cuſtodiebant, &, dum opus erat, iudicibus ſeruiebant, de quibus l. in eadem. ex quib. cauſ. ma. ff. & l. milites. cum l. fin. de cuſto. reor. ff. & ex illis dicta eſt manus militaris. l. qui reſtituere. ff. de rei vẽd. & auxilium militare. l. ſi quis in hoc. C. de Epiſco. & cleric. Ideò noluerunt Romani his militibus quicquam ex officio detrahere, ſed & Proconſulem & hos milites ſuo fungi officio, maximè cùm multos Comites Romanus populus daret Proconſulibus, nolebat vt alios extra illi datos haberent in præiudicium horum, ob id ſtatuit, ne ſtatores, & alios apparitores habeat Proconſul, quàm milites à communi deputatos de militibus Palatinis, quos Curiales, vel Palatinos vocant, loquitur titul. de palatij. ſacr. largitio. lib. 12. & titul. de priuileg. eorum, qui in ſacr. pala. militant. lib. eod. ac de multiplici milite tractat Laz. in 4. lib. de Rep. Rom. c. j.

Manus militaris.

Stratores qui dicantur.

Sunt qui hîc legant ſtratores, ſed non videtur conuenire text. Stratores autem erant, qui incedentes loca deſpiciebant, ac præparabant, vnà cum metatoribus caſtra æquabant, ſtruebant põtes, curabant ſyluas ſcindi, reliquáque impedimenta exercitui auferri. de quibus Veget. de re militari lib. 2.

Statorum ſignificatio.

Alij apud Ciceronem Stratores dicuntur tabellarij, qui mutatis equis, Imperatoris & Senatus literas referebant, quales ſunt hodie in Francia, quos vulgò *Poſtes* appellamus, ſiue *Maiſtres des Poſtes.* & loquitur Imperator in tit. C. de Straro. lib. 12. & Catelia. Cotta in ij. parte memo. in verb. ſtatores. Hic putat Starores legendum, quos dicit eſſe nuntios, vel apparitores magiſtratuum, qui reos in ius, vel in carcerem ducunt, & magiſtratibus ſemper circumaſtant, parati ad eorum præcepta exequenda. Vt hodie habent latrunculatores, quos & criminales locumtenentes vocant, & baiulus Montiſpeſſulani.

Miniſtri Proconſulis delinquentes, puniendi.

Sed videndum eſt, ſi miniſtri Proconſulis, vel ſui legati deliquerint, an à Proconſule puniri poſsint, quod Vlpian. permittit in l. ſi quis fortè. §. ſi quos comitum. ff. de pœnis. quod quidem idẽ faciendum eſt, vt exemplo deterriti minus delinquant. text. ibi.

§. Proficiſci autem Proconſulem melius quidem eſt ſine vxore.

COnſulit Proconſuli, vt proficiſcatur ſine vxore, ſi vult eſſe ſine moleſtia. Liuius ait: Si vxoribus carere poſſemus, Quirites, ſine moleſtia eſſemus, & ne teneatur pro vxore, poteſt tamen ducere vxorem, ſed ſi illa delinquat, in eo quod officium Proconſulis 2
reſpicit, ipſe Proconſul pro ſua vxore tenebitur. Et conſuetudo aliquo tempore apud Roman. fuit, teſte Cornelio Tacito libro 3. hiſtoriæ Auguſtæ: Vt qui vxores habebant, eas relinquere cogerentur, vt cælibes, videlicet curis domeſticis non auocati cum maiori fructu prouinciis præeſſe poſſent, ſed poſteà Senatuſconſultum factum fuit, vt ſi Proconſules, vel Præſides vxores ducere vellent pro [illegible] is tenerentur.

Liberi Proconſulum, eorum beneuolentiæ obſides.

Item mos erat apud ipſos Romanos, vt liberos eorum, qui ad regendas prouincias cum imperio proficiſcerentur, retinerent, quaſi obſides quoſdam beneuolentiæ

uolentiæ illorum, fideique. Laz.de Repub.Roman. lib.2.cap.4.poſt Herodianum lib.3.hiſtor.Auguſt.

3 Ex hoc text.conſtat maritum teneri pro vxore,ſi fortè ipſa munera receperit, extra eſculentum & poculentum, & in aliis quæ reſpiciunt officium Proconſulis, fortè ſi vxor emerit, & tenetur ciuiliter Proconſul,ſicut publicanus. l.1.ff.de publica.Doct.in c.cùm ad ſedem.de reſti.ſpoliat.aliàs regulariter non tenetur maritus pro vxore. vt C. ne vxor pro marito. Vnde ſi vxor occideret aliquem, ipſa teneretur,
4 non autem maritus.l.fi.C.de inіut.quia peccata ſuos authores tenere debent. l.ſancimus. C.de pœnis. & hoc crimen non reſpicit officium, ſicut in caupone aut nauta.docet hic Accur.vt eſt in tit.nautæ,caupo. ſtabula. & in tit.furti aduerſus nautas.Et gloſ. iſtam dicit ſingularem. Barbat.in cap.2.col.3.de conſtit.ad ſtaturum, vel ordinationẽ,vt quis teneatur pro alio, vt intelligatur ciuiliter, non criminaliter. l. qui ſeruum.de interrogat.actionc.ff.Bald.hic.

§. Antequam verò fines prouinciæ decretæ ſibi Proconſul ingreſſus ſit, edictum debet de ſuo aduentu mittere continens commendationem aliquam ſui, ſi quà ei familiaritas ſit cum prouincialibus,&c.

INſtruit Iuriſconſ. Proconſulem, vt literas mittat, continentes aliquam ſui commẽdationem,ſi fortè ſit aliqua familiaritas cum Prouincialibus, ſiue pro illis aliqua geſſerit negotia,ſi coniunctio ſit cum illis, fortè quia ad eum prouinciales ſæpe accedebant ratione negotiorum. & vult textus,vt Proconſul dicat in literis,ſe nolle pompam aliquam in ingreſſu habere, & ne ſubditi ei occurrant, & obuiam eant, vel publicè,vel priuatim.

Proconſul quomodo excipiẽdus ſit.

Et quamuis hoc Proconſul mittat, tamen dicit Iuriſconſultus eſſe congruum,vt vnuſquiſque illum in ſua patria excipiat, imò eſſet contemptus, ſi non exciperetur: ideo mos in aliis receptionibus debet ſeruari. Iſta omnia ſunt Iuriſconſulti verba, quibus inſtruit Proconſulem, aliàs ſibi eſſet contrarius: quia vult, vt non occurrant ei, & poſtea dicit, vt eum exciperent, ſed vult vt non occurrant extra ciuitatem in ingreſſu prouinciæ, ſed in ingreſſu ciuitatis debet excipi, vt dicitur in l. ſi in aliquam.infrà eod. vnde ſic intelligẽdo patet vniuerſitatem,vel Curiam Parlamenti, non debere ire extra ciuitatem ad recipiendum gubernatorem, ſed in ſuburbiis exſpectare, & in loco ſolito. vt docet Franc.Marc.in deciſ.Delphi. 2.partis quæſtio.36. Sic & Epiſcopo obuiam ire ſolet clerus.teſte Bald.in l.libertinę. C.de oper.libert.Pan. in c.dilectus.de offic.ordin. ibi, rectè. Iſtud edictum debet mittere Proconſuli prædeceſſori, qui iam eſt functus ſuo officio, in quo ſignificabit, quo die fines prouinciæ ſit ingreſſurus,quia incerta turbant homines, & actus impediunt. Nam illic ſoliti erant prouinciales eum excipere, & illum conducere per totam prouinciam, vſque ad ciuitatem præcipuam,in qua ingreſſum honorabilem ei habebant. vt l. ſi in aliquam, inferiùs, & prouinciales vocant omnes inhabitantes in prouincia.vt in l.prouinciales.ff.de verborum ſignific.

Et ſic per iſtum textum commendatio neceſſaria permiſſa eſt, ob id is qui veniam ætatis impetrat, debet ſe commendare. l.ſecunda. C.de his qui veniam ætat. imp. & Chriſtus ſæpius in Euangelio ſe commendauit.vt gloſ. docet in ca.temere.31.diſtin.etiam vtilis commendatio hic permittitur, ſed voluntaria improbatur, niſi ſit notoria. §.quorum. vbi Angel.in procem.Inſtit.& Virg.ait de Aenea,ſe laudauiſſe apud Reginam Didonem:

Sum pius Aeneas,raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum, famâ ſuper æthera notus.

Et contra iſtos, qui ſe laudibus attollunt, dicit Cato:

Nec te collaudes,nec te culpaueris ipſe,
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

Hoc etiam obſeruare.] Inſtruit dictum Proconſulem, vt ea parte, quâ alij ſoliti ſunt ingredi ciuitatem, vt ipſe ingrediatur. Nam ſi per mare conſuetum ſit, & ipſe per mare ingrediatur. Magni nẽpe prouinciales faciunt ſeruari ſuas conſuetudines, & prærogatiuas,& priuilegia.De hoc verbo,prærogatiua,habetur in l.j.ff.de priuil.vetera.& accipitur pro præeminentia,præſtantia,ſeu ſpecimen.

Magiſtratus ſtolidi noua quærunt.

Colligitur ex hoc tex.contra iudices & magiſtratus ſtolidos, qui ſtatim à receptione, noua quærunt, & vetera omittunt, vt cogendi ſint ſeruare conſuetudines,& reſipiſci,quia ſtultitia viri oſtenditur præcipuè in inuentione nouarum rerum,quæ offendunt potius, quàm proſint, & ſeditiones incitant, & alia multa mala, quæ ceſſarent, ſi bonæ conſuetudines ſeruarentur, & prærogatiuæ. Nam videmus ſæpius iras duriſsimas oriri, & controuerſias immortales inter duas ciuitates vnius fori, propter cõſuetudines & prærogatiuas immutatas.facit text.in l.viros.cum l.ſeq.C.de diuer.offic.lib.12.

Item exponit Bud. hîc ἐπιδήμιον, pro acceſſu ad ciuitatem ſolito,inde ἐπιδημέτικον,vocat Iuſtinianus collationem pecuniæ, quam à ciuibus extorquebant iudices, vel milites, vt ſuo hoſpitio renuntiarent, & aliud hoſpitium quęrerent.in §.nulli vero.in autheo. vt nulli iudices. collat.9. licèt alij ibi legant ἐπιμετάτων,ſunt enim metarici & epimetarici metatores,qui in comitatu Principis hoſpitia aulicis,& Palatinis deſignant, quos Forerios à foribus vulgò appellamus. de quibus lib.12.C.tit.de metatis & epimetaricis.

SVMMARIA.

1 *Officialis militia hodie nullum ſubſtituere poteſt ſine Principis voluntate.*
2 *Nemo poteſt in alium transferre,quod non habet.*
3 *Reſtringitur.*
4 *Epiſcopus non poteſt conferre beneficium, antequam vacet,vel antequam ſit Epiſcopus.*
5 *Legitimatio ſobolis nulla,etiamſi matrimonium contra leges factum,à Papa confirmatum ſit.*

§. Poſt hæc, &c.

Officiũ Procõſulis prouincia ingreſſo.

ISte §.docet Proconſulem quid agere debeat,poſtquam eſt prouinciam ingreſſus, videlicet vt mandet iuriſdictionem ſuo legato. Nam antequam prouinciam ingreſſus fuerit, non debet eam mandare, ſi tamen mandauerit, & poſt ingreſſum in eadem voluntate perſeuerauerit, valebit delegatio, ex quo Proconſul eſt prouinciam ingreſſus: quia abſurdum eſt mandare iuriſdictionem, antequam ipſe nanciſcatur. Ideò debet mandare, poſtquam fuerit ingreſſus, vt ex tunc valeat delegatio, & ſic

debet intelligi iſte textus, non vt ipſe Proconſul teneatur mandare, quamuis Accurſius ita intelligat. etiam Rex extra regnum officia ſua conferre poteſt, licèt ibi iuriſdictionem contentioſam non habeat.vt eſt in prouinciali. fol. 42. verſ. an Officialis.& ſcribit Bart. Officialem Principis poſſe dimittere Vicarium, ſi aliquò vadat, qui legatus ab eo omnia poterit facere, quæ ipſe ſubſtitutus, extra tamē membrorum ab-
1 ſciſionem. Hodie nullus Officialis militiæ ſubſtituit ſine Principis voluntate,& is habet abſente primario æqualem poteſtatem cum eo, & ſic ſeruatur in patriæ gubernatoribus.

2 Itaque notandum eſt, neminem poſſe donare, vel in alium transferre, quod non habet, per iſtum text. qui limitatur, vbi à lege datur poteſtas, vt in iudice,
3 qui transfert in alium dominium rei, quod nō habet. §. final. de offic.iudi. in Inſt. l.Iulianus.ff.de condict. indeb. Idem in creditore,& aliis perſonis, per Accurſ. enumeratis in §. j. quib. alie. licet.in Inſtit. & in l. nemo plus iuris.de reg.iur. l. quod noſtrum.de acquir. rer.dom.& de vſufruct.eadem lege.

Ideò poteſt Proconſul dare iuriſdictionem, quam verè actu habet, ſed non exercitium antequàm ingreſſus fuerit, vnde tenuit datio, ſed non potuit dare exercitium, quod non habebat, ſed cùm habebit illud, conceſsio tenebit. Secus ergo in epiſcopo confe-
4 rente beneficium, antequàm ſit Epiſcopus, vel antequàm vacet, quia his caſibus nō iure datur, nec quoad actum, nec quoad exercitium. Ideò ſi poſtea fuerit Epiſcopus, non valebit collatio, vel ſi beneficium poſteà vacet.per c.j. & per totum.de conceſſ. præbend. Nam quod ab initio non valuit, non firmatur tractu temporis.reg.quod initio.ff.de reg.iur.ſed hic ab initio valuit.

5 Vndè ſi Papa confirmet contractum matrimonium contra leges factum, non legitimabitur ſoboles iam nata, ſed valebit matrimonium, ex tempore approbationis Papæ. per c. per venerabilem. Qui filij ſint legit.niſi in legitimatione dictum fuerit, vt etiam ſoboles iam nata legitima ſit. Panor. & Præpoſ.ibid.

An,& quando ratihabitio æquiparetur mandato Bart. hic declarat.& abundè gloſ. & Doctor.in reg. ratihabitionem.de reg.iur.in vj.& quamuis ſententia lata per eum, qui delegatus non erat, confirmetur à delegante, nulla tamen erat.gloſ.in l.licet.ff.de iudic. l.inſtar.C.de iure fiſc.libro 10.A Rege tamen confirmari poterit,& à partibus,vt valeat in vim pacti.l.ij. C.communia vtriuſque iud.de his aliàs.

Sententia nulla, à Rege & partibus poteſt confirmari.

Lex v. Papinianvs lib. 1 Qvaestionvm.

ALiquando mandare iuriſdictionem Proconſul poteſt, etſi nondum in prouinciam peruenerit: quid enim ſi neceſſariam moram in itinere patiatur: maturiſsimè autem Legatus in prouinciam peruenturus ſit?

HÆc lex docet vnum caſum, in quo poteſt Legato mandare iuriſdictionem Proconſul, etſi nondum peruenerit in prouinciā, vt, ſi fortè detineatur aliqua mora in itinere, veluti ſi valetudine aduerſa, aliâue iuſta cauſa. Idem docet Bartol. in alio Officiali detento ex iuſta cauſa poſt aduentum, niſi impedimentum fuerit longum. Nam eo caſu alius ſubrogatur in locum eius, & ipſe non poteſt ſubſtituere.per l.ſi longius.ff.de iudic.Etiam docet hîc Accurſ. Legatum & Vicarium poteſtatis omnia poſſe facere, quæ poteſtas extra mortis condemnationem, & membrorum mutilationem, & ad hoc iſta gloſſ. reputatur ſing.

Adhæc ille non dicitur Legatus, ſeu delegatus, qui in locū demortui ſuffectus eſt, vt docet Accurſ. in l.nec quicquam. in gloſ. infrà. Bald.in margari. in verb.delegatio.quęſt.25. Et ſic dicitur ille ſubrogatus iuriſdictionem habere ordinariam, non delegatam, ſi defunctus talem habebat: quia ſubrogatus in locum alterius illam eandem iuriſdictionem habere cenſetur.l.cùm Prætor.ff.de iudic.

Subrogatus iuriſdictionem habet ordinariā.

Hodie verò ſtatuit ſic Iuſtin. *Antequam in prouincias veniant iudices, damus eis licentiam vices agentes ſuos inſtituere, qui debeant omnia vſque ad ſui præſentiam agere, quæ poßint ipſi iudices facere, citra tamen nouißimum ſupplicium, aut membri inciſionem; ſed ſi quis ex iudicibus ſecundum iußionem noſtram in aliam regionem mittatur, liceat ei per ſimilem modum loci ſeruatorem facere.* §.ad hoc ſancimus.in authent.de collato.collat.9.

Tamen in hoc regno Frāciæ Præſides Prouinciarum, vel alij iudices nō poſſunt creare locūtenentes, vel ſubſtituere alios, etiam in caſu iuſti impedimēti, alioqui impediretur officiū ſecundi iudicis, ſi primarius aliū ſubrogaret, quod non eſt licitū, & ſi omnes magiſtratus detineātur iuſto impedimēto, antiquior Aduocatus illius tribunalis ius dicet, nec etiam impediri poterit, quia iudex eſt authoritate conſtitutionis Regiæ.tit.de recuſa.arti.6. Ideò Aduocatus antiquior impedire poſſet delegationē, quia ſua intereſt, poſtquam conſtitutio Regis dat ei iuriſdictionem, abſentibus vel impeditis magiſtratibus.

Præſides Prouinciarū, vel iudices locumtenentes in regno Frāciæ non creant.

SVMMARIA.

1 *Abſoluere quis non poteſt, qui non poteſt condemnare.*
2 *Mandatum, vt audiat vinctos, non extenditur ad abſolutionem, vel cauſæ deciſionem.*
3 *Legatus quare tutorem ſuſpectum remouere poſsit.*
4 *Examinatio in criminalibus in regno Franciæ mandari poteſt.*
5 *Subſtitutus de conſenſu Regis, non poteſt ſine eiuſdem conſenſu deſtitui*

Lex vi. Vlpianvs lib. I. de officio Proconsvlis.

SOlent etiam cuſtodiarum cognitionem mandare Legatis: ſcilicet vt præauditas cuſtodias ad ſe remittant, vt innocentem ipſe liberet, ſed hoc genus mandati extraordinarium eſt. Nec enim poteſt quis gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuius alterius coërcitionis ad alium transferre, nec liberandi igitur reos ius, cùm accuſari apud eum non poſsint.

Proconſul

PRoconſul in primis curam habere debet eorum, qui in vinculis detinentur, & ideo debet mandare legato, vt audiat iſtos vinctos, & auditos nocentes ad ſe remittat, innocentes autem liberet, ſcilicet Proconſul: quia legati nec ius liberandi habent, cùm accuſari apud eum non poſsint, vt inferius dicit
1 text. nec poteſt quis abſoluere, qui non poteſt condemnare. l.iij. ff. de re iudic. poteſt tamen pronuntiare condemnandum, vel abſoluendum. Bart. hîc glo. & Doct. in l. prima. C. ſi aduerſus liberta. quod non probo. Nam ſi legatus pronuntiaret nocentem talem condemnandum, iniuriam inferre videretur Proconſuli, dans ei legem quomodo iudicare ipſe deberet, & ipſe Proconſul non poſſet poſteà, ſi innocentem inueniret, liberare illum: & tamen text. dicit poſſe, etiamſi fuerit in arbitrum compromiſſum, vt certam ſententiam dicat: nullum tamen eſſe arbitrium Paul. ait l. qualem. ff. de arbitr. & maximè quia legatus iuriſdictionem non habet, vt hoc pronuntiet: poſſunt tamen hodie inter ſe litigatores conuenire, quid pronuntietur, & iudicem ſic ſententiam proferre debere ſcribit Vlpian. in l. ſi conuenerit. ff. de re iud. quod ſeruatur etiam in Parlamentis Franciæ, in quibus inter procuratores ſolet conuenire, quid proferatur quoad dilationes, & ſolet hoc Curia approbare, & vocant Gallicè *vn appoinčt eſt, ou appointements* [partium conuentionē.] Nam ſi partes ſint concordes, nihil ad iudicem. l. prima. §. inde. ff. de noui oper. nunciat.

Conuentio litigatorū constringit iudicem sic proferre sententiā.

2 Et ſic ex hoc text. patet, cui mandatur, vt audiat vinctos, non poteſt eos abſoluere, nec liberare: & cui mandatur, vt tantùm audiat, non poteſt decidere. authent. ad hæc. & l. iudices. C. de iudi. ideò ſolet Papa dicere in commiſsionibus. Audiat talis N. & decidat. ſcripſi in l. uj. ff. de re iudic. Quòd ſi committatur cauſæ cognitio, in conſequens & deciſio. l. qui procuratorem. ff. de procurat. Panorm. & alij in cap. venerabiles. de iudic. Diuerſum eſt, quando mandatur vt audiat, & ad ſe remittat, vt in hoc text. & cognitio variè ſumitur, vt ſcribit Alciat. in lib. vj. Parer. c. ſ. Ego pleniùs in l. cognoſcere. de verb. ſign.

Cognitionis verbū variè sumitur.

Nec enim.] Remouet obiectionem, quòd non poteſt quis mandare ea, quæ meri ſunt imperij, & ſic ius gladij. l. prima. de offic. eius. Reſpondet iſte text. hoc genus mandari eſſe extraordinarium. Nam regulariter & ex ordine mãdabatur legato iuriſdictio. l. obſeruare. §. poſt hæc. ſuprà eodem, ſed non imperium merum. Verùm quia ad habenrem imperium merum, audire cuſtodias & nocentes pertinet, & tamen Proconſul hæc legato committebat, vt audiret hos cuſtoditos in vinculis, & poſteà auditos remitteret, vt eos Proconſul condemnaret, & innocentes liberaret, ideò hoc erat extraordinarium, videlicet quòd demandetur cognitio, & non deciſio, ſicut in ciuilibus, quia ex ordinaria delegatione iſtud legato non committebatur, ſed tantùm cognitio de ciuilibus, ſed crimina non continentur, niſi expreſsè committantur. c. 2. de offic. vica. in vj. tractaui abundè in l. pupillus. §. munus. ff. de verb. ſigni. Et ſic
3 legatus poteſt remouere tutorem ſuſpectum, quia non eſt merè criminalis cognitio. l. j. §. damus. ff. de ſuſpect. tutor. & de ciuilibus cognoſcebat, & decidebat, vt hîc. & expoſui quot modis accipiatur extra ordinem, vel extraordinariũ, in l. pupillus. §. munus. ff. de verb. ſignific.

Extraordinariè Legato cōmissa.

Alij intelligunt, vt Proconſul mandare poſsit legato, vt audiat, & nocentes remittat, innocentes verò liberet, quod eſt extraordinarium, ſed debemus fauere liberationi plus quàm cōdemnationi. l. Arrianus. ff. de action. & oblig. maximè quia in l. ſi. C. vbi ſena. is qui non poteſt condemnare, abſoluere poteſt.

Tamen, vt dixi, iſte text. intelligi debet de Procōſule, quia dicit Legatum non habere ius liberandi, ergo liberare non poteſt. & non obſtat l. fin. quia ibi conceditur, vt Senator poſsit liberari, ſed non condēnari, niſi à toto corpore Senatorum: at hic non permittitur, nec conceditur Legato ius liberandi. Item non poſſet Legatus eum liberare per ſententiam, quã proferre nō poteſt. l. j. C. eodem. Etiam de facto hoc nō conceditur, quòd liberet, ergo nullo modo liberare etiam innocentem Legatus poterit, alioqui ſi ſic de facto & nocentes liberare poſſet, hoc vergeret in Reipublicæ diſpendium. Imò etiam Præfectus Prætorio Auguſtalis ordinariorum ſub ſe iudicum examinandi flagitia, & ſuper his referendi, non amouendi, vel puniendi habet poteſtatem. l. fin. C. de offic. Præfect. Auguſtal.

Legatus etiam innocentem liberare non potest.

Etſi dicatur imperium merũ mandari non poſſe quoad condemnationem, poteſt tamen committi, vt quis audiat delinquentes captos, vel informationes conficiat, & ſic vnus articulus gl. notat. in clem. vnic. de offic. delegati. licèt regulariter examinatio in criminalibus mandari non poſsit. l. iudices. cum authen. ſeq. C. de fide inſtrum. c. ſignificauit. de offic. ordina. ſed hodie in hoc Regno mãdari ſolet, hæc quoque conſuetudo probatur per c. vt officium. §. verũ. de hæret in vj. 4

Imperium merū quomodo mandari possit.

Sicut autem mandare, &c.] Declarat Iuriſc. Proconſulem poſſe committere iuriſdictionem Legato, ſic & adimere, & iudicium ſoluitur vetãte eo, qui iudicare iuſſerat. l. iudicium. ff. de iudi. tamē adimere non debet ſemel mandatam iuriſdictionem inconſulto Principe, nempe quãdo Proconſul accepit Legatum, Princeps in illo conſentit, & fortè in alio non conſenſiſſet, ob id nō debet inconſulto Principe deſtitui, ſicut dicitur in c. j. de reg. iur. omnis res 5
per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem & diſſoluitur, & ſic ſubſtitutus de conſenſu Regis, non poteſt deſtitui ſine illius conſenſu. per c. cùm omnes. de conſtit. De hoc alibi dixi, videlicet in tract. de euocario. in j. tomo Commenta. ad Conſtit. Reg.

S V M M A R I A.

1 *Princeps non eſt conſulendus, vbi Curia ſuprema prouidere poſſunt.*

2 *Romani in creandis Legatis, morum ſuorum ſpecimen per eos oſtendebant.*

§. Legatos non oportet Principem cōſulere, &c.

EX hoc text. habetur Legatos Proconſulis non debere in rebus dubiis Principem conſulere, ſed ſuum Proconſulem, qui tenebitur conſultationi eius reſpondere, & ſic non eſt conſulendus Princeps, 1
vbi Curiæ ſupremæ prouidere, & reſpondere poſſunt, cùm æqualem ſaltem habeant poteſtatem Proconſulibus.

Sciendum eſt (vt Feneſtella ſcribit) Proconſules ob rerum gerendarum multitudinem in prouincia

Legatorũ potestas.

legatos statuere solere,qui non propria,sed mandata iurisdictione vtuntur, quos prius etiam quàm in prouinciam peruenerint,sibi substituere possunt; si quid autem Legato occurrat,cuius grauitas rei exactiorem diligentiam exigat,ad Proconsulem remittere Legatus debet, neque enim animaduertendi, coërcendi, seu atrociter verberandi Legato licentia est. Iudices tamen litigatoribus, tutores etiam pupillis dare possunt,custodiarúmque,quæ per prouinciam sunt dispositæ in stationibus,Proconsul legato cognitionem commendare, nec prius quàm è prouincia Proconsul discedat, Legatum dimittere consueuit.

Et si diem suum obierit in prouincia Procõsul,ita deinde mandata sibi negotia exiget, ac si res integra non inueniatur. Si verò à prouincia abesse Proconsulem fortè contigerit, causas etiam quæ animaduersionem requirunt, delegabit. Hæc Fenestella, & Vopiscus in vita Cari sic scribit. Carus Manlius Aurelianus Proconsul Ciciliæ Iunio legato suo: Maiores nostri Romani illi Principes in Legatis creãdis
2 hac vsi sunt consuetudine, vt motum suorum specimen per eos ostenderent, quibus Republic. delegabant. Ego verò si ita esset, aliter non fecissem, feci aliter, si te iuuante nõ fallar, fac igitur, vt maioribus nostris, id est, Romanis nõ discrepemus viris.

SVMMARIA.

1 *Munus per Proconsulem acceptum, à iudicibus confiscandum.*
2 *Prohibitus emere, potest ea quæ ad victum pertinent, & equos, emere.*

§. Non verò in totum xeniis abstinere debet Proconsul,sed modum adhibere, vt neque morosè in totum abstineat, neque auarè modum xeniorum excedat, &c.

Modus in xeniis accipiendis seruandus à Proconsule.

DVo declarat, primùm, an Proconsul munera recipere possit, & dici· xenia recipere posse, sed quæ? Respõdeo, modum in illis accipiendis seruare debere, vt neq; illa omninò recuset, neque auarè modum & qualitatem munerum excedat. Nam iuxta Græcum adagium, inhumanum est à nemine accipere, sed passim & indifferenter ab omnibus recipere, vilissimum est, & per omnia auarissimum: sed quantum possit accipere, Venule. docet in l.eadem lege.ff.ad legem Iuliam repet.his verbis: *Vbique vrbani magistratus ab omni sorde se abstineant, néue plus doni munerísque in anno accipiant, quàm quod sit aureorum centum.* Papa verò dicit esculentum & poculentum accipiendum, quòd paucis consumi diebus posSit. in c.statutum.in §.insuper.de rescript. dicam in l.plebiscito.tit seq.taxatur per ordinationem Ludouici Regis sancti ad decem solidos per hebdomadam in esculentis & poculentis. Vnde Ouidius Eleg. 10.

Nec tamen indignum est à diuite munera posci:
Munera poscenti quæ dare possit, habet.

Et quod mandatis, &c.] Mandatum significat præceptum, & leges, quæ dabantur his, qui mittebantur ad gubernandas prouincias, & quibus certę dabantur administrationes. vt in titul. de mandatis Principum. in authen.collat.iij. vnde tollit hic Iurisconsl.dubium. Mandatis Principum cautum erat, ne Proconsul, vel qui in aliquo est officio, donum, vel munus accipiat, emátue quid, nisi victus quotidiani causa: hoc præceptum non pertinet, nec refertur ad xenia, sed tantummodò ad ea, quæ excedunt vsum eduliorum: ideò non intelligitur de edulijs, & obsoniis, quæ iudices recipere possunt: & illa prohibitio loquitur tantùm de muneribus, quæ nec edi possunt, vt si quis donaret iudici domum, vel vt gratis inhabitaret, donatio est. l.in ædibus. ff.de donat. Idem si daret pecuniam, pannum, vel aliam rem, quæ edi non solet, iudex eam accipere non posset. Alexand. consil.106.viso themate.in 2.vol.sed ista etiam xenia non sunt producenda ad qualitatem munerum, id est, ad præstationis necessitatem, quod non placet Bart. Nam licèt iudex possit accipere xenia, non tamen illa extenduntur, videlicet in aliis rebus, quàm xeniis, vt alia munera iudices non accipiant, quàm dona eduliorum, & obsoniorum, & sic intelligetur illud, quod scribitur Exod.23. Nam accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Idem habetur Deuter.16.cap.& dicimus munus quale est? Respondeo, edulium, vina, pecunia, vel alterius rei, & de qualitate plenè docui in l.quid aliud. ff.de verb. sign. hodie verò nihil penitus debet recipere à partibus, nisi quod Respub. administrat, id est, sua stipendia. vt in auth. vt iudices sine quoquo suffragio. col.9. Vide Ouid. vbi suprà.

Muneris appellatione quid contineatur.

Turpe reos empta miseros defendere lingua:
Quòd faciat magnas, turpe tribunal opes.

Xenia etiam dicuntur munera hospitũ maximè, quæ Calend.Ianuarijs pro strenis dabantur, vel quæ in ingressu à Principibus Proconsuli offerebantur. vnde Martial. num.13. lib.2. xenia nominauit quòd ipsos versus mitteret pro xeniis, sic dicens:

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello,
Quattuor est nimium, poterit constare duobus,
Et lucrum faciet magnum bibliopola Triphon.
Hæc licet hospitibus pro munere disticha mittas,
Si tibi tam rarus, quàm mihi nummus erit.

Et sic non potest Proconsul dona recipere durãte officio, sic nec incontinẽti eo finito, alioqui fraus legi fieret, & quæ incontinenti fiunt, inesse videntur. l. lecta. ff. si cert. peta. & ista videntur paria, per text. in l.iurisgentium. §.quinimò. ff.de pact. & l.si ventri. in
fin. de priuil.creditor. & docet Bald. hic eos notari 1
infamia, & repelli ab omni dignitate, & munus confiscari per iudices. C.de dignit. lib.xij. l. prima. §. ait Prætor. de postul. ff.

Alià. inueni in hoc text. ibi, excedant vsum, legi accedant, sed non conueniret sententiæ, ob id volui videre in Pandect. Florent. vbi inueni excedant, & sic melius intelligetur, licèt in iij. tomo titu. de sala. taxatis pro visita. processus. articulo primo. in commentar. secutus sum aliam lectionem, quæ ad idem tendit.

Et sic qui est prohibitus emere, videlicet exterus, 2
poterit tamen emere ea, quæ ad victum pertinent, & equos per istum text. alioqui viuere non posset, l. verbo, victus. ff.de verb.signifi. vbi dixi, sed an magistratus perpetui possint contrahere, in l. principalibus. ff si certum petat. permittitur, & hodie in Regno Officialibus quoque perpetuis, ac si non essent magistratus, dummodò à concussionibus se abstineant. Idem in temporalibus, si Princeps expressè

permittat

permittat.l.prima.C.de contract.iudic.

Item Bart. hic tractat, an possit compelli is, qui soluit aliquid annuatim. traditur regula cum limitationibus, in l.si certis. C.de pact. Socin.in regula 81. & plenè Ioan. Francisc. in tract. de præscr. in tertia parte principali.quæst.x. partis primæ.

SVMMARIA.

1 *Statutum Canonicorum sancti Hilarij abusiuum declaratum.*

2 *Rex, Legatus, vel alius similis, qui ingressum ad ciuitatem habent, priùs ad ecclesiam primariam duci debent.*

3 *Apparitores possunt interdum à iudice cogi, vt aliquem suspendant, si alius non inuenietur.*

LEX VII. IDEM LIB. II. DE OFFICIO PROCONSVLIS.

SI in aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput peruenerit, pati debet commendari sibi ciuitatem, laudésque suas non grauatè audire, &c.

IN l. Obseruare docuit Vlpian.quid faciẽdum sit Proconsuli, quando fines prouinciæ sibi decretæ ingreditur, in ista verò l.quid agere debeat, quando ingreditur aliquam celebrem suæ prouinciæ ciuitatem,quæ caput sit prouinciæ, & nnt. istum text. pro ingressu Regis nouo ad ciuitatem Parisiensem, vel alias,etiam pro ingressu gubernatorum patriæ Delphinatis, & aliarum, & istum textum adhoc allegat Francisc.Marc.in decis.Delph.quæst.xxxvj & seq. in secunda parte.

Rex potest in suo iucundo aduentu præbẽdam in Ecclesia dignare cui vult.

Interdum Rex in suo iucundo aduentu præbendam in ecclesia,in qua suum ingressum facit primũ, concedere potest, vt in Ecclesia sancti Hilarij Pictauiensis in quam tanquam canonicus ingreditur, & statim præbendam assignat,cui vult. de quo loquitur Panorm.& alij in c.extirpandæ §.qui verò.io repetitione.de præbend.& Ioan.de Selua in tractat. de benefic.in ij.parte. quæst.xx.ij.

Aliquando etiam pro iucundo aduẽtu Episcopus confert præbendam in Ecclesia in qua præsidet.

Est etiam in multis regni Ecclesiis consuetudo,vt quilibet Canonicus in suo primo ingressu det aliquam pecuniæ quantitatem, quod tamen est symoniacum,c.ex multis.j.quæst.iij.& c.quoniam.& cap. veniens. de symon. & extrauag. j. illo titu. in com-

1 munibus. Et statutum canonicorum sancti Hilarij hoc continens fuit declaratum abusiuum a Senatu, vt declarat Aufred.in stylo Parlamenti attesto 17... nisi hoc esset statutum in fundatione,quę postea esset approbata per Papam, & an valeat consuetudo, vt pro iucundo aduentu detur prandium? Et eam valere affirmat Ægidius Bellamera consi.31.quod mulier.col.3.per c.ad apostolicam.& c.Iacobus. de symon. & fuit approbata à senatu quoad Ecclesiam Andegauensem.anno 1516.die 21.Feb.vt scripsi in §.fin. de reseruat.in Concord.

Prouinciæ caput.] Ex hoc textu intelligitur ingressum faciendum esse in celebri ciuitate, quæ sit caput prouinciæ, vt Parisijs quæ est caput regni, Lugdunum caput prouinciæ,Tholosa caput etiam, & reliquæ. Demum Rex,vel Prorex,Episcopus,seu Archiepiscopus, ingressum suum sic faciet in alijs ciuitatibus, si videat expedire.

Et sicut caput est principale hominis membrum, l.cùm in diuersis.ff.de religio.& sumptib.funer.sic & principalis ciuitas alicuius prouinciæ dicitur caput prouinciæ, & varias huius dictionis, caput, significationes tractaui in l.licet capitalis.ff.de verb.sign.

Oratio qua in corã Regibus in eorum ingressu habẽda.

Commẽdari sibi ciuitatem.] Nota quid debeat continere oratio,quæ Regibus,seu alijs habetur in eorum ingressu. Primo, gratulari debet aduentus Regis,demum commendari debet ei ciuitas, ac laudes quædam Regis intermisceri. Nam honor est subditis, cùm Regem vel Proregem habent laudatum,& maximum, ac virtutibus præditum, deinde debet ostendere affectionem ciuium ad eidem obsequendum, & perpetuò deseruiendum, præterea precari illi maximam fælicitatem,prosperitatem, ac integram valetudinem debet, & hæc est orationis summa.

Feriæ Regales, vel Imperiales

Et ferias secundùm mores & consuetudinem, quæ retrò obtinuit, dare.] Indicit ergo Rex vel Imperator ferias (quas interpretes repentinas vocant) licèt regales vocari potius debeant, vel Imperiales.l.a nullo C.de ferijs.& pro more & consuetudine regionis,quæ retrò obtinuit. Nam si vno, vel pluribus diebus sit consuetum, vt feriæ sint, ita indicentur,& istas ferias extra ordinem indictas vocat Vlpian. in l.sed & si. §. si feriæ. ff.ex quib. caus. maior.quia aliæ feriæ messium & vindemiarum suo ordine veniunt, hæ vero ob res prospere gestas, vel in honorem Principis extra ordinem indicuntur. d. §.si filiæ.& Imperator Constan.in tit.de fer. C. d. l.à nullo.sic statuit : à nullo iudice præsumi debet authoritate suas ferias aliquas condere, nec enim Imperiales ferias vocari oportet, quas administrator edixerit,ac per hoc si nomine eximantur, etiam fructu carebunt. Tamen collegia possunt ex consuetudine suas ferias habere,vt Parisijs singula collegia habent suas ferias,suaq; festa, quæ interdum sunt plus frequentia, quàm deceat, in perniciem iuuentutis, cui abusui resistẽdum esset per Primarium collegij.

Aedes sacras,&c.]Ecce quid debent inspicere Rex,seu gubernator, Episcopus, vel alius præfectus in suo nouo introitu.Primo debet curare vt inspiciat ædes sacras,an egeant reparationibus,an omnia tecta sartaque sint. Et sicut in Ecclesia nuptiarum festum non debet celebrari, c.cum decorem. de vita & honest. cleric. ita nec in Prætorijs Principis inaurata. l. Basilicam. C.de oper.public. & Ecclesiæ de publico debent reparari,per istum text.hodie, vide in tit.de ecclesi. ædific. & reparan. Et sic prius ad Ecclesiam 2 primariam debet duci Rex,Legatus,& alius,qui ingressum habet ad ciuitatem, exemplo Christi qui prius ad Ecclesiam accedebat, vt est in Euangelio Matthæ. cap.xxj.

Secundo debet videre opera publica, domos publicas, castella, & prætoria,an refectione indigeant, & ea reficere : noua autem inchoare sine Principis consensu non licet.l.nemo.l.intra.& l.fin.C.de oper. public.l.pen. ff.illo tit.

Tertio, si aliqua prætoria cœpta sint, curare debet, vt perficiantur, prout vires Reip. permittunt. Nam si pares sunt sumptibus faciend... debet, vt scribit Imperator de oper. publ. c. C... *ad portus, aquæ*

aquæ ductus & murorum instaurationem, siue extructionem certatim, facta operarum collatione, omnes instaurare debent, neque aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis priuilegiis excusari l.ad instructiones.C.de Episcop & cleric. Si pauperes aut tantillum, aijt parum possunt contribuere, ipse dispicere debet, & demum decernere. Item debet videre an in refectione maior sit expensa, quàm emolumentum, & tunc non debent reficere, vt probatur in l. mediterraneæ. vbi Bart. C.de anno. & trib.libro 10. Et Callistratus ait: *Pecuniam, quæ in opera noua legata est, potius in tutelam eorum operum, quæ sunt, conuertendam, quàm ad inchoandum opus erogandam, Diuus Pius rescripsit: scilicet si satis operum ciuitas habeat, & non facilè ad reficiendū ea pecunia inueniatur.* l.fin. ff. de operis public. Ideo statuit Theod. Imperat. l. *Ne splendidissimæ vrbes, vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris Reipu. tertiam partem reparationi publicorum mœnium, & thermarum substitutioni deputamus.*

Sed quomodo cogendi sunt? Respondeo pro singulorum viribus. l.omnes ij.C.de oper.publ.vt nullus immunitate gaudeat. l.j.ibidem.l.fi.de immunitate ne conced.lib.10.C.

Ista tamen cura posteà demandata est Præsidibus prouinciarum. l.secunda. & per totum. ff. de operis publ. Et demum ab Imperatoribus, Iudicibus prouinciarum, id est, locumtenentibus Seneschallorum, & Balliuorum, non autem Præpositis. vt l.nemo iudicum.in fin.C.eod. l.ij C.de conditis in publ.horr. lib. 10. & vide in l. præses prouinciæ inspectis. infrà titul.suo.

Curatores operū debēt esse diligentes.

Curatores quoque operum diligentes solenniter præponere.] Hi curatores operum dicuntur, quibus opera publica ædificia cōmissa erant, fortè Palatia, Prætoria, naualia & alia ædificia publica, vt ea reficerent, construerent, vel sarta tecta tenerent. l.ij.§.sed & si curatores. ff.ad municipal.l.j. & ij. de operis publ.& hic solenniter creari solebant, habita prius inquisitione, si diligens esset, & iuramento ab eo exacto, vt rectè opera publica curet: nec enim duas operis curas administrare poterant. l.fina. ff.de vaca. muner. de his scripsi & aliis in l.quibus.ff. ad verb.signific. vide in l.fin.infrà de assessor.

Ministeria quoque militaria, si opus fuerit, ad curatores adiuuandos dare.] Hic accipit ministeria pro ministris militaribus, qui erant in prouinciis Præfecti ad remp.iuuandam, & tutandam. l. obseruare.suprà eod. Vnde Proconsul, si opus fuerit ad curatores operum adiuuandos, cogere hos milites, & apparitores poterit.probaui in l.i.a lege censoria.ff.de verb.signific.

Et sic iudex poterit cogere interdum apparitores,
5 vt suspendant aliquem, si alius non inueniretur. per istum textum si opus fuerit, quia hi Præfecti sunt non ad remp. furandam, vt multi faciunt, sed ad eam iuuandam, licèt regulariter quis inuitus actum Reip. vilem exercere non cogatur. vt in titul. C. lib. 1. ne quis liber inuit. vide Bart. & quæ ibi scripsi in l.finali. ff.de pig.actio.

§. Cùm plenissimam autem iurisdictionem Proconsul habeat, omnium partes, qui Romæ, vel quasi magistratus, vel extra ordinem ius dicunt, ad ipsum pertinent.

Iurisdictio Procōsulis plenissima.

PRoconsul in prouincia sibi decreta habebat plenissimam iurisdictionem, id est, amplissimam potestatem, & imperium, adeo vt loco omnium magistratuum, vel eorum, qui extra ordinem ius Romæ dicunt, ius dicere ipse in prouincia poterat.

Vnde causas ad Præfectum vrbis Romæ pertinentes, ipse Proconsul audire in prouincia poterit, & alias omnes, siue illi tanquam magistratus ius Romæ dicāt, siue extra ordinem, vt Præfectus vigilum, & alij. Nam sicut Pompo. in l.ij.§.deinde Cornelius. de origine iur.scribit: Præfectos annonæ & vigilum non esse magistratus, sed extra ordinem vtilitatis causa constitutos, & sic iudicabant etiam extra ordinem: alij vero regulariter tanquam magistratus ius dicebant, nisi in quibusdam causis, in quibus extra ordinem procedebant. vt in l.nec quicquam.infrà eodem. l.ordo.ff.de publ.iudic.& de his omnibus poterat Procōsul cognoscere in prouincia sibi decreta.

LEX VIII. IDEM LIB. XXXVII. AD EDICTVM.

ET ideò maius imperium in ea prouincia habet omnibus post Principem.

ACcurs. excipit Consules, qui non erant excipiendi: nam substitutus non potest habere maiorem potestatem, quàm substituens, sed Proconsules sufficiebantur in locum Consulum, ergo non poterant ipsi maius imperiū habere in prouincia, quàm Consules Romæ. Sed videtur dicere iste text. Proconsules in prouincia sibi decreta fungi partibus omnium magistratuum Romæ, & eorum qui ius extra ordinem dicunt, & habere in prouincia maius imperium omnibus post Principem. Nam & ipsi in prouincia extra ordinem, & pleno ordine ius dicere poterant, quemadmodum alij magistratus Romæ: non tamen habebāt maius imperium, quàm Romæ Consules, à quibus erant Præfecti.

Nec refragatur l. iiij. infra. de offic. Præsidis. vbi Præses prouinciæ in ea prouincia maius imperium habet omnibus post Principem, ergo habet maiorem quàm Proconsul. Nām Hermog. ibidem scribit: *Ex omnibus causis, de quibus vel Præfectus vrbis, vel Præfectus Prætorio, itémque Consules, & Prætores, cæteriq́; qui Romæ cognoscunt Correctorum & Præsidum prouinciarum est notio.*

Respondeo, ibi accipi pro Proconsule, cùm Præsidis nomen generale sit. l. prima. de officio Præsid. Etiam vbi non erat Proconsul, habebat illam potestatem. Nam in quibusdam prouinciis erant tantùm Præsides, & de illis loquuntur illa iura, & Præsidiales vocabantur hæ prouinciæ, vt dicam in illo titulo.

Præsides exactis Consulibus successerunt.

Vel distinguenda fortè sunt tempora. Nam vno fortassis tempore Proconsules habebant maius imperium, quàm Præsides, quoties durauerunt Consules, sed exactis Consulibus & translato imperio in Principem, ipse creauit Præsides, quibus dedit maius imperium post ipsum in prouinciis illis decretis. Etiam quando Proconsules non erant, Præsides habebant plenissimam iurisdictionem, & istud tenere, tutius est. Nec regulariter solebant committi Proconsules, & Præsides in vna prouincia. Vnde quæ

Iurisdictio

iurifdictio folita concedi fuit Proconfuli, dabatur poftea & Præfidi prouinciæ fecundum diuerfa tempora, vel fecundum diuerfas regiones. Nam in vna vocabatur Proconful, in altera Præfectus Auguftalis. vt in titul fequen.& in l.eos.C.de modo mulcta. alibi vocabatur Præfes, & alio in loco Rector.vt dicam in tit.de offic.Præfid.

Et fic docet Accurf.hic quod fi concedatur alicui plenifsima iurifdictio, continebitur imperium merum,quod probant interpretes.dicam in l.imperium. ff.de iurifd.omn.iud.

SVMMARIA.

1 *Curiæ supremæ in Francia habent maius imperium, quàm ipsi locumtenentes Regis.*
2 *Succefferunt in locum Præfectorum Prætorio.*
3 *Curia fuprema poteft prehendere & punire nocentes, etiam in ingreffu Proconfulis.*
4 *Rei fifcalis cognitio fpectat ad procuratorē Principis.*

LEX IX. IDEM LIB. II. DE OFFICIO PROCONSVLIS.

NEc quicquam eft in prouincia, quod non per ipfum expediatur. Sanè fi fifcalis pecuniaria caufa fit, quæ ad procuratorem Principis refpicit, melius fecerit fi abftineat.

EX his legibus colligebant quidam Proconfulem, feu Regis locumtenentē maius imperium habere,quàm Curiæ fupremæ,quæ Parlamenta vocamus, & fic ceffare poteftatem Curiarum fupremarum, & aliorum magiftratuum eo præfente. per c.volentes.de offic.Legat.

Contrarium tamen eft verum,quia ifte text.dicit Proconfulem habere maius imperium poft Principem,fed Curiç fupremæ iudicant nomine Principis, & non aliter iudicant, quàm ipfe foret iudicaturus. l.vnica. fuprà de offic. Præfecti Prætor. Vnde cùm in eorum iudiciis & fententiis nomine Principis femper iudicent, ipfe Princeps eft maior fuo locumte-
1 nente, & fic Curiæ fupremæ maiores erunt, quàm ipfi locumtenentes Regis, qui nomine fuo iudicant: Curiæ autem fupremæ nomine Regis,& femper loquitur Rex per eas, ergo verba Regis funt pretiofiora & fortiora, quàm aliorum verba, videlicet Proconfulis & aliorum inferiorum.

Curiarum fupremarū poteftas. Prætereà commiffa eft fuprema iurifdictio fupremis Curiis in omnibus caufis,Gubernatoribus verò Regis non. Ideò ipfi in cafu delicti poffunt contra ipfum patriæ gubernatorem inquirere, & ipfum apprehendere,& poftea Regem certiorare de criminibus commifsis per eum,quod non poffet facere Proconful, ne quidem contra vnum Confiliarium. l.fin. C.vbi Senatores vel clarifsimi.

Nec refragatur,quod olim Proconfules hanc haberent poteftatem: quia Curiæ fupremæ non erant decretæ in prouinciis, ficut nunc funt. Ideò Proconfuli hæc iurifdictio dabatur, fed hodie in regno fecùs: etiam olim non habebat maiorem poteftatem, quàm Præfectus Prætorio, vt fuprà fuo loco proba-
2 uimus,in locum quorum fucceſſerunt Curiæ fupremæ,prout ibi tractauimus.

Nec me mouet d.cap. volentes. quia ille text. intelligitur, quando maior adeft, forte Princeps, vel Legatus à latere, fed in cafu ifto Proconful non eft maior in iurifdictione, quàm Curiæ fupremæ,à quibus non appellatur. l.j.ff.à quibus appellar.non licet. fed à Proconfule in arduis & criminibus appellatio recipiebatur.

Vnde infertur, Curias fupremas poffe exercere iurifdictionem etiā præfente Gubernatore,nec ceffare earum imperium.Nam etiamfi maior fit præfens, non ceffat iurifdictio ordinarij, maximè quando ille ordinarius non habet iurifdictionem ab illo.l.in hac. vbi glof.& Doct.C.de don.&in authent.de defenfo. ciuitatum. §.nulla.collation.3. Nec ceffat iurifdictio Epifcopi propter aduentum Legati. Bart.in l.fi.infrà eodem. Doctor.in d.cap.volentes. Bar.& alij in l.iiij. §.fi tam vicinum.ff.de damno infect. Barbat.confilio 45.mandato.col.2.in 2.vol. *Iurifdictio ordinarij non ceffat, etiamfi maior fit præfens.*

Ideò poterit Curia fuprema prehendere, & punire nocentes etiam in ingreffu Proconfulis inuentos, & hoc fuiffe fua memoria factum,afferit Franc. Marc.in decif.Delph.in 37.in 1.parte. dum excellens Guafto Comes Fuxi,gubernator Delphinalis fuum primū ingreffum in ciuitate Gratiopolitana habuit. 3

Sanè fi fifcalis, &c.] Limitat hîc Iurifconfult. cognitionem rei fifcalis non pertinere ad Proconfulem, fed ad procuratorem Cæfaris,& quē hîc vocat procuratorem Principis,in tit.inferiori appellat procuratorem Cæfaris, vt dicam. Ratio huius text. eft, quia fpecialis poteftas data erat Procuratori Cæfari, ergo derogat generali,quæ data erat Proconfuli, per regulā iuris, Generi per fpeciem derogatur.& in c. 1.& c. paftoralis, de refcript.probat decifio. Neapol. 4t. quidam medicus, vnde & hodie diuerfi fiunt iudices in Francia. Nam alij funt Senefchalli, alij funt iudices fifcales,vt Electi & Generales, de quibus fuo loco dicetur. & maximè in Conftit.Reg. 4

SVMMARIA.

1 *Delegatio regulariter fine caufæ cognitione fieri poteft.*
2 *Papa, Principes vel Parlamenta partes inauditas condemnare,vel abfoluere non debent.*
3 *Filio ingrato pater iure alimenta denegare poteft*
4 *Iudex non audita altera parte, poteft pauperi, libello fupplicanti, Aduocatum decernere.*
5 *Concedenda apud acta per literas, vel per libellum expediri non poffunt.*

§. Vbi decretum neceffarium eft, per libellum id expedire Proconful non poteft. Omnia enim quæcunque caufæ cognitionem defiderant, per libellum non poffunt expediri.

VArios intellectus ad hunc textum afferunt iuris interpretes, quæ varietas præcipuè manat ex ambiguitate duorum vocabulorum, necnon ex vfus forenfis ignorantia, quæ omnia, vt planè intelligantur, prætermittenda eft libelli quædam generalis fignificatio. Siquidem aliquando pro exiguo libro, & literis, feu fcriptura capitur. vt l.fi ego. §.plane.ff. de iure dot. vbi fic Vlpianus fcribit: *Planè fi rerum libellus marito detur, vt Romæ fieri videmus.* Nam mulier res, quas folet in vfu habere in domo mariti, neque in dotem dare, in libellum folet conferre, eumque *Libelli varia fignificatio.*

cumq; libellũ marito offerre, vt iis ſubſcribat, quaſi res acceperit, & velut chirographum eius vxor retinet, & fatetur res quæ in libello continentur, domum eius ſe intuliſſe. l. ſi publicanus. §. j. de publ. & vectig. ibi, *Significet ipſi libello manu ſua ſcripto.* Et aliquando vocatur libellus diuortij. in l. ſi pœnitent. de diuort. Interdum inſcriptionum libelli dicuntur, vt l. ij. ff. de adult. l. miles. §. *Socer cùm nurum adulterij accuſaturum ſe, libellis præſidi datis teſtatus fuiſſet.* & l. denunciaſſe. ibid. & libellos accuſatorios ſcribit idem Vlpian. pro ſcriptura accuſationem continente. Sic in l. libellorum. ff. de accuſat. Adhæc pro ſupplicatorio libello ſumitur in l. minorum. C. de præd. & aliis reb. minor. ibi: *Minorum poſſeſsionis venditio, per procuratorem delato ad Prætorem, vel Præſidem prouinciæ libello fieri non potuit, cùm ea res confici rectè aliter non poſſet, niſi apud acta cauſis probatis, quæ venditionis neceſsitatem inferant, decretum ſolenniter interponatur.* & l. libertus. ij. ff. de in ius vocand. & C. quando libel. Principi datus. & in l. ij. C. quemadmodum teſtam. aper. Capitur etiam pro ea ſcriptura, quæ breuiter comprehendit tenorem ſententiæ ferendæ, & in formam poſtea redigendæ, nonnulli Breuiculum appellant. de quo in l. ij. C. de ſenten. ex libel. recitand. Nos Gallicè vocamus *Dicton.* Aliàs quoque pro Apoſtolis, ſeu ſcriptura à iudice appellationis appellanti tradita. vt in tit. ff. de libell. dimiſſo. Eſt & libellus famoſus, ſcriptura in contumeliam alterius facta. vt C. de libel. famoſ. Eſt & conuentionalis ſeu iudicialis, vt in authent. offeratur. C. de litis conteſt. & titul. de libel. oblatione. aliiſque modis accipitur, quos hîc declarant Doctor. & ego inferiùs non omittam.

Decretum, qualiter accipiendum ſit. Decretum verò hîc interpretantur nonnulli accipi pro authoritate iudicis, quam adhibet in alienationibus rerum minoris. vt in l. magis puto. ff. de reb. eorum. & in toto titul. de præd. minor. ſine decret. non alienand. Et in decernendis pupillo alimentis pro modo facultatum. l. j. & ij. ac per totum. ff. Vbi pupil. educa. debeat. necnon in tranſactionibus alimentorum. l. cùm ij. ff. de tranſact. Enumeraui alios caſus, in quibus hoc decretum interponi ſolet. in tit. de concluſ. Lateranenſis Concil. in verbo, decretis. Alij verò capiunt pro omni deliberatione, ſeu ordinatione iudicis.

De eodem re. Ego verò putarem hîc decretum generaliter accipi pro ſtatuto: ſeu iudicis pronũtiatione. Quemadmodum Vlpian. ait pronuntiatum & ſtatutum idem dici poſſe, promiſcue enim, & pronuntiaſſe, & ſtatuiſſe ſolemus eos dicere, qui ius habent cognoſcendi. l. pronuntiatum. ff. de verb. ſignific. vbi ſcripſi. Sic igitur decernere, pro ſtatuere (nec magis in vna, quàm in alia ſignificatione capietur) id eſt, ſuam certam proferre ſententiam. in l. pen. ff. de iuſtit. & iure. l. j. ij. & iij. ac l. fin. ff. vbi pupil. educa. debe. vbi in vna lege dicitur, *ſtatuet*, in alia *decernet*. Quamuis enim Iaſ. & Alciat. reſtringere volentes dicant, decretum eſſe iudicis ordinationem ſolenniter interpoſitam, abſolutionem, vel condemnationem non continens, vt differat à ſententia: poſſet hoc quidem admitti in materia alienationis, & vbi iudex ſuam debet interponere authoritatẽ. Sed hoc loco prædictæ adhærerem opinioni, cui aſtipulatur Stella, vt pro qualitate materiæ generaliùs capiatur, verbi gratia, iudex non debet ſine cauſæ cognitione decretum interponere. l. magis puto. ff. de reb. eorũ. multò minus ſententiam definitiuam decernere. l. ij. C. de ſentent. ex libel. recitan. Et quia ratio generalis eſt. l. regula. §. fin. ff. de iur. & fact. ignor. l. cùm pater. §. dulciſsimis. de legat. ij. Iaſ. in l. j. §. fuit. ff. ad Treb. tum quod ſententia definitiua decretum vocatur. l. decreta. ff. de re iudic. & l. j. ff. de conſtit. Princip. l. ſi Prætor. de iudic. l. cùm iuſto. de colluſio. detegen. Tamen apud Iuriſc. duobus potiſsimè modis decretum accipitur. *Decreti duplex ſignificatio.* Primò, quãdo quid pro tribunali cauſa cognita decernitur, non de plano id decretum Iuriſconſ. vocant, vt hîc, & in l. iij. ff. de bono. poſſeſſ. decretalem vocantes bonorum poſſeſsionem. quæ cauſa cognita pro tribunali decernitur. Edictalem verò, quæ ex edicto de plano, ſine cognitione datur. l. j. §. decretalis. ff. de ſucceſſor. edict.

De eodem re. Etiam decretum accipitur pro eo, quicquid Prætor, vel Præſes ſtatuit de re pecuniaria, ſiue cauere iubeat, mittátue in poſſeſsionem, ſiue interdictum reddat, aut iudicium, ſiue iudicet ipſe, & ſententiam ferat. l. j. ff. quod quiſque iur. l. ſi Prætor. de iud. l. Prætor. §. primo. de dam. infect. l. ſi quis. ne vis fiat ei, &c.

Tres ad hũc textum intellectus. Verùm, vt propiùs ad interpretationem noſtri tex. accedamus, tres ad hunc præcipuè intellectus aſsignantur. Primus ab Accurſio, cum quibuſdam eius ſequacibus, nempe quòd ea, quæ cauſæ cognitionem deſiderant, non poſſunt per libellum expediri, id eſt, per iudicem delegatum, intelligendo per conſequens ea non poſſe delegari, quemadmodũ etiam interpretantur. l. omnia. ff. de regu. iur. qui intellectus non poteſt congruere iſti text. ſiquidem nullum verbum de delegatione, ſed de cauſæ cognitione. Quod ſi de delegatione intelligeretur, non video quid impediat, quominus delegatio fieri poſsit per libellum, regulariter enim cauſæ cognitionem non requirit. l. obſeruare in fi. cum l. ſeq. ſuprà eodem. & l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdict. §. ad hoc id prohibemus. in authen. de colla. collat. 9. Poteſt nempe iudex abſentibus & inuitis partibus, ſalua recuſatione, delegare. c. iudex. de offic. delegat. in 6. glo in c. ſuper. §. ſi verò. in verbo, ſi non poſſunt. illo tit. in Decretalib. Et qui poteſt inuitis aliquid facere, multò magis & ignorantibus, & abſentibus. l. qui poteſt. ff. de regulis iur. plenè Doctor. in d. l. omnia quæcunque.

Secundus intellectus eſt Budæi & Alciati lib. Paradox. 2. c. 3. necnon Corraſ. & antiquorum Doctor. vt intelligatur de libello ſupplicatorio, qui intellectus, licèt melius conueniat verbis text. verumtamen plus iuſto reſtringere videtur noſtrum text. generaliter loquentem. Idem in his dicerem, qui cenſent decretum hic accipi pro authoritate iudicis interpoſita in actu alienationis minoris, vel in alio actu, vt ſuprà dictum fuit.

Tertius intellectus eſt dom. Stellę generaliter hũc textum intelligentis pro omni iudicis ordinatione, quæ cauſæ cognitionem requirit, ſiue definitiua ſit ſententia, ſiue interlocutoria, ſiue quoduis aliud iudicis præceptum. Quæ quidem interpretatio plurimum congruere videtur generalibus verbis huius textus. Adderem tamen non ſolùm intelligi poſſe de libello à parte dato, ſed etiam à iudice, veluti Proconſule, vel alio, vt videlicet Proconſul non poſsit expedire cauſam per libellum, id eſt, ſcripturam, vel ſuam, vel partium, in qua decretum eſt neceſſarium. Is igitur eſt verus intellectus noſtri text. vt cũ quæreretur, an poſsit Procõſul per libellum, & ſcripturam,

vel par

vel partis,vel ſuam expedire ea,in quibus decretum eſt neceſſarium? Reſpondet Vlpianus vbi decretum neceſſarium eſt,& iudicis cognitio, & pronuntiatio, non poterit Proconſul,per libellum, vel ſcripturam ſine cognitione, & pronuntiatione factam expedire negotium,ea ſcilicet ratione:nam quæcunque cauſæ cognitionẽ requirunt, non poſſunt per libellum expediri. Et ex hoc text.ſumpta eſt regula iuris. Omnia quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, non poſſunt per libellum expediri.ff.de regul. iur. Itaque ſi Proconſul literas ſuas ad petitionem partis vellet decernere, inhibendo, præcipiendo, vel ſtatuendo contra partem abſentem, non poſſet,nec ſubſcribere libello, vel ſcripturæ datæ à parte, vt quidpiam fiat, quod pars requirit, ſcilicet cùm requiritur cauſæ cognitio. Sic igitur ego intelligerem hîc libellum accipi non ſolùm pro ſupplicatione partis, ſed etiam pro literis iudicis, vt nec poſsit ipſe concedere literas, vt talis domus vendatur, aut quòd fructus ex tali re mea capiantur, aliáue ſtatuere, quæ cauſæ cognitionẽ deſiderant.l.minorum.C.de præd.minor.

Libellus pro literis etiã iudicis accipitur.

Ratio dubitandi ad hãc legem.

Ratio dubitandi ad iſtam legem erat: quia Proconſul pleniſsimam habet iuriſdictionem, & maius imperiũ omnibus poſt Principem, in prouincia ſibi decreta, vt nihil in ea fieri poſsit, niſi accedente eius authoritate. dicta l.vij. & l.ſequent. iuncta hac lege. Videbatur ergo eum inſtar Principis poſſe quodcumque expedire per ſcripturam, & per libellum. Contrarium dicit hic text. Nam quamuis Procõſul pleniſsimam habeat iuriſdictionem,nõ tamen partes inauditas condemnare, vel abſoluere poteſt, alióſue actus gerere,cognitionem cauſę requirentes.Quemadmodum Deus Optimus Maximus nos edocuit, qui Adam noluit condemnare, niſi vocatum & auditum, ſic nec Sodomam euertere. Geneſ. 3. & 18. c. & cap.Deus omnipotens.ſecundo.quæſtione prima. & cap.ſerpens.de pœnit.diſtinct prima.cap.qualiter.
2 de accuſat. Ita nec quidem Papa, Principes, Parlamenta, vel alij quamuis ſupremi magiſtratus. cap.primo.de cauſ. poſſeſsio.cle.paſtoralis.de re iud. Siquidem vbi pars lædi poteſt, vocanda eſt, & audienda.l.de vnoquoque. ff.de re iudic. dict.clement. paſtoralis. illo titulo. Vnde Feneſtella in ſuo libellò de magiſtratibus Roman. ſic ait: Ipſe enim Proconſul lites, quæ ſerioſa excuſsione, animaduerſionéq; indigẽt, ſummatim pertractare, ac definire non debet. Ea verò, quæ cognitionem exactiorem non deſiderant, vt obſequium à libertis, patronis, & à liberis parentibus debitum, ſummatim pronuntiare poterit, quod de plano vocatur. §. de plano. infrà eodem. ſic in fine huius textus dicitur Proconſulem ea, quæ communia ſunt Præſidum, debere obſeruare: cauſæ autem cognitio communis eſt Præſidibus, vt patet in tit.ſeq.

Quæ cauſæ cognitionẽ requirunt, per ſolã ſcripturã expediri nõ poſſunt.

Duo igitur ex hoc textu colligenda nobis erunt vſu quotidiana. Primò,quòd iudex in his,quę cauſæ cognitionem requirunt, nihil poteſt ſtatuere, decernere, vel pronuntiare per ſolam ſcripturam ſine cauſæ cognitione. Vnde ſi petam à iudice talem ex domo expelli: quia finita ſit ſua locatio, vel quòd malè in re verſatur, vel quia ego dominus re locata indigeo, huic libello reſpondebit iudex hoc modo, faciat ſupplicationem in iudicio, vel compareant partes, & ſimilibus verbis, vt ſic non niſi cum cauſæ cognitiõe expellatur inquilinus: prius enim audire debet partem, & poſteà decernere, vt facit hîc l. æde. C. locat. cap. propter. in fine.de locat. Quod ſi econtrà ſimpliciter reſponderit iudex,ſubſcribendo, fiat, vel eiiciatur, vt requirit pars, non valebit hæc ſubſcriptio.l.iudex.C.comminatio.vel epiſtolas,ibi: ***Nam ſubſcriptionem ad libellum datam talem, quæ diuerſam partem in poſſeſsionem fundi mitteret, vicem rei iudicatæ non obtinere, non ambigitur.*** Ita ſi dicam iudici, Titium mihi eſſe obligatum, petens vt concedat literas ad prehendendum eum, & in carceres detrudendum, quouſque ſoluat, iudex concedere non debet, niſi conſtiterit ei de inſtrumento obligatorio ſic concepto.l.fin. ff. quod metus cauſ.gloſ.in l. tertia.§.tutores.ff.de ſuſpect.tuto.quam gloſ. approbat Iaſ in §.primo. num.90.Inſtit. de actio. quo caſu etiam abſque alia iudicis authoritate iam condemnatio eſt à notorio facta.

Ampliatio ad textum.

Amplia etiam in ſummariis per hunc textum, ibi: Omnia, & quæcunque. Siquidem hic generalitas geminata plus aliquid operari debet, quàm ſimplex.l.Baliſta. ff.ad Trebellianum. facit l.qui habebat. ibi: ***Omnia quæcunque in Syria habeo.*** ff. de legatis tertio.

Vnde ſi filius offerat libellum iudici, ad compellendum patrem ſibi alimenta præſtare,id non decer-
net iudex antequam patrem audierit: poteſt enim 3
eſſe filius ingratus, cui pater alimenta iure denegare poſſet. l.ſi quis à liberis. §.idem iudex.vbi gloſ. ff.de liber.agnoſcend.& in hac lege.§.de plano.nempe requiritur etiam in ſummariis cauſæ cognitio, ſicut in plenariis, niſi quòd breuior eſſe debet. clemen.ſæpe. de verborum ſignificatione. Bartol. in extrauag. ad reprimendum.

Ampliatio altera.

Extenditur etiam generaliter hic text. ad omnes actus, in quibus exigitur cauſæ cognitio ſine qua, ſi iudex inaudita parte ſuam protulerit ſententiam, nullius erit momenti. l. cùm hi. §. ſi Prætor. ff. de tranſactio. l.ex ſtipulatione. C.de ſentent. & interlocutio. omnium iudicum.cap. ad audientiam.in verbo, denunties non obtinere.de appellat. Bartol. & alij in l.ij. C.de edend.gloſ.& Doct.in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtit.vbi ponitur regula cum ampliatio: & limitat.

Non refragatur lex ſecunda. C.de ſenten.ex libel. recitan. vbi iudex ſententiam definitiuam in libellum confert, & ex libello recitat, & valet illa ſententia per libellum recitata, & prolata. Reſpondeo, iudex non poteſt per libellum, niſi cauſa cognita ſit, vnde Imperator ait: ***Ea quæ cauſa cognita ſtatuuntur, ſubſcriptionibus reuocari non poſſe, ſæpe reſcriptum eſt.*** l.ij. C.comminatio.vel epiſtolas.

In quibus cauſæ cognitio requiratur.

Cauſæ autem cognitio requiritur ferè in omnibus, in quibus pars lædi poteſt.l.de vnoquoque.ff.de re iudic. potiſsimùm in his, quæ facti ſunt, quamobrem vocanda eſt pars: in his verò quæ ſunt iuris, non. l. in cauſæ. §.cauſa cognita. ff. de minor. Et ſic olim Imperatores (vt docet Stella) reſpondere ſolebant, quæſtionibus iuris ſimpliciter reſpondendo. l.item veniunt. §. pridie. ff. de petitio hæredita. l.reſcriptum.de diſtractio. pignor. Quòd ſi quæſtio facti ambiguitatem includebat, ſolebant reſpondere: ***Si ita eſſet, ſi preces veritate nitantur.*** l.fin. C. de diuerſ. reſcript.l.ſed addes.§.fin.ff.loca.

Secundò notare poſſumus ex hoc text.argumentum à contrario, quod in iure probatur. l.j. de offic.

Quæ causæ cognitionē nō requirūt per solū libellū expediri possūt.

eius. scilicet, quòd ea quæ causæ cognitionem non requirunt, possunt per libellum simplicem expediri: veluti si quispiam, à quo furto substracta est res, probabilibus argumentis dicat rem substractam esse, penes talem, libellumque supplicatoriū porrigat iudici, petens familiam ad eam rem perquirendam, in domo talis suspecti, poterit hoc iudex absque alia causæ cognitione decernere, videlicet, quia ista res celeritatem desiderat. l.requirendi. C. de seruis fugiti. ibi, *Præsidalis officij est.* l.omnes.de aquæductu. libro 11. nec causæ cognitionem requirit.

4 Adhæc, si pauper libello supplicet Aduocatum sibi dari, iudex id decernet non audita altera parte, vt constat in fine huius legis. Idem si petat sibi distributionem Aduocatorū fieri: quia fortè diues omnes Aduocatos, rectos, & doctos præoccupauerat, claudos autem & ignorantes huic pauperi reliquerat, quo casu iustè poterit exigere pauper vnum saltem ex rectis & bonis sibi præstari, sicut probatur in l.prouidendum.C.de postul.

Praxis regni Fräciæ, quoad subscriptionē libellorum quorūdam.

Ex hoc loco etiam non est omittenda praxis alia huius regni, multum iuri scripto congrua quoad subscriptionem horum libellorum, vt soleant quidam nostri iudices concedere literas, quibus inhibent, præcipiunt, iubent, prout negotium sese offert colitiganti, ne quidpiam faciat, attentet, cum adiectione clausulæ: *Nisi causam allegare voluerit.* Ad quam proponendam, si fortè proponat, iubent apparitori certos ei diem & horam præstituere, vulgò dicimus in casu oppositionis, Gallicè: *En cas d'opposition, refus ou delay, adiournez les opposans, ou delayans à certain & competant iour.* [In casu oppositionis, recusationis, vel dilationis, opponentes, vel differentes ad certum & competentem diem citato.] Et tunc præceptum hoc dicitur resolui in simplicem citationem, secundum Bartolum in l.prima.per illum textum. de executio.rei iudic. quam tamen formam reprobat hoc loco Bartol. dicens nequaquam incipiendum esse ab executione, nec per libellum actum expediri debere, cùm decretum necessarium est, quemadmodum hîc dicit esse necessarium. Verumtamen sic promiscuè seruat vsus Franciæ, vt abundè scripsi in primo tomo Commentariorum ad Constitur.Reg. tractat. de libel. obligator.articulo sexto. glossa secunda. Ratio praxis esse videtur. Nam comparenti hoc casu nulla fit iniuria, datur enim ei re integra libera defendendi, & impediendi in iure facultas, quem vsum confirmat Bald. dicens esse introductum pro faciliori & breuiori iudiciorum exitu. vt ipse docet in l.scire oportet. ff.de excusa.tutor. Corset.in singular.incipiente, Citatio.

Praxis præcedentis ratio.

5 Tertiò colligere possumus ea, quæ apud acta concedenda sunt, non posse per literas concedi, nisi apud acta. l.minorum. C.de præd.minor. Et ideò in integrum restitutio minoris, quæ causa etiā cognita fieri debet. l. in causa. prima. §. causa cognita. ff. de minor. non poterit per libellum expediri vt hic, sic curatorem habenti, non potest alius adiungi, nisi causa cognita. l. curatorem. Cod. qui dare tutores possunt.

Postremò addit hîc Ias. multos casûs in quibus proceditur sine citatione, & alios Hyppolit. in l. de vnoquoque.ff.de re iudic. & centum quindecim casus congerit Anthonius Nicellus in Concord. glos. iuris canonici & ciuilis. concord.52. qui omnes ferè sublati sunt contrario vsu forensi, quippe semper vocari solet pars, & citari, si grauari possit, aliàs illi nocere non debet, quod ea inaudita factum fuit. l.absentem.ff. de pœnis.

Vsus forensis in parte semper citanda.

S V M M A R I A.

1 *Iudices debent Aduocatos & Procuratores quid perperàm agentes, punire.*

2 *Clientes non possunt Aduocatis suis loco salarij promissiones, instrumenta, aut chirographa tradere.*

§.Circa Aduocatos patientem esse Proconsulem oportet: sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur: nec ideò dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat, eósque solos pati postulare, quibus per edictum eius postulare permittitur.

OFficium boni Proconsulis docet, vt patiens sit circa Aduocatos. vnde refert Marcellus in l. proximè. ff.de his quæ in testa. delent. Iunium Zenonē his verbis dixisse Imperatori: *Rogo domine Imperator audias me patienter.* quod facit contra quosdam Præsides Curiarum cerebrosos, nolentes Aduocatos audire, & si eos audiant, probris afficiunt, qui Præsides, si officio Aduocati fungerentur, ridiculos fortè omnibus se præberent. Consyderare itaque parentes debent, quòd & filij fuerunt, & filij quòd parentes efficientur. §. hæc autem. in authent. vt cùm de appella. cognosc. collat. octaua. & Diuus Gregorius sic scribit Ioan.Episcopo Syracusa. Tales nos erga subiectos debemus existere, quales nos si subiecti essemus, vellemus esse Præpositos. c.quorundam.74.dist.

D.G[...] præclara sententia.

Quid cū ingenio aliquem audire.

Item docet quomodo Proconsul eos audire debet cum ingenio, videlicet cum industria & solertia, ne sit contemptibilis. Nam si quadruplicationem vellet audire, & illos semper obstrepentes vsque ad nauseam, contemptibilis esset, sed eos audiat, vt decet, à petitore petitionem & replicationem, à reo defensionem & duplicationem, vt constat titul.de replica.in Institut. Et ita consuetum est in Curiis Franciæ seruari, & hoc erit cum ingenio audire, & est pulchra phrasis Iurison. cum ingenio aliquid facere, vel audire, vel aliud, & sine ingenio, contrarium. & in l. obseruandum. in fin.de offic.Præsid. dicit: *Ita summatim ius reddi debet, vt authoritatem dignitatis suo ingenio augeat.*

Causarum cōcinnatores qui sint.

Adhæc non debet dissimulare, si inuenerit aliquos Aduocatos, vel Procuratores causarum concinnatores. Concinnatores sunt, qui lites delationibus, frustrationibus, & cauillationibus protrahunt, & poliunt, vt malam causam, videri faciant bonam, vt dicit glossa in cap. primo. de confessis. libro sexto. glossa in l.quod si nolit. §.culpam. in verbo, adhibuerit. ff. de ædil.edict. Alexand libro quarto Genialium cap. decimoquinto fusiùs declarat, qui sint hi concinnatores. Ideò Iustinian. scribit in §. *Si verò iudex aliquis aliquam senserit malignitatem ab aliquo ministrantium fieri, expellant quidem auditorio eos, qui non cum vtili opinione causis vtuntur.* in authent. de iudicib.

iudicib collat sexta. quod facit contra Procuratores multos, qui malitia, & subterfugiis vtuntur in causis sibi commissis, sed cacodæmon eos sine dilatione, si non resipiscant, à morte ad inferos perducet.

Litium redemptores qui dicantur.

Redemptores litium sunt, qui litis effectum mercantur, & de quota litis paciscuntur. l. litem. C. de pact. l. si remunerandi. §. maurus. ff. mandati & quot modis accipiatur verbum, Redemptoris, in iure, scripsi in l. sæpe. ff. de verb. signific.

1 Ex hoc text. etiam colligitur, iudices debere punire Aduocatos, & Procuratores coram eo causi antes, & quicquam perperam agitantes, nec debet dissimulare illud peccatum, & astute celare malum perpetratum. Nam dissimulamus vera, falsa simulamus. l. falsus ff. de furt. dissimulamus non esse quæ sunt, & simulamus quæ non sunt. Accursius in l. ... ff. de concussio. l. statuliberum. § primo ff. de ...

2 Vnde Senatus prohibuit, ne clientes sui Aduocatis promissiones, instrumenta, aut chirographa faciant, etiam pro salario, sed liberum est Aduocato petere à iudice, coram quo causa agitatur, vt salarium sibi taxetur, & sic fuit annullatum chirographum sex aureorum factum Aduocato nominato *Tru.* à quodam Solicitatore, anno 1554 die 17. Martij. argumen. l. medicus. ff. de variis & extraord. cognit. l. quisquis. §. præterea. C. de postul.

SVMMARIA.

1 *Custodia, etiam de plano audiri possunt, & damnari.*
2 *Princeps, vel alius quispiam iudex non debet filium à patre oblatum, ad mortem damnare.*
3 *Quæstiones domesticæ intra domum terminandæ, nisi iudicium requirant.*
4 *Causæ coniunctorum & affinium per totam Italiam arbitris committuntur, ac per eosdem finiuntur.*

§. De plano autem Proconsul potest expedire hæc, vt obsequium parentibus, & patronis, liberisque patronorum exhiberi iubeat: comminari etiam & terrere filium à patre oblatum, qui non (vt oportet) conuersari dicatur. Poterit de plano similiter, & libertum non obsequentem emendare, aut verbis, aut fustium castigatione.

Obsequium parentibus, & patronis præstādum. Proconsul de plano præcipit.

VVlt Iurisconsult. vt Proconsul iubeat liberis, & libertis præstare obsequium parentibus, & patronis. de quo in titul. ff. de obseq. & poterit Proconsul comminari filio mulctam, & pœnam corporalem, si obsequium non præstet patri. in l. prima. §. cùm patronus. suprà vbi scripsi de offic. Præfect. vrb. etiam de liberto.

Poterit etiam terrere filium minis, & verbis, & de hoc verbo, & territorio scripsi in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signific.

De plano etiam hoc fieri poterit non sede ite pro tribunali Proconsule, & summarie procedendo, & vbi erit ei obligatus filius. facit l. prima. supra de con-
1 stitut. Principum. l. vnius. in fine. vbi custodiæ non solũ pro tribunali, sed & de plano audiri possunt, atque damnari. ff. de quæstio. l. prima. §. abolitio. ad Turpilia. Scripsi de hoc verbo, & de verbis, summariè, sine strepitu, & figura iudicii, & aliis in 1. tomo Commentariorum ad Constitut. Reg. titul. de sentent. executio. artic. 9. glos. 1. vbi dixi quinque modis accipi verbum hoc, & effectus docui ibi. & licet non requiratur libellus secundum Barr. si causa sit modica, requiritur tamen verbalis requisitio, quæ in scripturam redigi poterit, vt ibi dixi, etsi iudex decreuerit hoc faciendum esse.

Comminari & terrere filium a patre oblatum.] Colligi potest illa doctrina, quam Cepol scribit cautel. prima, vt Princeps, Proconsul, vel alius 2
iudex, nō debeat ad mortem damnare filium, quem pater obtulit, & allegatur pulcher text. Martian in l. milites agrum. ff. de re militari. §. *Desertorem qui a patre suo fuerit oblatus, in deteriorem militiam diuus Pius dare iussit, ne videatur* inquit. *pater ad supplicium filium obtulisse.* Et Cicero etiam in Orat. pro Milone loquitur de nocente, qui se obtulit.

Pro grauissimis delictis pater filium non offeret.

Ferè tamen dicerem hoc esse valde periculosum filio, quia non omnis Princeps est ita pius, sicut diuus et ... Pius Imperator, qui nomen sumpsit a probitate & clementia, & non putarem in grauissimis delictis patrem esse Salomone sapiẽtiorem, qui suum filium ita offerret: sed quando filius in patrem peccauit, morti non esset filius tradendus, si pater eum offerret, quia non videtur pater filium suum ad supplicium obtulisse, & sic loquuntur dicta iura.

Not. inter patrem matrem & filios quæstiones ortas intra domum terminandas esse, nisi iudicium exigant. l. congruentius. C. de patria potestate. Lucas de 3
Penna in l. prima. de coarcta. lib. 1. & ferè per totam Italiam causæ cōiunctorum & affinium per arbitros deciduntur, & ipsi compromittere cogendi sunt in 4
arbitros. vt plenè docet Hyppolit. Mars. sing. 467. viget statutum. & Ioan. Blanc. in suo tract. de compromissis plenè hanc materiam tractat.

SVMMARIA.

1 *Postulare in Curiis supremis apud Francos prohibentur, qui non sunt licentiati.*
2 *Aduocati frequentes, & qui in aliqua dignitate sunt, pupillis & furiosis dandi sunt.*
3 *Aduocato semel destituto, nunquam ad agendum copia datur.*

§. Obseruare itaque eum oportet, vt sit ordo aliquis postulationum: scilicet vt omnium desideria audiantur, ne forte dum honori postulantium locus datur, vel improbitati ceditur, mediocres desideria sua non proferant: qui aut omnino non adhibuerunt, aut minùs frequentes, neque in aliqua dignitate positos Aduocatos sibi prospexerunt. Aduocatos quoque petentibus debebit indulgere, plerumque fœminis, vel pupillis, vel aliàs debilibus, vel iis, qui suæ mentis non sunt, si quis eis petat, vel si nemo sit, qui petat, vltro eis dare debebit, &c.

Proconsul quomodo se habere debeat circa aduocatos.

Hic docet Proconsulem quomodo se habere debeat circa Aduocatos,& in §.circa.suprà. dixit debere eos patienter audire. Secundo, vt non debeat dissimulare calumnias illorum sed eos punire, qui illas exercent, ibidem. Tertio, ne patiatur
1 postulare, quibus non est permissum. Nam in l. prima. ff.de postulan. quidam repelluntur,& in hoc regno Franciæ in Curiis supremis repelluntur,qui non sunt decorati,saltem gradu licentiæ:in Curiis autem inferioribus, saltem Præsidialibus, qui gradu Baccalaureatus ad minimum honestati non sunt. vt constat edicto Regio. Quarto, debet per istum textum iudex ordinem seruare in audiendis Aduocatis, videlicet vt prius audiat antiquiores, & posteà alios pro ordine receptionis, ibi Vt sit ordo aliquis postulantium, vt omnium partium desideria audiantur. vt in Castelleto Parisiensi est fieri solitum. facit l.j.ff.de albo scriben.

Antiquiores aduocati, prius audiēdi sunt.

Rationem adiicit text. Nam si aliqui audirentur propter honor[illegible], [illegible] verò denegaretur audientia propter improbitatem, mediocres qui non sunt honorati, nec improbi, non possent sua exprimere desideria, & suam causam agere, si iudex versaretur inter honoratos,& scelestos, vt vni aurem præberet, aliis non. Nempe quidam mediocres fortè non adhibuerunt Aduocatum, aut elegerunt minùs frequentes Aduocatos, id est, qui in iudicio frequentes non sunt, sed domi sæpius se continent: ideò non potuerunt partes audiri, vel frequentes dicuntur, quià partibus multotiens consuluntur, & multas causas habent, ac clientes, ob id quia pars non accepit Aduocatos & frequētes, & egregios, nō fuit audita, quamobrem iudex, Aduocatorum ordinem sequi debet. Vnde Cicero pro S.Roscio scribit: Eo tempore Roscius erat Romæ frequens, atque in foro, & in ore omnium quotidie versabatur.

In aliqua dignitate positos Aduocatos.] Etiam dicit text. partes assumpsisse quosdam Aduocatos fortè iuuenes, incognitos, non positos in aliqua dignitate, id est, æstimatione, authoritate, & splendore, seu honore. Nam Cicero de Inuentione ait: Dignitas est alicuius honesta authoritas, quæ & cultu,& honore & verecundia digna est.

Dignitas quid sit.

Quintò, Proconsul debet petentibus Aduocatum dare, ibi: Aduocatos quoque petentibus, debebit indulgere. l.j.de postulando.ff. Sextò, pupillis, furiosis, & aliis qui non possunt Aduocatos petere sponte,& siue petitione dare debebit, ibi, plerumque fœminis,&c. Sed quos præstare istis debeat? Respondeo, frequentes, & qui in aliqua sunt authoritate & dignitate, per istum tex. etiam tutores sic dare potest. l.quod dicis. C.qui dare tuto.possint.

Proconsul etiā sine petitione pupillis & furiosis Aduocatos dabit.

2 Septimo, si quis dicat se non inuenire Aduocatum, per potentiam aduersarii, Proconsul dare debebit, vt si fortè est quidam nobilis, & nocibilis, qui omnibus nocet, non est qui contra eum postulare velit, iudex coget vnum, vel duos postulare pro paupere, & iudex isti Aduocato aut parti securitatem regio nomine concedet, contra hunc potentem, si petatur,& opus sit.

Et si quis Aduocatus monitus à iudice ea excusatione, quæ nequeat comprobari, cuicumque parti
3 patrocinium denegauerit, careat foro, sciat etiam nunquam sibi ad agendum copiam posse restitui. l. prouidendum. §.primo.C.de postulan. Et solet Aduocatus dari sumptibus illorum, quibus dantur, si bona habeant: si vero sint pauperes, gratis Aduocatus tenetur seruire. vt docet Guido Papæ in decisio. Delphin.q.561. si quis contra. & in stylo Parlament. rit.de Aduocat.

Octauò, si in vna Curia sint duo splendidissimi Aduocati, alii verò rudes, & diues,& potens assumpserit hos duos egregios, si pars aduersa petat sibi distribui vnum, iudex prouidebit.d.l.prouidendum. & vocatur per dicanicos distributio concilii.

Bart hic docet iudicem exercere officium suum posse, licet non petatur, de quo abunde scripsi in l. actionis verbo. ff.de verb.signifi. & in l.j.ff.de iurisd. om.iudic.& sic ad petitionem amicorum mendicantium, vel alterius personæ, poterit legatum mendicantibus religiosis, relictum adiudicare. vt in l.Quintus.ff.de annuis legat.clem.exiui.de verb.signific. & Bart in tract. minorita.vbi ius tractat.

Iudex potest etiā nō postulatus, officiū suum exercere.

Quæ etiam omnium Præsidum communia sunt, debent & ab his obseruari.] Ex hoc text.colligitur quæ superiùs dicta sunt in Proconsulibus, seruanda esse ab omnibus Præsidibus, & iudicibus, & in omnibus Curiis, quamuis Accursius superius multa enumeret specialia in Proconsulibus, quæ non possunt esse, si hæc omnia communia sint omnium Præsidum, sed fortè specialia sunt aliqua, sed non conscripta in hac lege.

SVMMARIA.

1 *Officialis antiquus dicitur, quandiu nouus in ciuitate principali iuramentum non præstitit.*

2 *Gesta per Consules & Scabinos annales, ac Capitularios, etiam post administrationis tempus, valent, si in exercitio sint.*

3 *Specialiter concessum non continetur in principali.*

LEX X. IDEM LIB. X. DE OFFICIO PROCONSVLIS.

Meminisse oportebit, vsque in aduentum successoris omnia debere Proconsulem agere: cùm sit vnus Proconsulatus, & vtilitas prouinciæ exigat esse aliquem, per quem negotia sua prouinciales explicent. Ergo in aduentum successoris debebit ius dicere. Legatum suum ne ante se de prouincia dimittat, & lege Iulia repetundarum,& rescripto Diui Adriani ad Calpurnium Rufinum Proconsulem Achaiæ admonetur.

Ista lex docet, quantum duret officium Proconsulis, & regulariter erat annale. Tamen dicit text. oportere Proconsulem exercere officium suum vsque in aduētum successoris,& ius dicere. Dubitatio erat, quia postquàm tempus taxatū erat, ergo post tēpus non habet iurisdictionem, sed est tāquam priuatus. L. cū qui.ff.de iuris.om.iud. At respōdet tex. esse vnum Proconsulatum vsque ad aduētum successoris, quamuis mutentur personæ, etia sine prorogatione. Alber. in q. parte statut.q.159. item quærit. vtilitatem eoam prouinciæ hoc maximè exigere, vt sit aliquis, per quē prouinciales negotia sua expediant. Vnde licèt Pro-

Officium Proconsulis annale.

consul

conſul ingreſſus fuerit fines prouinciæ, tamen non debet Proconſul antiquus ceſſare, donec ſucceſſor ingreſſus fuerit illam celebrem ciuitatem, in qua degebat deceſſor. ita docet l.vnica.tit.ſeq.

1 Et ſic quandiu reſidet officialis antiquus, dicitur idem officium numero, nec nouum vocari poteſt, nec dicitur nouus aduenisſe, niſi iuramentum in ciuitate principali præſtiterit, & morem ſeruauerit. in l. vnica.tit.ſeq. Bal.hìc. Iure nouiſsimo ante duos dies, quàm ſucceſſor ciuitatem ingrediatur, antiquus deponet adminiſtrationem, vt nouus alterius ingreſſus non impediatur. §.fi.in authen.de adminiſt. collat.7. quia prouincia ſine iudice eſſe non debet: fieri enim minime poteſt, neque vllo modo ferendum, ſine iudice prouinciam relinqui. vt Iuſtinia.ibidem ſcribit. facit l.pridie.ff.de ferijs.

Et ſi vltra tempus ipſe adminiſtrauerit, pro ſtatuto tempore ſtipendia habebit. per text. ſing.in §.illud. ibid.quem not.Ludo.Rom. ſing.39c. lex meminiſſe. Et hodie valent geſta antequam ſucceſſor poſſeſsionem acceperit, quia adminiſtratio apud antiquum remanet. l.vnica. C.vt omnes iudices.§.adminiſtrationem. ſic dicit ſeruari in omnibus magiſtratibus ordinarijs, quoad iuriſdictionẽ. Guido Papæ in deciſ. Delph. q.501. vacante. Idem in tutore. l.vnica. C.vt cauſæ poſt pubertatem adſit tutor. quod etiam facit
2 ad Conſules & Scabinos annales, & Capitularios, & Rectores Vniuerſitatum, vt ſi poſt tempus adminiſtrent, valeãt geſta per illos, donec in exercitio ſunt.

Legatus cõtra voluntatẽ ſucceſſorẽ nõ adminiſtrabit.

Primò limitatur iſtã legem non procedere, quando Proconſul crearet legatum, quem mitteret ad deceſſorem, ei interdicẽs, ne amplius adminiſtrationem exerceret, eo caſu legatus omnia adminiſtrabit citra ſupplicium nouiſsimum & membri abſciſsionem.§. ad hoc id prohibemus.in authen.de collato.colla.9. Nam licèt poſsit hic deceſſor adminiſtrare præter voluntatem ſucceſſoris, vſque in eius aduentum, non tamen contra voluntatem. argu.l.Pompo. ff de procura.l.maritus.C.illõ titul. & poſtquam eſt alius iudex, ergò iſte deceſſor non poterit adminiſtrare. text.in authen.de adminiſt.colla.7. vide Paul.Caſtr. conſil.184.videtur.vol.1.

Secundò, vitiatur in eo, quod ſpecialiter cõceſſum eſt, ob id Legatus poſt tempus conferre non poterit, vt Bal.docet hìc.& not.in addit.ad Guid.Papę deciſ.
3 501.vacante.Nam licèt principale duret vſque ad aduentum ſucceſſoris, non tamen ſpeciale.arg.l.obligatione generali.ff.de pignor.& extraordinaria non intelliguntur pro regula.l.Seio.§.j.ff.de annuis legat.l. ſi cùm Hermes. C. locati. Vnde ſi Rex conceſſerit officiali iuriſdictionem ad annum, cum poteſtate locandi fructus Caſtellaniarũ, & alios reditus Regis, iſte non poterit poſt annum locare, etiamſi ſucceſſor non aduenerit, vt docet hìc Alber.allegat l.j. inſ. de off.Procur.Cæſar. l.is qui.§.planè.quod vi aut clam. Tamen nõ video rationẽ diuerſitatis, & ſi principale duret, cur acceſſorium extinguetur, nõ video.l.cùm principalis.ff.de reg.iur.& iſte text.generaliter loquitur, poteſtatem durare: ergo in omnibus, alioqui tex. iſte diceret, in quo extingueretur.

Tertiò, non procedit in inſignibus, lictoribus, & imperio, quæ non deponet, niſi portã Romæ ingreſſus fuerit.l.fi.inf.eod.ſed adminiſtrationem ſic, adueniente ſucceſſore, vt hìc, & dicetur in d.l.fin.inferiùs.

Quartò, non habet locum, ſi ageretur de nouo facto. Vnde ſi iudex Eccleſiaſticus relegauerit aliquem clericum ad annum, & is interim nubat viduæ, ſi reuertatur ante tempus præſtitutum, non poterit iudex Eccleſiaſticus illum bigamum punire, & duplicare tempus: iuxta l.aut damnum.§.quiſquis.ff.de pœnis. ſed iudex laicus propter mutationem conditionis. arg. l.pen.C.ſi ſeruus exportan. vendat. l.licitatio.§. fiſcus.ff.de publica.& vec.l.j.de pœnis.

Magiſtratus Franciæ ad beneplacitũ Regis creati.

Quintò, etiã magiſtratus ordinarij Franciæ creati ad bene placitum Regis, non carent poteſtate per mortem Regis, nec per aduentum ſucceſſoris Regis propter publicã vtilitatẽ, ne regnũ interim ſine magiſtratibus remaneret.tex.in auth.de adminiſt.colla. 7.& l.ſi quis mãcipijs.§.ſi impubes.ff.de inſtito.actione.Nam quamuis iuriſdictio delegata finiatur morte mandãtis, l. & quia.ff.de iuriſ.om.iud. non tamen ordinaria.vt ibi Doct.& per iſtum tex.quia ſemper remaneret Proconſul, ſi non alius mitteretur. Nec me mouet c.ſi gratioſæ. de reſcript.in vj. qui loquitur in retentione duorum beneficiorum, quæ eſt odioſa, non autem in conceſsione vnius.Nam tunc duraret, quouſque ſucceſſor reuocaret.Alber.hìc.per auth.de referenda.colla.2.& hoc ſeruatur in regno Franciæ.

Aggreſſus in domo, quis dicatur.

Bart.hìc trahit ad quæſtionem ſtatuti, dicentis teneri quem, ſi alium aggrediatur in domo eius, an ſi in oſtio, vel porticu aggreſſus fuerit teneatur? Reſpondet, videri aggreſſum in domo, quia dictio in, ad, & vſque coherentiam denotant, & ſic omnis locus domui cohærens, dicitur de domo.l.prædijs.§.pro.ff.de lega.3.Barba.in clem.cauſam.col.63. de elec.& plenè Bened.in c.Raynutius.in verb.domum. & hortum. de teſta.& idem ſi aggrediatur eum in apotheca coniuncta domui.l.lege Cornelia.in fi.ff.de iniur.

Ego autem puto doctrinam Bar.veram, ſed iſtum text.ad hoc parum ſeruire, quia differentia eſt inter dictionem, in, ad, & vſque. De dictione, vſque, plenè tractaui in l.abſentem.ff.de verb. ſigni. nec hìc repetam, vbi poſui regulam, cum limita.

§. Legatum ſuum, &c.

Procõſul & legatus debẽt 50.dies ſtare in prouincia, poſt adminiſtrationem.

EX hoc text. habetur Proconſulem non debere dimittere legatum ſuum, antequam ipſe diſcedat, vt vterque reſpõdeat ratione ſuæ adminiſtrationis in illa prouincia, & debẽt ſtare quinquaginta dies poſt depoſitam adminiſtrationem. l.j. C. vt omnes iudices, tam ciuiles quàm milit.alioqui rei maieſtatis fiunt.in auth. de adminiſtr.§.ſi quis autẽ.colla.7.vbi etiam dicitur adminiſtratorẽ prouinciæ teneri conficere geſta monimentorũ, quæ aduenerunt in prouincia tempore ſui magiſtratus, vt & illis ſe tueri poſsit.

Et quamuis Proconſul poſſet adimere iuriſdictionem Legato.l.ſolent.ſuprà eod.tamen poſt priuationem ipſe debet alium ſibi Legatum eligere, & is remotus in vrbe, in qua adminiſtrauerit, quinquaginta ſaltem dies reſidere debebit, vt pro tempore ſuæ adminiſtrationis reſpondeat.d.l.vnica.C.vt omnes iud.

Lex Iulia repetundarum quãdo locum habeat.

Lege Iulia repetundarum.]Hæc lex Iulia repetundarũ pertinet, ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſterióue publico acceperit.l.j.ff. ad leg.Iul.repetund.& ꝙ contra legẽ repetundarum Procõſuli, vel Prętori donarũ eſt, nõ poterit vſucapi. Eadẽ lex vẽditiones omnes, & locationes ei⁹ rei cauſa pluris, minoríue factas, irritas facit, impeditq́; vſucapionem.l.pen.ibid. alia ibi tractantur, quæ fortè alibi declarabo. Interim materiã noſtram proſequamur.

Lex xi. Venuleius Saturninus lib. ii. de officio Proconsulis.

SI quid erit, quod maiorem animaduersionem exigat, remittere Legatus ad Proconsulem debet: neque enim animaduertendi, vel coërcendi, vel atrociter verberandi ius habet.

Modica castigatio an Legato permissa.

AN Legatus possit castigare modicè, quod iste text. videtur concedere à contrario, sed hoc declarat Constantinus Imperator in l. j. C. eodem, sic: *Legati non solùm ciuiles, sed etiam criminales causas audient, ita vt si sententiam in reos ferendam præuiderint, ad Proconsules transmittere non moreantur.* Et sic Legati audiunt causas criminales, sed non decidunt, quare Vlp. ait: *Nemo dicit animaduersionem Legatum Proconsulis habere mandata iurisdictione.* l. j. in fin. de offic. eius, &c. ergo nec maiorem, nec minorem: quia indefinita vniuersali æquipollet. c. vt circa. de elect. in vj. l. si pluribus. ff. de legat. 1. & sic Venuleius ait: Neque enim animaduertendi, vel coercendi, vel atrociter verberandi ius habet. Nec refragatur l. fin. de offic. eius. quia intelligitur regulariter modicam coërcitionem mandatam, quando Legatus decidere potest causam, secùs si audire tantùm, & remittere debeat. Et sic limitatur dicta l. fin. vnde sic mandata iurisdictione, non censetur coërcitio aliqua data, quando mandatur, vt quis audiat tantùm, & remittat.

Nec me mouet iste text. ibi, atrociter, quia non debet sumi argumentum à contrario, ergo potest modicè. Nam esset contra istum text. dicentem, neque coercendi ius illi datum, ergo nec modicè, nec atrociter, sed voluit iste tex. augere, dicens Legatum causam criminalem apud Proconsulem remittere teneri, quia non habet potestatem animaduertendi, puniendi, nec quidem coercendi, aut atrociter verberandi. Nam dubitari poterat, postquam non potest coërcere, scilicet modicè iuxta d. l. fin. An possit atrociter castigare. & hic text. remouet non posse, quamobrem ita intelligendus erit, quicquid dicat Accurs. & alij interpretes: quia is qui tantùm audire potest, non habet etiam modicam coërcitionem.

SVMMARIA.

1 *Lex ista potest negatiuè & affirmatiuè legi.*
2 *Legatus non habens exercitium iurisdictionis, potestatem non habet dandi iudices.*
3 *Datio iudicis ad ciuiles causas spectat, non ad criminales.*
4 *Sententia sine iurisdictione proferri non potest.*

Lex xii. Paulus lib. ii. ad Edictum.

LEgatus mandata sibi iurisdictione, iudicis dandi ius non habet.

1 DVobus modis legitur iste tex. negatiuè, & affirmatiuè. Negatiuè, inquã, vt Legatus non possit iudices dare, etiamsi mandata illi fuerit iurisdictio, quod intelligi debet, non posse, antequam Proconsul prouinciam ingressus sit, quia cùm iure Proconsul non possit iurisdictionem illi anteà mandare. l. obseruare. in fi. suprà eodem. nisi ex causa. vt l. seq. ibidem. si ante ingressum Proconsul mandauerit illi iurisdictionem, non ex eo tempore, quo mandata est, Legatus habet iurisdictionem, sed quo tempore prouinciam Proconsul ingressus est. d. l. obseruare. in fi. ideò Legatus non habet ius dandi iudicis, mandata sibi iurisdictione non iure, id est, ante ingressum Proconsulis, sed poterit etiam iudices dare, si semel ingressus fuerit, possessionémque acceperit, licèt posteà extra prouinciam existat. l. fi. suprà. de offic. Præfect. vrb. & sic potest intelligi, si negatiua in text. ponatur.

Affirmatiuè etiam legi potest, vt Bologn. & multi docent, & maximè Catellia Cotta in 2. parte memorabil. in verbo, Legatus. & excellentissimus Domin. Antho. August. de Rota in tract. de emenda. iuris. & debet intelligi, vt Legatus iure mandata sibi iurisdictione, vt post ingressum Proconsulis, iudicis dandi ius habeat, quia nõ est quod impediat, postquam habet iurisdictionẽ, & iudices dare poterit. Nam Paul. sic scribit: *Iudices autem dare possunt, quibus lege, vel constitutione, vel Senatusconsulto conceditur. lege sicut Proconsul: is quoque cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest, sicut Legati Proconsulum.* Et sic ferè ista in idem recidunt, tamen magis planus est intellectus, vt affirmatiuè legatur.

Vel consydera, si possit intelligi Legatum habere ius dandi iudices, ex quo mandata est sibi iurisdictio, quia iurisdictio est iudicis dãdi licentia. l. imperium. infrà. de iurisd. om. iudic. tamen potestatem non habet, nisi habeat iurisdictionis exercitium. vt l. j. & ij. suprà eod. vnde sæpius in lege 12. Tabularum scribitur: *Ius potestásque esto* Cùm omnimodò hoc fieri possit, sed cùm aliquod est adhuc impedimentum, vtpote quia exercitium non habet, tunc dicit ius habere dandi iudices, tamen illi iudices non possent cognoscere, antequam Proconsul posset, ego inhærerem secundo intellectui. *Iurisdictio quid sit.* 2

Item sciendum est, aliud esse mandare iurisdictionem, aliud esse dare iudicẽ. Nam qui iudicẽ dat, semper retinet sibi iurisdictionem, vt videmus in Cõseruatore Vniuersitatis Parisiensis qui dat iudices vsque ad tres sententias conformes, sed imperium & iurisdictionem, quam habet, non mandat. Idem in Archiepiscopo Remẽsi, qui dare iudices potest in causis deuolutis per appellationem ad Papam, ex priuilegio et concesso ratione legationis, nouissimè per S. Papam Paulum IIII. & diploma vidi concessionis Archiepiscopi, quandiu Archiepiscopus erit. *Mandare iurisdictionẽ, & dare iudicem, diuersa.*

Et inter certas personas, causas, & ad cõtrouersias ciuiles iudices dari solent, iurisdictio non. vt not. in l. vnica. C. qui pro sua iurisdictio. iudices dare, daríue possunt.

3 Item dare iudicem, respicit ciuiles causas, non criminales. Nam iurisdictio est iudicis dandi licentia. l. imperiũ ff. de iurisd. om. iud. vt not. hîc Antho. Alibi dicã dare iudices, generale esse. vt Doct. per illũ text. not. in l. j. ff. de offic. eius. & in l. à iudice. C. de iudic.

Et is cui data est iurisdictio, & datus iudex, in illa causa habet iurisdictionem, alioqui ius dicere non posset. l. ij. ff. de iurisd. om. iud. Nam qui ius dicit, iurisdictionẽ habet. l. j. & l. imperium. ibid. licèt Antho. hîc dicat iudicem hîc datum, tantum notionem sine iurisdictione habere, quod est contra l. à Diuo Pio. in princ. *Iudex datus an iurisdictionem habeat.*

princ. ff. de re iud. vbi magiſtratus populi Rom. exequuntur ſententiam iudicum à ſe datorum, ergo ſententia valet. l. vendirot. in fin. ff. de iud. alioqui exequi
4 non debet nulla ſententia, & ſine iuriſdictione non profertur ſentẽtia. l. j. ff. de re iud. vbi Doct. & l. Iulia, de cond. indeb. Item poteſt prouocari à ſententia iudicis dati ad dantem. l. j. & iij. ff. quis & à quo appel. ergo ſententia valet. l. ex conſenſu. ff. de appel. Et ſic iuriſdictionẽ habet iudex datus. Doct. in d. l. à iudice.

Nec intereſſe puto aut parum quidem, inter eum cui mandata eſt iuriſdictio in vna cauſa, vel eum qui datus eſt iudex in vna cauſa, vt probat Alciat. etiam in lib. 2. Paradox. c. j. in fin. quicquid dicant hic Doct. alia dicam in tit. de offi. eius, &c. His nunc contentus.

SVMMARIA.

1 *Subſtituti nihil iuriſdictionis habent, niſi eis detur.*
2 *Legationes ſupernumerariæ, item liberæ & titulares dictæ.*
3 *Legatus, etiam delegatus ab Imper. vocatur.*

LEX XIII. POMPONIVS LIB. X. AD Q. MVTIVM.

Legati Proconſulis nihil proprium habent, niſi à Conſule eis mandata ſit iuriſdictio.

Dubitatio in hoc text. erat, an Legatus acceptus Romæ habeat iuriſdictionem, antequam fuerit ei mandata à Proconſule: videbatur iuriſdictionem habere, poſtquam creatus eſt Legatus. Tamen contrarium docet hic text. nempe poterat quidam Legatus dari ad caſtra, alius ad prouinciam. & ſine iuriſdictione, vt tantùm eſſet adiumento ad depellendos hoſtes, qui erant in prouincia: ideò non habent iſti iuriſdictionem, niſi fuerit eis mandata à Proconſule, vt docet iſte text. Nam licet fuerit receptus Legatus, & ſubſtitutus, intelligitur in eo, in quo ſubſtituetur, & ad quod creabitur: oportet ergo quod detur ei poteſtas. Nam Epiſcopus eligit, & recipit Vicarium, tamen non habebit iuriſdictionem, antequam illi ab Epiſcopo conceſſa ſit. cap. j. de officio Vicar. in 6.

Vicarius Epiſcopi nõ habet iuriſdictionem, antequã ei cõceſſa ſit. Delegatus habet delegatam iuriſdictionem.

Nec refragatur, quòd delegatus non habeat propriam iuriſdictionem, ſed vice delegantis fungitur. l. j. in fin. ff. de offic. eius. & iſte text. contrarium dicere videtur. At ego ita reſpondeo: Non dicit iſte text. Legatum habere propriam iuriſdictionem, ſed nihil proprium dicitur habere ante delegationem, id eſt, nullam iuriſdictionem, antequam illi ſit mandata, & poſtquam mandata eſt, non habet propriam, ſed delegatam. Nec aſſumemus hîc argumentum à contrario, quia corrigerentur alia iura. gloſ. in cap. 1. & cap. ſignificaſti. de foro compet. Iaſ. in dicta l. prima. Et dum dicit nihil habere proprium, id eſt, nihil ha-
1 bent in ſua poteſtate, nil iuriſdictionis, niſi eis mandata fuerit iuriſdictio, quaſi dicat, ſimplices ſunt ſubſtituti, nihil habentes adminiſtrationis, & iuriſdictionis, niſi eis data fuerit. dicetur in l. prima. in fine. de officio eius.

Legati multiplices.

Et ſic multiplices ſunt Legati, quidam ſunt qui à Regibus, vel Principibus ad alios Principes cauſa belli: pacifue tractandæ, vel ad alia negotia, prout occurrunt agenda, mittuntur. Et de bis loquitur l. ſanctum. ff. de rerum diuiſ. & titulus de legatio. & hi Legati Cæſaris vocantur. in l. j. ff. de offic. Præſid. & Legatum Imperatoris pro Præſide exponit Venuleius in l. hos accuſare. in prin. ff. de accuſat.

Horum inſtar imperio extra Italiam aucto factum fuit, vt qui exercitum populi Romani ducebant, Conſules, Proconſules, aut Prætores, ſuos quoque ſibi legatos adſciſcerent, quorum operâ non ſolùm in legionibus gubernandis vtebantur, verùm etiam ad legationes obeundas, & vices interdum ſupplendas, vbi vel diuidere atque ſeparare exercitum opus eſſet, vel Romam auocari Ducem exercitus contingeret, vt in Hiſtor. patet. Et hi diſtinguebantur. Nam quidam erant Legati liberi, alij Prætorij, Proconſulares, & expeditionis.

Legati liberi.

Liberi Legati, ſiue legationes liberæ erant titulares, quando quis ſolo nomine Legati, velut ornamẽto quodam decoratus, ab vrbe diſcedebat, & non magis in vna prouincia, quàm in alia Legati munere fungebatur, dabanturque tales legationes regulariter voti cauſa implendi, quas Cornelius Tacitus lib. 4. ſupernumerarias vocat. & de hac Cice. lib 2. Epiſtolarum 2 ad Atticum, & alibi de his ſæpius, & maximè lib. 3. de Legib. vbi ridet iſtas legationes, ſic dicens: Sed quæro quid re ipſa ſit turpius, quàm ſine procuratione Senatus, Legatus ſine mandatis, ſine vllo Reip. munere? Et lege duodecim Tabularum erant iſtæ prohibitæ his verbis: *Rei ſuæ ergò ne quis Legatus eſto.* Et Vlpianus ſcribit ff. ex quibus cauſis maior. l. *Reip. cauſa eos ſolos abeſſe intelligimus, qui non ſui commodi cauſa ſed coacti abſunt.* Ergo illi Legati honorarij, vel qui ſui commodi cauſa abſunt, non reſtituuntur gratia abſentiæ, ſi id temporis lædantur, quia non abſunt Reipublicæ cauſa. Et ibidem Alphen. ait. l. *Non verè Reip. cauſa abeſſe dicitur is, qui ſui priuati negotij cauſa in legatione eſt* nec prodeſſe debet ei affectata legatio. §. item tria. de excuſat. tutor. in Inſtit.

Legati Prætorij.

Prætorij Legati militares erant, qui Prætorẽ contra hoſtẽ à Senatu miſſum, aut ſorte in prouinciam exeuntem, cùm ſua legione ſequebantur, eiúſque iuſſa, & mandata excipiebant. De quo Corn. Tacitus in hiſtor. Iulij Agricol. & Aelius Spart. in vita Adria.

Proconſulares.

Legati Proconſulares qui Proconſuli ad prouinciam regendam miſſo, aut in expeditionem dabatur. de quibus in hoc tit. agitur.

Caſtrenſes.

Alij erant Legati caſtrenſes, ſeu expeditionis, qui ante conſtitutum maximè imperium legiones Conſulibus mandatas ducebant, aliique ſunt plurimi. de quibus apud Rhetores, & ſcribit Laz. lib. 1. cap. 7. ſed de his hactenus, cùm parum ad ius pertineant.

Quod iſte text. vocat Legatum, Imperator vocat 3 Delegatum. in l. à iudice. C. de iudic. & Papa in titul. de offic. Delegati. & alibi ſæpius.

LEX XV. LICINIVS RVFINVS LIB. III. REGVLARVM.

Et Legati Proconſulis tutores dare poſſunt.

Accurſ. & alij vix ſe extricare poſſunt à contrario. l. *Nec mandante Præſide alius tutorem dare poterit.* ff. de tutor. & curat. datis ab his. dicunt enim hoc Legatum facere legis beneficio, quod parum ad rogatum videtur accedere, ſed iam iſta conciliemus.

Sciendum autē imprimis est Vlpianum scripsisse in tit. de tutel. ff. in l. muto. §. *Tutoris datio neque imperij, scilicet meri, neque iurisdictionis est, sed ei soli competit, cui nominatim hoc dederit, vel lex, vel Senatusconsultum, vel Princeps.* Vnde idem Vlpian. ait: *Ius dandi tutores datum est omnibus magistratibus, etiam municipalibus.* l. iij. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.

Legatus Proconsulis quare tutores dare possit. Itaq; cùm magistratus tutores dare possint, & Legatus Procōsulis sit magistratus, ideò tutores dare potest, vt hic: sed Præses nō potest mandare alicui non magistratui, vt tutorem det, quia ille non est magistratus, & lex, vel Senatusconsult. aut Princeps hoc nō permittit illi ad hoc delegato à Præside: ideò ille tutores dare non poterit. Nam magistratum oportet inquirere, qui dat tutorem. l. diuus. ff. de tutot. & cur. da. ab his. & is, qui magistratus non est, non posset inquirere, & sic nec tutores dare. Igitur non potest iudex mandare alicui, ita iura intelligenda sunt. quicquid Accut. & alij hîc deceāt. Verumtamen lex indulget patribus, licèt magistratus non sint, vt testamento tutores dent. ff. de testam. tutel. & §. permissum. de tutel. in Instit.

SVMMARIA.

1 *Episcopi & Archiepiscopi non possunt deferre crucem in præsentia Papæ.*
nec mitram in Episcopatu alieno. ibidem.
2 *Oblationes, quæ diebus Dominicis, & in die sancti Laurentij, ipso die etiam Dominico adueniente, offeruntur, diuidenda.*
3 *Proconsulibus expletis annis Proconsulatus, Imperatores prouidere soliti sunt.*

LEX XV. VLPIANVS LIB. II. AD EDICTVM.

PRoconsul portam Romæ ingressus, deponit imperium.

IDem dicunt Doctores in Papæ Legatis, per cap. antiqua. de priuileg. vbi loquitur in Patriarchis.

Ego tamen puto Patriarcham habere potestatem etiam in Papæ præsentia, quoad ea, quæ ad suum pertinent officium, & Patriarchatum. Ideò conferre potest beneficia vacantia in sua Ecclesia. c. statutum.
1 de præben. in vj. Et idem in Episcopis, & Archiepiscopis, sed non possunt deferre crucem in præsentia Papæ, vt ibi docet Panot. quædam esse insignia dignitatis, denotantia potestatem & imperium in loco, vbi portantur, & illis insignibus non potest ille vti, vtpote deferre crucem, vel mitram in Episcopatu alieno. & hoc est prohibitum. c. ex tuarum. de autho. & vsu pallij. c. j. vt lite pendent. Nam hoc tendit in præiudicium Prælati illius loci, ne ibi duo videantur Prælati, & duo capita, quasi monstrum. c. quoniam. de offic. ordin. alia verò sunt insignia, quæ denotant dignitatem in persona insignita, ac potestatem, vt portare annulū, & illa possunt portari etiam coram Papa, vel alio superiore. teste Ioan. And. & aliis in d. c. antiqua. & c. ecce. 95. distinct. Barba. consil. 45. mandato. col. 2. volu. 2. & hoc implet desiderium eorum, qui deferunt, & ad nullius læsionem respicere videtur. l. fin. C. de præposi. sacri cubic. lib. 12.

Præteteà ad consuetudinem, vel statutum istum rext. trahu Bart. quo cauetur vt Archipresbyter habeat oblationes, quæ diebus offerētur Dominicis, Sacrista verò eas, quæ in die festi seu patroni Sancti Laurentij, qui si acciderit die Dominica, Archipresbyter oblationes habebit, quia natoralis causa attēdi debet. l. qui debet. ff. de tutel. Ego autē dicerem diuidendas oblationes, & sic satisfiet vtrique. Nam vtrique debentur, ergo nō sunt ab eo auferendæ, vt alteri tribuantur, & æquum est, vt plus faueatur ei, qui in anno tantùm semel recipit, quàm alteri, qui sæpius, & omnibus diebus dominicis. Non refragatur, quod natalis debeat inspici, fas esse, sed in hoc casu vnum nō potest plus dici naturale, quàm aliud, & ita ratio longè petita est, quoad hunc casum, & sic parum facit, alibi sæpius dicetur. 2

Dicet quis, administrationem Proconsul deponit ante duos dies, quàm successor ingrediatur ciuitatem, in qua ius dici solitum est. text. in §. si quis. & §. illud. in auth. de administr. collat. 7. ergo non Romæ. Respondeo, insignia & alia ornamenta non deponit Proconsul, antequam ingrediatur vrbem, vt hic. & docet Accurs. ibidem. sed exercitium imperij sic, per aduentum alterius, & licèt Roma sit communis patria, tamen Proconsuli non est decreta communis patria, ergo ibi non habebit potestatem: imò postquam Romæ imperium à Consulibus accepit, cùm illic ingreditur, illud imperium deponit, & ibi tanquam alius priuatus erit.

Aduertēdum est apud Romanos consuetudinem fuisse, vt expletis annis Consulatus, & alterius Præfecturæ, Imperatores his decessoribus prouidere solebant, vnde commodè se, suámque familiam sustentare possent, vt docet Lampridius in Alexan. dicens: Si vnquā alicui præsentiū successorem dedit, semper illud addidit: Gratias tibi agit Respublica, eumque muneratus est ita, vt priuatus pro loco suo posset honestè viuere, his quidem muneribus, agris, bobus, equis, frumento, ferro, impendiis ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum, & operibus, quæ ratio fabricæ requirebat, aurum & argentum rarò cuiquam, nisi militi dimisit, nefas esse dicens, vt dispensator publicus in delectationes suas, & suorum verterit id, quod prouinciales dedissent, quod etiam scribit Cassiod. lib. 7. in formula Præsida. quos refert Laz. lib. 2. de Repub. Roman. c. 3. in fin. Fuit hæc Proconsularis dignitas apud Rom. in vsu frequens, maximique splendoris, donec temporis interuallo post Hadrian. Imperatorem & ordo & honor Proconsularis desineret. teste Alexan. lib. 2. Genial. c. 27. ideò ad Præsides castra nostra vertamus. 3 *Proconsularis dignitas quousque durauerit.*

De officio Præsidis. TIT. XVIII.

SVMMARIA.

1 *Iudices & Consiliarij Præsidiales hodie vsque ad ducentas libras inclusiuè in regno Franciæ iudicare sine appellatione possunt.*
2 *Præsidum diuersa nomina.*
3 *Differentia inter Proconsules & Præsides quænam fuerit.*
4 *Præsidum familia quibus ornata fuerit.*

LEX I.

Lex i. Macer. lib. i. de officio Præsidis.

Nomen Præſidis generale eſt, eo quòd & Proconſules, & Legati Cæſaris & omnes prouincias regentes, licèt Senatores ſint, Præſides appellentur: Proconſulis appellatio ſpecialis eſt.

Præſidis nomen quouſque extendatur.

Iuriſconſultus ait Præſidis nomen generale eſſe, penè omnibus officiis conueniẽs, adeo vt Proconſules, Legati Cæſaris, & omnes prouincias regẽtes, licèt Senatores ſint, Præſides appellentur. Imò etiam Præfecti Prætorio Præſides vocabantur, quia præſidium omnibus & ſingulis concedere tenentur. l. pupillus. §. munus. ff. de verb. ſign. vbi plenè docuit ſc[illegible]bit Pollicra. in lib. de nugis curial. c. xj. conſequens eſt, vt verbum præſidere, generale quoque ſit. Modeſti. in l. annuam. ff. de annuis legat. ac Valla lib. 5. c. 65. Quamuis propriè Romano populo, conſtitutoq; imperio Præſides fuerunt qui ex equeſtri ordine, vel externi homines, non à Senatu, verùm ab Auguſtis ad prouinciarum adminiſtrationem deligebantur; & earum quidem præcipuæ vocabantur, quæ minoris eſſent dignitatis, nec tantæ amplitudinis forẽt, vt magna poſſent regna cõſtituere, qualia libri præfecturarum enumerant, & Laz. lib. 1. c. 8. de Repub. Romano. Hodie verò cõmuni idiomate vocamus Præſides, Principes Curiarum ſupremarum, & ex adiuncto ſegregantur, & ita cognoſcitur eius ſignificatio, vt Præſes Curiæ Pariſienſis, Præſes Curiæ generalium, Præſes computorum, magni conſilij, & cætera id genus.

Etiam quæ dicuntur in hoc titulo in Francia, nos conuertimus ad Seneſchallos, Balliuos, & Gubernatorem Montiſpeſſulani, qui iuriſdictionem ferè parem iſtis habent, & per conſtitut. Henrici Regis ſe-
1 cundi. Hodie iudices & Conſiliarij Præſidiales vſq; ad ducentas libras incluſiue iudicare ſine appellatione poſſunt, etiam vſque ad quingentas libras ſententiæ illorum executionem habent per modũ prouiſionis, ſed appellatio recipitur poſt executionem. Et ſi quis in hac ſumma quingentarum librarum obtinuerit ſententiam, non poterit dicere vt exequatur plenè in ducentis libris, & appellatio tantùm recipiatur in trecentis, quia vna eſt ſententia, & non poteſt in parte valere, & exequi, & in parte non. l. in hoc iudicio. ff. familiæ herciſcun. Ideo recipietur appellatio poſt executionem ad quingentas libras, nec ſumma petita diuidetur. l. ſi idẽ. ff. de iuriſd. om. iud. vbi dicetur. quamuis Budæ hos comparet viceregibus & locumtenentibus Regum, qui non ſolent ius dicere, ſicut Præſides olim ſolebant, & licèt non conueniant in omnibus cum Balliuis, tamen in pluribus, quàm vice Regibus.

Præſides in magno honore habiti.

Erant & hi Præſides olim in magno & præſtanti honore, maximè apud Alexand. Seuer. qui Præſides ipſos prouinciarum, quos verè non fictionibus laudare comperit, & in itineribus ſecum ſemper in vehiculo habuit, & muneribus adiuuit, vt docet Lamprid. in Alexan. Seuero. In primis iura Prætorum illis concedebantur, & ſic Legatos ſicut Proconſules accipiebant, ſellaque eadem ſedebant; ſalarium ampliſsimum merebantur. Imò nullus ad Præſidatum recipiebatur, niſi qui quadraginta ſtipendia feciſſet, hoc eſt 40. annis militiam exercuiſſet, caſtraque Romana ſecuti fuiſſent, vt probat Cornelius Tacit. li. 2. hiſtoriæ Auguſtæ, & lib. 3. ac Vopiſc. in vita Probi: & quandoque ipſi Senatores ad prouincias regendas, & adminiſtrandas mittebantur, vt [illegible]lur ſc. in hac l. 1. docet.

Præſidatum munus ad ſeptem vel octo annos cõtinuabatur.

Imò ad Præſidatum receptus non facile mutabatur, verum ad ſeptem, vel nouem annos in officio continuabatur, quamuis alia officia regulariter non continuarentur. vt in tit. C. de muner. & honorib. non conti. lib. x. & Cornelius ſub finem lib. 1. ſic ait: fuítque ea conſtantia, vt in ſeptenos & nouenos annos in prouinciis bonos Præſides detineret.

Sed inclinãt[illegible] imper[illegible]o hoc offici[illegible] annuum factum eſt, ſicut & alia. vt Caſsiodor[illegible] tradit in for[illegible]ula Præſidat. lib. ſ[illegible] primo. & inferius [illegible]endam.

Stipendia Præſidum.

Præſidum autem ſtipendia ſic ea ſcribit Lamprid. in Alexan. [illegible]ndice[illegible] ait cùm promoueret exemplo veterum (vt & Cicero docet) & argento & neceſſariis inſtruebat, ita vt Præſides prouinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos cẽtenos, coquos ſingulos, & ſi vxores non haberent, ſingulas concubinas, reddituri depoſita adminiſtratione, mulos, equos, muliones, & cocos cæteráque ſibi habituri, ſi bene egiſſent, in quadruplum reddituri, ſi malè.

2 *Præſides quindecim in Aſia.*

Erant & ex diuerſitate prouinciarũ diuerſa Præſidũ nomina. Alij enim erãt Præſides ſimpliciter dicti, nullo cognomẽto addito, in Aſia quindecim Pręſides receſet fuiſſe Maria. ſed non tot erãt in Aphrica, & hæ prouincię Præſidales dicebantur. Alij præfecti prouinciarũ, & ex his quidã erant Auguſtales, alij Subauguſtales, primi generis erãt præfecti Oriẽtis, & Alexandriæ in Ægypto, de quibus Cornel. Tacitus lib. 12. & ſuprà de offi. Præfecti Auguſtalis.

Præſides vndecim in Gallia.

Secundi generis Mauritaniæ, Tingitanæ, Galliæ, & prouinciæ Darcolomarum in Dacia, erant enim tres Præſides in Britannia, in Gallia vndecim. vt Scotus ſcribit in Codice præfecturarum, quem Laz. refert lib. 1. de Repub. Roma. c. 8.

Erant adhæc rectores, Præſides prouinciarum, & ſic vocabantur, licèt eſſent Præſides, vt apud Narbonenſes, Britanniámque citoralem, & Tyri oppida in Phœnicia, & ſic intelligitur C. de offic. Rectoris prouinc. nã ibi tractatur de Præſide, in l. 2. etiam vocatur moderator prouinciæ, in illo titul. maximè in l. nullus. & l. moderatores prouinciarum. ibidem.

Fuerunt deniq; & Correctores, hoc eſt, qui cum rectoribus regebant in prouinciis iſtis, videlicet Italia, Pannonia, Samia, Paphlagonia, Iſtria, & tractu Venetiarum, & Auguſtanica Ægypti prouincia. l. ex omnibus. infrà eod. & l. penul. de quibus per Maria. Scot. & Laz. vbi ſuprà.

Rectorum & Correctorum muneri deſcribit Caſsiodor. lib. 8. variarum. in formula Rectoris prouinciæ. meminit & Correctorum Marcel. lib. 15. hiſtoriæ ſuæ.

Iuſtinia. hos Præſides vocat clariſsimos prouinciarum adminiſtratores, & adminiſtrationes Præſidatus. §. hæc autem omnia, & in §. quod autem. in principio, in authent. vt iudices ſine quoquo ſuffra. collat. 2. vbi dicit in fine nullo alio opus eſſe iudice,

aut

aut adiutore, cùm maximorum iudicum compleat officium, & pro omni alio cingulo prouinciis sufficiant. vocat etiam eos moderatores prouinciarum, in l. vnica. de offi. Comit. Orient. C. & in tit. seq.

Et sic aliquando in quibusdam prouinciis dabantur Proconsules, in aliis Præsides, in aliis vero Rectores, & hi parem fere iurisdictionem habebant, & quod vna in prouincia vocabatur Proconsul in alia Rector, vel Præses, quod est notādum. quia in l. vnica. C. [illegible] vocat eos moderatores, & in [illegible] rectores & alibi sæpius in iure. l. [illegible] de [illegible] largi. tit. l. lib. x. vbi vocat Præsides Moderatores prouinciarum & Proconsules ab his [illegible] ibi [illegible] L[illegible]am de Penna.

Præses in regno Frāciæ vocatur Seneschallus, & Baillíuus. E[illegible] in regno Franciæ in quibusdam regionibus vocatur Seneschallus, vt in [illegible] Tholosano, in aliis Bailliuus, vt in [illegible] quæ tegitur senatu Parisiensi. [illegible] cleri. vel mo. lib. vj. & c. vt officium. in fi. de hæretic. eod. l. & c. dilecto. de sententia excom. ibid. & vnde hi Bailliui dicantur, docui in primo tomo Commētariorum ad constit. Reg. art. xiij. in tracta. de sentent. executor. verùm quia hi Præsides non sunt literati, soliti sunt habere iudices, qui ius dicant, & isti vocantur Iudices prouinciarum. in §. nulli. & §. præcipuè. in authent. vt nulli iudic. col. ix. quamuis glos. in l. mis. C. de exactor. tribut. lib. x. exponat, id est, Præsides, & nos vocamus hos iudices Locumtenentes.

Igitur ex adiuncto intelligetur huius nominis significatio, vt Præses prouinciæ, Præses Parlamenti, Præses magni consilij. Et sic generaliter accipitur, nisi ex adiuncto restringatur, vt dictum fuit.

Tituli horum erant, vt clarissimi dicerentur, vt scripsi in l. qui indignus. suprà de senatorib.

Iudices ordinarij. Ordinarij iudices sunt hi prouinciarum Præsides, & Rectores, & Bailliui. l. omnes. §. primo. C de Episcop. & cleric. l. eos. de modo mulcta.

Proconsulis appellatio specialis est] Differentiā tradit Accurs. inter Proconsules & Præsides,

3 quòd illi ex Consulibus eligebantur, hi non. sed vt dixi proximo dixi quosdā eligi ex Consulibus, alios nō. Ideò parua est differentia, nisi quòd vnum nomen est generale, alterum speciale, & omnis Proconsul Præses est, sed in nomine erat quædam differentia. Nam quædam prouinciæ erant Præsidiales, aliæ Proconsulares, vt superius dictum fuit: sed Proconsul maius imperium interdum habebat, quàm Præses. l. eos. C. de modo mulcta. sed regulariter parem potestatem quibusdam temporibus (vt superius dictum fuit) Proconsules habuerunt, etsi Proconsules accipiantur pro Præsidibus. vt in quibusdam prouinciis est videre, tūc nulla erit differentia inter Præsidem & Proconsulem.

Officium Præsidum in l. iij. eum seq. l. ex omnibus & seq. ac ferè in toto hoc titulo ponitur, ideo hic non repetam.

4 Familiam verò Præsidum quisque habebat. Primò principem cornicularij, tabellarios duos, commentariensem vnum ab actis, adiutorem, subadiuuantem & exceptores, vt est in Codice præfecturarum. & per l. a. lib. ij. c. iiij. in princip. Scribæ verò officium describit Beroal. hoc Disticho.

Arcani custos prudens, linguáque politus,
Et calamo facilis scriba erit eximius

Lex II. Vlpianvs lib. xxvi. ad Sabinvm.

Præses prouinciæ apud se adoptare potest: quemadmodum & emancipare filium, & manumittere seruum potest.

Ista lex fuit elucidata in l. j. & ij. suprà de offi. Præ tor. ibi potest videri declaratio.

Verùm quia in formula Præsidatus multa inueniuntur vtilia, ob id non sit tibi molestum, lector beneuole, si hic illam duxerim transcribendam, vt quantam Præsides potestatem id temporis haberēt, rectè dignosci possit.

Formvla Praesidatvs.

Prudenter omnimodò inspexit antiquitas, prouinciarū dignitates annua successione reparari, vt nec diutina potestate vnus insolesceret, & multorum prouentus gaudia reperirent. Sufficit enim vnicuique discessisse laudatum: quia dum tempus potestatis prolixum quæritur, culparum opprobria non vitantur. Illa enim vel in breuitate declinare, mirabile est, dum frequenter & his surripiunt, qui à fascibus sub velocitate discedunt. Annus vniuersus & ad declaranda conscientiæ bona sufficit, & facilius se ab errore custodit. Sit in vestro proposito administrationem vnius anni suscipere, nostrū est merentibus tempus augere. Quia non facilè remouere cupimus, quos iustos esse sentimus. Idcircò conuersationis tuæ moribus inuitati, per illam indictionē Præsidatum tibi in illa prouincia, propitia diuinitate concedimus, vt sic debeas agere quemadmodum nobis possessor gratias cum tributis videatur exoluere. Decessorum bona exempla sequere; à vitiosorum te imitatione disiunge, non putetur omnis consuetudo probabilis. Cautum debet reddere, non sequacem, error alienus. Prodit stultitiæ culpam qui sequitur accusatum, sed illud melius eligitur; vnde Præsidentis opinio sub administratione laudatur. Respice quātis sit plena nobilibus prouincia. Habes qui & bene loqui de te debeant, & derogare præsumant. Quia nulla potestas est, quæ qualitatem famæ suę de ore hominum possit auferre. Contráque fructus est opinione prædicabili ire per cōfines prouincias, & ibi inuenire verissimā laudem, vbi non imperas potestate. Additur, quod

irremu

irremuneratum non relinquimus, si te egisse probabiliter audiamus. Horre vitiũ, & Principis mereris affectum. Volũtatem Regiam in legibus habes, illis obtempera, & nostra cognosceris implere mandata.

Hactenus de potestate, hodie alio concipiuntur modo literæ in Francia, & semper ad Regis placitum officium quodlibet concedi solet. de quo superiùs dictum fuit.

SVMMARIA.

1 *Magistratus quid faciens per iniuriam, quasi priuatus, iniuriarum conueniri potest.*
2 *Iudex extra locum suæ iurisdictionis, habetur tanquam priuatus.*
3 *Appellationis iudex tenetur iudicare secundùm leges in prima instantia.*
4 *Forum quis sortitur ratione delicti, vbi deliquit.*
5 *Ampliatur.*
6 *& sequent. Restringitur.*
7 *Senator à corpore Curiæ iudicari debet.*
8 *Criminaliter censetur agi, si Procurator Regis per se queratur.*
9 *Deliquisse quis in eo loco intelligitur, vbi consummauit.*
10 11 *& 12 Casus, in quibus Præses prouinciæ contra non subditos cognoscere possit.*

LEX III. PAVLVS LIB. XIII. AD SABINVM.

PRæses in suæ prouinciæ homines imperium habet: & hoc dũ in prouincia est. Nam si excesserit, priuatus est. Habet interdum imperiũ & aduersus extraneos homines, si quid in alium manu commiserint. Nam & in mandatis Principum est, vt curet is qui prouinciæ præest, malis hominibus prouinciam purgare: nec distinguitur vnde sint.

Præses extra prouinciam nõ potest cognoscere.

EX hac lege colligere possumus Præsidem prouinciæ, & iudicem in suos tantùm imperium habere, & intra prouinciam, quæ ei decreta est, & subditi ipsi commissi sunt. l. fin. de offi. præf. vrb. ff. Et si extra prouinciam cognosceret, puniendus esset. Nam extra territorium ius dicenti non paretur impunè. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. Potest tamen punire subditos, qui deliquerunt etiam extra prouinciam l. prima. C. vbi de crimi. agi oportet. c. vlt. de constit. lib. vj. Idem in legato, vt extra prouinciam ei decretam cognoscere nõ possit, nec iudicare. c. nouit. iuncta glos. de offi. deleg. vnde Vlpia. scribit. si quid per
1 iniuriam fecerit magistratus, quasi priuatus, iniuriarum cõueniri posse. l. nec magistratibus. ff. de iniur.
Ex hac etiam l. iij. ibi. Ex hoc dum in prouin
2 cia est.] colligitur quòd iudex extra locum, in quo præfectus est, dicitur quasi priuatus, non sua iurisdictione, quam habet, sed non exercitium illius, & est ac si non esset iudex, nec potest ibi quicquam decernere. d. l. nec magistratibus. ff. de iniur. Et sic non valet, quod ibi agit vt iudex contentionis, nec est ab eo appellandum, quia à priuata persona non solet appellari. Sed si quis velit appellare tanquam ab abusu, poterit, quia iurisdictione sibi cõcessa abutitur, eam extra territorium exercendo. d. l. fi. & c. fi. de constit. lib. vj. Et quia in hoc regno opus est appellatione, quomodocunque quis grauetur, alias quis non auditur ex Constit. Regia, super qua in tract. de appella. in 3. tomo Commenta. in Constit. Regi. scripsi.

Appellatio tanquam ab abusu.

Et hoc est vtile ad id, quod scribit Imperator. C. qui dari tuto. possint. l. *Neque à Præside alterius prouinciæ, neque à magistratibus municipalibus tutorem ortum ex alia ciuitate, nec domicilium vbi nominatur habentem, iure dari posse ab eo, cuius iurisdictioni subiectus non est, certissimi iuris est.*

Et sic contra Accurs. Vascones non tenebantur obedire regi Angliæ extra Vasconiam, quia Rex occupauerat illam patriam. Ideò cùm ibi erat Rex, metu illi obediebant, cum verò extra territorium esset, illi obedire iustè recusabant, quia Regem Franciæ eorum superiorem recipiebant, quicquid dicat Accursius.

Iudex extra territorium sententiam suam exequi non potest.

Et sic patet, quòd iudex sententiam suam non potest exequi extra territorium sibi commissum. Potest tamen rogare iudicem, vt illam exequatur, & iudex illi parere tenetur. l. à diuo Pio. ff. de re iudic. c. Romana. §. contrahẽtes. de foro cõpet. lib. vj. Scripsi multa in tracta. de literis requisito. in secundo tomo Comment. ad Constit. Regi. Etiamsi primus iudex iudicauerit secundùm consuetudines, vel statuta sui
loci, quia sententia valet, & sicut iudex appellationis 3
tenetur iudicare secundùm leges, quæ sunt in prima instantia. §. j. in authent. vt cùm de appellati. cognosci. colla. viij. ita & iudex executionis exequi. §. j. & l. cùm quædam. de iurisdict. om. iud. ff. alioqui iudices nunquam mitterent, vel rarò sententias, executioni extra territoriũ, quia quælibet ciuitas & patria suas habet consuetudines. Et ita seruatur in vsu forensi, quicquid dicat Hyppol. in singular. 138. Iudex vnius allegando Bal. in l. vnica. in fi. C. de confess. Et quot modis quis dicatur priuatus, scripsi in l. pupillus. §. munus publicum. ff. de verb. signif.
Colligitur etiam ista regula ex hoc text. quem fo- 4
rum sortiri ratione delicti, & eo loci damnari posse in quo deliquit. Cui conuenit l. si cui. §. idem Imperator. ff. de accusa. & authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. c. postulasti. & c. fi. de foro compet. c. j. de priuileg. lib. vj. Ratio est, quia reus iudices, in quorum territorio deliquit, offendit, & vt pœna vnius sit metus multorum. l. fi. C. ad l. Iuliam repet. Etiam ad solatium consanguineorũ interfectorum, quia vt faciant iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius, vt dicit Dauid.
Amplia etiam in iudice delegato, qui si delin- 5
quat, ab ordinario puniri poterit. Petrus Cy. & Bald. in d. authen. qua in prouincia. col. ij. quia quando deliquit, efficitur minor quocunque ordinario, licèt aliàs in procedendo sit maior, si à Papa ei mandata sit iurisdictio. c. sanè. 2. de offi. deleg. Eo enim casu cẽsetur priuata persona, vt hîc, & ordinarius. Etiam poterit excommunicari clericus ab eo iudice, in cuius iurisdictione deliquit. c. j. de raptor. & omnibus beneficiis priuari, ac exauthorari, quod degradare, canonistæ vocant. c. postulasti. de foro compet. c. degradatio. de pœnis. in vj.

Clericus potest excõmunicari à iudice, sub quo deliquit.

Præ

Præterea de delicto commisso ille iudex cognoscet, qui primariam subditorum cognitionem habebat, & non alius. c. penult. vbi Doct. de foro compet. & si sint pares, locus erit præuentioni ibi. & l. si quis postea. ff. de iud.

Præuentioni quando locus sit.

Etiam in causa appellationis, iudex superior primi cognoscet, an iudex delicti bene iudicauerit. Bal. in d. authen. in prouincia, in vltim. nota. Nam postquàm primus fuit competens, ergo & secundus. Cui enim præcedentia dantur, & sequentia videntur concessa. l. qui proprio. §. item quæritur. & l. qui procuratorem. ff. de procurato.

Procedit etiam in milite desertore, vt si quid grauius in ea prouincia, in qua est repertus, admiserit, ibi eum pœna plecti debere scribit Modestinus. in l. iij. ff. de re milita. Intellige tamen, vt per hoc delinquēs subditus nō dicatur, licèt per eum puniri possit. glo. in ca. nuper. de sentent. excōmu. & in clement. vna. de foro compet.

Limitatur. si quis telo, balista, vel colubrina existens in vna iurisdictione, interfecerit aliquem in altera iurisdictione positum, tunc vterque iudex cognoscere poterit, & erit præuētioni locus. Ioh. And.
6 in regul. in obscuris. de reg. iur. in Mercuria. Feli. & alij in c. j. de præsumptio. post Bart. in l. libellorum. ff. de accusa.

De eadem re.

Secundò non procedit in ea persona, quæ ad Præsidis cognitionem non pertinet. l. si maritus. 2. §. & generaliter. ff. de adulter. vtpote in Senatore. l. fin. C.
7 vbi Senato. vel clarissimi. Nam hi à corpore Curiæ iudicari debent. vt ibi scribitur.

Tertiò, si ageretur contra delinquētem ciuiliter,
8 corrigi iste debet coram suo iudice. Doct. in d. authe. qua in prouincia. & criminaliter censetur agi, si procurator Regis per se queratur, allegatur glos. in verb. aureorū. ff. de sepul. viola. in l. iij. & hoc si principaliter, vt alibi dicetur.

Quartò, non procedit in foro conscientiæ, quia tenetur quis confiteri sacerdoti proprio, & non illi, in cuius parochia deliquit. glos. in c. j. xvj. q. j. Ratio est, quia Curatus debet cognoscere vultum pecoris sui, & ei est commissa anima sui subditi. c. omnis. de pœnit. & remis. Vnde cùm Deo satisfacere debeat, quem læsit, ob id sacerdoti proprio, qui est eius vicarius, confiteri debet. Differentia enim ratio est, quia in foro (vt dicūt) contētioso imponitur pœna, vt delinquens Reipubl. quam læsit, satisfaciat, & ideò vbi deliquit, imponi debet, secus in altero casu. vt docet Ioan. And. in c. j. coll. iij. de raptor.

Quintò, vitiatur in eo, qui existens Parisiis, mandauit, vt Aureliæ fieret delictum, vbi autem com-
9 missum fuerit, ibi esse puniendum, quia delictum intelligitur esse, quando est consummatum l. si quis vxori. ff. de furt. vbi mandans incipit teneri, quando delictum est commissum, ergo non antè, nec ab alio iudice. Nam sicut contraxisse vnusquisque intelligitur in eo loco, in quo, vt solueret, se obligauit, l. contraxisse. ff. de actio. & obliga. ita & deliquisse. vbi cōsummauit. Posset etiam mandans ab eo iudice, in cuius mandauit iurisdictione, de illo turpi mādato puniri. l. j. §. persuadere. ff. de seruo corrupto. l. si quis seruo. C. de furtis. Bart. in l. non solum. in fi. ff. de iniur.

Mandans ab eo iudice puniendus, in cuius iurisdictione mandauit.

Sextò is, qui ratificauit Parisiis delictum commissum Tholosæ, potest hic Parisiis puniri, quia hic censetur consummatum quoad ratificatum. glos. &

Ratificatio cēsetur delictum consummare.

ibi Aucha in Clement. j. vt lite pendent.

Vltimo ex hoc text. habemus vnū casum, in quo 10
Præses prouinciæ cognoscit cōtra non subditos, videlicet ratione delicti. Secundus est, si causa à principe fuerit ei mandata. c. vnaquæq;. iij. q. 6. c. iudices. xj. q. j. & in tit. de offic. delegat. & de offi. eius infrà.

Tertius est, in appellatione, vt diximus superiùs, 11
& facit c. peregrinæ. iij. q. vj. & c. scitote. vj. q. iij. vide alios casus per glo. & Doct. in l. hæres absens. in fi. de iud. & in c. fi. de foro compet. & Soci. in rub. illius tit.

Postremò, si personæ commissæ sint alicui, vbicunq; sint, possunt puniri, vnde dux exercitus suos 12
milites vbique punire poterit. l. iij. ff. de re milita. Tamen si quid grauius admissum sit, ibi puniendum, vbi delictum grauissimū est perpetratum, vt exemplo illius alij à malo arceantur. l. fi. C. ad leg. Iuliam repe. De his mandatis Principum scripsi in l. solent. suprà de offic. Proconsul.

Extraneos homines.] Hic dicuntur extranei, qui in ea prouincia non degunt, nec originem habent. & multa scripsi, quādo quis vocetur extraneus. in. l. rei appellatio. j. ff. de verb. signific.

Aliqui in tex. legūt manu admiserint, alij malum admiserint, & communis lectio habet malum, & clarior redditur materia, nā quodcunque malum admissum fuerit, de eo Præses cognoscet. Quòd si legas manu admissum tantum puniendū, quis alia crimina, alio modo commissa puniet? nisi dicas, manum, generaliter accipi, vt in l. fi. C. de reuoc. dona. & c. fi. illo tit. ac c. si quis suadente. 17. q. 4.

Lex IIII. Vlpianus lib. XXXI. ad Edictum.

PRæses prouinciæ maius Imperium in ea prouincia habet omnibus, post Principem.

ISTam leg. & eius materiā explicaui in l. si in aliquam. in fi. suprà de offic. Proconsul. Nota tamen quod à sententia Præsidum prouinciæ appellabatur. vt in l. ij. in fi. C. de tempo. appellat. Ideò Præfectus Prætorio erat maior isto Præside prouinciæ.

Lex V. Idem lib. I. de omnib. Tribunalibus.

PRæses prouinciæ non magis tutorem, quàm specialem iudicem, ipse se dare potest.

NEc potest se Præses prouinciæ tutorem dare, nec se specialem iudicē decernere, & non magis vnum, quàm alterū facere poterit, & sic neutrum ei liberum erit agere, sicut dictum fuit in Prætore, in l. fi. suprà de offic. Prætor. vbi alia tractaui.

SVMMARIA.

1 *Exactiones illicitæ ab Ecclesiis si factæ fuerint, in duplum restituendæ.*
2 *Venditio sine pretio habita, præsumitur simulata.*
3 *Fides de pretio in emptione haberi potest.*
4 *Venditionis per violentiam factæ, prohiberi debent ne effectum habeant.*

Lex VI.

SVMMARIA.

1 *Exactiones illicitæ ab Ecclesiis si factæ fuerint, in duplum restituendæ.*

2 *Venditio sine pretio habita, præsumitur simulata.*

3 *Fides de pretio in emptione haberi potest.*

4 *Venditiones per violentiam factæ, prohiberi debent ne effectum habeant.*

LEX VI. IDEM LIB. I.

OPINIONVM.

ILlicitas exactiones & violentia factas, & extortas metu venditiones & cautiones, vel sine pretij numeratione, prohibeat Præses prouinciæ.

ILlicitæ exactiones aliquando fiunt à Principibus, & à publicis personis, interdum à priuatis. Si à Principibus fiant, his orationibus resistendum est, & non murmure, nec quidem factis, quia Diuus Paulus ait: Obedite Præpositis vestris, &c.

Si verò fiant à priuatis personis, etiamsi fierent ab exactoribus Principum, & tunc Præses prouinciæ prohibere eas debet, sed quomodo hæc prohibere poterit, si imposita sint? Respondeo, Præses imposita à Principe adiuuabit, vt exigantur, sed priuatorum superindicta prohibebit, vt in §. illicita. inferiꝰ. ibi: *Et vt sub specie tributorũ illicitas exactiones fieri ꝓhibeat.* Iustinian. statuit in §. *Eos, qui in prouinciis pro quibuscunque publicis exactionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, nisi prius prouinciali iudicio insinuauerint impositas sibi de hoc iussiones vt exoluentes fiscalia tributa, nulli pro his periculo, aut damno subiiciantur, hoc ipso & super priuatis negotiis obseruando.* Exactores enim sunt, sicut monetarij, qui frequenter metas rationis excedunt in exigendo. vt dicit Papa in c. statutum. §. notarium. de rescript. in 6. & ad prædam sunt parati. l. ij. C. de discusso. lib. 10. vbi Lucas de Penna, & ideo non pauci in furcis pendent.

Superindicta priuatorum prohibita.

Illicitæ dicuntur exactiones, quæ contra leges fiunt. l. licitatio. §. quod illicitæ. ff. de public. & vectig. l. fideicommissum. §. si quis illicitè. de legat. 3. & illicitum dicitur id, quod non est licitum, vnde illicitas exactiones maximè ab Ecclesiis, quarũ abusus iam
1 per longa tempora inoleuit, per ciuitates, & castella dãnat, & prohibet Feder. & in duplũ, si factæ fuerint, reddi decernit. in §. illicitas. de pace & iura. firmand. in vsibus feudo. & hæ ad inferos deducunt multos.

Exactiones illicitæ.

Et violencia factas.] Præcipit Præsidi, vt in sua prouincia prohibeat violẽtias, videlicet ne quis vim & impetũ inferat alicui, vnde scribit Iustin. in tit. de mãd. Princi. colla. 3. §. publicorũ. vers. *Sed neq. permittes nostros subiectos, violentũ aut seditiosum aliquid pati, sciẽtes, q si exactiones inferẽtes quid tale gesserint, de suo satisfacere fisco cogentur.* & in §. deinde. sic scribit: *Deinde cõueniẽs est te prouidere, vt nulli populi ciuitatũ alterutri seditiones faciant, sed omnem pacem esse Dei ciuitatibus, dum æquitas etiam hinc nostris subiectis seruatur, & neque lucri, neque passionis alicuius causa ad aliquam partium declinetur.* ergo omnis via facti prohibita est, & ait Callistrat. *Si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris* in l. extat decretũ. ff. quod metus. vis enim est, quotiens quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. ibid. & dicit Bal. per istum text. multos contractus factos à puellis in fauorem consanguineorum, pronuntiatos irritos propter violentiam, quam consanguinei in illis fecerant.

Extortas metu venditiones.] Etiam prohibeat Præses, si autẽ factæ sint, irritet, vt in tit. ff. quod metus causa gestum est ratum non habebo. & ibi alia dicẽtur, etiã debet prohiberi, ne emptiones sine pretij numeratione fiant, vt si vendã domum magistro militum mille aureis, tamen ego remitto ei pretiũ, ven-
2 ditio præsumitur simulata. l. imaginaria. ff. de reg. iur. & alibi Imperator statuit in l. fin. C. quod met. causa. *Venditiones, donationes, transactiones quæ per potentiã extorta sunt, præcipimus infirmari.* & de substãtia em-
3 ptionis est pretium. l. ij. ff. de contrahen. empt. potest tamen haberi fides de pretio. §. venditæ. de rerum diuision. in Institut.

Emptio sine pretij numeratione fieri nõ debet.

Et cautiones.] Etiam vult metu extortas cautiones, ac prouisiones, vt Præses prohibeat, néue quis se pro altero obliget metu, nempe quidam potentes cogere solebant mercatores, & alios, sed hoc debet prohibere Præses prouinciæ. Et hic cautiones vocat chirographa, quæ vocamus schedulas. l. iij. ff. de fide instrum. plene scripsi in tractat. de chirogra. recog. in 1. tomo Comment. ad Constit. Reg.

Cautionum vocabulo, quid denotetur.

Item not. Doct. istum text. in verbo, factas, ad hoc, vt participium præteriti temporis à lege prolatum, futura etiam respiciat. de hoc dixi in l. verbum, oportebit. ff. de verb. sign. Sed iste text. videtur mirabile dicere, quód Præses prohibeat vẽditiones illicitas, & violẽtias factas, & extortas: si factæ, quomodo prohiberi possunt? Respondeo, Præses potest prohibere venditiones per violentiam factas, ne effectum
4 habeant, & executionem. Nam eas irritando prohibet, ne quis iuuetur illo contractu sic facto, & ita intelligi potest iste tex. facit tex. in c. si quis presbyterorũ. de reb. Eccles. nõ alienan. & ne deinceps tales fiãt.

§. Item ne quis iniquum lucrũ aut damnum sentiat: Præses prouinciæ prouideat.

CVm Iabol. dicat iure naturæ esse æquum, neminem fieri locupletiorem cũ alterius detrimẽto, & iniuria. l. iure naturæ. ff. de regul. iur. l. nam hoc natura. de condic. indeb. ergo iniquum est aliquem fieri cum alterius damno locupletiorem, quod prohibere debet Præses prouinciæ: Iniquum lucrum vocat, quod ex vsuris, & rapto extorquetur, & quod non est æquum. ca. quoniam. & per totum. 14. quæstio. 4. sicut furti nomine intelligitur omnis vsurpatio rei alienæ. c. pœnale. ibidem. q. 5.

Lucrũ iniquum, quid sit.

Iniquum damnum dicit Accurs. datum dolo metu, vel iniuria alterius, & quando æquum non est pati tale damnum. Nam damnum quod quis sua culpa sentit, non videtur iniquum. l. quod quis. ff. de regulis iur. & regul. damnum. in vj.

Damnum iniquum, quod dicatur.

Vnde si dolo quis iniquum lucrum sit consecutus, doli actione sibi prouidebitur. vt per totum tit. inf. de dolo. vel si ætatis fragilitate, restituetur. vt in toto tit. ff. de minorib. Idem si absentia sua damnum patiatur. in tit. ex quib. caus. maior.

SVMMARIA.

1 *Iudex secundùm conscientiam contra plenam probationem iudicare non potest.*

2 *Iudices debent iurare iudicare secundum leges.*

3 *Sententia propria & singularis dicitur erronea, & superstitio.*

4 *Iudex non debet ex confessione, non scripta in actis, moueri.*

§. Veritas rerum erroribus geſtorũ non vitiatur: & ideò Præſes prouinciæ id ſequatur, quod conuenit eum ſequi ex fide eorum, quæ probantur.

D. Ambroſij de bono iudice ſententia.

ALlegatur quod iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata. Aceut.conuenientia adducit iura, & facit text.vltra eum in ca.j. de offic. ord. Et D. Ambroſius ait: Bonus iudex nil arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ volũtatis, ſed iuxta leges, & iura pronuntiat, ſtatutis obtemperat, non indulget propriæ voluntati. ca.iudicet. 3.q.7.c.ſummopere.11.q.3. Et tã iudices inferiores, quã ſupremi videlicet Senatores ex probationibus, & ex fide eo-
1 rum, quæ probabuntur, iudicabunt. Et ſic nullus iudex poteſt iudicare ſecundum conſcientiam contra plenam probationem, alioqui eſſet tollere ius partis, quod nec quidẽ iudices ſupremi facere poſſunt, nec etiam Princeps: quia ad ius reddendum ſunt Præfecti.l.Barbarius.ſup.de offic.Prætor.Et de Naboth probatur in Geneſ.& plenè ſcripſi in tractat.de congrua portio. in q. vlt. Alioquin faceret plus, quàm Deus Opt.Max. Et patet in c. Deus omnipotens.ij. q. j. vbi patet illum ipſum iudicaſſe ſecundum probationem factam per angelos, dum dicit: Deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui ad me venit, opere compleuerint. An non eſt ita, vt ſciam. Geneſ.
2 18. & iudices iurant iudicare ſecundum leges. vt in autben.iuſiurandum quod præſtatur ab his.collat.2. Ergo quilibet illorum periurus erit, ſi illis omiſsis ſecundum ſuam conſcientiam iudicet: etiam eſſet iudex & teſtis, quod eſſe non poteſt.c.1 in.4.q.4. Et non debet quis inniti ſuæ prudentiæ, ſed dictis ſanctorum Patrum.cap.ne innitaris.de conſtit. propria
3 enim & ſingularis ſententia dicitur erronea, & quædam ſuperſtitio. Bal.ibi.per l.quæ ſub conditione.ff. de conditio.inſtit. Nam cauſa finalis, quare habeat conſcientiam, eſt error, quia iura neſcit ſtatuentia, iudicandum eſſe ſecundum allegata & probata. Igitur cũ iudex ſit perſona publica, tenetur publicam ſequi conſcientiam, fundatam ſuper eo, quod ſibi conſtat vt iudici, ſcilicet iuxta ea, quæ probata ſunt, non priuatam ſequi conſcientiam in eo, quod ſcit vt priuatus.c.ſi ſacerdos.de offic.ordinarij. Et huic ſententiæ accedunt Theologi, maximè S.Thomas in 2.2.q.67.art.2.& Bal.in l.fi.C.de pœna iudic.qui malè iudic.inquit, iudices debere ſequi regulas legum, & non conſcientiam, quæ legibus aduerſatur. Iaſ.in §. ſed iſtæ.nu.139.de actio.in Inſtit.

Non poterit itaque iudex condemnare eum, qui probauit, ſe non commiſiſſe homicidium, aliàs peccaret, quia exiſtimare debet ſuam potius conſcientiam erroneam, quàm probationem, ſed gratiam illi concedere poterit Princeps, alioqui incertum eſſet, quid iudicaturus eſſet iudex. Nam quilibet diceret ſuam eſſe conſcientiam, ſic ius totum cõfunderetur. Nam quamuis Princeps.& Senatus iudicare habeãt ſecundùm allegata & probata: tamen ſi conſcientia dictet, non debent iudicare contra conſcientiam.

Iudex contra cõſcientiam iudicare nõ debet.

Sciendum autem eſt ſuper hoc aliud eſſe iudicare ſecundum conſcientiam, aliud contra. Nam ne quidem inferiores debent contra cõſcientiam iudicare, aliàs ædificarent ſibi ad gehennam.c.per tuas. de ſymoni.c.j.de re iud.in vj.Nec ſecundum cõſcientiam omiſsis probationibus, & iuribus, niſi in caſu dubio, & non plenè probato, & tunc Princeps & Senatus hoc poterunt. c.ſi tantum.& ſeq.6.q.2. plenè Lucas de Pen.in l.ij.col.3.& ſeq.C de tabular.libr.10. Non 4
poterit etiam iudex moueri ex confeſsione facta coram eo viua voce, & non ſcripta in actis, quicquid dicat Bal.in l.j.C.de mattumiſ vindict. & Felin.in c. cùm venerabilis. & in cap.aduerſario. de except.ac Hyppolit.ſingul.366.iudex. Sed hoc eſt in inferiore, alioqui iudex appellationis eum malè iudicaſſe pronuntiaret, cùm non cõſtaret in àctis de illa confeſsione: ideò iudex ſupremus poterit, licèt non inſeratur in actis quia non eſt qui poſteà videat rationes ſuper quibus fuit iudicatum.

Iudex poteſt ſecundũ probationem notorij iudicare.

Et ſic periclitantur etiam aliç limitationes Felini in c.paſtoralis.§.quia verò.de offic.delegati. dicẽtis, quando conſcientia iudicis eſſet à notorio informata, poſſe ſic iudicare, ſed eo caſu notorium probaret, & non iudicaret ex conſcientia, ſed ſecundum probationem notorij.c.tua.de cohabitati cleric. Nec is, qui eſt ſupra leges (vt dictum fuit) etiamſi in ſcriptis ſit, vel in criminali. Imò fortius in criminali abſtinere potius, quàm iudicare ſecundum conſcientiam debet: nec cenſetur iudex iudicare ſecundum cõſcientiam, ſi non credat teſtibus deponentibus cum tremore, quia hoc probatur viſu, & ſic iudicat ex eo, quod videt, & non per conſcientiam. Et ſic regulariter iudici nõ licet ſecundum conſcientiam iudicare, niſi ſupremo, & in caſu dubio, nec plenè probato, nec contra conſcientiam aliquis iudex iudicare debet. Sed ſi aliqua, vt priuatus, ſciuerit, nõ debet iudicare contra ſuam conſcientiam, ſed permittere debet iudicium alteri. Hæc eſt ſumma illorum quæ & interpretes noſtri, & Theologi afferunt.

Ex quibus infertur concluſio ſingularis: Iudices etiam ſupremos non poſſe iudicare ſecundum conſcientiam videlicet ſi plenè probatum ſit. Etiam altera ſuccedit. Nullum iudicem etiam ſupremum contra ſuam conſcientiam iudicare debere, & declara. vt ſuprà dictum fuit.

Iudex tenetur ſequi probata.

Senſus huius text. eſt, quod geſtum per errorem non debet vitiare veritatem. Ideò Præſes debet ſequi id, quod decet, & oportet eum ſequi: ſequi autem tenetur ea, quæ probata ſunt. Nam ſicut error eſt conſenſui contrarius, ita veritati. l. ſi per errorem. ff.de iuriſd.om.iud.

SVMMARIA.

1 *Officium iudicis contra potentem implorari poteſt, pro ſecuritate præſtanda.*

2 *Frangens ſecuritatem punitur in regno Franciæ pœna mortis.*

3 *Officiales regios offendens, in Francia, ſecuritatis fractæ pœna punitur.*

§. Ne potentiores viri humiliores iniuriis afficiant: néue defenſores eorum calumnioſis criminibus inſectentur innocentes, ad religionem Præſidis prouinciæ pertinet.

QVia potentioribus pares eſſe non poſſumus. l. ij.infrà de àlien.iudic.mut.cauſ fact. ideò pertinet ad Præſidem prouinciæ ne potentiores humiliores opprimant, vel de facto, vel per lites, & ne eos iniuriis afficiant, ſiue ne defenſores eorum calumnioſis criminibus inſectentur. Interdum potentes iudices propitios habentes, pauperes opprimunt, & ſi tunc

tunc sint, qui eos defendere velint, isti accusant hos defensores de aliquo crimine. Ideo ipsi pauperes nõ inueniunt, qui eos defendere velint, quare iudex Aduocatum præstare pauperi debet, vt in l. nec quicquam. in fin. suprà diximus. de offic. Proconf. & prohibere ne defensores pauperum calumnientur. vnde dicit Bal. quod iudex semper debet esse fauorabilis, & protector pauperũ, ne iniustè molestentur, & erit sibi magna eleemosyna coram Deo. Nec me mouet l. j. C. ne liceat potent. in fin. ibi: *Quare cùm intersit in vniuersum omnium, & præcipuè tenuiorum, qui sæpe importunis potentum intercessionibus opprimuntur, inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis, nec metues ne præiudices clarissimis viris, cùm Diuus Claudius huius rei rectorem prouinciæ disceptatorem, &c. si res postularet, vltorem specialiter fecerit.* Ergo non ad Præsidem spectat, sed ad rectorem. Respondeo, dictum fuit superiùs rectorem prouinciæ accipi pro Præside, & regulariter quod Iurisconsulti vocant Pręsidem prouinciæ, Imperatores vocare Rectorem prouinciæ solent. vt patet in tit. de offi. Rect. prouin. Et sic tam ad Rectorem prouinciæ, quàm ad Præsidem, siue vno nomine, siue altero vocetur, spectat defendere pauperes, ne opprimantur à potentibus, & si quis potentiorum extiterit insolentior, & ipsi vindicare non possint, aut examinare, aut pronuntiare nequeunt, de eius nomine ad nos, aut certe ad Præfecturæ Prætorianæ scientiam referre. quo prouideatur qualiter publicæ disciplinæ, & læsis tenuioribus consulatur. l. ij. C. de offic. Rect. prouinc.

Iudex pauperi de aduocato prouidere debet.

Humiliores vocat hîc pauperes, & quos Imperator in d. l. j. appellat tenuiores, licèt interdũ humilis pro abiecta persona accipiatur. in l. humilem. C. de incest. nup. vt alibi plenè docui.

Ad religionem Præsidis prouinciæ pertinet.] Id est, ad curam & officium Præsidis spectat, & exponit Budæ. religionem, id est, quod vulgo debitum officij. id est, iuxta muneris functionem vocamus, in Comment. linguæ Græcæ. De hac abundè scripsi in l. inter publica. ff. de verb. significat. ideò hîc non repetam.

1 Bar. hîc docet illum, qui timet à potente offendi, posse per istum text. implorare officium iudicis, vt ille potens cogatur præstare securitatem, de non offendendo illum. Etiam allegatur l. denuntiamus. C. de his qui ad Ecclesias confugiunt. quod est verum, causa cognita, id est, si appareat de minis, aut terrore, vel iactationibus. Bartol. in l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœnis. plenè Paul. Paris. consil. 168. & si iudicis. in 4. vol. Non requiritur tamen causæ cognitio in Curiis supremis, secus in inferioribus. vt titul. de assecurament. in stylo Parlament. habetur. Nec solent dari fideiussores ex stylo & cõsuetudine Curiarum Franciæ, sed pars solet promittere, quòd non offendet, nec ipse, nec familiares, nec per se, nec per alios, & ista promissio etiã extenditur extra territorium, adeò q vltra territorium offendens tenetur. vt docet Bar. hîc. & hęc promissio securitatis perpetuò durat, quia non licet alium offendere, nisi esset limitatum in l. qui bona. in fin. ff. de dam. infect. Io. Fab. d. l. denũtiamus. Posset etiã iudex ex causa suis expensis concedere alicui, vt ducat homines armatos ad custod. sui corporis, & vt ipse armat⁹ incedat. Hoc tamen raro fieri debet, quia cautio securitatis sufficere debet. l. fi. C. de erogatione milit. annonæ. lib. 12.

Securitatis promissio perpetuò durat, etiã extra territorium.

Quomodo sit puniendus frangens securitatem? 2
Bar. non plenè discutit. Hodie punitur in hoc regno pœna mortis, tanquã reus læsæ maiestatis. l. j. ff. ad legem Iul. maiest. Aufre. in decis. Th. q. 489. vbi etiam docet non cogi quem in regno Franciæ ad præstandum cautionem securitatis. Sed solet quis poni sub protectione & saluaguardia Regis, cum adiectione pœnæ mortis in laicos.

Visus de præstanda securitate, in regno Franciæ.

Officiales Regij sunt sub regia securitate, ideò 3
quicunque illos offendit, securitatis fractæ pœna puniri in Francia solet, vt sæpius vidi.

SVMMARIA.

1 *Illicitum sub specie liciti, non faciendum.*
2 *Apparitor Regius, præcepto dato abutens, puniendus.*
3 *Delinquens in negotiatione sua, potest prohiberi ne eam amplius exerceat.*
4 *Præses prohibere non potest, ne quis vendat vinum, quandiu ipse vendet suum*
5 *Officium alicui commissum potest prohiberi tantùm, vt exerceatur, ratione delicti.*

§. Illicita ministeria sub prætextu adiuuantium militares viros, ad concutiendos homines procedentia, prohibere, & deprehensa coërcere Præses prouinciæ curet: & sub specie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeat.

MVlta docet iste tex. Primum, vt Præses curet, ne ministri & apparitores concutiant, & grauent subditos, sub prætextu q iuuẽt viros militares.

Secũdò, prohibere debet fieri illicitas exactiones sub specie tributorum, vt videlicet exactor non exigat vltrà, quàm sit impositum, vt in principio huius
text. dictum fuit. Et sic allegatur non esse faciendum 1
illicitum sub specie liciti, quod probat Augu. in c. si quod verius. 32. q. 2. Tributũ quid sit, & vnde dicatur explicatur in l. ager. ff. de verb. sig. vbi plenè docui.

Viros militares, hîc non de militibus in libello constitutis, sed de militibus & apparitoribus intelligimus, qui in quacunq; prouincia constituebantur, vt Proconsules, & Pręsides iuuarent. l. iiij. obseruare. sup. eod. vnde isti aliquando assumebant quosdam, qui eos iuuarent, & sic isti recepti posteà concutiebãt plebem, eo prætextu, quod iuuarent milites & apparitores, quod iste text. prohibet, docens Præsidem prouinciæ curare debere, ne hæc fiant. nec potest intelligi tex. iste, ministeria, pro cõgregationibus, vt Præses debeat cõgregationes hominum prohibere, quia non conueniret sensus text. qui prohibet hos ministros concutientes, & in congregationibus non est concussio.

Concutere dicitur officialis, qui à subditis aliqua extorquet per metũ. vt toto tit. ff. de concussio. Idem dicit Imperator, & simili pœna eos puniẽdos asserit, qui coniugis, vel amici nominibus abutẽtes, prędam sibi acquirunt. l. pen. C. quod met. caus. Ideò illi, qui iuuant apparitores, vel alios militiæ Præfectos, si aliquid extorqueant, hoc nomine puniri debent, & ab eo cuius mandatũ exequuntur. Vnde Senatus Pari- 2
siensis pronuntiauit iudicem regium Beluacensem perperam & abusiuè in carcerẽ apparitorem regium detrusisse, dum abusus fuerat præcepto dato ab officiali Beluacensi, & ab eo puniri debebat: quod est notandum. Et sic hodie sunt in Parisiorum ciuitate,

Concutere, quid sit.

quidam apparitores equites, quidam pedites, alij armorum, de quibus in Constit. Reg. dicitur.

Neque licita negotiatione aliquos prohiberi.] Tertio, Præses negotiationem licitam sine
3 causa interdicere alicui non potest, sed si quis in ea
delinquat, potest vt docet Vlpian. ff. de pœnis. l mo-
ris. §. *Sunt autē aliæ pœnæ. putà si negotiatione abstinere quis iubeatur, vel ad conductionem eorum, quæ publicè locantur, accedere, vel ad vectigalia publica.* Interdici
autem negotiatione plerunque, vel negotiationibus
4 solet, & sic firmat Alber. non posse Præsidem prohibere, ne quis vendat vinum, vel frumentum, quādiu
ipse vendet suum, quia hæc negotiatio cuilibet est
licita. allegat l. libertus negotiatorius. ff. de oper. li-
bert. Ideo non valent artificum statuta, si non fuerint
à superiore approbata, quibus prohibetur, vt quis
arte & negotiatione vti non possit, nisi soluerit de-
cem, vel aliam summam. vt docet etiam Alberic. Et
quando alicui commissum est officium, non potest
5 prohiberi illud exercere, nisi ratione delicti. l. præcepit. vbi not. patruus meus mag. Iacob. Rebuff. C. de
cano. largitio. lib. 10.

Artificum statuta debent a superiore esse approbata.

Neque prohibita exerceri.] Quartò, Iurisc. prohibet militibus emere prædia, in his prouinciis, in quibus militiam exercent, prēter quàm si paterna eorum fiscus distrahat. Fisco autem vendicatur prædium illicitè comparatum, si delatum fuerit. Paternus quoque scribit, debere eum, qui se meminerit armato præesse, parcissimè commeatū dare, equum militarem extra prouinciam duci non permittere ad opus priuatum. piscatum, venatum, militem non mittere. l milites. j. & l. officium. ff. de re milit. Itaque omnia prohibita ne exereeantur iuret Præses prouinciæ, maximè ne vsuræ, vel delicta admittantur.

Alia multa sunt in iure prohibita exerceri, quæ debet Præses prouinciæ prohibere, & curare solicitè, ne fiant, etiamsi sint addita per Imperatores vt in tit. C quæ res vendi non poss. cum tit. seq Nam licèt iste text. hæc non viderit, tamen hodie Præses iuramento adigitur, vt seruet ius, quod intelligi debet tam de iure Digestorum, quàm Codicis. Ideò in illis prohibita debet inhibere, ne exerceantur, etiamsi prohibita sint per statuta, ordinationes, consuetudines, vel per edicta.

Neque innocentibus pœnas irrogari ad solicitudinem suam Præses prouinciæ reuocet.] Quintò, Præses prouinciæ solicitus esse debet, ne innocentes pœna afficiātur. Imo Vlp. scribit, sanctius esse impunitum relinqui facinus nocētis, quàm innocētem damnare. l absentem. ff de pœnis. & scribit Iosephus de bello Iudaico, vndecies cētena millia gladio & fame periisse propter innocentem damnatum; & iam interfectorum posteritas per mille & quingentos fermè annos vaga, sensus inops peregrinatur, exul, & tandiu illi indictum est exilium, quousque pacis Principem agnoscat, pro quo tot sæcula passa est exterminium, in quo sola salus, solàque libertas, & de Iesu Christo intelligere voluit, & de illo scripsit.

Condemnatio innocentis, quàm sit abominanda.

§. Et ne tenuis vitæ homines, sub prætextu aduentus officiorum, vel militum, lumine vnico, vel breui suppellectili ad aliorum vsus translatis, iniuriis vexentur, Præses prouinciæ prouidebit.

Dupliciter legitur hic text. ab Accurs. & primò aliqui legunt lumen, vt vnica domus dicatur pauperi vnicum lumen, quia aliàs non habebat & sic videre eas non poterat. & in Pandect. Florent. ita legitur. & in lib. antiq. & Rauen. & Alberic. intelligunt lumen vnicum, pro vxore, vt de Dauid probatur de vnica oue, quando Bethsabeę vnicam vxorem Vriæ cognouit. 2. Reg. c. 11. Catellianus tamen Cotta in 2. parte Memoralium in verbo, limen. putat legēdum, limen & melius conuenit secundum eum. Nam limen est, quod ex transuerso in ianua est, a limo, id est, obliquo, quod ingredientibus exeuntibúsque transuersum sit, & aliquando accipitur pro ipsa domo, vt hic. & Vergil. 2. Georgic.

Exiliéque domos, & dulcia limina mutant.

Et in Aeneid.

Perge modo atque hinc, te Reginæ ad limina perfer.

Probat alijs multis authoritatibus. inde ius canonicum vult adigere iuramento Episcopos, & Archiepiscopos, vt visitent singulis annis limina Apostolorum. c. Ego. N. de iureiuran. vbi Ioan. Andr. exponit pro Curia Romana, quam veri Prælati visitare debent, nisi Papa eis gratiam faciat. Idem habetur in c. iuita. 93. distinct. dicitur & limen finis imperij, inde postliminium à limine & post, vt Imperator declarat in §. si ab hostibus. quib. mod. ius pat potest. solui. & in tit. de capti. & postlim. reuers.

Et sic intellectus ad istum textum erit, vt Præses prouincię prouideat, ne pauperes vexentur aduentu officialium, vel militum, & ne priuentur domo sua vnica, vel modica supellectile, quam habent in ea, & ne ipsa transferantur ad alios vsus, quod sæpius male seruatur. Solent enim per aduentum Principis, vel militum, pauperes omninò opprimi, & licèt non sit eis nisi vnica domus, occupari, & supellectilia auferri.

Intellectus ad textum.

Et de vnico beneficio, qood monoculum vocant canonistæ, vt non debeatur mandatario, nec expectanti. docet glos. in clemen. j. de præbend. Scripsi in tractatu nominat. q. 15. nu. 41.

Et istum intellectum probant recentiores iurium interpretes.

Aduertite, nam siue legatur lumen, siue limen, siue limes, ad idem sensus tendit. videlicet ne pauper priuetur sua substantia, quam paruam habet, & tanquam vnicum lumen, debet igitur prouidere Præses prouinciæ, ne hoc fiat. de supellectile tractatur in tit de supel. lega. ff.

Hodie non solent Præsides prouinciarum de his decernere, quia curiales suos habent iudices, & milites quoque qui de his prouidere dèbent, sed manus manum fricat.

Statuit etiam Iurisconf. ibi: *Ne quid sub nomine militum committatur, si non pertineat ad communem eorum vtilitatem.* Vtpote si agatur de alendo milites euntes ad exercitum, possunt capi alimenta, ad alendos hos milites, vel si milites apparitores egeant armis ad executionem faciendam, potest cogi plebs ad tradendum, quia hoc pertinet ad vtilitatem in communi, secus si ipse ad suum proprium commodum indigeret, quia vtilitas publica priuatæ præfertur. l. j. solut. matrim. ff. etiamsi capiatur pro publico animal, debet reddi æstimatio domino. l. venditor. §. si constat ff. communia pręd. l. si locus. in fi. quemadmod. seruitu. amittant.

Alimenta pro militibus possunt capi.

SVMMA

SVMMARIA.

1 *Medici excuſantur, iudicantes vulnus non eſſe mortale, licèt mors inde ſequatur.*
2 *Medicus dolo medicamenta infirmo dans, quibus moritur, pœna mortis puniendus.*
3 & 4 *Negligentia medici duobus modis probatur.*
5 *Medicus tenetur ad damna, quæ infirmus ex dilatione infirmitatis eſt paſſus.*

§.Sicuti Medico imputari euentus mortalitatis non debet: ita quod per imperitiam commiſit, imputari ei debet. Prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo hominis, innoxium eſſe non debet.

MEdicus non tenetur, ſi ægrotus deceſſerit: quia
Non eſt in Medico ſemper releuetur vt æger,
Interdum docta plus valet arte malum.

Vt Accurſ. docet hic, & gloſ. in c. ad aures. de ætat. & qualitat. Nam quandoque eſt vitium materiæ, non artificis. l. ſi ſeruus. §. ſi calicem. ff. ad legem Aquil. gl.
1 in c. niſi. in verbo, effectus. de renuntiat. & excuſantur Medici, qui iudicauerint vulnus non eſſe mortale, licèt inde mors fuerit ſubſecuta, ex ſententia Baldi, facit c. tua. de homicid. vbi Doct.

In Medico quæ requirantur, vt excuſetur.

Hoc intellige ſi ſequentia interueniant. Primùm, ſi officium Medico conueniat, vtpote quia eſt laicus, non verò clericus, aut religioſus, quibus non conuenit. c. ſententiam. verſi. nullus. ne clerici vel monachi. Item ſecundùm artis præcepta ſi medicamenta dederit. d. cap. ad aures. Præterea quòd diligens in cura fuerit, vt ibi, *cum diligentia, &c.* argum. l. diuus. infrà. Adhæc ægrotum certiorem reddere debet de omnibus contrariis morbo, & de his quæ ipſe in morbo facere debeat. Innocent. in c. tua. de ætat. alioqui ſtolido Medico imputabitur à contrario.

Medicus tenetur de imperitia.

Secundò, ex hoc text. intelligitur Medicum teneri de imperitia, nam imperitia culpæ annumeratur. l. ſi quis fundi. aliàs incipit, Iulia §. Celſus. ff. loca. §. præterea. de lege Aquilia. in Inſtitut. & Proculus ait: *Si Medicus ſeruum imperitè ſecuerit, vel ex locato, vel ex lege Aquilia actionem competere* l. qua actione. in fin. ff. illo tit. Ideò extra ordinem puniri debet, & arbitrio iudicis pro modo culpæ, non pœna mortis. Angel. & alij in d. § preterea. niſi lege municipali aliter cautum eſſet, vt apud Aegyptios Herodot. teſte. apud quos talis erat lex: Medici ex publico victũ ſumant, ægros ſecundum legem curent, ab antiquis Medicis comprobatiſque ſcriptoribus traditam: ſi quis normam, ſacri libri ſequutus, infirmum ſanare nequiuerit, omni caret culpa: ſi præter ea, quæ in libris continentur,
2 curauerit, morte puniatur. Sed ſi Medicus dolo medicamenta infirmo dederit, quibus ille mortuus fuerit, pœna mortis punietur. teſte Angel. in l. neceſſarios. §. fin. per illum text. ff. de Senatuſc. Syllania quia dolo occidẽs occidi debet. l. in lege. ff. de ſicar. Cardi. Alexan. in cap. abſit. in fin. 50. diſt. Sed in dubio dolus non præſumitur. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probat.

Aegyptiorum lex de Medicis.

Dolus non præſumitur in Medico. Nec culpa.

Etiam non præſumitur culpa Medici æger mortuus, ſed ex morbi euentu. d. c. ad aures. Spec. in tit. de diſpenſa. §. iuxta propoſitionis. verſic. item exercens artem. per c. de occidendis. 23. q. 5. inſtar iudicis. l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. c. in præſentia. de renunt. Alioqui nullus vel rarus inueniretur Medicus, qui mederi vellet, ſi quælibet mors eis imputaretur. Innocent. in c. tua nos. de homicid.

Delictum Medici.

Delictum, &c.] Tertiò colligit Medicum delinquere, quando ignorat artem, & hominem in periculum inducit: debet enim Medicus, teſte Hypocr. in prologo Prognoſtico, ſcire ægritudinis cauſam, præteritam videlicet, vnde infirmitas originem traxerit, præſentem, in quo ſtatu ſit morbus, futuram, an curari poſſit, vel mortalis ſit ægritudo. vt ſic, ſicut Eriſtratus Medicus, qui pulſu cognoſcebat amantem, docet de Ripa in ſuo tracta. de peſte.

Medici quomodo de morte alicuius teneantur.

Ex his infertur, ſi ex animo & induſtria hominem occiderit, pœna mortis Medicum plecti debere, ſi per imperitiam, arbitrio iudicis, pro modo culpæ, ſi verò per negligentiam, etiam arbitrio iudicis tenetur, & culpæ reus erit, videlicet ſi dereliquit curationẽ eius. l. idem iuris. in princ. ff. de lege Aquil. & §. præterea. illo tit. in Inſtit. vbi Angel. ait Medicum non debere relinquere curam ægroti, alioqui tenetur, ſi mortuus fuerit æger, & hoc intelligendum eſt, ſi infirmus Medico ſatisfaciebat, niſi eſſet pauper ægrotus, alioqui contrà, & hæc negligentia probatur duobus modis.

De eadem re.

Primò, ſi tẽpore opportuno neglexerit infirmum 3
curare, vel ſi inſidiatus illius vitæ fuerit. in l. neceſſarios. §. fi. ff. de Senatuſc. Syllania. Etiam docet Cardi. Alex. c. j. diſt. 81. Medicum, qui neglexit curam præſtare ægro in periculo exiſtenti, teneri, ac ſi illum occidiſſet. l. necare. ff. de liber. agnoſc. Etiam ad damna & intereſſe hæredibus. ſcribit Alberic. diſtinguendo tamen. in l. qua actione. ff. ad legem Aquil.

Medicus extorquens promiſſiones, vel donationes ab ægro, puniendus.

Imò etiam, ſi Medicus protrahat infirmitatem, vel 4
promiſſiones, aut donationes ab ægro extorqueat, iudicis arbitrio, eſt puniendus, & contractus cum eo facti, tanquam metu initi, reſcindi debent. l. Medicus. ff. de variis & extraord. cognit. Bald. in l. interpoſitas. C. de tranſaction. Ideo literas reſciſionis contractus impetrare à Cancellaria opus eſt.

Etiam tenetur ad dãna, & ad ea quæ pars eſt paſſa 5
ex dilatione infirmitatis. l. item ſi obſtetrix. §. j. ff. ad legem Aquil. Spec. in tit. de magiſtr. circa fin. de Ripa in tract. ſuo de peſte multa refert, vbi alia de his Medicis ſcribit, illum, ſi lubet, liberum eſt perlegere.

Procurator cauſã protrahens.

Idem dicerem in Procuratore, & Aduocato protrahente cauſam, vt docet Albert. quod ſæpius exercetur in Curiis Franciæ à Procuratoribus, ſuper quibus deberent vigilare iudices.

SVMMARIA.

1 *Deportatio in inſulam, ſucceſſit in locum interdictionis aquæ & ignis.*
2 *Etiam de nocte fieri poterat.*

§. Qui vniuerſas prouincias regunt, ius gladij habent, & in metallum dandi eis poteſtas permiſſa eſt.

Præſes cur deportandi ius non habeat.

MIrantur hic interpretes, cùm Præſes gladij, vitæ, necíſque habeat poteſtatẽ in delinquentes, ac etiam in metallum eos damnandi, & tamen ius deportandi non habet, vt dicitur in l. ij. §. conſtat. de pœnis. Nam poſtquam necare poteſt, multò magis habebit id, quod eſt minus, videlicet deportationem. Reſpondeo, ipſi eò non poſſunt Præſides deportare,

quia non habent insulam in dominio Principis, sed scribere debent Imperatori, vt eam assignet, quam si haberet in sua prouincia, assignare possent. l. inter. ac l. relegatorū. §. j. & ij. de interdic. & relega. ff. vbi Bar.

Sed hæc ratio non videtur vera, quia etiam ipsi Prælides quandoque non habent auri, vel metalli fodinas, vel in prouincia metalla, & tamē in metallum damnare possunt, vt hic, & in l. in metallum. l. aut damnum. §. metalla. ff. de pœnis. Interdum Præsides insulas sub se habent, & tamen ius deportandi non habent, sed relegandi sic. d. l. relegatorum. §. j. & seq. & d. §. constat. Adhæc Præfecto vrbis Seueri Imperatoris rescripto ius deportandi in insulā datum est, & tamen insulam non habebat. l. j. §. relegandi. ff. de offic. Præfect. vrb. d. l. ij. & l. inter.

De eadem re. Vnde Zouanetus lib. restit. cap. 21. ait, aliam esse rationem, quia decuriones propter capitalia crimina, & alij magni viri in insulam deportantur. l. si quis. §. eius. de iniust. resta. l. sacrilegij. §. cæterum. ad legem Iul. pecul. l. inter. in fin. de interd. Alij inferiores capite mulctabantur, & fustibus cædebantur, aut in metallum damnabantur. l. ij. in fin. ff. de sicar. l. capitalium. §. non omnes. de pœnis.

Ideò Præses hanc pœnam non imponit, quia iurisdictionem in hos decuriones, vel alios illustres non habebat. l. pen. de sicar. l. diui. de pœn. hæc fuit senten. Iacobi de Rauen. ante eum, & Alberic. de Rosat. hic.

Ratio Zouaneti improbatur. Hæc ratio non mihi placet, quia etiam inferiores in insulam deportari solēt pro qualitate delicti. Nam falsarij deportabantur, siue esset decurio, vel alius, dummodò esset liber. §. item lex Cornelia de Fal. de publ iudic. in Instit.

Etiam lex dixisset ob honorem personarum Præsidē non posse deportare, & Præses prouinciæ in omnes regulariter iurisdictionem obtinebat. vt l. iij. & iiij. suprà eodem. & hîc dicitur, non habere contra magnos viros, & tamen delictum excludit omnem honorem. l. j. vbi Sena. vel clarisi. C. Adhæc ista lex non esset generalis, vt esse debet. l. leges. C. de legib.

Item illi, qui vim publicam cum armis commiserit, deportatio ex lege Iulia de vi publica irrogatur. §. item lex Iulia de vi. ibidem. & non sit differentia vtrum digniores commiserint, vel alij. Igitur non videtur hæc ratio subsistere, nec probant iura allegara per eum, vt tantùm magni viri deportentur.

Authoris opinio de eadem re. Quamobrem ego putarem ius deportandi non esse datum Præsidi prouinciæ, quia nō poterat quem Principi subditum ditione Principis liberare, & quia erant quædam insulæ subditæ Principibus, & Imperatoribus, quædā non: ideò putaisset Præses iubere illum deportandum ad insulam Turcarū, vel aliam, vbi erat commercium extraneorum hominum, certè Principis interesset. Ideò is ipse non permisit, vt in insulam Præses quemquam deportaret, ne hic exul deportatus in insulam inimicorum Principis, secreta regni reuelaret, vel iuuaret inimicos. Ideò in hoc consulēdus erat Princeps, qui insulam vnam ex suis

1 assignaret. d. l. iubet. & d. l. relegatorum. Et quia hæc pœna successit in locū interdictionis aquæ & ignis, d. §. constat. ob id Princeps sciebat quasdam insulas nullis comitatas rebus, eam ob rem vnam istis exulibus assignare solebat, vt aqua & igne carerent, si hoc ei videbatur: etiam nolebat fortè huius deportati ministerio priuari, nec ista deportatio erat minor mortis impositione.

Item possumus dicere multa esse concessa vni, quæ non alteri, ideò Præfecto vrbis, fortè in honorem vrbis, datum quandoque fuit ius deportandi, Præsidi autem prouinciæ denegatum. Sed quare hoc? potest dici, quod scribitur in l. non omniū, quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest. ff. de legib. sic voluerunt Principes, sic volo, sic iubeo, &c. glos. in §. furtiuæ. in Instit. de vsuca.

Argumentū de maiori ad minus. Nec valet hoc argumentum, cui licet, quod est plus, licet quod est minus in concessionibus. Nam concessum interdum erit merum imperium vni, & tamen simplex & inferior iurisdictio non erit concessa. vt Doctor. scribunt in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. glos. in reg. cui licet. in vj.

Item quia mortis publicæ pœna imponebatur, ob id concessa erat Præsidibus prouinciæ, quia est verisimile, quod nō imponebatur, nisi iustè. Sed deportatio no[n?] tu fieri poterat, quæ si cōcessa fuisset illis, data 2
fuisset Præsidi vindicādi potestas, de hominibus suæ prouinciæ, illos sic secretò deportando. Ideò Princeps retinuit sibi potestatem constituendi insulam, & adnotandi vt l. j. § quibus. ff. de legat. 2. & dicta l. relegatorum. Aliam rationem si quis afferat, benignè recipiemus. De hoc gladio dicam in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud.

SVMMARIA.

1 *Paupertas excusat vsurarium à restitutione vsurarum.*
2 *Officium iudicis nobile non expirat.*
3 *Mulcta ex delicto publico à iudice remitti non potest.*
4 *Semel propter inopiam remissa, vnquam exigi amplius non potest, secus in cedente bonis.*
5 *Parti semel adiudicata, inuita parte remitti non potest.*

§. Præses prouinciæ si mulctam, quam irrogauit, ex præsentibus facultatibus eorum, quibus eam dixit, redigi non posse deprehenderit, necessitatem solutionis moderetur, reprehensa exactorum illicita auaritia. Remissa propter inopiam mulcta, à prouincias Regentibus exigi non deber.

Moderatio mulctæ potest à Præside fieri. Ex hoc text. constat Præsidem prouinciæ posse moderare mulctam, quam indixit, si videat eum, quem mulctauit, non posse eam præstare, & in hoc reprehensa est auaritia exactorum, qui omninò mulctas impositas totas exigere conabantur, & si semel remissa fuerit mulcta, amplius exigi non debet. Nam inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. l. nam. ff. de dolo. c. olim. io 2. de restit. spoliato. & nota, paupertas euidenter excusat vsurarium à restitutione. cap cum tu. de vsur. docet Bartol. & alij in l. 1
quod iussit. ff. de re iudic. iudicem posse mutare sententiam definitiuam, latam officio iudicis nobili, cùm 2
illud officium non expiret. facit l. diuus. ff. de in integr. restit. Bartol. in l. prima in fin. ff. de præto. stipul. Bald. in l. prima. C. senten. rescindi non posse. & sic mulcta potest remitti, secus dicunt in pœna: quia in hoc est lucrum, in altero debitū. quæ etiam pauperi remitti nō potest. l. prima. in fi. ff. de pœnis. l. pœnam. *Mulcta pauperi potest remitti, non verò pœna.* C. illo

C. illo titulo. Doctor. in l. iudex. ff. de re iudic. glos. & Doctor. in c. nisi. de offic. Legat. Felin. in ca. qualiter. col. 10. de accusat.

Ego verò existimarem mulctam posse remitti, non ea ratione quam Docto. adducunt, alioqui idem in pœna esset, quia semper durat officium iudicis, quandiu est iudex. vt l. prima. ff. de iurisdict. omnium iudicum. nec est differentia in quolibet officio, quia vnum tantùm iudicis officium esse ad diuersa respiciens, scripsi in l. actionis verbo. ff. de verborum significatione. & dicta l. prima. sed quia ex causa subuenit Prætor. l. prima. ff. ex quibus causis maior. ob id voluerunt iura, vt mulcta remitti possit pauperi impotenti eam soluere, aliàs non. glos. in l. omnes j. C. de annonis & tribu. lib. 10. & in l. fin. in fine. de publica. Roman. in repetitio. l. si verò. §. de viro. columna 10.
3 fallen. 25. ff. solut. mat. Nec mulctam ex delicto publico remittere iudex posset, sed in castigationem corporis conuertet. l. prima. in fine. ff. de pœnis. l. penultima. de in ius vocan.

Mulctam iudex in regno Fräcia remittere non potest.

Hodie verò in Regno Franciæ, non potest iudex mulctam impositam etiam ab ipso remittere, sed si quis tam pauper sit, cogitur vel bonis cedere, vt ff. de cessio. bono. vel impetrare literas regias directas iudici, vt ei mulctam remittat, si impotentem eum ad soluendum cognoscat, & tunc audito & consentiẽte Procuratore regio iudex illam remittet, si ex crimine publico non fuerit imposita. & de hac scribam in l. vnica. ff. si quis ius dicent. non obtemp. & plenè tradidi in l. aliud est fraus. §. fin. & in l. si qua pœna. ff. de verborum significatione.

4 Etiam Accurs. hîc docet mulctam semel remissam propter inopiam, non posse vnquam exigi, licèt debitor posteà fiat soluendo, quia merum lucrum est. & hanc glos. dicit singul. Bald. in margarita, in verbo, pœna. 13. quæst. quod secus est in cedente bonis. l. is qui bonis. de cessio. bonor. ff. quia obligatio hoc casu suspenditur, in altero extinguitur.

Idem, si castigatio corporis semel imposita fuerit pro mulcta. per text. in l. sed & si vnius. §. Prætor ait. ff. de iniuriis. quem text. not. Bald. in l. fin. de in ius vocan. C. & Ludouic. Roman. singul. 14. quod non valens. glos. in cap. eos. de homicid. & in regul. peccatum. de regulis iuris. in sexto. Ias. in §. finali. de actio. in Institut.

5 Item ista limitantur in mulcta adiudicata parti, quam nullus potest inuita parte remittere, per regulam, Quod nostrum est, sine facto nostro in alium transferri non potest. ff. de regulis iuris. sed iste text. intelligitur in mulcta lata ad fisci vtilitatem, quam hic Præsidi potestatem remittendi concedit. & hoc firmat Accurs. & Doctor. in l. ij. C. de in ius vocand. l. rescripta. C. de precibus imper. offerend.

Adhæc Bart. hîc dicit paupertatem prodesse, quæ tamen maximè obest, quia

Haud facilè emergunt quorum virtutibus obstat.
Res angusta domi. - -

licèt glos. in §. primo. quibus ex causis maior. & alibi sæpius hoc asserat. Sed ego dicerem paupertatem exonerare à solutione mulctæ pauperem, & aliis casibus, quia ratione paupertatis plurimi etiam grauantur, ideò releuati debent. l. eum qui. ff. de iureiur. & quadraginta casus, in quibus quis prætextu paupertatis releuatur, congerit Lucas de Penna in l. fin. C. de his qui nume. liber. vbi etiam 17. paupertatis

Paupertas excusat què à mulcta.

incommoda scribit. Et Diogenes Cynicus cùm ei paupertas à quodã vitio daretur: Infelix, dixit, quid ais? neminem vidi tyrannidem gerere propter paupertatem, omnes verò propter diuitias.

SVMMARIA.

1 *Forensis vsus in Francia, de domo communi reficienda.*
2 *Clerici possunt cogi ad reparandum domos tam Ecclesiæ, quàm suas, necnon ad Ecclesiarum suarum reparationem.*
3 *Itinera ante domum pro rata domus reficienda.*
4 *Domum omninò destructam non tenetur quis de nouo readificare.*
5 *Limitatur.*

LEX VII. IDEM LIB. III. OPINIONVM.

PRæses prouinciæ inspectis ædificiis, dominos eorum causa cognita reficere ea compellat: & aduersus detrectantem competenti remedio deformitati auxilium ferat.

IN l. si in aliquam. suprà. de offic. Proconf. & Lega. dictum fuit Proconsulem debere inspicere ædes sacras, & opera publica, an refectione indigeant, sed de priuatis ædificiis, nil ibi statuitur. Ideò ista lex facta est de priuatis, vt Præses prouinciæ non solùm publica ædificia conspicere debeat, vt suprà: sed etiã priuata, quæ si reparatione egeant, compellant dominos domorum, vt eas reficiant, causa tamen cognita, & aduersus recusantem decenti remedio auxilium ferat deformitati ciuitatis.

Refectio domus communis.

Colligitur ex hoc textu, Præsidem prouinciæ posse compellere habentẽ domum ad eam reficiendum, sed quo remedio iudex eum compellet? Respondeo, si domus fuerit communis, compellet socium ad refectionem extra ordinem, & officio suo, petente parte, pignus capiendo, mulctam dicendo, & alia faciendo, sicut statuit Labeo in l. cum eo. ff. ad legem Iul. pecula. Sed si socius domum suis expensis refecerit, & alter socius sumptuum dimidiã partem sine necessitate detrectet præstare, intra quatuor menses, illis elapsis domus eius solida erit, qui refecit. text. solennis in l. si vt proponis. C. de ædific. priuatis. & tex. in l. si fratres. §. idem respondet socius. ff. pro socio. quem no. sing. Francisc. Cremen. sing. 97. decidi. & Cæpola in tract. de seruit. vrba. præd. c. 40. col. 9. tit. de pariete. & c. 59. tit. de resec. col. 3 & cautel. 85. & quamuis in dict. §. idem. Respondeo, ipso iure post triennium elapsum dominium acquiratur socio, qui ædificauit. & dicta l. si vt proponis, vtitur verbo, vendicare, tamen in hoc regno sine iudice dominium non consequetur, vt statim dicetur.

In forensi itaque iudicio seruatur, vt dominus pro
parte in ius vocet alterum domus dominũ, ad illam 1
reficiendum, & postea eo audito, & sic causa cognita, vt dicit iste tex. iudex condemnabit illum socium ad conferendum dimidium partem sumptuum, pro domus refectione, & si alter dominus interim integras impensas fecerit, adhuc datur supplicatio iudici, vt cogat alterum ad restituendum dimidiã sumptuum partem cum vsuris, & iudex condemnabit illum ad

reſtituendum intra quatuor menſes cum intereſſe, aliàs dicet quod tempore elapſo ſi ille eas impenſas non præſtiterit, declarat Præſes inſequēdo ius totam domū ſpectare ad reficientem, & illi adiudicat, & ſic ſolet fieri, quicquid dicāt interpretes. Et qa in regno non ſit iuris, ſed iudicis authoritate, cōtumacia data.

Ex hoc infertur alterum ex dominis cogi in ſolidum poſſe ad reſtaurationem totius domus in Reip. fauorem, ne vrbs ruinis deformetur. l. ſingularum. C. de ædifici. priua. & ita cenſuit Senatus Tholoſan. vt refert Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. domū. num. 16. de teſta. Sed neque paſsim admittenda ſunt, neque diſtrictè deneganda, ſed à Prætore, cauſa cognita, temperanda. Vlp. in l. ſed hoc. ff. de procura. per iſtum textum ibi, cauſa cognita. Si verò tota domus ſit alicuius, cogi iudicis officio poteſt.

Caſus, quo quis rē ſuā vendere cogitur.

Et ſi pauper ſit, qui nō ſit par oneri, cogetur vendere domum alicui, qui illam cum onere reficiendi emat. vt docet Specul. in tit. de ſatiſda. §. hoc quoque. verſi. circa hoc quęritur. allegat. l. lege. ff. ad Syllania. & l. ij. & fi. C. in quibus cauſ. ſerui pro præmio libert. accipiant. quæ iura nil faciunt ſecum. Sed melius facit l. ad curatoris. ff. de dam. inſect. Ioan. de Platea in l. ij. C. de conditis in publ. horreis. lib. 10. Imo ſi ſumptu publico domum ciuitas extruat, & dominus ad tempus à iudice præſtituto pecuniam cum intereſſe non reſtituat, iure eam Reſp. diſtrahit. d. l. ad curatoris. ff. de damno inſect.

2 Etiam clerici ſolent cogi ad reparandum domos tam Eccleſię, quàm ſuas, & ad Eccleſiarum ſuarum reparationē. vt docet Bened. vbi ſuprà. & in verbo, & vxorem. nu. 430. facit c. j. & per totum de Eccl. ædifi.

3 Non ſolùm poſſunt cogi homines ad reparationem domus, ſed & itinera ante domum, pro rata domus. l. ædiles. ff. de via publi teſte Cępol. in tracta. de ſeruit. ruſticor. præd tit. de ſerui. viæ. q. 25. & hoc dicit Alberic. iudicem facere poſſe ex officio nemine petente, ſed in forenſi iudicio ſeruatur, ſi reſpiciat vtilitatem publicam, procurator Regius vel domini petit, ſi priuatam, pars, & nō habet iudex ſine petitione multa concedere, alioqui reciperetur in partem.

Limitant interpretes, quādo domus eſſet omninò
4 deſtructa, & ſolo æquata. Nam eo caſu eſſet de nouo
facere, quod non tenetur quis, niſi conſuetudine, aut
5 ſtatuto, vel ordinatione contrarium cautum ſit, vel
niſi deberet ſeruitutem oneris ferendi. l. eum debere.
ff. de ſeruitu. vrba. prædior. Socin. in conſil. 138. circa j.
in j. vol. & Bened. in verbo, domum. nu. 14. facit l. iij.
ff. de riuis. reficere enim eſt, quod corruptum eſt in
priſtinum ſtatum reſtaurare. l. j. ff. de riuis. Et hic tantum reficere mandat, non de nouo ædificare. Cæpol. in d. tract. de ſeruit. tit. de reſectione. Iaſ. in l. quo minus. q. 17. ff. de fluminib.

Paries intermedius cōmunibus ſumptibus ædificādus.

Etiamſi diuiſa eſſet domus inter hæredes, vel ſocios, compelli poſſent vt parietem intermedium ædificarēt, cùm ſit eadem ratio, & hoc pulchre diſputat Lu. de Penna in l. ij. col. ij. C. de metat. lib. 12. & Boër. in conſil. 2. poſt Conſue. Bituri.

Viuarium commune cōmunibus ſumptibus, eſt piſcibus implēdum.

Item in viuario communi cum alter piſces apponere nollet, fuerunt ei conſtituti duo menſes ad hoc faciendum, alioqui alteri ſocio fuit adiudicatus vſus totus piſcium pro tempore illius piſcationis à Senatu Pariſienſi anno 1538. die penult. Decemb.

Alia praxi vtuntur Pariſiēſes, vt cautum eſt in tit. *de rachapt des rētes de la ville de Paris.* in Conſt. Reg.

SVMMARIA.

1 *Princeps debet in eloquio eſſe diſcretus.*
2 *Iudex poteſt ſe excuſare de cauſa ſibi per reſcriptum remiſſa.*
3 *Reſtringitur.*
4 *Mandare iuriſdictionem, & committere, diuerſa.*
5 *Iudex committens debet in commiſſoriis litteris dicere, Committimus & rogamus.*

LEX VIII. IVLIANVS LIB. I. DIGESTORVM.

SAepe audiui Cæſarem noſtrum dicentem, hac reſcriptione: EVM QVI PROVINCIAE PRAEEST, ADIRE POTES: non imponi neceſſitatem Proconſuli, vel Legato eius, vel Præſidi prouinciæ, ſuſcipiendæ cognitionis: ſed eum exiſtimare debere, ipſe cognoſcere, an iudicem dare debeat.

DVbium in hac lege eſt, ſi Imperator vel Rex in ſuo reſcripto, remittat partem ſupplicantem ad Præſidem prouinciæ, his verbis: Eum, qui prouinciæ præeſt, adire potes, an Præſes de cauſa cognoſcere teneatur? quod videbatur, quia Imperator videtur per illa verba ei ſpecialiter cauſam cōmittere. Sed Iulianus hic contrarium ſtatuit, dicens, ſæpe audiſſe Cæſarem ſic mandaſſe, tamen non imponitur neceſsitas Proconſuli, vel Præſidi prouinciæ, vt cognitionem illius cauſæ ſuſcipiat, ſed ipſe debet æſtimare, an velit cognoſcere, vel iudicem dare, qui de cauſa cognoſcat. Ratio eſt: Nam qui per alium facit, perinde eſt ac ſi ipſe faceret. Per regulam iuris, ergo ipſe per ſe, vel alium hoc explicare poterit. quod eſt not. gloſ. in c. cùm aliquibus. de reſcript. in vj. Nec voluit Imperator iudicem præcisè cogere, vt per ſe cognoſceret, cùm iudicem dare poſsit. l. cùm Prætor. ff. de iud.

Qui per aliū quid facit, per ſe facere videtur.

Audiui.] Ex hoc text. colligitur Iuriſconſ. poſſe etiam referre verba Imperatoris, & ex illis aliquid ſtatuere. Inde Princeps cogitare debet, quid loquatur, cùm ex verbis ſuis multa colligātur bona, ſi bene
loquatur, ſi perperàm, mala. Nam debet eſſe diſcre- 1
tus in eloquio, ne tacenda proferat, & proferenda taceat. c. ſic rector. 43. diſt.

Vnde Celſus ait, ſæpe audiſſe ruſticos ſenes ita dicētes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe, peculium appellantes, quod Præſidij cauſa reponeretur. in l. ſi chorus. §. j. de legat. 3. ff.

Colligitur etiam ex hoc text. iudicem non teneri 2
cognoſcere de cauſa ſibi per reſcriptū remiſſa. Nam poteſt ſe excuſare, ſi valetudine, vel alia iuſta cauſa impeditus ſit. c. ſuſcitatus. de reſcript.

Vel poteſt cauſam alteri committere, & iudicem dare, vel delegare, vt ius Canonicum vocat in toto titulo de offic. delegat. alioqui iudicandi neceſsitas apud iudices eſt. l. fina. §. iudicandi. ff. de muneri. & honor. quæ ſic debet intelligi, vt quis iudicet per ſe, vel cauſam committat alteri.

Limitatur per Accurſ. quando Princeps præcipe- 3
ret alicui, ſeu iuberet, vt ipſe cognoſceret, eo caſu iudicem

iudicem dare non potest. Nam quod imperatur, necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet. cap. fin. 14. quæst. prima quia videtur esse electa industria eius, cui præcipitur, secus si mandet. Alex. & Ias. in l. more maiorum. ff. de iurisd. omnium iudicum. Lucas de Penna in l. iubemus. in princip. C. de proximis sacro. scrin. cæterisque qui in sacris scrin. militant. libro 12. Doctor. in cap. eam te. de rescript. & in cap. licet. de offic. ordin.

Intellige quòd licèt Princeps præcipiat iudici primario Balliui, vel Seneschalli, vt cognoscat de causa & breui expediat, sic: *Mandons & cõmandons, & c. que faictes bonne & briefue iustice aux parties, &c.* [Iubemus atque præcipimus, &c. vt cognoscas de causa & breui expedias.] Tamen poterit de hac causa secundarius, vel tertius auditorij iudex cognoscere, cum ab ipso Principe sit electa industria illorum, quia eos præfecit, nisi diceretur in literis, Præcipimus tibi tantum, vt tu ipse cognoscas.

Differẽtia inter delegationẽ & cognitionẽ per iudices auditorij faciendam.

Nempe differentia est inter delegationem, & hãc cognitionem per iudices auditorij faciendam, cùm in delegatione iudex non expressus non sit à iudice approbatus, secus in iudicibus eiusdem auditorij, quia iidem iudices censentur. l. proponebatur. de iud. & hoc videtur probare text. in §. & hoc vero iubemus. in authen. vt nulli iudicum. collat. 9.

Non valet etiam citatio, si iudex mandet Parisiis alteri, quàm ordinario, vt citet Titium, qui non est iurisdictionis illius, licèt eum inuenerit in suo territorio, quia per verbum, citando, excitatur tantum
4 iurisdictio, & is cui mandatur, nullam habet iurisdictionem in illum, quem in ius vocare non potest: secus si illi committat, vt Titium citet, tunc authoritate committentis hoc faciet. cap. licet. de offic. ordin. vbi plenè Doct. & ita censuit Senatus Parisiẽsis, pro Comite Attrobatensi contra Dominum de Mailly, vt habetur in stylo Parlamenti, in tit. de cita. seu ordinat. §. item ordinamentum. Et ideò in literis com-
5 missionis debet iudex committens dicere, Committimus & rogamus, &c. vt scripsi in tractat. de literis requisitu. seu rogator. in 2. tomo Commentariorum ad Constit. Reg.

Arestũ Parisiense.

SVMMARIA.

1 *Verba preceptiua denotant necessitatem, nisi materia aliud requirat.*
2 *Iudex, qui antea malè iudicauit, non tenetur, nec potest causam ad se remissam cognoscere.*
3 *Imò si cognoscat, ad mulctam condemnari potest.*

LEX IX. CALLISTRATVS LIB. I. DE COGNITIONIBVS.

GEneraliter quoties Princeps ad Præsides prouinciarum remittit negotia per rescriptiones, veluti: EVM QVI PROVINCIAE PRAEEST, ADIRE POTERIS: vel cum hac adiectione, IS EXISTIMABIT QVID SIT PARTIVM SVARVM, non imponitur necessitas Proconsuli, vel Legato, suscipiendæ cognitionis: quamuis nõ sit adiectum, IS EXISTIMABIT, QVID, SIT PARTIVM SVARVM: sed is existimare debet, vtrum ipse cognoscat, an iudicem debeat dare.

ISta lex ampliat ea, quæ dicta fuère in dicta l. sæpe. videlicet, si Princeps remittat ad Præsidem sub his verbis, Præsidem adire potes, vel iudicem prouinciæ, tũc nõ imponitur necessitas iudici per se cognoscendi, sed ipse iudicem dare potest, & causam alteri mandare, etiamsi non fuerit dictum, *iudex existimabit.*

Idem, si dicatur in rescripto, *iudicem competentem adire potes.* vt in l. prima. C. qui petant tutor. vt si quis adeat Principem super re in qua prouidere poterit iudex, Princeps causam remittet ad iudicem competentem.

Non absimile erit si dicatur: *Eum, cuius de ea re notio est, adire potes.* vel. *postula à iudice competente.* l. admoue. & l. ij. qui petant tutor. C.

Vel sic, *Super hac re adi Præsidem prouinciæ.* l. quod dicis. C. qui dare tutor. possunt. vel. *Consultiùs feceris, si Præsidem prouinciæ adieris.* l. 1. in quibus causis tutor. ha. vel, *Præses prouinciæ æstimabit.* l. ij. ibid. vel, *Iudex quamprimum suis partibus fungatur.* l. prima. C. de administr. tutor. & aliæ multæ sunt phrases, quibus Imperatores vtuntur in libro C. l. prima. C. de ordine iudicio. & alibi.

Nec est differentia, si diceretur parti, *Præsidem prouinciæ adire debes.* Nam nec Præses tenetur hoc casu per se cognoscere, nec pars adire, si nolit, quia hoc verbũ, debes, licèt regulariter necessitatẽ denotet, quando in lege inuenitur, vt quis debeat facere. l. Prætor. ff. de edend. glos. in clement. attendentes. de statu monachorum. dixi in verb. debeat. §. primo. de collat. in Concord. Tamen non procedit, quando verbum, debet, respicit partem, & eius vtilitatem, tunc pars illi commodo renuntiare potest, & intelligitur: Debet hoc facere, si velit vtilitatem consequi, & sic intelligetur hic text. & eius materia.

De verbo debet.

Et sic verba præceptiua siue in contractibus, siue 1
in vltimis voluntatibus, siue in rescriptis, siue in iudiciis, denotant necessitatem, nisi materia aliud inducat, siue sententia contrahentium, vel ratio, aut mens, & ita sæpius declaraui in titu l. ff. de verborum signific. aliàs hic multis probarem. facit l. non aliter. ff. de legat. 3.

Praxis Frãciæ de causæ remissione.

Ex his probatur praxis Franciæ, vt quando causa à Senatu, vel alio iudice remittitur ad inferiorem, vt fieri solet, quando ab interlocutoria est appellatum. cap. vt debitus. de appellat. § primo. de friuol. appel.
in Concord. vt is iudex non teneatur cognoscere, nec 2
quidem potest, si antea malè iudicauit. imò poterit, non obstante remissione, recusari, vt decreuit Senatus Parisiensis in processu inter iudices & Consiliarios Pictauienses, anno 1540. die 7 Iulij.

Imò, quando primus iudex grauauit, & causa ad idem auditorium remissa est, si ipse vellet cognosce-
re, condemnaretur ad mulctam, vt idem iudicauit 3
Senatus contra Præpositum de Cous, anno 1533 die 17. Nouemb. Scripsi in §. j. titul. de friuol. appellat. in Concord.

Lex x.

Lex x. Hermogenianvs lib. ii. Ivris ἐπιτομῶν.

De omnibus causis, de quibus vel Præfectus vrbi. vel Præfectus Prætorio, itémque Consules, & Prætores, cæteríque Romæ cognoscunt, Correctorum, & Præsidum prouinciarum est notio.

Iurisconsultus ait Præsides de omnibus causis cognoscere in prouinciis posse, de quibus Præfectus vrbis, & alij magistratus Romæ cognoscunt. Idem fuit dictum de Proconsule, in l. si in aliquam. in fine. suprà eod. & sic etiam de fiscalibus causis cognoscet Præses, vt concedit Iustinian. in §. nulli. & seq. in authen. vt iudices sine quoquo suffragio fiant. collat. 2. & §. eos. ibidem.

Præses de fiscalibus etiã causis cognoscit.

Nec procedit hic argumentum ab ordine scripturæ, videlicet vt primò nominatus sit dignior, quia Præfectus Prætorio est dignior Præfecto vrbis, vt suo loco dictum fuit. Item Consules his digniores, tempore quo Roma Consulibus regebatur. Sed quia prima cognitio causarum ad Præfectum vrbis spectat, vt visum fuit suprà de offi. Præfect. vrb. Ideò prius nominauit hîc Martian. Præfectum vrbis, & hoc argumentum nõ semper locum habet. vt l. postliminium. §. sed etsi. ff. de capti. Doctor. in c. 2. de iud. glos. in c. quorundam. de elect. lib. vj. de Correctore dictum fuit superiùs in rubric. Notionis verbum plenè tractaui in l. notionem. ff. de verb. signific.

Lex xi. Martianvs lib. iii. Institvtionvm.

Omnia enim prouincialia desideria, quæ Romæ varios iudices habent, ad officium Præsidum pertinent.

Accurs. & alij Doct. istum text. intelligunt, ibi, desideria, id est, negotia, quibus ipsi prouinciales desiderant iustitiã fieri, alij exponũt pro libello.

Ego autem exponerem desideria, id est, actiones, petitiones, exceptiones, vt omnes alios etiã act⁹, iudicis officium requirentes comprehendat. Nam hi omnes ad officium Præsidum pertinent in prouincia, & desideria vocat. Nam quod in iudicio petitur, valde desideratur, alioqui non ingrederetur quis lites, quas boni viri execrantur. l. item. ff. de alien. iud. Nempe quidam actus sunt, seu negotia, quæ non habent Romæ iudices, vt comedere, liberè tractare sua negotia, visitare amicos, & alia extraiudicialia, & ista non pertinent ad officium iudicum Romæ, nec quidem ad Præsides in prouincia, & tamen sunt desideria prouincialia.

Verbum, Desideria, quid importet.

Alij actus sunt iudiciales, & illi sicut habent varios iudices Romæ, isti omnes ad officium Præsidis spectant, in prouincia: ideò omnia desideria causæ, quæ ipsi desiderant prouinciales sibi in iudiciis expediri, ad Præsidẽ prouinciæ pertinẽt, quasi dicat omnes actus iudiciales spectãt ad cognitionẽ Præsidis in prouincia, licèt Romæ habeant varios iudices; & sic dubitabatur, an de his omnibus posset cognoscere Præses: & respondeo posse, cum ipse esset in prouincia solus, & cui erat commissa tota prouincia, & sic de omnibus cognoscere poterat, licèt Romæ distincta essent officia, & sic cognitio ad varios spectaret magistratus. De hoc verbo tractaui in l. sæpe. in verbo, desiderabuntur. ff. de verb. signific.

Ex hoc text. colligitur, Præsidem prouinciæ in ciuilibus causis habere iurisdictionem in prouincia, sicut alij iudices Romæ, sed in criminalibus non: quia non poterat deportare, vt docet Accurs. dixi in l. illicitas. §. qui vniuersas. suprà poterat tamen etiam de criminibus cognoscere, vt dictum fuit, sed ab ipso erat appellatio ad Præfectum Prætorio, etiã in ciuilib⁹, vt superiùs scripsi, sed ipse cognoscebat, sicut Præfectus vrbis, Vigilum, & alij magistratus Romæ.

Præses olim prouinciæ de criminalibus non cognoscebat absolutè.

Et sic patet vnum iudicem sufficere posse pluribus causis, tam criminalibus, quàm ciuilibus, sed hodie ferè tot sunt magistratus in Francia, quot sunt stellæ erraticæ in cœlo, sed an melius prouideatur, relinquo his, qui desideria non implent, vt videant. Aristot. in Politic.

Lex xii. Procvlvs lib. iiii. ἐπιστολῶν.

Sed licèt is qui prouinciæ præest, omnium Romæ magistratuum vice & officio fungi debeat: non tamen tam spectandum est, quid Romæ factum est, quàm quid fieri debeat.

Hæc lex tollit istud dubium, nempe ad Præsidem prouinciæ pertinet cognoscere in prouincia de omnibus causis, sicut magistratus Romani cognoscunt. Nunquid & ipsi debeant abuti, si Romani magistratus abutantur, & perperàm de causis cognoscant, & decidant, quod videbatur, alioqui non cognoscerent, vt Romani magistratus. Contrarium tamen hîc statuit Proculus dicens, spectandum esse quod fieri debet, non autem quod factum est, & non valet electio Prælati regularis facta de eo, qui non est professus, quia inspiciendum est quod fieri debet, & quod faciendum est quod fieri debet, & sic quod faciẽdum erat. c. cùm causam quæ. vbi etiã gl. de elect.

Electio Prælati facta à nõ professo.

Ex his Præsidibus appellabatur olim, etiã à Procõsulibus. l. ij. in prin. & §. qui verò. C. de tẽpore appella.

Tamen in hoc regno Franciæ ex gratia istis Præsidibus concessum est, ne ab istis iudicibus Præsidialibus in minimis causis appelletur, per Const. Reg. in tit. *des Iuges, Lieutenãs, & autres magistrats, &c.* Et illa constitutio probatur in l. in offerendis. C. de appellat.

A iudicibus Præsidialibus in minimis causis non appellatur.

Accurs. hîc scribit non esse allegandas gl. vbi text. adsunt, nec leges, vbi Canones sunt. c. si in adiutoriũ. 10. dist. Et hanc glos. sing. dicit Bal. in marga. in verb. decisio. ergo vbi non est lex, sufficit authoritat glos. adducere. Imol. in l. j. col. 2. ff. de vulga. Ias. in l. illam. nu. 10. C. de collat. Imò vbi glos. firmat pedem, ab ea non est recedendum in consulendo, nec in iudicãdo, teste Alex. consil. 92. nu. 3. in 2. vol. hodie non tã scrupulosè procedimus. Nam & vbi iura sunt ad confirmationẽ, etiã allegamus glos. & Doct. authoritatem, qui illam sententiã firmauerunt, nec stamus sentẽtiæ glos. nisi ratione, aut iure fulciatur, quamuis magna sit inter Doct. eius authoritas. vt Ias. scribit post alios in l. vt vim. ff. de iust. & iur. licet quidã indocti & iuris ignari, nihili glos. faciant, cum ipsi nihili sint, & facilè contemnat quis, quod ignorat.

Glossæ authoritas nõ est contemnenda.

SVMMA

SVMMARIA.

1 *Christianos Turcis vendentes, ad mortem damnati.*
2 *Receptores perinde atque latrones puniendi.*
3 4 *& seq. Restringitur.*
5 *Hospes dans prandium, vel cœnam exuli, non dicitur receptor.*

Lex xiii. Vlpianvs lib. vi. de officio Proconsvlis.

Congruit bono & graui Præsidi, curare vt pacata, atque quieta prouincia sit, quam regit, quod non difficile obtinebit, si solicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat, eósque conquirat. Nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet: & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere: receptatorésque eorum coërcere; sine quibus latro diutius latêre non potest.

Ista lex docet Præsidem prouinciæ quid agere debeat vt sua prouincia quieta pacatáque sit. In primis debet curare, vt malis hominibus prouincia careat; ideò illos conquirere debet, & nō solùm per alios, vt dicit Accurs. verùm etiā per se, & suis sumptibus, postquàm stipendia ad hoc sunt illi præstituta, & hoc probat §. *Nulli verò liceat ciuili, aut militari iudici circuire prouinciam sine causa necessaria, si verò aliqua necessitas vocauerit, tale aliquid. expensis propriis fieri hoc iubemus.* in authen. Vt nulli iudi. collat. 9. sed hodie fieri debet expēsis publicis, id est, fisci, qui ob hoc confiscationes consequitur, & Præfectus vigilum hos cōquirit noctu, Præses interdiu, & Locumtenēs, siue iudex criminum, & postquam eos apprehenderit, punire illos pro modo delicti debet, & receptatores, & alios hoc genus homines.

Mali homines publicis expensis conquirendi.

Sed vbi locorum sunt isti scelesti inquirendi? Respondeo, in lupanaribus, prostibulis, tabernis, & aliis locis infamibus, in quibus hoc genus hominum habitare solet, & aditus datur vbique his magistratibus. vt in l. j. ff. de seruis fugit. vbi & literas mandare poterūt aliis magistratibus, vt eos conquirāt, & prehendant, ac diligenter captos custodiant, ne euadāt, vt ibi scribitur. & non potest obtineri pax, nisi præcepta Dei adimpleantur. 2. Paralip. c. xx. & glos. in c. ad Apostolicæ. de re iudic. lib. vj. Ideo si nō puniantur scelesti, non potest esse pacata prouincia, nec quieta, cùm bella veniant propter mala, quæ committuntur. in authen. vt non luxurientur contra naturam. colla. vj. Nec distinguitur vndecunque sint scelesti. glos. ij. in c. primo de offic. ordinar.

Et sic licèt in criminibus tripliciter procedatur, per accusationem, denūtiationem, & inquisitionem: tamen iudex poterit hic per inquisitionē procedere, & in aliis casibus, quos scribit Specul. in tit. de inquisition. §. quando facit. c. qualiter. vbi plenè Doct. de accusat. & iudex generaliter inquirere poterit cōtra fures, receptatores, sacrilegos, & alios criminū reos, sed non debet specialiter contra certam personam inquirere, nisi indiciis præcedentibus, vel fama publica præcedente. l. iustissimos. C. de offic. Rect. prouinc. vel ad relationem nuntij. l. Diuus. de custodia reo. aliàs magis suggerentis, quàm inquirentis vti officio videtur. l. j. §. qui quæstionem. ff. de quæstion.

Iudex contra quos inquirere debeat.

Et hęc inquisitio generalis debet fieri maximè in principio adepti officij. vt docet hîc Bart. & quando expedit sicut debet Episcopus visitare, & inquirere in initio sui regiminis, & singulis annis. c. cum Apostolus & per totum de censibus. c. ordinarij. de offic. ordina. lib. vj. & in §. ordinarij. de pacifi. possessor. in Prag. & Concord. Sed hodie multi magistratus inquirunt, quomodò habeāt pecuniam, vt satisfaciant pro officio empto, & id quod interest soluant, pro pecunia mutua sumpta ad officium emendū: contra quos symoniacos, & sacrilegos, scribit Iustinian. in l. vniuersa. C. de legatio. lib. x. Accurs. in l. ij. de murilegul. C. libr. xj. & in titul. ad legem Iuliam de ambitu. adde Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, duas. de testa.

Episcopus initio sui regiminis, & singulis annis debet inquirere.

Nam & sacrilegos.] Conquirere primò hos, quos inferius explicat, sacrilegos debet: sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilauerūt. At qui priuata sacra, vel qui ædiculas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi merentur, quare quod sacrū, quódue admissum in sacrilegij crimen cadat, diligenter consyderandum est. Ideo sacrilegi capite puniendi sunt. Paul in l. sacrilegij. ij. ff. ad leg. Iuliam. pecula. & sacrilegij pœnam debet Proconsul pro qualitate personæ, próque rei conditione, & temporis, & ætatis, & sexus, vel seuerius, vel clementiùs statuere, & scio multos etiam ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos viuos exussisse, alios verò in furcas suspendisse. Vlpia. in l. sacrilegij. prima. ibidem, & hodie etiam Præsides prouinciarū in hos animaduertere, per istum text.

Sacrilegorum pœna.

Plagiarios.] Plagiarium illum esse dicimus, qui hominem ingenuum, vel libertinum, inuitum celauerit, habuerat in vinculis, emerit, sciens dolo malo. quíue eorum socius erit, quíue seruo alieno, seruǽue persuaserit, vt à domino, dominâue fugiat, vel eum, eámue inuito, vel insciente domino dominâue celauerit. Etiam qui sciens hominē liberū donauerit, vel in dotem dederit. Item qui ex earum qua causa sciēs eum esse liberum acceperit, in eadem causa haberi debet, qua venditor & emptor habetur. l. iiij. & vj. ff. ad legem Fabiam. de plagia. & quare sic dicatur, declarat Alciatus lib. j. Parerg. c. xlvij. & Catel. Cotta in secunda parte memoral. in verb. plagiarij.

Plagiarius quis dicitur.

Olim pœna pecuniaria statuta in vsu esse desiit. Nam in hoc crimine detecti pro delicti modo coërcentur, & plerunque in metallum damnantur. l fin. ibidem. & hodie vidi quosdam ad mortem damna- 1
tos, qui Christianos Turcis vendiderant. Si tamen Cardinalis, vel alij dederit cantorem, vel alium famulum alteri, non incidit in hanc legem, quia non intendit donatum priuare sua libertate, sicut qui dat Turcæ. vt docet Bart. in l. lege Fabia. ibidem.

Latrones, fures.] Latrones dicit de die Accurs. fures de nocte. Latrones frequentius dicūtur, qui vi bona auferunt. & alio nomine Grassatores vocantur in l. capitalium. in fi. ff. de pœnis. de hac dictione plura vide, quæ scripsi in l. hostes. de verb. signific.

Fures, qui sine vi, clam furantur, à furuo, vel à ferendo, id est, auferendo dicti. Vlpian. in l j. ff. de furt. Docto. in Authent. sed nouo. C. de seruis fugit. vbi Paul. quatuor furū species tradit, & Iacob. Boallenc. in repet.

Fures vnde dicantur.

in repet. § ſamoſos.fol.8. cum ſeq.d.l.capitalium.ff. de pœnis.

Et prout quiſq; deliquerit in eũ animaduertere.] quod Marcellus quoq; ſcribit.ff.de pœnis.l.*Reſpiciendũ eſt iudicãti,ne quid durius,aut remiſſius conſtituatur,q̃ cauſa depoſcit Nec enim aut ſeueritatis,aut clemẽtiæ gratia affectanda eſt.ſed perpenſo iudicio,prout quæque res poſtulat ſtatuẽdum eſt. Planè in lenioribus cauſis proniores ad lenitatem, iudices eſſe debent, in grauioribus,pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.* & Paul.alibi dicit, *Ex perſonarum cõditione,& rerum qualitate,diligenter pœnæ ſunt æſtimandæ ne quid aut durius, aut remiſſius cõſtituatur,quàm cauſa poſtulabit.* l. Pedius. in fi.de incend. ff. & Calliſtratus ait pœnam imponendam pro menſura cuiuſque delicti.l.diuus Pius. ff.de ſal. vel prout cauſa exegerit, iudicem pronuntiare debere. ſtatuit Vlpian. in l. j. §. cum quis. ff.de quæſtio. Vnde Anaxandridas(vt refert Plutarchus) cuidam ab ipſo ſiſcitãti, quamobrem ſeniores apud Lacedæmonios plures conſumerent dies,ad cognoſcendum in cauſis capitalibus, & ſi quis fuerit abſolutus,nihilominus obnoxius legi ſit; Reſpondit,ideò pluribus diebus cognoſcũt,quoniam ſi in capitis diſcrimine errauerint,nõ eſt cõſilij corrigẽdi poteſtas, oportet autem à cauſa liberatũ, obnoxium manere legibus, quod fieri poteſt,vt ſecundùm eandem legem liceat aliquid rectius de reo ſtatuere.Hoc temperamento prouiſum eſt,ne vel occidatur innocens, vel effugiat nocens, qui quamuis errore iudicum ſit abſolutus, poteſt eadem lege denuò conueniri, pœnáſque dare legibus. Et hodie in Francia vix abſoluuntur rei criminum. Ideò ſi nouæ informationes deferantur, ſtatim in carcerem deiicitur. vt dixi in procœmio Conſti.Regi.in primo tomo Commenta.

Anaxandridæ præclarum reſponſum.

Receptatoréſq; eorum.] In Pandectis Florẽt. eſt receptores. Recipere enim in ea eſt ſignificatione,abſcondẽdi cauſa refugium ſuti præſtare,vel in ſuo agro, vel in alieno loco, ædificióue. Vlpia.in l.j.§.quod autem. ff.de ſeruo corrupto.

Receptor ergo dicitur,qui latrones,alióſque ſceleſtos, vel res ab illis ſurreptas recipit, & occultat, qua dictione vtitur Cicer.pro Milone. & Martia.de his in tit. de recepta.ſic ait : *Peſſimum eſt genus receptorum,ſine quibus latère nemo diu poteſt.*

Receptator etiam dicitur, qui hos nocentes, vel bona ab illis ſurrepta,frequẽter recipit. Nã receptare,eſt frequenter recipere. l. Fulcinius. §. latitare. ff. quibus ex cauſ.in poſſeſſio. eatur. & ſiue in text. legatur receptor, ſiue receptator, ſenſus idem eſt, licèt conuenientius ſit, ſi legatur receptator: tamen & receptor,etiam ſi ſemel receperit ſcienter,puniendus eſt,vt ſtatim dicetur.

Nunc videndum eſt, quomodò Præſides coërcere hos receptores debeant. Reſpondet Martia.in
2 d.l.j.de receptor. vt perinde puniantur atque latrones:in pari enim cauſa habendi ſunt,qui cùm apprehendere latrones poſſent,pecunia accepta,vel ſubreptorum parte, dimiſerunt.

Et ſic per iſtum text.conſtat receptores pari pœna puniendos eſſe cum latronibus. probatur etiam in l.vnica, ibi, *vel qui eos receperint.* C. de rapror. virg. vbi raptores virginum pœna mortis afficiuntur,ſic & receptores illorum.vnde Paul.ſtatuit Metrodorum relegari, quòd hoſtem deportandum in inſulam ſciens ſuſceperit,& eum occultauerit.l.Metrodorum.ff.de pœnis.

Ego arbitror varias in receptatores pœnas conſtitutas, & variè eos puniendos. Prima pœna punitur, videlicet ſi prohibitio ſit facta à iudice, ne quis recipiat, vel occultet latrones, vel hoſtes, ſub pœna æris & perſonæ,vulgò *ſur peine de la hart*,& alia.Et tunc qui non obtemperauerit,illa pœna cõminata, vel leuiore punietur,quod in Francia ſæpius exercetur,& illa pœna denotat confiſcationem corporis & bonorum.gloſ.in verb.pecuniis.in authent.de armis colla.6.quam Barba.probat in c.Raynaldus.col.116. de teſta. & Corſ. in verbo,pœna.col 13.iſta confiſcatio bonorum non poteſt diſcerni niſi à ſupremis iudicibus,& niſi ex lege fuerit impoſita.l.vnica. C.ne ſine iuſſu Princip.certis iudicibus liceat cõfiſcare. & hoc docet Bald.in verb.confiſcare.in tracta.ſtatu.& conſil.262.decretum.in 2.volumine.

Varia receptatorũ pœna.

At pœna *de la hart* [æris & perſonæ] non debet cõminari niſi per Principes,& interdũ Curias ſupremas,ſeu per Locumtenẽtes Principis,& in bello,per belli Duces.Nec debet per inferiores fieri proclamatio,*ſur peine de la hart*,[ſub pœna ęris & perſonę.]vt docet Boerius in deciſ. Burdeg.q.264. an ſoror. & Chaſſa. in Conſuet. Burgund in §. primo rit. *des confiſcations.*

Secunda eſt, vt ſi receperit proditores, vel reos læſæ Maieſtatis, pœna puniri debeat. & ſic pro qualitate delicti.d.l.vnica.§.pœnas.de raptorib.virgi. & ibi Bald.& Hyppo.in l.ij C.de his qui latro.vel aliis. l.quotiens.C.de exacto.tribu.lib.10.Lucas de Penna in l.j.col. 2.de deſerto.lib.12. alia pœna eſt in §.receptatoribus.in tit.de pace & iura.firman.in feud.Hoc autem eſt intelligendũ, ſi ſciẽter,ſecus ſi ignoranter receperit.glo.in d.l.j.de recepr.facit.l.Metrodorum. ff.de pœnis.& l.omnes profugi.C.de agricol. & cenſitis. li.12.& l.vnica.de colo.Illyrici.ibidem.inſcium enim teneri,ſatis inciuile eſt.l.ſi defunctus. §.j.ff de procurat. & ignorantiam non vult Imperator obligari.l.generali.C.de tabular.lib.10.

Et præſumitur ignorantia in dubio.l.verius.ff.de probat.antequã proclamatio facta ſit per ciuitatem, vel ei denuntiatũ fuerit,aut alias notorium.Authẽt. ſi quis.C.de adult.Bal.& alij in l. j. C.de his qui latro. Baldus in l.j C.de ſeruis fugit. Ita declaratur in Conſuetudi.Tholoſ.tit.de immunitate ciuium.art. vlt.vt nullus ex receptione Tholoſæ teneatur, niſi fuerit proclamatum,vel illi denuntiatum.

Et hæc ignorantia iuramento probari poteſt ante proclamationem,vel publicationem, poſteà non. Bal.in §.conuẽticula.in 5.not.de pace & iura.firman. facit c.nulli.de electio. in vj.vide Bald.conſil.250. in quęſtione.col.4.in primo vol.Ideò eſt prima limitatio in eo qui recepit furem ignorans eum furem, vt non puniatur. 3

Ignorãtia receptatorũ quomodo probetur.

Secundò limitatur,quando coactè reciperet; nam actus coactè factus, pœnam non meretur.l.1.& per totum. ff.quod metus cauſa. Bald. & Floria. in l.in omnibus.ff.de noxal.actio.Nec imputantur ea, quæ fiunt contra volũtatem c.j.& ſeq.e.ita. 32.q.5.c.preſbyteros.50.diſt.l.cora.ff.de munerib.& honorib.ibi, nec ſi per vim. multis probat Hyppol.in l.j. §. præterea.num.11. cum ſeq.ff. de quæſtion. 4

Tertiò non procedit in conſanguineo, vel affine, qui recepit ſuum cõſanguineum; ob hoc tamen non eſt

Affinis latronem affinem recipiens.

eſt abſoluendus, neque ſeuerè puniendus, ſicut illi, qui recipiunt latrones, nil ſibi attinentes, & nihil ad ſe pertinentes. l. fin. ff. de recepta. & eo caſu imponitur pœna arbitrio iudicis, non tamen pari pœna puniri debet, quemadmodum fur, teſte Bal. in l. j. C. de his qui latro.

Nam ignoſcendum eſt ei, qui ſuum ſanguinem redimere voluit. l. prima. ff. de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuet. Bald. in l. & ſi legibus. C. ſi contra ius. Oldra. conſil. 51. cõſueuit. col. vlt. & Ioan. Berbe. in viatorio iuris. tit. de recepta. non tamen omninò abſoluetur.

Receptor duplici pœna puniendus, ſi etiã latrocinij partem recipiat.

Quartò, non habet locum, quãdo aliquis non ſolùm latronem reciperet, ſed & latrocinij partem, is enim duplici pœna puniendus venit, & ſic capite. l. j. in fin. ff. de receptor. vbi dicit in pari pœna eſſe, qui latrones dimiſerunt data pecunia, vel accepta furtorum parte. ergo ille, qui partem recipit, fur eſt. Item qui perſonã, receptor. ergo ſicut dupliciter peccat, ita maiori pœna puniri debet. c. fœlicis. de pœnis. lib. 6. Feli. in c. quod olim. de Iudæ. Et in hoc debet iudex aduertere, an ſit ſimplex receptio, an etiã prædę diuiſio, & tunc etiã maiori pœna afficiat iſtũ, & hoc videtur probari in l. j. C. de deſerto. lib. 12. ipſi enim ſunt cauſa, quare alij furantur, & ſic debet pœna in eos exaſperari, ſaltem pari pœna, licèt Gaudi. in trac. de malefi. tit. de furibus. verſ. reſtat videre. & Angel. ibid. glo. dicto maleficio. circa finem. & Hypposlit. in l. fin. num. 50. cum ſeq. ff. de fal. dicant mitiori pœna puniendos.

Receptor vt quis dicatur, debet latẽter aliquem recipere.

Quintò, non dicetur hoſpes receptor, ſi dederit
5 prandium, aut cœnam exuli trãſeunti. vt docet Bar. in l. j. §. quod autem. ff. de fur. quia requiritur, vt latenter recipiat, & occulter, vt is receptus manus iudicis euadat. Lucas in d. l. j. de deſerto. quod non facit hoſpes, ſed vt tantùm eum alat, & ipſe illi ſoluat, & ſic lucretur.

Ex prædictis conſtat aliquandam pœnam, quando quis recepiſſet conſanguineum, affinem, vel magnum amicum, vel pro qualitate delinquẽtis, tamen interdum etiam duriore pœna affligẽdum receptorem, quàm alterum, vt ſuperiùs dictum fuit.

§. Furioſi, ſi non poſſunt per neceſſarios contineri, eo remedio per pręſidem obuiandum eſt, ſcilicet vt in carcere contineantur. & ita diuus Pius reſcripſit. Sanè excutiendum diui fratres putauerunt in perſona eius, qui parricidium admiſerat, vtrum ſimulato furore facinus admiſiſſet, an verò cùm re vera compos mentis non eſſet, vt ſi ſimulaſſet, plecteretur: ſi fureret, in carcere contineretur.

Prima furioſorũ cura ſpectat ad conſanguineos.

EX hoc §. colligitur furioſos eſſe à conſanguineis continendos, ne cuipiam noceant, vnde adagio dicebant veteres, Ad agnatos & gentiles ducendum quem, cum furioſum aut mente captum eum ſignificare volebant, teſte Varrone lib. de re ruſtic. l. c. 1j. & Eraſmo in Chiliad. Si vero non poſſint, per cõiunctos retineri, tunc in carcere a Præſide continebũtur, & ſic prima cura eſt conſanguineorũ.

Poſteà in hoc caſu quæritur, an furioſus, qui cõmiſit parricidium, puniri debeat, & ſi furorem ſimulauerit, ſicut Vlyſſes, puniẽdum illum docet hic textus, ſi verè furioſus ſit, in carcere continebitur, ne plus noceat, vt dicetur in l. ſeq.

S V M M A R I A.

1 *Iudex debet ex liquidis probationibus iudicare.*
2 *Magiſtratus negligens, ab officio deponendus*
3 *Iudices hæreticos, vel alios ſceleſtos, punire diſſimulantes, debent ſicut res puniri.*
4 *Pœna duplex alicui non imponenda.*

LEX XIIII. MACER LIB. II. DE IVDICIIS PVBLICIS.

DIuus Marcus & Commodus Scapulę Tertylio reſcripſerũt in hęc verba: Si tibi liquidò compertum eſt, Ælium Priſcum in eo furore eſſe, vt continua mentis alienatione, omni intellectu careat, nec ſubeſt vlla ſuſpicio matrem ab eo ſimulatione demẽtię occiſam: potes de modo pœnæ eius diſſimulare: cùm ſatis furore ipſo puniatur. Et tamen eo diligentius cuſtodiendus erit, aut (ſi putabis) etiam vinculis coërcendus: quoniam non tam ad pœnã, quàm ad tutelam eius & ſecuritatem proximorum pertinebit.

COlligitur ex duabus his dictionibus liquidò
compertum, iudicem ex liquidis probationibus iudicare teneri, non ex dubiis, maximè in criminalibus, in quibus debent eſſe luce meridiana clariores. l. fi. C. de probat. 1

Furioſus duplex.

Continua mentis alienatione omni intellectu careat.] Furioſus eſt qui omni caret intellectu, iſque eſt duplex. Quidam perpetuò ſeu continuo furioſus, vt hic, alius eſt interpolatus, & ſanior ſenſu quibuſdam interuallis, &, vt dicunt noſtri, dilucida habens interualla, qui aliquo tempore eſt furioſus, alio verò ſanæ mentis, de quo in §. ſi verò, infrà dicetur.

Iudex ex ſuſpicione quandoque moueri debet.

Nec ſubeſt vlla ſuſpicio.] Et ſic ex ſuſpicione iudex quandoque moueri debet, vt etiam docet Bar. in l. admonendi. col. iij. ff. de iureiuran. maximè quando actus nõ poteſt probari. Nam ſi prius quam occidiſſet matrem, iſte erat ſagax, ſi ſtatim furorem exercet, dicemus eum ſimulare furorem, ſecus ſi antea erat furioſus: & ideo moueri iudex debet, ad abſoluẽdum aliquẽ, ſi nulla ſuſpicio ſit, quod commiſerit delictũ, ſicut hic, ſi nulla erat ſuſpicio, quod ſimulaſſet furorem, vt impune matrẽ occideret. de hac ſuſpicione, in l. in l. Aquilia ſi deletum. ff. ad legem Aquil.

Matrem occiſam.] Non dici parricidium, ſiue quis patrem, ſiue matrem occidat. Nam in §. furioſi. ſuprà dicit parricidium: imo pœna legis Pompeiæ duo continebat capita: primum erat, qui parẽtes, cognatos, aut patronos occidiſſet, huius legis pœna tenebatur. l. hos accuſare. in fin. de accuſat. ff. ſecũdum caput, vt qui perſonam aliquam extra prędictos occidiſſet, & hic pœna legis Corneliæ puniebatur. vt ff. de ſicar. & l. j. ff. ad legem Pompeiam. de parricid.

Questores parricidi.

Ideò Quæstores parricidi dicti sunt, ꝙ de his criminibus tam primi, quàm secundi capitis cognitionē haberēt, vt scripsi in tit. de offic. Quæstor. suprà.

Potes de modo pœnæ eius dissimulare.] Nota iudicem posse ex causa etiam in criminalibus

Iudex ex causa etiā in criminalibus potest dissimulare.

dissimulare, id est, conniuere, & hoc ex causa, & authoritate iuris, vt hic, alioqui ipse puniendus esset, nam negligens magistratus ab officio deponendus
2 est. glos. in c. dictum. lxxxj. dist. Doct. in c. grandi. de supplenda negligen. prælat. lib. 6. quod declarat Areti. in c. illa. col. prima. de accusa. & hic tenetur ad id quod interest. l. iiij. §. in eum. ff. de dam. infect. abundè Paris de Puteo in tracta. syndicatus. in vers. contra magistratum. fol. 177. in paruo vol. ideò conuentum est inter Papam & Regem, quod si quis offensus coram suo iudice, institiæ complementum habere non possit, ad immediatū superiorem per appellationem recursum habeat. §. primo. tit. de friuol. appella. in Cōcord. vbi scripsi. & iudices dissimulantes
3 punire hæreticos, vel alios scelestos, dicuntur fautores, & puniri debent sicut rei, nam qui crimina, quæ poterit emēdare, non corrigit, ipse committit. c. præterea. 23. q. 8. & error cui non resistitur, approbatur. c. error. 83. dist. & Saul damnatus fuit, atque regno suo priuatus, quòd contra præceptum do. Achab non puniuit. 1. Reg. c. 15. & facit c. qui vitiis. 23. q. 5.

Satis furore ipso puniatur.] Colligitur du-
4 plicem pœnam non esse imponendam alicui. c. at si clerici. in fi. de iudi. nisi in lege esset apposita duplex pœna pro eodem facto. l. placet. C. de sacrosanct. ecclesiis, & maximè quando vtraque est pecuniaria. l. quotiens. ff. de actio. & obliga. & in aliis casibus, quos scribunt Doct. in d. §. fin. & Cardin. Alexan. in c. fraternitatis. col. ij. dist. xxxiiij. scripsi in §. fi. in verb. suspendemus. de colla. 10 Concord.

Diligentius custodiendus.] Colligitur furiosum esse custodiendū, &, si opus sit, vinculis continendum, & hoc fit tam ad pœnam delicti, quod furiosus perpetrauit, quàm ad tutelam eius, & ad securitatem proximorum, per istum text.

Carcer etiam pœna dicitur.

Et sic carcer videtur etiam de iure ciuili ad pœnam, contra l. fin. C. de custod. reor. & c. quamuis, de pœnis. in vj. Respondeo, specialiter carcer est deputatus ad custodiam de iure ciuili: negari tamen de iure ciuili non potest, quin carcer pœna sit his, qui custodiuntur, vt hic. & text. expressus in l. ij. ibi, pœnam carceris sustineat. C. de custod. reor. facit glos. l. in seruorum. ff. de pœnis.

Furiosus publicis expēsis custodiendus, si bona non habeat.

Sed cuius expensis custodiendus sit? Respondeo expensis suis, si bona habeat; sin minus, expensis publicis, & Regis, si proximi sumptus præstare nolint, aut nō possint. l. lex Cornelia. ff. de Senatuscon. Syllania. glo. in l. fi. C. de eroga. mili. annon. lib. 12. scripsi abundè in interpret. l. Diuus. numer. 133. cum seq. de natuscoo. Syllan.

SVMMARIA.

1 *Furiosus habetur pro mortuo.*
2 *Interdum ciuiliter condemnari potest.*
3 *Restringitur.*
4 *Criminaliter verò, secundum stylum curiarum Franciæ non punitur.*
5 *Ratione delicti furiosus, instar aliorum prudentum puniendus.*

§. Cùm autem ex literis tuis cognouerimus tali eum loco atque ordine esse, vt à suis, vel etiam à propria villa custodiatur, &c.

Furiosum custodientes, si interim delictū cōmittat, an puniendi.

Hic docet, an puniri debeant, qui furiosum continent, si ipse delictum committat; & respondeo, puniendos esse ex magna negligentia, & quomodo? Respondeo, pro modo negligentiæ & culpæ. Nam ipsi tenentur, postquam eius custodiam acceperūt. vt Accurs. docet, & interpretes in l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt.

Si autem custodiam non acceperint, non tenētur consanguinei, debent tamen ipsi denuntiare iudici, si custodiā furiosi assumere nolint, vt ipse intra carcerem contineat, vt hic à suis. &c.

In propria villa custodiatur.] No. tex. custodi furiosi non committere priuatum carcerē, etiamsi illum in propria villa custodiat, secus si quis alium criminis reum sic seruaret, maximè post viginti horas. l. vnica. C. de priuat. carcer. l. capite quinto. ff. de adulter.

Nam custodes furiosis non ad hoc solum adhibentur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur, sed ne aliis quoq; exitio sint, &c.

Nota rationem, quamobrem adhibeatur custos furiosis. Primò, ne ipsi lędant semetipsos, vel in aquā se proiicientes, aut è monte in terram, aut aliàs sibi noceant. Secundò, ne aliis exitio sint, fortè alios percutiendo, nempe furiosus occidit matrē, & sic fuit exitio aliis. Tertio ne sua bona dissipent. l. fin. C. de cura. furiosi.

Furiosus an puniendus sit.

Ad intellectū huiusce materiæ, vt nota deinceps sit, quia Docto. sunt varij, an furiosus debeat puniri? Ideò ego faciam sequentes casus, vt materia, vno velut complexu capiatur: casus primus est facilis, videlicet furiosum non esse puniendum, si tempore furoris delictum committat, per istū text. quia satis suo furore punitur, & non est dāda afflictio afflicto. vt docet Accurs. hic. & Imperator in l. j. C. de naufra. lib. 11. vbi ait, fiscum ex aliena calamitate non debere luctum sectari; ideò nauem naufragio dirutam non debere attingere, sed ad dominos pertinere debet, quamuis iniusti Do. contrariū seruent. Et quia furiosus animum delinquendi non habet, ideò non delinquit. l. si nō conuicij. C. de iniuriis. & Vlpia. scribit, *Qua enim culpa in eo est, qui sana mentis non est?* l. v. versic. & ideo. ff. ad legem Aquil. Et in hoc ferè omnes iuris interpretes conueniunt, in clement. vnica, per illū tex. de homicid. & alibi. Et quia pro mor- 1
tuo habetur. l. de creationibus. C. de Episco. audien. Bal. consil. 347. Ecce formata in 3. vol. idem dicentes in dormiente, quia non est in dolo; tamen si non monuerit illos, cum quibus dormiebat, est in culpa, & ob illam punitur.

Committēs facinus simulato furore.

Secūdus casus, qui simulato furore facinus commiserit, pœna statuta plecti debet, etiam fortè maiore, quàm alios, quia maiori affectione deliquit, tā delictum committendo, quàm etiam illud furore palliando. & Accurs. scribit hic multos simulasse dementiam, vt vitarent munera, & honores. l. obseruate. ff. de cura. furio. Dauid simulauit stultitiam in domo Achitosel Regis, & Vlysses.

Tertius casus est, si furiosus tempore dilucidi interualli,

Furiosus tēpore dilucidi interualli delinquens.

terualli, & quando aliquo sensu sanior erat, deliquerit, puniri debet; expectari tamen etiam debet interuallum, quo sentire poterit, se deliquisse. probat iste text. in vers. *Si vero (vt plerunque assolet) internallis quibusdam sensu sanior est, num forte eo momento scelus admiserit, nec morbo eius danda sit venia diligenter explorabis. Et si quod tale compereris, consules nos, vt æstimemus an per immanitatem facinoris, cùm posset videri sentire, commiserit, supplicio adiciendus sit.* Et etiam iste casus ab omnibus ferè tenetur. l. fin. C. de cura. furios. & per totum. & is qui allegat eum esse sanæ mentis, si semel habitus sit furiosus, oportet illum probare. vt glos. in summa 17. q. 2. & Doct. in l. furiosum. C. qui testa. facere pos.

Furiosus effectus post delictum.

Quartus superest casus, furiosus post delictum effectus, non debet puniri de delicto ante furorem commisso, quia satis suo furore punitur, & nō debet quis duplici pœna cōteri. c. at si clerici. in fi. de iudic. quia nullum negotium cōtrahere potest. l. in negotiis. vbi Doct. ff. de reg. iur. Bal. consil. 347. Ecce formata in 3. vol. quamuis Ias. in l. ex facto. ff. de vulga. contrarij tenuerit, per hunc tex qui loquitur quando furiosus admisit scelus eo tempore, quo sapiebat, & dilucidi interualli.

Alius casus est, si quis sanæ mētis postquam fuerit interrogatus à iudice, tamen ante repetitos testes decesserit. Quoad cōfiscationem bonorum putarem posse condemnationem fieri, & denuò audiendos te-
2 stes, & cum iuramēto examinandos, qui si deposuerint & perseuerarint, illum furiosum, ciuiliter, non autem criminaliter condemnandum.

Limitarem in casu hæreseos & maiestatis, nam Deus damnat eum qui in peccato furiosus efficitur, quia constat ei de crimine commisso: sic & in hoc crimine, maximè hæreseos, quia contra Deum delinquitur, vt hoc casu comburēdus esset, etiam post mortem. § interdum. de hæred. quæ ab intesta. deferuntur. fortius si viuat, comburi debet, & vt pœna vnius, metus sit multorum. Cogitandum relinquo, quia ex tempore ista scripsi ad petitionem alicuius.

3 Limitatur iste text. vt furiosus puniri posit ciuiliter de crimine commisso ante furorem, & hoc dato sibi curatore. l. clarum. C. de autho. præstan. qui in criminalibus non sufficit ad condemnationem l. seruum. §. publicè. ff. de procura. l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iud. hoc pulchre docet Bald. in c. vnico. col. 2. An ille qui interfecit fratrem dom. sed executio criminis nō potest in eum fieri, licèt posit exhæredari is, qui furiosus est nunc, si ante furorem causas ingratitudinis commiserit. l. fin. §. sed cùm antiquitas. C. de curato. furio. Marc. Bauerius in §. item furiosi. col. 1. quib. non est permis. face testa. & Doct. in l. humanitatis. C. de impube. & Benedict. in c. Raynutius. in verb. si absque. 2. de exempla. substit. num. 21. cum seq. de testa. Et sic conciliabuntur sententiæ contrariæ, alioqui crimina remanerent impunita, & ius ipsum diuinum, quo statuitur, vt effectus furiosus post peccatum damnetur. & ista est communis Theologorum sententia. quam Bart. refert in l. nunquam. ff. de vsucap. quia præsumitur per seuerantia peccandi vsque ad furorem. c. maiores. in fin. de baptis. Tamen si ante furorem eum pœnituerit peccati, solutus erit. c. voluissent. de pœnit. dist. 1.

4 Et quāuis variatio status non attendatur in sanæ mētis viro, l. 1. ff. de pœnit. secùs est in furioso effecto, & ita seruat stylus Curiarū Frāciç, vt non punire soleat furiosos criminaliter, & hoc tenēdū est. Nā tex. in l. v. §. & ideò. ad legem Aquil. comparat illū quadrupedi, aut tegulæ, quæ non sunt in culpa, ergo nec punienda, & quæ iniuriā facere non possunt eo tempore, sed anteà sic. l. illud. § 1. ff. de iniur. Etiam actus perfici non debet, quādo venit ad eum casum, à quo inchoari non potest. l. inter. §. sacrā ff de verb. oblig. l pluribus §. & si placeat. de verb. oblig. Doct. in l. in ambiguis. §. non est nouum. ff. de reg. iur. & l. si seruum. ff si ex noxal. caus. agat.

Furiosus quadrupedi, aut tegula aequiparatur.

Etiam hoc limitatem propter immanitatem criminis, quo casu etiam bellua punitur. c. mulier. 15. q. prima. Probat Guido Papæ in decis. Delphin. q. 238. si animal. & Lucas de Pēna in l. 1. C. de pascu. publi. lib. 11. ac Benedict. in repetitio. c. Raynutius. in verbo, mortuo. in primo. numer. 138. & in verb. si absq. 2. num. 22. de testamen. habetur etiam Exod. c. 22. & Leuit. 20.

Addendum insuper est, stultum & stolidum non debere esse melioris conditionis, quàm sapiens sit. l. seruus. ff. quod vi, aut clam. hoc est verum, quando esset stultus, ex accidenti scilicet ratione delicti, secus si esset furor naturalis, ex dementia prouenieus, Dominicus & alij in c. cum qui. de præbend. in vj. sed hāc solutionem ridebat interdum Alciat. quando in examinando Licenciato congregati apud Bituriges eramus: at ego illi probaui esse veram, per l. si quis in tantam furoris audaciam peruenerit. &c. & conticuit. Nam per illum text. vides delinquen- 5
tem in furorem incidere, & tamen puniendum, quia non erat furiosus, nisi quia deliquerat. Et furiosus est, qui deliquit, quia si prudens fuisset, non deliquisset vt dixi in l. sæpe. in fin. ff. de verb. signific. Et per hoc sustinebat quidam scholasticus conclusionem, furiosum instar aliorum prudentum puniendum. sic intelligendo suam conclusionem, scilicet de furioso per delictum, non de furore naturali.

Lex xv. Martianvs lib. ii. de ivdiciis pvblicis.

Illud obseruandum est, ne qui prouinciam regit, fines eius excedat, nisi voti soluendi causa: dum tamen abnoctare ei non liceat.

Officiales debent residere in loco, vbi regunt.

Ex hoc tex. colligitur Officiales debere residere in loco, in quo regunt, nec fines excedere illius ciuitatis, & regiminis debere. facit l. nullus. C. de offic. rector. prouinc.

Et Prelatus.

Item omnes Curati.

Sic & Prælatus in suo Episcopatu residere debet. text. in authen. vt nullus fabricet ora. do. collar. §. ac omnes Curati, non priuilegiati fauore studij, aut aliàs, beneficia saltem curam habentia animarum, alioqui moueri, & priuari possunt. c. 1. c. tuç. & per totum, de cler. non resid. sic & Doctor Theologus in sua ecclesia, in qua præbendā habet theologalem. §. j. de colla. in Concord. vbi scripsi. & in praxi beneficiorum in 2. parte. tit. de dispensa de non residen.

Et Doctor, ac Theologus.

Sic & alij Præsides, Consiliarij, ac Officiales Regij. vt est statutum in coustit. Reg. tit. *De la residence que sont tenus faire*, &c.

Limitatur causa voti adimplēdi. Nam iure etiam diuino votum implendum est. Dauid Psal. 7. Voue-

te,& reddite,& in tit. de voto & voti redemptio. de quo Martial. lib. 11. scribit.

Cœperunt certam medici spondere salutem
Ne votum solvat, nunc Maro vota facit:

Vetű exen fat à pæna. Item rexul a ciuitate Arelatési si voti emisi complendi causa, quod ad sanctum Anthonium habuerat,illic inuentus fuerit, non debet puniri per illum tex cum glos.& hoc docet Nellus in tracta. de bannito in prima parte secundi temporis q.48.incipiente,Quæro,an bannitus? Refert Hyppolit. Mars.sing. 149.vouentes.quod verum putarem , si semel inueniretur, at si pluries, dicerem hoc prætextu non excusandű,alioqui quotidie diceret se venisse, & fieret fraus sententiæ.l.in fundo.ff.de rei vendicat. Item dicunt in exeunte de carcere, vt non dicatur effractor carceris,si reuertatur post votum impletum. Bal.in l.j.col.3.nu.11.C.de ædil.actio.Si ostio aperto discesserit,secus si carcerem fregerit.vt no.in l.prima.ff.de effractor.Imò Rayne.Ferlini.scribit in l.qui cű vno. in fin.ff.de re militar. Monachum causa alendi patrem & consanguineum egredi posse à monasterio, habere tamen licentiam superioris debere probat.c. literaturam.de voto.vbi Doct.De voto abundè tractauit in l.si calumniecut.§.j.ff.de verb.signif. Abnoctare,est tota noctis parte extra vrbem abesse. vide l.vrbana familia.§.pernoctare.ff.de verb.signific.

Secűdò,si vocatus à Principe fuerit,quia ei commeatum tribuere censetur , siue ad maiorem honorem vocetur.l.fi.C.de dignit.lib.12.

Tertiò, non procedit finita dignitate. Vnde scribit Imperator in l. *Clarissimis, vel spectabilibus vniuersis ad genitale solű,vel quolibet alio,& sine cõmeatu proficiscendi,& vbi voluerint commorãdi,habitandiue permittimus facultatem*. C.de dignitat.lib.12.

Vltimò, si magistratus discedat sine superioris authoritate,quomodò puniri debeat,non aperit hic text. Ideò dicerē eum læsæ Maiestatis crimine puniendum,siad hostes confugerit.l.ij.ff.ad legem Iuliam maiesta.aliàs punietur pœna in lege,vel cõstitutione contenta , quæ si scripta non inueniatur , arbitrio superioris,& pœna arbitraria.l.j.ff.de effract.dicam in constitu.teg.in titul. *des residences*, &c.

SVMMARIA.

1 *Litis contestatio perpetuat actionem ad quadraginta annos.*
2 *Magistratus perpetui possunt semper conuenire,& conueniri.*
3 *Impedito agere, non currit præscriptio.*

LEX XVI. MACER LIB. I. DE OFFICIO PRÆSIDIS.

Senatusconsulto cauetur, vt de iis quæ prouincias regentes , Comitésue, aut liberti eorű antequàm in prouinciã venirent,contraxerunt,parcissimè ius dicatur:ita vt actiones amissæ, quæ ob eam causam institutę non erant, posteà quàm quis eorum ea prouincia excesserit , restituantur.

Ista lex tradit regulam hanc,videlicet,qui regunt prouincias,vt Proconsules,Præsides & alij Comites eorum,id est, Legati,Scribæ,& familia, non possunt conuenire,nec conueniri de his,quę contraxerint, antequàm in prouinciam venissent,sed actiones restituentur posteà,finita administratione,si amissæ fuerint,non autem ipso iure.aliàs text. non vteretur verbo restitutionis , & ferè in dubitatione erat , vt quolibet tempore ius dici,& cuilibet debeat, & omnibus,etiam vbi ipso iure dicitur:at hoc solet impetrari in Francia à Principe,sed ratio huius text. est propter fauores,quos quis posset tempore sui magistratus habere,& quia sibimet dicere,nec suis potest. l.qui iurisdictioni. de iurisd. omnium iudicum. Et ne occupati circa lites suas,vel suorum, administrationem & officij curam deserant. l.non aliàs. in fin. ac l. 2.ff.de iudic.Er debet intelligi iste tex.ius dicendum non esse de his,quæ Præsides,& familia cõtraxerunt,antequàm in prouinciam venirent,non sicut intelligit Bart.quem videre potes. Ratio decidendi huius legis.

Et sic est prima declaratio, vt non agat , nec conueniatur regēs prouin'cias,tempore suæ administrationis, sed si amissa fuerit actio tēporalis, ex contractu forte ei restituetur,& suis comitibus qa absentes erãt Reip.causa,vt per totum tit.ff. ex quib.caus.ma.

Hodie in regno Franciæ solemus impetrare literas Regias,in quibus narratur factum , & actionem amissam propter negotia Reipub.& Princeps restituit,& vult vt possit agere perinde ac si actio amissa non esset , quam testituit ex potestatis plenitudine. & vt plenè scripsi in tracta de restitut.in secundo tomo Commentarior.ad Constitut.Regi. Litera Regia impetranda pro actione amissa Reip. causa.

Secundò, potest agere Rector prouinciæ , si furtum passus sit, vel iniuriam, vsque ad litis contestationem,per quam actio perpetuatur ad quadraginta annos.l.nam & postea.§.si is qui temporali. ff.de inreiur.l.sed & si restituatur. §. sed & si dies.de iud. & contra eum magistratum agi poterit finito magistratu. l. nec magistratibus. ff. de iniur. Sed quoad actionem furti, quæ non sic perit, poterit agi donec res furtiua fuerit exhibita,& deposita, seu sequestrata apud aliquem , seu satisdatio data fuerit de exhibendo illam rem, quotiescunque petetur, & satisdatio est,datis fideiussoribus.l.satisdatio. de verb.signi. & ideò contestatio in delictis faciēda est , quia actio semel amissa non posset restitui.l.si tibi. §. quædam. ff.de pact.l.qui res.§.aream.ff.de solut.secus in contractibus,vt hic. 1 Rector prouincia potest pro furto sibi facto , antequam in prouinciã veniret, agere.

Tertiò , hoc non procedit in magistratibus perpetuis.l.principalibus.cum l.seq ff.si cert.peta. Alias limitationes dicemus in l.ij.ff.de iud.Ideò tex.dicit, Parcissimè ius dicatur, id est,valde parcè, & rarò,& sic non prohibet omnino ius dici, sed parcè,& rarò,ac vix. vt in l. vix certis. ff. de iud.l.pars literarum. ibidē. Hoc verbo vtitur Marcel.in l.officium. §.j.ff.de re milita. poterit tamen suam punire familiam , si delinquat, vt alij exēplo deterriti minùs delinquant. Vlpia.in l. si quis fortè.§.si quos.ff.de pœnis.& inter suos familiares cognoscere,quia suspicio cessat.c.insinuante. de offic. delegat. l. non solum.ff. de ritu nupti. 2

Glos.in verb.contestetur, est vtilis ad impeditum contestari litem,vt detur restitutio. Allegat l.primã infrà , ex quibus caus. maior. & istam glos. singul. scribit Barba.in repeti.rubr. de fide instru. col.97.in paruo vol.quòd si iudex impeditus multitudine causarum intra triennium causam non deciderit , iuxta l.properandum. C. de iud.poterit pars restitui. glos.

in c.

in c. tum ex literis. de in integr. restitut.

Idem, si pars fuerit impedita intra dilationē producere testes, poterit postea tamē per restitutionem, & impetratis literis Regiis in Fräcia, vel iudex prorogabit dilationem, licèt Cors. in singul. incipiente, iudex. 2 dicat iudicem imp dum expedire causam de die, posse de nocte expedire, quod est contra §. sedebunt. in authen. de iudicib. colla. 6. & c. consulit. de offic. delegat. ac l. more. ff. de feriis. multa adducit Marcus Bauerius in §. possunt. col. penult. de testam. in Institut. & Barba. consil. 41. circa dubium in secundo vol. licèt quidem de æquitate canonica dicāt, non computari tempus, per c. nos quidem. de testa. tamen seruatur in praxi Franciæ ius ciuile, vt computetur tempus, & restitutio ex æquitate imperretur. per l. primam. §. si quis autē. ff. de itinere. vbi plenè Bar. An impedito agere currat præscriptio regulariter. non. vt in l. prima. C. de annal. except. limitationes tradit Felin. in c. ex transmissa. de præscript. post Bart. hîc & Ioan. Francisc. in tracta. de præscript. in sexta parte. colla. 7. partis primæ.

3

Lex xvii. Celsvs lib. iii. digestorvm.

SI fortè Præses prouinciæ manumiserit, & tutorem dederit, priusquàm cognouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata.

ISta lex est valde vtilis, & singul. secundùm Ludouic. Roma. sing. 566. quod lex si fortè, &c. volens Præsidem non amittere iurisdictionem, donec sciuerit successorem aduenisse, habet locum in beneficiis, etiam in Tribuno militum. Dicit glos. sing. in l. Tribunus. ff. de mili. testa. Idē in Vicario reuocato, vt valeat collatio ab eo facta, antequàm fuerit eidem intimata reuocatio, per istum text. sic decidit idem Ludouic. Roma. sing 57. fuit quæstio. facit text. in c. super eo. 2. in fin. de appell. & ibi Deci. & cōsil. 295. in causa. col. 2. num. 5. scripsi in praxi benefici. in forma Vica. Archiepisco. num. 210. & seq.

Collatio à Vicario reuocato facta.

Idem salarium & priuilegium tandiu habere quis debet, quandiu ignorat successorem aduenisse, per istum text. decidit Ludouic. Roman. in l. diem functo. ff. de offi. assessor. quem refert Ias. in l. more. col. tertia. num. 8. ff. de iurisd. om. iud. & superiùs dixi, in tit. de offic. Proconsul. l. meminisse.

Salarium durat vsque ad aduentum successoris.

Idem in legato reuocato, vt valeant gesta per eum ante reuocationem præsentatam. per hunc text. & in c. volentes. de offic. legati. Calder. consil. 4. de offi. legati. glos. in c. in Galliarum. 25. q. ij. c. audita. de restitu. spoliat. Alberic. & alij in l. Barba. suprà de officio Prætoris.

Gesta per Legatum reuocatū.

Et in dubio præsumitur incognita reuocatio, quia est facti, & facta non præsumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Felin. in c. cæterum. num. 11. vers. valet processus, de rescript. Ideo qui dicit legatum sciuisse reuocationem, vel vicarium, oportet quòd hoc probet. l. ij. ff. de proba. præsumitur enim ignorantia, nisi probetur scientia. per reg. iur. & l. verius. ff. de probat. Alia hîc non addam, quia plenè ista in praxi tractata fuêre, in dicta forma vicari. num. 205. & seq.

Ignorātia reuocationis præsumitur.

Etiam per istum text. à contrario, si sciuerit, non valebūt gesta à Præside, postquàm cognouerit successorem aduenisse, siue sint ea quæ gessit, voluntariæ, siue contētiosæ iurisdictionis, quia omnino amiserat imperium per aduentum successoris. l. fin. suprà de offic. Proconsul.

Gesta à Præside scienter post aduentum successoris, nō valent.

Lex xviii. Modestin. lib. vi. Regvlarvm.

PLebiscito continetur, ne quis munus donúmue caperet: nisi esculentum, poculentúmue, quod intra dies proximos prodigatur.

ISta lex cum sua materia satis fuit explicata in l. solent. in fin. suprà de offic. Procons. ibi videri poterunt, quæ illic scripta sunt.

Lex xix. Callistratvs lib. i. de Cognitionibvs.

OBseruandum est ius reddenti, vt in adeundo quidem se facilē præbeat: sed contemni se non patiatur, vnde mandatis adiicitur, ne Præsides prouinciarum in interiorem familiaritatem prouinciales admittant. Nam ex conuersatione æquali, contemptio dignitatis nascitur. Sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos, quos malos putat: neq; precibus calamitosorum illacrymari oportet: id enim non est constantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et summatim ita ius reddere debet, vt authoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

IVs reddenti.] Iurisconsul. hūc aliquando vocat ius dicētem in l. j. ***Ius dicentis officium latissimū est.*** de iurisd om. iud. in c. forum. de verb. sign. Item, ius reddentē, non solùm hîc, sed & in l. secunda. §. deinde cùm post. ibi, ***Neque esset, qui in ciuitate ius redderet.*** de orig. iuris. Et sic debet iudex etiam Curiæ supremæ reddere ius, non vt ei placet, vt dictum fuit suprà de Constitut. Princip. in l. prima.

Colligite, iudicem debere se præbere facilem, vt eum quisque adire posit, vnde aliquando apud Romanos legimus, Scipioni Nasicæ, qui à Senatu Optimus appellatus est, domum publicè in sacra via datam, quò facilius adiri posset. l. ij. §. iuris ciuilis. ff. de orig. iuris. & sic dicebat Aristot. in Apophteg. magistratus non oportere tantùm prudentes esse, verùm etiam benignos; subditos verò non moriteros tantùm, sed amantes quoque magistratum.

Iudex debet se præbere facilē.

[illegible] se non patiatur.] Licèt fa[illegible] magistratus in adeundo, non tamen [illegible], quæ concedenda non sunt, & [illegible] t. aliàs contem[illegible] ur eius iurisdi[illegible] & [illegible] l. vbi Doct. ff. de iudic. alias per super[illegible] etur.

Nec debet familiaritatem cum ſubditis habere, ne fortè contemnatur. Nam ex cõuerſatione æquali contemptio dignitatis naſcitur, & ad hoc allegatur quòd familiaritas parit contemptum, nimia ſcilicet, ſed non omnis familiaritas.

Item nimia familiaritas parit contemptum inter fatuos, & ſtolidos, ſed inter prudentes magnam gignit amicitiam. gloſ. in c. quando. 85. diſt. quæ dicit ſe ab Azone audiuiſſe, & ibi etiam dicit tex. dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangitur authoritas, vt Prælati non ſint nimis humiles, & vtinam eſſent ſatis hodie. Etiam inter Iudæos pernicioſa eſt Chriſtianis familiaritas. c. & ſi Iudæus. de Iudæis.

Adhæc contempta maieſtas Prætoris, & magiſtratus vindicatur. in l. ſi familia. ff. de iuriſd. om. iud. vbi alia dicuntur.

Sed & in cognoſcẽdo, &c.] Inſtruit Præſidẽ, & quemlibet iudicem, vt in cognoſcendo non iraſcatur, etiam in malos, neque precibus illorum lacrymetur, quia non eſt conſtantis & recti iudicis, quando vultus detegit motum animi. Nam, vt prudens Cato ſcribit:

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

Lugere etiam, deplorare, & lamentari etiam eos qui mortui ſunt, prohibet text. in c. vbicunque. 13. q. vlt. & Plato de Legib. etiam hoc prohibet.

Gloſ. hic docet malitiã Bononienſium, vt vnum in corde gerant, aliud ſimulent, hoc tamẽ nõ elicitur ex text. qui dicit Præſidẽ non debere excandeſcere, neque illacrymari, quia non eſt conſtantis animi, detegere animi motum iraſcendo, aut lacrymando. Nam verba labiis emiſſa debent cum voluntate animi concordare. c. diaconi. ij. in 93. diſt. & qui aliud mente agit, aliud ſimulat, proditor eſt. vt dicit patruus meus magnus in l. fin. C. de delato. lib. 10. & Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. colum. prima. ff. de pœnis.

Excandeſcere.] Non iudicem in iram non debere prorumpere. quod Iuuenalis doctè ſcripſit Satyra 8. ſic:

Expectata diu tandem prouincia cùm te
Rectorem accipiet, pone ira fræna, modúmque,
Pone & auaritia, miſerere inopum ſociorum.
Reſpice quid moneant leges, quid curia mandet,
Præmia quanta bonos maneant, quàm fulmine iuſto,
Et Capito, & tutor ruerint damnante Senatu.

Cæca ſunt, quæ ira cõmoti faciunt. Ideò non eſt iraſcendum. Nam quæcunque ira commoti faciunt homines, ea neceſſum eſt (vt Plutarchus ait) cæca ſint, & imprudentia: non enim fieri poteſt, vt concitatus animus ratione vtatur. Omne autem quod ſine ratione fit, inartificioſum, ac peruerſum eſt: & quamuis iram vincere, res magna ſit, tamẽ cauere, ne in ipſam incidamus, maius eſt, teſte Dionyſ. Halicarnaſ.

Vt authoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat.] Not. text. pro magiſtratu ingenio florenti, vt dicatur ſuo ingenio augere dignitatem, ſic & in Conſiliario viro doctiſsimo dixi, vt augeat dignitatem ſuo ingenio, ſicut interdũ ſcripſi de Præſidibus Curiæ ſupremæ Pariſiorũ, videlicet de do. Liſeto. & de Sãcto Andrea, viris & doctiſsimis & probiſsimis.

Dignitatis authoritas quomodo minuatur. Contra etiam, vt dignitatem minuat, qui ignarus eſt, ſtupido ingenio, & hodie ſunt multi magiſtratus, quibus melius eſſet, & animabus eorũ ſalubrius, ſi didiciſſent iura, & poſteà officia emiſſent: nã ignorantia obſcurat officium, & dignitatem his maximè, qui omnia putant ſcire, & pene omnium rerum ignari ſunt.

LEX XX. PAPINIANVS LIB. I. RESPONSORVM.

LEgatus Cęſaris vel Pręſes, vel Corrector prouinciæ abdicando ſe, non amittit imperium.

DIcit Accurſius, quia inconſulto Principe, vel Conſulibus, à quibus habuerat poteſtatem, non poterat, ergo ſi fecerit, donec approbetur abdicatio, & reſignatio à Principe, habet iuriſdictionem. 10 l. ſolet. ſuprà tit. proximo fuit dictum inconſulto Principe Proconſulem non debere adimere Legato iuriſdictionem: ſic non poteſt ipſe Proconſul, vel Præſes per ſe ſibi datam adimere. vnde ſcribit Iuſtinia. in auth. de defenſo ciuitat. §. iuſiurãdum. colla. 3. *Vt inde fiat cura priuatio, vnde etiam datur.* Ratio erat quia reſpub. poterat interim maximum habere detrimentũ, ideò reprobatur abdicatio, quæ in prouincia fiebat: ſecus erat in magiſtratibus qui Romæ abdicare ſe magiſtratu volebant, vt poſſent, tamen ſtatim illi officio prouidebat populus Roman. vt in l. ij. ſuprà. de orig. iur. idem in Epiſcopo, vt in manibus Papæ ſe abdicare Epiſcopatu debeat. c. 1. in 17. q. 2. c. inter. de tranſla. Epiſco. *Epiſcopus debet in manibus Papæ ſe Epiſcopatu abdicare.*

Idem, & ſi quis obtineat beneficia, nam his non poteſt ſe abdicare, nec ea reſignare, niſi in manibus Epiſcopi, vel collatoris. cap. admonere. & c. quod in dubiis. de renuntiat. Nam intereſt collatoris, & eius qui prouidet, vt ſciat quis præficiatur in eo officio, vel beneficio. Ideò ipſe ſcire, & approbare debet, vt tractaui abundè in praxi benefici. in 3. parte. *Beneficia apud Epiſcopum vel collatorem reſignãda.*

Iſtum text. trahit ad quæſtionem Bart. conſil. 196. ciuitati Camerienſi, in 3. q. de Papa, qui confirmauit omnia priuilegia, quæ conceſſerat, dum legationis officio fungeretur. Tamen quia ibi fuerat Rector prouinciæ, fuit quæſitum, an valeret confirmatio: & reſpõdet valere per iſtum tex. quia Legatus, Præſes, vel Rector prouinciæ æquiparantur, & inductio Bar. eſſet vera, ſi in text. legeretur: Legatus Cæſaris, id eſt, Præſes, vel Rector prouinciæ, &c. Sed iſte textus in Pandectis Florent. legitur: Legatus Cæſaris, vel Præſes, vel Rector prouinciæ, & ſic iſte text. non probaret Bart. ſententiam. Nam Legatus, Præſes, & Corrector, non poſſunt ſe abdicare imperio ſine Principe: ergo Legatus eſt Præſes, & Rector, hoc non ſequitur. ſed deciſio Bartol. ſuſtineri poterit ratione mentis Papæ, cuius talis erat voluntas, vt priuilegia à ſe data tempore ſuæ legationis confirmaret, eo nunquam tempore, quo prouinciam regebat, quia verè Legatus, id eſt, miſſus erat ad illam prouinciam adminiſtrandã. Et omnes miſsi à Papa, & à magnis Principibus, ſe Legatos dicere ſolent, quod probatur in c. 1. de offic. Leg. ſcripſi de multiplici genere Legatorum. in l. pen. ſuprà de offi. Proconſ. & de Correctore in Lex omnibus. ſup. eo.

LEX XXI. PAVLVS LIB. SINGVLARI DE OFFIC. ADSESSORVM.

PRæſes cùm cognoſcit de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata, vel ſeruo

ſeruo ſtuprato: ſi actor rerum agentis corruptus eſſe dicetur, vel eiuſmodi modo, vt non ſolùm iactura aduerſus ſubſtātiam, ſed ad totius euerſionem pertineat: ſeuerisſimè animaduertere debet.

Corrūpere ſeruū, quid ſit.

Hic agitur de ſeruo corrupto. Corrumpere dicitur ſeruum, qui eum facit deteriorem, vel alio modo vitiat. l. j. ff. de ſeruo corrupto. l. ſi ſeruus. § inquit lex. ad legem Aquil. vnde ſi quis deuirginet puellam, & viuet, corrumpere eam dicitur. vt hîc, & l. ſi quis aliquid. §. *Qui nondum viripotentes virgines corrumpunt, in inſulam relegantur.* ff. de pœnis. Idem ſi quis ſtuprat ſeruum, vt hic dicit tex.

Itaque de his cognoſcit Præſes prouinciæ. Atqui ſi actor, qui negotia domini omnia penè agit, corruptus ſit, verbis, vel pretio, vt rationes Dominicas interciderer, vel adulteraret, vel etiam vt rationes ſibi commiſſas turbaret, quomodo teneatur corrumpens: & videbatur teneri quanti ea res eſſet in duplū. l. j. in princ & fi. ff. de ſeruo corrupt. Et in hoc iudicio æſtimatio rerum venit, quas ſecum ſeruus abſtulit, quia omne damnum duplicatur, & hæc verba, *Quanti ea res erit*, omne detrimentum recipiunt. l. in hoc. cum l. ſeq. ff. de ſeruo corrupt. Tamen Paul. hic ſtatuit Præſidem ſeuerisſimè animaduertere debere, ſi hæc corruptio pertinebat non ſolùm ad ſubſtantiam, ſed & ad totius domus euerſionem. Nam hîc actor omnium rerum curam habebat, & ratione corruptionis ipſe aliqua bona ſubtraxit, & rationes intercidit, ob id iactura eſt in ſubſtantia bonorum, & non ſolùm iactura eſt, & damnum in ſubſtantia, ſed etiam tendit ad deſtructionem totius domus: quia multi erant debitores domino, & ipſe turbauit, & incidit rationes, quod in euerſionem totius domus tendit. Certè non ſolùm Præſes puniet corrumpentem, quanti ea res erit, verùm etiam ad corporis pœnam, per hoc verbum; ſeuerisſimè.

Pœna ſeuerisſima, cōplectitur pœnā mortis.

Nam vbi lex, vel ſtatutum dicit quem grauiſſima pœna puniendum, vel ſeueriſſima pœna, aut grauiſſimè, vel ſeuerisſimè, tunc etiam venit pœna mortis, ſi opus fuerit, & factum hoc exigat vt docet Accurſ. in l. vnica. C. ne liceat ſignum ſalua. dom. & l. j. de eunuch. quas gloſ. probat & ſing. dicit Corſe. in ſing. incipient. pœna. &c. l. iij. C. de his quæ ex publ. ratio. lib. 10. & in l. j. de ſeditioſ. facit l. fin. ibi, grauiſſima ſeueritate. C. de colla. fundo. patrimo. lib. 11. & l. j. de fundis & ſaltib. rei do. ibidem. l. j. in fin. ad legem Iuliam. de vi priuat.

Alij volunt intelligere iſtum tex. in agente rerum Cæſaris, qui res Cæſaris curat, ſi ipſe corruptus ſit, & hoc tendat ad euerſionem domus Cæſaris, ſeuerisſimè puniendus erit corrumpens, & hoc dicunt ex verbo, actor rerum agentis, & hoc not. Laz. in lib. 1. c. 12. in fi. in Comme. it. Reip. Roman. & ſic poterit intelligi tam in corrumpente actore rerum priuati, quàm Cæſaris, & fortior etiam ratio in Cæſare erit. & ideò dicit ſeuerisſimè animaduertendum.

Agentes in rebus, qui dicantur.

Agentes rerum, ſeu agentes in rebus ſunt, qui res Principis adminiſtrant. vt in titul. de agentib. in reb. lib. 1 [illegible] ibi Alciat. & Pyrrhus ſuſius declarant.

Cauſa nobiliū à quibus cognoſcantur.

Ex his patet qualem, quantámque iuriſdictionem habeant prouinciarum Præſides, ſeu Rectores, ſed in regno Franciæ Præſides, Balliui, & Seneſchalli cognoſcunt de cauſis nobilium, tam agendo, quàm defendendo & tam in ciuilibus, quam in criminalibus, etiam ſi intereſſe tantùm habeant in cauſa. vt eſt ſtatutum in edicto Franciſci Regis tit. *des Seneſchaux & Baillifs.* ordin. 17. quod tamen intelligi debet, quando eſt ibi iudex inferior, & Balliuus. alioqui ſi nobilis degat in territorio Paris Franciæ, vel alterius nobilis habentis iuriſdictionem, & ibi non ſit niſi iudex Paris, vel alterius vaſſalli Regis, tunc Rex non intendit auferre iuriſdictionem Pari, vel vaſſallo, ob id nobilis conuenietur coram iudice Paris, vel alterius Regis vaſſalli, & ita fuit declaratum à Rege. per l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publ. fiat. c. quamuis. de reſcript. in vj.

Balliui, Seneſchalli & Præſides de quibus cognoſcāt.

Solent Præſides cognoſcere de feudis, tam inter nobiles, quàm ignobiles, datio tutorum & curatorum facienda nobilibus, etiam ſpectat ad eos: & diuiſiones bonorum inter nobiles faciendæ, ad hos Balliuos pertinēt: de fundationibus Eccleſiarum à Rege factis, ac de criminibus læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, ſeditionis, portus armorum, ſecuritatis violatæ, & in aliis caſibus Regiis Præſides & Balliui cognoſcunt, & non alij iudices, vel magiſtratus inferiores. vt conſtat in d. tit. vbi alia quilibet videre poterit, ne plura. Laus Deo & Virgini Mariæ, ac omnibus cœlicolis.

De officio Procuratoris Cæſaris, vel rationalis. Tit. xix.

SVMMARIA.

1 *Procurator fiſci variis negotiis præficiebatur.*
2 *Diui Pij Cæſaris commendatio*
3 *Hadrianus Imperator primùm Aduocati fiſci officium inſtituit.*
4 *Aduocati & Procuratores aliquem depredationibus vexantes, viui comburendi.*

SCIRE oportet Procuratoris nomen late patere: nam quicunque aliena negotia mandato domini adminiſtrat, hic Procurator dicitur. l. j. ff de Procur. & iſte Procurator interdum curator vocatur. l. fin. infrà eodem. & hi ſunt in duplici differentia: quidam publica adminiſtrant negotia, alij verò priuata, ſeu priuatorum.

Procuratores Conſulum.

Hi autem qui publica adminiſtrabant negotia, Conſulum fortè, vocabantur Procuratores Conſulum, quos Cicero pro Murena dicit feciſſe annuos, licèt Conſules haberent eos perpetuos. Succeſſerunt his Procuratores Auguſtorum, ſeu Cæſarum, & hi ſunt in duplici differentia: quidam ſunt Procuratores fiſci, alij Cæſaris, & hoc quantum attinet ad iuriſperitos. Nam alij multi inuenirentur, quos de induſtria omittemus, quia parum ad praxim pertinent, & modicam afferrent vtilitatem.

Procuratores Auguſtorum.

Procurator fiſci.

Itaque Procurator fiſci is dicitur, qui publica Principis negotia adminiſtrat. l. aufertur. §. quod à Præſide. ff. de iure fiſci. ideo ſæpius vocatur Procurator Reipub. l. iij. §. planè. ff quod vi aut clam.

Procurator Cæſaris vocatur, qui curam patrimonij Cæſaris gerit, & priuata ipſius negotia, ſiquæ inter Principem & priuatos ius dicere ſolebat. l. j. & pertotum. C. vbi cauſæ fiſcales. ſed non inter priuatos, niſi

Procurator priuatæ rationis.

ab illis electus fuisset.l.cùm vendentem.ibidem.& l.j.de iurisd.om.iud.vocaturq́ue Procurator priuatæ rationis.l. Procurator. C. de eden. quia res fiscales quasi propriæ & priuatæ Principis sunt,& in suo patrimonio.l.ij. §.hoc interdictũ ad ea loca,ff.ne quid in loco public.Chassan.in consuet.Burgund.in rub. *des confiscations*. & Paul.scribit Procuratorem Cæsaris non solùm cui rerum prouinciæ,cuiusque procuratio mandata erat,sed & eum, cui rerum,quamuis non omnium.in l.qui mittuntur.§.j.ff.de quibus causis maio.

Procurator Cæsaris quis dicatur.

Procurator rationalis quis vocetur.

Aliquo etiam tempore vocatus est Procurator rationalis.l.ij. C.de modo mulcta. quæ à iudicib.infliguntur.& l.ad fiscum. C.vbi causæ fiscales.& l.fin. C. si aduersus fiscum. & Lampridius in Seuero ait Procuratores esse rationales, in quorum similitudinem, qui rem priuatorum curant,Procuratores appellari. scribit Columella, & Pyrrhus in rub. C. de iure fisci.lib.10. & idem Lampridius in Alexand. sic ait: Et quia de publicandis dispositionibus mentio contigit,vbi aliquos voluisset, vel Rectores prouinciis dare, vel præpositos facere,vel Procuratores.id est,rationales ordinare, nomina eorum proponebat.

Hodie verò officia sunt distincta in Gallia, nam rationales,qui de rationibus cognoscunt,appellãtur Magistri computorum,& illic est etiam Procurator rationum, qui procurat, vt rationes in Curia illa iure reddantur,quod etiam probat Pyrrhus lib.2.de magistrat. Roma. & sic in hoc consyderare oportet tempora & regiones.

Magistri Computorum.

1 Iste autẽ Procurator fisci multiplex erat, & multis & variis negotiis præponebatur. Præficiebantur autem quidam monetæ,hi monetam,vt istè cuderetur, exponereturq́ue, ac Principi concederetur curabant: in locum quorum successit hodie Procurator Generalium monetarum. vt in Const.Reg. patet in tit. *des Monnoyers & monnoyes*. & hi multotiens populo infensi, propter monetæ variationem, augmentum & diminutionem, & quia non fit ex iusta materia, vt docet c.quanto de iureiuran. vnde Marcel.lib.28.suæ histor.sic scribit: Pari sorte etiam Procurator monetæ extinctus est.

Fisci Procurator.

Procuratores saltuũ.

Erant & alij saltuum Procuratores,quibus saltus & nemora Principis ob omni iniuria custodiæ concessum erat & tueri, de his nemoribus scripsi in l. sylua.ff.de verbor.signific. In locum huius successit hodie in Gallia Procurator nemorum, quem dicimus vulgò, *des eaux & forests* vt est in Const.Reg. in d.tit. *des eaux & forests* & in hoc regno constituti sunt iudices super his nemoribus, Procuratores, Aduocati, & alij Officiales præfecti, & quandoque grauiore pœna fuit prosecutus qui occideret pecus, quàm hominem,quod dolendum est.

Procuratores ad vectigalia.

Sunt & alij Procuratores ad vectigalia, tributaq; constituti, qui tributa olim, vectigalia, & reditus Augustorum in prouinciis colligebant, atque in expensum acceptumq́ue referebant, vnde & rationales aliquando dicti sunt.Lamprid.in Alexan.scribit: Rationales citò mutabat, ita vt nemo nisi annum compleret, eósque, si boni essent,odetat,malum necessarium vocans. Sed Capitol.contra.de Diuo Pio

2 in Pij Cæsar. histor. scribit: Procuratores suos modestè suscipere tributa iussit,excedentes modum,rationem factorum suorum reddere præcepit,nec quã lætatus est lucro,quo prouincialis oppressus est.

Hodie in locum istorum succedunt Procuratores Præfecti in Curiis generalium iustitiæ: hi enim vectigalia, collectas, & impositiones promouent,ac nomine fisci prosequuntur. de his plenè habetur in Constitut. Reg.in 2.parte. titul. *des ordonnances des Generaux*.

Et quáuis Lazius lib.2.c.11.in Commen.Reipub. dicat Procuratorem fisci & Aduocatum idem fuisse: tamen hoc nõ est verum. Nam Hadrianus primum Aduocati officium instituisse scribit Aelius Spartia. 3
& tamen ante eum longissimo tempore Procuratores Augustorum inuentos fuisse legimus: ob id est Procurator fisci, sunt etiam Aduocati fisci.

Aduocati fisci, olim duo.

Item duos olim (prout nũc, & in qualibet Curia suprema) fuisse Aduocatos fisci legimus. l.binos. & l.post duos.C.de Aduocat. diuers.iudicio.atque singulis pro stipendiis, ne egeni exirent, sexcentos aureos concessos.l.per hanc.§ sexcenti autem aurei.C. de offic.diuers.iudic.

Et de his scripsi in Concord ritu.de electio.derogatio.in fin. vbi Procuratoris fisci & Aduocatorum priuilegia multa congessi,& officium ac potestatem illorum,ideò hîc non repetam.

Interdum etiam Procurator Cæsaris, pro fisci Procuratore accipitur,& è cõtrario vt docet Alciat. in l. Procurator priuatæ rationis C. de edend.& res fiscales, pro patrimonialibus. in l.ij. §. hoc interdictum ad ea loca.ff.ne quid in loco publ.fiat. Doct.in rub.C.de iure fisci.lib 10.

Item notandum est Procuratores fisci, in Curiis supremis Præfectos, vocari solitos Procuratores Generales: sed alij Præfecti in aliis Curiis inferioribus non, sed vocantur substituti, & ipsi solent causas aliorum, si iustæ sint, in Parlamento suscipere, & tueri. Apud Burdegalam vidi Procuratorem, quem Generalem vocabant, Præfectum in Curiis Bailliui seu Seneschalli, sed cũ adiũcto appellabatur Procurator Generalis, non vero simpliciter, & prohiberi potest alicui inferiori, ne vocetur Generalis simpliciter, néue alterius nomen occupet, in iniuriam Procuratoris Generalis Curiarũ supremarum.

Procurator Generalis.

Conniuentia Procuratoris grauissimo supplicio subiacet, vt statuit Imperator Valent.in l.j.C.de fundis & saltibus rei tamiacæ.libro 11.Et si Aduocati & Procuratores fisci quenquam deprædationibus, & iniuriis vexent, viui combutendi sunt. l. vniuersi. C.vbi causæ fiscales.quia delicta ab his commissa in Principis ignominiam respiciũt, cùm præpositi sint, vt alios ipsi corrigant, saltem instare, vt puniantur, qui in scelus inciduot,debent: vnde,dicit text.in cap. primum itaque. 25.distin.his verbis: *Quomodo enim potest Præses auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit, quem libertate peccantem corrigere potest, cum tacitus ipse sibi respondeat ead. in se admisisse quæ ipse corripit?* Debent igitur isti fisci Procuratores omni exceptione maiores, & sine macula esse, vt aliis possint dicere: Quis ex vobis arguet me de peccato? & vtinam hoc sit,quia multi magis vindicta, vel odio persequuntur malos, quàm iustitiæ amore.

Procuratores fisci debent esse omni exceptione maiores.

De Procuratoribus verò priuatorum dicitur in tit.de Procuratorib.infrà. vbi melius conueniet. hactenus,&c.

SVMMA

SVMMARIA.

Lex I. Vlpianvs lib. XVI. ad Edictvm.

QVæ acta gestáque sunt à Procuratore Cęsaris, sic ab eo comprobantur, ac si ab eo gesta essent. Si rem Cæsaris Procurator eius quasi rem propriam tradat, non puto eū dominium transferre: tunc enim transfert, cùm negotium Cæsaris gerens, consensu ipsius tradit. Denique si venditionis, transactionis, vel donationis causa quid agat, nihil agit: non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est.

LEgimus Claudium Cæsarem à Senatu impetrasse, vt quæ sui Procuratores statuissent, eandem vim haberent, quam sua edicta, nisi donationis, vel venditionis suæ, alienationisue causa quid egerint, vt inferiùs declarabitur, quod bellissimè scribit Cornelius Tacitus lib. 12. histor. Augustæ, ibi: Eo anno sæpius audita vox Principis, parem vim enim rerum habendam à Procuratoribus suis iudicandarum, ac si ipse statuisset: ac ne fortuitò prolatum ius videretur, Senatus quoque consulto cautum, &c.

Et lex Labeo, 2. ff. de verbor. signific. tradit differentiam inter acta & gesta. Nam acta dicuntur siue verbis, siue re: gesta verò, sine verbis. hoc tamen non exactè seruatur. Accurs. hîc dicit acta generaliter accipi, gesta extra iudicium.

Sed Caius in l. licet. inter gesta & facta nihil interesse scribit, quamuis videatur quædam esse subtilis differentia, at gesta & acta multum differunt, vt superiùs dictum fuit. Nam Caius tollit differentiam inter gesta & facta, sed non inter acta & gesta, quæ, vt ait Valla lib. 4. c. 9. gesta esse in administratione magistratus, & in rebus maioribus, & ad rēp. vel ad plurimos spectantibus, vt gesta Alexandri, Pompeij, Cæsaris: acta verò etiam rerum priuatarum, & minorum, ac familiarium, quæ differentia apud Iurisconsult. non passim seruatur.

Gesta, ad res maiores referuntur. Acta verò ad res priuatas.

Sed vult dicere iste tex. quòd omnia, acta & gesta Procuratoris Cæsaris, siue verbis, id est, per stipulationē promissa sint, siue re, id est, numeratione pecuniæ, siue in iudicio facta fuerint, siue extra, & quomodocunq; valēt, ac si ab ipso Principe facta essent, & sic vsus est hic Vlp. duplici verbo generali, ac si dixisset: Quæcunque gesta à Procuratore Cæsaris rata erunt, & ista est generalis regula, quæ in hoc traditur principio, & postea limitatur, vt sequitur, & non est inculcatio. vt Accurs. & quidam alij volunt. Et intellige etiam si fiant in præiudicium Cæsaris, dummodo non tendant in alienationem, per istum textum generaliter loquentem, cum sua exceptione. Alioqui nullus cum isto Procuratore contrahere vellet. Et sic magno incommodo afficeretur Princeps nemine cum eis contrahente. vt de minore scribit Paul. in l. quod si minor. §. j. ff. de minor. sicut dixi in proœ. ad titulum de colla. in Concord.

Acta cum Procuratore Cæsaris, etiā in suū præiudiciū valent.

Si rem Cæsaris Procurator eius.] Hic limitatur doctrina præscripta, vt gesta à Procuratore Cæsaris non valeant, quando rem Cæsaris quasi propriam tradit, nec transfert dominium rei Cæsaris, sed tunc demum quando consensus ipsius Cæsaris interuenit. Nam licèt possit ipse res Cæsaris administrare, tamen eas non potest alienare, quia non est ei commissum rem Cæsaris alienare, sicut ipse res suas alienat.

Alienatio verò Cæsaris Procuratori suo prohibita.

Quasi rem propriam tradat.] Notat Bart. quod error in dominio impedit translationem dominij, sed hoc non elicitur ex hoc text. Nam ista est materia, quæ tractatur in l. in venditionibus. ff. de contrahend. emptione nec conuenit huic text. Nam hic non fuit erratum, nec vult text. intelligere, quòd Procurator Cæsaris erret in alienando rem Cæsaris, quia postquam iste tex. disponit Procuratorem Cæsaris non posse alienare rem Cæsaris, certè intelligitur siue prudens hoc fecerit, siue inscius, & hæc venditio multò minus per errorem valebit, si non scienter facta valeat. Ideò omnis error est hic abiiciēdus, & puto non necessariam longam. Bart. & aliorum distinctionem de errore, tanquam non seruientem textui, nec proposito, quamobrē hîc nihil de errore tractabo, ne materias textui minimè conuenientes temerè inferam, verùm in l. si per errorem. infra. de iurisd. om. iud. tractari hæc materia poterit.

Bartoli opinio reprobata.

Nempe si inspiciatur text. non dicemus hîc errorem interuenisse, sed velle demonstrare gesta à Procuratore Cæsaris rata esse debere, nisi rem Cæsaris alienet, ac si propriam alienaret. Nam dominus potest rem suam alienare, nec valet pactum in contrarium. l. penult. ff. de pact. Sed non potest Procurator Cæsaris rem Cæsaris alienare, sicut ipse alienaret suam. Et ita intelligitur, ibi: quasi rem propriam, quia non alienabat tanquam propriam, alioqui falsarius esset, si diceret rem Cæsaris suam esse: & non esset, sicut qui vendit alteri, quando semel vni vendiderit. l. qui duobus. ff. de fal. & rem alienam vendere quis potest. l. rem alienam. ff. de contrahend. empt. sed in venditione non debet dicere esse suam, alioqui falsi, vel saltem stellionatus teneretur. l. iij. ff. de crimin. stellion. quia non est commissum Procuratori Cæsaris, vt alienet, sed vt diligenter gerat Principis negotia: ideò rem Cæsaris alienare non potest, sicut rem propriam.

Tunc enim transfert, cum negotium Cæsaris gerens, consensu ipsius tradit.] Ex hoc textu colliguntur necessaria, antequam rei Cæsaris transferatur dominium à Procuratore alienando. Primò requiritur, quòd is qui vendit, sit Procurator Cæsaris, alioqui quod priuatus gerit in re Cæsaris, ratū non est, vt in principio huius legis habetur: quia potestatem non habet, nec mandatum à Cæsare, nec quidem à lege: & quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli non potest, per reg. iuris.

Requisita in alienatione rei Cæsaris.

Procurator Cæsaris errans, non gerit negotium eius.

Secundò requiritur, quòd is Procurator gerat negotium Cæsaris, vt hic. Ideo si erraret. non videretur gerere negotiū Cæsaris, vnde nō posset alienare, nec res Cæsaris administrare, cùm nihil sit consensui tam contrarium, quam error. l. si per errorem. in fi. à de iurisd. om. iud.

1 Consensu ipsius tradit.] Tertiò, quòd in alienatione rei interueniat Principis consensus, vnde Hermogenian. in l. aufertur. ff. de iure fisci. ita scribit: *Actores, qui aliquod officium gerunt, in bonis, quæ distrahunt Procuratores, venundare inconsulto Principibus prohibentur, & si veneant, venditio nullas omnino vires habebit.*

Quartò, quòd solemnitas in alienatione à iure requisita interuenerit. l. 1. & per totum. C. de fide instr. & iure hastæ fisca. lib. 10.

2 Limitat Accurs. quando expediret Principi illam rem vendere, & tradere, tunc etiam sine consensu, alienari poterit. Allegat in argumen l. mulier. §. sed si cùm distrahere. sub §. sed etenim. ff. ad Trebellian. Nam licèt Pro. curator datus ad agendum, non possit transigere tamen quando trāsactio erat vtilis domino, valebit. vt not. Doct. in l. transactionis placitum. C. de trāsactio. hoc probatur in l. cùm hi §. eā transactionem. ff. illo tit. facit l. ij. ff. de acceptila. l. furioso. de re iud. l. non eo minus vbi las. multa adducit. C. de Procurator. Hanc glos. sententiam veram existimarē, si postea Princeps alienationem ratam haberet, alioqui nulla semper erit si Princeps voluerit: quia non est seruata forma, ideò actus nullus l. cùm hi. §. si Prætor. ff. de transact. facit l. aufertur. de iure fisci.

Transactio vtilis domino, à Procuratore facta valet.

3

4 Item non procedit in fructibus, & aliis rebus. quæ facilè corrumpi possunt, & seruari minimè. Modestin. in l. *Procurator totorum bonorum, cui res administrandæ mandatæ sunt, res domini neque mobiles neque immobiles, neque seruos sine speciali mandato domini alienare potest, nisi fructus, aut alias res quæ facilè corrumpi possunt* l. lex quæ tutores. C. de administ. tuto.

5 Adhæc, is, cui mandatum erat, vt domum venderet, alteri commisit, & ille vendidit, non transfert dominium in accipientem. quia ad hoc mandatum à dom. non habebat. Ideò licèt rem alienam vēdere potuerit, tamen non potuit dominium trāsfetre sine domini cōsensu. l. rem alienam. ff. de cōtrahen. empt. Nam quod nostrum est, sine facto nostro in alium transferri non potest. per regul. iuris. & hoc probat text in l. in vsucapione. §. item adiiciendum. ff. de diuers. & tempor. præscript. l. alienum. ff. de furtis. ideò text. iste dicit, consensu ipsius tradit. Poterit tamen vltimus mandatarius, qui vendiderit, actione mandati agere contra eum, qui illi mandauit. l. si Procuratorem. §. si quis. ff. mādati. sed ipse, cui mandauerat dominus, contra dominum non aget, quia mandati formam excessit. l. diligenter. ff. mandati. nisi potestatem substituendi habuerit, vel nihil interfuit domini, quod tanti fit veodita domus, quanti per Procuratorem fuisset, tunc agetur etiam contra dominum mandati actione. §. mandati. ibidem. quia mandatum per æquipollens est adimpletum. l. final. mandat. & ne damno afficiatur is, qui mandatum suscepit. l. si mandassem. ibidem. Matthe. de Afflict. in decisione Neapol. 369.

Procurator Cæsaris habet generalem cum libera potestatem.

Etiam ex hoc text. colligunt Doctor. Procuratorem Cæsaris, habere à lege generalem cum libera potestatem, & administrationem, eo ipso quòd est constitutus. facit l. Præses. C. de transactio. vbi etiam interpretes. ne quotidie interpellandus sit Princeps, & pro quolibet negotio.

Syndici & Procuratores ciuitatum habent mādatum cum libera.

Idem dicunt in Syndicis & Procuratoribus ciuitatum, & municipiorum, vt à lege dicantur habere mandatum cum libera, licèt non fuerit expressum in constitutione, quod non valent singulis diebus congregari, vt dent mandata aliis. Ideò i. si possunt expedire omnia ea, in quibus requiritur speciale mandatum. Bald. in l. illud §. primo. ff. de minor. sed hodie solent ciuitates adiicere illam clausulam, *cum libera* Idem in tutoribus, & curatoribus. glossa in l. 6 mandato generali. ff. de procurato. text. in l. inter. ij. de administrat. tutorum. ibi: *Quippe cùm illis quidem planè rerum administratio committitur.* vbi etiam Bart. not.

Et Prælati Ecclesiastici.

Non absimile est in Prælatis Ecclesiasticis, & aliis beneficiorum administratoribus. c. 2. de donat. Bart. & Iason in l. nulli. ff. de transact. & idem in legatis concludit Barbat. consilio 18. præclarè. in secundo volumine. quod nō crederem verum esse, cùm specialis potestas dari soliti sit, vt alibi dicetur de his legatis.

Ex quo infertur hos liberam à lege habentes potestatem, res sibi commissas alienare non posse. de Procuratore Cæsaris est hic text. de tutore in l. j. ff. de tutel.

De viris Ecclesiasticis, Prælatis, & aliis scribitur in toto tit. de reb. Ecclesiæ non alienand.

Si tamen quis habeat liberam administrationem 7 ab homine, vt qui fuerit constitutus cum libera, tūc alienare poterit. l. Procurator cui generaliter libera. ff. de Procurator. & deferre iuramentum. l. iusiurandum quod ex conuentione. in fine. ff. de iureiurand. & ista potestas debet exprimi, aliàs non censetur alicui data. l. quam Tuberonis §. alia. ff. de pecul.

Vnde si quis constituerit Procuratores ad vendendum tales res, promittens habere rata quæcunque per eos gesta fuerint, intelligitur super his rebus, & ideò non videtur extendi, nec libera potestas dari 8 per ista verba, sed referri debent ad expressa. l. doli clausula ff. de verborum obligatio. & satis videntur operari, quia rata debent haberi gesta ab illis, & multoties sunt notarij verba, quæ non vitiant. l. testamentum. C. de testament. quamuis Bart. sit sibi in hoc contrarius, vt Iacob. refert in hac lege.

SUMMARIA.

1 *Insinuatio non facienda, quando venditio est nulla.*
2 *Procurator Ecclesiæ & minoris non possunt fidem habere de pretio rei venditæ, & quare.*
3 *Tempore, plus vel minus soluitur.*
4 *Creditor, vendendo pignus, potest gratiam facere in dilatione pretij.*
5 *Item Procurator generaliter, vel specialiter constitutus.*
6 *& 7 Procurator ad exigendum & recipiendum pretium debitum, confitendo, se habuisse, quod non habuit, an noceat domino?*
8 *Dominus à Procuratore suo debitum petens, post confessionem ab eo factam, & ratam habitam, à debitore amplius exigere non potest.*
9 *Solutio non probatur per instrumentum confessionis Procuratoris.*

Procurator

10 *Procurator ad agendum datus transigere non potest, & quare.*

11 *Procurator fisci, siue Reip. non potest permittere, vt quid in loco publico fiat.*

12 *Tutores non possunt sine decreto iudicis transigere super re pupilli.*

13 *Restringitur.*

14 *Procurator Cæsaris non potest rem eius donare, nec debitum eiusdem acceptum ferre.*

15 *Nec beneficia aut officia conferre, præsentare, vel donare.*

16 *Restringitur.*

17 *Promissio non valet, cũ donatio nõ sortitur effectum.*

§. Denique si venditionis, transactionis, vel donationis causa quid agat, nihil agit: non enim alienare rem Cæsaris ei, sed diligenter gerere commissum est.

Vẽditio rei Cæsaris nõ valet, facta per eius Procuratorem.

EX hoc text. colligitur Procuratorem Cæsaris, vel fisci, non posse rem fisci vendere, & si vendiderit, non valebit venditio, per istum textum, ibi, nihil agit, istud enim verbum denotat actum ipso iure nullum. §. j. quibus ex caus. ma. licet. in Instit. l. si. ff. de liberis & posthum. §. fin. l. si quis mihi. §. sed & si. de acquirend. hæredit. Corse. in singul. incipiente, nihil agit. vbi allegat cap. prudentiam. & ibi Barbat. & alij tractant. de officio delegat. Etiam est text. in l. aufertur. §. actores. ibi: Venditio nullas vires habebit. ff. de iure fisci.

1 Adeò quòd cùm hæc venditio nulla sit, non debet insinuari, nec lucratur emptor fructus, quia ex nullo nihil fit, nec aliquid potest super eo fundari. Bald. consilio 336. amplius. in 3. volu. & quod nullum est, non habet principium, nec originem. Bal. consil. 430. in 3. vol. Doctor. per illum text. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. dicetur in l. quotiens. qui satisdare cogant.

Ex his infertur conclusio, non transferri dominium per traditionẽ rei venditæ, quæ videtur contra l. traditionibus. C. de pactis. & §. venditæ. de rerum diuisio. in Institut. Sed intelligenda est, quando traditio facta est ab eo, qui non habebat vendendi potestatem, nec alienandi, vt est hîc in Procuratore Cæsaris, secus est in alio potestatem habente. Et sic intelligitur §. per traditionem. cum seq. de rerum diuisio. in Institut.

Procurator Cæsaris nõ potest fidẽ habere de pretio rei vẽditæ.

Item cùm Procurator Cæsaris, vel fisci, non possit rem Cæsaris vendere, & sic nec fidem pretij habere, sed si vendat de consensu Principis, an possit fidem habere de pretio, quod inficiatur text. in l. si Procurator. in fin. ibi, pretio tamen soluto. ff. de iure fisci. & idem dicit ibi Accurs. in Procuratore Eccle-

2 siæ, & minoris, qui non possunt vendere, nisi ex necessitate. l. magis puto. §. nec passim. de rebus eorũ. Et sic non possunt facere gratiam solutionis pretij, quia non succurreretur necessitati minoris, vel Ecclesiæ, aut fisci.

Mãdatum vendendi domũ centum.

3 Item si cui datum est negotium vendẽdi domum centum, eo casu non poterit minoris vendere, quod faceret, si differre posset solutionem etiam partis. Nam plus soluitur, vel minus tempore. l. vnica. C. de plus petitionibus. Et hic non tanti venderet, vt docet text. in l. si prædio. in fin. ff. de in diem adiectio. & sic faceret contra id, quod sibi mandatum est, ob id non valeret. l. diligenter. ff. mandati: vnde Vlpian. sic ait: *Res vendita non aliàs desinunt esse mea, quamuis vendidero, nisi ære soluto, vel fideiussore dato, vel aliàs satisfacto.* Ideò dicendum erit vendicare me posse. l. Procuratoris. §. sed & si. ff. de tributo. & Celsus ait: *Si quis rem meam vendiderit minoris, quàm ei mandaui, non videtur alienata, & si petam eam, non obstabit mihi exceptio rei venditæ.* l. prima. §. j. ff. de except. rei vend.

Ampliatio de eade re.

Etiamsi quis mandatum haberet vendendi rem, vt satisfaceret creditoribus, quia differendo solutionem non satisfaceret, & sic non posset solutionem differre. Angel. & alij in §. venditæ. de rerum diuisio. in Institut.

Restrictio.

Nisi gratiam trium dierum, vel decem, vel alterius modici temporis faceret, & bono viro, ac diuiti. vt docet Bartol. & modern. in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. eo casu in mora modici tẽporis non est magnum præiudicium. l. si debitori. ff. de iud.

Item creditor vendens pignus potest solutionem 4 pretij differre, quia pecunia & solutio omninò tendit in creditoris commodum, cui ipse renuntiare poterit. l. eleganter. §. si vendiderit. ff. de pignor. actio. Limitatur per glos. & Doct. in l. penult. ibidem. & per Anthon. Negusant. in tractat. de pignor. in 1. membro. 6. partis. num. 37.

Aliàs Procurator generaliter, vel specialiter con- 5 stitutus ad vendendum rem sine mentione pretij, potest emptori gratiam facere in dilatione pretij. l. cuicunque. §. item si institor. ff. de instit. quem singul. docet Roman. singul. 623. Constituo. facit l. qui fundum. § Procurator. ff. pro emptore. l. j. §. j. de except. rei vendi. quod verum intelligerem, quando solutio dilata esset ex bona fide, & quodam breui tempore, secus si longo, vt pore si vellet quòd singulis annis solueretur aliquid, tunc illa particularis solutio multa afferret incommoda domino: ideo rata non esset habenda. l. planè. ff. familiæ herciscund. eò, quòd dolus inesset in eo contractu. Rebuf. & alij in l. fin. C. de apoch. public. lib. 10. glos. in c. ex literis. de pignor.

Procurator ad recipiendũ pretium constitutus.

Imò Procurator cõstitutus ad recipiendũ pretiũ, nõ posset confiteri se habuisse, si nõ receperit: & non obstante illa confessione, dominus à debitore petere posset: quia aliud est recipere, aliud est cõfiteri se recepisse. l. j. §. si mutuam. ff. si quid in fraud. patro. Bar. in d. §. sed si emptor. Vnde Imperator C. de nouat. sic scribit, l. *Non abstulit tibi Procurator actionem, si cùm ei mandasses exactionem pecuniæ, quam hi tibi debebant, contra quos supplicas, parte accepta, de reliqua eos liberauit: cùm neque cõtra voluntatem tuam nouationem facere, neque eo, quòd non soluebatur, eos liberare potuit.*

Sed an cõstitutus Procurator ad exigendũ & reci- 6 piendum pretium debitũ, possit confiteri se habuisse, quãuis nõ receperit, & an noceat domino: Doc. sunt super hoc cõtrarij. Ego cõciliando illorũ sententias, & iura per eos adiecta, constituo casus seq. Primus est: Constitutus Procurator ad recipiendum, vel exigendum centum, vel aliud debitum, potest confiteri recepisse pecuniam, quam exegit: imò tenetur specialem acceptationem facere. l. plures. C. de fide instrum. l. sicut datam libertatem manumissis patronus adimere non potest, ita manumissionis instrumentum præstare cogitur. C. de libera. causa. Bar. & alij in l. cùm Aquiliana. ff. de transactio.

Secundus

7 Secundus casus, Procurator constitutus ad exigendum, vel recipiendum non potest confiteri in præiudicium domini se habuisse, quod non babuit: ideò poterit dominus iterum petere à debitore, siue partem confessus fuerit Procurator se accepisse, siue totum, nec confessio domino præiudicat. l. non abstulit. C. de nnuat. l. si ex cautione. C. de oon numerati pecun. vnde & Vlp. ait, ipsos Procuratores, vel tutores, vel curatores fateri non sufficere. l. certum. §. sed an & ipsos. ff. de confes. sic consuluit in prælato distinguendo Caldernus consilio 5. titul. de confess. Nam hæc confessio sapit donationem, quæ ab ipso Procuratore fieri non potest, vt statim inferiùs dicetur: ideò non præiudicat domino. l. si defensor. cum glos. ff. de interrog. actio.

8 Tertius casus, potest dominus confessionem à Procuratore factam ratam habere, & ab ipso Procuratore debitum petere, quod si petierit, à debitore amplius exigere non poterit, sed exceptione taciti pacti summonebitur. l. ij. C. de pact.

Tutor ex confessione sua tenetur.

Vnde si tutor confessus fuerit durante tutela se recepisse centum, & actum fuerit cum tutore post redditam rationem, ipse tenebitur. l. Lucius. ij. §. tutelæ. ff. de administration. tutor. vbi scripsi. Nam ibi, si actum & conuentum est cum tutore, potest agi contra tutores, fortiùs si adolescens nihil egerit cum tutore, poterit etiam contra debitores agere, sic & in Procuratore dicemus.

Hoc prodesse poterit, nam si Procurator effectus non soluendo fuerit, agi contra debitorem poterit, vel èconrrario. vt pulchre consuluit Aretin. consilio 4. ex facto. & interest oostra plures habere actiones. l. iiij. §. j. ff. de libera. lega. l. quod in hæredē. §. elicere. ff. de tribur. actio. secus esset, si Procurator recepisset. Nam debitor esset liberatus, ideò contra eum agi non posset.

9 Quartus casus, per hoc instrumentum confessionis Procuratoris non probatur solutio, sed tantùm confessio. Bart. in l. alio. in fin. ff. de aliment. & cibar. lega. Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de teste. §. i. vers. sed pone. Egi. in fi. magnæ additio. refert Areti. d. consilio 4. ex facto col. 1. nisi in instrumento diceretur: *Quam summam habuit in tali specie, videlicet in aureis decem, ducatis duodecim, solidis, &c.* Et sic solet à cautis notariis fieri. l. si ex pluribus. ff. de solut. Sic debet intelligi Feder. consil. 53. Titius. & consilio seq. Anthon. Capit. q. 16.

Confessio probat contra confitentem.

Tamen confessio ista probat in preiudicium confitentis: nimis enim indignum iudicamus, vt quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonióque proprio resistere. l. generaliter. C. de non numerata pecun. hoc probat Bald. consilio 429. quia communis. in 4. vol. Federic. consilio 54. eodem modo. vbi dicit per istud instrumentum non probari veram solutionem. Ideò non poterit repeti illa summa per conditionem indebiti, in quo vera solutio & receptio requiritur. l. cùm de indebito. ff. de probatio. §. is quoque. quibus mod. re contrah. oblig. in Insti. Sic intellegitur l. omnes. in fin C. de quadr. præscript.

Transactio à Procuratore Cæsaris non potest fieri.

Transactionis.] Ex hoc text. patet Procuratorem Cæsaris non posse transigere, quia ad hoc requiritur speciale mandatum, & donare non potest: & transactio non fit, nisi aliquo dato, vel retento. l. transactio. C. de transactio. Idem in Procuratore fisci. docet Bald. in tracta. de pace constantiæ. §. hoc quod nos. in verbo, mitti. & c. cōtingit. de transactio. quia æquiparantur. l. fiscus. j. in fine. ff. de iur. fisci.

10 Sic Procurator datus ad agendum non transigit. l. transactionis placitum. C. de transact quod non sit ei hoc mandatum, & sic contra formam mandati faceret, & hoc pacto nullum esset ab eo gestum. l. diligenter. ff. mandati. c. cùm dilecta. de rescript.

11 Vnde etiam Procurator fisci, qui dicitur Reip. non potest permittere, vt quicquam in loco fiat publico, quia etsi locorum publicorum procuratio illi data sit, concessio tamen data non est. l. tertia. §. planè. ff. quod vi aut clam. Vnde post longum tempus vidi dominum, qui ædificauerat in publico, cogi ad demoliendum opus, ibidem factum, cùm concessio non valuerit: ideò à Principe consensus posteà requirendus erit, vt dictum fuit.

Sic Syndici vel Procuratores ciuitatum transigere de rebus ciuitatum non poterunt. l. iusiurandum & ad pecunias. §. primo. ff. de iureiurand. vbi Barto. & Ias. l. Procuratores. de decurio. lib 10. vnde Paulus ait l. mandato generali non contineri etiam transactionem decidendi causa interpositam. ff. de Procurator.

Nec refragatur l. Præses. C. de transact. vbi administratores ciuitatis de re dubia trāsigere possunt, non de re liquida, ambitiosè, per gratiam, quia ille text. intelligitur in administratoribus, id est, Consulibus, Scabinis alicuius ciuitatis: hi enim transigent, non autem Procurator ab his constitutus, de quo intelligitur iste text. non enim dicit de administratoribus, sed de Procuratore & administratore: ideò hodie licèt Scabini & Cōsules possint (vt fuit dictū) transigere, non tamen ipsorum Procurator. Et sic debent ista iura intelligi, quamuis multum negotij hactenus ad hoc contrarium diluendum Doctores habuerunt.

Procurator Cæsaris non potest renuntiare appellationi ab eo factæ.

Item non potest Procurator hic, vel alius renuntiare appellationi ab eo interpositæ, vt docet Bald. in l. fin. §. primo. C. de tempo. appel. Ias. in l. Præses. col. vltima. C. de transactio. & l. cùm Procurator. ff. de noui oper. nuntia. post Alexand. consilio 115. attentis. in fin. volum. 5. scripsi in tract. de appellati. articul. 15. glos. 2. in fin. in Constitut. Reg. 3 tomo. Adhæc non 12 possunt tutores, vel curatores super re pupilli transigere, nisi decretum iudicis interueniat. l. non solùm. C. de præd. minor. alia videte in d. l. Præses.

13 Limitatur super debito non liquido. vt d. l. Præses & l. contra iuris. §. si filius. ff. de pactis. l. pactum curatoris. C. illo titulo. Etiam si plures expensæ in consequendo debitum fierent, quàm valeret debitum. per l. mediterraneæ. C. de annonis & tribur. lib. 10. Ioan. Lupus in repetit. c. per vestras. in præfatio. §. 66. circa fin. de don. inter virum.

14 Vel donationis.] Non potest Procurator rem Cæsaris donare, quia donare est perdere. l. filiusfamilias. ff. de donatio. & ipse debet res Cæsaris diligenter administrare. & non perdere, vt hic, nec potest debitum accepto ferre, quia donare est. l. per Procuratorem. & l. & iusiurandum. circa finem. ff. de acceptilat.

15 Imò etiam non potest ipse Procurator fisci, vel Cæsaris conferre, seu præsentare, vel donare officia, aut beneficia, quæ ad collationem, vel præsentationem Cæsaris spectant, quia donatio dicitur. cap. fin.

c.fin.de offic. Vicar. in sexto.cap.relatum. de præb.

16 Nisi Rex, vel Cæsar ea conferre facilè non posset, vtpote quia captus esset, eo casu secũdùm interpretes posset Procurator conferre, vel præsentare, quia de necessitate veniũt conferẽda. c. de multa. de præbend. c. ij. de concessio. præb. & sic nõ est propriè donatio, qua in necessitate non est. l. rem legatam. ff. de adimẽ. lega. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. ff. de legat. ij. vt decidunt Petrus & Iacobi. hîc. Ego tamen dicerem hoc casu Procuratorem non posse concedere officia, vel beneficia, quia administrare res potest, non donare, vt hic dicit tex. & quamuis necessaria sit hoc casu concessio, tamen quia res in alium transfertur, quasi propria, quia potestatem Procurator non habet, maximè quia ad dandum officia essent præstituti potius Cancellarij Principum, quàm Procuratores, ideò Procuratores cõferre nõ possẽt.

Prorex potest dare officia, & præsentare ad beneficia.

Et hoc casu putarem Proregem datum, vel Vicarium Principis generalem posse dare officia, & præsentare ad beneficia, quia hic habet generalem potestatem cum libera ad omnia, ergo & hæc facere poterit, licèt nominare ad Episcopatus non possit. per §. primum. de nomina. reg. vbi abundè scripsi in verb. Rex Franciæ, & seq. in Concord.

An Prorex possit donare ratione generalis administrationis? glos. & Doctor. in c. grandi. de supplen. negl. prælat. Ias. in l. debitorũ pactionibus C. de pact. decidunt, ibi videte.

Poterat olim Procurator Cęsaris susceptorem & receptorem cum Comite rerum priuatarum eligere. l. penult. C. de iure fisci. lib. 10. Hodie ad solũ Principem supremum spectat creare officiales, & officia concedere in suo principatu, & regno. Et de Rege Frãciæ patet in Cõstit. Regi. tit. *Des droitz Royaulx*, sic in alio Principe docent interpretes in d. c. grandi. de supplen. neglig. Prælator.

Princeps solus debet creare officiales in suo regno.

Etiam Procurator cum libera non potest donare, nec quidem si speciale haberet mandatum, nisi in indiuiduo potestatem habeat: vtpote talem rem, vel vsq; ad talem summam. teste Angel. in § præterea. 2. col. 33. de excep. in Instit. Refert & sequitur Ias. in l. Præses. col. vlti. C. de transact.

Non procedit in his, quæ ex consuetudine, vel necessitate præstantur. vt in l. cùm plures. in fin. cum l. seq. ff. de administrat. tutor. l. lex quæ tutores. C. de administ. tutor. Bart. in l. Scio. §. modicè. ff. de annuis legat. Barba. consil. 18. præclarè. col. prima. in 2. vol.

Donatio causa mortis reuocatur per conualescẽtiã.

Item si scholasticus, vel alius valetudine aduersa detentus, donauerit causa mortis pecuniam, quam apud trapezitam habebat, mãdaueritque illi, vt eam traderet conuentui fratrum Prædicatorum, si trapezita statim eam tradiderit, & scholasticus conualuerit, pecunia repeti poterit à conuentu, quia donatio causa mortis reuocatur per conualescentiam. l. non omnis. ff. si cert. peta. & in tit. de donatio. causa mortis. ergo sine causa pecunia est apud conuẽtum: ideò repetere eam scholasticus potest. Si vero non fuerit tradita à nummulario, repetetur ab ipso, etiã si nummularius eam promiserat conuẽtui tradere; quia intelligitur promisisse, si donatio effectum sortiretur.

17 Et sicut donatio non valet, ita non valet promissio facta accessoriè. l. cùm quis decedens. §. primo. de legat. tertio. & l. cùm principalis. ff. de reg. iur. Tenebitur tamẽ scholasticus promittere indẽnitatem trapezitæ, qui iam conuentui promiserat, vt vtrique satisfiat. Bart. in l. fin. ff. de solutio. & hîc Iacobi.

SVMMARIA.

1 & 2 *Procurator Cæsaris, Cæsare instituto, adire hæreditatem potest.*

2 *Hæreditas per Procuratorem regulariter acquiri non potest.*

3 *Testamentum inofficiosum dici potest, etiam si Imperator hæres institutus sit.*

4 *Dominus solo animo potest agnoscere hæreditatem, non verò Procurator.*

§. Est & hoc præcipuum in Procuratore Cæsaris, quòd eius iussu seruus Cæsaris adire hęreditatem potest: & si Cæsar hæres instituatur, miscendo se opulentæ hæreditati Procurator, hæredem Cæsarem facit.

Mandatũ speciale in aditione hæreditatis.

Regulariter in aditione hæreditatis requiritur speciale mandatũ, etiam de certa hæreditate. l. si quis mihi bona. §. verũ. ff. de acquiren. hæred. & Paulus ait, *Per Procuratorẽ hæreditatem acquiri posse constat.* l. per Procuratorem. ibidem. Etiã is, qui non est dominus serui, non potest illi iubere. l. prima. quod iussu. & Cæsar est dominus, ergo Procurator eius non potest seruo Cæsaris iubere. Tamen hoc est præcipuum & peculiare in Procuratore Cæsaris, ac proprium, vt hæreditatem Cæsaris delatam ex generali sua potestate adire possit, & iubere seruo Cæsaris, vt eam adeat. Vlpianus ait, *Si seruus fisci institutus sit, iussu Procuratoris Cæsaris adibit hæreditatem.* d. l. si quis. §. si seruus. Barba. in repetit. rub. C. qui admitti. col. 54. cum seq.

Itaque poterit Procurator Cæsaris adire hæreditatem, si institutus sit Cæsar; si verò illius seruus, solet Procurator cogere seruum, vt adeat. vt probat iste tex. & d. §. si seruus. & l. aufertur §. *Seruus Cæsaris si iussu Procuratoris adiit hæreditatem, Cæsari volenti acquirit.* ff. de iure fisci. & ibidem scribit Martia. l. *Ne Procuratores Cæsaris bonorum actores, quæ ad fiscum deuoluta sunt, alienent.* 1

Torquent capita sua hîc iurium interpretes, dicentes, per Procuratorem hæreditatem acquiri non posse. l. Paulus, aliàs incipit, per Procuratorem. ff. de acquirend. hæred. Sed iste text. diluit contrarium, dicens, hoc præcipuum est in Procuratore Cęsaris, ergo non est trahendum ad alios casus. Nam non esset decens Cæsarem per se adire hæreditatem; ideò statuit vt eius Procurator adeat, & alia negotia Cæsaris tractet, extra tamen alienationem, & quamuis in Pandect. Florent. legatur, Curator, ibi accipitur pro Procuratore. vt in l. fi. inf. eod. Nec est præsagiẽdum de Curatore pupilli, quia in illa l. per Procuratorem, nihil dicitur de pupillo, & non datur Curator habenti tutorem. vt patet ex tit. in quibus causis habenti, &c. Et quando daretur Curator pupillo, vt adiret, ipse posset adire. l. cùm quædam. C. de admi. tuto. & d. l. per Procuratorem, est separata à l. si pupillus. Ergo ex separatis argumẽtari non possumus. l. Papinianus. ff. de minor. alibi fusiùs dicetur. 2

Et si Imperator sit hæres institutus, posse inofficiosum testamentum dici, sæpissime rescriptum est. vt docet Vlpia. in d. l. Papinianus. §. si Imperator. ff. de inoffic. testament. 3

Imò quicunque vult exhæredato filio, hæredem facere ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum, imò, Deo propitio, neminem inueniet. c.fin. 17.q.vlt.glos. in d. §. si Imperator. idem dicit. & in l.si quis ad declinandam. C.de Episcop & cler. & glos.in c. si pater.de testa. in 6. quamuis in Pandectis Florentinis sic habeatur, & hoc probat Anto. Augustin. de emend.iuris lib.tertio. c.6.

Miscere verbum ad quos refertatur. Miscendo se.] Quamuis Accurs. in l. j. ff. de acquir.hæred & alibi sæpius dicit, miscere, ad suos pertinere, adire, ad extraneos, hic etiam, miscere, respicit extraneos, vt abundè scripsi in l.delata. ff. de verb.signific. Sed ideò dicit hic miscendo, quia Pro-

4 curator sola voluntate & animo non facit hæredes, licèt dominus solo animo agnoscere possit. l. gerit. ff. de acquirend.hæred.

SVMMARIA.

1 *Restitutionis literæ, re solùm perspecta, Procuratori Cæsaris concedenda.*
2 *In dubiis contra fiscum respondendum.*
3 *In pari lucro, pro fisco iudicandum.*
4 *Procurator priuati, adiens hæreditatem, non potest in præiudicium creditorũ & aliorum restitui.*

LEX II. PAVLVS LIB. V. SENTENTIARVM.

QVod si ea bona, ex quibus Imperator hęres institutus est, soluendo non sunt, re perspecta consulitur Imperatori. Hæredis enim instituti, in adeundis vel repudiandis huiusmodi hæreditatibus voluntas exploranda est.

Procurator Regis potest restitui contra aditionem hæreditatis non opulentæ. HÆc lex duo continet. Primum, vt si Procurator Cæsaris adierit hæreditatẽ, quæ nõ est soluẽdo, cõsulitur Imperatori. Sed quomodo? Accurs. dicit, vt liceat ei abstinere, intellige per restitutionem, sicut minori, vel vt perinde habeatur, ac si adita hæreditas non fuisset. l. j. §. cùm bona. ff. de iure fisci. & semper intelligitur per restitutionem, quam Princeps concedet Procuratori suo, quod est facile, & ita seruatur in forensi iudicio, vt Procurator impetret literas à Rege, in quibus petat restitui contra aditionem hæreditatis non opulentę, ab ipso factam, & sic restituetur.

1 Re perspecta consulitur Imperatori.] Ergo literæ restitutionis non debent concedi, nisi res perspecta fuerit, & causa cognita & iusta, alioqui si concessæ fuerint, non debent à iudicibus comproba-

2 ri. Nam modestè sic scribit Modest. ff. de iure fisci, l. *non puto delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facilè responderit*, quia regulariter agi-

3 tur de lucro Cæsaris, & de damno priuati. Ideò hoc statutum fuit; sed si de pari lucro ageretur, certè pro fisco iudicãdum esset, vt docet de Ripa in Rub. de iudic. in fin. & Decius in l.in ambiguo. de reg. iur. ff. sed illa lex, non puto, generaliter intelligitur. Et si Imperator voluisset in pari lucro intelligendam, sic statuisset. l. vnica. §. fin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. Et hoc videtur declaratũ in titul. pœnis fiscal. creditores præferri. lib. 10. & alibi fusiùs pertractatu.

Aduertendum est ob id per Procuratorem priuati non posse acquiri hæreditatem alij, vt iura disponunt; quia per eum obligaretur dominus ad omnia onera hæreditaria. l. prima. ff. ad Trebel. quæ obligatio non fit sine consensu. l. secunda ff. de obligat. & postquàm creditoribus esset obligatus hæreditariis, non posset in præiudicium illorum restitutionẽ petere, nisi esset minor. l. & si fine. ff. de minor. Principi etiam succurritur cõtra aditionem factam per suum Procuratorem, vel seruũ. Ideò licet Procuratori Cæsaris adire sine aliquo speciali mandato, ratione spei restitutionis, quod secus est in Procuratore priuati, qui non posset in præiudicium creditorum & aliorum restitui. l. sicut. C. de repud. hæredit. facit l. j. & ij. C. de hæred. vel actio. vend. 4

Potest in hoc text. legi, Consulitur Imperator. Sed frustra consuleretur post aditam hæreditatem, cùm iam sit obligatus, vt in fin. l. præcedẽtis dictum fuit. Ibi, *Procurator hæredem Cæsarem facit.* Ideò melius legetur, Consulitur Imperatori, videlicet vt restituatur, si hæreditas soluendo non sit, vt l. sed etsi lege. §. cõsuluit Senatus bonæ fidei possessoribus. ff. de petit. hæred. l. cũ mandato. ff. de minor. Et ita habetur apud Fenestellã & communiter in aliis libris, quamuis Augustin. de emenda iuris. lib. 3. c. vj. dicat cæteros hallucinatos, quorũ tamen sententiam probarem, cùm sensus illorum melior habeatur: nisi dicam is Imperatorem consulendũ, antequam Procurator adeat, si appareat hæreditatem soluendo non esse, sed quomodo apparere potest, antequam adita sit: nisi per repertorium forte, vnde licèt in Pãdect. Florent. sit Consulitur Imperator: tamen sensus me trahit ad alterum intellectum.

§. Hæredis enim instituti, &c.

SVperiùs in l. j. dictum fuit, Procuratorem Cæsaris, miscendo se hæreditati, vel iubẽdo seruo adire, hæredem facere Cæsarẽ: Sed si hæreditas soluendo non sit, consuletur Cæsari. Dicet quis, nõnne hoc est iniquum, vt consulatur Imperatori, qui diues est. Ideo tenetur, sicut alius, creditoribus soluere, tanquàm hæres. Respondet text. tacitè hoc non esse iniquum, quia hæredis instituti voluntas explorãda est in adeundo, vel repudiando hæreditatem, & quia hic Cæsaris Procurator non obtinuit voluntatem Cæsaris, dum adiret hæreditatem, ideò restitui ipse Imperator poterit: quia pręcipuũ est in Imperatore, vt ipsius Procurator faciat hæredem eum sine consensu Cæsaris, & apud Fenestellam non est præcipuum, sed adiicitur congruo tempore voluntatem esse explorandam hæredis instituti, videlicet ante aditionem, quia non acquiritur hæreditas per Procuratorẽ alicui, ne quis obligetur sine sua voluntate: nam sæpius in hæreditate latet anguis, ideò dicit hic text. voluntatem hæredis explorandam in adeundo, & repudiando. Et quia aditio animo fit, l. si auia. C. de iure deliber. & tamen facti quàm animi. l. pro hærede. ff. de acquirend. hæred. & quæ animi sunt, personalia sunt, & non possunt aliis committi. l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. tollen. vbi Bald. l. 4. ff. locati. glos. in l. sicut. de arbit. *Aditio hæreditatis tam est facti, quàm animi.*

Et si detur specialis potestas adeundi, adhuc non acquiritur hęreditas per Procuratorem, sed ipse dominus

minus sua voluntate acquirit, verùm Procurator adeundo ostēdit animum constituentis, qui animus factis declaratur. l. si quis mihi bona. §. sed & si mandauit. & §. fin. ff. de acquirend. hæred. alioqui acquireretur ius directum Procuratori, & in eo radicaretur, quod est impossibile, per l. quæcūq;. ff. de actioni. & obligat. vt docent interpretes.

Procurator Cæsaris, hæreditatē Cæsari delatā non potest repudiare.

Item per istum text. licèt per Procuratorem Cæsaris sine voluntate Cæsaris expressa posit acquiri hæreditas Imperatori; tamen hæreditatem delatam Cæsari non poterit repudiare, siue sit soluendo, siue non, quia rem Cæsaris non alienat: voluntas enim hæredis in repudiāda exploranda est, per istum tex. & abundè probat Barba. in consil. 18. præclarè. in 2. vol. de Legato Ducis Mutinæ, qui renūtiauerat hæreditati delatæ ipsi Duci, vt non valeat repudiatio. Sic docet hîc Bar. & Imol. in l. apud. §. vtrum. in glo. restituere. ff. ad Trebel.

Et sic intelligemus per Procuratorem non acquiri hæreditatem, nisi fisco. Sed Procuratorē posse constitui ad adeundum lex non negat. l. si quis mihi. §. penult. & fi. ff. de acquir. hæred. Nam quando dominus constituit Procuratorem, consentit vt obligetur hæreditariis creditoribus, & sic obligatur, & acquiritur ei hæreditas, sed Procurator tractat res hæreditarias, eam adeundo, & sic volūtatem domini declarat, quod fieri potest, & sic iura conciliantur.

SVMMARIA.

1 *Exuli commeatum, remeatúmue nemo dare potest, nisi Imperator.*

2 *Procurator sententiâ colonos prohibens in prædia Cæsaris accedere, illam reuocare posteà non potest.*

Lex iii. Callistratvs lib. vi. de Cognitionibvs.

Cvratores Cæsaris ius deportandi non habent: quia pœnæ constituendæ ius non habent: si tamen quasi tumultuosum, vel iniuriosum aduersus colonos Cæsaris prohibuerūt in prædia Cęsaris accedere, abstinere debebit. Idque diuus Pius Iulio rescripsit. Deniq; neque redire cuiquā possunt permittere: idque Imperatores nostri Seuerus & Antoninus ad libellum Hermiæ rescripserunt.

Curatores Cæsaris nō possunt deportare.

CÆsaris Curatores non habent ius deportandi, quia pœnam non possunt constituere, nec imponere, & videtur esse eadem ratio cum dicto, quod non valet. §. filiusfamilias. quibus mod. ius pat. potestat. solui. in Instit. vnde Accurs. dicit, non habent ius pœnæ constituendæ, id est, denegatum est, alioqui nulla esset ratio, & allegatur hæc glos. iūcto text. quòd ratio non debet esse eadem cum dicto, sed aliquid debet addere. glos. in l. Labeo. ff. de vsucap. & istam glos. docet singul. Florian. in Rubr. inst. de probat. verùm in contrarium facit text. in l. interdum. de condictio. indeb. & ff. commoda. l. tertia. §. si reddita. l. si filiusfamilias §. diui. de lega. primo. l. in testamento. 2. de conditio. & demonstrat. l. prima. §. nuntiatio, & ibi Ias. de no. oper. nuntiatio. sed ibi non est eadem ratio cum dicto. Etiam Bart. docet dicta testium non valere, si asignēt eandem rationem cum dicto, vtpote si dicant, scio talem mutuasse centum Titio, & interrogati quomodo sciant, dicant, quia scio, non poterunt dicta eorum sustineri. Bart. in l. qui interrogatus. ff. de petitio. hæred. Bald. in l. conuenticula. C. de Episco. & cleric. Tradidi in tractat. de reprobat. & saluat. testium. Ideo dicerem Curatorem Cæsaris non posse deportare, quia hoc ius non est ei à Cæsare, nec à iure datum. Ideò hoc non possunt, cùm non sit hoc eis à Cæsare concessum. Nam illorum potestas à Cæsare dependet, si Cæsar non dederit eis ius deportandi, illud non habent, sicut diximus de Pręside, in l. illicitas. §. qui vniuersas. suprà de offic. Præsidis. facit l. j. & ij. tit. seq. & sicut non potest deportare, ita nec exequi. l. iij. C. vbi causæ fisca. l. nulli. c. de senten. l. iij. ff. de re iudic. vel non potest deportare, quia insulam asignare non potest. vt dixi in l. j. ff. de offic. Præfect. vrbis. Vnde ex his tenēdum est Procuratorem Cæsaris deportare non posse, quia ius pœnæ imponendæ datum ei non est, cùm imperium non habeat, sed tantùm iurisdictionem, ideo mulctā non irrogat. l. ij. C. de modo mulctarum. Alij habent, Quia huius pœnæ constituendæ; alij dicūt expungendā dictionem huius.

Procurator Cæsaris mulctā non irrogat.

Et Fenestella in lib. de magistratibus Rom. hoc tit. scribit, deportādi huic magistratui facultas permissa non est, ex quo lib. sumpta est hæc lex, & fortè à Treboniano sunt addita alia verba: iudicate, nam facilior est intellectus ex Fenestella.

Si tamen quasi tumultuosum.] Colligitur Procuratorem Cæsaris posse colonis prohibere, ne in prædia Cæsaris accedant, sed abstineant, & ipsi prohibiti, abstinere debebunt. Nam magistratibus parendū est, vt dictū fuit in l. vt vim. supra de iustit. & iure. facit l. Dominicis. & l. seq. C. vbi causæ fiscal.

Item & priuatus prohibere potest alicui, ne venandi causa ingrediatur suum fundum. l. diuus Pius. ff. de seruit. rustic. præd. l. per agrum. C. de seruit. & aqua. quando fructus fundi in venatione consistebant, vt docet Iacobi. in tractat. de Feud. in versic. & cum venationibus. Et si post prohibitionem ingrediatur, prohibitus iniuriarum tenetur. l. iniuriarum. in fin. ff. de iniur.

Prohibitus ingredi fundum alicuius.

Vel iniuriosum.] Colligitur ex hoc text. Procuratorē Cæsaris posse prohibere colonis Cæsaris, ne vtātur cōductione illis facta, & hoc si sint tumultuosi, id est, turbulenti, quia fortes res Cæsaris turbant, vel turbas concitare sunt soliti, vel si iniuriam afferant Procuratoribus, seu aliis ministris Cæsaris. l. cum aliquid. C. vbi causæ fiscales. Nam crimine læsæ maiestatis tenetur, qui concitat, vt seditio, vel tumultus aduersus Rempub. fiat. l. j. ff. ad legem Iul. maiesta. de tumultu. vide in l. Prætor. 2. ff. vi bonorum raptorum. & in l. j. ff. de incendio. ac l. penult. de sicar. hodie nō posset Procurator sine Iudice post conclusam conductionem, cùm iurisdictionem non habeat (saltem in hoc Regno) hoc facere.

Concitans seditionem cōtra Rēp. tenetur crimine læsæ Maiest.

Denique neq; redire cuiquam.] Docet, vt si Procurator iusserit alicui, vt ad Cæsaris prędia non accedat, nō potest posteà isti permittere vt accedat. Vel melius dicit glos. non potest permittere deportato facultatem redeundi Nam Marcellus ait. ff. de 1
pœnis. l. relegati. in fine. Sic nemo potest commea-

tum remeatúmue dare exuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa, nempe qui condemnandi poteſtatem non habet, abſoluere quoque non poteſt. l. iij. ff. de re iud. l. nemo. de regul. iur. & Imperator ſcribit in l. Nulli, *qui ſtatuendi non habet facultatem, interdicere patria cuiquam permittitur* C de ſentent. & interlocut.

Etiam poteſt dici, quòd ſi Procurator Cæſaris per ſententiam prohibuit his colonis, vt poteſt. l. Dominicis. & ſeq. C. vbi cauſæ fiſcal. functus eſt officio ſuo. l. iudex. ff. de re iudic. c. in literis. de offic. deleg.
2 ideo non poterit illam ſententiam reuocare. l. quod iuſsit. vbi abundè ſcripſi ff. de re iud.

Feneſtella de Procuratore Cæſaris, ſententia.

Iſta vltima verba non ſunt conſcripta apud Feneſtellam, ſed ſic ſe habet iſte tit. de Procuratore Cæſaris. Is enim inter Cæſarem & Remp. conſtitutus iudex, pauca videamus, quanquam principalem celſitudinem, à qua legum, Senatuſconſultorum, magiſtratuumque omnium origo manat, moribus introductum ſit, legum imperio, cui præeſt, non eſſe ſuppoſitam. Cæterùm quoniam maiorem ſe, à quo ius, cùm inter priuatum ac Rempublicam decernatur, inuentu ſit impoſsibile ipſumque Principem in propria cauſa iudicare, haud ſanè æquum eſſe videatur: magiſtratum creari placuit, cui inter ſe, priuatáſque perſonas competes quidem eſſet iuriſdictio, qui ſanè appellatus eſt Procurator Cæſaris. Huic magiſtratui principalis totius rei familiaris licentia conceſſa eſt, perinde habeatur ratum, ac ſi ab ipſo Cæſare fuerit pertractatum, ſed ſi rem eius quaſi propriam Procurator tradat, non putat dominium transferre: tunc verò transfert, cùm negotium gerens Cæſaris, ipſius conſenſu tradit. Denique ſi donationis, venditionis, tranſactionis cauſa quid agat, nihil agit. Non alienare rem Cæſaris, ſed diligenter negotia obire Procuratori Cæſaris iniunctum eſt. Id vero imprimis Procuratori huic (de quo agimus) aſcriptum eſt, quod ſeruum Cæſaris hæredem inſtitutum adire hæreditatem iubet, & ea hæreditas Imperatori acquiritur: quin ſi Cæſar ipſe hæres inſtituatur, ſi ſe Procurator opulentę hæreditati miſceat, hæredem Cæſarem facit. Quod ſi ea bona, ex quibus Princeps inſtitutus eſt, ſoluendo non ſint, conſulendum erit Imperatori, ne quid perinde detrimenti patiatur. Hæredis enim inſtituti in adeundis repudiandiſue hæreditatibus congruo tempore explorari voluntas debuit, deportandi huic magiſtratui facultas permiſſa non eſt. Iſta ſunt quæ Feneſtella de hoc Procuratore ſcribit. alia ſuperiùs viſa fuerunt, hactenus.

De officio Iuridici Alexandriæ. TIT. XX.

SCRIBIT Modeſtinus magiſtratū, apud quem legis actio eſt, & emancipare filios ſuos, & in adoptionem dare apud ſe poſſe, Neratij ſententia eſt in l. magiſtratum. ff. de adoption. Ideo adoptare quis apud Iuridicū poteſt, quia data eſt ei legis actio. Legis autem actionem vocat imperium. Nam apud eum, qui imperium habet, poteſt emancipatio fieri. l. ij. ſuprà. de adoptio. Apud illum legis actio dicitur, qui actus legis & virtutes habet, vt l. legis virtus eſt imperare, vetare, permittere, & punire. ff. de leg. qui ergo hos actus habet, & legis actionem habere dicitur, ſicut coram eo lege agere partes dicuntur, verùm quia præcipua legis poteſtas eſt ſub præcepto. l. iuſtitia. §. iuris præcepta. ſuprà. de iuſtitia & iure. & in Inſtitut. Ideò poteſtas magiſtratuum dicta eſt imperium. l poteſtatis. ff. de verbor. ſignificat. ab imperando, non à vetando, vel puniendo. alia multa de legis actione ſcripſi in l. Libeo. ij. ff. de verb. ſignific.

Legis actio quid ſit.

Lege agere qui dicantur.

Iuridicus dicitur Præfectus iuridicundo, quaſi iura dicens, vel iure: inde *Iuridiques* vulgò ſecundùm ius, de quo meminit Capitolin. & ibi Egnari. in annotat. ad eum. & quod in Italia vocabatur Præſes, in Alexandria Iuridicus vocari ſolitus fuit, vt hîc patet, & de Iuridico loquitur Scęuola in l. Thais. §. Lucia ff. de fideicommiſ libertatib. Et noſtros Seneſchallos & Baillinos rectè hodie vocari Iuridicos Budæ in annotat. in Pandect. ad l. ſolent circa fin. ff. de offi. Proconſ. exiſtimat. ſcripſi in l. pronuntiatum. in fin. ff. de verb. ſignific.

Iuridicus in Alexandria.

De officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. TIT. XXI.

SVMMARIA.

1 *Beneficium non dicitur, niſi erectum & creatum ſit, & ab Epiſcopo approbatum.*
2 *Delegati poſſunt etiam Officiales appellari.*
3 *Delegare iuriſdictionem quis poſsit.*
4 *Delegatio in praiudicium Aduocati antiquioris in Francia, prohibita.*

IN hac rubrica Docto. multa & penè infinita tractant, ſed ego breuis in ea ero, & prius præfabor aliqua ad huiuſce materiæ intellectum ſpectantia, & demum leges huius tituli elucidabo.

Nunc de officio videamus, ſciendum eſt imprimis accipi officium interdum pro munere, ſeu magiſtratu, aut poteſtate l munus. j. ff. de verbor. ſigni. l. ſolent. §. finali. ff. de officio Proconſul. l. tertia. ne vis fiat ei. Vnde prohibitus obtinere (vtpote exul) officium in ciuitate, non poterit quidem officium apparitoris obtinere, aduocationis, vel aliud. teſte Anthon. Butri. in cap ſecundo. de poſtulan. & Alberic. in quarta parte ſtatu quæſtio. 87. ſed quid ſi ſtatuto. Ideò vulgò accipere ſolemus officium, quando conſtitutū eſt aliquod onus homini, qui illud officium exercebit, ſiue à Principe, ſiue ab alio. Vnde prohibitus retinere duo officia in ciuitate, non cenſetur prohibitus onera duo exercere, ſi non ſint erecta in officia, creata, ſeu deſtinata ad hoc, ſicut dicimus
non eſſe beneficium, niſi ſit erectum & creatum, & 1
ab Epiſcopo approbatum. cap. nemo. de conſecrat. diſtinctione prima. vt ſcripſi abundè in praxi benefic. in prima parte. titulo, quare inſtituta ſint beneficia. Ideò officium ex communi loquendi vſu Franciæ vocamus, quando ſic eſt erectum, & conſtitutum, ad aliquem actum, & propriè ſic vocari poteſt.

Officium, quid dicatur.

Officiales

Officiales qui dicantur.

Officiales dicuntur, qui aliquod beneficium, seu officium, sic creatum & certum habent. l. Præsidis prouinciæ officiales.ff.de reb.credi.

Ordinarij cognoscunt etiā contra delegatū.

Ideò ordinarij, qui non possunt cognoscere contra officiales Papæ, poterunt cognoscere contra delegatum, qui non dicitur officialis Papæ, vt Deci. & alij dicunt in rub.de offi.deleg.post consil.Oldra. vltimum. extra.cum Matthæus.de hæretic.& extra diuina. de priuileg. in commun. qui non habet tale officium.

Generaliter tamen dicuntur Officiales (vt Doct. hîc scribunt) & officium habere dicuntur, qui aliquod habent ministerium. l. legatis. §. si ex officio. ff.de legat.3. Vnde si à grauamine illato per officia-
2 les sit appellandum, poterit à grauamine horum delegatorum etiam appellari. vt consuluit Soci.consil. 83.pro clariori.num.8.& seq.in 4.vol.& si delinquat in officio, poterit perindeatque alius officialis puniri.Panor.in.cap.vno delegatorum. de offic.deleg.

Officiū variè accipitur.

Accipitur etiam officium pro obsequio, seu beneficio. Nam cùm facimus, quod nobis incumbit, bene facimus, & obsequimur illi, cui facimus.Felin. & alij in rub. de offic.deleg. l.seruus.ff.de seruis. exportand. Inde officiales operæ, seu obsequiales.l.si non sortem.§.libertus.ff.de condict.indeb.l.fabriles. ff.de oper.libert.scripsi ff. de verborum signific. l.in lege censoria.

Officium, pro ordine, seu multitudine ministrorum, & sic pro officialibus. Vlpian.in l.si fideiussor. in fin.ff.qui satisdare cogant.ibi: *Si satisdatum pro re mobili non sit, & persona suspecta sit, ex qua satisdatio desideratur, apud officium deponi debebit* Id est, apud acta vel actuarium.idem Modestin.in l.Sempronia, ff.de furt. ibi: *Sempronia libellos composuit* (repudij dicit ibi Accurs. sed idem esset in libello iniurioso) *quasi datura Centurioni, vt ad officium transmitteretur, sed non dedit. Lucius pro tribunali eos recitauit, quasi officio traditos Quæro, cùm non sint in officio inuenti, neque Centurioni traditi,&c.*

Officium hîc significat locum & cœtum hominum in eodem munere officio fungentium, teste Budæo in Foren. Idem Vlpian. scribit: *Potest itaque decreti gratiam facere, & eum per officium distrahi iubere.* l.j.§.penult.ff.de quæstionib.vbi pro officialibus rectè accipitur.

Ego dicerem officium interdum accipi pro loco & persona, apud quos, vel qui officium exercent. Nam sicut ius dicitur locus, in quo ipsum ius exercetur.l.penult.ff.de iust.& iure. Ita & officium locus & persona, in quibus officium exercetur, vt si agatur de deposito, apud officiū fiet, id est, apud illum, qui onus depositionis habet. & in illo loco, vbi solet deponi, sicut in Francia solemus dicere, *au Greffe*, apud actuarium, qui solet illa deposita accipere, nec intelligimus de solo loco, qui illa non reciperet, sed de persona illi loco & officio præfecta. l. si quæ sunt. ff. famil. herciscund. Sic & apud ædem sacram interdum reponebantur, & sic debet intelligi.l.iiij.& l.seq. ff.famil.herciscun.potest etiam separatim accipi pro officialibus.vt dictum fuit.

Etiam capi posse pro actu & exercitio, vt dicunt interpretes, & esse nomen generale pro omni ministerio, vt dictum superiùs fuit. Tamen hic accipi potest pro potestate, vel fortè pro eo quod quis facere tenetur, pro conditione negotij sibi iniuncti.

Diui Ambrosij definitio officij.

Diuus Ambrosius officium esse dicit, congruum actum vniuscuiusque personæ, & sic capitur suprà de officio Præto.Præsid. Proconsul.Præfecti Prætorio, Iuridici, Præfecti vigilum, Quæstoris, & regulariter in hac materia. Et Vlpianus ait: Boni & innocentis viri officio iudicem fungi oportere. l. cæteræ. ff fam l. hercisc. & implere officium. l.iij.de arbitr. Cicero de Officiis sic scribit: Nulla enim pars vitæ, neque priuatis, neque publicis, neq; forēsibus, neque domesticis in rebus vacare officio potest, in eòque colendo sita est vitæ honestas omnis,&c. Vnde dicit Paul. lib.singular. de varijs actionibus: Operæ sunt diurnum officium.ff.de oper.liberto. quamuis Purpura. & quidā alij dicant officiū hic accipiendē pro publica authoritate, & potestate, sed refragatur l.fin. inf. vbi priuato cōmitti potest, & sic ait Bal. Officium censetur esse quędam potestas in se residēs. in rub. C. de oper.liber Bal.in l.j.in 2.lect.infr.de iuris.om.iud.

Et hoc pro materia intelligendum erit. Nam in iure canonico frequētius pro administratione rerum Ecclesiasticarum, siue iurisdictione accipitur. vt de officio Sacristę, dicitur in eodem tit.& in c.de multa. de præben.in c.primo.de consuet.lib.6. & alijs multis in locis, vt superiùs dixi, maximè in rub.de offic. delegat. Videte multa quæ scribit Ioan. Francisc.de Penninis in tract.de offic.& potesta capituli sede vacante.in 2. prælud. & hîc per iurium interpretes. & in l.j.infrà.de iurisdict.omn.iud. Alia, quæ ad iudicis officium spectant, dicemus.

Mandata est iurisdictio.] Mandare iurisdictionem, est eam alteri committere. vt docet Paul.in l.cùm Prætor. ff.de iud. quod Imperator vocat delegare.in tit.qui pro sua iuris.C.& ferè alibi. sic Papa in tit.de off.deleg.de quo scripsi in l.sylua.ff.de verb. sign. Ideò nos passim verbo vno & altero de cætero vtemur. De verbo, delegare loquitur Vlp.in l.j.ff.de dam. infect ad hoc propositum, licèt alibi in titulo de nouat.aliter accipiatur.

Differētia inter mandare & dare iudicem.

Sunt qui differentiam inter mandare & dare iudicem assignent. Nam mandare, est iurisdictionem vniuersim committere: dare iudicē, in vnius causæ cognitione consistit. Soci.in l.j.ff.à quibus appel.non licet. Probat Alciat.lib.2.Paradox.c.5.hæc tamē differentia reprobatur.in l.cognitio.infr.eod.& ab Vlp. ff.de iurisd.om.iud l. *[illegible] et Prætor suam iurisdictionem mandare, & aut omnē, aut speciem vnam* & in l. *Prætor, sicut vniuersam iurisdictionem mādare alteri potest, ita & in personas certas, & ad vnā speciē* Est tamē verū, quod mādare respicit ferè iurisdictionē. Et dicimus mandare iurisdictionē, & dare respicit personam, vt dare iudicem. Item is, cui mādata est iurisdictio, frequēter iudicem dare dicitur, & is datus à delegato non dat aliū iudicē. l. à iudice. C. de iud. l. sæpe. cum l. seq. ff.de offi. Præsid. De hoc dicetur in l.fin.infr.eo. Istud etiam apud Iurisc. nō semper obseruatur: nam Proconsul dicitur mandare iurisdictionē legato suo. l.obseruare.in fin.cum l.seq. ff.de offi. Proconsul. Et alibi dicitur dare iudicem. l.cùm Prætor. ff.de iudic. Sic igitur ista exactè non seruantur, nec passim, sed interdum dicitur mādari iurisdictio, interdum dari iudex. Iurisdictio autem explicabitur in rub.infrà de iurisd.om.iud. De mandato suprà scripsi in l.solet.in fi.de offi.Procon.& fusiùs, si per ætatem liceat, in tit. mandati.infrà. Frequentius tamen Iurisconsult.mādare iurisdictionem, ad omnem iurisdictionem, vel ad

aliquam speciem referunt: dare iudicem, ad vnam causam, vel articulum, vt superiùs visum extitit.

Omissis nunc aliis subtilitatibus iuris ciuilis, di-
3 camus, quis delegare possit, insequendo maximè iuris ciuilis praxim. Respôdeo, delegat ille, cui a lege, Senatusconsulto, vel Principe concessum est. l. cùm Prætor. ff. de iudic.

Secundò, cui delegatio fieri possit? Respondeo, tam ordinario, quàm priuato iurisdictionem etiam non habenti. l. & si Prætor. vbi dicetur & l. fin. infrà.

Tertiò, quæ causa delegari possit? in l. j. infrà eod. dicitur: Regulariter omnes, nisi specialiter lege, Senatusconsulto, vel cōstitutione Principum tribuantur, vel sit merum imperium, & alia dicentur ibidem. Hostiensis in summa huius tituli alia conscribit, quæ videri possunt, nolo hîc transcribere.

Delegationes perraræ in Francia.

Hodie istæ delegationes perrarò fiunt in Francia ab ordinariis magistratibus, etiā propter absentiam, vel valetudinem illorum, aut aliud iustum impedimentum, ne auferatur iurisdictio alterius iudicis secundarij, vel tertij. alioqui primus iudex delegando auferre iurisdictionem locumtenentis, vel iudicis secundi, & idem in secundo quoad alium posset. Imò
4 vidi probiberi delegationem fieri in præiudicium Aduocati antiquioris, qui iudicibus absentibus iudicare constitutionis authoritate potest. art. 6. tracta. de recusa. vbi scripsi in 3. tomo ad Constit. Reg.

Nolo congerere quæstiones alias, quæ nihil, aut parum vtilitatis afferunt. Nam siue posita fuerit hęc rub. de offic. eius, siue de officio delegati, nullus fructus adest, nec quidem siue antè, siue posteà, ob id ista curiosis relinquo.

Interpretes hic sese torquent plurimum, ponentes differentiam inter delegatum, & eum qui vicem iudicis gerit, licèt nulla sit, vel admodum parua. vt docet Vlp. in l. solet. ff. de iurisd. omn. iudic. ibi: ***Et is, cui mandata est iurisdictio, fungitur vice eius, qui mandauit.*** Vnde vicem ordinarij gerit delegatus, vicem domini Procurator. l. j. ff. de Procurat. & alij qui alieno funguntur munere, vices alterius gerunt. l. j. ff. de eo qui pro tutor.

Vicegerēs, delegatus, & vicarius sunt eadē.

In hoc tamen recipitur differentia, quia delegatus dicitur qui iurisdictionem alienam administrat, vices tamen gerere dicitur, quicunque alieno munere fungitur, & sic latiùs patet titulus de eo qui vicem alterius gerit, & quod ius Pontificium dicit vno verbo, Vicegerens, vel Vicecancellarius, Ciceronianum non est, sed ius ciuile eleganter pro eo vtitur Procancellarius, Protutor. in d. l. j. & per totum ff. de eo qui pro tutor. nego. gessit. Proprætor, Proconsul, vt superiùs dictum extitit in suis locis.

Et quamuis Zas. in l. more. nu. 9. & seq. ff. de iuris. om. iud. dicat istos vicegerentes esse in triplici differentia. Nam in locum mortui quidam sufficiuntur, sed isti non poterunt dici vices gerere mortui: ideò tenete vicemgerere dici, eum, qui alieno fungitur munere, quodcumque illud munus sit. & de hoc scripsi in l. cætera. ff. de verb. sign. Bello. egregius interpres aliqua scribit in lib. Supputat. 1. c. 11. & 12. Vnde Cicero vocat istum Vicarium pro Cecinna, ibi eum, qui legitimè Procurator dicitur omniū rerum eius, qui in Italia nō sit, absitue Reipub. causa, quasi quidam penè dominus, hoc est alieni iuris Vicarius. Scripsi de Vicariis, quantum attinet ad ius Canonicum, in praxi benefici. in forma Vicar. Archiepisco. & quoad ius ciuile. in tit. de verborum signific. in l. vrbana familia.

SVMMARIA.

1 *Electa personæ industria causa delegari non potest.*
2 *Specialis concessio causæ quomodo cognoscatur.*
3 & 7 *Cognitio legis Iuliæ de adulteriis mandari non potest.*
4 & 6 *Concessa iure magistratus delegari possunt: secus si specialiter concedantur.*
5 *Causa ex priuilegio concessa mandari non possunt.*
8 *Conseruator Vniuersitatis Parisiensis semper causas delegat vsque ad tres sententias conformes.*
9 *Practica erronea non est seruanda*
10 *Verba legis vel alterius constitutionis narratiua non inducunt argumentum à contrario.*
11 *Argumentum à contrario ab ipsis textibus, & iuribus tantùm sumendum.*
12 *Ius patronatus cum vniuersitate vendi potest.*
13 *Exercitium iurisdictionis non habere dicitur, si crimina non puniantur.*
14 *Executio flagitiosorum, etiam intra tempora appellationis facienda.*
15 *Vicegerentes omnia possunt agere, quæ ipsi iudices, citra tamen vltimum supplicium, aut membri abscisionem.*
16 *Datio tutoris non mandatur.*

LEX I. PAPINIANVS LIB. I. QVAESTIONVM.

QVæcūq; specialiter lege, vel Senatusconsulto, vel cōstitutione Principum tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur, quæ verò iure magistratus competunt, mandari possunt. Et ideò videntur errare magistratus, qui cùm publici iudicij habeāt exercitionem, lege, vel Senatuscōsulto delegatam, veluti legis Iuliæ de adulteriis, & si quæ sunt aliæ similes, iurisdictionem mandant. Huius rei fortissimum argumentum est, quòd lege Iulia de vi nominatim cauetur, vt is, cui obtigerit exercitio, possit eam, si proficiscatur, mandare. Non aliter itaque mandare poterit, quàm si abesse cœperit: cùm aliàs iurisdictio etiā à præsente mandetur. Et si à familia dominus occisus esse dicetur, cognitionē Prætor, quā ex Senatusconsulto habet, mandare nō poterit.

ISta lex Papinian. est subtilis, ac difficilis, continétque materiam vtilem, ac difficilem. At nos in ea, licet longissimè eam Doct. traxerint, breuius quàm fieri poterit, explicabimus. ad rem igitur veniamus.

Glos. & Doctor. hactenus intellexerunt hanc legem in magistratibus maioribus, vt quæ illis tributa sunt specialiter, id est, expressa & in priuilegium, vt merum, & mixtū imperium, id mandari non possit, & moti sunt, vt respondere possint contrariis: sed putantes

putantes euadere (vt dicitur) Syllam, in Charybdim inciderunt, & in sortia contraria, quæ euitabuntur, si verus habeatur sensus. Nam si magistratibus maioribus concessio ista facta fuerit, ergo iure magistratus ei competeret, & sic mandari possent, ob id ista sententia eorum non potest sustineri, quia text. non loquitur de personis, sed de causis illis specialiter concessis, dum dicit, Quæcunque. nec l. cùm Prætor. de iudic. aliquid secum facit, vt inferiùs demonstrabitur.

Nam si intelligeretur hic text. de maioribus tantùm magistratibus, & illustribus, hoc esset contra ius, & cederet in præiudicium illustrium, qui per substitutum seruire possunt. l. nullus iij. C. de decurionibus. libro 10. & possunt per alios legere eorum sententias. l. ij. C. de sentent. ex libel. recitan. Et sic mandare cognitionem, & tamen interpretes aliud habent, videlicet quòd illustres & maiores magistratus non possunt mandare ea, quæ eis commissa sunt, vnde vix sic intelligi potest, quicquid hactenus Doctores scripserunt, & maiores magistratus olim dictos Consules, Prætores, & Censores legimus, reliquos omnes minores appellatos, vt docet Gellius lib. 13. cap. 14. licèt alio tempore maiores magistratus etiam dicantur Præfecti Prætorio, Quæstor candidatus, & qui inter illustres nominantur, vt suprà dixi in l. qui indignus. de Senator.

Maiores magistratus qui appellati fuerint.

Præterea si merum imperium sit datum minoribus magistratibus, nunquid mandari poterit? Quia iste text. (vt dicunt) loquitur tantùm in maioribus, ideò defensores ciuitatum Italiæ, quibus hodie datum est merum imperium, & mixtum, vt dicit Iason & interpretes hic, possent illud mandare, quod non est verum, vnde de magistratibus tantùm nõ potest hic tex. intelligi, sed de causis, vt sequitur & hoc docuit Fulgos. licèt ab aliis reprobetur. vnde Curtius dicit in istũ text. copulatiuè concurrere priuilegium causarum, & personarum, & sic omnes cessabunt difficultates, ac de priuilegio personarum nullum verbum, & addere non est liberum ad text. loquentem Quæcunque, non dicit, Quicunque.

Ideò ego intelligerem istum text. in causis, non in personis, vt quæcunque causæ specialiter tribuuntur alicui, maiori, seu minori magistratui lege, Senatusconsulto, vel Principum constitutione, illa mandata iurisdictione non transferuntur, id est, non transeunt in delegatũ. Hoc vult dicere huius legis principium, siue causa magna sit, siue parua, cùm hic non distinguatur, siue causa diuitũ agatur, siue pauperũ, cùm ius generale esse debeat. l. leges. C. de legibus. ideò variari iura, aut flecti (vt regula Lesbia) non debent, sed generaliter procedere. l. j. ff. de legat. præstan. Et debet intelligi de ordinario magistratu, quia delegatus inferioris à Principe non delegat. l. à iudice. C. de iudic. & iste text. dicit, tribuuntur, non verò delegantur, & verbum, delegatam, infrà exponi debet pro, tributa & concessa, vt inferiùs dicetur.

Et sic intelligi debet, siue in vna causa specialiter data, siue in pluribus. vt probat iste tex. in lege Iulia. de adulteriis, quæ specialiter lege tributa est, & in Senatusconsulto Sylaniano, quæ ista specialiter concessa sunt, ob id mandari non possunt, nec mandata generali iurisdictione transferri. & in pluribus causis specialiter tributis idem esse probat iste textus, ibi, quæcunque, & ibi, quæ verò. Loquens in plurali, & vniuersaliter, semper in neutro genere, non in masculino, & sic non de personis loquitur Ratio est, quia is, cui cõmittitur specialiter, videtur esse ad hoc electus, vt ipse faciat, non alius, & sic videtur electa industria eius. cui specialiter causa tributa est cognoscenda, quæ industria diuersa est inter diuersos l. inter. ff. de solut. l. si non sortem. §. libertus. de condict. indeb. & postquam specialiter lex ei tribuit, iure ipso videtur prohibuisse, ne alij committeret. Nam specialiter non isti commisisset, si sciisset eum alij delegaturum, sed alium elegisset. Ideo dicit tex. ista sic specialiter concessa nõ transferri mandata iurisdictione, id est, delegata, ista specialiter commissa non censentur, nec delegata. Idem est de iure canonico, quando electa est industria personæ, vt talis causa delegari non possit. c. vlt. de offic. delegat. licèt regulariter eo iure causas mandari liberũ sit. c. quod sedes. de offic. ordin. Sed quando electa personæ industria censeatur, an sit differentia inter vtrumque ius, fusissimè tradunt Doct. in hac lege. alibi scripsi, ideo nunc omittam.

Sed maius dubium est, quomodo specialiter committi dicatur? Et Accurs. hic, quem ferè omnes alij sequuntur, dicit expressè, & in priuilegium, ego dicerem non esse necesse in priuilegium concedi, nisi dicaus ea, quæ specialiter conceduntur, dari in priuilegium, sed sufficere specialiter, id est, in specie, & nominatim concedere, & non generaliter per hunc text. qui inferiùs dicit nominatim, & apertè docet Vlpian. in l. multo. ff. de tutel. sic scribens: *Tutela datio neque imperij neque iurisdictionis est, sed ei soli competit, cui nominatim hoc dederit, vel lex, vel Senatusconsul. vel Princeps.* Ecce ibi text. exponentem istum. Nam specialiter tribuit, qui in specie, vel in indiuiduo, aut nominatim. probat l. obseruare. in fi. ff. de offic. Proconf. vbi Proconsul prouinciam ingressus, in genere mandat iurisdictionem legato, specialiter verò cognitionem custodiarum. l. solent. ibidem. facit l. qui excubias. ff. de re milit. ibi: *Nisi hoc ei specialiter liberalitas Principis indulserit.* Item scribit Vlpian. ff. de iniur. l. *Prætor edixit, qui agit iniuriarum, certum dicat quid iniuria factum sit, quia qui famosam actionem intendit, non debet vagari cum discrimine alienæ æstimationis, sed designare certum, & specialiter dicere, quam se iniuriam passum contendit.* & idem Vlpian. ibi l. item apud. §. ait Prætor. ibi: *Hoc edictum supervacuum esse Labeo ait, quippe cùm ex generali clausula agere possumus. sed videtur & ipsi Labeoni, & ita se habet, Prætorem eandem causam secutum voluisse, & specialiter de ea re loqui: ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta.* Quasi velit iste text. dicere: ea mandari non possunt, quæ specialiter tributa sunt alicui, secus si generaliter. Et generaliter tributa dicuntur iure magistratus: nam magistratibus committitur generalis iurisdictio. l. in aliquem. suprà. de offic. Proconsl. omnia de offic. Præsid l. j. de offic. Præfect. vrb. ergo requiritur specialiter, vt concessum sit, vltra ea, quæ iure magistratus competebãt. Præfecto planè vrbis specialiter competere ius in metallum damnandi, docet Vlpian in l. aut damnum. §. Præfecto. ff. de pœ[illegible] aliter ergo dicitur, quando committitur e[illegible] nime officij, vt Præfecto vrbis, Proconsuli, P[illegible] & aliis, licèt nomina eorum non exprimantur, [illegible] cognitio dicatur, & illis detur. Secundò, vt

Specialiter causa committi quando dicatur.

illc, cui concessum est, velit illa mandare, & non posse transferri dicit iste text. Tertio addit mandata iurisdictione & delegata alicui, ista specialiter concessa non transferri. Quartò debet intelligi, siue vnũ cõcedatur, siue plura specialiter. Nã iste text. loquitur generaliter, & in numero plurali, quæcunque tribuuntur, hoc docet Accurs. Quintò etiam potest text. referri ad ea, quæ sunt imperij vel iurisdictionis. Vt si specialiter concessa sint, non mandentur, siue imperij, siue iurisdictionis sint, vt inferiùs dicetur. Sextò sicut ea, quæ specialiter conceduntur, non transferuntur mandata iurisdictione, ita etiam specialiter mandari non possunt. probat Iurisconsul. in l. cognitio. inferiùs.

2 Quomodo ergo cognoscitur, quòd specialiter concessum fuit? quod Doctor. omiserunt. Respondeo, quando lex dicit ad Prætorem, vel Præsidem pertineat huius causæ cognitio, de Syllaniano exprimit iste text. Nam ei committitur tanquam Prætori, ergo magistratus ratione antea nõ competebat: quia iam erat Prætor, & sic magistratus, & ei non dedisset lex si iam commissum fuisset magistratus gratia, nec debet intelligi hîc potius de magistratu municipali, quàm de aliis. sed de quolibet magistratu, cùm simpliciter loquatur, & dixisset text. si voluisset. c. ad audientiam. de decim. & Vlpian. ait: *Hæc autem cognitio Procuratoru mutandi, Prætoris est.* l. in causæ. §. hæc autem. ff. de procura.

Concessa iure magistratus.

Iure verò magistratus concessa censentur omnia ea, quæ cõmissa sunt alicui ex officij institutione. vt Præfecto vrbis commissa in initio fuit omnium criminum, quæ in vrbe committuntur, cognitio. l. j. suprà eodem. sic & cognitio interdictorum quod vi, aut clam, & vnde vi, in quibus frequenter delinquitur, vt in titulis illis constat, non tamen committitur illis specialiter, sed iure magistratus, cui omnia crimina committuntur, & eo ipso quòd est Prætor & magistratus, ista ei competunt, ergo iure magistratus ea sibi vendicat.

Et sic imperium merum potest competere alicui iure magistratus. de Consulibus probatur in l. ij. §. exactis. ff. de origine iur. de Proconsule, in l. si in aliquam. in fin. ff. de offic Procons. & de Præside, in l. illicitas. §. qui vniuersas prouincias regunt, ius gladij habent. ff. de offic. Præsid. Sed hoc imperium, quamuis iure magistratus competat, mandari non potest alia ratione, vt dicetur in l. fin. infrà. Et hodie videmus omnes Seneschallos iure magistratus habere imperium & iurisdictionem, & tamen merum imperium non mandant, sed alia ratione. vt l. fi. inferiùs dicetur. & sufficeret semel specialiter tributum, vt posit non mandari, licèt hodie iure magistratus veniat.

Imperium merũ mandari nõ potest.

Item debet intelligi iste text. in his, quæ tribuuntur quoad iurisdictionem, secus in his. quæ specialiter alicui data sunt ratione facti, vt patri occidere adulterum, cum filia inuentum. l. patri ff. de adulter. Nam hoc filio mandare poterit. l. Gracchus. C. illo titulo. cum ea, quæ facti sunt, possint ferè per alium explicari. per reg. iuris. Potest quis per alium, quod potest per seipsum. l. j. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arma.

Lege.] Dicet quis. quæ sunt ea. quæ lege specialiter conceduntur? Respondet text. lege conceditur publici iudicij exercitatio. id est, vsus & exercitium publicorum iudiciorum, quæ respiciunt ius gladij. Ideò legis Iuliæ de adulteris cognitio specialiter iudici tributa est, ob id mandari nõ potest. vt dicit iste text. & quidam dicunt exercitionem, alij exercitationem alij exercitium. in l. j §. licet autem. ff. de exercitor. actio. sed ista omnia in idem tendunt. Et sic nec ista, nec alia specialiter concessa mandari poterunt. 3

Senatusconsulto.] Etiam speciatim per Senatusconsultum Syllanianum datur cognitio Prætori, si dominus a familia occisus sit. vt in l. j. ff. de Senatusconsult. Syllanian. & in l. si seruus. & l. lege Cornelia. in fin. ibidem.

Sed miratur Fulgos. Prætorem habere ius gladij, cũ Præfectus vrbis omnia sibi crimina in vrbe vendicet. l. j. suprà. de offic. Præfect. vrb. Tamen non est mirandum, quia hoc specialiter est tributum Prætori per Senatusconsultum Syllanianum, vt dixi suprà de offic. Prætor. Prætores ius gladij habuisse pro ratione temporum: ideò distinguenda sunt tempora, & nemo mirabitur de his, vt superiùs suis locis dictum fuit.

Constitutione Principum.] Diuus Marcus statuit, ne super alimentis transigatur sine Prætore, qui de causis transactionis cognoscit. l. cùm hi. in princ. ff. de transactio. Hoc specialiter per orationem Diui Marci conceditur Prætori in vrbe, & Præsidi in prouincia, ergo illa cognitio mandari non potest. §. sed nec mandare. ibidem. nec iurisdictione mandata transferuntur.

Transactio super alimẽtis nõ potest fieri sine Pratore.

Item Imperatoris Seueri oratione prohibiti sunt tutores, & curatores prædia rustica, vel suburbana distrahere, quæ oratio in Senatu recitata est Theophilo & Clemente Consulibus, idibus Iunii, & sunt verba eius huiusmodi:

Prætereà, patres conscripti, interdicam tutoribus, & curatoribus, ne prædia rustica, vel suburbana distrahant, nisi, vt id fieret, parentes testamento, vel codicillis cauerint. Quòd si fortè æs alienum tãtùm erit, vt ex rebus cæteris non posit exolui, tunc Prætor vrbanus vir clarissimus adeatur, qui pro sua religione æstimet, quæ possunt alienari, obligariue. Neque specialiter hoc Prętori tributũ est, vnde mandari non poterit, nec transferri mandata iurisdictione.

Ex prædictis constat, si hodie fieret constitutio, vt causæ cognitio fortè nobilium, vel aliorum committatur specialiter Pręsidi, & Balliuo, vt est in constitutionibus Reg. titul. *des Seneschaux.* prout suprà scripsi titul. de offic. Præsid. ei concedi specialiter dicetur, non iure magistratus, quia Præsides istud non habebant ante illam constitutionem, & illa mandari non poterunt: secus in illis, quæ habent ratione sui magistratus, & officij. Et quamuis hîc text. loquatur de constitutione, potest intelligi in præterita & futura, quia semper lex loquitur. l. Arriani. C. de hæretic. & futuris dat formam negotiis. l. leges. C. de legibus. Et hîc infinita possem conscribere exempla, sed prædicta ad intellectum huius textus sufficere videntur. 4

Item cùm hîc exprimatur lex, Senatusconsult. & constitu

constitutio, ergo excludit plebiscitum, Prætoris edictum, responsa prudentum, & consuetudinem, quia hoc non dicit lex. l. illam. C. de collat. & quia maior erat potestas populi, Senatus, & Principis, quàm plebis, Prætoris, & aliorum, & ideò de his expressit, qui specialiter committere poterāt, & quamuis istæ iuris partes redactæ sint in corpus iuris, vt toto titul. de iure natural. in Institut. & ff. de iust. & iur. Tamen non datum erat illis, vt concederent imperium, vel iurisdictionem alicui, & si esset datum, tamen non statuitur hic, vt mandari non posit, quod plebiscito, edicto Prætoris, vel responso prudentum specialiter datum est, & de edicto Prætoris etiam interpretes hic loquuntur, & hic puto loqui de legibus centuriatis per excellentiam. vt §. ius autem ciuile. de iure natur. in Institut. & quia edicta Prætoris ad vindictam publicam non respiciunt, nec ad crimina publicorum iudiciorum, ideò hic non continentur, nec alia.

Consuetudine specialiter cōcessa mādari possunt. Item consuetudo non considerat personarum industriam, sed vsum. l. de quibus. ff. de legib. Ideò tributa specialiter consuetudine mandari poterunt, nisi alia ratione prohibeatur, vt de mero imperio scripsi in l. fin. infrà eodem.

Tribuuntur.] Nota ea, quæ specialiter conceduntur lege, vel Senatusconsulto, seu Principum constitutione alicui, non transferuntur, nec alteri mandari possunt, tum ratione industriæ, tum quia iste tex. hoc prohibet, vt suprà dictum fuit, & errat, qui hoc mandat per istum textum: significationes verbi, tribuere, tractaui in l. ager. §. stipendium. ff. de verbor. signific.

5 Idem dicendum est in causis, quæ ex priuilegio quis habet, vt delegari non possint. per glos. hic specialiter, id est in priuilegium. Vnde si Abbas babeat iurisdictionem quasi Episcopalē ex priuilegio. iuxta c. Abbates. de priuileg. lib. 6. non poterit mandari. vt Purpurat. & alij concludunt. & hoc potest esse vtile Cardinalibus, multis Abbatiis farcinatis, vt illa, quæ eis in illis competunt ex priuilegio, mandari non possint, & tamen ipsi ea non implent, sed de iure canonico omnia mandari posse dicunt. cap. quod sedes. de offic. ordin.

Et quamuis interpretes hic conscribant gradus magistratuum, tamen ego illos omittam, cùm eos tractauerim in l. qui indignus. suprà. de Senatorib. vbi videri poterunt.

Non transferuntur.] Id est, nullo modo, nec expressè, nec tacitè, vnde non potest is, cui specialiter tributa est iurisdictio, eam alteri mandare, & si mandet totam iurisdictionem, non videtur hunc specialem articulum trāsferre, quia negatiua totum negat. l. hoc genus. ff. de condition. & demonstrat. l. si quis ita stipulatus. de verbor. oblig. vbi Ias. Etiam iste text. dicit errare magistratus, qui eam mandant, & non aliter mandari posse, quàm si abesse cœperit magistratus.

6 Quæ verò iure magistratus competunt ea mandari possunt.] Colligitur ea mandari & delegari posse, quæ competunt alicui iure magistratus, eò quòd competunt illi ratione sui officij, & institutionis ipsius, vt quia Prætor, Præses, vel Legatus: ideò iure suo videntur ei competere. Illa verò, quæ ei post institutionem speciatim lege commissa sunt, vel Senatusconsulto, constitutionibúsue Principum, non delegantur, quia specialiter tribuuntur: nec illa dicuntur competere iure magistratus: quia fuit officium sine illa potestate, & poterit esse sine illa, si adimatur, aliàs sequeretur, quod maiores magistratus nihil possent delegare, si specialiter illa concessa erant. Et sic essent deterioris conditionis, quàm infimi, vt suprà expressimus. Et in his quæ iure magistratus competunt, cessant rationes industriæ electæ, & causæ grauiores non sunt, nec arduæ sicut aliæ, ob id mandari est liberum, & quia iure suo competunt, id est, iure magistratus.

Nam Prætoris officium institutum fuit Regum tempore, vt scripsi suprà. de officio Prætor. posteà Diuus August. vel (vt alij volunt) Iulius tulit legem de adulteriis, vt patet in l. j. de adult. & cognitio adulterij data est Prætori specialiter, vt dicit iste text. & sic mandari non potest. 7

Sic dicimus in Legato à latere, vt si Papa creauerit aliquem Legatum, is ipse habet iure legationis suæ, vt possit corrigere, plantare, & euellere, ac conferre beneficia legantiis suæ, ac alia iuta ratione suæ legationis obtinet. cap. 1. ac per totum, de offic. Legat. Si verò Papa concedat ei specialiter, vt possit etiam dispensare cum causa ad duas dignitates, & duo beneficia vni conferre, etiamsi in fauorem resignentur, & pensionem reseruare, ista specialiter tribuuntur, & nō iure magistratus cōpetunt. Idem dicemus in alio magistratu, qui iure magistratus causarū cognitionē sui territorij habet: Rex tamē cōmittit ei causas territorij adiacentis, certè ista specialiter tributa mandari non poterunt. Nam industria eius videtur in hoc electa, quę in pluribus non est eadem, vt dictum fuit, nisi inspecta iuris canonici permissione, in qua non intelligitur concedi, vel mandari id quod industriam requirit. c. fin. de offic. deleg. *De Legato à latere.*

Nec obest aduersariua (verò) hic posita, quæ in facto & iure aduersatur. vt docet Ias. per l. hoc amplius. §. de hoc. ff. de dam. infect. Respondeo, etiam procedit in hoc intellectu. Nam Iurisconsultus imprimis statuit, quæcunque specialiter, &c. & sic quæcunque causæ tributæ specialiter lege, &c. non mandantur, nec transmittuntur in alium. Illæ verò causæ, quæ iure magistratus competunt, & sic generaliter tribuuntur, transferuntur, & mandari possunt: nūquid aduersatiua fungitur officio suo? nōnne erit aliqua indignitas in vera Iurisc. locutione? hoc ego non video. Ideò Fulgos. his mordicus adhæsit.

Et hoc text. colligit (licèt parum secum faciat) Sebastia. Sapia. in 2. vo. cautelam esse, quam scribit Cæpol. cautel. 26. quod aliqua causa non exeat de manibus iudicis ordinarij, vt ordinarius deleget causam alicui, & si, prolata ab isto iudice sententia, appelletur, iterum deleget causam appellationis, quod potest facere. gloss. in l. eos. in verbo, prouocatum. C. de appellatio. Et sic iterum appelletur, ipse iudicare poterit, & ab eo non poterit appellari, cùm non liceat tertiò prouocare. per titul. C. ne liceat, &c. Et hoc facit pro Conseruatore Paris. Vniuersitatis: quia semper causas solet delegare vsque ad tres sententias conformes. 8

Ego tamen putarem hanc cautelam inter iudices regni sæculares laicos non prodesse, cùm iurisdictiones sint patrimoniales. Ideò non posset iudex laicus, aut Dominus, Dux, vel Baro in præiudicium superioris ita delegare, nec quidem plures iurisdictionis gradus

gradus facere, vt ab vno suo iudice ad alium suum appelletur in fraudẽ superioris. vt in rit. de causis.in Concord. scripsi. alioqui facilè tolleretur superioris iurisdictio, quod non est concedendum: imò nec quidem Archiepiscopus permitteret, si Episcopus sic mandare vellet in suum præiudicium.argum.c. super quæstionum.de offic.deleg.l.ij. §.meritò.ff.ne quid in loc. public. fiat. Et isti gradus iurisdictionis ab vno domino facti, sunt Reipub. perniciosi: ideò per Curias supremas tollendi.

Gradus iurisdictionis ab vno domino facti, per Curias tollẽdi.

Et ideò videntur errare magistratus.] Superiùs dixit illa, quæ specialiter lege tribuuntur, non transferri, nunc infert errare eos magistratus, qui mandant iurisdictionem suam, cùm eam publici iudicij exercitationem habeant lege, Senatusconsulto,
9 vel Principum constitutione, & illa, quæ sic tribuuntur, non transferuntur mandando iurisdictionem. Et sic notat Bald. erroneam practicam non esse seruandam. scripsi de hac praxi in l. in vsu iuris. ff. de verbor.signific.

Item sicut is, qui errat, non consentit, & ideò nihil agit.l.si per errorem.ff.de iurisdict.omn.iudic.l.ij.de iudic ita vult ostendere Iurisconsult.magistratus errare, & decipi, qui mandant causam specialiter eis tributam, & sic non valet delegatio, vnde errare dicitur, qui facit illud, quod non debet: erratum, vitium, licèt regulariter errare dicatur, aliud pro alio putare.in rubric.ff.de iur.& facti ignoran.l.de statu. de testamen.

Et quamuis iste text. ponat exemplum in publicis iudiciis, vt constat inferiùs, tamen habebit etiam locum in aliis criminibus priuatis, vbi ius gladij exercetur, & vbi inest vltimum supplicium, vel membri incisio, vt inferiùs dicetur, quia exempla non restringunt regulam. l.nam quod liquidè. ff. de penu legat.

Publici iudicij.] Publica iudicia sunt, quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt, & quæ priuata non sunt, vt Iulia maiestatis, de adulteriis: Cornelia, de sicariis, & veneficis: Pompeia de parricidiis, peculatus. Cornelia de testamentis· Iulia de vi publica. & priuata, ambitus, repetundarum, & de annona. Vlpian.in l.j.ff.de publ.iudic.

Publica ergo iudicia respiciunt ius gladij, & sic merum imperium, quod Accur.dicit hic competere illustribus, spectabilibus, & clarissimis. Ego dicerem competere illis, quibus à lege, vel homine committitur. Nam si Princeps committat alicui infimo iudici ius gladij, illi competet merum imperium: ergo imperium merum competit illi, cui est concessum, vel ratione officij, vel expressè ab habente potestatem. vt suprà dictũ fuit de defensoribus ciuitatum.

Merũ imperium cui competat.

Exercitationem.] Id est, cognitionem, dicit Accurs. sed solam cognitionem non sufficere reor, sed exercitationem exponerem, id est, cognitionis, & definitionis exercitium, vt inferiùs dicetur. Nam isti, qui volebant eam mandare, suo iure habebant, vt Proconsul, vel alius, & non solùm eis data erat cognitio, verùm & executio, & definitio, vt patet in titul. præcedentibus. ideò text. dicit non posse mandare istam exercitationem. Et si mandauerit ratione absentiæ, non poterit delegatus vltimum supplicium, nec membri incisionem imponere. §.adhæc prohibemus.in authen.de collato.colla.9. Ergo in aliis casibus mandare permittitur, etiam quoad executionem.l.j.ff.de reg.iur. l.cùm Prætor. de iud. Et ita seruatur in iudiciis, quicquid disputent hîc Docto. alioqui delegatus non haberet plenam exercitationem, de qua hic text. loquitur, & quia parum esset mandare iurisdictionem sine executione.l.ij.§.post originem.ff.de orig.iur.cap.vbi periculum. §. prætereà. de elect. in vj. & quod delegatus exequi possit, probat cap.quærenti. de offic. deleg. nec posset iudex absens exequi, ergo sententia illusoria esset. quod prohibet l.si Prætor. ff.de iudic.

Exercitatio iudicij.

Vnde per istum textum dicunt quidam, iudices, & alios magistratus debere exercere officium suum, & nõ esse negligentes, alioqui puniri debent.l.diuus. vbi scripsi. suprà.de offic.Præsid.

Lege vel Senatusconsulto delatam.] Alexander, & alij habent delegatam, sed Iurisconsultus non solet hoc verbo vti in ordinatio: ideò doctrina Doctorum superuacanea videtur, nec conuenit isti tex.in quo est delatam, & nõ, delegatam, nisi dicas, delegatam, id est, concessam, vel tributam. vt velit dicere errare magistratus, qui habent exercitium publici iudicij lege, vel Senatusconsulto tributum, si illud mandent. & in Pandect. Florentin. est, delegatam.

Si quæ sunt aliæ similes.] Ex hoc text. colligitur exempla nõ arctare, nec restringere regulam, nec text. l.nam quod liquidæ. ff.de penu lega. & maximè quando exprimuntur hæc verba, Si quæ aliæ sunt similes.

Idem, quando exprimuntur causæ, & posteà dicitur: Si quæ alia causa fuerit. vt Vlpian.docet in l.cùm hi.§.in causa.in fin.ff.de transactio.

Etiam in odiosis, & pœnalibus, ac priuilegiis extenditur lex, statutum, vel priuilegium ad similes causas, propter ista verba. text. not.in §.porro. Quæ fuit prima causa amittendi, ibi: Si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior. & Doct. dicunt illum textum singularem. vt extendatur ex eadem ratione: tamen ille text. exprimit, quando est causa similis, vt dixi: non nego tamen etiamsi non sit expressum, quin eadem ratione dictante extensio fieri possit. glos. & Doctor. in authent. quas actiones.de sacrosanct.Eccles. Corse. in singul.incipiente, extensio. primo. Ias.in §. sequens. numero 7. & §.tripli.num.11.de actio.in Instit. & l.cætera. §.sed si quis.col.3.ff.de legat.primo. & Roch.Curt.in c.fin. col.51.de consuet. viginti limitationes tradit Philip. Perusi.in cap.primo. de tempo.ordin.in vj. scripsi in addition. ad Lanfrancum, in tractatu de interpreta. statuto.

Huius rei fortißimum est argumentum.] Probat hîc Papinian. publici iudicij exercitium non posse mandari, nisi quis proficiscatur, & abesse velit, nec mandare aliter quis istam exercitationem, & vsum publici iudicij poterit, & ideò errãt magistratus, qui illam mandant.

Ex hoc tex. colligitur argumentũ à contrario esse in iure fortissimum, ad decidẽdum quæstiones dubias, & vt apertissimè decidat.l.si quis locuples. in fi. ff.de manu.testa.l.ex eo.ff.de testibus. Et sicut fraus inest dolo.l.iurisgentium.§.sed & si fraudandi.infrà, de pactis. ita & argumentum à contrario videtur inesse legi, ex qua elicitur. Et licèt per Accurs. dicatur coniectura. l.ij. C.de conditio. insert. tamen est coniectura legis, quæ pro lege habetur, quia venit ex mente

Argumentum à contrario, in quibus locũ habeat.

ex mẽte legis.l.qui testamento.§.mulier.ff.de testa.& ibi Accurs & alij,& sic propriè venit,quicquid dicãt hîc interpretes,post Bar.in l.omnes populi.ff.de iust. & iure. huc probat Barba.in c.2.de foro compet.

Vnde si lex negatiuè loquatur, argumentum erit affirmatiuum, vt mulier testis non recipiatur in testamento,ergo in aliis actibus sic.d.l.qui testamẽto. §.mulier & dicta l.ex eo.& l.si quis ita libertatem.ff. de statuliberis.Si verò constitutio loquatur affirmatiuè, argumentum à contrario erit negatiuum, per istum textum probat Lucas de Penna in l. nominationum.col.1.de decurion.lib.10.facit l.j.ff.de his qui sunt sui,vel alieni iur.

Et ideò habet locũ tam in legibus Cæsaris,quàm in iure Canonico.c.cum Apostolica.in fi.de his quæ fiunt à Prælat.cap.cùm virum de regularib. c.Gonsaldus.17 quæst.2.& in reg.Cancel.9.& Doctor.hîc plenè tractatur.

Etiamsi verba conditionalia sint. l. si legatum.ff. de adimend. legat. l.conuenticula.C.de Episcop.& clericis. l.Lucius.ij.ff.de hæred institut.quando non essent mera conditionalia,aliàs non inducunt dispositionem.in institur. & substitutionibus glossa in dicta l. Lucius. Nicolaus Euerad. in hoc argumento à contrario.

Quod procedit etiam in Regiis Constitutionib. vt ibidem probaui in meis ad illas Commentariis.

Procedet etiam hoc argumentum in Constitutionibus feudorum, cùm ex mente legis veniat. vt hîc, & l.cùm mulier. ff.solut.matrim. & censetur ex ipsa lege venire,ideò in statutis,& aliis habet locum argumentum à contrario,quod est fortissimum,per istum textum quicquid Ias.hîc dicat. & in l.j. col.12. numero 59.C.de iure emphyteut.Nam si habeat locum in contractibus feudalibus, fortiùs in legibus ipsorum feudorum communibus, nisi per illud argumentum veniremus contra ius commune, tunc putarem cessare, per ea quæ inferiùs dicentur in 1. limitatione.

Etiam in pactis,stipulationibus, & contractibus, tam bonæ fidei, quàm stricti iuris habebit locum l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pact.dotal. vbi sic scribit Papinian. *Cùm inter patrem & generum conuenit, vt in matrimonio sine liberis defuncta filia dos patri restituatur, id actum inter contrahentes intelligi debet, vt liberis superstitibus filia defuncta dos retineatur, nec separabitur dos additamẽtis causa data, si posteà nihil aliud conueniat.* l.qui pecuniam.ff.si cert.petat. Corse.in verbo, argumentum.in 2.Alexand.consil. 119.nu.10.& consil.129.in 2.vol.Dec. consil 216. visa transactione.circa finem.

Etiam in statutis ac consuetudinibus nostris habebit locum, quia videntur esse pars iuris. l. de quibus.ff.de legib. docet Bart. in l.omnes populi. nu.6t. ff.de iustit. & iure. & plenè Albertus Brunus in tractatu de statu. exclu. fœmi. quæstione 1. articulo 7. Anchar.consil.113.pro isto. Socin.consilio 81.in præsenti.col.3.vol.1.

In rescriptis quoque habere locum allegatur tex. in l.si Procuratorem.§.si ignorãtes.ibi, Ex rescripto diuorum fratrum intelligere licet. ff. mandat. vbi Accurs.not. & Corse. in sing. incipiente,argumentum.Roman.consil.399.vt præsens.& sing.106.Ias.in l.qui pecuniam.ff.si certum petat.

In sententiis etiam recipitur, & arestis Curiarum supremarum.l.Pomponius.§.sed & is qui.in fi. ff.de Procurat.l.si inter me & te. de excep.rei iudic.Præpos.in cap.j.in fine. prima distinct. post Bald.in cap. bonæ.1. col.2. de elect. Corse. in sing.incipiente, argumentum.in 3. Et in mandatis l.cum qui duobus. §.filiusfamilias. vbi Bart.& alij.ff. de acquir. hæred.

Ac in vltimis voluntatibus. l.si legatum.in princ. ff.de adimend.legat. l.aliquando. in fine. ff.de cond. & demonstrat l.quod purè. quando dies lega.cedit. l.Lucius.ij.de hæred.institu. Barbat. consil.54.col.5 volum.3 & regulariter in aliis actibus locum habet, sed limitatur,vt sequitur.

Argumentum à contrario, in quibus non procedat.

Limitatur non habere locum in priuilegiis.glos.& Docto.in cap.licet.de priuileg.in 6.quia regulariter priuilegia contra ius sunt, & in præiudicium tertij tendunt,ideo strictè intelligi debent.c cùm in partibus.de verbor.signific. Socin. consil.246. eleganter. col.6.in 2.vol. & Curtius senior consilio 16. Clarus vir. nu.34. multi tamen tenent contrà: sed ista communis est sententia,alibi fortè dicam.

Secundò non procedit, quando argumentum esset contra legem,vel rationem naturalem. §.interdum.vbi glos.de curator.in Institut.Et quando esset contrarium in iure expressum, & vbi induceretur correctio iurium. glos. in cap. 2. & cap. significasti. de foro competen. cap.vnico.de ætat.&qualit.lib.6. clementin.prima.in verbo.obseruare.de sentent.excommunicat. nisi lex non posset operari in sensu directo.authen. Dia commissa.C.de Episco.& cleric. iuncta l.nulla. cum glos. ibidem. Alexand. & Ias.in authent. ex testamento.C.de collat. probat Barbat. in cap. at si clerici.§.fin.colum.10.de iudic.& in rub. de testam.col. 15.& consilio 55.col.3.in 3.vol.Immola in l.si cùm dotem.in princip. ff.solut. matrim. & sic statutum, vt stantibus masculis fœmina non succedat,arguetur quod extante masculo fœmina excludetur, licèt ius cõmune corrigatur. l.maximum. C. de liber. præterit. Felin.in cap. significasti. in fine.de foro competen.& copiosè Albertus Brunus in dicto tractat.de statut.exclud.fœm.q.1.art.7.

Tertiò, vbi iniquitas è sensu contrario eliceretur, siue prauus sensus contra rationem naturalem, vt conuenticula extra Ecclesiam fieri nõ debent.l.conuenticula.C.de Episcop.& cler.ergo in Ecclesia fieri poterunt,hoc esset iniquum,& absurdum, & contra ius.cap.decet.de immunita. Ecclesia. in vj.idcò non elicitur argumentum à contrario. Nam vbi non sumitur argumentum à contrario, à defectu causæ finalis non valet. vt d. l. conuenticula. vbi locus non est causa prohibitionis conuenticulæ, sed turbatio fidei.l.ij.C.de summa Trinit.Etiam à defectu causæ impulsiuæ non sumitur,vt mulier prohibita est postulare, propter improbam mulierem, non poterit etiam nunc proba mulier, etiamsi esset Valeria proba,postulare.l.prima.ff.de postul.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patronat.

Quartò, in verbis narratiuis legis, vel alterius 10
constitutionis non sumitur hoc argumentum à contrario, quia interdum narratur causa impulsiua, vel alia ad statuentis placitum, quæ falsa esse potest. c.si Papa.de priuileg. lib.6. glossa in l. vnica. C. quando non petent.partes.vbi scripsi in meo antiquo Cod.

Nisi fundaret se Papa, vel statuens super illis verbis clementina vnica. de probat. quæ hodie est in hoc regno correcta. vt est in titulo de subrogar. clement.

clement. literis. in Concordat. vbi scripsi.

Idem in exéplis à legibus vel cõstitutionibus traditis eadẽ ratione. c. ad aures. vbi de Ripa, de rescript. Felin. copiosè in cap. significasti. de foro competen.

In casu contrario debet esse contraria ratio. Quintò limitatur, quando in casu contrario non esset contraria ratio, sed eadem vel maior, quàm in casu expresso. l. si extraneus. ff. de condi. ob causa data. glos. in verbo, videtur. l. cùm Prætor. ff. de iudi. Bald. in l. apud antiquos. C. de furt. Dec. consil. 116. visa. col. vlt. l. discretis. in fin. qui testa. facere possunt. Ias. in l. sentum. ibid.

11 Sextò, non solet sumi argumentum à contrario, nisi ab ipsis textibus, & iuribus, non autem à dictis & scriptis interpretum, seu glossis. vt docet Alexand. in l. prima. columna decima. ff. de legat. primo. Imò pueriles modos esse arguere ex huiusmodi Doctorum Theoricis, docet Nicolaus Euerard. vbi suprà. nisi adducatur text. l. penultima. ff. ad exhibend. cap. noli. vbi Præposit. 9. distinctione. Alia hic amplè traduntur per interpretes, quos licet cuilibet perlegere: per ista tamen eorum scripta comprehendi putarem.

Nominatim cauetur.] Quid sit, nominatim, videamus, nomen, prænomen, & cognomen eius dicendum est, an sufficit & vnum ex his, & constat sufficere. Vnde nominatim exhæredatus ita filius videtur: Filius meus exhæres esto, licèt nomen eius expressum non sit, si modò vnicus sit, Vlpian. in l. prima. & sequenti. ff. de liber. & posthum. Et Caius scribit sic: *Nominatim videntur liberi esse iussi, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo euidenter denotati sunt, veluti dispensator meus, cellarius meus, coquus meus, Pamphili serui mei filius* l. nominatim. prima. ff. de manumis. testamen. & Paul. idem scribit sic: *Nominatim codicillis manumissus videtur seruus, cuius nomen testamento continetur.* vide quæ scripsi in stylo Bituricensi articulo vicesimo. de cita.

Absentia necessaria tantum excusat. Non aliter quam si.] Colligitur argumentum à contrario valere, de quo suprà: alterum, quòd illa, quæ permittuntur ratione absentiæ, ea cessante concedi non debent. Nam hic ratione absentiæ permittitur mandare imperium; qua cessante, non. vt in titul. ff. ex quibus caus. maior. Doctor. in c. cùm cessante. de appellat. & Bald. in secunda lectione hîc septem modis hanc regulam explicat: absentia tamen affectata, vel voluntaria non prodesset, sed tantùm necessaria. l. & qui data opera. ff. ex quibus caus. maior. §. item tria. de excusa. tutor. in Instit. l. si longius. ff. de iudic. l. placet. C. de peda. iudic.

Prohibita causa necessitatis permittuntur. Tertium, prohibita conceduntur ratione necessitatis. vt docet Accurs. & ego in l. vnica. suprà. de officio Consul. l. prima. in fine. & l. Diuus. ff. de feriis. cap. licet. illo titulo. Petrus Gerardus singul. vltimo. Iurisconsult. tamen ait non esse ignoscendum ei, qui prætextu paupertatis turpissimam vitam elegit. l. palàm. ff. de ritu nupt. Sed iste text. parum probat hoc, quia non loquitur de necessaria absentia, quamuis de ea intelligi debeat.

Quartum, quòd mandata iurisdictione non transeunt ea, quæ specialiter sunt alicui tributa. facit l. quanquam. ff. de ritu nuptia. multa tamen transeunt cum vniuersitate. l. quædam. ff. de acquirend. rerum
12 dominio. quæ specialiter concedi non possent. vt ius patronatus Ecclesiasticum, quod speciatim vẽdi non potest. cap. de iure. de iure patronat. transit tamen cum vniuersitate. cap. ex literis. ibidem. c. querelam. de symo.

Quintum, quòd in vno conceditur, in aliis prohibetur. l. cum Prætor. ff. de iudic. l. maritus. C. de Procura. cap nónne. de præsumptio. Nam permittitur mandare ea, quæ iurisdictionis sunt, & quæ specialiter non sunt tributa: ergo alia censentur prohibita.

De hac clausula non aliter, nec aliàs, nec alio modo tractat glossa & Doctores in l. siquidem. C. de exceptio. & Iason in l. finali. columna penultima. C. de iure emphyteos. & ego in praxi benefic. in tertia parte. titulo de resigna. conditio. in fine. & in consiliis meis.

Mandans imperium nõ debet abesse. Abesse cœperit.] Non requiritur tamen, quòd discedat, antequam mandet imperium, sed dum vult abesse, & parat sarcinulas, tunc poterit mandare: quia abesse incipit. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus caus. maior. & tunc iudex datus cognoscere poterit, vt docet Alberic. Alexan. & Iason.

Imperio concesso omnia commissa censentur, sine quibus imperiũ nõ consistit. Item in hoc casu absentiæ, is cui mandatum erit imperium habet & cognitionẽ & executionem. per l. final. C. vbi Senato. Nam cui concessum est imperium, omnia commissa censentur, sine quibus imperium exercere non potest. l. secunda. ff. de iurisdi. omnium iudicum. & hîc text. dicit committi posse exercitationem, quæ consistit in cognitione, sententiæ prolatione, & executione, vt dictum fuit, 13 alioqui non esset exercitium iurisdictionis habere, sine criminum punitione: nec posset teneri pacata prouincia, nisi purgaretur malis hominibus l. congruit. ff. de offic. Præsid. & etiam cætera omnia, quæ in executione consistunt.

Vnde membrum abscindere, & mortis supplicium imponere poterit iste delegatus, alioqui scelesti expectando iudicem, euadere interim possent in Reipubli. totius perniciem: ideo id velocius fieri debet. l. prima. C. de bonis proscripto. l. prouinciarum. C. de feriis. quæ licet in latronibus loquatur, ratio tamen procedit in omnibus flagitiosis, quantum ad hæc.

Et dum iudex expectatur, impunita essent maleficia, contra iura. l. ita vulneratus. in fin. ff. ad legem Aquiliam. cap. vt famæ. de senten. excommunicat. Abundè istam quæstio. tractat Paul. Turrenti. in sua disputatione, incipiente, Rex Aragonum, in 2. q.

Adhæc Vlpian. docet non esse differendum supplicium, etiam in eo, qui dicit se habere quòd Principi referat, salutis ipsius causa. l. si quis fortè. ff. de pœnis. multò minus debet differri supplicium aliorum flagitiosorum, cùm iura velint executionem 14
Nullus appellans pro cõdemnato ad mortẽ, in regno Franciæ recipitur. faciendam, etiam intra tempora appellationis. l. non tantum. ff. de appellat. licèt in regno Franciæ nullus debeat recipi appellans pro condemnato ad mortem præsentem, quia is ipse prouocare debet. ita in lib. de olim, inueni fol. 16. in regestr. Curiæ.

Vnde Imperator Constantinus constâter sic scribit, in l. *Cum reis manifesta probatione conuictis, spatium temporis ante sententiam datur, facultas supplicandi, vel quibusdam malignis artibus tam Præsidum, quàm officiorum pœnas euitandi, criminosissimis, patet: cùm in homicidij crimine, & in aliis detectis grauioribus causis vltio differẽda non sit. Igitur de cætero iuxta criminis*

criminis qualitatem legem oportet seruari & in sceleros os,& noxios proferre iuris sententiā. C.de pœnis.

Præterea si delegatus durante ordinarij absentia non posset executionem facere, quid prodesset condemnare, cum parum sit iura, vel sententias habere, nisi executioni mādentur. l.2. §. post originem. ff.de orig.iur. c.vbi periculum. §.prætereà.de elect.lib.vj.

Præses quā do iurisdictionē etiā criminalē mandare possit.

Non refragatur §.ad hoc prohibemus, in authen. de colla.colla. 9. vbi excipitur membri abscisio, & mortis pœna, sed ille text. loquitur de Præside eunte ad prouinciam sibi commissam, qui si moram in itinere necessariam faciat, poterit mandare iurisdictionem etiam criminalem, exceptis his duobus casibus. l.aliquando. ff. de officio Procons. Nam dum expectatur aduentus Præsidis, nō debet legatus aliquem occidere, vel membri mutilationem infligere, quia Præses breui prouinciam ingressurus est, ideò expectandus. l.si longius. ff.de iudic. fortè indulgere Præses, vel Proconsul poterit.

Diuersum est, quādo delegatur causa ratione absentiæ, quæ longa potest esse, ideò non expectandus iudex ordinarius, alioqui scelesti euadere interim possent, & condemnati multis expensis onerarent dominos, qui iurisdictionem habent, tam in eorum alimentis, custodia, quàm etiam in alijs, ob id etiam executio differenda non est. Nam quando est dubium vtrum absentia longa sit, habetur pro longa l. sufficit. ff.de condict.indebi. alia dicetur in l.fin. infrà eodem.

Cùm aliàs iurisdictio.] Colligitur ex hoc tex. iurisdictionem mandari posse etiam à præsente, ab eo tamen, qui eam propriam habet, & sic ab ordinario, qui pro suo imperio agit, & suis, non alienis partibus fungitur. l. & si Prætor. infrà: ac suo iure, non alieno beneficio habet. l.more. infrà de iuris.om.iud. & præcipuè à lege data est ei iurisdict. l. & quia. ibidem. Etiam quia iurisdictio est iudicis dandi licentia. l.imperium. ibidem.

Magistratibus quibusuis mandare iurisdictionem cōceditur.

Etiam quibuslibet magistratibus mandare permittitur per istam legem. Ideò Ias.& alij hîc & in l. more maiorum. ff. de iuris.om.iudic inferunt etiam defensores ciuitatum iurisdictionem mandare posse, quod & verum puto, cùm per hanc legem iurisdictio generaliter mandari posit, & ab illis, qui eam habent iure suo, sicut defensores.

Nec refragatur §.iusiurandum. in authen. de defenso.ciuita.colla.3. vbi prohibet vices agentes facere. Respondeo, Nolle ibi Imperatorem, vt ipsi defensores vices agentes, & locumtenentes faciant, sed ipsi per se causas agāt, sed non prohibet, quin ex causa posint iurisdictionem mandare, sicut Præsides, & alij magistratus, quibus etiam hoc est prohibitum. §.nulli. in authen. vt nulli iudicum, colla.9. & §.adhæc id prohibemus. de collator. ibidem. & tamen ipsi mandare possunt, sed non præficere vnum, qui similem in prouincia potestatem habeat, quam ipse, quia hoc voluit sibi Imperator retinere; & sic mandare possunt, non autem vices agentes constituere, quos locumtenentes dicimus.

Ex text. sequentia colliguntur; primum est, quod merum imperium mādari non posit: quod verum est, quando à lege speciatim datum est alicui, & hoc probat iste text. ibi, Et ideò videtur errare magistratus, &c. Sed an imperium merum aliter delegari posit, dicetur in l.fin. infrà eod. Nam Iustinia. ait in d.§.adhæc prohibemus, in authen. de collator. colla.9. Iudices in prouinciis constitutos suos viceagentes instituere posse, qui debeant omnia vsque ad
sui præsentiam agere, quæ possunt ipsi iudices face- 15
re, citra tamen nouissimum supplicium, aut membri incisionem.

Mixtum imperium specialiter concessum, an transferri possit. 16

Secundo mixtum imperium specialiter concessum non transfertur mandata iurisdictione generaliter, per istum text. vnde datio tutoris mandari non potest. l.nec mandante. de tutor. & curat.dat. ff. quia specialiter datur. l. prima. & l. muto. ff. de tutel. & transigi de alimentis sine causæ cognitione non potest, quæ causæ cognitio tribuitur Prætori specialiter, & Præsidi, ideò eam mādare non possunt. l.cùm hi. §.nec mandare. ff. de transactio. nec mandata iurisdictione transfertur per illum text.

Limitat Alexand. hîc si vniuersaliter mandetur. per l.quædam. ff.de acquit.rer.domi. c. ex literis. de iure patro. & Purpurat. hîc num.473. & Rom.consil.59. ad discutiendum, in secundo dubio.

Tertiò, etiam iurisdictionis articulus specialiter tributus alicui, mandata generaliter iurisdictione, non censetur transferri, per istum text. generaliter loquentem.

Quarto, quod specialiter tribuitur edicto Prætoris, mandata iurisdictione transfertur, quia in hoc text. non prohibetur, & sic mandari potest, vt in missione in possessionem ex causa damni infecti. l.iiij.§. duas. ff.de damno infect. Alciat. lib.2. Paradox. c.j. & in bonorum possess. l.cognitio. in fi. infrà eod. & in l. fi. C.qui admitti. sicut superiùs dixi de cōsuetudine.

Quintò, vnam causam à Principe alicui mandatam expressè, poterit is alicui delegare, licèt specialiter videatur tributa, sed hæc lex debet intelligi, quādo specialiter tributa causa est magistratibus, vt iure ordinario cognoscant de ea: diuersum est, si alicui tantum sit vna causa delegata, nisi in illa etiā electa esset industria viri: nā eo casu etiā alteri eam committere non posset. c.fin. de offic.deleg. vt si merum mandatum esset imperium à Principe, quia illud mandari non poterit, vt in d.l.fio. dicetur.

Sextò, illa quæ specialiter conceditur alicui non mandantur, nec committuntur alteri. l.prima. in fin. ff.de excusa.tutor. l.prima. in fin. C. ne liceat potentior. & propter verbū, Quæcunque, vult ille text. dicere, etiamsi sit iurisdictionis, quia est electa industria eius, cui commissum est nominatim, vt superius dictum fuit. per l.hoc articulo. ff. de hæred.instituu. Scripsi de hac dictione, Quæcunque, in l. prima. ff.de verb.signific.

Quamuis Accurs. Bart.& communiter alij contrarium teneant. Nam cui verba conueniunt. & dispositio conuenire debet. l. iiij.§.totiens. ff.de damn. infect. sed verba quæcūque conueniunt iurisdictioni, conuenit etiam verbum specialiter, ergo si iurisdictionis articulus alicui specialiter tributus sit magistratui, vt iure suo cognoscat; hoc nō poterit delegari, sicut dicetur de datione tutoris, & de alijs; alioqui iurisconsultus dixisset, Quæcunque, imperij sunt, & hoc non dixit, sed simpliciter, Quæcunque, & ideo omnia comprehendit.

Occisus esse dicatur.] Suppler Bar. *& verū sit,* sic & Accurs. in Rub. ff. si quadrup. pauperi fecisse dicatur. & in l.j. ff.de dolo. Hęc tamē additio nō est necessaria, imò est superflua, quia Iurisc. quādo recitat

factum,habet illud pro vero. Ideò nihil est supplendum,& ista est phrasis Iurisconsultorum,quam pluribus iuribus probaui,in l.iij.in fin. ff.de verb.signifi. & d.l.prima. de dolo.

SVMMARIA.

1 *Delegatus destitutus,agere possessorio an possit.*
2 *Modica coercitio,quæ cohæret iurisdictioni,mandata iurisdictione,translata censetur.*
3 *Accessorium & cohærens an præscriptum sit, præscripto principali.*
4 *Delegatus Papæ & Principis alteri iurisdictionem delegare possunt.*

§. Qui mandatam iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet, &c.

Explicatio textus.

SIc potest explicari iste text. Superius visum est iurisdictionem mandari posse, quæsitum fuit an legatus, cui mandata est iurisdictio, propriam habeat iurisdictionem? Respondeo proprium nihil habere,quid igitur? vtitur iurisdictione eius, qui mandauit,ergo illi,qui mandauit,erit propria. Dicet quis imperium merum an mandetur? Respondeo, iurisdictio potest quidem transferri,& mandari,sed merum imperium,quod lege specialiter datur,non potest transire mãdata iurisdictione. Ideò legatus Proconsulis non habet ius animaduertendi in facinorosos, nec animaduersionem data sibi iurisdictione à Proconsule.

Tamen Paul.not. in vno casu imperium transire mandata iurisdictione, quod videlicet cohæret iurisdictioni.

Delegatus quomodo nihil proprium habere dicatur.

Colligitur primò ex hoc text. delegatum non habere propriam iurisdictionem. Nam propriam causam dicimus,cuius emolumẽtum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. l. j. §. propriam.ff. quando appellandum sit. Et quia iurisdictio non pertinet ad delegatum suo nomine, sed alieno beneficio eam habet. l.solet.ff.de iurisdict.om.iudic. ideò non dicitur aliquid proprium habere, vt plenè tractaui in l.interdum proprietatem.ff.de verb.signific. vbi scripsi,proprium, multis modis dici,& quia iudex datus nihil agit suo nomine,ideo proprium non dicitur habere,per d.§.propriam,nec dicitur in quasi possessione officij,sed in quadam aptitudine, quæ non est quasi possessio, sicut Procurator nudum habet factũ,vt docet Bald.in l.ij. col.prima. C. de sen-
1 tent.& interlo. om. iud. Et sic delegatus non potest
agere possessorio, si destituatur. l.iudicium soluitur. ff.de iudic.hoc firmant Claud.Seicel.& Purpuratus: quod verum existimarem contra mandantem, sed contra alios turbantes delegatum, posset ipse iudicio possessorio experiri, per text.in l.qui precario. ff. de precar.sicut dicitur de monacho destituto ab officio manuali,vt cõtra Abbatem non agat, sed contra alium sic.c.cùm ad monasterium.§.tales.de statu monacho.Bald.in l.cùm affirmes. C.de liberal.causa. Felt. in c. cùm dilecta. col. x. de rescript. scripsi abundè in tracta.de pacif.possessor.num.274.Etiam delegatus constitutus ad vitam, vt sunt conseruatores vniuersitatum, si destituatur, agere possessorio posset,si sine causa,aliàs contra,vt dicam in d l.iudicium,de iudic.Secundò etiam hic habetur, iurisdictionem mandari posse,fuit dictum superiùs. Tertiò,ex hoc text. colligitur, merum imperium non transferri mandata iurisdictione,quod à lege, senatusconsulto, vel constitutione specialiter concessum est;ergo si non sit specialiter concessum,videtur posse mandari, quod non est verum, quia alia ratione prohibetur, vt dicam in l.fin.infrà codẽ. Imò etiam mandata iurisdictione legato Procõsulis, non transfertur merum imperium in eum, nisi iurisdictioni cohæreat, vt statim dicetur, & hoc probat l.solent. suprà de offic.Proconsul vbi scripsi.

Merũ imperiũ,non mandata iurisdictione,an transferatur.

Quartò,licèt regulariter mandata iurisdictione non transferatur merum imperium; tamen hoc non procedit,quãdo illud cohæret iurisdictioni,secundũ quosdam. Vnde si quis donauerit castrum cum iurisdictione,quam in castro habebat,videtur & merum imperium donatum propter cohærentiam iurisdictionis,vt hic.& l.j.§.cùm vrbem.ff.de offic.præfect. vrb.dicetur fusiùs in l.imperium.infrà de iurisd.om. iud.quia ratione cohærentiæ assumit iurisdictionis naturam.c.translato,vbi Docto.de cõstit.vel intelli-
gere possumus, quòd modica coërcitio, quæ co- 2
hæret iurisdictioni,transfertur mandata iurisdictione.l.fin.infrà. Nam cui concessa est iurisdictio.&c. l. ij.infrà de iurisd.om.iud.vel imperium, quod iurisdictioni cohæret, intelligitur mixtum. l. imperium. infrà, tit. 2. vbi iurisdictio inest imperio, & imperium iurisdictioni cohærere dicitur.

Vẽditio castri an iurisdictionẽ complectatur,quæ castro cohæret.

Quintò,infertur, quòd vendito castro, censetur vendita iurisdictio cohærens per istum text.facit l si in emptione.in princip. suprà de contrahen. emptio. glos.& ibi Doctor.in cap.j.de capitaneo qui curiam vendid.an intelligat.benef. vendidis. Alexan.in l iij. col.penult.princip. num. 26.ff. de acquirend. possessio.& in l.j.infrà de iuris.om.iud.vbi Curti.in addit. post alios interpretes.

Iurisdictio cõcessa personæ, nõ venit sub castri concessione.

Etiam docet Bart. in l.si aliena. §. hoc iure. ff. de vsucap. præscriptam iurisdictionem cohærẽtem castro, si ipsum quoque castrum præscriptum fuerit, quamuis secus sit in iurisdictione concessa personæ, quæ non venit sub castri concessione. dicto §. hoc iure.vbi præscribens fundum, præscribit & seruitutem fundo constitutã, & debitam per longum tempus, licèt seruitutes & iura per longum tempus regulariter non præscribantur.l.seruitutes. in magna. ff.de seruitut.

Ex quo infert Ias.in l.de quibus.col.6.num.24.ff. 3
de legib.regulam, Tantum præscriptum, quantum possessum,non procedere quoad accessoria,& cohærentia rei præscriptæ.sequitur Albert. Brunus in tractatu de augmento. conclusio.5. in 2. ampliatio. sed fortè dici potest non limitari, quia possidendo principale, & cohærens videtur possessum,& sic vno velut amplexu principale & cohærẽs est præscriptum, ne diuerso iure vna res censeatur. l. eum qui. ff. de vsucap.facit l.iij.ff.de acquiren.possess.

Ex hoc infertur, nobilius cedere inferiori. Nam imperium merum est nobilius iurisdictione.l.imperium. infrà de iurisd. om. iudic. & tamen cedit hic iurisdictioni,& illi accedit: ideò sequitur suum principale,quod pretiosius est suo accessorio.l.cùm principalis.ff.de regul.iur.probat text. apertius,in §.si tamen.de rerum diuisione.in Instit.l. & si non sint. §. perueniamus.ff.de auro & arg. legat. Ludo. Roma. singu.622.lego mulieri.Imol.& alij in cle.2.de præb.

Arluinus

Arbitrium monetur difficilis contra istu text. d.l.& si cognitio. intra eod. ibi, *Cum propriam iurisdictionem legatis suis dederis, consequens est, ut etiam de suspectis tutoribus possint cognoscere.* ergo propria datur iurisdictio.& sic delegatus habet propriam.

Aduertendum est si sic possint hæc iura conciliari: Quod delegatus iudex non habet propriam iurisdictionem, id est, ad se non pertinet, suo nomine, sicut propria.l.prima.§.propriam. ff. quando appellan. sit.sed eam exercet alieno beneficio. l. more. de iurisdict. om.iud. Et quia nec principaliter ei data est iurisdict.o,sed omnia explicabit vice & nomine delegantis.

Et sic nihil habet proprium in persona sua, cùm omnia nomine committentis faciat. l. etsi Prætor. infrà eodem. tamen is, qui concedit iurisdictionem, censetur suam propriam iurisdictionem dare, quam habet,& non alienã. Et sic intelligitur l.cognitio.ibi. *Cum propriam iurisdictionem legatis suis dederis*, id est, concesseris, quia delegans propriam dat,& suam iurisdictionem, non alienam, quam non habet. in l. solet Prætor suam iurisdictionem mandare.ff.de iurisd.om.iud. Sed is qui suscipit, nihil proprium habet, vt hic, sed fungitur vice eius, qui mandauit, non sua.d.l.solet.& in hoc text. facit l.fin. C. vbi & apud quem cognitio in integ.restit.agenda sit, ibi, *Vel apud eos, qui dantur à iudicibus, qui propriam iurisdictionem non habeant, sed tantummodo iudicandi facultatem*, &c.

Et quamuis delegans propriam habeat iurisdictionem,& det suam propriam, tamen ipsis delegatis non est propria, sicut dicimus de aliquo, qui sua bona paterna propria dat alicui, tamen illi donatario etiam conquestus, non propria. Et hoc est notorium in hac patria. l.quæstus.cum l.sequent.pro socio. ff. & sic delegans dat propriam, delegatus non habet propriam, sed sibi commissam habet potestatem, vice tamen delegantis. c. præterea.de offic.delegat. Et est delegatus Papæ maior in illa causa ordinario. c. sanè. 2. ibidem. sic dicimus in eo, qui rem habet precario, vt propria ei nõ sit.l.prima,& per totum.ff.de precar. quamuis dominus rem propriam concesserit.& is, cui est cõcessa, nomine alterius possidet.l. certè.ibidem. & sic hæc iurisdictio delegata videtur quædam precaria iurisdictio.

Nec refragatur l. *Legati Procõsulis nihil proprium habent, nisi à Proconsule eis mandata fuerit iurisdictio.* de offic.Proconsul suprà. Respõdeo, Legatum Proconsulis nullam habere iurisdictionem, antequam fuerit illi mandata.l.obseruare.in fin.cum l.sequent. ibid. Ergo postquam est mandata, habet propriam iurisdictionem, scilicet delegãtis, sed non propriam sibi legato; nec valet argumẽtum à contrario, quando esset contra ius. vt Iaf.notat in hac l. prima. ff.de offic.eius. quia non posset esse propria, postquam est mandata, cùm mandatum non sit proprium, & depositum, vel commissum.l.prima. mandati. & depositi.

Ex quo in praxi notandum est, quod delegatus non habet propriam iurisdictionem, sicut dominium non potest esse apud duos.l.ij. §. ex pluribus. ff. de acquirend. possessio. proprietas est apud delegantem, ergo apud delegatum esse non potest.

Vnde quando aliquid hic delegatus definit, seu decernit, nomine delegantis statuere debet; nempe si delegatus sit Papæ, authoritate apostolica acta conficere debet, vt probatur in titul.de offic. delegat. in Decretal. & sexto libro, & cap. præterea, vbi dicit, *Potest nostra authoritate*, ergo non sua. *Delegatus Papæ.*

Si autem sit delegatus Imperatoris, authoritate imperiali; si Regis, regia authoritate, non ordinaria & propria.dict. l. & ii Prætor. Solent iudices Papæ dicere, *Authoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte*, &c.

Nec me mouet, quod si delegatus non habeat iurisdictionem, ergo alteri eam delegare non poterit: & tamen delegatus Papæ, & Principis delegare potest.cap.quamuis. de officio delegati. l. cum Prætor.ff.de iudic.& l.à iudice.C.illo titul. Respondeo. Iudex delegatus Principis iurisdictionem quidem delegatam habet, non propriam; & quam habet, alteri delegare potest, sicut potest dare quis proprietatem, si habeat, etiam vsumfructum, quandiu viuet, alteri concedere, & ius quod habet. l. qui tabernas.ff.de contrahend.emptio. quamuis interpretes aliter concilient, quos videre poteris, benigne lector. 4

SVMMARIA.

1 *Delegatus conuentus, non potest iuridicos dies celebrare, quos assisas vocant.*
2 *Permissio alienandi res minoris non delegatur.*
3 *Nec authoritas alienationis res Ecclesiastica.*
Nec bonorum curatelis. Ibidem.

LEX II. VLPIANVS LIB. III. DE OMNIBVS TRIBVNALIBVS.

Mandata iurisdictione à Præside, non potest consilium exercere is, cui mandatur, si tutores vel curatores velint prædia vendere; causa cognita id Prætor, vel Præses permittat: quod si mandauerit iurisdictionem, non poterit, mandata iurisdictione, eam quæstionem transferre.

Dvos ista lex casus decidit. Primus est, an delegatus seu iudex datus posit cõgregare consilium, vel vt seruus manumittatur apud consilium, vel aliud quid fiat apud illud: & respondet, minimè posse. Accursius exponit consilium, pro authoritate præstanda manumittere volentibus, vt authoritas requisita in manumissionibus non posit mandari; sed aliud est consilium, aliud authoritas,& delegatus posset authoritatem interponere. l.ij. de iurisdictio.om.iudic. Sed non permittere, vt res minoris alienentur, vbi causæ cognitio requiritur, quæ sit conuocato consilio, & cum causæ cognitione.l. sequent.vt loquitur iste text.

Alciat. lib. secundo Paradox. cap.primo, consilium hic intelligi posse pro decreto ait, post Barto. & alios, quod in alienatione rerum minoris, quódque specialiter Prætori, vel Præsidi concessum est. *Consilium quid hic denotet.*

l. prima. ff. de reb. eorũ. Quod ſi cum Accurſ. & cæteris authoritatem manumittendi intelligamus, illud ratione incuitabilis damni vetitum cenſendum eſt, cùm libertas ſemel data reuocari non poſsit. l. apud. ff. de manumiſ. vindict. hæc Alciat. cuius ſententia mihi non placet, quia aliud eſt conſilium, aliud decretum. & iſte text. duos ponit caſus, vt dixi, & ſeu dùm Alciat. non traderet niſi vnum, & hîc non agitur de libertate tractanda, ſed, an poſsit conſilium à delegato congregari. & congregando exerceri pro cauſa manumittendi, vel alia, an iuſta ſit, &, vt inferiùs dicetur, etiam ſi non agitur de decreto in alienatione rei minoris interponendo, ſed, de permiſsione alienationis rei minoris, an ſi Præſes mandauerit iuriſdictionem, delegatus poſsit alienationem rerum minoris permittere, & iſte textus prohibet hanc permiſsionem transferri mandata iuriſdictione.

Mandata iuriſdictione, permiſsio alienationis rerũ minorũ nõ transferatur.

Secundus ergo caſus eſt, ſi tutores velint prædia minorũ vendere, vel curatores, quis concedere hoc poſsit, & text. iſte reſpondet Prætorem, vel Præſidem: Prætorem quidem in vrbe, Præſidem in prouinciis, & hoc cauſa cognita.

Sed, an poſsit iſta cauſæ cognitio demandari. text. reſpondet non poſſe; & ſi Præſes mandauerit, iuriſdictionem, non poterit transferri iſta quæſtio. Ratio videtur, quia ſpecialiter à lege tributa eſt poteſtas Prætori. Vlpian. enim ſic ſcribit in l. magis puto. §. non paſsim. ff. de reb. eorum. *Non paſsim tutoribus ſub obtentu æris alieni permitti debuit venditio, neque enim eſt eis via diſtractionis tributa, & ideò Prætoris arbitrium huius rei Senatus dedit, cuius officio imprimis hoc conuenit excutere*, &c. Et ſic demandari non poteſt, tum fauore pupillorum, ne nudari bonis poſtea fame pereant, & quia electa eſt induſtria eorum, quibus eſt ſpecialiter commiſſum. d. l. prima ſuperius.

Et ſic poterit intelligi iſte text. vt is, cui mandatur cauſæ cognitio, is ipſe non poſsit conuocare conſiliarios, & eorum conſilio cauſam terminare, licèt dubium eſſet. Nam cui iuriſdictio mandata eſt, omnia cenſentur conceſſa, ſine quibus non poteſt explicari iuriſdictio l. ſecunda. ff. de iuriſdict. om. iudic. ſed ratio huius text. eſt, quia conſilij conuocatio & exercitatio illius ſpecialiter certis perſonis data eſt, vt dixi in l vnica ſuprà de offic. Conſul. Ideò in quibus caſibus conſilium eſt euocãdum, non poteſt conuocari ab iſto delegato, quia Præſes hoc nõ poteſt mandare, & mandata iuriſdictione non cenſetur id, quod ſpecialiter conceſſum eſt, mandatum nec tranſlatum. vt in l. prima ſuprà. Olim autem quando actio priuata mouenda coram Prætore erat, ſi de iure potius quàm de facto quærendum eſſet, Prætor ad Centumuiros, ſuum velut conſilium, remittebat, vt ex primo de Orato. intelligi poteſt. ſi de facto quærendum, iudicem Prætor dabat, aut iudices quos recuperatores appellari ſæpe legit Nico. Grucht is in tractatu de Comit. lib. primo. cap. ij.

Vnde ſi Præſes prouinciæ hodie habens in ſuo auditorio conſiliarios, delegaret cauſam, iſte non poſſet conuocare conſiliarios ad cauſam decidendam. quia illi non præſtiterunt iuramentum iſti delegato, nec ſunt illi ſubditi; ideò parere ei non
2 tenerentur, nec poſſet iſte legatus conuĕtus celebrare iuridicos dies certis temporibus celebrandos, quos aſsiſias vocant. Et ideò iſte textus non ſolùm intelligitur, vt non poſsit congregare conſilium, & ab eo petere in manumiſsione ſententiam, ſed nec quidem in aliis cauſis exigentibus conſilium, ſeu in illarum deciſione, vt cumuniter in omnibus cauſæ cognitionem requirentibus. Et ſic hodie iſtæ delegationes, vt ſuprà dixi, ſunt in hoc regno prohibitæ. Nam licet delegatus non poſsit conuocare, & exercere conſilium; tamen ſecundus index, & tertius, ſi adſit, hoc poterit; & quidem aduocatus antiquior, ſi in cauſis decidendis conſilio indigeat, quia hoc caſu iſte aduocatus ſufficitur in locum Præſidis, ſeu iudicis, conſtitutionis authoritate, ergo debet ſapere eius naturam. l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Quod non eſt in delegato, qui ratione conſiliariorũ habita cenſetur priuatus, ob id ipſi imperarent potiùs illi delegato, quàm ipſe illis, & cauſa non poteſt mandari in eorum præiudicium, vt ipſi ſint ſubditi delegato.

Ex hoc text. ergo colliguntur duo. Primum, vbicunque requiritur conſilij congregatio in alicuius cauſæ cognitione, & deciſione, hoc mandari non poteſt, quia ſpecialiter quibuſdam conceſſum eſt lege: quamuis Doct. intelligant tria hic impedire delegationem, videlicet decretum, cauſæ cognitionem, & quia cauſa eſt mixti imperij, iſta improbaui in l. prima. Nam authoritatem poteſt interponere delegatus. in l. emancipati. ff. de adoptionibus. Bartol in l. imperium. col. penult. & quia hoc decretum iure magiſtratus interponi ſolet, ideò delegari poteſt, vt ſuperiùs dictum fuit, ſi cauſa ſit mixti imperij, vt probatum fuit. Et quia prima pars loquitur tantùm de conſilio exercendo, non de decreto interponendo; ideò ſemper vidi Procuratorem petere decretum interponi in alienatione bonorum minoris. quamuis Iaſ. hîc dicat tutorem per ſe hoc debere petere, quia nullo iure cauetur. & l. minorum. C. de præd. minor. non probat. an authoritas manumiſsionibus præſtanda mandari poſsit? Doctor. hîc valde ſe torquent, ſed iſta tractaui in l. vnica. ſuprà de offic. Conſul.

Mandari quæ non poſſint.

Secundum eſt, quod non poteſt Præſes mandare alieni, vt permittat prædia minorum vendere, nec loquitur iſte text. de decreto interponendo in alienatione. Nam prædia minorum diſtrahi prohibentur. l. prima. ff. de reb. eorum, niſi Prætor, vel Præſes ex cauſa permittat, vt ibi & de hac permiſsione iſte text. loquitur & l. ſi Præſes. C. de præd. min. quicquid dicant Doctor. intelligentes de decreto, de quo in text. iſto nullum verbum, quamuis iſti differant, vt ſcripſi in hac de reſtitutio. minor. in ſecundo Tomo Commentar. ad Conſtitut. Reg. nã permiſsio in principio interponi debet, decretum verò in fine. dict. l. magis puto. §. non paſsim. & l. ſi prædium. cum l. ſequent. C. de præd. minor. maioris enim momenti eſt iſta permiſsio, per quam peruenitur ad verã alienationẽ, quàm decreti poſtea interpoſitio, quod interponitur in conſequẽs illius permiſsionis, niſi acciperetur decretum pro eo, quod Prætor decernit, permittendo. vt l. ſi pupillorum. ff. de rebus eorum. Quæ ſit iuſta cauſa, vt permittatur rerum minoris alienatio? Reſpondeo æs alienum, & hoc ponitur inter præcipuas cauſas. in l. magis

Iuſta cauſa permiſsionis, vt res minoris alienentur.

l.magis puto. §. ne passim. ff. de reb.eorum. & si res plus incommodi pupillis afferret quàm commodi. l.mediterraneæ. vbi Bart C.de anno.& tribut.libro decimo. de his abunde scripsi in dicto tractat. de restitut.in secundo tomo Commentariorum ad Constitut.Regias.

Nempe cùm Præses viderit iustam causam, cur bona minorum distrahi debeant, & permiserit, posteà solennia interuenire debent, posita in dicta l. magis puto.& post dicta solennia Præses interponet decretum,& authoritatem alienationi.l.si prædium. & per totum. C. de præd. minor. sine decreto. non alienand.at maioris est momenti & periculi permittere vendere,quàm post solennia decretum interpo-
2 nere. Ideò iste text. de permissione loquitur, quæ non delegatur, cum ratione periculi & damni,quod pupillis contingere posset ex hac alienatione, tum quia specialiter certis personis tributum est. d.l.j.de rebus eorum.

Ecclesia minori æquiparatur.

3 Idem dicunt interpretes in authoritate alienationis rei Ecclesiasticæ, cùm Ecclesia minori æquiparetur.l.si vt proponis C.de rei vindicatio. cap.auditis. de in integr. restit. Nec dissimile est in alienatione bonorum ciuitatis.l.finali. C.de venden.reb.ciuit.libro 11. vel in bonis Curialium. l. finali. C. de præd. decurio.libro 10.

Ego tamen scio de iure Canonico delegari posse, cùm omnes causæ delegentur eo iure. cap. quod sedes.de offic.ordin.

Et in hoc text.non agitur de authoritate interponenda in alienatione, sed vt permittatur alienatio: ideò quod non est specialiter cuidam concessum, in bonis ciuitatis, vel curialium, sed iure magistratus: ideò putaui mandari posse per rationes superiùs adductas.

De exercere, verbo.

Exercere, pro congregare sumitur, vnde Vlpianus hic dicit: ***Mandata iurisdictione à Præside cōsi'ium non potest exercere is, cui mandatur.*** Nam cùm conuocatur consilium, id est, assessores, consiliarij, & alij, solent peti à consilio ea, quæ occurrunt, & ipsi exercentur in hoc, & ad conueniendum ad consilij locum. Ideò dicit iste text. exercere consilium, alioqui quilibet Consiliarius domi quiesceret, & exercitium non haberet.

Exercere,est lucrum facere secundum quosdam, vt in titul.ff.de exercito.actio.ego dicerem ibi exercere,pro tractare, & administrare accipi, vt probatur in l.prima.§.exercitorem. ibi: ***Parui autē refert, qui exercet, masculus sit, an mulier, paterfamil. vel filiusfamil.vel seruus.*** & inde exercitor is appellatur, ad quem quotidianus nauis quæstus pertinet. §. si igitur quod cum eo. in Instit. l. prima. §. exercitorem. de exercito. actio. ff. & exercere denotat frequentiam. quasi frequenter & sæpius quicquam agere. vt plene probat Lucas de Penna in l. j. col.3. C.de cohorta.lib.12.

Exercere feras. in l.vsufructuarium. ff. de vsufr. id est, operam ponere in feris, & venationis exercitium in illis accipere,& in illis versari.

Exercere vsufructuarius potest auri fodinas,quas pater instituit pro continuare,& excolere.l.æquissimam. §.proinde.ff.de vsuf.

Derelictum à marito accusationem ab alio exerceri,vtile est,id est, prosequi,continuari.l.constante. in fin.ff.de adult.

Exercere actionem.l.mandati.ff.de Procurat.l.ita demum.de arbit.pro mouere, intendere.l.qui de inofficioso.ff.de inoffic.testam.

Exercere exceptionem pro opponere.l.si fideiussor.j. § primo. mandati. potestas legis exercetur aduersus eum, qui deliquit, id est, exequitur. l.j.§.j.ff. ad Turpilian.

Ludos exercere, pro facere, in proœmio. ff. circa finem.§.illud vero.

Tabernas exercere, pro administrare. l.prima.§. caupones.ff.nautæ caupo.l.habebat.in fine.de institoria actio.

Lupanaria exercentur in multorum virorum prædiis.l.ancillarum.ff.de petitio.hæredit.

Cœnaculariam exercere. l.si verò. §.idem erit.ff. de his qui deiecer. est cœnaculum locare, vt qui Scholasticis conclauia dant, & insuper eis curant obsonia coqui, ligna, & sal præbentes. teste Alciat. libro 4.Parerg.c.12. nos dicimus vulgo cubiculum locare cum conseq.

Exercere prouocationem,prosequi, tractare,agitare. l.ij. §. legatis. ff.de iud. ibi: ***Eis quoque, qui ipsi prouocauit, non imponitur necessitas intra tempora prouocationis exercendæ Romæ, vel in alio loco, vbi prouocatio exercetur,aliis pulsantibus respondere.***

Ciuiliter exercentur fortuita incendia. idem l.capitalium.§.incendiarij.ff.de pœnis.

Exercere vectigalia, pro tractare, administrare, conducere.l.spurij.§.decurio. ff.de decurio. ibi: ***Decurio etiam suæ ciuitatis vectigalia exercere prohibetur.*** l.Imperatores.de pollicitat.

Exercere fœnus. l.finali. §. patrimoniorum. secundu.ff.de muneribus & honor.l.principalibus.& sequent.ff.si certum petat.l.si hominum.§.quotiens. depositi.

Exercere pecuniam, est fœnori dare, non otiosam relinquere. l. idémque. §. sed etsi pecuniam. ff. mandat.

Adulterinam monetam exercere, pro facere, fabricare. l.sacrilegij.prima.ff.ad legem Iuliam pecul. §.qui cùm in moneta publica operarentur, extrinsecus sibi signant pecuniam, forma publica, vel signatam furantur, hi non videntur monetam adulterinam exercuisse, sed furtum publicæ monetæ fecisse, quod ad peculatus crimen accedit. Item publica iudicia peculatus, de residuis, & repetundarum similiter aduersus hæredem exercentur. Papinian.in l.finali.ff.ad legem Iul.peculat. id est, dantur & intentantur,in secundo loco accipitur.

Exercitatio,est assiduus vsus,consuetudóque dicendi. Cicero libro primo ad Herennium. l. officium. in fine.ff.de re militar.sic: Officium tribunorum est,vel eorum, qui exercitui præsunt, milites in castris continere, & ad exercitationes producere. Exercere ergo sæpius & frequenter pro agere, dicit accipi Luc.de Penna, in l. prima.columna tertia. C. de cohortal.lib.12.

Ideò vocat Iurisconsultus in l.prima.suprà. exercitationem, vsum illius iurisdictionis, & imperij, è contrario si quis haberet imperium, & illud non exerceret, nec agitaret, non posset, siue proficisceretur, siue non, illud mandare: quia exercitationem non habet, & sic nec impedimentum prodest,sed is,

qui merum imperium illud habet, & illud per ſe exercet, non poteſt illud mandare, niſi quando proficiſcitur extra territorium ſuum: nam Seneſchallus habet iuriſdictionem, ſed non plenum exercitium: quia communis non eſt iuriſperitis: ideò iudex illius habet iudicij exercitationem, ſicut diximus ſuperiùs de domino, qui præpoſuit ſeruum ſuum naui. Vlpian. in l. ſi tamen. ff. de exercit. actio. & Iuſtinian. ſic ait in authentic. de iudicib. §. primo. collatione 6. Noſtris enim adminiſtratoribus adſunt modis omnibus aſſeſſores, & ea quæ legum ſunt explicantes, & occupationes adimplentes eorum, quoniam multis detenti curis, quas apud nos habent, meritò iudiciorum complent partem, per ſuorum præſentiam aſſeſſorum, & iuriſdictio poteſt eſſe apud aliquem ſine exercitio. l. qui furere. ff. de ſtatu hominum. Bald. in cap. paſtoralis. in fine. de reſcript. in hoc verbo, ſatis eſt nos hactenus exercuiſſe.

Iuriſdictio etiam ſine exercitio.

SVMMARIA.

1 *Vicarius Epiſcopi non cognoſcit in cauſa Epiſcopo delegata, ſine nouo mandato.*
2 *Delegatus Prætor non poteſt ſubdelegare, tanquam delegatus.*
3 *Rex Franciæ committit cauſas tantùm ſuis iudicibus, non priuatis.*
4 *Clerici delegationes cauſarum criminalium, à laicis accipientes, fiunt irregulares.*
5 *Prælati quando excommunicare non poſsint.*
6 *Papa ſolus poteſt cauſas clericorum laicis mandare.*
7 *Iniuria Officiali Regis illata, gerenti ſuum officium, Regi facta cenſetur.*

LEX III. IVLIANVS LIB. V. DIGESTORVM.

ETſi Prætor ſit is, qui alienam iuriſdictionem exequitur: non tamen pro ſuo imperio agit, ſed pro eo, cuius mandato ius dicit, quoties partibus eius fungitur.

ISte text. declarat §. *Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet, ſed eius qui mandauit, iuriſdictione vtitur.* Videlicet an Prętor, cui mandata eſt iuriſdictio, ſi exerceat illam iuriſdictionem pro ſuo imperio, hoc faciat, vtpote tanquam Prætor? Reſpondeo non agere pro ſuo imperio, quotiens alienam iuriſdictionem exequitur, ſed cuius mandato ius dicit, dubitatio erat: quia Prætor iuriſdictionem habet ordinariam & propriam. vt in titulo de officio Prætor. viſum fuit, ſed ratio eſt in hoc text. nam iuriſdictionem quidem habet propriam tanquam Prætor, ſed vt delegatus, non habet propriam. Ideò in mandata fungitur vice mandantis, & alieno nomine, non ſuo imperio. Et hîc, Prætor, pro omni habente iuriſdictionem accipi poteſt, cùm eadem ratio in illis omnibus ſit, ſicut de Præſide ſcribit Iuriſconſultus in l. prima. ſuprà. de offic. Præſid.

Et ſic eſt ampliatio ad d. §. qui mandatam, quòd non ſolùm is, qui non habet iuriſdictionem, ſi ei committatur, nihil habet proprium, ſed nec quidem habens de ſe iuriſdictionem, & hoc quatenus reſpicit mandatã iuriſdictionem. Nam quod attinet ad iuriſdictionem ordinariam, eam propriam habet, ſed habendo rationem ad mandatam, alieno beneficio fungitur. Et ſic docet Accurſ. Prætorem exercere iuriſdictionem mandatam, non tanquam Prætorem, ſed tanquam alium, id eſt, delegatum. per l. ſi pater. §. qui duos. ff. de adoptio. ibi: *Facit enim hoc quaſi quilibet, non quaſi ipſe.* Et ſi Conſiliarius interſit in vniuerſitate, vel collegio, ſedebit in loco ſuo ſolito, quia non eſt ibi tanquam Conſiliarius, ſed tanquam Doctor. Idem in Vicario Epiſcopi ſedente in choro. gloſſa & Doctor. in cap. à collatione. de appellat. in vj. & cap. poſtulatis. de conceſ. præb. Ideò cùm Imperator iudicat in Ducatu Flandriæ, appellatur ad Regem Franciæ: quia Imperator ibi iudicat vt Dux, non vt Imperator. Bald. in l. ſi quando. C. de appellat.

Ampliatio ad §. qui mãdatam. l. 1. ſup. eod.

Videndum eſt, quomodo cognoſcatur, an procedat, vt ordinarius, an vt delegatus? Reſpondet hîc Iulianus, quotiẽs eius partibus fungitur, cuius mandato ius dicit. Fungi autem eius partibus dicitur, quando aliquid agit, quod ad delegatam cauſam, vel iuriſdictionem pertinet. Si verò id agat, quod ad ſuã iuriſdictionem ſpectat, vt ordinarius facere cenſetur. In dubio autem ſi vtroque iure facere poſſet, tanquam ordinarius procedere diceretur. l. qui in aliena. §. ſi is qui. ff. de acquir. hæred. l. ſi pupilli. §. primo. vbi gloſ. de negot. geſt. Alexand. conſilio viceſimoquinto. viſo inſtrumento. numero decimo. & ſequenti. in ſecundo volumine. Panormitan. in cap. niſi. de præb. & Felin. in cap. cùm ex officij. de præſcript. dixi in tractat. nominatio. quæſtione 14. numero 111. & Roma. conſilio 92. viſis. columna tertia. vide in cap. licet. de officio ordinarij. quod poteſt prodeſſe ad titulum de cauſis. & ſeq. in Concordat. Franciæ.

Sed dubium eſt, quid ſi Prætor cognouerit authoritate delegata, & non valeat delegatio, an valebit ſententia lata ab ordinario? Reſpondeo, ſi dixerit in proceſſu authoritate delegata procedere, tunc ſi non valeat ea authoritate, non valebit tanquam lata ab ordinario, quia quod potuit, noluit, & quod voluit, implere nequiuit. l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. cap. cùm ſuper. de officio delegat. Innocent. & alij in cap. cùm ex officij. de præſcript. Alexand. in l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Doctores in l. prima. §. ſi quis ita. de verborum obligatione. hoc etiam dixi in ordinario, qui beneficium in menſibus graduatorum vacans contulit alicui tanquam graduato, qui non erat: ideò licèt aliàs ſit idoneus, non valebit collatio. per text. in cap. ex parte Aſtenſ. de conceſsio. præb. Ludou. Roma. conſil. 483. dubitatur, ſcripſi in §. teneantur. in verb. alteri. de collat. in Concorda. Franciæ.

Delegatione nulla, an ſentẽtia ab ordinario lata, valeat.

Et hoc vtile eſt, nam ſi Conſiliarius, qui nihil poteſt recipere pro ſportulis, fiat iudex delegatus, tanquam delegatus poterit recipere, videlicet ea, quæ permittuntur in cap. ſtatutum. §. inſuper. & ſeq. de reſcript. in ſexto. & an ordinarius non habens ſalarium poſsit à partibus recipere, diſputat Paulus Tuttenti.

Turrenti in dict. disput. in quarto dubio. Tamen non tenebitur seruare stylum suæ Curiæ, nec consuetudinem localem, teste Felin. in cap. cùm dilecta. columna decimaseptima. numero duodecimo. de rescript. versic. Limita quartò. & in cap. licet. col. prima. de officio ordinarij. Aretinus in l. prima. §. si quis simpliciter. columna secunda. ff. de verborum obligation. Doctores hic volunt confundere hanc materiam, & miscere aliam, videlicet cap. licet. de officio ordinarij. vbi Papa videtur excitare nouam iurisdictionem, non verò nouam mandare: sed in isto textu non disputatur, quando excitatur iurisdictio, vel quando fiat delegatus, sed dubitatur, si mandata est iurisdictio alicui ordinario, Prætori, vel alij, an cognoscens videatur suo nomine fungi, vel alieno? Respondet, alieno in iurisdictione delegata, propriè verò in sua iurisdictione. Et sic intelligi iste text. debet, vnde sunt duæ quæstiones. Prima, an ordinarius factus delegatus fungatur imperio suo: secunda quæstio, quando mandatur causa ordinario, an is fiat delegatus? Et hoc à Papa declaratur in d. c. licet. de offic. ordin. sed hoc est extra istum text.

Prætor fungitur in iurisdictione delegata, alieno nomine.

Colligitur etiam ex hoc textu, iurisdictionem mandari posse habenti, & sic magistratui, vt hic. Nam, vt est in Euangelio, omni habenti dabitur, & vtilitas est, quia appellabitur ad delegantem, non ad superiorem Prætoris. cap. Romana. §. debet. de appellat. libro sexto. l. vnica. C. qui pro sua

Iurisdictio nè habenti, mādari potest.

1 iurisdictio. Et si causa delegata fuerit Episcopo, eius Vicarius constitutus non cognoscet sine nouo mandato, vt plenè scripsi in praxi benefic. in forma Vicar. Archiepiscop. & per istum textum potest concurrere iurisdictio delegata cum ordinaria, quod explicat Felinus, & alij in cap. cùm ex officij. de præscript. sed in dubio quis potius dicitur facere iure ordinario, quàm delegato & extraordinario. l. quanquam. C. de testam. milit. Alexand. consilio quinquagesimoquinto. quoniam. colum-

2 na secunda. in quinto volumine. Etiam iste delegatus non poterit subdelegare, licèt tanquam Prætor posset. l. more. titulo secundo. infrà de iurisdict. omnium iudic.

3 Et hodie ex hoc textu praxis Regni Franciæ est, vt Rex non committat causas priuatis, sed tantùm suis iudicibus. §. iudices. in authentica de indic. collatione sexta. licèt regulariter iurisdictio etiam priuatis hoc iure mandari possit. l. finali. infrà eodem.

Sic Papa non solet hodie committere causas, nisi dignitate præditis, vel Canonicis Ecclesiarum Cathedralium. cap. statutum. in principio. de rescriptis. libro sexto. & sic delegatus Papæ sine dignitate iudex factus, non dicitur habere dignitatem ratione delegationis, sed honorem. l. honor. ff. de muneribus & honoribus. nec inuenio ratione vnius causæ delegatæ, aliquem constitutum in dignitate, quidquid velint hic quidam dicere interpretes, quia iure hoc non probatur.

Arbiter tamen esse non potest ordinarius iudex, ne iniuria fiat iurisdictioni ordinariæ. l. sed & si in seruum. in fin. ff. de arbit.

Tamen de iure canonico hoc non procedit. cap. cum tempore. de arbit. quod ius in hoc regno quoad hoc seruatur in forensi iudicio.

Et quando iudex recipit arbitrium, ad quem appelletur in hoc regno scripsi in tertio tomo Constitutionum Regiarum, tract. de arbitris.

Clerici etiam non debent sumere delegationes 4 à laicis, maximè causarum criminalium laicorum, aliàs irregulares fiant. cap. sententiam sanguinis. vbi Doctor. ne clerici, vel monachi.

Causas etiam ciuiles facilè non debent suscipere, quia sæcularibus negotiis immiscere se non debent. capit. primo. & per totum. ne clerici, vel monachi. cap. te quidem. vndecimo. quæstione prima. ibi: *Ne in vlla aliqua occupatione prorsus innectaris.* Panormitanus, & alij in cap. 2. de iudic. Barbatius in rubrica de officio delegati. post Calderic. consil. 6. illo titulo.

Vnde dicerem Prælatos peccare mortaliter, qui animas regere in suis Episcopatibus illis commissas debent, & pascere, tamen eas negligunt propter laicorum negotia, sed reddent exactam Deo optimo maximo rationem de his, & animas suas pro animabus perditis sua culpa dabunt.

Item Prælati habentes istas laicorum delegatio- 5 nes, non possunt in ea causa excommunicare: quia funguntur vice delegantis. l. prima. & hac l. etsi Prætor. nec ab eis appellabitur ad Papam, sed ad delegantem. Bald. in authentica si quis litigantium. vltim. not. de Episcoporum audientia. Iason hic, & in l. secunda. columna tertia. versiculo, tertiò limita. de iurisdict. omnium iudicum.

Abutuntur ergo cùm in impositionibus laicorum hac iurisdictione vtuntur, vt dicebat quidam bonus Episcopus, dicens se non esse carnificem suorum sacerdotum, vt eos excômunicare sic deberet: sed nullus extra Papam potest causas cle- 6 ricorum laicis mandare. text. in cap. secundo. de iud. vbi plenè Doctores, & Aufrerius in repet. clem. j. de officio ordinarij.

Non tamen pro suo imperio agit, sed pro eo, cuius mandato ius dicit.] Colligitur iudicem delegatum in executione sui officij repræsentare delegantem. Et ideò si fiat illi iniuria, dum gerit, vel exequitur officium delegantis, videtur illata iniuria ei, cuius vices gerit, & hoc quando fit ei exercendo officium illud, si fiat militibus iuxta latus Principis existentibus. l. quisquis. C. ad legem Iuliam, Maiestatis. Et sic iniuria 7 illata Officiali Regis, actu gerenti officium, Regi facta censetur. vt docet Cynus in l. si non conuicij. C. de iniuriis. refert Lucas de Penna in l. prima. in fi. C. de cohortalibus. libro duodecimo. & qui lacerat literas iudicis, vel eas legi, aut publicari non permittit, iniuriam iudici inferre dicitur. cap. ex literis. de officio deleg. in fi. vbi Bal. not.

Vnde orta est praxis in Francia, per quam puniuntur capitis, amputatione manus prius facta, illi, qui apparitores Regis exequentes suū officium, verberant. vt docet Guido Papæ in decisione quingentesima quinquagesima septima. aliquis: dicens, in patria Delphinali pecuniariter puniri, & nunquam vidi ita exactam pœnam illatam contra inferentes manus in apparitores, secus si magistratibus. l. omne delictum. §. qui manus intulit præposito, capite puniendus est. ff. de re militari. Et fuit per arestum

Verberātes apparitores Regis, exequentes suum officium.

Curiæ Parlamenti condemnatus quidam Louuart, qui cultello vulnerauerat dom. Robertum Dancquegim Regis Consiliarium, vt per ciuitatem traheretur vsque ad supplicij locum, & ibi amputaretur ei manus dextra, & posteà caput. Hoc refert Ioannes Gallus in quæstionib. per aresta quæstione centesima quinquagesimasecunda. in fine. nisi inferretur iniuria iudici, tanquam priuato, de quo scribit Oldra.consilio 7. quædam maledicta. Lucas de Penna in l.j.col.vlt.C.de cohortalibus.lib.12.

Item docet Masuerius in sua praxi titul.de iniur. quòd si seruiens offendatur exercendo suũ officium, mulcta seu emenda domino debetur, & est communiter arbitraria.

Idem etiam dicunt iniuriam fieri domino, si fiat eius famulo exequenti officium domini, vel in eius præsentia sine causa. d. l. quisquis. §.sed si.vbi Ioan. Fabr. & alij de iniuriis. in Instit. Aufre in decision. Tholosa.q.145. Cardin.in clement. vnica.13. notab. de excessib.Prælat.

Idem docet text.si fiat vxori, marito enim censetur facta.l.ij. ff.de iniur. quia defendi vxores à viris, non viros ab vxoribus æquum est.vt ibi scribitur.& idem habetur in §.patitur.illo titul.in Instit.Boër. in tractat.de seditio.

Ideò potest dominus prosequi delictum commissum contra suos subditos, vt censuit Parisiensis Senatus pro Episcopo Laudunensi, & Archiepiscopo Remensi. teste Ioan. Gallo in quæstio. per aresta. q. 41.fuit in eodem,&c.

SVMMARIA.

1 & 2 *Ius dandi tutores non potest mandari.*

3 *Dare tutorem vel curatorem incidenter potest, qui de causa principali cognoscit.*

4 *Delegatus potest de suspectis tutoribus cognoscere, iurisdictione generaliter mandata, secus specialiter.*

LEX IIII. MACER LIB. I. DE OFFICIO PRÆSIDIS.

COgnitio de suspectis tutoribus mandari potest: imò etiam ex mandata generali iurisdictione, propter vtilitatem pupillorum eam contingere constitutum est in hæc verba: IMPERATORES SEVERVS ET ANTONINVS BRADVÆ PROCONSVLI APHRICAE. Cùm propriam iurisdictionem legatis tuis dederis, consequens est vt etiam de suspectis tutoribus possint cognoscere.

IVrisconsultus cognitionem de suspectis tutoribus mandari posse hîc ait, etiam mandata generali iurisdictione, propter vtilitatem pupillorum transire in delegatum. Sed Accurs. Iurisconsultum sibi ipsi contrarium esse ait: sic suspecti tutoris accusatio pro tribunali tantùm examinari potest, & nullus alius de huius quæstione, quàm Præses, pronuntiare. l.prima. §.suspecti. ff. ad Turpil. nisi dicas Præsidis nomen generale. hæc Accurs.

Ius remouendi suspectos tutores, quibus datum sit.

Ego verò dicerem ius remouendi suspectos tutores datum Romæ esse Prætoribus, in prouinciis verò Præsidibus earum, & Legatis Proconsulum, vt docet Vlpian.in l.prima.de suspect.tutor. Et dum ait Iurisconsultus, ibi: *Nullum alium extra Præsidem posse pronuntiare*, intelligitur in prouinciis, Romæ verò Prætorem. Et quamuis delegatus Præsidis cognoscat, tamen Præses ipse cognoscere censetur, cùm hic iudex datus fungatur vice Præsidis, & ipsius nomine cognoscat, & sic ipse idem Præses cognoscere creditur. l. prima. in fine. suprà eodem. & dum text. in dicta l.prima.de suspect.tuto.dicit examinandã accusationem suspecti tutoris pro tribunali, & vbi causæ cognitio requiritur, res pro tribunali expediri debet. l.vbicunque.ff.de regulis iuris. l.nec quicquam. §. vbi decretum. de officio Proconsul.l. iiij.§.hoc autem.de dam.infect.

Mandari quando de suspecto tutore possit.

Et videtur vera limitatio Doctor. vt si tutor accusetur suspectus, eo casu licèt posteà Procurator Regius se iungat, & petat, vt puniatur, tamẽ nõ prohibetur iudex datus cognoscere. l. quotiens. C. de iudic. Si non excedat modicam castigationem, secus si ipse tutor accusaretur suspectus, vt puniretur, tunc non poterit mandari, quia meri est imperij, quod non mandatur.l prima.& l.finali. infrà. Et sic quando ciuiliter agitur, vt tutor remoueatur, mandari potest. secus si criminaliter, vt puniatur. Bart.in d.§.suspecti.

Item licèt hæc cognitio de suspectis tutoribus delegari possit, non tamen ius dandi tutores, quia vtile est pupillo, vt suspectus remoueatur. Et ideò iste text.dicit propter pupillorum vtilitatem, & quamuis sit vtile, quod detur tutor, non tamen prodigus, vel alius, qui dari non debet: ideò lex confidit in eo, cui ius dandi tutores concessit, & non in eius delegato, ob id non potest mandari.l.nec mandante.ff.de tutor.ac curat. dat. Vide si possit dici ius dandi tutores specialiter datum esse. Primò, quibusdam magistratibus, videlicet Proconsuli, Prætori, Præsidi, & ex oratione Diui Marci etiam Proconsulis Legato. l.prima. ff.de tutoribus & curator. dat.ab his.

Posteà omnibus magistratibus propter vtilitatem pupillorum. l. ius dandi. ibidem. & probat iste text. Imò etiam tribunis, qui magistratus non erant.

Ideò Iurisc õsultus dicit ius dandi tutores non esse imperij, neque iurisdictionis, aliàs competeret magistratibus tantùm. vt dico in interpretatione.l. muto.ff.de tutel.

Sed Franciscq. in l. prima. suprà eodem. intelligit non esse imperij, nec iurisdictionis, id est, non competere alicui propter hoc, quod habeat imperium, vel iurisdictionem, sed eò quòd nominatim sit concessum, & ad id tendit eius sententia. Fusiùs dicam in d.l.muto.

Nec me mouet l. Lucius. §. cùm in testamento. ff.de administratione tutorum. quia Doctor.dicunt ex præcepto Præsidis dari tutorem posse per alium magistratum, sed non ex delegatione, & hoc si non magnæ erant pupilli facultates. §. sed hoc iure. de Attilia.tutor.in Instit.

Hodie

Hodie ista corriguntur per Iustinia. in §. nos autē. ibidem. vbi non expectata iussione Præsidum etiam defensores ciuitatum poterunt dare tutores. Puta-
2 rem etiam hodie cùm specialiter concedatur certis magistratibus ius dandi tutores, vt hoc non possit mandari, quia periculosum pupillo, quod est notan-
3 dum. Poterit tamen is, qui cognoscit de causa principali, dare tutorem, vel curatorem incidenter, licèt aliàs non posset. l. finali. §. primo. C. de admin. tutor. vbi Doctor.

Cognitio comprehendit causæ definitionem.

Cognitio sententiam & definitionem continet. l. iij. §. cognoscit. suprà. de officio Præfect. vigil. vt si cognitio sit alicui commissa, & definire causam ipse poterit. Ias. in l. j. numero 7. suprà. glos. in l. procuratorem datum. ff. de procurator. & ibi Bart. & Bald. in titul. de pace Constantiæ. in verbo, ad cognitionem. Doctor. in l. ait Prætor. in princ. & l. de qua re. ff. de re iudic. contra Bartol. in l tutor. ff. de suspect. tutor. l. & si non cognitio. C. si contra ius. dixi in l. prima. supra.

Mandata generali iurisdictione.] No. duobus modis mandari iurisdictionem, generaliter, & specialiter. Generaliter, quando tota mandatur iurisdictio, & specialiter, quando certa causa mandatur. l. solet. infrà. de iurisdict. omnium iudic. Et sic
4 iudex delegatus potest de suspectis tutoribus cognoscere, quando iurisdictio generaliter mandata est, vt Legato Proconsulis. per istum textum: secus ergo si specialiter mandata fuerit aliqua causa, tunc iste de suspect. tutoribus non cognoscet. d. l. & bellissimè conuenit, quod Vlp. docet in l. i. ff. de suspect. tutor. sic scribens: *Damus autem ius remouendi suspectos tutores Romæ Prætoribus, in prouinciis Præsidibus earum: an autem apud Legatum Proconsulis suspectus postulari possit, dubium fuit, sed Imperator Antoninus cum Diuo Seuero Braduæ Marico Proconsuli Aphricæ rescripsit posse, quia mandata iurisdictione, totum officium iuris dicendi ad eum transit: ergo si Prætor mandet iurisdictionem, simili modo dicendum est suspectum posse apud eum postulari cui mandata est* Sed quando vna tantùm causa mandatur, nō fit prorogatio vnius causæ ad aliam. l. ij. ff. de iudic. Nam fundo limitato nihil accedit. l. in agris. ff. de acquirend. rerum domi. Tamen hæc cognitio de suspectis tutoribus specialiter mandari potest per istum text. ibi, imò. Nam si mandata generaliter iurisdictione transferatur, fortius si specialiter mandetur. argumen. l. sed & si. §. quæsitum. ff. si quis cautionibus. & ex hoc text. colligitur illud specialiter mandari posse, quod mandata iurisdictione transfertur, de quo in l. j. superiùs.

SVMMARIA.

1 *Mandari regulariter possunt, quæ ad iurisdictionem pertinent.*
2 *Cautio pro legatis purè relictis hodie non petitur.*
3 *Delegatus Prætoris vel Præsidis quibus cognoscere possit, an danda sit bonorum possessio.*

§. Vt possessio bonorum detur, vel si cui damni infecti non caueatur, vt is possidere iubeatur, aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is, cui legatum est, legatorum seruandorum causa in possessionem mittatur, mandari potest.

Delegatio de bonorū possessione danda.

EX hoc textu colligunt Doctor. delegationem fieri posse, vt bonorum possessio detur. Dubitatum est secūdùm eos, quia ista exigunt decretum, & ideo non delegantur. l. nec quicquam. §. vbi suprà. de offic. Procons. Sed decendi rationem dicunt, quod non exigunt in hoc text. casus conscripti plenam causæ cognitionem. glos. Bart. & alij Doctor. sic intelligunt.

Ego puto hoc falsum esse, quòd vbi decretum exigitur, & plena causæ cognitio, hoc non possit mandari. Nam regulariter illa quæ ad iurisdictio- 1 nem pertinent, mandari possunt. l. j. suprà eodem. & tamen plenam causæ regulariter cognitionem habent. l. j de officio Præfect. vrb. Proconsul habet plenam causæ cognitionem. l. si in aliquem. in fi. ff. de offic. Proconsul. & tamen legato suo mandari potest. l. obseruare. in fin. cum l. seq. ibidem.

Bonorum possessio quid sit.

Adhæc Accurs. intelligit istum text. in bonorum possessionibus, quæ ius tribuunt, & sic causa cognita præstantur, de quibus in tit. de bonorum possessio. in Instit. quod non est verum. Nam bonorum possessio est ius persequendi, retinendique patrimonij siue rei, quæ cuiusque, cum moritur, fuit. Vlpian. in l. iij. ff. de bonorum possessio. de quo iure non loquitur Iurisconsul. quod patet: quia terminus, possessio, est prius adiectum, & quamuis verba transposita idem fere significent, tamen in iure non ita in pluribus terminis. Nam possessio bonorum, est vsus bonorum, seu detentio rerum. l. quæstio. ff. de verbor. significatione. Bonorum verò possessio est ius persequendi & retinendi rei, quod remedium à Prætore inductum fuit, vt patet in titul. de bonor. possessio. vnde dicit Vlpia. Bonorum possessio (vt Labeo scribit) non vtique rerum possessio accipienda est: iuris enim magis est, quàm corporis possessio. l. iij. §. j. ff de bonorum possessio. Ideò tria exempla text. tendunt ad possessionem bonorum, non ad bonorum possessionem. Ideò de prima intelligi debent, quicquid Accurs. & Doctor. interpretentur Nam bonorum possessio vnum tantùm verbum est, possessio bonorum duo verba, bonorum possessor hęres dicitur de iure Prætorio. §. quos autem. de bonor. possess. in Institut. l. ij. ff de bonorum possessio. Possessor autem bonorum is, qui bona possidet. l. sciendum. ff. qui satisd. coganur.

Cautio dāni infecti.

Notandum est, quòd si quispiam ædes ruinosas iuxta meas habet, per quas timeo domui meæ damnum inferri, ego postulare possum à Prætore, vel Præside, & hoc pro tribunali, non domi, vel in itinere, vt ille mihi caueat de damno infecto, videlicet se sarciturum damnum, si ædes ruant: & iudex auditis partibus, & sic causa cognita, iubebit cauere intra tres dies, vel aliud tempus arbitrarium. l. 4. §. hoc autem. & l. eueniet. & sequen. ff. de damno infect. Ideò si intra diem à Prætore constitutum non caueatur, in possessionem eius rei actor mittendus est. dict. l. quarta. §. si intra.

Itaque Vlpian. scribit: *Cùm res damni infecti celeritatem desideret, & periculosa dilatio Prætori videtur, si ex hac causa sibi iurisdictionem reseruet, magistratibus municipalibus, delegandum hoc rectè putabit.* l. j. de dam. infec. Duas ergo res magistratibus municipalibus Prætor, vel Præses iniunxit, cautionem, & possessionem, cętera suæ iurisdictioni reseruauit si forte daretur non caueri, vt possideri liceat, quod cognita causa

causa fieri solet, non Duumuiros, sed Prætores, vel Præsides permissuros. Item vt ex hac causa decedatur de possessione. Vlpian. in dicta l. iiij. §. duas. cum seq. ibidem.

Sic dicit iste text. vt possessio bonorum detur alicui, mandari potest, vel in text. positum exempli causa ponitur, vt si causa damni infecti non caueatur, poterit Prætor mandare alteri, vt is iubeatur possidere, cui non cauetur, & hoc causa cognita solet fieri, & sic intelligitur primus casus: vel si dicatis, vt bonorum possessio detur in bonis debitoris ex primo decreto. iuxta l. si finita. §. si plures. ff. de dam. infect. & titulum de bonis auctori. iudic. possiden. hic erit primus casus, & præcedens secundus.

De partu alēdo mandari potest.

Tertius casus, quem text. ponit, est, vt si mulier dicens se prægnantem tempore mortis mariti, mittatur in possessionem bonorum, vt partus alatur, hoc mandari potest, vt hic. Si tamen calumniæ causa, fortè quia sciens se non esse prægnantem, missa fuerit in possessionem, Prætor illam calumniam impunitam non permitter. Vlpian. in l. j. ff. si mulier ventris nomi. in possessio. calumn. caus. esse dicatur. declarat Specul. in titul. de eo qui mittitur in possess. §. primo. & notatur illa mulier quæ per calumniam ventris nomine in possessionem missa est, dum asseuerat se prægnātem. Vlpian. in l. notatur. cum legib. seq. ff. de his qui not. infam.

Missio in possessionē causa legatorum seruandorum.

Quartus casus est, vt is, cui legatū est, causa legatorum seruādorum in possessionem mittatur: sciendum est Vlpian. sic scripsisse. ff. vt legatorum seu fideicommiss. seruandor. caus. caueat. *Legatorum nomine satisdari oportere Prætor putauit, vt quibus testator dari, fieriue voluit, iisdem vt detur, vel fiat, doloq; malum abfuturū stipuletur: semper autem satisdare cogatur cuiuscunque sit dignitatis, vel quarumcunque facultatum hæres, nec sine ratione hoc Prætori visum est, sicuti enim hæres incumbit possessioni bonorum, ita legatarios quoque carere non debere bonis defuncti, sed aut satisdari eis, aut si satis non detur, in possessionem bonorū venire Prætor voluit.* & alibi idem Vlpian. sic scribit: *Is, cui legatorum fideiue commissorum nomine non cauetur, missus in possessionem nunquam pro domino esse incipit, nec tam possessio rerum ei, quàm custodia datur. neque enim expellendi hæredem ius habet, sed simul cum eo possidere iubetur, vt saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat hæredi cautionem.* in titul. vt in possessione legato. vel fideicommiss. seruando. causa esse liceat.

Et sic quando per legatarium petitur satisdatio ab hærede, si non caueat, causæ cognitio interuenire debet summaria, vt docet Accurs. non plena, ideò non posset delegari: dicite contrarium, siue plena causæ interuenire debeat cognitio, in his possessionibus, siue summaria, delegari potest: quia iste tex. dicit simpliciter mandari posse, nec distinguit. & l. si is à quo. vt in possessio. lega. loquitur de cognitione, & sic de plena, vt hic: verum est, quod si dicatur legatarium per calumniam petere satisdationem, de ea re summatim debet Prætor cognoscere: sed de possessione plenariè, vt ibi, & non obstat. l. nec quicquam. §. vbi decretum. de officio Procons. quia non dicit cāusam, habērem plenam causæ cognitionem, non posse mandari sed non posse expediri per libellum sine causæ cognitione, & ita intelligi debet, quicquid iactent hic Doctor. & in l. iubere cauere. infrà. de iurisdictio. omnium iudicum.

Hodie non solet peti cautio, seu satisdatio legatorum, si ipsa sint purè relicta, quia potest l[ega]arum peti, ob id, *Modò constat de legato, modò agamus*, dicit 2
Vlpian. in l. si is à quo. ff. vt in possessio. legat. Sed & si legata relicta sint in diem, vel sub conditione, tunc quia mora fieri potest, ideò posset interim hæres ea consumere, ob id petitur cautio, vt legata conseruentur, & præstentur die adueniente, vel conditione. vt docet Specul. in tit. de pigno. §. sequitur. versi. sed & hæres. Vnde vidi Scholasticum petentem satisdationem ab hærede, à quo erat relicta domus præstanda, quando is Scholasticus erit Doctor, obtinuisse in forensi iudicio.

Cautio pro legatis in diē facienda.

Et sic patet in his tribus casibus mandari posse, vt possessio bonorum detur, & sic delegatus poterit cognoscere, an danda sit possessio nolenti cauere causa damni infecti, vel an mulier dicens se prægnantem mittenda sit in possessionem, vel etiam si hæres nolit satisdare, & eo casu pronuntiare poterit mittendos hos in possessionem, & eos mittere, quicquid Accurs. & cæteri scribant. Nam quamuis ma- 3
gistratibus municipalibus non permittatur. l. ea quæ. j. ff. ad municipal. tamen bene permittetur delegato Prætoris, vel Præsidis. l. j. ff. de dam. infect. vt suprà dictum fuit. & licèt videatur mixti imperij, tamen mandari posse teneo. in l. fin. infrà eod.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio aliena non potest committi.*
2 *Iurisdictionis ordinariæ proprium est, delegare.*
3 *Index dans alium iudicem dare non potest.*
4 *Restringitur. & seq.*
6 *Scientia & patientia sola non perficit mandatum.*
7 *Mandata iurisdictio mandari non potest, nisi lege permittente.*
8 *Sacerdotes mulei, & pauci, quomodo intelligendum.*
9 *Merum imperium causa valetudinis longa mandari potest.*
10 *Rex Franciæ potest causas ad eum relatas approbare, addere, vel diminuere pro ratione, non ex libito.*
11 *Locumtenens hominis authoritate non potest cognoscere de causa meri imperij.*
12 *Iurisdictiones sunt in regno Franciæ patrimoniales.*
13 *Soluere pensionem, vel aliquid pro molendino quis non tenetur, si sit inutile.*
14 *Audientia iuris dicendi quandoque deneganda.*
15 *Coercitio modica mādari potest. corporalis verò non.*
16 *Delegatus torturæ executionem non habet.*

LEX V. PAVLVS LIB. XVIII. AD PLAVTIVM.

MAndatam sibi iurisdictionē mandare alteri non posse manifestum est. Mandata iurisdictione priuato, etiam imperium, quod nō est merum, videtur mandari, quia iurisdictio sine modica coërcitione nulla est.

HÆc lex est vtilis, & ex ea colliguntur sequent. conclusiones, quarum prima est: Mandata iurisdictio non potest alteri mandari, per istum tex. quia Iulian. ait: *More maiorum ita comparatum esse, vt is*

Iurisdictio mandata.

vt is demum iurisdictionem mandare posit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet. l. more. infrà. de iurisdictio.omnium iudic. quia is, qui eam suscepit, nihil proprium habet. l.j.in fin.suprà eod. sed alieno beneficio. l.solet. de iurisd.om.iudic. & fungitur iurisdictione eius,& partibus, qui eam mandauit.d.l.j.
1 in fin.& l.iij.ibidem. Etiam quia priocipaliter ei non non est data iurisdictio.l.& quia.ff.de iurisd.om.iud. & aliena iurisdictio committi oon potest.l.vnica.C. qui pro sua iurisdict.alias rationes scripsi in l.j.suprà. & iste delegatus censetur esse subrogatus in locum ordinarij, quoad iudicandum, non autem vt iurisdictionem mandet.Doct.hic.

Lex eam non desert, sed confirmat mandatam iurisdictionem.l.& quia.ff.de iurisdict.omnium iud. Nam si lex istam mandatam iurisdictionem daret, posset ista iurisdictio mandari, & esset propria eius, qui eam haberet,quod non est in eo,cui est manda-
2 ta, vt superiùs dictuio fuit. & quamuis sit à lege approbata tanquam delegata,non autem tanquam ordinaria. vt d.l. cùm Prætor.ff.de iudic. & proprium iurisdictionis ordinariæ,est delegare. d.l.imperium. quod non proced r in iudice dato.

Nec me mouet,quòd etiam Legatus Proconsulis eam iurisdictionem propriam non habeat, nec alij delegati suo nomine eam exerceant, quod est fatendum, ergo eam non possunt mandare, hoc est diffitendum, quia etiam is, qui suo nomine non habet, eam mandare potest legis permissu. dicta l.cùm Prætor.ff.de iud.Ideò lex permittit istis,etiamsi non sint magistratus, quia lex non requirit ad delegationem magistratum esse,sed bene ad iussum,quia non potest quispiam iubere iudicare, qui non est magistratus. l.eum qui. ff.de iurisdict.omnium iudicum. vbi dicetur: nec ex diuersis bene argumētari potest. l.fi. ff de calumnia. nec dicitur quis alienam causam delegare, quando lex permittit mandare illam cognitionem, quam quis habet. vt dicitur de delegato Principis.in l.vnica.C.qui pro sua iurisdict.

Limitatur, vt is, cui mandata ėst iurisdictio, iudicem dare posit. l.cùm Prætor.ff.de iud. vt Legatus Proconsulis, & iudicem dare censetur, qui causam,vel causas,non iurisdictionem delegat.Iustinia. id declarat in d.l.vnica. C.qui pro sua iurisdict.

Er sic nō potest iudex datus alium dare iudicem,
3 quia ipse non habet iurisdictionē solidam,sed tātùm causæ cognitionem: ideo non potest dare iudicem, qui iurisdictionem non habet,nisi hoc lex permittat. l.cùm Prætor.ff.de iud.

At qui iurisdictionem sibi mandatam habet, non potest se abdicare illa iurisdictione.l.penultima.ff.de officio Præsid. nec eam alteri dare in præiudicium mandantis, & sine eius voluntate. l.solent §.primn. suprà. de officio Proconf. excusare tamen se potest, vt iurisdictionem non suscipiat. l. sciscitatus. de rescript. Si tamen semel iurisdictionem susceperit, alteri eam non committet, aliàs esset priuare superiorem sua voluntate, & iurisdictione, de iure ciuili.

Et de stricto iure quamuis prædicta procedant, & de iure Digestorum, tamen diuersum est de iure Canonico. cap.si is cui.de offic.deleg. lib.6.vbi quis mandat iurisdictionem in toto, & in parte, àttamen regula datur, vt delegatus non posit subdelegare, nisi in casibus seq.

4 Primò in delegato ad vniuersitatem causarum,is enim vnam causam delegare potest.cap.super quæstionum.§.si verò.vbi communiter Doctor.de offi. delegat.glossa & Doctor.in l.j.ff.quis & a quo & dicitur ad vniuersitatem, quando omnes causæ illius territorij, vel iurisdictionis committuntur.Ias.& alij in l.à iudice.C.de iud. & ideò is iudex dicitur datus de iure ciuili, id est, delegatus.

Delegatus ad vniuersitatē causarum.

Secundò non procedit, quando potestas data 5
esset delegato, vt ipse posset subdelegare. glossa & Doctor.in l.more.& in l. solent. ff.de iurisdict.omn iudic. quia tunc is videtur datus à delegante. l.item eorum.§.primo.ff.quod cuiusque vniuersita.no.cle. penul.de procurat. & cap.primo. & cap.si duo. illo titul. in vj. sicut scripsi de Vicario Episcopi in praxi benefic.titul.forma Vicarii.Archiepiscop.numer.80. & seq. nec sufficeret scientia & patientia ordinarij,
nisi expressè fuisset data potestas delegandi alicui: 6
quia sola scientia & patientia non dat mandatum.l. non eo minus.vbi Salicet.C de procur.& seruatur in Curiis Parlamenti. vt docet Guido Papa decisio. 40.quæritur. & consilio 84. circa. Bald. in l.j. ff. de nego.gest.quicquid Ias hîc dicat,quia mandata sunt facti,quæ non præsumuntur, licèt valeant acta facta præsente parte.glos.in d.l.j.

Item consensus partium nihil faceret sine delegatione,quia priuatorum consensus nō facit iudicem. l.priuatorum. C.de iurisd.om.iudic. Vnde si subdelegatus sit is,qui iudex esse non potest,vtpote alienæ iurisdictionis, tunc ille subdelegatus non erit iudex: ideò nulla erunt acta, & sententia. l.vnica.in fine.C. qui pro sua iurisd.& semper opponi poterit defectus iurisdictionis. glos.in clementin.vnica. de sequestra. possess. licèt Ias.contrarium teneat,sed eius sententia potest sustineri, vt valeat seotentia istius subdelegati, si aliàs erat Prætor, vel iudex, tunc valeret vt pactum.glos in l.ij.C.communia vtriusque iudic.

Iudex non fit ex solo consensu partium.

Tertiò vitiatur hæc regula, quando lex concederet mandare, vt Legato Proconsulis, vel patriæ consuetudo.l.cùm Prætor.ff.de iud.& sub ista restrictione aliæ comprehenduntur, quas Ias.tradit in d.l. à iudice. C.de iud.& Pirrus io l.nemo potest gladij. ff.de regul.iur.

Ex quo infertur quòd delegatus à Papa, habet potestatem à lege subdelegandi.cap.super.§.nos autem.& per totum.de officio delegat.siue totum,siue partem deleget.cap.super.§.prætereà.& c.quamuis. & sequen.illo titul. lib.6. Idem in delegato Principis docet Iustinian.in l.à iudice.C.de iud.& d l.vnica.

Ex his patet quid iuris sit,tam de iure Digestorum quàm Codicis, & de iure Canonico, nam de iure Digestorum non potest quis se abdicare iurisdictio-
ne, & sic mandata iurisdictio mandari non potest, 7
nisi lex permittat,aliàs is,cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest,quia iurisdictionem habet,quæ est iudicis dandi licentia. l.imperium. de iurisd.om. iudic. Laus Deo,quia ista breui traduntur,quæ tam effusè scripta sunt per Doctor.

Mandata etiam iurisdictione,&c.] Colligitur iurisdictionem mandari & committi posse priuato, id est, ei, qui aliàs magistratus non est, nec aliam iurisdictionem adeptus, vt abunde scripsi de hac dictione, priuatus in l. pupillus. §. minus. ff.de verbor.signific. sed vt superiùs scripsi, hodie in hoc regno priuatis non solet mandari iurisdictio,sed magistratibus.vt in l.& si Prætor.suprà eodem.

Priuatis in regno Frāciæ nulla mandatur iurisdictio.

Imperium

Imperium quod non est merum.] Ergo ex hoc text.& l.j.suprà eodem.regula elicitur, merum imperium mandari non posse l. solent. ff. de officio Procon.l.nemo potest gladij.de regul iuris. siue expresse, siue generaliter omnes causas mandando, l.j. suprà eodem.vbi Barr.& alij glo.in cap.quod sedes. de offic.ordinar. nec in toto, nec in parte, cùm prohibito toto & eius pars prohibita censeatur.l.quę de rota.ff.de rei vend.cap.pastoralis.§.j.de offic.delega. & maximè quia merum imperium diuidi non debet.vt in l.imperium dicam.

Tum quia eius, cui commissum est, electa industria censetur. vt ex l.j. liquet. in fine. C. de summa Trinitate. Iacob.Rauen.& Cy.in §.quæst. & vbi est electa personæ industria, actus non potest explicari per alium.l.inter. ff de solut. Nam omnes homines non sunt ingenio & eruditione similes, & virtus intellectus habitat in paucis, sicut inter infinitas spinas vix vnum lilium reperitur.teste Bald.in l.liberti.col. 3. C.de oper. libert. Nam multos esse sacerdotes, & paucos esse, docet Chrysostomus: paucos in opere, multos in nomine.c.fin.40.dist. sic & Cicer.multos homines esse refert, & paucos.l.Officio.

Tùm quia res est ardua,& grauis, cùm agatur de capite hominis, ob id mandari esse periculosum, cùm etiam olim à Cōsulibus ad populum esset prouocatio, si de capite ciuis Romani ageretur, vt docet Liuius in prima Decad.ab vrbe condita.& in l.2. suprà de orig.iuris. Etiam à Præfecto vrbis,qui licèt omnia sibi in vrbe crimina vendicet. l j. ff.de officio Præfect.vrb. etiam querelas filiorum, seruorum, & de pecuniariis causis cognoscebat. d.l.j.& ij.ibidem.

Præfecti vrbis potestas.

Et illi propter vim imperij licebat,sicut & cæteris magistratibus iurisdictionem, non autem merum imperium mandare.l.cùm Prætor.ff.de iudic.& hoc probat iste text.& quia lex prohibet hoc imperium mandari.d.l.j.suprà.& l.nemo ff.de reg.iur.

Vsuarius non potest aliũ vsuarium constituere.

Adhæc ratio est secundum Alciatum lib 2. Paradox.c.6.quia is,cui vsus relictus est,alium vsuarium constituere non potest. l.ij.vbi Bald. ff.de vsu & habitatione.§.primo.illo titulo.in Instit Sed magistratus habet exercitium & vsum.in l.j.sup.eod.ergo illum mandare non potest, quod reprobaui suprà. Nam per istam rationem nûquam posset imperium mandari:& tamen l.j.sup.permittit in casu absentiæ.

Restrictio præcedētis regulæ.

Limitatur ista regula ratione absentiæ. vt l.j.suprà eodem. l.ij.de officio eius, qui vicem alterius gerit. Nam ratione absentiæ quis restituitur læsus. l.j.ff.ex quib.caus.maior.& permittitur, quod alias prohibetur.l.de pollicitationibus. ff.de pollicitat quod est verum, quando longa esset absentia & necessaria,secus si breuis,vel affectata. Vlpian.in l si longius.ff.de iudic.Laur longa. & l.aut si valetudinem.de procur. l.& qui data.ex quibus caus maior.Idem existimant interpretes in absentia probabili & iusta.in l. j. suprà eodem.& in l.filiusfam.cum l.seq. ff.de Procurator.

Seruator loci.

Etiam in casu longæ absentiæ loci seruatorem facere posse,lex non denegat. §.ad hæc. in fin.in authen. de collato.colla.o.

Et reuerso iudice reuocata erit delegatio, nec est opus iudicis reuocatione. Bart. hîc. & quia cessante absentiæ causa cessat effectus. l. adigere. § quamuis. ff.de iure patron.l.quod dictum.ff de pact.& tantum debet prodesse tacita reuocatio, quantum expressa. l.cùm quid. ff. si certum petat. sed in expressa soluetur iudicium vetante iudice. l. iudicium soluitur. ff.de iudic. Nec procedit hoc casu. l. de qua re.ibid. quia non habet locum quando desiit esse iudex, nec dicitur causæ continentia diuidi, si tractetur coram delegante.l.nulli.vbi Doctor. C.de iudic. nisi iudex eo reuerso statim esset absfuturus.argum.l.cum aliis. C.de curat.furios.l.qui mutuam. §.non eo minus.ff. mandati.l. Martius. loca. ff. facit cap.si delegatus. de officio deleg lib.6.

Idem dicendum est ratione valetudinis longæ, vt etiam merum imperium mandari posit. Bart in l j. suprà eodem.facit l.aut si valetudinem.de Procurat. l.sciendum.& l sed etsi. ad Trebel.

Nec refragatur dicta l.j.suprà.ibi, *Non aliter mandare poterit, quàm si abesse cœperit*, ergo in casu valetudinis, non in aliis. Respondeo, non excludi similem casum eandem habentem rationem. l. adigere. §. quamuis. ff.de iure patronat. & causa valetudinis & absentiæ æquiparantur l.quæsitum.ff.de re iudic. & legib. superiùs allegatis, vbi adest eadem necessitas, & in æquiparatis statutum in vno seruatur, & in alio c.de multa de præb.dixi in d.l.j.

Intellige in graui valetudine, quæ omne negotium agere impedit, vt dicitur de morbo sentico. in l.morbus vbi scripsi.ff.de verbor.significatione. & l. quæsitum.de re iudic. Alexand.in l.solet. cum l.seq. de iurisd om.iud.

Idem dicendum existimarem in iudice occupato multitudine causarum,vel negotiorum. l.placet. C. de præda. iud. melius facit text.in l. si longius. ibi: *Si fortè occupatio aliqua iudicem non patiatur.* de iudic. vt vnam causam etiam criminalem mandare posit, cùm ferè eadem ratio sit cum absentia, & valetudine.l.casus. C.de testam.l.vnica. ff.si famil. furtum fecisse dicatur. vbi Bart. & in l.ij. C.de his qui latro. facit l.aliquando.ff.de offic Proconf.& cap.licet.de feriis.l.aut si valetudinem. cum l.seq.ff.de Procurat. & eadem est æquitas, licèt Doctor. dicant ob hanc delegationem dispositionem facilè illudi posse, hoc tamen non video vnde seruaretur in hoc ista limitatio,vt posset fieri delegatio, maximè quia ius canonicum etiam hoc permittit, quod verum censerem, si impeditus esset multitudine causarū criminalium, secus si ciuilium,quia eo casu causas ciuiles mandaret,non autem criminales,per prædicta.

Credendum esset his casibus iudicandi se præpeditum, vel necessaria causa absiturum. per l.si publicanus §.j.ff.de publica.glos.in §.pastoralis.in verbo,exonerare. de officio delegati. & quia pro iudice est præsumendum. l.Herennius. ff.de euictio.cap.ad audientiam. de præscript. Nisi à parte contrarium probaretur, & sic debet intelligi opinio Iaf. & aliorum contrarium asserentium.

Secundò, non procedit, quando Imperator, vel Rex expressè mandaret merum imperium. l.j.C.de precib.Impera.offer.l.fin.C.vbi senat.vel clarif.quia ipse supra leges est, & ipsis solutus. l.Princeps. ff.de legib. l.ex imperfecto.C.de testam. Et sufficiet, si ex certa scientia Princeps mandet.l.Barbarius. ff.de offic.Præsid l.quidam.de re iud.

Imperator vel Rex merum imperium expressè mandare potest.

Sed hoc casu delegatus Principis imperium illi concessum non mandabit, tum ratione prohibitionis, quæ est in l.j.suprà. tum quia electa est industria personæ, & quia ardua est causa, & huius sunt sententiæ. Iacob. Cy. & quidam alij. & quia propriam iurisdictio

iurisdictionem non habet,licèt,communis sententia contrarium firmet,per l.primam.C. qui pro sua iurisd.quæ secum non facit. vt planè ibi scripsi in nouo intellectu ad illam legem.

Legatus Principis merum imperium nõ mandat.

Et quamuis Principis legatus mandare iurisdictionem possit,non tamen merum imperium.l.à iudice.C.de iud.l. cùm Prætor. ff.de iud. quia eius est electa industria,& ita semper vidi seruari. Sed si ille moriatur,vel aliàs non possit cognoscere, sufficitur in locum eius alius à Principe,& ille nõ posset mandare,cui mãdatum est scribit Pau.Turreti.in disputa.incipien. Rex Aragonum.in primo dubio.

Etiamsi esset ei vniuersa iurisdictio mandata, sicut nec ordinarius, qui firmiorem delegato iurisdictionem habet.l.more.eum l.seq.ff. de iuris.om.iud. l.nemo potest gladij.ff.de reg.iur.

Speciale in delegato Principis.

Sed erit speciale in delegato Principis, vt ad ipsum appelletur, non autem ad ipsum Principem.l. vnica. C.qui pro sua iurisdictione.vt ibi dixi,in intellectu ad illam legem. Nam si liceret ei mandare imperium,auferret iurisdictionẽ ordinariam, quod in dubio Princeps nollet facere. c. super eo.de offic. delegar.c.quamuis.de rescript.in 6. l.ij.§. meritò. ff. ne quum in loco public.fiat.§. fin. in authen. vt defuncti seu funera. colla. 5. & si Princeps deleget in vno casu, non sequitur, quòd is in alio casu delegare possit, sicut de casu absentiæ dicitur in l.prima supra vbi dicit,non aliter,&c.

Nisi fortè isti delegato esset specialis delegãdi potestas à Principe tributa. Nã hoc casu mãdaret nomine Principis,& nõ suo.clemen.fin.de Procurat.c. is qui.de offic.deleg.in 6.& sic intelligetur doctrina Bart.& aliorum in l.more.vt suprà dictum extitit.

Et poterunt isti iudices dati omnia expedire,quæ ordinarij facerent, cùm iste text.non distinguat, & ne delictorum punitio differatur citra nouissimum supplicium, & membri abscisionem, nam periculosum esset pœnam differre; maximè in insigni latrone,cui & mortis pœna infligi poterit.l.penult. C.de feriis.vt abundè scripsi in l.prima suprà.

Item delegati Principis & membri abscisionem imponere poterunt, quando eis mandatum erit.l.fi. C.vbi Senato.vel clarissi. vbi expresse sibi Princeps definitionem reseruat, aliàs sine reseruatione posset delegatus Principis,quando in mãdato hoc ei commissum esset,alioqui iusta volũtas Principis non seruaretur,quod esset iniquum, & sic vidi semper seruari in Frãcia,vt committi processus criminalis aliquibus soleat vsque ad sententiæ definitiuæ exclusionem, & prolationem. Et isti iudices à rege dati,
10 postea referunt illi conclusionẽ consilij: ipse approbat,addit,vel diminuit pro ratione, sed non pro volũtate,vt alibi scripsi. Nam si pro libito posset addere,non oporteret habere iudices, sed ipse condẽnaret,vel absolueret sine causa,vt tyrannus, quod non est existimandum. facit l.diui.in fin.ff.de pœnis.

Substitutus in locũ demortui.

Tertio,limitatur in substituto in locum mortui, vel absentis, vt de mero imperio cognoscere possit. l. j.§.à præfectis ff. de legat.3.l. proponebatur de iudic. sed ista restrictio non videtur Doctoribus habere dubitationẽ, quia si substitutus fuerit in locum demortui ordinarij, erit ordinarius, & sic poterit exercere merum imperium, si ei commissum sit.

Si verò suffectus sit à Principe in locum eius, qui merum habebat imperium, eius iure vtetur, quo prior in cuius locum suffectus est. l. si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.

Sed si esset substitutus ab ipso ordinario,idem dicendum esset, quod in delegato superius diximus. Nam verè delegatus esset,vt ea quæ sunt meri imperij exercere non possit,saltem mortem, vel membri abscisionem non imponet, vt prædixi.

Aduertendum est, quod Seneschalli & Balliui habent in Francia iudices, quos vocant Locumtenentes, dubium est, an eandem iurisdictionem habeant, quàm & Seneschalli, & an habeant merum imperium. Et an præsente Balliuo, vel Seneschallo cognoscere possint, demum, an si causa à Rege commissa sit Seneschallo,an ipse Locumtenens cognoscere possit.Istę quæstiones forenses sunt,& vtiles:ideò visum est eas tradendas esse,quamuis interpretes illas non ita doceant.

Locumtenẽtes Seneschallorũ.

Ad primam respondeo,Locumtenẽtes ipsos eandem habere iurisdictionem, quàm & Seneschalli. per l. ij. C. de offic. eius qui vicem alterius gerit. & ipsi dicuntur horum assessores, & per eos exercetur iudicium,& ius dicitur,cùm cõmuniter Seneschalli sunt inexperti ad ius reddendũ.§.primo.in authen. de iudicib.colla.6. ideo isti Locumtenentes sunt iudices illorum,quibus committitur exercitium iurisdictionis. Item etiam merum imperium habere videntur, sicut ipsi Balliui,quia ad hoc præfecti sunt à Rege,sicut & ipsi Seneschalli. Imò istis Locumtenentibus datur exercitatio iurisdictionis, & publici iudicij vt in hoc textu.& d. l. j. quia Balliui & Rectores communiter sunt ignari, & nescirent ius dicere, ideo Locumtenentes sunt illis assessores,& ius dicunt.vt in titul. de assessoribus dicetur, quamuis glos.in l.fin.C.de offic. eius qui vicem alterius gerit, dicat istos nõ posse de mero imperio cognoscere.sic dicitur in l.solent. ff. de offic. Proconsul. Sed ibi

Legatus Proconsulis non potest iudicare.

intelligitur de legato facto authoritate Proconsulis, qui tantùm audire potest, sed non iudicare,& idem esset in Locũ tenente Seneschalli,si ab eo ipso præficeretur,sed quia à Rege præficitur, sicut . eneschallus,ideo datur ei illa iurisdictio,quæ & Seneschallo, vel Balliuo,& exercitium illius.

Siue præsens sit Seneschallus, siue absens, quicquid dicat Bart.in l. obseruare. in princip. suprà de offic. Proconsul. & ita seruat vsus Franciæ forensis, quando Seneschallus non est iurisperitus. Etiam si Præside defuncto prouinc a regẽda commissa esset. Nam illi eadem iurisdictio dabitur, quæ & isti dari solita erat,in cuius locum subrogatur.l.prima. ff.de tutor.& curat.dat.ab his.

Locumtenens Seneschalli à Rege commissus.

Item si causa commissa sit Seneschallo Bellicadri,poterit cognoscere Locumtenens eius,licet non exprimatur, quia est iudex Locumtenentis primarius,& ad exercitium iurisdictionis præfectus. Ideò Rex committendo Seneschallo,videtur & committere Locumtenenti eius; alioqui sequeretur,quod partes non haberent iudicem,quod esset inconueniens. l meminisse.ff.de offic. Proconsul.§.illud. in authent. de administrato.collat.7.

Et quia illis Locumtenentibus à Rege data est vniuersalis iurisdictio,sicut Seneschallis, ergo & ipsi cognoscere poterunt.

Imò absente primario Locumtenente, dicerem secundarium cognoscere etiam posse, quia datus est ab ipso Rege ad vniuersitatem iurisdictionis, sicut

primus, sed non præsente primo: ergo si sit absens, vel cognoscere nolit, poterit secundarius iudex Baillivi cognoscere, de hac causa Bailliuo commissa, vel si fuerit primus recusatus, vt scripsi in tractat. de recusat. 103. tomo Constit. Reg.

Quod est verum, quando vterque locumtenens esset ab ipso Rege creatus, secus si à Seneschallo, vt docet patruus meus Iacobus Rebuf. in l. ex eo. C. de

11 agenti. in reb. lib. 12. Nam docet Bald. locumtenentem hominis authoritate non posse cognoscere de causa meri imperij, sicut Legatus Proconsulis, secus si à lege, vel Principe, in authentica, sed nouo iure. in princip. C. de furt. Chassan. in Consuet. Burgund. in rub. *des iustices.* in verbo, *& droict d'icelles.* num. 73. & seq. Ias. in l. si eadem. ff. de Assessor.

Hodie tamen praxis habet ad euitandum has opiniones, vt in rescriptis & literis Regiis soleat exprimi Seneschallus & locumtenens, sic: *Henry, &c. au Seneschal de Lyon, ou à son Lieutenant, Salut, &c.* [Henricus, &c. Seneschallo Lugdunensi, vel suo locumtenenti, salutem, &c.]

Quartò, non procedit de iure canonico, quo iure causæ meri etiam imperij mandari possunt. c. quod sedem. de officio ordin. cap. in Archiepiscopatu. de rapto. & hoc communiter tenetur, quia non censetur hoc iure electa personæ industria, nisi hoc expressè appareat, vel sit de reseruatis Papæ. cap. quod translationem. de officio legat. c. fin. de offic. delegat. & quando cognoscitur electam esse industriam, docent Iason, & Purpurat. hic. dicite vt superius scripsi in l. prima.

Quintò, hæc regula vitiatur, si lex in aliis casibus permitteret delegationem, vt ducibus belli. in l. tam collatores. C. de re militari. lib. 12. vbi Bart. & Iacob. Rebuf. & Doctor. in l. à iudice. C. de iudic. maximè per Ias. vel si consuetudo hoc permitteret, sed in re-

12 gno Franciæ nō, in quo iurisdictiones patrimoniales sunt, teste Alber. in l. prima. suprà eodem. scripsi in rub. suprà.

Vnde inquisitores possunt mandare lege permittente clemen. 2. & ibi glos. in verbo, ipsorum. de hæretic. Nam hoc fieri de conscientia legis, docet Bal. in l. solent. suprà. de offic. Proconf. & in l. placet. C. de pædan. iudic. & potest haberi consilium super mero imperio. l. prima. vbi Dec. in glos. prima. infrà. titul. proximo.

Delegatio generalis. Vltimò, in quibus casibus merū imperium mandari potest, sub delegatione tamen generali non continetur. l. prima. in fine. suprà eodem. d. l. solent. de offic. Proconf. cap. 2. de officio Vicar. lib. 6. ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. Vlpian. in l. item apud. §. ait Prætor. ff. de iniur. de quo dicam in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud.

Delegatio vniuersalis. Nisi delegatio esset vniuersalis. l. quædam. ff. de acqui. rerum dom. vt superiùs dictū fuit in l. prima. vel nisi verba essent amplissima, vt: Mando quicquid iuris iurisdictionis sue habeo in tali castro. l. si in aliquem. §. cùm plenissimam. ff. de officio Proconf. aut si competeret iure magistratus. in l. prima. suprà eodem. vel si imperium cohæreret iurisdictioni. §. fi. l. j. suprà. Alia longè latéque tractat interpretes io d. l. j. suprà. quæ ibi videri poterunt.

Alia est regula ex hoc text. elicita, ibi: Quod non est merum. Ea quæ mixti sunt imperij, mandari possunt. per istum textum, ibi, mandata iurisdictione priuato, etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari: ergo si imperium, quod non est merum, mandetur iurisdictione mandata, & sic tacitè, multò magis expressè mandari poterit & imperium quod non est merum, mixtum est, quia non est aliud quoad hanc materiam. id. d. l. imperium. infrà. de iurisdictione omnium iudicum. ergo mixtum imperium mandari potest.

Merum imperium prohibetur mandari. in l. prima. ergo mixtum permitti videtur: nam cùm Prætor vnum vetat, alterum permittit. l. cùm Prætor. ff. de iud. c. nónne. de præsumptio. *Imperium mixtum mādari posse.*

Iurisdictio inest imperio. d. l. imperium. & iurisdictio mandari potest. l. j. suprà eod. hic & imperium mixtum, cui inest iurisdictio.

Præterea vbi sunt duæ regulæ generales, vna prohibitiua, altera permissiua, attenditur illa, quæ permittit, vt pulchre docet Iason in l. prima. §. veteres. numero sexto. ff. de acquirend. possessio. sed in imperio mixto concurrunt duæ regulæ, vna negatiua, prohibens merum imperium mandari, altera permissiua, concedens iurisdictionem mandari. dicta l. prima. suprà. ideò respiciemus ad id, quod est permissiorum, licet diuersum esset: si altera regula esset generalis, altera specialis, tunc specialis attenderetur. & Bart. doctrina sic est intelligenda, in l. tutor. ff. de suspectis tutor. *Regulæ duæ generales.*

Adhæc, mixtum imperium competere ratione magistratus Doctor. asserunt, præcipuè Alciat. libro Paradox. secundo. c. primo. dicens l. l. primam tantùm de mero imperio prohibuisse, & si voluisset intelligere de mixto, procul dubio dixisset. l. viuca. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tolleod. c. ad audientiam. de decimis.

Etiam iubere cauere, & in possessionem mittere, est mixti imperij. l iubere. ff. de iurisd. om. iudic. & tamen mandari ista possunt. l. cogitio. §. final. suprà eodem.

Idem dicunt de in integrū restitutione, quæ non competit nisi maioribus magistratibus, non municipalibus. l. ea quæ. §. primo. ad municipal. ff. & tamen mandari potest. l. fin. C. vbi & quand. cognitio. ergo ea quæ mixti sunt imperij regulariter mandari poterunt, tam expressè, quàm tacitè.

Limitatur non procedere quando alicui lege, Senatusconf. vel Principum cōstitutione tributum est specialiter hoc imperium. d. l. prima.

Vel in casibus, in quibus lex prohibuit ex causa fortè ardua, tunc legis inhibitioni standum est. l. non dubium. C. de legib.

Item potest quædam iudex mandare, & reliqua sibi reseruare. l. 4. §. duas. ff. de dam. infect. Et sub his comprehendūtur ea, quæ fusissime Doctor. tradūt in d. l. prima. suprà eod. & Paul. Turrentin. in sua disput. incipiente, Rex Aragonum. in 3. dubio.

Quia iurisdictio sine modica coërcitionem nulla est.] Id est, inefficax & inutilis. Nam si nollent homines parere isti iudici, ipse non posset aliquo remedio vti contra eos, vt docet hic Bald. & alij. Ideò necesse est, vt cui iurisdictio cōcessa est, omnia concedantur, sine quibus iurisdictio non posset explicari. l. 2. infrà. titul. 2. Et sic infert Iason inutilem actum nullum esse, & maritum inutilem vxori, nullum,

lium, quo ad effectum. dicit gl. in l. si plagij. C. de plagiar. & obligationi omni accedere potest fideiussor. l. prima. ff. de fideiussor. tamen si nulla vel inefficax sit, non poterit, sicut nec pignus. l. 2. in glos. vlt. ff. de condictio. ob turp. caus. Etiam si quis teneatur soluere pensionem, vel aliquid pro molendino, si sit inutile, non tenebitur. l. prima. C. de iure emphyt. Bald. in §. si quis. de manso. de controuers. inuesti. tractatur in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & l. quotiēs. qui satisdar. cog. vbi dicetur. Etiam scribit Papa in delegato, vt renitentem compellere posit, eò quòd iurisdictio illa nullius momenti videretur, si coërcitionem aliquam non haberet. c. pastoralis. in princ. eod. Imò iurisdictio delusoria videretur, si etiam sub delegatus aliquam coërcitionem non haberet. c. seq. ex literis. ibidem.

Obligationi inefficaci nō potest accedere fideiussor.

13

Nec refragatur c. cùm contingat. de foro compet. vbi iurisdictio est sine coërcitione, & ita not. Cardi. ibi & Imo. & Feli. in c. auditis. col. 6. de præscrip. Ego dicerem ibi capitulum Beluacense præscripsisse iurisdictionem in ciuilibus, sed in criminalibus non: ob id dicit Papa capitulum non potuisse excommunicare, nec coërcere, id est, pro excessibus castigare, & punire seruientes capituli, sed ad Episcopum spectare, tamen ibi iurisdictio ciuilis non erat sine aliqua coercitione, prout præscripta erat.

Subtilis tamen scholasticus conclusionem sustinere posset hanc, iurisdictionem sine coërcitione esse, quando sic præscripta fuit. per d. c. cùm contingat. & potest respondere huic text. iurisdictionem criminalem nō esse sine coërcitione, sed ciuilem sic, quando præscripta fuit sine coërcitione, alia tamen in fi. text. d. c. cùm contingat excipit, videlicet indulgentiam & consuetudinē, & vide ibi Soci. 10 5. notab.

Dicet quis, in quo consistat hæc modica coërcitio. Bart. & alij in l. 1j. de iurisd. om. iud. dicunt intelligendum de coërcitione verbali, non autem de reali, vel personali, vt loquitur. Vnde potest delegatus denegare iurisdictionem nō parenti. l. sed si per prætorem. §. sed & si cum decreto. ex quibus caus. maior. Bart. & alij in l. magistratibus. vbi dicam de iurisd. omn. iudic.

Coërcitio quomodo hic accipiatur.

Ego putarem hic generaliter accipi coërcitionē. Nam coërcere significat compellere, cōtinere, comprimere, seu punire. l. diuus. 2. ff. de fals. quod potest fieri mulcta pecuniaria. l. quinque summales. C. de decur. lib. 10. vbi exprimitur pecuniaria mulcta, & multotiens solet exprimi, vt quis mulcta pecuniaria puniatur. l. fi. ff. de iniur. Sed si non exprimatur, pro materia intelligetur, interdum pro pecuniaria mulcta, vel alia. in l. iij. ff. quod quisque iur. Adeo vt iudex debeat comprimere & compellere eum, qui est coërcendus, & postquàm non exprimitur, residet in suo arbitrio. l. prima. ff. de effract. Interdum pro pœna corporis accipitur. Pœna autem est omnium delictorum coërcitio. l. aliud est fraus. §. primo. ff. de verb. signifi. l. si quis iniuriam. iuncta glos. ff. de iniur. l. medicus. de variis & extraordinariis cognitio. vide quæ scripsi in l. hæc stipulatio. ff. de verb. signi. Nam omnibus magistratibus concessum est iurisdictionem suam etiam pœnali iudicio defendere. Vlpia. in l. vnica. infrà, si quis ius dicenti non obtempera. cap. primo. de offic. delegat. vbi plenè Doctor. Et magistratibus etiam municipalibus modica castigatio nō est deneganda. l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. itáque consistere hæc coërcitio potest tam in mulcta, quàm in pœna.

Et seruatur, quod is qui iurisdictionem tantùm habet, si ei non pareatur, vel contemnatur, potest rebellem in carcerem detrudere, & custodire illum per viginti horas iuxta l. capite quinto. ff. de adulter. Potest etiam paruam mulctam irrogare, & detinere condemnatum quousque soluerit illam. l. vnica. ff. si quis ius dicen. non obtemper.

Et sic hæc modica coërcitio in his consistit, & vt posit continuam iudex audientiam denegare. l. sed & si per prætorem. §. sed & si dum decreto. ff. ex quib. caus. maior. Et habebit partem rebellem pro confessa, si nolit respondere in casibus à iure expressis, in c. 1j. de confes. lib. vj. & condemnabit ad expensas, & alia quæ tradit Innocen. in c. primo. de offic. delegat. Angel. & Iacob. in l ij. infrà titul. seq. Vnde hoc anno cùm quidam nobilis diffamatus de homicidio, & absens per procuratorem in causa alia audiri cuperet, senatus eidem audientiam denegauit, requirēte do. Rāllio Aduocato Regio egregio, anno 1556.

Modica coërcitio in quibus consistat.

14

Item exactis Regibus Consules duo constituti sunt, qui tamen, ne per omnia Regiam potestatem sibi vendicarent, lege lata factum est, vt ab eis prouocatio esset, néue possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi, solùm relictum est illis, vt coërcere possent, & in vincula publica duci iuberent. l. ij. §. exactis. ff. de orig. iur. c. de liguribus. 23. q. v. l. penult. in fi. ff. de parricid. & sic habens iurisdictionem solam, habet etiam coërcitionem, vt hic, vt iurisdictionem suam exercere posit, & tueri, & ista nō est meri imperij, sed grauis coërcitio. sic. l. si quid. suprà de offi. Proconf. & sic modica coërcitio dicetur, quę sufficiens erit ad cogendum partes iussionibus iudicis parere, teueri, & alia quę ad iurisdictionem exercendam pertinent, aliàs inutilis esset iurisdictio, & nulla, vt dicit iste text. dicam in l. imperium. infrà. de iurisd. omn. iudic.

Interpretes in d. l. imperium. ff. de iur. om. iud. sese valde torquent dicentes, Bart. esse sibi contrarium super hac quæstione, an modica coërcitio delegari posit. Ego pro certo putarem vanam fore quæstionem. Nam postquam iurisdictio sine coërcitione non est, ipsa delegari potest, quia ea ipsa coërcitio transit. Item si mandando iurisdictionem coërcitio sequatur, per istum text. ergo & expressè mandari poterit. Nam si ea quæ tacitè insunt exprimantur, non nocent. l. iij ff. de legat. primo. licèt quidam intelligant coërcitionem modicam mixti esse imperij, magnam vero meri, & coërcitionem iurisdictio non habet, sed mixtum imperium, cui iurisdictio inest. l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. Ego verò primæ inhærerem sententiæ, vt hæc modica coërcitio mandari possit, sed corporalis non. l. nemo potest gladij. ff. de regul. iur. 15

Sed an delegatus coërcitionem habeat in personam? Bart. in d. l. magistratibus, dicit delegatis competere modicam coërcitionē, sed nullo modo potest corpus tangere. per text. in §. si verò ignoti. in auth. de testibus colla. 7. Sed quia ille text. videtur corruptus, ideò sicut habetur in Nouellis, volui transcribere. ***Si verò ignoti sint, & vndecunque obscuri, videsturque omninò aliquid de veritate in proferendo testimonio corrumpere voluisse, possunt etiam tormentis subiici, & iudices, si cum magistratu sint, ipsi hoc f-***

Delegatus non habet corporalē coërcitionem.

ciant, si alij quidam præter eos, qui magistratus gerunt, hic quidem assumant apparitorem magnificentissimi Prætoris plebeij, in prouinciis verò locorum defensorem, perque eos adhibeant illis tormentorum periculum, vt hoc saltem fine nihil de veritate occultent, aut hac etiam ratione deprehendantur accepta pecunia testimonium dixisse, aut alioqui circa ipsam dolo versatos esse. Dom. Bellonius libro supputatio. 4. c. 13. corruptum textum dicit, ibi, defensorem, & debere esse, defensoris, quia absurdum esset defensorem ciuitatis æquiparari apparitori, sed nullum est ibi absurdum, si perpendatur text. oculatè. Nam si coram delegato quis protulerit falsum testimonium, iudex iste delegatus ad torturam condemnabit, vel ad mulctam ratione falsi coram eo commissi. l. nullum. C. de testibus. sed executionem torturæ faciet Prætor
16 plebeius in ciuitate per suum apparitorem, & in prouincia defensor per suos ministros, & milites. de quibus dictum fuit in l. prima. suprà. de officio Præfect. vrb. quia iudices torturam non per se imponere solent, sed per suos ministros, & apparitores.

Et sic debet conciliari l. nullum. C. de testib. cum dicto §. si verò ignoti. & l. Diuus. ff. de fals. in praxi tamen seruatur, vt delegatus ad mulctam condemnare posit testem, coram eo falsum deponentem, & sic extra ordinem, non verò pœna ordinaria legis Corneliæ, & sic docet Salicet. in dicta l. nullum. & Doctor. in l. j. suprà. facit text. in cap. 2. in fine. de ordin. cogni. & Aufre. in clementina prima. de offic. ordinarij. Felin. in cap. prætereà. de testib. vide quæ scribam in l. vnica. infrà, Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

De officio Assessorum. Tit. XXII.

SCIENDVM est Speculatorē istam materiam tractasse in prima parte sui operis tit. de Assessore. Imprimis docent Assessorem illum esse, quem is, qui iudicandi potestatem habet, sibi adiungit, vt in causæ cognitione secum assistat, & ad rectè causam decidendam instruat: nam assidere, est iuxtà sedere, seu propè, & assistere, vt Cicero probat in Verrē, Sthenius est is qui nobis assidet. & de Diuina. Lacedæmonij Regibus suis augurē Assessorē dederunt. Inde inuentum fuit hoc officium, vt imperitiæ iudicātis succurratur. teste Ang. consil. 371. primus punctus. col. j. vt refert Dec. consi. 8. viso puncto. nu. 3. versi. his tamen non obstantibus. dicens etiam post Bar. & Doct. in l. j. infr. eo. Assessorem nullam habere iurisdictionem, sed consilium iudici dat, vnde Assessores generali vocabulo dicūtur, siue consilij tantùm gratia vocētur, siue etiam vt iudicent, & illi Consiliarij à Paulo nominantur. in l. penult. infrà eod. siue vt comitentur, per hanc rub. iuncta l. diem functo. infrà.

Hodie verò in hoc regno æquiparamus istis iudices Seneschallorum, quos locumtenētes vulgus vocat. Solēt autem hi à Rege sicut Seneschalli præfici, ob id iurisdictionem habent, & illam exercent, siue in præsentia, siue in absentia Præsidum Seneschallorum, vel Bailliuorum, vt dictum fuit in tit. præced. l. fin. in 3. limita. Est etiam Assessor apud Pictones ordinariam habens iurisdictionem & instar Præpositi primariam in ciuitate Pictauiensi, de quo meminit Chassa. in catha. glo. mundi. in 7. parte. conside. 27.

Et ideò isti iudices Seneschallorum & Bailliuorum, & alij qui iunguntur magistratibus imperitis, dicuntur Assessores illorum. text. in §. j. in authen. de iudicib. collat. 6. vbi sic scribit Iustinian. *Nostris enim administratoribus adsunt modis omnibus Assessores, ea, quæ legum sunt, explicantes, & occupationes adimplentes eorum: quoniam multis detenti curis, quas apud nos habent, meritò iudiciorum complent partem per suorum præsentiam Assessorum.* Et sic nō solùm inuenti sunt, vt imperitiæ iudicantis succurrāt, verùm etiam propter varias occupationes. d. §. j. & glos. in c. statutum. §. Assessorem. de rescript. lib. 6.

Etiam non est inconueniens peritum iudicem sibi habere Assessorem. d. c. statutum. §. Assessorem. sed est differentia. Nam iudex peritus non tenetur consilium Assessoris sequi, secus in imperito. vt docet Anthon. Butri. in c. cùm olim. in fi. de arbit. & Alex. in l. si conuenerit. ff. de re iudic. Et eisdem priuilegiis gaudere debent, quibus & potestates, & Seneschalli, quibus subsunt. per tex. iuncta glo. in verb. quod pro voto. in l. restituendæ. C. de Aduoca. diuerso. iud. & sic æqualis honor eis impendi debet. teste G. Pan de Puteano in tractat. Syndica. in versic. Assessor. facit l. non parum. C. eod.

Imperitus iudex, consilium Assessoris tenetur sequi.

Iudices tamen in Francia, siue Ecclesiastici, siue laici, in causis decidendis vocare solent peritos. & illorum consilium sequi, & ex Constitutione Regis hoc tenentur facere, qui illo iure vtuntur, vt etiam scripsi in d. Constitut. Regi. & isti Consiliarij vocari possunt. l. Consiliaris. infra. quia cōsulunt iudicibus, qui eos vocāt. Hodie in quibusdam ciuitatibus, sicut in Montepessulano, vidi vnum præfectum iustitiæ administrandæ in domo Consulum, vel Schabinorum, qui vocabatur Assessor, & habebat iurisdictionem, & quando præficitur ad officium, putarē eum sic creatum iurisdictionem habere, Consiliarios verò vocatos ad consulēdum super processu à iudice, nullam habere iurisdictionem, & hoc iure vtimur in Francia. De assessura loquitur Vlpian. in l. fin. ff. de proxenet.

Assessor habens iurisdictionem.

Lex I. Pavlvs lib. singvlari de offic. Assessorvm.

OMne officium Assessorum, quo iuris studiosi partibus suis funguntur, in his ferè causis constat, in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis.

POstquam superiùs tractauit de officio delegatorum, nunc tractat de officio Assessorum, & in quo consistat: dicens, omne officium Assessorum versari in cognitionibus causarum ciuilium, & criminalium, vt dum Prætor, vel alius, cui assidet, cognoscit, ipse adsit, & sic in his cognitionibus, quæ fiunt coram Prætore, vel alio, vt ipse Assessor consulat: nam ipse non cognoscebat. Hodie cùm sint ipsi iudices, & ad hoc Præfecti, in cognitionibus causarum consistit illorum officium, vt cognoscant de postulationibus partiū verbo, vel scripto factis, an

Assessorum officium.

an iuſtæ ſint, & an debeant recipi, néc ne: vel reiici ſtultæ. vt in l. Domitius Labeo. ff. de teſtam. & poſſet accipi pro ſupplicatione, & petitionibus etiam verbo factis: quia omnes poſſunt dici poſtulationes, vel libelli, vt in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio Proconſ. Nec poterat ipſe Aſſeſſor libellis ſubſcribere. l. ij. C. eodem. ſed Seneſchallus, vel alius magiſtratus: hodie tamen contrarium eſt, quia iudex ſubſcribit, non Seneſchallus, Gubernatur, vel Balliuus, quia hi deciperētur, cùm non ſemper intelligant iudicij rigorem. & ſic d. l. ij. non ſeruatur in Francia.

In libellis.] Videlicet, an libellus ſit bene conceptus, & an ſit recipiendus néc ne. vt docet text. in authent. offeratur. C. de litis conteſtatio. c. j. de libel. obla. & cap. ſacerdotibus. 11. quæſtione 1. Bald. in l. de quibus. in fin. ff de legib. & Panormitan. in cap. cùm Eccleſiaſticæ. columna 2. de excepti. De hoc dixi in d. l. nec quiquam. §. vbi. ſuprà de officio Proconſ. & dum interpretes dicunt iudicem ex officio ſine partis petitione reiicere libellum, vel teſtes poſſe: ergo in forenſi iudicio. Vidi ſemper obſeruari, vt ſine petitione iudex procedere non ſoleat, alioqui acciperetur tanquam pars.

Edictis.] Id eſt, in citationibus, an factæ ſint vna poſt alteram, & an iure, & ritè factæ ſint. Et an peremptorium elapſum fuerit. vt in l ad peremptorium edictum. cum l. ſeq. ff. de iudic. vel de citationibus in criminalibus intelligi poteſt, quæ fiunt per triduum, &, vt dicanici vocant, ad tres breues dies, de quibus Papinian. meminit in l. inter accuſatorem. ff. de accuſat.

Vel intelligi poteſt officium Aſſeſſoris conſtare in edictis, hoc eſt, in his quæ edicuntur. & ſtatuuntur ab ipſo magiſtratu, vt videat an iuſta ſint, quæ edicuntur. l. Barbarius. ff. de officio Prætoris. vt ſi magiſtratus velit edicere, quòd nullus arma deferat, conſilio opus eſt Aſſeſſoris. & officium Aſſeſſoris in eo conſtat, vt ſunt banna, teſte Accurſ.

Decretis.] Videlicet interponendis, vt in alienatione rerum minoris. l. magis puto. ff. de rebus eorum. vel aliis. vt ſcripſi in Concordat. in tit. de annatis. In decretis etiam intelligitur, quæ decernuntur, & ſtatuuntur, an ſic ſtatuendum ſit, & an ſit iuſtum, vt dictum fuit in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ſuprà eodem.

Epiſtolis.] Quas alij iudices mittunt, an illis ſit acquieſcendum, & an exequendum ſit, vel vtrum id recuſari debeat, quod mandatur. l. Diuus. ij. ff. de cuſtod. reorum. ca. Romana. § contrahentes. de foro competenti. in vj. Et hodie vulgus vocat has epiſtolas, literas rogatorias, ſeu requiſitorias. de quibus abundè ſcripſi in tract. de literis requiſito. in 2. tomo Commentar. ad Conſtitut Reg. Gallic In his igitur conſiſtit officium Aſſeſſorum, & in omnibus aliis, quæ cognitionem cauſarum requirunt, & deciſionem, ac etiam executionem. Ideo text. dicit hic ferè in his conſiſtere, quæ præcipua ſunt.

Literæ rogatoriæ, ſeu requiſitoriæ.

Colligitur etiam ex hoc text. iuris ſtudioſos ad officia iuſtitiæ adminiſtrandæ eligendos: hoc enim eis pollicitus eſt Iuſtinia. in §. fin. in Proœm. Inſt. ſed quidam dicunt hoc quantum ad ſpem, ſed hodie (proh dolor) viris pecunioſis reſpublic. creditur, quod maximè Ariſtot. in Politic. & alij Sancti viri reprobant, ſed tranſeat cum cæteris, &c. vel dicit Odofr. vt refert Iacob. de Nigris. Aſſeſſores & alios iudices ſtudere debere pro iure reddendo, non Plauto, vel Terentio, ſed iuri Cæſareo, & Pontificio, quibus cauſæ decidi debent, non per Grammaticos, vel Rhetores, qui poteſtatem ſtatuendi neceſſariam non habēt, ſicut Pontifices ſummi, & Principes. Falluntur ergo, qui ſententiam ſuam ſolis Poetarum, aut Oratorum authoritatibus fulciunt, perinde ac ſi quis ægrotum per ius ciuile curare vellet.

SVMMARIA.

1 *Infames ad dignitates aſpirare non poſſunt.*
2 *Præſes, vel alius magiſtratus iuriſdictionem habens, ſuos iudices, Aſſeſſores, vel locumtenentes, in officio delinquentes punire non poteſt.*
3 *Actuarium verò, ac Procuratorem delinquentes in ſuo officio, poteſt.*

LEX II. MARTIANVS LIB. I. DE IVDICIIS PVBLICIS.

Liberti aſsidere poſſunt: infames autem licèt non prohibeantur legibus aſsidere, attamen arbitror (vt aliquo quoque decreto principali refertur conſtitutum) non poſſe officio Aſſeſſoris fungi.

IN hac lege 2. Martia. declarat, qui Aſſeſſores eſſe poſsint, & regulariter iure cautū eſt omnes poſſe, niſi prohibiti inueniantur, vnde etiam liberti Aſſeſſores eſſe poſſunt, quamuis liberti olim non poſſent aſpirare ad dignitates. l. vnica. C. ad legem Iuliam viſcel. quod tamen hodie correctum eſt. in authen vt liberti de cætero aureo annulo non indigeant. collat. 6. *Aſſeſſores qui eſſe poſſint.*

1 Infames verò non poſſunt fieri Aſſeſſores, nam ad dignitates aſpirare non poſſunt. l. ij. C. de dignit. lib. 12. & in regul. iuris. Et quamuis dignitate non dicatur fungi Aſſeſſor, ſed officio, tamen decreto Principis fuit prohibitum infamibus aſsidere, & dignum valde reputabatur hoc officium, quo functus fuit Vlpian. vt ſcribit in l. metum. §. ſed quod Prætor. ff. quod metus cauſa. & Lamprid. in Alexand. Imperatorem Seuerum ait, Paulum & Vlpianum in magno honore habuiſſe. Nam & Conſiliarius Alexandri & Magiſter Scrinij Vlpian. fuiſſe perhibetur, qui tamē ambo Aſſeſſores Papiniani fuiſſe dicuntur. Bart. etiam hoc officium exercere non erubuit, vt teſtatur in l. ſi is qui. nume. quinquageſimo. ff. de vſucap.

Requiritur tamen, antequam repellatur, quòd ſit is condemnatus criminis infamiā inducentis, vtpote furti, aut alio, vel ſuper contractu mandati, depoſiti, vel alio caſu, qui infamiam inducit. l. prima. ff. de his qui notantur infam. Nam iudicatum aliquem requirit lex ciuilis. l. tertia. ff. de teſtib. ſecus eſt in iure canonico. in c. teſtimonium. de teſtib. *Condemnatio neceſſaria, vt quis infamis ſit.*

Non tamen requiritur declaratio infamiæ, ſed ſufficiet condemnatio criminis, vel actus infamiam inducentis. Doctor. in cap. cùm ſecundum leges. de hæret. lib. 6.

Quidam interpretes hic dubitant, an Præses, vel alius magistratus iurisdictionem habens, possit suos iudices, vel assessores, aut locumtenentes in officio delinquentes punire, quod videbatur. Nam omnes subiecti sunt in prouincia Præsidi, maximè in criminibus. §. volumus. in authen. vt iudices sine quoquo suffrag. collat. 2. & §. festinabis. in authen. de manda. princip. colla. 3. ibi, *Illum expelles, alio verò vteris consiliario*, &c

2 Contrarium tamen verius est. per text. in l. vnica. §. officium. cum sequent. vt omnes iudices tam ciuiles, quàm milita. & l. prima. de offi. Præfect. Augusta. Ratio est, ne iste cogatur voluntati Præsidis iniquæ satisfacere. c. accedens. 2. vt lite non contesta. & ibi Docto.

Et vt securè possint resistere iniustitiæ Prætoris, vel sui magistratus. l. omnes. prima. C. de Decurio. Lucas in l. quinque summates. col. prima. ibidẽ. lib. 10. Et quia paris sunt iurisdictionis locatenẽtes cum Præsidibus, vt superiùs dictum fuit titul. proximo. in l. fin. & par in parem non habet imperium. l. iiij. ff. de arbit.

Alios verò suæ Curiæ ministros poterit Præses punire, nec alibi conuenire poterunt pro delicto ibi commisso. l. ij. C. de offic. magistra. militar. & l. fin. de apparitor. magist. militar. lib. 12. probatur in authen. de defenso. ciuitat. in princip. & §. si verò egerint, &
3 in authen. de iud. §. is qui. vnde actuarium, ac Procuratorem in officio delinquentes punire poterit. l. moris. §. solet. & l. si quis aliquid. §. si quis. ff. de pœnis. Et omnes apparitores, ac alios ministros in suo officio delinquentes. §. quod si delinquentes. & § præcipuè. in authen. de manda. Princip. collat. 3. Et ita seruatur in forensi iudicio, vt omnes Præsides prouinciarum, Seneschalli & Bailliui soleant suos punire ministros, à quibus tamen appellari poterit, sed iidem Præsides & alij, non solent suos iudices & locumtenentes punire, nec vnus alium, nec quidem primus iudex secundum, vel tertium in eodẽ auditorio Præfectum, cum paris sint iurisdictionis in defectum & negligentiam: sed iudices superiores, aut Curia suprema istos pro modo delicti, castigare poterit. abũdè scribit Petr. Iacob. in sua praxi titul. de statutis vniuersitatis. versic. item Baro poterit.

Vsus in forensi iudicio, de puniendo locumtenentes.

S V M M A R I A.

1 *Assessor quis esse non debet in sua prouincia, & quare.*
2 *Episcopatus vnus in duo diuidi potest.*
3 *Diuisio iurisdictionum non fit sine Principis authoritate.*
4 *Nec prouinciarum vnio, nec Episcopatuum, aut Abbatiarum, aut beneficiorum.*

LEX III. MACER LIB. I. DE OFFICIO PRÆSIDIS.

SI eadem prouincia posteà diuisa, sub duobus Præsidibus constituta est (veluti Germania, Misia) ex altera ortus, in alia prouincia assidebit: nec videbitur in sua prouincia assedisse.

DVbitatio ad istum tex. est. Nam consequi quis officium in sua patria non potest, sed si diuisa fuerit, videbatur prohibitus, quia sua semper est patria. Respondet text. contrarium, quia postquam est diuisa prouincia, amplius non est eadem, & ideo in illa parte, in qua ortus est, prohibetur fieri assessor, in altera nõ: nec videtur in sua prouincia assidere. Duo tamen requirit iste tex. primum, diuisam ipsam fuisse prouinciam: secundum, duos Præsides fuisse. Et sic vnus in qualibet prouinciæ diuisæ parte: alioqui si vnus tantùm esset Præses vtriusque prouinciæ, non posset assidere is, qui in altera esset ortus.

Diuisa prouincia non est eadem.

Colligitur ex hoc tex. neminem in prouincia sua 1
assessorem esse debere, ratio est propter consanguinitatem, familiaritatem, & notitiam quam in sua patria habet, quia posset suis fauere quoad iustitiæ administrationem, & exteros odio prosequi. glossa in l. hi qui. ff. ex quibus caus. maior. & propter odia, quę cum quibusdam fortè in patria habet, vindicate se vellet. c. penult. vt lite non cõtesta. suam autem prouinciam declarat Imperator eam esse, in qua aliquis natus est, vel in qua collocauerit larem, id est, domicilium statuerit. l. ij. C. de diuers. offic. lib. 12. l. in lege censoria, vbi dixi. de verbor. signific. Albert. Brunus consil. 71. non potest. in materia feudorum.

Prouincia sua quæ dicatur.

Hoc etiam prohibetur constitutione Regia in tit. *des Seneschaux*. art. 7. vnde etiam in aliis officialibus, locumtenẽtib^9 perpetuis Regiis in hoc Regno opus est literis derogationis, alioqui reiicietur à Senatu, nisi proprio motu officium datum esset. l. ij. C. de crimi. sacrileg. Et hodie de consuetudine quilibet ferè in sua patria officiũ obtinet, vt docet hic Alberic. & Dec. esset tamen salubre, vt exteri permiscerentur, ne ciues aduenas odio prosequantur. docet Benedict. in repetit. c. Raynutius. in verb. & vxorem. num. 1050. de testam. Colligitur in Germania vnum Præsidatum in duos esse diuisum. de hoc meminit Laz. in Commenta. de Repub. Roma. lib. 2. c. 8.

Item quamuis Bart. & alij in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure, dicant prouincias esse de iure gentium diuisas, ego tamen tenui gẽtes ipso iure gentium diuisas, vt ibi probaui, sed prouincias constitutas & factas ab ipsis Romanis, vel à Principibus, & diuisas per istum text. & in l. vnica. C. de metropol. Berit. Scripsi in praxi beneficiar. in titul. de vnione. Et longa lataque est differentia inter gentium diuisionem, & prouinciarum. vt probaui in d. l. ex hoc iure, superius.

Ex hoc text. patet vnam prouinciam in duas diuidi posse, sic & vnus Episcopatus. extra. Saluator. 2
de præbend. in communibus. & idem in parrochia, & præbenda. c. ad audientiam. de eccles. ædific. & c. vacante. de præbend.

Nec requiritur vt prouincia habeat decem ciuitates, & totidem potestates. vt not. in c. scitote. 6. quęstio. 3. Bart. in extra. qui sint rebelles. in verbo, Lombardiæ, sed hodie inspicitur diuisio ipsius Papæ, seu Principis, & constitutio, ac vulgaris nuncupatio. vt docet l. vnica. & Doctor. C. de metropo. Berit. libro vndecimo. & in c. coram. de elect. at Ioan. Fabr. in §. primo. de vsucap. in Instit. etiam requirit, vt capax sit prouincia, quòd duæ fiant, vt dicitur de præbend. in c. exposuisti. & c. vacante. de præbend.

Idem dicẽdum est, antequam diuidatur sedes Seneschalli, Bailliui, Parlamenti, vel alterius iurisdictionis,

Diuisio iurisdictionis propter vtilitatẽ publicam.

ctionis, vt debeat inspici, quod sufficiat vtrique, & hoc fiat vtilitatis Reipub. gratia, non per pecuniam, aliàs postea cessante pecunia, diuisio cessabit. c. primo. ne sede vacante. scripsi in tracta. de vnion. renoueat. in praxi benefic. Ideò solet inquiri super commodo & incommodo, antequã diuisio decernatur.

3 Et ista diuisio iurisdictionum, vel prouinciarum non debet fieri sine Principis authoritate. teste Bart. & alijs in d. l. vnica. C. de metropo. Berit. lib. 11.

4 Sic nec prouinciarum vnio, vt ibi, nec Episcopatuum, aut Abbatiarum, seu beneficiorum. vt plenè docui in d. praxi benefi. in titul. de vnio. & tit. de reuoca. vnio. vbi alia videri de his poterunt.

SVMMARIA.

1 *Apparitor in patria sua quis esse non prohibetur.*
2 *Forma & officium Curatoris ciuitatis, seu Reip.*
3 *Curatoris operum officium.*

LEX VI. PAPINIANVS LIB. I. RESPONSORVM.

IN consilium Curatoris Reipublicæ vir eiusdem ciuitatis assidere non prohibetur: quia publico salario non fruitur.

ET quia ista lex vltima conuenientẽ habet materiam cum superiori proxima, ob id eam nunc elucidabo. Nam lex tertia permittit, vt quis Assessor sit in illa parte prouinciæ, in qua natus nõ fuit, quãdo prouincia fuit diuisa; sic & hæc lex permittit viro eiusdem ciuitatis assidere in cõsilium Procuratoris Reip. id est, fisci, exponit Accurs. sed idẽ erit de alijs Curatoribus, & magistratib9, vt firmat Anton. hic.

Ratio ponitur in hac lege, Quia publico salario non fruitur, ergo quãdo quis non habet salarium de publico, potest assidere in cõsilio curatoris Reip. vel aliud officiũ in patria habere. Et salarium de publico non debetur cuiquam, nisi à Principe specialiter constituatur. l. vnica. C. de præb. salar. vbi *Salarium de publico cui debeatur.*
1 patruus meus Rebuf. lib. 10. Et ideò apparitor quis non prohibetur esse in patria sua, vel aliud officium obtiuere, in quo iurisdictio non exercetur. Sed istud est parui emolumenti, cùm hodie ex consuetudine recipiatur quilibet in sua patria ad officia, & munera, etiam quibus iurisdictio inest, dummodò aurum offerat, quia hæc memoria aureos facit officiales: tamen ad vitandum infinita mala, quæ ex his prouenire possunt, bonum esset vt saltem dimidia pars officialium esset extraneorum.

Sed videndum est, quòd statuit Vlpian. in l. moris. in princip. ff. de pœnit. eum postulare non prohiberi apud legatũ, vel Procuratorẽ, cui interdictum est apud tribunal Præsidis, ne postulet. Si tamen apud legatũ prohibitus fuerit postulare, credo per consequentias, nec quidem apud Pręsidem, relictum illi postulandi facultatem, & sic prohibitus assidere in sua ciuitate cum Præside, non prohibetur apud Curatorem in consilio esse, vt statim dicetur.

Superest nunc scrupulus, quòd assidere quis prohibeatur in sua patria, ne odiosus, aut gratiosus apud aliquos sit, vt dictum fuit in proxima l. ideò dicit Vacca rationem Papiniani vitiosam, ne dicam iniquam, & malignam, vt verbis vtar suis.

Ego verò putarem verã. Nam ratio, cur assidere habentibus iurisdictionem prohibeatur ciuis, est, ne gratiosus, aut odiosus sit, sed hic dicit text. In consilium Curatoris Reip. quẽ assidere nõ prohiberi, id est, assistere in consilio cũ Curatore Reip. quia assistẽs in consilio Curatoris ciuitatis, non fruitur publico salario, ergo respub. non grauatur: etiam hic ciuis poterit consulere suæ Reipubl. fortè vtilius, quàm externus, ob id statuit hic text. ne prohibeatur assidere. & text. iste non simpliciter dicit, vt assidere possit, & sic ius dicere, & alia facere, quæ Assessor, vt in l. prima. suprà. sed dicit ciuem non prohiberi in consilio Curatoris Reipub. assistere, sicut videmus in ciuitatibus multos habere consiliarios, vt rectè negotia ciuitatum gerantur, & quamuis prohibeatur in l. tertia. suprà. vt quis officio Assessoris fungatur in sua patria, tamen in consilium ciuitatis vocari potest, quia consiliarij nullo fruuntur publico salario, & sic intelligendo conciliantur diuersæ interpretum sententiæ. *Ciuis consulat suæ Reip. vtilius, quàm externus.*

Nam differentia constituitur inter Assessorem illum, qui ius dicenti assidet, vt ille ciuis esse non possit. d. l. tertia. si vero agatur, vt quis assistat in consilio Curatoris Reipublicæ, aut ciuitatis, & hoc potest ciuis vt hic, quia publico salario non fruitur, sicut alter, qui assidet cum ius dicente. vt in l. sequen.

Sciendũ est, vt apud Romanos olim, tria maximè Curatorum genera fuisse. Primus erat, Curator ciuitatis, seu Reipub. cui cura ciuitatis demãdata erat. Formulam istius sic describit Cassiodor. varia. rerum lib. 7. Quamuis per se honorabilis habeatur, 2 *Curatorũ tria genera.*
qui vel nimiam solicitudinem ciuitati propriè videtur impendere, & inter suos magna reuerentia perfruatur, qui ciues se amare professus est, tamen indubitatus honor est, qui nostræ electioni cõfertur, quia præditus bonis institutis creditur, cui aliquid Principis authoritate delegatur. Et ideò ab indictione illa, illius ciuitatis curam ad te volumus pertinere, vt laudabiles ordines Curiæ sapiẽter gubernes, moderata pretia ab ipsis, quorum interest, facias custodiri: non sit merces in potestate sola vendentiũ, æquabilitas grata custodiatur in omnibus, opulentissima siquidem & hinc gratia ciuium colligitur, si pretia sub moderatione seruentur, vt vere Curatoris impleas officium cùm tibi solicitudo fuerit de vtilitate cunctorum. Consuetudines autem tibi ex nostra authoritate defende, quas in eodem loco tuos constat habuisse maiores. Hæc ille. Per quam formam patet, quale officium habebat hic Reipubl. Curator, & istius meminit Trebel. Pollio in histor. tyranno. familiari ergo sibi furore, cùm quadam die cuiusdam seruus Curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militaret, ab hoc cæsus esset, & alibi sæpius Historiographi, & Iurisconsulti nostri.

Alius erat Curator, qui ciues Romanos in aliqua ciuitate constitutos, & qui ius Romanæ ciuitatis habebant, moderabatur. authore Laz. in Commenta. Reipub. Roman. lib. tertio. c. xvj. tit. de ciuita. Rom. muneribus. in locum cuius fuerat anteà Prætor Vrbanus. de quo dixi in tit. de officio Prætor.

Tertium genus Curatorum erat, qui vicos ciuitatis, & vias publicas administrabant, & ripas, ac cloacas, quam curam ante constitutum imperium Censores, demum Ædiles habebant. l. Aediles. ff. de via public. & Liuius lib. primo.

Curator Palatij quis dicatur.

Erat & Curator Palatij, qui curam operum & ædificiorum habebat, & vocatur ab Vlpiano Curator operum. l. prima. ff. de oper. public. de quo sic scribit Cassiodor. lib. 7. variar. rerum in hac formula.
3 Non enim tibi minima cura delegatur, quando animum nostrum fabricandi studio cupidissimum artis tuæ ministerio probaris explere. Nam sicubi aut ciuitatem reficimus, aut castellorum volumus fundare nouitatem, vel si construendi nobis Prætorij amœnitas blandiatur, te ordinante ad oculos perducitur, quod nobis cogitantibus inuenitur; quicquid enim structor parietum, aut sculptor marmorum, aut æris fusor, aut camërum rotator, aut gypsoplastes, aut mensurarius ignorat, te prudenter interrogat; & tam magnus ille fabrilis exercitus ad tuum recurrit iudicium, ne possit aliquid habere confusum. Vide ergo quãta debet nosse, qui tãtos instruere possit, &c. Reliqua de multiplici genere Curatorum, tractaui in l. quibus. ff. de verb. signific.

SVMMARIA.

1 *Legato mortuo, pro residuo tempore salarium comitibus illius debetur.*
2 *Ampliatur.*
3 *Officiales, legato mortuo, tenentur residuo tempore seruire, si velint illius temporis mercede gaudere.*
4 *Casus locatoris non est imputandus.*
5 *Salarium difficilius repetitur, quàm petitur.*
6 *Salarium pro rata temporis tantùm in Francia debetur*
7 *Aduocatis, Procuratoribus & Medicis quando debeatur salarium.*
8 *Consuetudo vltima, spectanda.*
9 *Doctor non potest in præiudicium primæ Vniuersitatis, remittere salariũ suum vltimæ Vniuersitati.*
10 *Dominium à Principe non potest sine causa auferri.*
11 *Dignitas Imperatoria, Regia, vel Papalis non moritur.*
12 *Legatus voluntariè accipiens successorem sine protestatione, videtur remittere salarium residuum temporis.*
13 *Seneschallus eligens imperitum Locumtenentem, pro eo tenetur.*

LEX IIII. PAPINIANVS LIB. IIII. RESPONSORVM.

Diem functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui temporis, quod legatis præstitutum est, debetur: modo si non posteà comites cum aliis eodem tempore fuerunt. Diuersum in eo seruatur, qui successorem ante tempus accepit.

Species facti declaratur.

Ista lex est Papinia. ob id subtilis & difficilis, species facti talis est. Legatus Cæsaris destinatus ad Regem fuit pro vno anno, quo in itinere cùm esset, vel dum fungeretur sua legatione, fortè ipse intra sex menses mortuus fuit; quæsitum est, an comitibus illius, qui secuti fuerant eum in legatione debeat salarium residui temporis, quod tempus videlicet anni præstitutum erat legato. Et respondet Papinia. deberi, dummodò comites illius legati defuncti cum aliis non fuerint, & mercedem ab alio non acceperint.

Sed quæsitum fuit, an salarium obtinere debeat legatus, cui datus est successor ante anni tempus? Et respondet text. non deberi, & diuersum esse, fortè quia ex causa remotus fuit, vt inferiùs dicetur.

Accurs. & ferè alij interpretes legũt præstitum & exponunt præstãdum, tẽpus pro tempore. Budæ. vero & Alciat præstitutum, referẽdo ad tempus præstitutum legatis, id est, præfinitum, & in idem recidit, siue dicatis præstitum, id est, datum, cõcessum tempus legatis, sed interpretes referebãt relatiuum quod legatis præstitum est, ad salarium, quod fieri non debet, sed ad tempus, cùm relatiuum ad proxima referendum sit, secundum Grammaticos. Hoc etiam docet iste text. ibi, cum aliis eodem tempore fuerunt: & sic exceptio declarat huius legis principium.

Dubitãdi ratio.

Primò colligitur ex hoc text. quòd mortuo legato comites, qui legato inseruiebant, debent habere salarium pro tempore, quo conducti erant: hoc tamen videbatur durum, quia mortuo domino soluti suor famuli, & seruientes à pactis conductionis & promissionis, cùm mors omnia soluat. §. deinceps. in authen. de nupt. collat. 4. l. defuncto. ff. de publi. iud. & hic Bart.

Ratio decidendi.

Ratio text. est, quia mors legati non debet esse detrimento comitibus, per quos non stat, quin præstent operas suas, ergo illis non debet imputari. l. in iure. ff. de reg. iur. Nec debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. l. si quis in suo. §. fin. C. de inoffic. test. & reg. iur.

Aduertendum est, quòd iste text. non loquitur plus de Assessore, quàm de aliis comitibus legati, quibus solet promitti salarium pro tempore legationis, quod si legatus moriatur, iniquum esset, si salarium non haberent, quia per eos non stat, quin seruiant, etiamsi cum alio conducti fuissent, salarium obtinuissent, ergo debet eis nihil imputari. per d. l. in iure. ff. de reg. iur & Imperator Antoninus cũ Diuo Vero rescripsit ad libellum exceptoris in hæc verba. *Cùm per te non stetisse proponas quo minus locatas operas Anto Aquilino solueres si eodem anno mercedes ab alio non accepisti, fidem contractus impleri æquum est.* Papinia. quoq; lib. 4. Responsorum scripsit, Diem functo legato Cæsaris salarium comitibus residui temporis, modo si non posteà comites cum aliis eodem tempore fuerint. l. sed addes. in fin. cum l. seq. ff. loca.

Ideo intelligo istum text. non solùm de Assessore, verùm & de omnibus, qui comitabãtur legatum, vel alium officialem. & cum stipendiis, vt præstandum sit illis salarium mortuo legato, vel officiali pro eo tempore, quo officialis & ipsi conducti fuerunt, dummodò mercedes ab aliis non acceperint pro isto tempore. Nam Vlpia. scribit ius dici debere non solùm ludi magistris, sed & si Comites salarium petant l. prima. §. ludi quoque. ff. de variis & extraordinar. cognino. l. abesse. ibi. Et præfectos & comites legatorum. ff. ex quibus caus. maior. vbi comites dicuntur, qui legatum sequuntur, & ministris legatorum à Repub. salarium constituebatur, vnde Hermogen. sic scribit. *Eorum, qui Reipub. causa absunt, comites qui sunt intra statutum numerum à tutela, quæ absen*

absentibus, vel praefecturis delata est, excusantur. ff. de excusa. tutor. l. administrantes. & idem ius fit Praesidibus, & comitibus, in l. Senatusconsulto. suprà. de offic. Praesid.

Et vt haec materia pleniùs intelligatur, faciam ca-
1 sus seq. primus est in hac lege, quod mortuo legato, vel Praeside, pro residuo tempore debetur salarium comitibus illius.

Etiamsi legatus non iuerit ad locum, sed miserit
2 quendam, vt interim tutius accedere posset. l. obseruare. ff. de offic Proconsul. §. prohibemus. in authen. de collato. collat. 9. alioqui si aliquē non miserit, nec possessionē officij habuerit, non debetur eidem salarium, sed impensae factae pro eundo haeredibus reddi debent, ne ipse, vel eius haeredes in damno remaneant. Bart. & alij hic per l. si pecuniam. ff. de condict. causa data. requiritur enim legatum aliquo seruiuisse tempore. l. qui concubinam. § vxori. ff. de lega. 3.

Legato quādo non debeatur salarium.

Quando debeatur.

Sed quādo salarium debeatur? statim deberi Bal. & Paul. Castrensis affirmant, dummodò ipsi comites caueant se restituturos, si ab alio mercedem acceperint, per istum tex. & in tit. ff. si cui plus quàm per legem Falcid. licuerit. Alexand. tamen Ias. & alij dicunt deberi salarium in fine anni. per l. in illa stipulatione si Calendis. ff. de verb. obliga. & commodum medij temporis (quod interusurium interpretes vocant) considerari debet. l. si constante. §. quotiens. ff. solut. matri. maximè quia ex persona haeredum non immutatur obligatio. l. 2. §. ex his. ff. de verbo. oblig. Vnde si viueret legatus, comites non haberēt salarium, nisi post operas praestitas, sic nec eo mortuo, & quia regulariter pensio in fine anni debetur. l. aede. vbi Doct. C. loca. l. si eum. §. homo. vbi Bald. si quis cautio.

Ego dicerem conuentionem super hoc inspiciendam, quae si non appareat, dimidia vel aliqua pars esset in principio soluenda, in fine verò reliquum. per §. ne autem. in authen. de iudicib. colla. 6. vbi gloss. dicit in omnibus procedere iudicibus ordinariis. probat Angel. & Ias. in §. tripli. de actio. in Inst. scripsi in scholastic. priuileg. 7. & 54.

Nec me mouet d. l. si in lege. §. si domus. ff. loca. vbi statim agere permittit Paul. Sed hoc quando ventum est contra legem locationis, in eum casum locator statim agit, vt videat an conductor habeat iustam causam derelinquendi locationem, quo casu non tenebitur nisi ad pensionem debitam. d. §. si domus. ibi, *De his quae praesenti die praestare.* l. si verò non remunerandi. in fin. ff. manda. l. si in lege. §. si domus. loca. l. habitatores. ibidem. si verò iniusta causa fuerit, ad pensiones totius temporis soluēdas teneri. Idem Iurisconsultus Paul. docet in l. dominus. in fi. ibidem. & aliud est in eo, qui deserit culturam, quàm in eo, cuius casu conductor non potest seruire.

Ego putarem Principem, qui prouidebat legato, debere prouidere & comitibus eius, vt aliquid eo residuo tempore agant, & sic potest statuere, vt seruiant nouo legato, vel Praesidi, cui si nollēt seruire, non habebunt mercedem residui temporis, quia per eos stat. l. in iure. ff. de reg. iur. dicit tamen Alexand. officium esse finitum per mortem legati, quod est verum, vt non teneatur amplius seruire, si non quaerat mercedē residui temporis, alioqui operas praesta-
3 bunt, si mercedē illius temporis obtinere velint. Et hoc docent Paul. & Dec. vt Officiales teneantur temporis consequi. Sed si ad patriam redire velint, ex residuo tempore seruire, si velint salarium illius temporis, bono & aequo Princeps prouidere illis debet, ne mendicent, sed vt possint redire cum honore ipsius, & sine ipsorum detrimento, & dare pretium, quo possint pro victu & aliis necessariis, & pro cultu corporis, sibi & personis suis satisfacere, & quò sustinere se possint, sed non habebunt salarium residui temporis, quando petita fuit ab illis opera, & non praestita, secus si nulla est petita.

Salarium à quo petendum.

Sed a quo salarium peti debeat? Respondeo, olim dū populus Roma. promittebat, soluebat salaria legato, vel comitibus eius de publico, eo casu à publico salariū residui temporis praestandū esset. Si autē à Principe legatus fuerit missus, & ei, & singulis comitibus praestabitur salariū ex aerario Principis. Si verò Princeps certam summā promiserit legato tam pro se, quàm pro comitibus, tunc haeredes legati conueniendi essent, & qui promisit salarium, & ipsi tenerentur soluere illud, iuxta hic tradita.

Actio ad salarium petendum.

Sed qua actione ad salarium petendum, agendum erit? Respondeo, actione ex stipulatu, si promissum sit. l. salarium. iuncta glos. ff. manda. & l. prima. illo titul. C. vel actione conducti. d. l. sed addes. in fin. cum l. sequent. ff. loca. aut officio iudicis. l. prima. §. ludimagistri. ff. de variis cognitionib. l. salarium. C. manda. & aliis modis, vt per Doctor. in d. l. prima.

Salarium Doctori promissum, vel famulo.

Secundus casus est, salarium promissum pro anno Doctori, vel alteri, si promittens moriatur ante annum, illi debebitur integrum, quia per eum non stat, quò minus locatas operas praestet. l. sed & addes. in fin. ff. locati. Idem in famulo dicunt Doct. nisi merces fuerit conditionaliter promissa, *si operae praestarentur*, quia eo casu impleri debet conditio, id est, operae praestari debent. l. ij C. de condict. ob causam. glos. in l. si militem. ibidem. Paul. Castrensis in l. ex conducto. §. Cum quidam. ff. loca. Corse in sing. incipiente, salarium. in 1. plenè Francisc. de Ripa in tract. de peste. versi. venio ad conductores. fol. 19. & sequent. in paruo vol.

Heredibus an salariū debeatur.

Tertius casus, salarium promissum legato, vel Doctori pro vno, vel tribus annis, non debetur haeredibus post mortē, nisi pro rata temporis, quo isti seruierunt. l j. C. de re milita. lib. 12. l. fin. de domest. & protect. ibidē. & Corse. in sing. incipien. salarium 3. vbi speciale in domestico dicit, vt debeatur etiam pro anno sequēti, etiā speciale est in Aduocatis fisci. in l. post duos. C. de Aduocat. diuersor. iudic. ne egeni exeant. l. post hanc. § sexcēti. de Aduocat. diuersor. iudic. Ratio est, quia pretium operae non debetur ante praestitam operam, sed habet conditionem, *si praestetur opera.* l. interdum. & l. si à colono. ff. de verb. obligat. Et sic non acquiritur pretiū antequàm praestita opera sit. l. sed & si quis. aliàs incipit, adhuc. §. si operas. ff. de vsufruct. l. si seruus communis. §. fi. de stipulat. seruo. Et actio ex conducto datur solùm ad id quod interest. l. ex conducto. ff. loca. Sed non interest haeredibus, postquam conductor non praestitit operas, ergo non petent, etiam si vnica tantum salarij praestatio esset facienda pro vno anno, quia pro rata debebitur ei, quicquid dicat Salicetus in l. si vno. §. cùm quidam. & l. sed addes. in fin. ff. loca. alioqui duplici salario quis grauaretur, quod esset iniquum; nec stat per locatorem quò minus ei praesten- 4
tur

tut operæ, sed per casum, qui non debet ipsi imputari. l. ex conducto. §. primo. ff. locat.

Salarium solutum, an repeti possit.

Illud tamen salarium, quod solutum anteà fuerit, prohibet Diuus Pius repeti, quia non stat per eum, quominus seruiat. l. prima. §. Diuus. ff. de variis cognitio. maximè quia in solutione consensus vtriusq; venit, ob id non repetitur, aliàs grauaretur hæres, sed donare videtur soluens scienter. l. j. ff. de condictio. indeb. l. sed addes. §. si quis. locat. ibidem. Etiam data esse censetur pecunia pro impensis faciendis, & vt ornatior incederet, aut veniret, ob id non poterit repeti: sed si salarium solutum non sit, non petetur, nisi pro rata, quia tam labor quàm pecunia diuisio-

5 nem recipiunt. l. Seio. ff. de annuis legat. difficilius enim quid repetitur, quàm petatur. l. prima. & l. indebiti. §. sed si nummi. & per totum. ff. de condic. indebit. l. per retentionem. C. de vsur. l. ij. vbi Bald. j. not. de fideicom. probat l. qui operas. ff. locat.

Salarium integrum quãdo debeatur.

Limitat Bart. quando salarium esset promissum legato, vel Præsidi intuitu suæ personę, & comitum, tunc integrum salarium deberetur hæredibus, qui tenerentur ad soluendum salarium residui temporis comitibus, vt hic, quia casus contingens in personā vnius, non nocere debet alteri. l. eo conducto. §. cùm quidam. & l. si quis fundum. §. Imperator. ff. locat. Et licèt Lucas de Penna in l. prima. col. ij. C. de primipilo. lib. 12. & Bolog. consil. 17. pro tanto, ac cōmuniter Doctor. dicant integrum hæredibus deberi

6 salarium. Forensis tamen vsus Franciæ recepit, vt tantum pro rata petatur, si vltrà non iuerit, etiam si salarium integrum solutum esset Doctori pro toto anno, vel legato, non repetetur ab hæredibus eius, sicut nec ab hæredibus Aduocati. l. prima. §. Diuus. ff. de variis cognitio. l. post duos. C. de Aduocat. diuersor. iudicio. quia donatū videtur. l. prima. ff. de condictio. indebit. Et non solùm datum fuit salarium pro labore, sed etiam pro expēsis, & cultu corporis, vt ornatus accederet ad legationē pro æquis, & aliis necessariis, quæ fuerunt exposita ab initio. argumēt. l. si verò non remunerandi. §. fi. ff. mandati. l. insulam. in fin. loc. iti. & quod datum est pro sumptibus recipientis faciendis, nō repetitur, si fiant aliqui sumptus, & posteà is moriatur. l. legatus antequam. in fin. ff. de legatio. Diuersum est, si in sumptibus faciendis erga alios. vt in l. ij. C. illo tit. lib. 10. Cotſe. in sing. incipiente salarium. j.

Forensis Franciæ vsus.

Et licèt quidā interpretes dicant Aduocato præstandum salarium ab initio, vt Specul. in tit. de salario. §. sequitur. versic. sed quando. & Alexand. hic. Alij verò in fine, sicut medico, dum saluus factus est æger. l. archiatri. C. de professor. & medic. lib. 10. vbi Bar. & Rebuf. Docto. in l. vnica. C. de suffrag. & in c. propter sterilitatem. de loca. Tamen ego conci-

7 liarem opiniones sic, vt Aduocatis, Procuratoribus, & Medicis debeatur in initio pars salarij, & deinceps pro rata seruitij præstari debet, vt suprà dictum extitit. & Doctor. notant in l. ij. C. locat. & l. salarium. manda. & ita seruat vsus forensis, aliàs nullus esset Aduocatus, nec Medicus, qui expectare salarium vsque ad finem vellet, & processus posteà habere contra hæredes, vel eos, qui superfunt. Vide quæ scripsi in scholastico priuileg. 7. & glos. vlt. in cap. magna. de pœnitent. dist. j.

Quartus casus, salarium incertum promissum Assessori, vel alteri, intelligi debet de consueto, & solito. l. licet. C. loca. vbi Bald. & Angel. quia in dubio videtur contractum secundum consuetudinem. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. l. quod si nolit. §. qui assidua de ædilit. edicto. & de Doctore, vt intelligatur conductus secundum consuetudinem studij. Bart. docet in l. nemo. ff. de duob. reis c. cùm M. vbi Panorm. & alij. de constit.

Cōsuetudo consyderatur.

Et si varia consuetudo fuerit, quia vno tempore plus salarij datum fuit aliquibus, aliis verò minus, tunc intelligetur de consuetudine vltima. l. Mela. ff. 8
de aliment. & cibar. leg. vbi Bar. & Bal. in l. binos. in fi. ff. de Aduoca. diuerso. iudicio. l. si mater. C. ne de statu defunct. l. penul. §. vxor. solut. mat. facit c. cùm de beneficio. vbi Docto. de præben. lib. 6.

Si verò non appareat de consuetudine, tunc arbitrio boni viri debebitur pro qualitate personæ. Bart. in l. prima. §. sed & si comites. ff. de variis cognit. l. ij. de re iudic. Et cum his poterunt alij ferè casus complecti.

Modò si non posteà.] Colligunt ex hoc tex. interpretes limitationem ad prædicta, vt salarium non debeatur mortuo legato eius comitibus, videlicet Assessori, vel aliis, quando ipsi cum aliis fuerūt, vel mercedem ab aliis acceperunt, vnde si locauerint operas suas nouo legato, non debetur duplex salarium, quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. vt ait regul. iur. Et quamuis iste text. io pluraliter loquatur, si cum aliis non fuerint, tamē idem erit, si cum alio. vt docet Vlpian. in l. ij. §. *negotia sic accipere debemus. siue vnū, siue plura.* ff. de nego. gest. Et sufficit semel recepisse, vel recipere posse, sed si non tantam mercedem habuit à secundo, quanta erat promissa à primo, poterit agere ad residuum contra primum, quia in hoc sua interest, & sans fuit releuasse primum in eo, quod potuit. arg. l. prædia. ff. de actio empti. l. prima. de vi bonor. raptor. l. dominus. in fi. loca.

Imò etiamsi aliò se transtulerit Doctor in vno loco conductus, debet haberi ratio harum impensarum, si illas impensas ex suo fecerit. vt Fulgos. Alex. ud. & Ias. hîc scribunt.

Expensæ Doctori aliò se trāsferenti restituendæ.

Idem docet Accurs. si potuit mercedem ab alio accipere, & non accepit, vt illa debeat computari ei nam paria sunt, habere, vel per eum stare quominus habeat. l. quod te. ff. si cert. peta. l. Labeo scribit, si mihi bibliothecam. de contrahend. emptio. Et quamuis præcisè quis non cogatur locare operas, tamen si mercedem accipere velit, tenetur, nec mutat obligationem, sed si par salarium detur, extinguitur prima obligatio, alioqui daretur materia subtrahendi pecuniam alterius sine labore. Et Doctor, vel alius cōductus ad triennium, sterteret in lecto cum vxore sua, nihil eo tempore agens, quod non est permittendum. Ideo mortuo domino debet curare famulus, vt aliū dominū habeat, aliàs imputari sibi debet, si ab alio vocatus seruire ei recusauit. Et ista est communis interpreti sententia. Imò fortiùs, si Doctor legerit in alia Vniuersitate, & temisérit illud 9
salarium vltimæ Vniuersitati, diceremus non posse à prima petere, quia cū aliis fuit, vt dicit iste tex. & non potest in præiudiciū primæ Vniuersitatis remittere. l. si pignore. ff. de furt. Et habebat actionē contra illā, antè quàm remisisset, ergo & salariū habuisse videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iur. aliàs daretur materia calumniandi, & consequēndi duplex salarium.

Colli

Colligunt etiam mortuo locatore, & domino, assessorem & omnes officiales liberatos esse, à seruitio eis imposito; adeò vt non sint obligati seruire etiam nouo legato, subrogato in locum primi, morte enim seruitium extinctum est. l. eius. ff. si certum petat. l. eius. ff. de curator. furios. l. defuncto. de publ. iudic.

Princeps habet in Fräcia perpetua officia.

Limitatur in Principibus, qui perpetua regulariter habent officia, nec illa mutare solet successor, saltem in Francia, & ita semper fuit obseruatum, adeò quòd minimè mutanda sunt, quæ semper certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legib.

Sæpius fui interrogatus, an Princeps possit consiliarios, & alios suos officiales sine causa reuocare, & visum fuit mihi non posse. probat text. in c. primo. de natura feudi. vbi Princeps non potest sine culpa vassallum suum priuare feudo. c. vnico. quibus modis feud. amittatur.

Præterea quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri, iura non patiuntur. l. quod nostrum. ff. de regul. iur. Sed iurisdictio ordinaria, quam Princeps concedit, est propria illi, cui est concessa l. prima. l. & si prætor. suprà. titul. proximo. l. more. cum l. seq. ff. de iurisd. omn. iudic. ergo illud proprium ab illis auferri non potest.

10 Nam Princeps dominium nõ potest auferre sine causa, cùm sit de iure gentium. l. ex hoc iure ff. de iusti. & iure l. ij. vbi gloss. & Doctor. C. de precib. Imperato. offerend. aliàs veniret contra rationem naturalem, quæ inter omnes gentes constituit hoc ius. §. ius autem ciuile. Institut. de iure natura.

Iurisdictio nõ princeps auferre nõ potest.

Item iurisdictio & dominium æquiparantur. in l. qui furere. ff. de statu homi. Bald in l. si abducta. C. de fur. non potest Princeps auferre dominium, ergo nec iurisdictionem: nec potest Princeps cõtra naturam statuere. §. sed naturalia. de iure natur. in Instit. At natura nõ priuat furiosum, aut cæcum suo magistratu, d. l. qui furere. ff. de statu homi. l. cæcus. de iud. multò minùs poterit Princeps.

Princeps non potest consiliariũ, sibi adsciũ sine causa reuocare.

Adhæc videtur Princeps contrahere cum suo subdito, cui officium concedit, vt amplius eum non destituat, & contractus ligat Principem. c. primo. de proba. l. Princeps. vbi Bal. ff. de legib. Si autem præficiat in consiliarium quendam Aduocatum famosum, qui plus fortè lucrabatur in eo officio, quàm in officio consiliarij, sed illud munus accipit. zelo iustitiæ, & vt prouideat ex nominatione suis filiis, si liberum esset Principi remouere illud officium, esset eum necare, & decipere, quod nõ potest iustus Princeps, is autem Aduocatus fortè reliquit pensiones, quas habebat, & alia quæ recuperare nunc non potest, ergo si hoc Princeps faceret, homines necaret. l. necare. ff. de libetis agnosc. quod etiam est prohibitum Principi per præceptum negatiuum, Non occides, nisi iustitiæ authoritate & iuris.

Præterea olim apud Romanos erant officiales temporales, & perpetui. vt est apud Lamprid. Cornel. & alios. probat l. principalibus. cum l. seq. ff. de rebus creditis. Perpetui igitur dicebantur, quia non reuocabãtur, sed perpetuò erant in suo munere, alioqui non esset differentia inter perpetuos & temporales.

Et si licet reuocare temporales, ergo non perpetuos à contrario. l. cùm prætor. ff. de iud. l. in honorariis. ff. de actio. & obligat. & in titul. de perpetuis & tempor. actio. in Instit. Item quadam contumelia afficitur, qui remouetur sine causa. l. litigatores. ff. de arbitr. quam iniuriam pater populi filiis, id est, populo, inferre non debet, alioqui patris officio non fungitur.

Et si licitum esset Principi reuocare pro libito suos magistratus, aliqui exemplo illorum deterriti non inuenirentur, qui id munus subire vellent, vel non faci lè. c. primo. de cleric. ægro. & sic oporteret solum Principem omnia negotia per se gerere.

Imò, si Princeps ad beneplacitum suum aliquos præficeret, eos reuocare non posset. text. not. in l. iurisperitos ff. de excusa. tutor. ibi, ***quoniam circa latus eorum agerent, & honor delatus finem certi temporis, ac loci non haberet.*** & ibi Bal. hoc expresse firmat: quia, placet, ibi arbitrium boni viri importat, scilicet si iusta causa interuenerit, & quamuis denotaret liberum arbitrium, tamen iniustitiam nõ posset per hoc facere. vt Bart. plenè explicat in extrauagan. ad reprimendum, in verbo, videbitur. & Ias. in l. si sic. ff. de lega. primo. & quando Princeps prius se nominauerit Imperatorem, vel Regem, & posteà dicit, ***concedimus ad beneplacitum nostrum***, intelligitur de Regio beneplacito, & sic de perpetuo, cùm Regia dignitas, 11
vel Imperatoria non moriatur, sicut nec Papalis. c. si gratiosæ. de rescriptis. libr. 6.

Incõstãtia maximè in Principe reprobanda est. l. in causæ. ff. de procur. clem. vnica, de renũtia. Principi enim conuenit illud, quod habetur in Euangelio, quod scripsi, scripsi. Et in hoc maximè reprehensus fuit Bonifac. qui gratias de manè concedebat, & in vesperis reuocabat. Doctor. in c. penult. & vlt. de concessio. præben. in 6. Ideò non debet mutare Princeps voluntatẽ suam in alterius detrimentum. l. nemo. ff. de reg. iur. & in camera cõputo. ordinationes à Rege Frãciæ, editæ sunt à Carolo VIII. quæ prohibent reuocationes officiorum, etiam datorum ad beneplacitum, nisi in tribus casibus, videlicet, in casu mortis, renũtiationis, & delicti inducentis priuationẽ, alibi fortè fusiùs dicetur. docet Francisc. Marc. in decis. 19. in 2. parte.

Idem dicẽdum est, vt per mortem Principis non reuocentur officiales Principum, nec iurisdictio ordinaria. c. relatum. & c. gratum. vbi Doctor. de offic. deleg. l. eius qui. vbi Bart. & Doctor. ff. si cert. petat. glos. & Doctor. in l. & quia. de iurisd. omn. iudic.

Etiam nõ potest successor Principis reuocare, & destituere officiales, quos prædecessor præfecit, sicut nec feuda, vel dominia rei, vt suprà probaui. per c. primum. de natura feud. quia debet approbare facta per prædecessorem, quæ detrimentum non afferunt Reipub. Bald. in l. prima. ff. de constit. Princip. c. primo. de proba. nec fortius ius habere debet successor, quàm defunctus habebat. l. hæredem. ff de reg. iur. scripsi plenè in præfatio. ad titul. de collatio. in Concord. Frãciæ. ne plura. An successor possit pecuniam exigere pro confirmatione officiorum, alibi plenè probaui non posse, cùm eos nõ possit destituere, ergo non requiritur confirmatio, sed si fiat, gratis est concedenda.

Successor nõ põt pecuniã exigere pro confirmatione officiorum.

Diuersum in eo seruatur qui successorem, &c.] Ex hoc text. colligitur legatum non posse recipere, nec petere salarium ex eo tempore, quo alius legatus in eius locum suffectus fuit, & sic ista vltima pars debet intelligi de legato, non in comitibus. Nam dicit, diuersum in eo, non autem, in his,

in his, & ita intelligetur, quòd salarium nullo modo debebitur legato, cui successor datus est, sed de comitibus nullum verbum, nec de assessore, quicquid hic iactent interpretes: attamen vt hæc materia breui comprehendatur, cõclusiones seq. statuam.

12 Prima est, legatus accepit voluntariè successorem, non debebitur illi salarium, quia videtur remittere illud, accipiendo successorem sine protestatione, sicut qui recipit pecuniam ex sententia debitam sine expensis, vt eas remittere videatur. l. iiij. C. depos. & ne duplex salarium pro vna causa debeatur.

Sed quid in comitibus, an illis salarium hoc casu debeatur? Et deberi non dubito, quia per eos non stat, quominus seruiant, & nõ potest legatus in præiudicium comitum successorem accipere, alias esset in legati potestate priuare suos officiales salario, recipiendo successorem ante tempus, & daretur illi materia delinquendi, & priuandi suis stipendiis comites, contra l. conuenire. ff. de pact. dotal. Ideò iste text. dicit diuersum in eo, videlicet legato, sed nõ in comitibus, nec dicit, in his, quod dixisset si voluisset istos comprehendere: tamen si ipsi comites reciperent alios in locum illorum, vel paterentur, vt alij in eorum locum sufficerentur, ipsi non possent postea salarium petere dictante eadem ratione.

Legatus sua culpa remotus. Secunda conclusio est, quando legatus sua culpa remotus est, nõ debetur ei salarium, ergo diuersum est in eo, quàm in comitibus, quibus etiam salarium debetur, pœna enim suos debet tenere authores, nõ alios. l. sancimus. C. de pœnis. c. ij. de his quæ fiunt à maiori parte capituli.

Item perdit salarium à die remotionis per sententiam, non ipso iure. Nam quandiu est toleratus, debet salarium obtinere. l. Barbarius. suprà. de offic. prætor. Petrus Bellaper. & Iaf. hic. Et consiliarius vel iudex accusatus debet habere sua stipendia, quousque priuetur, quia talis est, donec officio sit exutus. c. degradatio. vbi Doct. de pœnis. lib. 6.

Etiam perdit salarium futuri temporis, non præteriti, nec enim corrumpi, aut mutari potest, quod rectè transactum est superueniente delicto. l. ij. ff. de itinere. nisi illud per sententiam quoque confiscaretur. Bart. in l. Mæuia. in Princip. ff. de annuis legat.

Officialis ex fraude remotus. Officialis tamen ad exigendas collectas ascriptus, & ad pecunias publicas, si remoueatur ex fraude, perdit etiam salarium præteriti temporis. l. iudices. vbi Bart. & patruus meus Rebuf. C. de anno. & tribut. lib. 10. l. fi. de vestib. holober. lib. 11. l. ædem. C. locati. Bald. idem dicit in famulo, qui recedit à domino suo, tempore importuno, & in quo valde interest domini, vt salarium etiam præteriti temporis, mittere debeat. l. item si vno. §. item cùm quidam. vbi Bart. ff. locat. Et hoc nisi famulus dominum prius monuerit Ex æquitate tamen aliquid dandum esset ei, & arbitrio iudicis moderandum, si iustam habebat famulus causam discedendi, secus si nullam, teste Aufier. in decis. Tholosa. quæst. 248.

Famulus tẽpore importuno recedẽs à domino.

Famulus æger. Sed si famulus æger fuerit, salarium etiam habebit tempore infirmitatis, dummodò posteà tanto tempore seruiat, quando conualuerit. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufr. Bal. in l. fi. C. de condi. insert. alioqui nullum. Bart. in l. opere testamento. ff. de vsuf. Doctor. in c. propter. de loca.

Nec refragatur quòd culpa comitum hoc accidisse censetur, vt Docto. hic tradunt, quod si probaretur, etiam ipsi priuandi essent, sed si culpa tantùm legati probata sit, comitibus non debet legati delictum adscribi, ideò salarium illis debebitur. l. ij. ff. quod quisque iur. vt infrà dicetur.

Legati delictum.

Tertia conclusio, quando Princeps sua voluntate alium præfecit legatum, vel vtilitatis suæ causa ante tempus, tunc debetur & legato salarium, & comitibus, quia Princeps nõ debet in præiudicium legati, illum remouere. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco. vt dictum fuit. Et factum Principis non deberet nocere tertio. l. Lucius. ff. de euictio. l. nec auus. C. de emancip. liber. l. ex facto. ff. de vulga. & solebat Alexand. Seuer. si vnquam alicui præsentium successorem dedit, dicere, Gratias tibi agit Respub. cuique muneratus est ita, vt priuatus pro loco suo posset honestè viuere, &c.

Nisi cum aliis fuerint, & parem mercedem ab aliis acceperint, tunc nõ tenebitur Princeps ad aliud salarium. Sed si Doctor conductus Auenione, ob pestem legerit Valentiæ, si paria stipendia non habuerit, poterit id quod interest ab Auenione petere. l. si in lege. §. domus. & l. dominus horreorum. in fin. ff. loca. & sufficit quod indemnis seruetur. l. iij. in fin. quod certo loco. æquitas autem nõ dictat, quod duplex salarium exigat. idem tenet Ioan. de Ripa in tracta. de peste. versic. sed hîc quæret. num. 96.

Doctor cõductus Auenione, legẽs Valentiæ.

Quarta cõclusio est, si culpâ comitum ante tempus destitutus est legatus, & comites, non debetur salarium ipsi, nec quidem comitibus, vt omnes puniantur, in quo deliquerunt. l. si merces. §. culpæ. ff. loca. l. penult. solut. matr. Bart. hic.

Legatus culpa comitum destitutus.

Quinta conclusio, quando culpa tantùm comitum successor datus fuit legato, tunc comites salarium perdere debent, sed ipse legatus culpâ aliorum prægrauari, vel puniri nõ debet. Et sic salarium pro residuo tempore obtinere debet. l. si quis in suo. in fi. C. de inof. testa. Et culpa adscribitur assessoribus, licèt ipsi nomine potestatis sententiam proferant. allegatur l. prima. vbi Ange. C. de his qui latro. occulta. Par. s Putea. in verbo, assessor. tract. de syndica.

Notandum est Seneschallum vel alium magistratum teneri pro suo locumtenente, & assessore, 13 quando elegit imperitum, secùs si Rex illum elegerit. facit l. si Procuratorem. §. si tutores. ff. manda. Paris Putea. in tracta. syndica. in versi. assessor.

Lex v. Pavlvs lib. i. Sententiarvm.

Consiliariis eo tempore, quo assident, negotia tractare in suũ quidem auditoriũ nullo modo concessum est: in alienum autem non prohibentur.

Accurs. & alij istum text. intelligunt tractare tanquam Aduocatus, vt non liceat Assessori fungi Aduocati officio, tempore quo est Assessor, & in eodem auditorio, in alieno sic: quidam asserunt hodie etiam in alieno auditorio non licere. per l. fi. ff. de assessor. sed Dec. dicit illam l. loqui de Aduocatis Romæ, quorum erat certus numerus, vt nunc est Aduocatorum Cõsistorialium, & scio seruari in Forensi iudicio in Castellero, vt Consiliarij ibi præfecti in

Forensis vsus in Castelleto.

in eodem etiam auditorio postulent, & Aduocati officio fungantur, & in aliis auditoriis, si vellent, quia non habent iusta stipendia, & quando iudicatur illa causa, in qua fuit ille Aduocatus, ipse consiliarius egreditur à consilio, & alij iudicant.

Negotium quomodo accipiendum sit. Et quamuis negotium generaliter accipiatur pro eo, quod agitur, siue in contractibus, siue in iudiciis & causis: c. fotus. de verb. signif. tamen hic accipitur pro actibus, qui circa lites sunt, vt statim dicetur inferius. Deci. verò intelligit tractare generaliter, vt in c. ij. de iud. videlicet vt assessor nõ possit tractare negotia, id est, consulere propriis negotiis, & in illis iudicare. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud. & consiliarius in causa, in qua agitur de suo interesse, assidere non potest, vt docet Anto. Butr. in c. irrefragabili. §. cæterum. de offic. ordi. hoc est verum, sed non congruunt isti intellectus verbis text.

Quidam intelligebant legendo in principio legis, consiliarij, prout est in Pandect. Florent. quòd eo tempore, quo assident & iudicant consiliarij, non licet assessori tractare & iudicare in suo auditorio causas, in alieno autem auditorio, quàm consiliariorum, licebit assidere, & tractare causas etiam eo tempore quo assident consiliarij.

Et sic colligitur ex isto text. nõ licere eodem tempore assessori iudicare in suo auditorio, quo consiliarij assident, ne impediantur confusione causarum expeditiones, & quia cessante causa cessat effectus. l. quod dictum. ff. de pact. cap. cum cessante. de appella. cessat causa, quando consiliarij assident, vt assessor iudicet, & consulat, ac causas tractet, ergo ipse assessor iudicare, consulere, ac tractare in suo auditorio non potest. Nam adueniente Principe cessat magistratus, sic & consiliariis assidentibus, & causas tractantibus, cessabit assessor. Iste intellectus est valde alienus à vero sensu.

Ideò ego sic istum intelligerem text. videlicet non esse concessum aliquo modo tractare negotia consiliarij in suo auditorio, eo tempore quo ipse assidet: quia quando ipse assidet, est ibi iudex, ideo non licet eo tempore, quo iudex est, tractare, nec decidere negotia ipsius consiliarij: quia ibi ipse esset & iudex & pars, quod esse nõ potest. d. l. qui iurisdictioni. in alieno auditorio, vbi non assidet, tractari causæ consiliarij poterunt. Alienum ergo vocat, vbi nõ præest, nec iudicat, nec consulit, ob id in alieno auditorio ipse nõ consulet, nec iudicabit, fauetque ei iudices non poterunt, sicut in proprio auditorio. vt in tit. C. ne quis in sua causa iudicet. *Alienũ auditorium, quódnã vocetur.*

Praxis in cõsiliariorum causis agitandis. Et sic in praxi notãdus erit iste text. in Parlamentis, in quibus eo tempore, quo agitantur consiliariorum causæ, ipsi descendunt de tribunali, & in locis Aduocatorum se locant, & iuxta suum Aduocatum esse solent, vt non assideant in auditorio, in quo suæ tractantur causæ. quibus finitis reuertuntur ad pristinum locum, & sedem solitam obtinent. Idem in Episcopis, & aliis, qui in Curiis supremis sedem habere solent: tamen Modesti. Consiliarios & Senatores nominat, quia multi sunt Consiliarij, qui Senatores vocari nõ possunt, vt Cõsiliarij inferiorum Curiarum, sed tantùm illi, qui in Curiis supremis resident. l. & qui non sunt. ff. de tutor. & cura. dat. ab his. l. vnica. de offic. præfect. Præto. supra.

Et sic eo tempore, quo quis est iudex temporarius sicut olim erat assessor, non debent decidi, nec tractari causæ ipsius assessorum, vel iudicis. Duo ergo requiruntur in hoc text. primum est, vt quis sit iudex, assessor, vel aliàs præsit auditorio, secundum quòd causa tractetur tempore, quo est iudex, ergo finito officio causa poterit ibi tractari, vbi fuit assessor, vel iudex, quia amplius non est suum auditorium, nec eo tempore iudicatur quo assidet, & sic planus erit sensus huius legis.

Finis primi libri Digest.

D. PETRI REBVFFI COMMENTARIORVM AD IVS CIVILE, PARS SECVNDA.

DIGESTORVM LIBER SECVNDVS.

De Iurisdictione omnium Iudicum, TITVLVS I.

SVPERIORE librorum tractatum fuit sigillatim de officio plurimorũ magistratuum, verùm quia in immensum se extenderet materia, si singula Romano. magistratuũ officia speciatim tractarẽtur, ideò hic adiecit generalem titulum, videlicet de iurisdictione omnium iudicum, tam ordinariorũ quàm delegatorum. Nam Vlpia. ait non esse nouum, vt lex specialiter quibusdam enumeratis, generale subiiciat verbum, quò specialia complectantur. l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad legem Aquil. Doctor. in Rub. de reg. iur. simile dicit esse Bart. C. communia vtriusq; iud. communia de legat. communia de successio. communia de manumissio. communia de vsucapio. & ff communia prædior. & in aliis titulis similibus.

Consyderate, cùm in primo libro tota iurisdictionis materia tractata sit, nunquid congruentius fuisset istum titulum in fine illius libri locari, & demũ materia iurisdictionum finita secũdũ exordiri librum, & sic iurisdictionis magistratuum officia non essent separata, sed conclusa fuissent in eo primo libro: attamen sic visum fuit Triboniano.

Item, quod in superioribus titulis dixit de officio, hîc dicit de iurisdictione. & in l. prima. cùm dixit officium, nempe intelligit quod data iurisdictione alicui, officium ad eum totum, iuris dicendi, transeat. l. prima. §. damus. ff. de suspect. tutor.

Iurisdictio comprehendit & merum imperium. Prætereà iurisdictio in rub. generaliter capitur, vt & merum imperium comprehendat. constat in l. imperium. infrà eodem. vbi fusiùs dicetur. vnde hîc tractatur de potestate, iurisdictione, ac officio omnium iudicum. facit text. in §. iusiurandum. in fin. in authen. de defensn. ciuita. colla. 3.

Et sic iurisdictio consistit in officio iuris dicendi. d. §. damus. inde iuridicus dicitur. l. vnica. suprà de offic. iurid. & ius dicens. l. prima. infrà eodem. Et iurisdictio continet officium, dicendi ius. vt l. prima. infrà eod. quomodo accipiatur videte, in l. si quis. infrà eodem.

Iurisdictio duplex est, ordinaria & delegata. Ordinaria est, quæ iure suo, non alieno exercetur. l. j. in fin. ff. de offi. eius. Delegata autem alieno nomine, & fungitur delegatus vice eius, cuius nomine ius dicit. l. ij. & iij. ibidem. ac l. more. & l. solet. infrà eodem. aliter definit Specul. in hoc titul. in princip.

De voluntaria & necessaria iurisdictione dictum fuit in l. j. & ij. suprà de offic. Proconsul. Bald. in l. j. in repet. C. de emancipa. liberor.

Iurisdictionis appellatio. Appellatione iurisdictionis venit tam ordinaria, quàm delegata, vt in hac rubrica constat, vbi de iurisdictione dicit, & postea tractatur in l. more. cum sequent. & in l. solet. ac l. Prætor. de iurisdictione delegata, in hoc tit. & genus comprehendit suas species, vt Dialectici firmant, & interpretes.

Quod limitatur pro materia. Nam in titulo de offic. eius; si loquamur de iurisdictione, in dubio loquemur de delegata secundùm naturam tituli. l. ius emphyteutici. ff. de in diem addict. Et hoc poterit intelligi ex re, id est, secũdùm materiam subiectam, vt docet Iurisconsultus. in l. sæpe. ff. de verb. signific. vbi scripsi.

Adhæc in hac rubrica est dictio Iudicum, quæ generaliter accipitur hic, pro quolibet magistratu ius dicente, id est, iudicante. §. iusiurandum. in authen. de defenso. ciuit. colla. 3. Nam dicitur iudex quasi ius dicens. l. j. inf. eodem. l. vnica, si quis ius dicenti non obtempera. c. forus. de verb. signifi. & maximè propter dictionem omnium iudicum: qui totũ dicit, nihil excludit. l. a Procuratore. C. de Procura. l. Iulianus. ff. de legat. iij. sed in Pandect. Florentini. l. iste inscribitur de iurisdictione, & additum est omnium iudicum, sed hoc non vitiat. l. testamentum. C. de testa. siue sit ordinarius, siue delegatus. l. more. & l. eum qui. infrà eodem. l. quotiens. C. de iudic.

Requisita in iudice. Notandum est in iudice requiri, primo, bonitatem, quam priùs expetiit Dauid tanquam præcipuam, sic inquiens: Bonitatẽ, disciplinam, & sciẽtiam doce me Domine: ideo in iudice requiritur bonitas, vt in iure vir bonus vocari soleat. l. continuus. §. cùm ita. ibi, *Et magis est, vt totam rem ad iudicem, id est, ad*

virum bonum remittamus. ff. de verb. oblig. l. vir bonus iudic. solui. l. sed & si vnius. §. Prætor ait. de minut. Iudicis ergo nomen habere non meretur hæreticus, malignus, vindicta & dolis instructus. §. si filiusfamilias. ff. de iudic.

Scientia iuris in iudice necessaria. Secundò, requiritur scientia in iudice, videlicet iuris. l. j. ff. de offic. Assessor. & quamuis magistratus fieri posset, vtpote Seneschallus, & præfici rei militari, qui in illa arte est experiẽs. l. certi iuris. de iud. tamen ad dicendum ius nullus præfici debet, nisi iuris sit peritus. l. fi. ff. de variis cognit. §. primo. de obligat. quæ ex quasi del. Ro. nasc. nempe, quomodo ius dicere poterit, qui iuris ignarus est, etiamsi Plauti peritiam, Terentij, & aliorum Poëtarum calleat? Nam quamuis exempla à Valerio, & aliis cõgesta habeat, Iurisconsulti non exemplis, sed iuribus iudicant. l. nemo. C. de senten. & interloc. omn. iud. Ideò toto errant cœlo quidã iuuenes, qui potiùs Ciceronis, vel alterius Rhetoris sententiam inducunt, quàm Iurisconsultorum, cùm ille Grammaticus, vel Rhetor necessitatem iudicandi non habeat, sicut Iurisconsultorum & Imperatorũ statuta; quemadmodum si quis Galenũ ad decidẽdum causas adducere vellet.

Tertiò, diligens esse debet iudex, alioqui punitur ex negligentia. l. Diuus. vbi dixi. ff. de offic. Præsid. l. iustissimos. C. de offic. Rector prouinc.

Quartò, iustissimus & vigilantissimus. d. l. *Iustissimos & vigilantissimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus facultatem*. C. de offic. Rect. prouin. vt vnicuique reddat, quod suum est. l. iustitia. ff. de iusti. & iur. & in Institut. illo titul.

Eloquẽtia in iudice. Quintò, eloquens esse debet. authent. apud eloquentissimum aliquem iudicem. C. de fide instru. alioqui, quam clamosis vocẽ daturus est iudex mutus. c. sit rector. 43. distin. Vnde in Præsidibus supremarum Curiarum maximè attendi debet eloquentia, vt ab omnibus sermo eius intelligatur, & nõ parietibus, & sibi tantùm loquatur: & idem in Aduocatis, & maximè Regiis, vt scripsi in Ordi. Reg.

Sextò requiritur prudentia, & constãtia, vt Callistrat. scribit: *sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrymari oportet, id enim non constantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit.* l. obseruãdum. ff. de offic. Præsid. Et ideò stulti, stolidi ac inconstantes iudices reiici ab officio iudicãdi debent. l. fi. C. de fideicõmiss. liberta. & Bal. in l. ij. C. de senten. ex libel. recit. ait, iudices duas claues obtinere debere, videlicet sapiẽtiæ & cõsciẽtiæ. Alia requisita scripsi in verb. summas. in proœ. Concordat.

SVMMARIA.

1 *Iudex furioso, etiam inuito, tutorem dare potest.*
2 *Eidem etiam Aduocatum vltrò, si nemo sit qui petat, dare debebit.*
3 *Iudex in regno Franciæ suum officium, nemine petente, perrarò impertitur, & quare.*
4 *Officium iudicis post sententiam etiam in executione interponitur.*
5 *Quantum valeat in bonæfidei iudiciis.*
6 *Iudex de negligentia sua tenetur, etiam parte non requirente.*
7 *Appellari potest à iudice, denegante cautionem de dolo.*
8 *Actio & persecutio præscribi possunt.*
9 *Agnitione sola rumpitur testamentum.*
10 *Domo concessa in qua exigitur vectigal, ius exigendi vectigal non censetur concessum.*

LEX I. VLPIANVS LIB. I. REGVLARVM.

IVs dicentis officium latissimum est. Nam & bonorum possessionem dare potest, & in possessionẽ mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, iudices litigantibus dare.

QVia in rub. ponitur de iurisdictione om. iudic. hic declarat Iurisconsul. iurisdictionem illam consistere in officio iudicis, videlicet, vt iudex illam iurisdictionem exerceat, quando opus erit: nec ponitur hìc definitio iurisdictionis, vt quidam putant, sed loquitur text. de officio iudicis, nõ de iurisdictione. vt in l. iij. infrà

Iudicis officiũ quódnam dicatur. Officium iudicis dicitur onus illud iurisdictionis exercendæ, quod iudici datum est ratione magistratus, ideò omnia, quæ causa magistratus, & vt iudex facere tenetur, hoc in officio suo continetur, & vocatur officium iudicis. Nam illud minus mouet illum ad faciendum ea, quæ sibi incumbunt, & ad reddendum ius vnicuique. l. ij. C. de delator. lib. 10. etiam in criminibus. l. si quis. in fin. ff. ad Turpilia. & sic officium iudicis, vt partibus ius dicat, consistit.

Etiam quod in rubr. dicitur Iudicum, hìc, Ius dicentis. Nam iudex dicitur, quasi ius dicẽs. c. forus. de verb. signif. Et vult intelligere de iudice exercente iurisdictionem. Nam si iudex illam non exerceret, & sic ius non diceret, officium illius non esset latissimum, sed angustissimum, nec diceretur ius dicens: & officium propriè iudicis est, cùm ius dicit, non quando est in lecto. vt in titul. si quis ius dicen. non obtempera. & l. ij. de in ius vocand. l. nõ possunt. in fin. suprà. de legib. Ideò hìc Iurisconsultus vult explicare. quod sit iudicis cuiuslibet, reddentis ius, officium, nõ autem iudicis nihil agentis, & dicit esse latissimum, & posteà exempla ponit, in quo consistat, quia etiam & in aliis quibuscunque consistit. Nam exempla in text. conscripta non restringunt regulam. l. nam quod liquidè. ff. de penu legat. & ius dicere quidem dicunt fusiùs patere, quàm iudicare. Nam iudex ius dicit, siue decretum interponat, siue in interlocutoriis, siue in definitiuis, vel alio modo iustè aliquid faciat, etiã extra iudiciũ, sed iudicat in iudicio, & quando sententiam decernit. l. voluit. in fin. ff. de interrogat. actio. Sed dicerem parum differre ista duo, & dictionem, vel, pro & assumi posse, ibi. & in rub. C. ne quis in sua causa iudicet, vel ius dicat. probatur in l. sæpe. ff. de verbo. significat.

Et hic non solùm loquitur de maiore iudice, sed & de quocunque habente merum imperium, mixtum, seu iurisdictionem, vt apparet ex rubr. omnium iudicum, ergo de omnibus hìc intelligit, postquàm dicit, omnes. l. Iulianus. de legat. iij. facit l. magistratibus. infrà eodem. vbi de illis, qui tantùm iurisdictionem habent, loquitur, videlicet de magistratibus municipalibus, & in aliis legibus de habentibus merum & mixtum imperium, & sic de omnibus

bus intelligitur, quicquid dicat hîc Accurs. cùm generaliter iste text. loquatur. l. prima. §. & generaliter. de legat. præstand. hoc probat Iustinia. C. hoc eodem tit. sed hîc non loquitur de officio Principis, sed tantùm ius dicentis, licèt confusè Doc. loquantur. vt dicam in l. imperium. infrà eod.

Item officium iudicis latissimum esse ait Vlpian. non (vt dicit Bart.) quòd sapientia consistat in latitudine, non in longitudine, cùm rarò longus sapiens existat, quod displicebat Cy. quia ipse erat multum longus. Ista distinguit Bartholo. Cocles in primo lib. suæ Physionomiæ. c. 39. de longitudine colli, crurum, vel dorsi, & totius denique corporis. Ad eum te reiicio, & quantum velis ipsi credas.

Itaque Iurisconsul. hîc nõ vult dicere quantum duret officium iudicis, an videlicet per triginta annos, vel alio breuiori, vel longiori tempore, de quo inferiùs dicetur, & sic an longum sit, vel longissimum in tempore, & quo tempore præscribatur.

Officiũ iudicis quàm latè pateat.

Sed hîc dicit esse latissimum, volens ostendere, quid, & quantum contineat hoc officium, vt hîc docet Bart. & latissimum, id est, amplissimum, ad multas & varias factorum species, & actus se extendens. Nam Vlpia. ita scribit in l. ædiles prima. §. itẽ sciendum. ff. de ædil. edic. Iudici enim statim atque factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in iudicio versantur, videtis ergo esse eius officium amplissimum, & in omnibus rebus, quæ in iudicio agitantur, consistere: & sic iudex dicitur, & cùm ius reddit, ius dicens, & reddẽs. vt est in tex. ius dicentis. Nam officium eius est, vt ius dicat. l. penult. suprà de iustit. & iure.

Latum enim dicitur amplum, & spatiosum, cuius contrarium est angustum. l. *via constitui, vel latior octo pedibus, vel angustior potest.* ff. de seruit. vrb. præd. De hoc verbo, latum, scripsi in l. ij. ff. de verb. signific. & Aristo. lib. 5. Metaphysico. ponit differentiam inter latitudinem & longitudinem, quæ ibi videri potest.

Latissimum ergo est, quia in principio cogit partes venire, decernendo citationem. vt in titul. de in ius vocand. & l. ad peremptorium. cum l. seq. ff. de iud. Et ideò dicit text. iudicium reddi in inuitum. l. inter. §. primo. ff. de verb. oblig. in libellis reiiciendis, vel recipiendis. l. prima. de offic. assessor. l. prima. de edend. in Aduocatis dandis. l. nec quicquam. §. Aduocatos. de offi. Proconsul. Post litem contestatam, vt testes & alias probationes decernat, & recipiat. titul. de probatio. de testib. & fide instru.

Et (vt summatim dicam) vbicunque iudicem mouerit æquitas, officium suum exercere potest, & partes interrogare. Vlpian. ff. de interrogat. actio. l. vbicunque. & dicit Bald. in rubr. de offic. deleg. col. vlti. officium iudicis esse motum ad aliquid explicandum in causa latissimè patente. facit l. qui explicandi. C. de accusat. & sic vbi est persecutio, ibi officium iudicis adesse debet. l. j. ff. de variis cognitio.

Præterea etiam amplissimum est, quia iudex illud impertiri potest, siue parte petente, siue non: regulariter tamen parte requirente. l. iiij. §. hoc autem iudicium non datur, nisi postulatũ fuerit. ff. de dam. infect. l. prima. §. magistratibus. de magistratib. conuen. Vnde scribit Iacobi. cauẽdum esse, ne quis exasperet iudicem, sed eum gratum reddat. Nam bonum est habere iudicem fauorabilem, maximè in arbitrariis. c. de causis. & c. consuluit. de offic. delega. §. prætereà. de actio. in Institut.

Illud etiam officium iudex impertitur non petente parte, quando pars petere non posset, & tamen æquum est illud concedi, vt si furiosus sit, qui tutorem petere nõ possit, ei ex officio iudex dabit, etiam 1
inuito. l. illud. cum l. sequen. ff. de tutor. & cura. datis ab his. & Bart in l. ij. ff. de cura. bonis dando. & Ad- 2
uocatum furioso vltrò, si nemo sit, qui petat, dare debebit. vt Papinia. docet in l. nec quicquam. §. Aduocatus. ff. de offic. Proconsul. & Lucas de Penna in l. ij. C. de lucris Aduoca. lib. 12.

Iudex sine petitione quãdo officium suum impertiri debeat.

Etiam dicunt fauore publicæ vtilitatis, animæ, & fisci, iudicem sine petitione officium suum impertiri debere. per l. si quis in hoc genus. C. de Episcop. & cleric. l. congruit. suprà de offic. iud. l. si vacantia. vbi Barto. C. de bonis vacant. idem Barto. & alij in d. §. hoc iudicium. In his tamen casibus in praxi seruatur vt Procurator fisci prosequatur, alioqui non im- 3
putatur iudici. & in hoc regno perrarò iudex nemine requirente aliquid molitur, ne quis in eum tanquam priuatum agat (vt practicè loquar) recipiendo eum in formalem partem.

Poterit quoque iudex post conclusionem in causa, si perpendat testes non planè examinatos fuisse, iterum examinare, si bonum & æquum videat esse ad iustitiam causæ, etiam parte non petẽte, cùm hoc petere non posset. c. per tuas. vbi Docto. de testib. Bald. in addit. ad Specul. in titul. de offic. iudic. & generaliter alia facere in fine causæ debet, quæ videt iure esse facienda, putà vocare partes ad sententiam audiendam. c. ij. de dolo. lib. 6. & posteà eam proferre ex libello. l. ij. C. de senten. ex libello recitand. & sic iudex ex suo mero officio multa facit, ideò eius officium dicitur amplissimum, quia iure actionis ad illud cogi non potest, in multis casibus.

Etiam latissimum dicitur, quia post sententiam 4
in executione interponit illud officium. vt in l. à Diuo Pio. ff. de re iud. & in l. qui restituere. de rei vend. & sicut temone regitur nauis, sic iurisdictio officio iudicis, alioqui parum esset habere iurisdictionem, vel sententiam, nisi esset qui eam executioni daret. l. ij. § post originem. ff. de origi. iur. c. vbi periculum. §. prætereà: de elect. lib. 6.

Naturalia iura, immutabilia.

Nec refragatur quòd circa quædam restrictum sit, ergo non est amplissimum. Respondeo, non ob id desiit esse latissimum: nam & potestas Imperatoris restricta est, vt naturalia tollere non possit, quia immutabilia. Institu. de iure natural. §. sed naturalia. tamen non desinit potestas Principis esse amplissima, quamuis sit in aliquibus casibus restricta, sic & in officio iudicis dicemus, & sic cessabunt contraria Docto. quæ hic mouent. Alio modo soluit dom. Bello. in lib. supputat. 2. c. vij. & seq.

Et sic ex his patet officium iudicis esse amplissimum, & latissimũ, quia extenditur ad omnes actus, in quibus necessarium est, vt interponatur, siue actio competat, siue persecutio, siue petatur, siue nõ, quãdo peti non potest, vt superiùs probatum fuit, & vbi æquitas versatur, quos casus dinumerare potiùs esset laboriosum, quàm vtile, ob id reiiciã te ad Spec. in titul. de offic. iud & ad practic. Bald. in hoc titul. Host. in summa, in titul. de offic. iud. & Rofred. 5
Beneuenta. in tracta. libello. eodem titul. quia tantùm in bonæfidei iudiciis officium iudicis valet,

quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. l. quia.ff.de neg.gestis.nec probo quod Zas. hic scribit quod olim Reges manu Regia omnia expediebant (l. ij. suprà. de orig. iuris) hoc hodie censeri potest officio iudicis nobili expediri: nã omnia & maiora & leuia negotia reges expediebant authoritate Regia: nunc iudices ea tantũ, quæ supremi non sunt imperij: & sic regalia non expediuntur officio iudicum, vt in titul. quæ sint regalia, tractatur. & in his actio vel persecutio ferè est, vt probaui in l. actionis. ff.de verb.sign. quæ non competebant olim, quia non erant eo tempore inuentæ. vt d.l.ij.

Item quantum attinet ad Bart. diuisionem de officio iudicis, eã nõ probo; in qua sic officiũ distinguit, videlicet in nobile, mercenarium, & aduersariũ. Nobile, quod per se stat: mercenarium deseruit actioni: aduersarium, quod non deseruit actioni, sed illi aduersatur, vt quando deseruit exceptioni propositæ. hæc summatim docet Bart. glos. tamen in l. iiij. C. deposit. dixerat triplex esse, sed non sic nominauerat, nec in §. præterea. de actio. in Instit.

Item, vt vocari debeat nobile, vel mercenariũ, siue per se stet, siue non, siue deseruiat actioni, vel aduersetur, nõ video. Nã potiùs vocaretur vltroneum, seu spontaneum, vt statim dicetur; sed quia hæc nominum impositio nullam parit vtilitatem, sed potiùs confusionem, ego eam non sequor, sed Alber. in l. j. col. iij. ff.de interrog. actio. sic diuidit, videlicet quoddam esse merum, quoddam mercenarium, & posteà tripliciter diuidit merum, & hoc confusè: ideò ego dicam sic: officium iudicis quoddam merum esse, aliud mixtum.

Iudicis officiũ, aliud merum, aliud mixtum.

Merum iudicis officiũ est, quod ipse iudex actione nõ præexistẽte impertitur, & in quo plurimũ eius valet potestas. de hoc mero officio sic scribit Põp. in l. v. ff.de verb.oblig. Iudiciales sunt, quæ à mero iudicis officio proficiscuntur, veluti de dolo cautio. vbi Accurs. dicit iudiciales esse cautiones, quæ à iudicis interponuntur officio, quando principaliter super aliqua re cognoscebat, vt si vendiderim seruum, dubito possessorem venenum temporarium illi dedisse, vel quicquam doli admisisse, petam de dolo caueri, iudex hoc decernet. Ista cautio proficiscitur ex mero iudicis officio, & idem in aliis casibus similibus, & Bal. in pract. in hoc titul. de offic. iudic. dicit principaliter intentari, vt in restitutionibus minorum dicam, in l. in causæ. ff.de minor. & dici potest merum, quod nulli actioni, vel accusationi cõiunctum sit, vt in imperio dicetur. in l. imperium. infrà eod.

Iudicis officium merũ, quidnã dicatur.

Mixtum, quod iudex impertitur partim mouente magistratu, & partim actione mediante, vel exceptione. cùm sine actione nullus experitur. l. si pupilli. in fin. ff.de negot. gest. & regulariter officium iudicis istud vbique versatur. Nam scribit Caius. l. *officio iudicis conuenit iubere hereditariam rem venire, vnam, pluresue, & pecuniam, quæ ex pretio redacta est, ei numerari, cui legata sit.* ff. famil. hercisc. Et in mero officio iudicis, plurimum potest iudex, tam in cõcessione, quàm in denegatione, quod non est in mixto, & rarò denegari solet, & mixtum dici potest, quia & de mero, & actione, persecutioneque concipitur. Et dixi officium iudicis vix dari sine actione, & persecutione, in l. actionis. ff.de verb. signific.

Quódnam mixtũ sit.

Ex hoc infertur Bar. & alios perperàm firmasse, nõ posse partem appellare, si iudex merũ suum officium, & quod nobile dicit, deneget, quia hoc misericorditer (vt suis verbis vtar) implorandum est. gl. in rub. ff.de interrog. actio. Nam vbi pars habet iustam petitionem, & persecutionem, tunc non potest iudex officium suum denegare, alioqui ab illius denegatione rectè appellare poterit. l. j. C. si sæpius in integ. restit. & illi intimare, non parti. glos. & Doct. in c. bene. j. de postul. Prælat. Felin. in c. & si clerici. §. fi. col. vij. de iud. scripsi in §. j. de friuol. appel. in Cõcord. Nam 6 iudex ex negligentia, non requirente parte, tenetur. l. diuus. vbi dixi. de offic. Præsid. suprà. multò fortiùs requisitus tenebitur, quia munus habet publicum. l. pupillus. § munus. ff.de verb. signific. quod iure persequenti denegari non potest. Et quia hoc officium pro actione proponitur. c. fi. de offic. iud. imò iniuriã facit parti iudex, officium suum non præbens, quando à parte peti potest. l. j. §. permittitur. in fi. ff.de aqua quotid. & æstiua. Felin in c. at si clerici. §. fin. col. vij. de iud. & Ias. in §. j. de actio. in Instit.

Nam munus iudicandi est necessarium. l. fin. §. iudicandi. ff.de munerib. & honorib. ob id & officium iudicis, quod sequitur ipsum iudicẽ, monet illum, vt ius dicat. l. ij. C. de delator. Ias. in §. j. nu. 64. & sequent. de action. in Instit. etiam si non competat actio. l. j. §. medicorum. ibi, *& ideò his quoque extra ordinem ius dici debet* ff.de variis cognit.

Cautio de dolo.

Etiamsi ad merum iudicis arbitrium relatum esset. per d. l. v. de verb. oblig. vbi cautio de dolo mero officio iudicis præstatur, & tamen si eam iudex de- 7 negaret, ab eo appellari posset, & ita tenet vsus forensis, quicquid dicat Innocent. in c. fi. de feriis. licèt Angel. Ias. & alij eum sequantur in d. §. j. de actio. in Inst. Imò in quibus casibus iudex est puniendus si non fecerit, hoc intelligitur, si fuerit requisitus, vt id faceret, aliàs non. vt docet An. hon. Butr. in c. fin. de rescr. Felin in c. si autem. col. iij. nu. 4. ibid. Ias. in l. vniuersa. C. de precib. Imp. offerend.

Limitatur in casibus à iure permissis. Nam ad officium iudicis spectat omnes res inter singulos hæredes diuidere. l. j. ij. & seq. ff. fam. hercisc. tamen de libris magicis, vel improbatæ lectionis, non debet se interponere. l. cæteræ. ibid.

Item ius permittit denegare iurisdictionem ei, qui non obtemperat iudici. l. sed & si per. §. sed & si dum decreto. ff. ex quib. caus. maior. Ergo officium suum iudex rectè denegare his casibus poterit, quia est à iure permissum, vel constitutione, aliàs nõ, quod est notandum.

Item quando pars non potest petere, vt in testium repetitione, si iudex hoc non faciat, supplebit superior iudex, & bene appellatum ex nouiter actis pronuntiabit, vt seruat forensis vsus. vide Dec. in c. ad hæc. ij. de appellat.

Persecutio non potest iudicis officium. dici.

Ex his enostat Docto. perperàm sensisse persecutionem esse officium iudicis; nam persecutio respicit partem, sicut actio, & actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. l. nihil aliud. ff.de actio. §. j. de actio. in Instit. sicut actio non est officium iudicis, ita nec persecutio, quia pars ius suum persequitur, iudex suum officium, si & quando expedit, impertitur. Ergo officium iudicis esse non potest in parte, alioqui posset facere id, quod iudex.

Actio, officium iudicis non dicitur.

De actione, vt officium iudicis non sit, probatur in l. iij. §. ex quib. ibi, in hac actione officium tantùm iudicis consequatur actor. ff.de alien. iud. mutãd. caus.

facta

facta. l. harum actionum euentus hic est, vt victori officio iudicis aut res præstetur, aut cautio. ff. si seruit. vendict.

Origine etiam differunt, quia officium iudicis est de iure gētium, vt constat in lib. Iudicum. in Biblis. facit l. ij. ff. de origi. iur. Doct. in § j. de actio. in Instit.

Actiones verò iuris sunt ciuilis. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. ibi. *actiones ciuiles*. Ias. & alij in d. §. primo. vnde dicit Bald. in c. querelam. col. 2. de electio. officium iudicis potius actū esse, quàm actionem, quia maximè constat in exercitio iurisdictionis iudicis, qui in iudicando interponit officium suum.

De persecutionis verbo.

Sic erit de persecutione, vt nullo modo iudicis officium dici possit: quod probatur, de iure fisci ff. in l. in fraudem. §. qui pro alio à fisco cōuentus, debitum exoluit, nonnunquam postulat persecutionem bonorum eius, pro quo soluerit, in quo etiam adiuuare per officium iudicis solet, ergo persecutio partis adiuuatur officio iudicis. Nam partis petitio sine decreto iudicis & suo officio nihil parit, officio enim iudicis iudex statuit, pars verò rem persequitur, hoc notum est, quod etiam probat l. si priusquàm. ff. de noui oper. nuntia. l. pars literarum. de iudi. facit l si cuius. ibi, *dominus potest in ea re satisdationem desiderare, vt officio iudicis hoc fiat* ff. de vsufr. Actionis tamen verbo venit persecutio. l. actionis. vbi amplè tractaui. ff. de verbo. signific. quia per actionem persequimur id quod nobis debetur. d. §. primo. de actio. in Instit. alioqui si persecutio vel actio esset officium iudicis, pars ageret, & officio iudicis condemnaret, quod absurdum esset.

Ex his constat inanes & superuacuas esse Bart. & aliorum differentias, quas tradunt inter actionem & officium iudicis, tanquàm si quis vellet facere differentiam inter officiū partis, & iudicis, officium enim partis, est, persequi, vel excipere, seu fugere. d. l. pars literarum. & l. properandum. §. primo. ff. & C. de iud. Iudicis autem officium est, de iuribus partium cognoscere & definire. l. de qua re. ff. de iud. Sed in eo interpretes decepti fuére, cū persecutio sit extraordinaria prosecutio. Doctor. putauerunt esse officium iudicis, sed latè distat, quia persecutio partem respicit: officium iudicem. l pecuniæ. secunda. §. persecutionis. de verborum significatione. Prima differentia est, quia officium iudicis non præsupponit obligationem, quod reprobo. in d. l. pecuniæ. secunda. §. verbum debuit. ff. de verborum significatione. vide Iaso. in §. primo. numero quinquagesimoquarto, de actio. in Instit.

Bartoli differentia reprobatur.

Secunda etiam differentia Bartoli reiicitur, vt si officio iudicis quicquam debeatur. non constituitur quis in mora per interpellationem extraiudicialem, secus si iure actionis, quod non est perpetuum, quia etiamsi debeatur iure actionis, non constituitur quis semper in mora per interpellationem extraiudicialem. l. cùm fundus. ff. si certum petatur. Barto. in l. denuntiasse. §. primo. de ædil. edicto. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. numero septuagesimoquinto. ff. de offic Proconf. Purpurat. hîc num. 105.

Nec me mouet ratio per Barto. assignata, videlicet, quod debetur officio iudicis, hoc nō deberi parti. l. cum postulassem. ff. de damn. infect. quia hoc non videtur verum. Nam illud quod pars potest persequi, est ei debitum, vel suum, alioqui illud sinistrà persequeretur. l. creditores. ff. de verborum significatione. & in l. cùm postulassem. hoc non euenit eò quòd fiat officio iudicis, sed quia à lege ita statutum fuit. l. euenit. ibidem, vt fusius dicam in nouo intellectu ad illam legem.

Officiū iudicis nō dicitur extraordinarium.

Etiam falsum puto, quod interpretes dicunt, iudicis officium esse remedium extraordinarium: nam iudex in omnibus causis suum impertitur officium, vt iudicet, & decernat super eo, super quo partes contendunt, donec controuersia finiatur. l. prima. §. inde ff. de noui oper. nuntia. Ideo potiùs dicitur ordinarium, quàm extraordinarium: nec quidem illud 8
potest dici extraordinarium, quod per solennia iuris exercetur. l. omnes. C. de anno. & tribut. lib. 10.

Nec l. in causæ. de minorib probat, quia loquitur de restitutione, quæ non datur, quando est actio, quæ dicitur remedium ordinarium, sed restitutio dicitur extraordinaria, vbi ergo non competit actio de iure communi datur restitutio, & sic non loquitur ille text. de officio iudicis, sed de restitutione. Et licet concedatur officio iudicis, tamen mediante partis persecutione. vt ibi dixi. Et quia persequi hoc pars iure potest.

Etiam respondeo, d. l. pecuniæ. §. persecutionis. ff. de verbo. signifi. loqui in persecutione extraordinaria, non in officio iudicis. de quo ille text. non loquitur. vt ibi dixi, & multa de extraordinario scripsi in l. pupillus. §. munus. ibidem.

Differentiæ etiam traditæ hîc per interpretes inter persecutionem & officium iudicis, non placent, vt dixi, quia persecutio ad partem respicit. officium autem iudicis ad iudicem, ideò dicitur officium iudicis, ergo non partis. quamuis Ias. & Gomes. in §. primo. de actio. in Instit. multas velint tradere differentias, in quibus nihil est vtilitatis, sed est potiùs cōfundere vocabula, & in futilibus & falsis versari terminis, quod alienum à Iurisconsulto esse debet.

Et sic iuratur in litem, vbi pars iure persequi potest, in casibus à iure permissis. in l. in actionibus. ff. de in litem iurando. quicquid scribat glos. in l. harum. §. fi. ff. si seruit. vendi. alioqui postquàm iudex condemnasset aliquem, si ille nollet rem restituere, vel aliud facere, seu præstare, dolus eius impunitus esset, quod non est permittendum, vt scripsi in interpretatione l. vnicæ. C. de sentent. quæ pro eo quod interest in illius titul. declaratio.

Reconuentio, etiam implorato iudicis officio, competit.

Etiam vbi imploratur officium iudicis, habet locum reconuentio, contra glos. in l. sed & si restituatur. ff. de iud. Cuius enim obseruat arbitriū in agendo, eum habere & contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur. l. cum Papinia. C. de senten. & interlo. omn. iud. alioqui iniquum esset condemnare eum, qui absoluendus est. Et sic cùm officium iudicis in omnibus versetur, nunquam esset locus reconuentioni, quod est ridiculum. & hanc glos. reprobant Doctor. per text. in l. j. in fi. ff. de variis & extraord. cognit. & in c primo. de mutuis petitio.

Et per prædicta inter dicanicos Franciæ hodie est notorium in officio iudicis ita ferè procedi, sicut in actione, verbis tamen vtrique conuenientibus. Vnde requiritur citatio in hoc officio, & datur libellus, ac lis contestatur, audiuntur testes, & alia solennia iudiciorum ferè seruantur, quæ in actionibus, nec est alius stylus in vno, quàm in altero. licèt Bart. & alij dubitent, & distinguant. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. suprà. de offic. Procōs. vbi dixi, & Ias.

in §.primo.num.67.de actio. in Instit. & Doctor. in c.fi.de offic.iudic.

Ex his infertur, actionis appellatione ex vi nominis non contineri officium iudicis, licèt persecutio comprehendatur. in l. actionis verbo. vbi scripsi.ff. de verbo.signifi.quia vtrumque respicit partem, sed officium iudicis ipsum iudicem, si tamē lex vel constitutio indulgeat parti actionem, vel persecutionem, tunc iudex non poterit suum officium denegarè, quia actio est ius persequendi. d. §. primo. de actio.in Instit. & l. nihil, illo titul. ff. alioqui inutilis esset actio apud partem, si ipse iudex nollet officium suum impertiri. l. planè ff. de petitio. hæred. Ideò cessant difficultates Doctor. an propriè vel largè, quia nullo modo, vt dixi, nisi in consequens, & iure quodam correlationis.

Actionis appellatio.

Etiam vbi denegatur actio, & persecutio, etiam iudicis officium actionem & persecutionem respiciens. l. si pupilli. in fi. ff. de nego. gest. alioqui iudex iniustè officium suum præstaret, & malè faceret interponēdo officium, vbi non competit parti ius, nec persecutio, vtpote quia nihil ei debetur, vel si iudex interponeret officium io restituendo minorem post 25. annos, aut in Gallia post 35. certè non rectè faceret, vt scripsi in tracta. de restit. articul. 2. in 2. tomo. Commētario. in Consti. Regi. Gal. Etiam iudex hoc casu suppleret de facto, quod est à iure improbatum. in l. vnica. C. vt quæ desunt Aduocat. Ex hoc periclitatur Accurs. doctr. in l. prima. C. qui admitti. dicens vbi cessat actio, implorari officium iudicis posse.

Imò, si vel lex, vel constitutio tollat omne remedium, non cēsetur sublatum officium iudicis, ipsum iudicem respiciens, quo poterit vti, quando bonum & æquum erit, sed remedia partium tantum sublata censentur. text. in l planè. & l. vlti. vbi Angel. ff. de petitio. hæred.

Vnde non videtur sustineri posse doctrina Accurs. communiter approbata in l. sicut. in verb. persecutione. C. de præscriptio. 30. anno. vt officium iudicis possit 30. annis præscribi. Nam quamdiu iudex in officio durat, & magistratu, semper eius durat officium, & nunquam præscriptione tollitur, quia non potest esse iudex, & non habere suum officium. Et licèt sublata actio sit, tamen iudicis officium semper vireos est, in illis causis, in quibus bonum est & æquum, vt ipsum interponat. Et finita causa per sententiam, adhuc officium iudicis durat in executione. l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. Et sic nō dicetur præscriptione sublatum iudicis officium. Sed quia non est æquum, vt illud iudex impertiatur deficiēte actione, & persecutione partis, ideò dicit tex. latissimū non longissimum, vt dictum fuit, quia nunquam præscribitur officium iudicis, vbi ius est persequendi, sed actio sic, & persecutio, & tunc cessat iudicis officium.

Officiū iudicis nō potest præscribi 30. annis.

Etiam perperàm scribunt Doctores, tunc demum implorari officium iudicis posse, quando quis non potest agere, fortè quia deficit actio. l. quintus. ff. de annuis lega. Barto. in l. si deposita. C. depositi. l. hæreditas. ff. de petitio. hæred. quia imò officium iu-
8 dicis semper cum actione concurrit, & persecutione, sed quando deficit actio, & æquum est iudicem suum impertiri officium, tunc illud non denegabit persequēte parte, vt plenè scripsi in l. actionis verbo. ff. de verbo. signifi. vbi alia videri poterunt huic materiæ accommoda.

Non videtur etiam verum, eum posse officium iudicis implorare, qui non potest excipere, vt si contra instrumentum Regio sigillo notatum non possit aliquid opponi, vel excipi, non poterit officium iudicis peti, nisi lex vel cōstitutio permittat quicquam opponi, vt docui in arti. primo. tracta. de literis obligat. in primo tomo Coostit. Reg.

Et si stylus curiarū habeat, (vt parui sigilli Montispessulani & conuentionum Nemausi) vt non opponantur nisi tres exceptiones, non poterit alia opponi, etiam implorando officium iudicis, alioqui esset in potestate iudicis derogare stylo, etiam à principe approbato.

Sed vbicunque sublata exceptione iudex videt æquum esse, quem audiri, vt in criminalibus, & iure hoc permittente. in l. prima. ff. de quæstio tunc officium suum impertietur iure, vel constitutione permittente, vel rescribente Principe alias esset in potestate iudicis omnia iura & constitutiones infringere, quod ius ei non permittit, alia scripsi in d. l. actionis verbo. de verbo. signifi.

Nam & bonorum possessionem dare potest.] Iudex ex officio suo persequentibus consanguineis habilibus decernebat olim bonorum possessionem, & cùm decreta fuerat, non poterat repudiari, quia quod acquisitum est, repudiari non potest, vocabaturque decretalis bonorum possessio. l. prima. §. decretalis. ff. de successo. edict. Hodie verò ista petitio bonorum possessionis nō fit, sed sufficit agnitio, & qualiscunque testatio amplectendæ hæreditatis facta coram quocunque iudice. l. final. C. qui admitti.

Nam petitio bonorum Coostaotiniana lege sublata est. l. fin. §. fin autem ex alia. C. de curat. furio. vbi Accurs. dicit per solam agnitionem rumpi testamentum. quod Ias. probat in l. sicut. §. final. C. de inoffi. testa. & Bald. hic.

Agnitio amplectēdæ hæreditatis.

Imò etiam in Francia non requiritur aliqua testatio, sed si delata fuerit hæreditas, seu bonorum possessio alicui, is vi consuetudinis factus est etiam possessor, & poterit agere interdicto vti possidetis sine alia apprehensione possessionis, vel agnitione bonorum possessionis, & per illam consuetudinem mortuus sayzit viuum. de qua plenè docui in 3. to- 9
mo Constitut. Regia. artic. 9. tracta. de mater. possess. sit ne mixti imperij, vel iurisdictionis, hodie paucæ est vtilitatis. Nam postquàm olim mixti erat imperij, non desiit esse aliquo iure. Ideò dicit tex. in l. præcipimus. de appella. ***quod non mutatur cur stare prohibetur?*** Vnde probat hic Iurisconsultus latissimum esse iudicis officium, eo quòd bonorum possessionem concedere habilibus posit, vt sequitur.

Et in possessionem mittere.] Etiam ad officium iudicis spectat, vt, si cui damni infecti non caueatur, vt is possidere iubeatur, aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is cui legatum est, legatorum seruandorum causa in possessionem mittatur. Mattian. in l. cognitio. in fin. suprà de offic. eius. vbi docui.

Itaque quomodocumque iudex decernat mittendum quem in possessionem rerum, hoc suo facit officio, per istum textum: sed quod nuntius exequitur, cùm facti sit, non spectat ad iudicis officium. de quo Accurs.

Accurs. & facit l. eum quem. ff. de iud. Ideò siue hoc iudex decernat ex primo, siue ex secundo decreto, semper interponit officium suum, quia etiam actio non potest agitari, & in finem deduci sine iudicis officio, vt superiùs probatum extitit, quicquid hic iactent interpretes. Ideò Iurisconsult. hic dicit esse latissimum.

Item glos. dicit sententiam super possessione esse definitiuam, quod intelligunt Doctor. si lata sit super secundo decreto, secus si super primo; quia tunc erit interlocutoria.

Sententia super possessorio lata, an definitiua dicatur. Vnde in hoc regno sententiæ sequestri, & recredentiæ dicentur interlocutoriæ, habentes vim definitiuæ, sic intelligetur sententia Gratia. in cap. fi. §. de possessione. 2. quæstio. 6. glos. in l. quod iussit. ff. de re iudic. vbi scripsi. Sententia verò super pleno possessorio dicetur definitiua, quia totam possessionis causam definit, & sic intelligetur. l. vnica. C. si de momenta fuerit appellatum. & cap. consultationibus. de officio deleg.

Potest.] Exponit Accurs. pro, debet, definiens iurisdictionem, ego dicam in l. iij. infrà eodem. sed hæc expositio non est necessaria. Nam text. declarat officium iudicis esse latissimum, & potest iudex dare bonorum possessionem, & alia facere, quæ iurisdictionem & munus iudicis respiciunt, nempe postquam officium mouet illum ad ista, & alia faciendum, non debemus addere aliam necessitatem. Nam officium cogit iudicem, vt det bonorum possessionem, & ea quæ in textu sunt conscripta, & alia quæ ad iudicis spectant officium. l. non quicquid. de iudic. de hoc verbo, potest, tractat Bart. & alij in l. Gallus. ff. de liber. & posthu. & ideo hoc verbū, potest, non variatur, siue iudicē respiciat, siue alium, quia iudex potest instante officio, apparitor potest præcedente iudicis decreto, nec est differentia facienda inter ista.

Tutores dare pupillis, ad merum officiū iudicis spectat. Pupillis non habentibus tutores constituere.] Etiam ad officium iudicis spectat dare tutores pupillis, siue sint qui petant. vt in titul. C. qui petant tutor. l. omnem. C. ad Tertullian. siue nullus petat, & hoc ex officio mero procedit. l. illud. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Alexand. hic. Hodie regulariter consanguinei solent petere, alioqui Procurator Regius, vel Domini. Nam iudex monebit procuratorem, vt petat, deficientibus consanguineis, & ita habet vsus forensis Franciæ, & sic conciliantur sententiæ contrariæ, vt iudex det tutores pupillis etiam non petentibus consanguineis, instigabit tamen Procuratorem Regium, vel Domini, vt petat aliis non petentibus Vide quæ dixi suprà in l. prima. de officio eius. & qui tutores petere possint. tractat Iustinian. in titul. C qui petant tutores. & sic non habenti iudex tutorem vel curatorem dat, non autem habenti, nisi in casibus à iure expressis, vt in titul. in quibus casibus tutorem habenti, tutor vel curator dari possit, & alibi.

Iudices litigantibus dare.] Vlpianus scribit: *Cùm res damni infecti celeritatem desiderat, & periculosa dilatio Prætori videtur, si ex hac causa sibi iurisdictionem reseruet, magistratibus municipalibus delegatum hoc rectè putabis* l. j. ff. de dam. infect.

Iurisconsultus per hæc exempla ostēdit officium iudicis esse amplissimum, sed non latissimum esset, si non contineret alios casus, super quibus iudex interponere officium suum debet, ob id hæc exempla causâ tantùm demonstrationis ponuntur, sed alia non excluduntur, & non est curandum, siue exempla sint de mixto imperio, siue de iurisdictione, quia maximè iudex impertitur officium suum in his casibus, nam iudicare vel iudicem dare potest. vt in l. imperium. dicam, & in mero imperio, vt tueatur innocentem. l. j. ff. de quæstio. l. absentem. de pœnis Ista tamen exempla text. mixtum imperium, & iurisdictionem respiciunt, & quamuis iudex non possit indulgere reis, sed tantùm Princeps, l. ij. §. j. & l. Diui. ff. de pœnis. l. penult. de sicar. nec quidem in ciuilibus, l. quotiens C. de precib. Imperat. offeren. tamen multum ex suo officio potest, etiam in criminibus. l. de minore. § plurimum. ff. de quæstio. l. moris. l. respiciendum. l. hodie. l. aut facta. cum aliis legibus. ff. de pœnis. & sic causæ etiam meri imperij comprehenduntur, quicquid dicant interpretes.

Iurisdictio an territorio inhæreat. Bart. hic & alij interpretes docent an iurisdictio inhæreat territorio, & breui ego dicerē iurisdictionem eo casu inhærere territorio, quando territorio & locis ipsis seu ciuitatibus data est. per l. primam. §. cùm vrbem. ff de offic. Præfect. vrb. & scribit Bald. inhærere territorio, tanquam nebula supra paludem.

Et solet hoc Princeps cōcedere in erectione Ducatus, Comitatus, aut Baroniæ, vel alterius feudi, & tunc quicunque feudum obtinebit, iurisdictionem illi feudo concessam habebit. Bartol. in l. si quando. j. C. de bonis vacantib. lib. 10. & est iurisdictio adhærēs territorio, omnis iurisdictio ordinaria. Bart. in l. fi. C. vbi & apud quos. & in dicta l. j. §. cùm vrbem. & eo casu appellabitur ad illum, qui illam iurisdictionem concessit, vt docet Petrus Iaco. in sua Praxi. tit. super iurisdictio. libellus. col. 3.

Si verò concessa sit iurisdictio personis, tunc non inhæret territorio, sed personis. per l. forma. §. quanquam. ff. de censib. Vnde interpretes hīc dicūt iurisdictionem esse actiuè in magistratu ius dicente, sed passiuè dicitur esse in subditis, ratione situs, & quia in eos exercetur. l. fi. infra eod. Alexan. hīc. & consil. 35. vis. col. 1 in 4. volum.

Ex his infertur, quòd concesso toto territorio, censetur concessa iurisdictio inhærens ipsi territorio, secus si pars concessa fuerit. l. in modicis ff de contrahend. emptio. l. quædam. de acquirend. rerum dom. l si quando j. C. de anno. & tribut. vbi Bar. & Rebuf. libro 10. Vnde concessa domo in qua exigebatur 10
vectigal, non censetur concessum ius exigendi vectigal. vt docet Bald. in l. à Procuratore. col. penult. C. manda. d. cap primo. de capita. qui curiam vend. Sic dicimus de iure patronatus in cap. ex literis. de iure patron.

Idem dicemus in fundo concesso, cui inhærebat seruitus. l. traditio. ff de acquirend rerum dom. sic in adscriptitiis seruis statuit Iustinian. in tit. de agricol. & censit. lib. 11. C.

Item qui vendit castrum, vel Baroniam, censetur vendita iurisdictio saltem accessoriè. Bart. in l. inter eos. ff de acquirend rerum dom. Bal. in ca. primo. de capita. qui curiam vend. Ludouic. Roman. consilio 444. an dictum castrum. in 2. quæst. Doctor. plenè in l. imperium. infrà eodem. Boër. in decisio. Burdeg. q. 40. num. 11. Socin. consil. 74. in præsenti. col. 1. vol. 1.

Imò si Princeps concesserit castrum cum iurisdictione Titio, si postea addatur territorium castro, etiam

etiam intelligitur addi, vt iuriſdictionem habeat in illa parte addita. docet Angel. in §. primo in authen. de æqualitate dotis. collat. 7. quem Iaſ. hîc ſequitur. & Bart. in l. fin. C. vbi & apud quos. & idem in parte aucta per alluuionem. concludit Franciſc. Curt. ſenior. in conſil. 57. ſuper eo, vbi multa congerit. quod enim accedit pignori, reputatur pignus. l. ſi conuenerit. ij. §. ſi nuda. ff. de pignor. actio. Multa de hac materia ſcribit Albert. Brunus in tracta. de augmento. ibi abundè videri poteſt.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium militi conceſſum, competit medico & eius militibus.*

2 *Matrimonio prohibito, & ſponſalia prohibita cenſentur.*

3 *Locumtenens non poteſt gratiam homicidii, nec aliis concedere.*

LEX II. IABOLENVS LIB. VI. EX CASSIO.

QVi iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit.

ISta lex generalem regulam præſcribit in iuriſdictione, vt ſi cui data ſit, omnia is facere poſsit, ſine quibus iuriſdictio non poteſt explicari. Ideò citare is ipſe poterit, punireque contumaces, & rebelles, & alia facere, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poſſet, etiam ſi literæ commiſsionis hoc non cõtineant. cap. primo. & cap. præterea. de offic. deleg. l. fin. ff. de offic. eius. *Ratio decidendi.* Ratio eſt, quia ſi committens fuiſſet de hoc interrogatus, veriſimile eſt, quòd illud conceſſiſſet, nollens actum ſuum eſſe nullum. l. Titius. §. fin. ff. de liber. & poſthum. gloſ. in l. tale pactum. in fi. ff. de pact. & in clemen. j. de reſcript. Etiam cui cauſæ cognitio eſt conceſſa, ſententiam proferre poterit, niſi mandans hoc ſibi retinuerit. l. iubemus. cum authent. ad hæc. C. de iud. gloſ. in l. qui procuratorem. ff. de Procur. Bart. & alij in l. à Diuo Pio. ff. de re iud. & hîc accipitur iuriſdictio, pro iuris dicendi poteſtate. idem in l. quamuis infr. de in ius vocand. l. poſtquam. §. Imperator. ibi, *ex forma iuriſdictionis.* ff. vt lega. vel fideicom. Dicam in l. ſi quis id quod. infrà.

Item per hoc verbum data, iſte text. loqui videtur in ordinaria. vt in l. cùm Prætor. ff. de iudic. & §. ſic itaque. de actio. in Inſtit. & in l. j. ſuprà de offic. eius. dictum fuit. tamen etiam poteſt intelligi in delegata. vt probatur in d. cap. primo. & cap. præterea. de offic. deleg. cùm eadem ratio in vtraque verſetur, ergo idem ius cõſtituendum erit. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. & quia dare iuriſdictionem etiam pro mandare, frequenter accipitur. l. cognitio. ſuprà de officio eius.

Textus legis ad legata quoque transferendus. Etiam quamuis text. loquatur in iuriſdictione, habebit etiam locum hæc regula in legatis, & aliis actibus. vnde Vlpianus ſcribit: *Legata penu ea contineri ſolùm, ſine quibus penus haberi non rectè poteſt.* l. iij. in fin. ff. de penu legata. Venuleius quoque ſcribit: *Eum, qui apportare non patitur ea, ſine quibus iter refici non poſſit, vim facere videri, quominus reficiatur.* l. veteres. ff de itine. actúque priuat.

Ideo ſuccedit generalis regula, vt vno conceſſo videantur quoque cætera conceſſa eſſe, per quæ ad illud deuenitur l. iij. §. qui habet. ff. de ſerui. vrban. prædio. vbi Vlpian. ſcribit ſic: *Qui habet hauſtum, iter quoque habere videtur ad hauriendum* l. prima. §. primo. ſi vſuſruct. petatur. & alibi ſic ait: *Videtur etiam hoc exceptum inter ementem & vendentem, vt ei per fundum, ſepulturæ cauſa, ire liceat.*

Priuilegium datum militi, competit medico & comitibus militis, ſine quibus miles eſſe non poteſt. 1
l. inter eos. in fin. ff. ex quibus cauſ. maior. l. adminiſtrantes. §. j. de excuſa. tutor. & parata illa quoque cauſa vxoris cenſentur, quæ ad vſum ancillæ eius conſtituta ſunt. l. iij. & ſequen. ff. de vſu & habita. l. vxori. de auro & argent. legat. Etiam quod expenditur ad vſum nautarum, cenſetur impenſum in naui, ſine quibus nauis duci non poſſet. l. prima. §. non autem. ff. de exercito. actio. l. huius. qui potior. in pigno. habeant.

Adhæc, priuilegium non ſoluendi decimam conceſſum hoſpitali, trahetur ad eos, qui præſunt hoſpitalibus, ſine quibus pauperes viuere non poſſent. ſic conſuluit Oldra. conſilio it thema tale. quod multis iuribus confirmat, maximè per l. ſecundam. C. de Epiſcop. & cleric.

Item data ſtudendi facultate monacho, ipſe agere poterit, & alia facere, ſine quibus ſtudere, & ſtudium perficere non poſſet. l. ſi longius in fin. vbi gloſ. etiam & Doctor. ff de iudic. Dom. de Rota deciſione 334. Monachus in nou. & in addit. & deciſi. 20. per Aufre. & deciſio. 88. dixi in Scholaſt. priuileg. 156.

Sic & contraria regula eſt, vt prohibito vno, omne videatur eſſe prohibitum, per quod peruenitur
ad illud. Vnde prohibito matrimonio cenſentur eſſe 2
prohibita ſponſalia, per quæ ad matrimonium deuenitur. l. oratio. ff. de ſponſal. quando eſt eadem ratio, aliàs contrà. l ſoler. ff. de his qui notant. infam. l ſi quis officium. de ritu nuptia. Alexand. conſilio 194. conſyderatis. col. vltima. in 2. vol. Barbat. conſilio 91. col. 17. in 3. vol. Dec. in conſilio 502. & Bauer. in §. eſt autem. col. 3. Inſtit de hæred. inſtit.

Alia regula eſt, cui committitur conſequens, videtur committi & antecedens ad illud. vnde Vlpian. ſcribit l. *Ad rem mobilem petendam datus Procurator, ad exhibendum rectè aget.* & Pompo. l. *Ad legatum petendum Procurator datus ſi interdicto vtatur aduerſus heredem, de tabulis exhibendis procuratoria exceptio, quaſi non & hoc eſſet ei mandatum, non obſtat* ff. de Procurator. *Commiſſo conſequẽti, cõmittitur & antecedens ad illud.* Vnde cui data eſt poteſtas eligendi, poſtulare poterit. gloſ. & Doctor. in cap. in cauſis. de electione. facit gloſ. in cap. cùm olim. primo. in verbo, protinus contradixit. de officio delegat. Hanc regulam reſtringunt Alex. Claud. & alij. in l. ſi aliquam. ff. de acquiren. poſſeſsio. & Curt. in l. poſtquam. col. j. de pact. C. poſt Bart. in l. ambitioſa. in 2. regula. ff. de decretis ab ordin. faciend. ibi videte.

Etiam à contrario ſi permittatur antecedens, & conſequens permitti videtur. vnde Vlpian. in l. *Qui procuratorem dat, vt confeſtim agat, is intelligendus eſt permittere Procuratori, & poſtea liti peragere* ff. de procurat. Multa ſcribit in hanc rem Nicol. Euerard. in locis legalibus. in argumen. à conceſsione antecedentis, & argument ſequen. & ibi etiam ponit argumentum à deſtructione conſequentis, ibi. vide & Panor.

Panor.in cap.cùm sit liberum.col.pen.& per Claud. Cantiunculam in locis legalibus.

Sine quibus.] Colligitur ex isto text. concessa iurisdictione & necessaria concessa censeri, sine quibus iurisdictio non posset explicari: illa quoque, per quæ faciliùs explicari causa poterit, concessa censentur, quia & hoc necessarium videtur ad causam. l. fin. ff. manda cap.fin. de dolo. vnde habens commissionem vt audiat testes, & cōfessionem partium recipere poterit, vt faciliùs processus iudicari valeat. l.cum te.C.de transact. facit l.prima. in fin.ff.si vsuf. peta. & l. cuicunque. §.item si institor. ff. de instito. actio. docet Papa in cap. prætereà. in fine. de officio delegat.ibi: *Quia ex eo quod causa sibi committitur super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.* Areti.in cap.de testibus. extr. de testib. & sic per illum textum poterit etiam absoluere ad cautelam delegatus, si hoc sit necessarium, & facilè nō possit haberi ordinarius, quicquid scribat glos.in cap.2.de senten. excommunicat.in vj. Hyppol.singul.175.concesso.

Commissionem habēs audiēdi testes, etiam cōfessionem partiū recipere potest.

Et ita seruat vsus forensis, & postquam Papa declarauit delegatum habere plenariam potestatem in sibi commissis, ergo ea, per quæ faciliùs expedietur, concessa videntur, quicquid dicant quidam interpretes. Nam illud videtur necessarium, quod est vtile. l.j.ff.solut.matrim.

Nec refragatur d.l.j.in fin.ff.si vsuf.peta. loquitur enim in vsufructuario, cui sufficere debet vti, quomodo potest, ne proprietas omnino inutilis sit, secus in iurisdictiooe, vt hic.& d.cap.prætereà.nec vsufructuarius recipit plenariam potestatem, sic nec in causa etiam delegatus.d.c.prætereà.

Tamen maiora, vel grauiora expresśis non videntur concessa, quia hæc sub generali expresśione non veniunt.c.sedes.de rescript.clem.2. de Procura. sed hoc alia ratione, quia in specie ea quis daturus
3 non esset.l.obligatione.ff.de pigno. Ideò Principi reseruata, concessa non censentur, vnde Locumtenens non poterit dare indulgentiam, vel gratiam homicidis, nec aliis, nec delegatus Papæ absoluere in casibus Papæ reseruatis. c.quod translationem. de offic. delegat.cap.si quis suadente.17.q.4.Panormi.in cap. prudentiam.§ sexta.per illum text. de offic.delegat. Felin.in cap.veniens.2.de testib.Sed in ordinario dicit Bart. posse eum cognoscere de maiori causa status, quando concurrit cum principali.l.quotiens.C. de iud.alibi dicam.

Delegatus Papæ.

Etiam ista regula restringitur, quando esset diuersa ratio, vel quando cessaret, vt in maioribus, de quibus dictum fuit, & quando commissum esset negotium laico, vt cognoscat de petitione hæreditatis, non videtur commissum, vt cognoscat an ille sit legitimus, quia est alia causa penitus separata, & maior videtur, quàm illa commissa.c.tuam.& c.lator. qui filij sint legitimi.vbi Doct.

Tamen dicit Ias. laicum cognoscere posse, quia capax est virtute delegationis ab Episcopo factæ, sed hic dicimus hanc causam, tanquam maiorem, non esse laico commissam: ideò non posse de ea cognoscere, sed non dubitamus, quod si commissa causa laico à Papa fuerit, quin nomine mandantis cognoscat. cap.2.de iudic.sed non videtur eidem commissa per delegationem simplicem, vt dictum fuit, & per ista comprehenduntur quinque limitationes hic conscriptæ à Ias. & aliis per Decium in dicto c.in præsentia.

Decij etiam sententia videtur vera, vt si iurisdictio sit præscripta, omnia censeantur præscripta, sine quibus iurisdictio explicari non potest. Nam quomodo iurisdictionem præscribere quis potuisset, si non puniuisset rebelles, contumaces, & alios qui sunt puniendi. Ideò præscripta illa iurisdictione, & ista necessaria ad præscriptionem videntur etiā præscripta, per istum text. nec obest c.cùm contingat.in fin. de foro competen.vbi qui præscripsit, vt puniret sibi seruientes, non censetur præscripsisse, vt eos excommunicaret. Nā in iurisdictione præscripta quantum possessum, tantum præscriptum. Ideò ibi iurisdictio non extenditur ad alios articulos non præscriptos, sed iurisdictio non potuit præscribi sine necessariis ad illam, ergo necessaria veniunt ad præscriptionem, sed non alij articuli non possesśi.

Iurisdictio quomodo præscribatur.

Vltimò, dum Bartol. scribit iudicem delegatum non posse ante litem cōtestatam citare te, id est, prehendere, aduertendū est. Nā si causa criminalis mandata alicui sit, is ipse poterit citare, & prehendere personam, tam ante litem contestatam, quàm post, & hoc per istam regulam, si causa vagabundi commissa sit, iudex poterit decernere imprimis illum prehendendum, alioqui ipse non posset cognoscere. Nam statim fugeret vagabundus, & hoc etiam Doctor. videntur scribere in l.nullus. cum l. sequen. C. de exhib.reis.

Causa criminalis alicui cōmissa.

Si verò causa ciuilis mandetur, tunc non potest, nec quidem ordinarius, nisi in casibus à iure expressis ante litem contestatam prehendere, & citare.l.fin. C.de Procurat.quia non est materia, nec causa, imò à iure permittitur, vt quilibet per se, vel alium compareat.d.l.fi.l.consentaneum. C.quomodo & quādo iudex. vbi plene Boër. in sua interpreta. docet. facit text.in c.j.de iudic.lib.6.

Etiam cui datum est principale, & accessorium.l. cùm principalis.ff.de regul.iuris. & reg.accessorium. illo titul.lib.6. vbi Doctor. abundè istam materiam tractant.

SVMMARIA.

1 *Princeps solus potest sententiam in criminalibus mutare.*
Et sententiam nullam confirmare. ibid.
2 *Quæ sunt supremi Imperij, ad se decernit referenda.*
3 *Ius gladij consistebat in gladij gestatione, cognitione & executione.*
4 *Sententia, vt extraneum mortis genus imponatur, non valet.*
5 *Iurisdictionem principaliter habere non dicitur, qui merum imperium obtinet.*
6 *Delictorū animaduersio sine accusatore fieri nō debet.*
7 *Imperium merum non diuiditur.*
8 *Anatomia concesśio debet fieri hyberno tempore.*
9 *Sentētia in absentē non fertur sine citatione præmissa.*
10 *Mixtum imperium quare vocetur.*
11 *Concedere veniam ætatis, est summi imperij: cognoscere verò de ea, est mixti.*
12 *Iurisdictio in venditione castri venire non videtur, nisi id expressè agatur.*
13 *In generali concesśione non venit quod non est verisimile quem concessurum.*
14 & 15 *Mero imperio concesso, quid censeatur concessum.*

Cardina

16 *Cardinalium collegium non potest praescribere contra Papa authoritatem.*
17 *Erectio furcarum est meri imperij.*
18 *Possessio meri imperij per erectionem furcarum retinetur.*
Ampliatur ibidem.
19 *Mensura falsa poena plerunque arbitraria est.*
20 *Mixtum imperium habens non potest occidere.*
21 22 23 & 24 *Iurisdictionem, seu bassam iustitiam habens, de quibus cognoscat.*
25 *Iurisdictionem dolo usurpans, vel extendens, quomodo puniendus.*
26 *Populus illius ciuitatis sub iurisdictione dicitur, in qua tributa & collectas soluit.*

Lex III. Vlpianvs lib. singvl. de offic. Qvæstoris.

IMperium, aut merum, aut mistum est. Merum imperium est, habere gladij potestatem, ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mistum imperium est, cui etiam iurisdictio inest: quod in danda bonorum possessione consistit, vt iurisdictio est iudicis dãdi licẽtia.

IN ista lege interpretes materiam iurisdictionum copiosè tractarunt, & diuisiones imperij & iurisdictionis fecerunt, vt omnia iura conciliarent, sed contrarium euenit. Nam per eas diuisiones, nunc omnia confusa penè sunt. Ideò ego breuiùs dilucidiúsque hanc materiam pertractabo, & maximè quatenus respicit praxim: istas ambages, & dubia, quæ nihil prosunt, his relinquens, qui de vmbra asini digladiari solent.

Imperij diuersæ appellationes. Imprimis dicam imperium accipi aliquando pro iussione, vt velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini. l. velle. ff. de regul. iur. l. liber homo. ij. ad legem Aquiliã. Accipitur etiam pro decreto & sententia. in l. quod iussit. ff. de re iudic. ibi: *Contrario imperio tollere potest.* l. fin. ne quid in loco publico. iuncta l. si Prætor. de iudic. Quandoque imperium pro ipso regimine, & summo imperio ac Principis potestate, & excellentia maximè Imperatoris, vulgò, *l'Empire*, capitur. in l. cùm ratio. §. si plures. ibi: *Cùm ampliari imperium hominum adiectione potius quàm pecuniarum copia malim.* ff. de bon. damnato. & Iustinian. sic scribit: *Maxima quidem in omnibus sunt dona Dei, à superna collata clementia, sacerdotium & imperium.* in authent. quomodo oporteat Episcop. in princ. collat. j. §. quorum. in procem. Instit. & cùm dicimus imperium translatum esse à populo Romano in Principem. l. j. ff. de Constitut. Principum. Interdum accipitur pro potestate, authoritate, vel magistratu. in l. potestatis. ff. de verb. signif. vbi dixi, & sic accipiendo comprehendit & merum & mixtum imperium ac iurisdictionem. vnde Paul. ait: *Magistratus superiores, aut qui sunt in pari imperio, nullo modo possunt cogi.* l. iiij. ff. de arbit. Et Proconsul prius in Romæ ingressus, deponit imperium. l. fin. de offic. Proconsul. sup. l. & si Prætor. de offi. eius. Nonnunquam verò imperium accipitur pro mero imperio. vt hic, & sic pro potestate animaduertendi in facinorosos homines. vt in l. j. § fin. suprà de offic. eius.

Item, vt facile hæc materia intelligatur, sciendum est imperium esse genus supremum, comprehendens omnem potestatem, & iurisdictionem. quod probatur in l. j. ff. de constit. Princip. vbi populus Romanus transtulit omne imperium in Principem, & dictum est imperium, ab imperando, quia omnibus ipse Imperator potest imperare, & super omnibus rebus. Ideo imperium habere dicitur, id est, supremam potestatem. §. sed & quod Principi. de iure natural. in Instit.

Vnde Vlp. sic scribit ff. de offic. Præsid. *Præses prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post Principem*: ergo Princeps habet maximum & supremum. idem dicitur de Proconsule, in l. & ideò. ff. de offi. Proconsul. Et istud imperium summum vocat Aurel. in l. vnica. ff. de offic. Præfect. Prætor.

Itaque hoc imperium habet in se omnem potestatem & iurisdictionem, & sic continet merum imperium, mixtum, ac iurisdictionem, & alia multa extra iurisdictionem, vt condere leges, vt dicam. Et ex hoc imperio (sicut de equo Troiano Græci) proficiscuntur, merum imperium, mixtum, ac omnis iurisdictio & omnis potestas, sicut de mari omnia flumina, vt scribit Balan tit. de alaud. col. 3. num. 12.

Iurisdictionis generalis appellatio. Adhæc iurisdictio duobus modis accipitur, generaliter & specialiter. Generaliter accipitur pro potestate, & continet merum & mixtum imperium, vt probatur in hac rub. de iuris. omnium iud. & l. vnica. si quis ius dicẽ. non obtempera. quia in vtroque imperio non deest iurisdictio. Probat l. j. de officio eius. vbi, qui habent publici iudicij exercitationem, iurisdictionem suam, dum proficiscuntur, mandant, & sic merum imperium. l. si in aliquam. §. cùm plenissimam iurisdictionem habeat Proconsul. sup. de offic. Proconsul. Et tamen merũ imperiũ habet, vt ibi. & ista iurisdictio, vt docet Bart. diuiditur in imperiũ & iurisdictionem, sicut adoptio. l. j. ff. de adoptio. Imperium verò, in merum & mixtum per hanc legem diuiditur, vt dicam inferiùs.

Quæ spectet ad supremũ imperium tantùm. Tamen iurisdictio non comprehendit summum imperium, de quo suprà locuti sumus. Nam supremum imperium per se est, nullique communicatur, sed semper est apud ipsum Principem, qui potest facere ratione huius imperij & potestatis, ea quæ aliis non permittuntur, vtpote condere leges, & constitutiones. l. j. ff. de constit. Princip. & eas interpretari. l. fi. C. de legib.

Creare Consiliarios, & alia officia publica. l. Barbarius. in fi. ff. de offi. Prætor. Et potestas constituendi magistratus ad iustitiam, est de regalibus. vt patet in tit. quæ sint regal. in Feudis.

Indulgentiam & gratiam delinquentibus præbere. vt per totum titulum ff. ad Turpilian. l. j. & l. cùm indulgentia. & l. si deportationis. C. de senten. passis. Veniam ætatis concedere. vt in tit. C. de his qui ve-
niam ætat. impetrauer. Et sententias etiam in crimi- 1
nalibus mutare, ipse solus Princeps potest. l. Diui. ff. de pœnis. & sententiam multaos confirmare. cap. ad petitionem. de accusat.

Creare Notarios generales. Inno. in c. cùm primo tabellio. de fide instrum. potest tamen præscribi per tantum tempus, cuius memoria non est in contrarium, vt creetur Notarius in illo loco, sed non generalis. per c. auditis. vbi Docto. de præscript. & c. super quibusdam

quibusdam.de verb.signif.sic consuluit Bal. pro Ecclesia Beluaceosi in consil. 201. Casus est talis. in 2. vol Dec.in d.c.cùm primo tabellio.de fide instrum.

2 Vnde ea, quæ supremi sunt imperij, Princeps ad se referēda decernit.in l.iij.C.de offi. præfect. Præto. Orient.& l.fin.de offic.præfect.Augustal.insequens consilium letri datum Moysi Exod. 18.c.

Alia sexaginta duo competētia soli Principi, quæ summi sunt imperij, congerit Lucas de Penna in l. contra.de re milita.lib. 12.Bald.in l.prima.C. de iure aureo.annulo.& Iacobi.de Sancto Georg. in tractat. feudor.in verb.Princeps.

Ex his apparet multa esse Principis & summi imperij,quæ non versantur in iurisdictione, nec in mero imperio, vt superiùs dictum fuit, & sic imperium est genus superius iurisdictione, quamuis Doctor. iurisdictionem tanquàm genus supremum apposuerint.

Summum imperiũ à mero segregandum.

Et sic istud imperium est summa potestas, in supremo tantùm Principe residens.d.l.vnica. ff. de offic.præfect.Præto. & ista, quæ tantùm sunt supremi imperij, non tendunt ad merum imperium, vt dicam:ergo non oportet ea miscere,& vnum cum alio confundere, si rectè hanc materiam quis intelligere cupiat. Et ex hoc confusiones infinitæ ortæ sunt,quę sopientur, si summum à mero imperio segregetur.

Imperij diuisio.

Vnde summam diuisionem sic facere debemus, videlicet imperium aliquod est in genere, quod sic partitur: quoddam est summum, de quo superiùs: alterum merum, aliud mixtum, de quibus statim dicetur. Posteà succedit iurisdictio, de qua in hoc tex.& in rub.diuisio eius facta fuit, & per ista diuisiones in arborem redactæ, superfluæ sunt, cùm ad istam reducantur.

Imperium diuidi à Iuriscons. bifariam videmus, cùm omnis bona diuisio bimembris esse debeat, vel ad bimembrem reducibilis, teste Philoso. videlicet in merum & mixtũ,& posteà singula membra definit,quicquid iactent interpretes hîc, & sic Vlpia. definit merum:

Imperium merũ est habere gladij potestatem, ad animaduertendum in facinorosos homines,quod etiam potestas appellatur.]

Interpretes secuti Bart. alio modo definiunt, dicentes Vlpia hîc non definire merum, nec mixtum imperium,nec iurisdictionem, sed exempla tantùm ponere. Ego verò definitiones hîc apposuisse Vlpia. & descriptiones cēseo,in hoc secutus Angel. Et cùm hîc dicat Vlpia. imperium est, non dicit, exempla meri imperij sunt. Et quamuis in iure omnis definitio periculosa sit,& rara est, quæ nō possit subuerti.l. omnis.ff.de regul.iur.& ideò Iuriscōs. solent vti descriptionibus, quia, vt Philosophus testatur, vix inuenitur bona definitio,sed pro ea descriptionibus vtendum est,vt hîc Vlpia.

Definitio imperij meri, constat genere & differētiis.

Et idem est dicere. merum imperium est habere gladij potestatem animaduertendi in facinorosos, ac si diceret, merum imperium est potestas gladij ad animaduertendum in facinorosos. &c. Et sic per rei substāriam hîc potiùs definitur, quàm per effectũ, quo vsus est Horatius,dicens: *Virtus est vitium fugere*, id est,fuga vitiorum est virtus. Et ista definitio cōstat genere, videlicet in verbo, potestas, ac differentiis, respectu misti imperij,& iurisdictionis.

Et comprehendit hæc gladij potestas animaduertendi in facinorosos,pœnam damnādi in metallum, & aliam quamcunque pœnam, cùm in qualibet pœna in facinorosos animaduertatur. Et sic comprehenditur in hac definitione, per l. aut damnum. ff.de pœnis.

Et sic colligere possumus merum imperium consistere in potestate animaduertendi, & puniendi scelestos, ergo qui habet potestatem puniendi facinorosos gladio, vel alio modo adimendi eis vitam, aut membrum, is merum imperium habere dicitur. Vnde Vlpian.ait, *qui vniuersas prouincias regunt, hi ius gladij habent, & in metallum dandi eis potestas permissa est* l.illicitas.ff.de offic.præsid.vbi dixi.& idem Vlpia.scribit sic,l.*nemo potest gladij potestatem sibi datam,vel cuiusuis alterius coercitionis, ad alium transferre* ff.de regu.iur.declarat Vlpia.ff.de iniur.l *si quis iniuriam atrocem fecerit, qui cōtemnere iniuriarum iudicium possit, ob infamiam suam, & egestatem, Prætor acriter exequi hanc rem debet, & eos qui iniuriam fecerunt,coercere.* Accurs.dicit,corporaliter.

De iure gladij.

Sciendum est apud Romanos ius gladij ornamentum fuisse Prætorij, vt docet Laz. lib. 2.c.iij.de repub.Romanor. dabatur enim gladius pro insigni, sicut hodie Regi Franciæ in coronatione datur gladius strictus,quem ante eum magister militũ, dictus Comes stabilis, posteà gestat de eo gladio. Iulius Capitol. in Gordia. ait gladij potestate, succinctus est.& Lamprid.in Alexand.scribit sic,Honores iuris gladij nunquam vendi passus est,dicens necesse esse, vt qui emit,vendat. Ideò qui istud ius gladij habet, & cui accinctus erat,& datus gladius, is merum imperiũ habere dicebatur. Ob id dicit hîc text. Imperium merum est habere gladij potestatem, ad animaduertendum in facinorosos.

Merũ imperiũ habere, quid sit.

Nam hæc gladij potestas ideò dabatur, vt animaduerteretur in scelestos,& hoc ius gladij in tribus consistebat,in gladij gestatione, cognitione, & executione. Ideò nemo poterat hanc gladij potestatem in alium trāsferre,quia specialiter aliquibus tribuebatur.l.solet.suprà.de offic.Proconf.l. prima.de offi. eius. l. nemo. de regul. iur. Sed postea Imperatores declināte imperio, solo verbo ius gladij, seu merum imperium quibusdam dederunt,quo iure nunc vtimur.l.illicitas §.qui vniuersas.ff.de offi.Præsid.& sic optima erit prima Iurisconsulti definitio. De gladio scripsi in l.armorum.ff.de verbo.signifi. vbi dixi hîc intelligi de gladio, de quo in l. aut damnum. ff. de pœn. cuius nomine continetur omne aliud instrumentum,quo vita adimitur.vt in l.cùm vir, ibi, *gladio vltore* C.de adult.d.l.aut damnum. 3

Gladij significatio.

Dando ius gladij alicui,non dabatur suprema potestas, sed ius tantùm animaduertendi, gestandi,& cognoscendi, vt dixi, sed alia insignia dabantur, vt nunc Regi Franciæ in coronatione, quæ summum denotant imperium,& sunt insignia summi imperij, vt patet in tracta.de corona.Regis.

Et ideò dicit text. gladio Nam Vlpia. ait gladio animaduerti oportere,non securi, vel telo, vel fustibus,vel laqueo, vel aliquo alio modo. in l. aut damnum. ff. de pœnis. licèt hodie & animaduertatur securi in Ressortu(vt vulgò dicũt)Tholosano, & vbique in Francia,laqueo, sed non valere sententiā. vt 4
extraneũ genus mortis imponeretur. d. l. aut dānũ. vtpote si vellet telis delinquentem occidere, aut alio

modo extraneo. teste Iaso.in l. si quis mihi bona. §. seruus.col.3.ff.de acquit.hæred.

Qua in mero imperio requirantur. Et sic merum imperium consistit non in sola executione,vt quibusdam visum est, sed in cognitione & examinatione causæ criminalis,& in eius decisione & executione. probat l. prima. §. idem Cornelio. ibi, *sed argumentis causam examinandam.* ff. de quæstio. & §. *Diuus Pius rescripsit, sed & eum, qui cognitionis suscepta tempore.* ibidem. Ergo est cognitio in mero imperio,& sic iurisdictio.l.prima.ibi, *cognitionem Prætor, quam ex Senatusconsulto habet, mandare non poterit.* suprà.de offic.eius.l.solent. de offic. Proconf.§. audiet quoque leuiora crimina. in authen. de defensor.ciuitat.colla.3.l.interdum. §. qui furem. ff. de fur. & pœnale iudicium non datur, nisi causa cognita.l.quamuis. ff. de in ius vocand. ergo cognitio in mero imperio requiritur, alioqui condemnaretur inauditus.contra l. absentem. ff. de pœnis.& l. qualiter.de accusa.

In definitione etiam quod cõsistat merum imperium,probat text.in l.prima.§.si serui.ff. de quæstio. ibi,*in diem ita pronuntiare debere.* l.patre. ibidem.& l. vnius.in fi ibi,*custodia non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt,atque damnari.* ibidẽ. l. prima. in fi.ff.de pœnis.l.absentem.& l.seq.ibidem.l.nõ dubito.in fi.ff.de captiu. ibi, *& in eos damnatos animaduertimus.*

Item Iurisconsultus dicit, habere gladij potestatem animaduertẽdi in facinorosos,esse merum imperium certè qui hanc gladij potestatem habet, prius debet cognoscere de delicto, quàm animaduertere. l. prima.§.itẽ illud.ff.de Senatuscon.Sylla.aliàs inauditus & non damnatus puniretur, & non dicit Iurisconf. animaduersionem esse merum imperium,quia tunc fortè in executione consisteret,sed in gladij potestate,qui ergo habet gladij potestatem, non potest pœnam infligere,nec animaduertere in facinorosos, nisi eos audierit,& cõdemnauerit,vt probat d.l.non dubito.ibi, *in eos damnatos animaduertimus.* l. qui vltimo supplicio damnatur. l. ad bestias damnatos. l. in metallum damnati. ff. de pœn. vbi semper de damnatis loquuntur iura.

Etiam in executione consistit hoc imperium. l. si quis fortè.& l.capitaliũ.ff. de pœnis.l. Diuus. de bonis damnato. l.cum eo. ad legem Iuliam. pecula.l.si quis missus. ne vis fiat ei. Nam parum esset habere cognitionem, & definitionem, nisi & executionem haberet.l.ij.§.post originem.ff.de origi.iur. c. vbi periculum.§.præterea. de elect. in 6.& per istum text. ibi, ad animaduertendum in facinorosos homines,&c. non esset animaduertere tantùm cognoscere & pronuntiare.

Et si diceremus merum imperium in sola executione consistere, lector solus haberet imperium merum,quia ad eum executio pertinet. l.Diuus. ff. de bonis damnat.quod esset ridiculum.

Iudex sine iurisdictione neminẽ in carcerẽ ducere potest. Etiam non posset iudex sine iurisdictione visis informationibus decernere reum prehendendum, & in carcerem ducendum,& testes recolendos esse,vel reum torquendum.vt in titul.ff.de quæstio.aut recipiendos reites,vel recipiendos,& alia facere, quæ ad
5 causam decidendam pertinent, sed incidenter, non principaliter dicunt iurisdictionem habere eum,qui merum obtinet imperium. Etiã ego dicerem in consequens. Nam cui datum est imperium, omnia concessa videntur, sine quibus imperium exerceri non posset.l.ij.suprà.eo.

Item licèt in executione non interueniat cognitio causæ principalis iam decisæ, tamen interuenire potest cognitio exceptionis, opponendæ post sententiam,de quibus in l.à Diuo Pio.§.in venditione.cum seq.ff.de re iud.l.prima. C. de iuris & fac. igno.c.de cætero.vbi Doct.de re iudic.dixi in tractat.de exceptionibus.

Merum dicitur solum,purum,simplex, ab omni commixtione separatum,& sic à iurisdictione ciuili, nec probo sententiam Bart. vt merum dicatur liberum quoad Principem, & quoad alios non. vnde Pompo.ait ff.de verb.obli.l.v.§. *Iudiciales stipulationes sunt, quæ à mero iudicis officio proficiscuntur, veluti de dolo cautio, & Prætoriæ, quæ à mero Prætoris officio,* & Theophil.exponit,merũ, ibi,pro solo, sed sic, vt superius dictum fuit, exponendũ est, videlicet merum officium Prætoris,sine actione, vnde mera veritas,sine falsitatis immistione,&.c.qualiter.primo.in fi. de accusa. Stipulatio merum factum continere dicitur,cùm factum tantùm contineat,non dationem, vt,Insulam in meo solo ædificari, aut in loco Titij.l. qui res.§.qui Romæ. ff. de solut. Meto iure, id est mera interpretatione,exponit Bald.in l.uj. C. de obseq.ego exponerem ibi,mero iure,vt suprà, quasi nõ habitaratione ad pactum,vel ad aliam rem, sed hoc fiat, mero iure, id est, puro & solo iure. Merum etiam ius gentium,quod est solum, nõ commixtum cum ciuilibus præceptis,& Prætoriis.l. bona fides.ff. deposti. Mera ratio,sine æquitatis admixtione,& interpretatione.l.si mandauero.2.§.si hi quorum. ff. mandati. Mera subtilitate,pro sola, sine æquitate. l.iij.§.primo. ff. de adimen. lega. Mera liberalitate.c.statutum.§.insuper.de rescript.in 6.quasi sola,& sine petitione,& pactione. Mera fide.l.omnium.C. de testa.Mera pœna,absque rei persecutione.l.vnica. in fi. ff. si quis ius dicenti non obtempera. Merum aurum,non commixtum cum alio metallo, sed per se purum.l.idem Põponius. ff. de rei vend.Ideò merum dicitur, quasi non mistum cum iurisdictione, quia iurisdictio ciuilis non inest,sicut in misto, quod bellè declarat text.in l.cùm seruus.ff.de conditio. & demonstra.ibi, *sed nos neque conditionem meram esse putamus,quæ in datione existat, neque meram conditionem,quæ in facto sit,sed eam conditionem, quæ ex quadam mistura consistat,&c.* Tamẽ is,qui merum habet imperium,iurisdictione vritur, id est,ius dicit in his, quæ concernunt imperium, cùm enim cõcessum sit imperium,omnia cõcessa censentur, sine quibus imperium non posset explicari.l.ij.suprà.

Vnde potest habẽs hoc imperium, inquirere contra sceleftos,& demum informationes videre,& decernere, vt prehendantur,qui delictum perpetrauerint,deinde audire eos debet, posteà probationes recipere,testes recolere in informationibus auditos, & alios audire,si inueniãtur, & statuere super illis:omnia ista ad iurisdictionẽ pertinẽt, & iure publico expediuntur,vt interpretes aiunt, sed iurisdictio consistens in misto,iure priuato expeditur, & ad singulorum vtilitatem.d.l.pupillus.§.minus.ff.de verbo.signifi.tamen vtrunque iure publico expediri,inferiùs dicitur.

Ex prædictis infertur definitiones Bart. parum, aut nihil ad rem pertinere, dum definit imperium esse

Merum, quid dicatur.

Quæ ad iurisdictionẽ pertineãt.

Bartol. definitiones reprehẽduntur.

esse iurisdictionem, quæ officio iudicis nobili expeditur. Nam superiùs dixi imperium esse in genere summam potestatem, in supremo tantum Principe residentem. Etiam dictum fuit, imperiũ in aliis consistere quàm in iurisdictione, vt condere leges, &c. reprobauíque officiũ vel nobile, vel mercenarium. in l.prima. suprà dictúmque fuit non esse alias extra istas Iureconsf.definitiones quærendas, nec faciẽdam differentiam de nobili & alio officio, cùm semper iudicis idem officium, quod est amplissimum (vt in l.prima. suprà) versetur. item dicit Bart. imperium merum esse iurisdictionem, & tamen negat in mero imperio iurisdictionem esse, & alia multa, quæ valde inter se pugnant, scribit. Ego puto etiam publicè interesse ius cuilibet reddi, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt scribit Vlpia. in l.si longius. §.fi.ff.de iud.l.ita vulneratus, ad legẽ Aquil. & ius publicum maximè in magistratibus consistit. l. prima. ff. de iustit. & iure. Et sic non valent istæ definitiones ad publicam, vel priuatam vtilitatem tendentes, quia munus publicum est officium priuati hominis, ex quo commodũ ad singulos, vniuersósque ciues, rémque eorum, imperio magistratus, extra ordinem perueniat. l. pupillus. §.munus.ff.de verbor signific. ideò sistendum est in definitione Iurisconf. quæ est sufficiens, si rectè intelligatur. Nam adeò publicè vtile est, vt ius dicatur in ciuilibus, sicut in criminalibus. Ergo sicut imperium iure publico expeditur, sic & mistum, & iurisdictio, & priuata etiam vtilitas est illius, qui absoluitur in criminalibus, sicut in ciuilibus. c.cùm inter.de except. Ex quo prouenerunt infinitæ interpretum confusiones, quæ euitabuntur, si veram Iurisconf.doctrinam sequamur.

Vnde non video sustineri posse differentias Bart. vt quæ meri sunt imperij, officio iudicis nobili expe-
6 diantur, quæ mixti sunt, officio mercenario. Nam in vtroque idem iudicis officium versatur, vt docui in l. prima. suprà. nempe nullus sine accusatore puniri debet l.rescripto §.si quis. ff. de munerib. & honorib. Et dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non fuit accusatus, ideò nõ est ab eo eiectus. c.nihil.2.q.prima. Ideo animaduersio delictorum non fit tantùm iudicis officio nobili, vt docet Bart. sed iure accusationis, denuntiationis, aut per viam inquisitionis instante semper parte, aut Procuratore fisci. vt docet Papa in c. qualiter. 2. de accusa.c.Deus omnipotens.2.q. prima. Quid igitur debemus dicere vnum expediri officio nobili, & alterum officio mercenario, & vnum ad publicam vtilitatem, & alterum ad priuatam? quia non minor est priuata vtilitas, quãdo à crimine liberatur reus, quã in pecuniariis causis, quãdo absoluitur. Inhæreamus ergo definitionibus Vlpia. & planũ iter inueniemus.

Diuisiones meri imperij superflua.

Præterea diuisiones imperij datæ per Bart. sunt confusæ, & superuacaneæ, dum diuidit merum imperium in maximum, maius, & magnum, paruum, minus, minimum, nullóque iure cauetur. Imò potius sunt contra iura, & diuisio Zas. dicentis merum imperium magnum, medium, & paruum, etiam est superflua.

Nam si condere leges, creare notarios, & alia iura suprema, maximi & summi sunt imperij, vt suprà probatum fuit, ergo non meri, cùm merum ab eo segregetur, vt dictum fuit, quid enim respicit ad iurisdictionem, & ad iudicis officium leges condere? non idem expeditur iudicis officio, sed summo Principis imperio, licèt Bart. hoc scribat.

Etiam cui non conuenit definitio, nec definitum. l.prima. ff. de dolo. sed definitio meri imperij non conuenit supremo imperio, quod indulgẽtiam præbet facinorosis, ergo non est illa potestas gladij animaduertendi in eos, vel coërcendi, nec alia, quæ suprà dixi, videlicet nobilitare, officia creare, & alia quædam summi imperij. Ista quid ad ius meri imperij, & gladij faciant, equidem certè non video, nec restituere aliquẽ famæ, & honori, pertinet ad merum imperium, sed ad summum. l. prima. §. de qua. ff. de postul. l. prima. C. de senten. passis. & per hoc confusa sunt omnia. vt est in prosa sanctorum.

Supremũ imperium cũ mero nõ confundẽdum.

Item contrarietas est in obiecto, quod sit merum imperium, & quòd sit maximum: nam merum non potest esse maximum, nec maximum potest esse merum: alioqui suprema potestas in defensore ciuitatis, & latrunculatore esset, si eis mandatum esset imperium merum.

Et quomodò maius imperium haberet Princeps, si Proconsul & alij haberent maximum, & tamen in l.& ideo. ff. de offic. Proconf. dicitur Proconsulem maius imperium habere post Principem, quod non haberet.

Adhæc non potest merum imperium esse maius apud vnum, quàm apud aliũ, cui est concessum ideò non opus est facere gradus maximi, vel parui, cùm imperium sit totum, & tantum in vnó sicut in alio, postquam ei tributum est: Nam omnis, qui merum habet imperium, habet ius gladij, ergo æquale ius in vno est, quale in alio post concessionem, nisi à Principe in concessione restrictum fuerit.

Ex his constat non esse confundẽdum supremum imperium cum mero, & mixto, cùm ista à supremo proficiscantur, licèt Doctores hactenus confuderint, & simul miscuerint, & ex hoc multæ intricationes ortæ fuerunt, quæ diluuntur per prædicta.

Etiam per hoc cessabit disputatio inter Lotha. & Azo. videlicet, an apud solum Principem sit merum imperium, vt debeat intelligi apud Principem tantùm summum imperiũ esse, & Reipublicæ regimẽ. l.vnica.ff.de offi. Præfect. Prætor. & non apud aliũ. vt in disputa. Alex. incipien. Sigismundus, licèt Henricus Germanorum Rex Bononiæ pro Lothario pronuntiauerit, vt refert Alciat. lib.2. Paradox.c.6.

Merũ imperiũ apud quos cõsiet.

Sed merum imperiũ est apud illos, quibus Princeps concessit, videlicet olim apud consules, dictatores, quæstores Parricidij, præfectos prætorio, prætores, procõsules, Præsides, & alios de quibus suprà visum fuit, & scripsi in l.j.de offi.eius. Idem in misto, vt apud illos consistat, quibus à Principe datum est, & sic debẽt conciliari contrariæ sententiæ Lotharij & Azo. quicquid hactenus scripserint Doctor. Nã Lotharius confundebat merum imperium & pro summo accipiebat. Azo verò intelligebat de mero imperio, quod est potestas gladij ad animaduertendum in facinorosos homines vt hîc, & hoc merum imperiũ habent omnes, quibus hoc Princeps cõcessit, cõsuetudo, vel præscriptio. vt c.cũ cõtingat. de foro cõpet. licèt interpretes hîc multa super hoc effundant.

Imperium merum nõ delegatur.

Item imperium merum delegari non potest, nec coërcitio corporalis, quæ ratione delicti imponitur principaliter, quia meri est imperij. At alia, quæ sequela est iurisdictionis, etiam non mandatur per se,

sed sequitur iurisdictionem.vt d.l.fin.suprà,de offic. eius.Et illa non est imperij meri, quicquid Barto.&
7 alij super hoc scribãt,nec debet fieri hæc diuisio partui,& minimi,vt superiùs traditum fuit,sed debet totum imperium merũ esse,& non sic frustratim eum diuidere,vt lupus agnum.

Item merum imperium est potestas animaduertẽdi in facinorosos homines,siue sint serui, siue ingenui.l.j.§.præterea.ff.de sica.ibi, *& qui hominẽ occiderit,punitur,non habita differentia cuius conditionis hominem interemerit.* l.in seruorum.de pœnis. Etiamsi puniretur mortui cadauer,fortè propter læsam maiestatem,hæresim,aut alio casu à iure permisso,in §. per contrarium.vbi gl.de hæred.quæ ab intesta. defecerunt.l.ex iudiciorum.ff.de accusa.vbi Bart.& Fel. in c.cum nobis.3.col.de præscrip.& c.si quis Episcopus.de hæreti. licèt regulariter crimen extinguatur morte.l.defuncto.ff.de publi.iudic. & non debet puniri cadauer mortui, nisi in casibus à iure expressis, aliàs fit iniuria cadaueri.l.j. §. & si fortè. ff. de iniur. quam hæredes prosequi debent, vt in titul.de Senatusconf.Syllan.

Cadauer mortuus quandoque puniendum.

Et sic potest iudex post mortem cadauer suspensi,vel capite truncati, dare Medicis ad anatomiam faciendam, vtilitatis Reipub. gratia. vt Doctor. hîc firmant allegantes l.quod reipub.ff.de iniur.& l.si.ff. de pignora.actio.& quod Bart.ibi scribit, nec in hoc consulitur Princeps, sed is magistratus permittet hanc cadaueris sectionem fieri, qui merum obtinet imperium, & illum condemnauit, vt sæpe vidi in Monte pessulano, quamuis contrariũ teneat Chassa. in consue.Burgud.in titul. *des confiscations.* §.j.gloss. *confisqué.*

8 Sed hæc anatomiæ concessio hyberno tempore fieri debet, nõ autem in æstate propter fœtorem, vel statim expediri debet. vt docet Francis. de Ripa in tracta.de peste.in 3.parte.q.6.in fi.

Idem dicendum est, si animaduertatur in corpus irrationale propter horrendum crimen,nõ aliàs,hoc etiam merum respicit imperiũ.c.mulier. 15.q.j. Guido Papæ in Decision.Delphi.q.238.si animal.& Lucas de Penna in l.ij.col.ij. C. de pascuis publi. lib.11. Bened.in repeti.c.Raynutius,in verb.mortuo.in primo.nu.138.de testa.Et hoc merum imperium consistit tam in terra,aëre,quàm in aqua.In terra, quando quis truncatur capite.In aëre, vt si quis suspendatur furca,vt famosi latrones in l.capitaliũ.§.fi.ff. de pœnis.& Bal.alios furcæ figendos congerit.in §. iniuria. col.2.de pace & iura.firmand. in feud. & Guido Papæ in Decis.Delphin.q.589.quæritur.in aqua,vt quis proijciatur in aquam, vt parricida. C. de his qui parentes vel liberos occiderunt, licèt illa pœna nõ seruetur hodie,vel si proijciatur in aquam calidam, vt in crimine falsæ monetæ,vt C.de falsa moneta.

Et quamuis in l.j.de offic.eius.suprà dicatur exercitationem eos habere,qui habent merũ imperium, & sic tantùm vsum,vt docuit Alciat.lib.2.Paradox. capite sexto, tamen ibi scripsi quomodò intelligendum sit.

Et licèt exercitium habeant, ordinariam tamen iurisdictionem in eo habere dicuntur,quãdo à Principe exercitium concessum est, vt Præsidibus, & aliis,alioqui tempore absentiæ demandari non possent,vt ibi permittitur.

Nec in propria persona posset iudex, imperium merum habens,sententias concipere, si tãtùm vsum haberet, & tamen contrarium est verum. Nam latrunculator dicit,*Ego te condemno ad mortem*,& non dicit, *Rex,cuius vices gero.* l. solemus. §. latrunculator.ff.de iud. vbi Doct. gloss. in l.cum probatio. de probatio.& hoc imperium non agitatur per Procuratorem.l.seruum.§.publicè.ff.de procurat.l. pen.de accusat. nec in absentem sententia fertur. l. absentem. ff. de pœnis. nisi fuerit prius citatus ad tres (vt dicunt) breues dies.l.inter.ff.de publ.iudic. 9

Et licèt magistratus ad ministratores dicantur, vt in titul. vt omnes iudices tam ciuiles quàm milita. C.tamen verè magistratus sunt, & administratores ex eo dicuntur, quia omnibus ius administrare, & reddere debent, ius tamen obtinent,sicut alij,qui administrationes in iure canonico habent. cle. prima. de rescript.& de quibus loquitur Lucas de Penna in l.secunda. C. vt dignitatum ordo seruetur. libro 12.

Constat etiam Imperatorem, vel alium Principem nunquam concedere solere ea, quæ supremi sunt imperij, quamuis merum imperium frequenter concedat,& in his,quæ supremi sunt imperij, requiritur expressa & specialis concessio, sicut docent Doctor.& Bart.in extra. ad reprimendum. in Rub. dicit Carolum 4.Imperatorem se in consiliariorum & domesticorum numero ab eo fuisse aggregatum, vt suis verbis vtar,& legitimationis. & concessionis veniæ ætatis, aliisque priuilegiis & gratiis decoratum fuisse scribit.

Imò licèt Princeps concesserit castrum cùm iurisdictione,& omni imperio,tamen nõ videtur concessisse supremum imperium, ideò ille non poterit exigere gabellas,vel collectas,quæ ad solum spectãt Principem, & idem in emptore docet Bertachin. in tracta.de gabel.in prima parte Gaspar. Valac. in repeti.huius l.imperiũ.col.11. Boër. in Decis.Burdeg. q.50.num.11.vbi dicit regalia non esse concessa, vt in titul. quæ sint regalia. in feud. quia ista Principem ipsum respiciunt,& illum sequuntur, sicut lepra leprosum, & Neapolitanus morbus suum alumnum. vt docet glos.in l.iuj.ff.pro socio.pleniùs inferiùs dicetur.& hoc declarauit Ioannes filius Carol.6. quãdo Ducatus Turonẽsis concessus ei pleno iure fuit, vt non contineretur iura superioritatis, vt apparet in lib.antiq.anno 1414.Octobris.8.fol.293.

Castrũ cũ omni imperio & iurisdictione concessum.

Mixtum imperium est, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit.]Et quamuis (vt superiùs dictum fuit)iurisdictionem habeat, qui merum obtinet imperium, non tamen principaliter,sed tantùm,vt merum imperiũ explicari possit, sed in mixto imperio inest principaliter iurisdictio, id est, causarum cognitio,& vt iudex hoc imperium habens, ius partibus dicat, ideo dicit iste tex. inesse iurisdictionem, nam ad hoc tendit mixtum imperium, vt ius in ciuilibus dicatur partibus, antequàm iudex imperet, iubeatue.

Mixtum imperium continet principaliter iurisdictionem.

Nec probo Bartoli definitionem, vt mixtum imperium respiciat vtilitatem priuatam. Nam si quis nolit cauere ob domum ruinosam, iuxta palatium regium,vel aliam publicam domum sitam, iudex mittet in possessionem,per totum titul.ff. de damno infecto.& tamen ibi missio respicit publicam vtilitatem,& alia suprà dixi de hoc mero imperio.

Nempe hoc imperium mixtum, ob id mixtum vocatur, 10

vocatur, quia est compositum ab imperio, & iurisdictione, sicut hermaphroditus vtroque membro. l. quæritur. ff. de statu hominum. nec est in his pertinaciter insistendum. Nam hoc habens imperium, potest flagellis, & fustibus cædere, ac aliam castigationem citra mortis supplicium, aut membri incisionem imponere, quæ meri sunt imperij. §. ad hoc. in autheo. de collator. colla. 9. dummodò quicquam atrociter non agat. l. si quid. ff. de offic. Proconf. Et sic imperium merum regulariter in capitalibus causis consistit, mistum verò, vt ius dicat is, qui illud obtinet, & sic in causis ciuilibus. ideo tex. dicit, cui iurisdictio inest, videlicet vt ius dicat, & inesse, imperio est contineri. l. si quid. §. final. ff. de legat. tertio. Vnde antequàm daretur bonorum possessio, iudex cognoscebat, an danda esset, & posteà eam decernebat, licèt hodie secus. in l. fin. C. qui admitti. vt inferiùs dicam.

Potestas ha bitis mistū imperium.

Nec puto interpretum sententiam veram, dicentium illis competere mixtum imperium, qui iurisdictionem habent, quòd pœnali iudicio iurisdictionem suam tueri possint. l. vnica. ff. si quis ius dicent. non obtemper.

Nam in hoc text. tria sunt, videlicet merum imperium, mixtum, & iurisdictio. Et si eos sequamur, duo tantùm dicemus, videlicet merum imperium, & iurisdictionem. Nam qui habet iurisdictionem, habet & mistum imperium secundum eos, sed hoc est falsum. Nam qui mistum habet imperium, non habet iurisdictionem, nisi quatenus inest imperio, sic & coërcitionem habebit, prout est misti imperij.

Nec refragatur, quod iurisdictio modicam in se coërcitionem contineat. l. final. ff. de offic. eius. Respondeo, illa coërcitio modica est, at illud imperium mistum maiorem habet coërcitionem. Ideò qui iurisdictionem habet, non habet mistum imperium, nec concludit argumentum: sed qui habet mistum imperium habet & iurisdictionem, quæ in misto imperio inest, vt hic, sed in iurisdictione non inest imperium.

Iurisdictionem habēs, non habet mixtū imperium.

Vnde testis, qui falsum protulerit testimonium coram habente mixtum imperium, actiùs punietur ab eo, quàm ab habente tantùm iurisdictionem. iuxta l. nullum. C. de testib. Et si pœnam maleficio dignam imponere non possit, remittet illum falsarium ad superiorem, pœna digna delicto puniendum. l. prima. §. item solēt. ff. de offic. præfect. vrb. l. Diuus. de fals. vbi Barto. l. nisi. C. de adminis. tutor. Et qui non potest pœnali iudicio procedere, ad mulctam condemnabit, & secundum ius suæ potestatis. d. l. vnica. ff. si quis ius dicenti. cap. cùm non ab homine. de iud.

Non me mouet, quòd is, qui ciuiliter de causa cognoscit, possit & incidenter de crimine cognoscere. l. quotiens. C. de iud. & contra. qui de crimine cognoscit, de rei restitutione cognoscet. Barto. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. Sed hoc fit auctoritate legis, quæ hoc concedit, vt vna res non diuidatur, sed tota expediatur coram vno iudice, & ne causæ continentia diuidatur. l. nulli. C. de iud. cap. primo & secundo. de causa possessio. l. prima & secunda. ff. de quib. reb. apud eundem iudi. agat.

Causæ cōtinētia, nō diuidenda.

At iurisdictio non est eadem cum mixto imperio, ergo arguere ex vno ad aliud, non est rectè arguere, cum ex separatis non fiat bona illatio. l. si. ff. de calumniat.

Item postquam iurisdictio inest imperio, si quædam exerceantur, quæ meri sunt imperij principaliter, certè illa respiciunt merum imperium, vtpote si ob cognitionem delicti, quis pro eo mulctetur. l. aliud est fraus. §. primo. ff. de verborum significatione. Ideò si quis excommunicetur in pœnam delicti, cuius accusatur, hoc meri est imperij. Panor. in cap. cùm contingat. columna tertia. de foro compet. quia loco gladij est. c. solicitudinem. de appel. c. dilecto. de senten. excom. in 6.

Si verò iudex ad faciliùs exercendam iurisdictionem, & expediendam quemquam excommunicat, hoc mixti est imperij, vtpote si iurisdictionem exerceat, quia iurisdictio inest imperio. Et ita debet alia opinio intelligi, quam Doctor. sequuntur in l. vnica. ff. si quis ius dicent. non obtempera. Et inferius in praxi alia deducam.

Et sic concedere veniam ætatis, est summi imperij. vt l. secunda. C. de his qui veniam æta. impetra. sed cognoscere de venia ætatis, est mixti, & sic conciliantur opiniones diuersæ, vt plene docui in secundo tomo Constit. Regi. titul. de Registris baptismi. articul. primo. gloss. prima. Item super legitimatione, & restitutione literas concedere, saltem in Francia, summi est imperij, cognoscere verò an iustę sint literæ, pertinet ad iudices, quibus literæ diriguntur, & ista videmus quotidie in forensi iudicio exerceri. 11

Etiam super supplicatione (quam propositionem erroris nostri dicunt) literas concedere, est summi imperij, cognoscere verò de iudicato, pertinet ad illos, quibus literæ directæ sunt, prout scripsi in tractatu de supplica. & error. propos. in primo tomo Commenta. in Constit. Reg. idem dic in aliis. In vanum ergo Barto. & alij diuidunt mixtum imperium in maximum, maius, &c. Sicut de mero suprà scripsi imperio, quia illa quæ summi sunt imperij, non sunt mixti. & tamen Barto. & alij commiscēt, & confundunt ista, quæ volui separare, vt dilucidiora fiant, & vt quilibet intelligat nostros in his perperàm processisse.

Et hoc mixtum imperium à digniore sumit nomen, videlicet ab imperio, non à iurisdictione, pro quo facit l. quæritur. ff. de stat. homi. vbi scripsi. & l. cùm in diuersis. de religios. infra. cap. quod in dubiis. de consecra. Ecclesi. vel alia. quod las. probat hic per octo similia. vide Felin. in cap. primo. de præscr.

Mixtū imperiū à digniore denominatur.

Quod in danda bonorum possessione consistit.] Dicunt interpretes mixtum imperium continere in se modicam coërcitionem. l. vlti. ff. de offic. eius, sed in datione bonorum possessionis nulla coërcitio versatur, ergo non est mixti imperij. Respondeo, in mixto imperio versari quidem imperium, & modicam coërcitionem, vbi hoc est necesse, sed non est semper necessaria coërcitio, nec ob hoc desinit imperium mixtum esse. Nam & iurisdictio sine modica coërcitione nulla est. d. l. final. Et tamen non in omnibus casibus iurisdictionis adhibetur coërcitio, sed quando necesse est. l. ij. suprà. vt quando iudici non obtemperatur. l. vnica. infrà si quis ius dicenti non obtemperauer.

Vnde olim cùm quis bonorum poſſeſsionẽ contra tabulas petere volebat, probare eum oportebat ſe filium eſſe, & à patre præteritum. l. prima, & per totum. ff. de bonorũ poſſeſsionib. cõtra tabul. §. ſunt autem. de bonorum poſſeſsione. in Inſtit. Et in his verſabatur cauſæ cognitio. ff. de Carbo. edict. Et imperium ac decretũ poſteà, & ſic iuriſdictio ineſt imperio, ita vt antequam iudex iubeat, vel decernat, oportet quod cognoſcat. l. de qua re. ff. de iudicib. & idem in aliis multis bonorum poſſeſsionibus. vt dicto §. ſunt autem. & l. prima. §. decretalis. ff. de ſucceſſor. edict.

Vnde omnia, quæ ſunt meri, miſti imperij, & iuriſdictionis, vno eodémque officio expediuntur, & non diuerſo. Nam ſicut iudex non mutatur, ſic nec eius officium, nec ex vno iudice naſcitur filius nobilis, vel mercenarius, ſed omnes æquales facit. Et ideò omnia expediri dicũtur ab eo, iure ſui officij, & magiſtratus, & ita intelligendum puto, quicquid Barto. & alij tradant.

Et ſic gradus miſti imperij ſunt reiiciendi, ſicut in mero imperio diximus, aliàs eſt miſcere ſummum imperium cum mero & mixto, quod eſt confundere & obtenebrare iura per ſe clara.

Iuriſdictio etiam eſt iudicis dandi licentia.] Poſtquàm Iuriſconſultus declarauit imperium merum & mixtum, nunc etiam declarat iuriſdictionem dicens eſſe iudicis dandi licentiam. Nam qui iuriſdictionem habet, eam mãdare poteſt. Papinian. in l. prima. ſuprà de offic. eius. ergo habet licentiam & facultatem dandi iudicem, facultas dandi iudicem, eſt iuriſdictio, quia non poteſt iudicem dare, qui iuriſdictionem non habet. l. cùm prætor. ff. de iud. l. priuatorum. C de iuriſdict. omn. iudic. & l. prima. ſuprà. de offic. eius. Vnde qui iuriſdictionem obtinet, poteſt ius dicere, vel iudicem dare. Vlpia. ſcribit, *non imponi neceßitatem proconſuli, vel legato eius, vel Præſidi prouinciæ ſuſcipiendæ cognitionis, ſed eum æſtimare debere, an ipſe cognoſcere, an iudicem dare debeat* l. ſæpe. & ſeq. ff. de offic. Præſid.

Iuriſdictio quid ſit. Et ſic cognoſcere per ſe, vel per alium, & ius dicere, eſt ius dicendi licentia, & ſic iuriſdictio eſt iudicis dandi poteſtas. vt in l. à iudice. C. de iud. vel, iuriſdictio eſt iudicia dandi licentia. Nam qui iuriſdictionẽ habet, licet ei iudicia dare, id eſt, reddere ius, & is qui iuriſdictionem non habet, non poteſt, & facit locus Ciceronis orationis 4. in Verrem: cauſam Verres cognoſcit, Verres cognoſcebat, Verres iudicabat, dubium non eſt, quin omnes omnium pecuniæ poſitæ ſint in eorũ poteſtate, qui iudicia dant, & eorum, qui iudicant, & paulò poſt, ibi: Atque vt aliquando de rebus ab iſto cognitis, iudicatíſque, & de iudiciis datis dicere deſiſtamus. Et in Orat. pro Cecinna, ibi: Etenim ſi Prætor is, qui iudicia dat, nunquam petitori præſtituit, qua actione illum vti velit, tamen Iuriſconſulti definitio melior erit.

Et ſic non placet intellectus Alciati libro ſecundo. Paradox. cap. octauo, licèt quidam eam ſequantur, videlicet vt legi debeat text. ita: *Miſtum eſt imperium, cui etiam iuriſdictio ineſt quod in danda bonorum poſſeßione conſiſtit, vt iuriſdictio iudicis dandi licentia*, & ſic nihil ageretur hîc de iuriſdictione, ſed de mixto tantum imperio, quod non eſt veriſsimile, quia in hac rub. tractaturũ de iuriſdictione omnium iudicum Iuriſconſultus ſe profitetur, & tamen ſi nihil tractaret, etiam eſſet peruertere text. Ideò ego intelligerem, vt ſuprà, iuriſdictionem definiri hîc, & eſſe iudicis dandi licentiam, vel iuris dicendi licentiam, vt docet Doct. Viglius. in §. præterea quibus nõ eſt permiſſum facere teſta. Nam qui habet iudicis dandi facultatem, habet & iuris dicendi poteſtatem. vt d. l. ſæpe. & ſic intelligendo, vt ei qui iuriſdictionem habet, liceat ius dicere, & reddere. Et nihil eſt iuriſdictio, quàm ius dicere. l. prima. §. damus. ff. de ſuſpect. tutor. Ideo qui iuris dicendi licentiam habet, dicitur habere iuriſdictionem. Nam iuriſdictio in iure ſæpe comprehẽdit mixtum imperium, & cognitionem in ciuilibus. l. fin. ff. de iud. Et conueniet hæc definitio tam delegato, quàm ordinario, vt omni, qui iuriſdictionem habeat, per ſe vel alium, liceat ius dicere, & quando non poteſt per ſe, poterit iudicem dare. Et ſic ceſſabunt intellectus aliorum, & inhærendum eſt Iureconſ. Vlpia.

Iuriſdictio dicitur, quaſi iuris ditio, id eſt iuris poteſtas. vt docet Barto. hic. Ego dicerem iuriſdictionem dici à iure, & dicere, quòd iuriſdictio conſiſtat in iure dicendo. Nam iuriſdictionem exercens ius dicit partibus, ideò qui iuriſdictionem habet, habebit ius dicendi, vel iudicis dandi licentiam, nec poteſt melius exprimi effectus, & ſubſtantia iuriſdictionis, quàm hîc facit Iuriſconſultus breuibus verbis. *Iuriſdictio vnde dicatur.*

Item iſte text. definit imperium merum, & miſtum, & demum iuriſdictionem continuando, non ſolùm imperium merum eſt habere gladij poteſtatem, & mixtum eſt, cui iuriſdictio ineſt. &c. Etiam iuriſdictio eſt iudicis dandi licentia. Nam qui eam habet, ius dicere, vel dare iudicem poteſt, & ita intelligetur dictio, etiam, de qua plenè tradidi in l. mulieris. ff. de verborum ſignificatione, & qui mixtum habet imperium, iuriſdictionem quoque habet, & principaliter: ſed qui habet imperiũ merum, in conſequens, ſic & in iuriſdictione coërcitio continetur, in conſequens. l. fin. de offic. eius.

Sunt qui dicant verbum, licentia ab authoribus non eſſe receptum, quo verbo tamen vſus eſt Cicero in Offic. dicens, Pueris non omnem licentiam ludendi damus. Et de Orat. Conſuetudo dabat hanc licentiam. Et in Epiſtol. Magna eſt gladiatorum licentia, & alibi ſæpius. de qua dictione plura ſcripſi, ff. de verborum ſignificatione l. licet inter. prima. vbi dixi apud Iuriſconſultos pro permiſsione libera, non temeraria accipi, licet contrarium quidam ſcripſerint.

Dubitant interpretes quandò iuriſdictio datur alicui, an cumulatiuè, an priuatiuè data cenſeatur. Felin. in cap. Paſtoralis. de offic. ordinar. cumulatiuè dari teſtatur. per l. final. C. de iuriſdict. omn. iudic.

Vnde ſi Rex det iuriſdictionem latrunculatori in ciuitate Pariſienſi, intelligi debet, vt ipſe habeat iuriſdictionem cum aliis magiſtratibus Pariſienſibus, tunc erit locus præuentioni, nam in dubio non videtur aliis tollere, & illi ſoli dare. l. ſecunda §. meritò. ff. ne quid in loco public. fiat. facit l. ſi in aliquem, & l. nec quicquam. de offic. Proconſ. Barto. in l. ſtudentibus. C. de offic. præfecti vrb. Panor. in c. cùm ab Eccleſiarum. de offic. ordina. & cap. cæterum. de iud. *Præuentio, cõceſſa iuriſdictione alicui cum aliis, locum habet.*

iud.Roma.consil.393. Præsens. vbi hoc decem argu-
mentis probat.

Cõmissiones Regis, quomodo intelligẽdæ sint.

Limitatur quando diuersæ fierent species iurisdi-
ctionis, tunc Rex committendo vnam cuipiam, aliis
prohibere censetur, vt si causas criminales vni con-
cedat, alteri ciuiles. l. solemus. §. latrunculator. ff. de
iudi. vt videmus in hoc regno Franciæ, in quo habe-
mus magistratus in causis ciuilibus, & alios in cri-
minalibus, vt est videre in Constit. Reg. in prima
parte. Idem, si committantur causæ patrimoniales
Regis quibusdam, aliis prohibere censetur, vt supe-
riùs dictum fuit, & solet in cõcessione Princeps pro-
hibere, quãdo vult, vt hi soli, quibus committit, cau-
sas cognoscant. vt constat in titul. ***de la chambre du Domaine***. in d. Constit. Reg.

Item quando Rex causas & lites super nemori-
bus motas, & mouendas al quibus tribuit, aliis tolle-
re censetur, & specialiter his committere. l. prima. su-
prà de offic. eius.

Et interest, an generaliter tribuatur iurisdictio
certis iudicibus, quæ iam fuerat aliis cõcessa. & tunc
regulariter non videtur tolli à primis, sed locus erit

Præuentio.

præuentioni, vt dictum fuit. Si verò committatur
certis personis, & interdicatur aliis, non est dubium
primos priuatos esse, vt in Francia fieri solet, & ita
concludunt Panor. & Felin. in cap. cùm ab Ecclesia-
rum. & c. pastoralis. de offic. ordin. quod est notan-
dum ad declarationem Cõstitutionum Regiarum.

Dubium arduũ est, an si Princeps donauerit vr-
bem, videatur quoque donare omnia, quæ in vrbe ei
competunt, & sic iurisdictionem. super hac quæstio-
ne ego faciam tres casus.

Primus est, donans, vel vendens ciuitatem, seu ca-
strum simpliciter sine vniuersitate, non videtur ven-
dere iurisdictionem, oõ cohærentem castro, nisi ex-
12 pressa sit, quia iurisdictio in venditione venire non
videtur, nisi expressè sit actum cap. primo. de capita.
qui curiam vendidit. Ludo. Roma. consil. 444 an di-
ctum. 1. dubio. Bald. in l. à Procuratore C. mandat.

Secundus casus est, Princeps donando vrbem. vel
castrum cum iurisdictione, donare non videtur me-
rum imperium, nisi exprimatur. l. prima. ff. de offic.
præfect. vrb. Bald. in cap quanto. colum. 2. de iudic.
etiamsi dixerit, quicquid iuris habeo in vrbe dono,
nihil excipiendo, vt censuit sacrũ magnum Conci-
liũ Neapoli. vt refert Mathe. de Affli. in Decis. Nea-
pol. quæst. 122. Si comes. Et ita etiam iudicauit Sena-
tus Parisiens. Anno 1271. circa festum omnium San-
13 ctorum, quia in generali concessione nõ venit illud,
quod non est verisimile, quem esse concessurum. l.
obligatione. ff. de pignor. c. fin. de offic. vica. libro 6.
nisi diceretur, quia maiora expressis non veniunt. l.
sedes. de rescri. nisi diceretur, Ego cedo totã, vel om-
nem, vel quãcunque, vel omnimodam, seu plenissi-
mam iurisdictionem, tunc & merum imperium ve-
niret, vt docet Claud. Seicel. hîc, per d. l. si in aliquã.
in fine. & clem. primã. in gloss. omnimodam. de fo-
ro competent. Præpos. in cap. pastoralis. colum. 6.
de appellat.

Reprobata opinione Felin. in cap. quod sedes. de
offic. ordi. dicentis merum imperium venire iurisdi-
ctionis nomine, quando Princeps donat castrum cũ
iurisdictione, quia latissimè interpretari verba illa
Principis debent. l. beneficium. ff. de constitut. Prin-
cip. diuersum est, si Princeps committat alicui iuris-
dictionis exercitium, sed hoc est contra l. primã. ff.
de offic. præfect. vrb. Nã potiùs restringi debet con-
cessio rei, quàm vsus, aut exercitium, vbi non est
tantum incommodum. vt probat l. fin. C. quæ res
pigno. obliga. poss.

Castri vẽditio cum tota iurisdictione.

Et sic vidi decidi in eo, qui vendiderat suum ca-
strum cum tota & quacunque iurisdictione, quàm
ibi habebat, vulgò ***auecques toute iustice***, vt etiã me-
rum imperium venditum esset, non autem supre-
mum. Idem dicunt si merum imperium cohæreret
territorio aliàs non. per l. primã. in fin. ff. de offic. eius.
Alexand. consil. 35. viso processu. in 4. vol. Panor. &
alij in c. quod sedes de offi. ordin. Paul. Castren. con-
silio 406. satisfaciendo. 4. q. vol. primo. Corne. consi.
270. in hac. vol. primo.

Idem, si concedatur ciuitas, ***sicut illam teneo***, vel ***vt tenuistis***, tunc in ea imperium etiam supremum con-
cedi censetur per text. in c. ego. Ludo. 63. dist. ibi, ***sicut à prædecessoribus vestris vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis***. ***&c.*** At in c. Con-
stantinus. 96 dist. verba sunt expressa, quibus etiam
summum imperium est expressè concessum, quan-
do ille qui concedit, illud summum habebat, aliàs
habet locum. l. traditio. ff. de acqui. rerum do.

Simile dicunt, si concederetur castrum Ecclesiæ,
vel ciuitas, vt fauore Ecclesiæ trãsferatur etiam me-
rum imperium. Nam summa est ratio, quæ pro reli-
gione facit. Papinia. in l. sunt personæ. ff. de religios.
& ita intelligunt Docto. d. c. Constantinus. 96. dist.
vbi sic donatam Romam Papæ Syluestro asserunt.
& ita Francisc. Marcus in 2. parte decisi. 180. Claud.
Aquen. etiam aliter limitat illum videte hic.

Non refragatur l. si in aliquam. §. final. ff. de offic.
Proconsul. Nam ille text. non loquitur de donatio-
ne, sed dicit Proconsulem in prouincia illi destinata
habere plenissimã iurisdictionem, & imperium de-
clarat l. seq. habere, & sic nihil facit l. prima. de offic.
præfect. vrb. quia Iurisconsultus declarat in quo con-
sistebat officium præfecti vrbis, sed non statuit le-
gem, quando primò donat vrbem, sed quando
Rex præficit aliquem magistratum vrbi, & sic non
facit contrà.

Tertius casus est, donans vrbem seu ciuitatem
cum mero imperio, & omnibus, quæ ibi habet, non
censetur dare ea, quæ summi sunt imperij, nisi spe-
ciatim expressa sint, & nominatim c. vnico. de capu.
qui curiam vendi. in feud. Felin in c. quod sedes. de
offic. ordi. quia ista inhærẽt Principi. Ideò sine eius
voluntate non possunt ab eo auelli. l. quod nostrum.
ff. de reg. iur. nisi fuerint regalia quædam expressa,
cum clausula generali, teste Luca de Penna & Iacob.
Rebuf. in l. quisquis. colum. secunda. C. de agricol. &
censit. libro 11.

Merũ imperium nõ cõprehẽdit regalia.

Vnde concesso mero imperio, nõ censetur datum
mulctarum, pœnarúmque cõmodum, quod de re-
galibus est. vt est text. in cap. vnico. quæ sint regalia.
Ideò dicunt quidam merum imperium per illum
text. esse de regalibus, quod non est verum, sed com- 14
pendia & mulctæ meri imperij & mixti sunt de re-
galibus, & sic debet intelligi ille text.

Item sciendum est, quòd concesso mero imperio 15
non censetur concessum mistum, nec iurisdictio, nisi
quatenus respicit cognitionẽ meri imperij, vel misti,

etiam concesso mero imperio, non censetur concessa iurisdictio, nisi quæ inest imperio, nec concessa iurisdictione censetur concessum merum imperium, nec mistum: quia ista diuersa sunt, per istum text. ergo vno concesso, aliud non veniet.

Præterea quando est contentio inter Regem, & dominum merum obtinentem imperium, quem altum vocant Iustitiarium, ratione aliquorum facinorosorum captorum. Isti interim ponetur ad manum Regis, tanquam superiorem, donec discussum fuerit ad quem pertineat iurisdictio. Etiam quãdo est controuersia inter duos vassallos, nolentes recipere hominem ad iuramentum, remittetur hic homo ad iudicem Regium, qui eum recipiet Regio nomine, *& comme souverain.* [& tanquam supremus.] Et hæc receptio nulli nocebit, nec in petitorio, nec in possessorio, sicut dixi in positione manus Regiæ. in §.j. in verbo, in manibus. de nominatio. Regia in Concor.

Poterit etiam per præscriptionem vel consuetudinem merum acquiri imperium. c. cùm contingat. de foro compet. vbi plenè Soc. facit c. irrefragabili. §.j. de offic. ordin. c. super. §. præterea. de verborum signific. facit l. ij. C. de fund. limit. lib. 11. & l. viros. de diuers. offic. lib. 12.

Quæ sunt summi imperij, sunt Principi reseruata.

Illa verò, quæ summi sunt imperij, præscribi non possunt. l. competit. C. de præscrip. trigint. anno. quia reseruata sunt Principi in signum vniuersalis dominij. cap. ad audientiam. & cap. cùm nobis. vbi Doct. de præscript. Nam si præscribi hæc iura possent, diuideretur imperium, vel regnum, quod prohibetur in §. præterea. de prohibita feud. alienatio. per Federi. Et essent duo Imperatores, & Reges, & vnus alterum punire delinquentem vellet, vt Romulus, Remum, quemadmodum legitur in Histor. & in l. fin. ff. de rerum diuisio. Et hoc docet Bal. consil. 300. ad euidentiam. col. 1. vol. 5. facit l. fin. C. de fund. & saltib. rei do. lib. 11. Guido Papæ consil. 416. cùm quæritur. & Ias. consilio 208. illustris, & in 2. lib. ac plenè Ioan. Francisc. Balb. tractat. de præscrip. in 2. parte. 5. partis principa. versic. & vt clarior habeatur. q. j.

Præscriptio quæ nõ subsistat.

Etiam non valet consuetudo, nec præscriptio, vt simplices sacerdotes possint conficere chrisma, vel præbere tonsuram, aut alia facere, quæ ad Episcopos respiciunt. c. quanto. de consuet. Et contra supremam Principis potestatem nõ procedit præscriptio. glos. in c. cùm non liceat. de præscript. Et sic vt non obediatur Principi, non potest præscriptione, vel consuetudine induci. c. cùm inter. vbi glos. & Doct. de consuet. Bald. in authen. quas actiones. col. vlt. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. j. col. 5. C. de emancipat. liber. Etiam non præscribitur, ne ad Principem appelletur. cap. venientes. de iureiurand. cap. nulla. 93. dist. Nec collegium Cardinalium potest præscribere contra supremam Papæ potestatem. Innocen. in cap. bonæ. 2. de postula. Prælator. Panor. in cap. ex gestis.
16 col. vlt. de clericis non resident.

In præscribenda iurisdictione seu mero imperio requiruntur triginta saltem anni, etiam contra præsentem, quia iura discontinua non præscribuntur, nisi per illud tempus. l. seruitutes in magna. ff. de serui.

Tempus immemoriale requiritur in præscript. contra absentem.

Contrà verò absentem & ignorantem requiretur spatium temporis immemorialis. cap. super quibusdam. de verborum signific. vbi alia tractantur. & hodie non præscribitur, nisi per tempus immemoriale, quia non habet causam continuam. vt docet Petr. Iacob. in titul. de confesso. in rem actio. in fin. & titul. sequen.

Itaque vt in praxi ista intelligantur, nos Galli pro mero imperio, misto, & iurisdictione, dicimus altam, mediam, & infimam seu bassam iurisdictionem. Galliceè, *haute, moyenne, & basse iustice.* de quibus Bald. in cap. primo. numero 8. de iudic. & in c. licet. colum. 2. de probat. ac Masue. in praxi. titul. de iudic. §. item sciendum. & Iacob. in l. more. in 2. lect. in fin. infrà eod.

De bassa idem Bald. in c. irrefragabili. numer. 5. de offic. ordi. vbi bassam iurisdictionem vocat, quæ non habet alium gradum sub se, vel quando competit iure magistratus, vt dicimus in auditoribus Castelleti, qui iurisdictionem vsque ad viginti libras habẽt. vide Iacobi in tractat. de feud. in verbo, & cum mero & misto imperio.

Quæ sint meri imperij.

Et sic notandum est, de mero imperio esse, punire famosos latrones. l. capitalium. §. fin. ff. de pœnis, & homicidas, seu qui venenum parauerint, aut dederint. l. j. ff. de sicar. item raptores. l. j. C. de rapto. virgi. incendiarios. Bart. in l. j. vbi dixi sup. de offi. Præfect. vigil. l. qui ædes. & l. fin. ff. de incend. ruina & naufra. homicidas, & adulteros. §. homicidia. in authent. de manda. Princip. collat. 3.

Etiam pertinet ad merum imperium, punire facinorosos ob alia delicta commissa, vbi pœna mortis infligitur, vel membri incisio. §. ad hoc id prohibemus. in authen. de collato. collat. 9. etiam damnare in metallum, est meri imperij. l. in metallum. ff. de pœnis. & maximè ad Præsides prouinciarum spectat. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. Præsid. Doctor. in l. transigere. C. de transactio. Et quamuis membrorum incisio sit meri imperij, non est tamen propriè pœna capitalis. l. ij. de publ. iud. Bart. in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. & ibi Imol.

Quamuis per consuetudines Vicecomitatus Paris. tres casus tantùm de alta iustitia reputentur, videlicet incendium, raptus, & homicidium de industria perpetratum. Et in his tribus casibus solet trahi condemnatus per ciuitatem, & habet manus antè ligatas: alij verò latrones vel homicidæ retrò. Alij addunt Sodomiæ crimen, imperij esse, & hi solent comburi; vt habetur in stylo Parlamenti in j. parte. titul. de alta, media, & bassa iurisdictione. Tamen hæ consuetudines non trahuntur ad loca, quæ iure scripto reguntur, in quibus omnes casus, qui ad gladij potestatem respiciũt, de mero sunt imperio. Ideò omnis incisio membri, vt abscindere aures, manus, & alia membra, meri sunt imperij: imò etiam figere florem lilij in facie, vel alio loco corporis, nam in facie prohibitum est. l. si quis. C. de pœnis. vbi ponit rationem, quia facies est ad similitudinem cœlestis pulchritudinis figurata.

Potestas habentis merum imperium.

Item is, ad quem merum imperium pertinet, potest erigere furcas etiam inuito domino, habente mistum imperium. vt docet Oldra. consilio 161. thema tale est. pro Rege habente merum imperium in villa Cellæ nouæ iuxta Montempessulanum, contra Abbatem Auianæ. Et erectio furcarum meri est impe- 17
rij, Bal. in l. à Procuratore. C. manda. & in c. j. quid sit inuestitura. Tamen quando plures sunt merum imperium habentes, vnus alio inuito furcas erigere non poterit, quia iure communi melior est conditio prohiben

prohibentis. l.in re communi. ff.de seruit. vrba. & l. per fundum.ff.de seruit.rustic.præd. & sic consuluit Dec.consil.249.in casu.

Idem quando duo litigant super mero imperio, vt processu pendente alter non possit erigere furcas, & si erigat, alter tollere poterit. teste Bal.in l.vnica.per illum textum. Vt nemini liceat sine iudic. authori- 18 tate signa reb. impo.alien.C. Et per erectionem furcarum & patibuli retinetur possessio meri imperij, etiamsi reus aliquis per centum annos non fuerit ibi affixus. vt docet Bald.in l.arboribus. in j.lect.§. & si agrum.ff.de vsuf.

Altæ iustitiæ signum, quodnā sit.

Item consuetudinarij dicunt signum altæ iustitiæ esse, habere patibulum, quod pillorium vocant, & scalas, quæ ita nullus habere potest, si non habeat merum imperium: & is qui illud habet, potest ista habere, nisi Rex habeat pillorium in illo loco, tunc etiam altus Iustitiarius non poterit ibi erigere aliud, sed scalas tantùm, vt sit differentia inter subiectum, & dominum Regem. Nam potentioribus pares esse non possumus.l.iij.ff.de aliena.iudic. & sic dominus, etiam altus, sic vocant, non debet esse Regi par. & de his scalis habetis Paris. in iustitia Sancti Nicolai de Campis.

Etiam nullus in regno potest patibula seu furcas erigere quadratas, cum quatuor columnis, seu vt vocant *pilliers*. Nam hoc tantùm ad Regem spectat, sed habentes merum imperium possunt cum duabus, vel tribus columnis patibulum habere, & si tribus columnis cōstructum fuerit, vulgus vocat *gibet*, & significat dominum ibi habere castrum, Castellaniam, & ressortum. si autem patibulum duabus columnis constructum fuerit, vocatur vulgò *fourches*.

Portus armorum crimen.

Meri etiam est imperij, crimen portus armorum, & cognoscere, & auferre arma Rex solet, & hi, quibus ipse committit. vt est in stylo Parlamenti in prima parte.titul. quorum cognitio specialiter pertinet ad Regem, quamuis Petrus Iacob.in sua praxi.titul. de condict.ex lege. Instit.de actio. §.quadrupli.dicat regales super hoc & aliis turbare Barones, & alios Dominos, tamen non esse resistendum, nisi iuris authoritate.

De confiscatione.

Confiscare, est meri imperij. l. vnica. C. ne sine iussu Principis, &c. Iason in consilio 46. in 4.vol. sed Boër.in decisio.Burdegal.quæst.264. an sotor, illam legem non habere locum in regno arbitratur. Sed dicerem non licere alicui confiscare personam & bona extra Principem, nisi lex sit, vel consuetudo, vt in Francia, tunc is, qui habet merum imperium, poterit condemnando ad mortem declarare bona confiscata, insequendo legem vel consuetudinem etiam, quia hoc facit nomine Regis.

Etiam confiscationes ad altum Iustitiarium spectant. vt Chassan. docet in consuet. Burgund.titul. *des confiscations*.

Præconisationes ad relegandum causa criminis aliquē ad tres breues dies, meri sunt imperij. l.inter. ff. de public.iudic. & relegare, & deportare meri est imperij.§.cùm autem.& sequen.Instit.quib.mod.ius patriæ potesta.solui. Petr.Iacob.in sua praxi.titul.super iurisdictione libellus.versic.quæstio circa prædictum, & interdictio patriæ. l.nulli.C.de senten.& interlo.omnium iudic.

Suscipiunt isti superiores Do.bona extraneorum, albinorum, & naturalium non habentium liberos ex seipsis legitimos.vt docet glo.in pragmat.sanctio. in §.sequuntur qualificationes. de colla. & Bened.in repetitio.c.Raynutius.in verbo, & vxorē. nu.1004?. & seq.de testam. scripsi in tractat.de liberis natural. in 2.tomo Comment.ad Constit.Reg.

De bonis oberrantibus.

Bona etiam oberrantia, quæ *espaues* Gallicè vocantur, quando est res, quæ non inuenit dominum, superiores dom.occupant.de his vide l.iij §. Nerua. ff.de acquir.posse.Ioan.Faber in §.examen.de rerum diuisio. in Instit.& Chassan.in consuet. Burgund. in §.j.tit.*des suitices*.

Cognoscunt hi de falsis mensuris. l. annonam. in fin.ff.de extraord.criminib. glos.& Doctor.in c.2.de emption. & vendit. l.arbitro. §. de eo. vbi scripsi.de dolo.Ioan. Raynaud.in tractat. de mensuris. Etiam dicunt consuetudinarij merum habētem imperium cognoscere de falsis mercibus, quæ venduntur, Gallicè vocant *de faulses denrees*, vt eas comburere possint, vel panem non legitimè factum frangere. Cognoscere de delictis in itineribus perpetratis, & de arboribus ibidem crescentibus, etiam de verberibus ex industria factis, vel de criminibus propter pecuniam per alium perpetratis. Fustigare pertinet etiam ad altum Iustitiarium, licèt citra sanguinem ad medium, etiam pertinet ad superiorem cognoscere de iniuria atroci. l.si quis.ff.de iniur l.si quid. ff de offic. Proconf. quando mulcta esset corporalis, vel excederet sexaginta solidos. Facultatem dare subditis, vt congregari possint, & venditoribus theriacæ vt eam vendant. Mimis & histrionibus ludendi facultatem tribuit, & eradicatoribus, quia hi extrahendo possent hominem interficere: ideò ad habentem merum imperium ista pertinent, & alij sunt casus, quos non congeram, sed ex his cognosci poterunt habentes merum imperium.

Quæ ad mixtū imperium spectent.

Mixti imperij seu (vt dicunt) mediæ iustitiæ, hæc sunt. Primò, vt delinquens ab apparitoribus suis prehendi & capi possit, dummodò non trahatur: nam capitali pœna plecti debet apparitor, qui offendit captum, vt permulti solent. text.in l.fin. C.de malefic. quem not.Bald.in marg. in verbo, maleficium.3.q.

Patibula potest hic habere duabus columnis subnixa, quarum ligamina sunt intrà: alti verò Iustitiarij extrà, vt superiùs dictum fuit, & hoc procedit de consuetudine huius patriæ.

Mensura quomodo & per quos cognoscēda sint.

Item de mensuris cognoscit, si non prætendantur falsæ: sed vbi non est, nisi emenda 60.solidorum, vel minor, & mensuras concedere, & iustas facere, & signare, mixti est imperij. Guido decisione 490. mensuræ si comburendæ sint, tunc altus Iustitiarius cognoscit in hac patria. Et isto medio debētur sexaginta solidi pro emenda, etiam quando comburuntur à superiore, & reliquū debebitur superiori dom. Tamen habens mixtum imperium, potest eas frangere, si non iustas inuenerit. l.item quæritur. §.si quis mensuras.ff.locati. Et regulariter pœna falsæ mensu- 19 ræ arbitraria est. Doct.in c.2.de emptio.& vendit.

Cognoscit etiam de aliis causis criminalibus, vt si de terminis amotis agatur. vt ff.de termi. amoto. Et si de demolitione vinearum, & pratis illato damno, & ferè vbi nō interuenit pœna mortis, incisio membri, sed coërcitio vsque ad sanguinem exclusiuè cognoscere potest ratione imperij, sed cùm non habeat gladium, sicut merum habens imperium, non po- 20 test occidere, quia olim gladio, scelesti, vel furca

occide

occidebantur.l.aut damnum. l capitalium.io fi.ff.de pœnis. Nec etiam membra incidere, ſed verberare, dummodo non exeat ſanguis, poteſt.

Bartolus reprehēditur.

Ideò falſum eſt, quod Bartol.& Doctor.ſcribunt, coërcitionem corporis eſſe meri imperij, quia ſola coërcitio ſine ſanguine eſt miſti, non meri, per prædicta:& leuia crimina pertinent ad cognitionem imperij miſti. de quibus in l.leuia. ff.de accuſat. grauia ad merum imperium.not.in c.at ſi clerici.§.de adulteris.de iudic.& c.cùm non ab homine.ibid.

Poteſt etiam ad mulctam ſexaginta ſolidorum condemnare, & non vltrà, nec etiam in omnibus caſibus vſque ad illam ſummam, ſed minus pro modo delicti. vt docet Ioan. Fab. in l.illuſtres. C.de modo mulctar.

Poſtremò, cognoſcit in cauſis omnibus ciuilibus, ſiue actione perſonali, ſiue reali, ſiue miſta, vel in rem ſcripta agatur, ſiue de ſeruitute, ſiue de aliis iuribus: quia iuriſdictio imperio ineſt. vt in hac l.imperium. Et hoc habetur in conſuetud. Cœnoman. in titul. *de moyenne iuſtice*. artic.45. vbi Guihel.Rouillius doctè explicat. Et ponere ad manum Regiam, eſt mixti imperij, quòd Regij iudices, citiùs quàm debeant faciunt. teſte Petr.Iacob. in ſua praxi.tit. de miſto imperio.& in tit.de ſtatu Curiæ.

Iuriſdictio in quo conſiſtat.

Iuriſdictio conſiſtit in cognitione verberum, vbi non effluit ſanguis, dummodò non interueniat caſus priuilegiatus, de quo non cognoſcit inferior, qui baſſam habet iuriſdictionem. Et de iniuria verbali inter ſuos ſubditos cognoſcit, ſolam habens iuriſdictionem ſine imperio: & habere poſtellū, eſt ſignum infimæ iuriſdictionis. vtor verbis Petri Iacob. in ſua praxi.tit.de baſſa iuriſdictione.

Et poteſt habere carcerem, & Numellam vocant Galli, *vn cep pour mettre les priſonniers, & les garder vne nuict*. argum.l.capite quinto.ff.de adulter. Nam Vlpian.ſcribit in l. *Magiſtratibus municipalibus ſupplicium de ſeruo ſumere non licet, modica autem caſtigatio eis non eſt deneganda*. infrà. Ideò perperàm dicunt, qui aiunt habentem ſolam iuriſdictionem non habere coërcitionem.
21 Imò inueni in regiſtris Curiæ ad iuriſdictionem, ſeu vt dicunt ad baſſam iuſtitiam pertinere, vt quis cognoſcat contra mulierem, ad dormiendū dare ſolitam, papauer forte, vt poſtea liberè ſurripere ipſam, vel alij poſſent, hominibus dormientibus. ſicut in Euangelio ſcribitur de eo, qui ſeminauit zizania dormiente patreſamilias.

Limites apponere poteſt inter hæreditates diuiſas, & inter hæredes poteſt cognoſcere, & ſucceſſores
22 de hæreditate diuidenda. vt per totum titulum. ff. famil. herciſcun. Et de iure Codicis ad Prætorem, aut Præſidem cognitio pertinebat. l.ſi qua. & l.ſi familiæ.& l.filiæ.C.famil.herciſc.

23 Siſtere, & arreſta (vt dicunt) facere propter non ſolutos cenſus, vel laudimia, poteſt etiā habens ſolā iuriſdictionē, & ob non ſolutam domorum penſionem, vt abūde ſcripſi in 1.tomo Commēta. ad Conſtit.Reg.art.4.glo.1.tract.de literis obliga.

Poterit etiam ſexaginta ſolidos pro emenda accipere, & vnum denarium pro arreſtandis bobus, vel animalibus pro conſuetudine cuiuſque loci.

Animalia inuenta in prato alieno, vel aliud dam-
24 num afferentia, apparitor huius iudicis iuriſdictionem tantùm habentis capere, & de damno cognoſcere poteſt. l. quamuis. ff. ad legē Aquil. vbi etiam permittitur domino fundi capere animalia ibi inuenta, afferentia damnum, & ducere ad iudicē. Bar. in l.hoc amplius.§.de his ff.de dam.infect.Ioha.Fab. in §.3.Inſti.ſi quadrupes paup.feciſ.dica. Boer. in §.fi. de conſue.prædior.in conſue. Bituri. & Chaſſa.in §. 6.gloſſ. *en meſuſage.tit. des Iuſtices*. Anton.Capit.in deciſ.Neap.q.45. Alibi de his plenè tractabo.

Notandum eſt habentem iuriſdictionem, vel miſtum imperium, non poſſe ampliare, nec extendere ſuæ iuriſdictionis terminos, aliàs nullum eſt, quod agit et amſi partes conſentirent. l. eos C. de modo mulcta.l.j.C.ſi à non comp. iudic. l.certa.vbi Bald. C.quando prouoca.non eſt neceſſe.quia non eſt permiſſa prorogatiò de minore ad maiorem.c.1.de offi. deleg.l.2.de iud.Bal. in l.iubere. infrà eod. Bar.in l.3. in §.& poſt operis.de no operis nuntia. Ergo qui acquiſiuit ius cognoſcēdi in ciuilibus, nō extenditur ad cognitionē criminum, teſte Salic.per illum tex.in l.3. C.de emancipa libero. Soc. conſil.cx3.abundè, col. vlt. in 1. vol.

Prorogatio de minore ad maiorem prohibita.

Etiamſi delictum eſſet commiſſum in eorum territorio, non poterunt vltra iuriſdictionem punire, ſed remittere ad ſuperiorem debent.l. fi. vbi Petr. & Bald.C.de ſportul. alioqui ſemper vſurparent iuriſdictionem ſuperioris, vt adhuc ſolent quidam.

Excuſatur tamen iudex inferior, qui propter ſcādalum, vel tumultum, exceſsit iuriſdictionem, vt firmat Bal.in l.obſeruare.in q.x3.ſup.de off.Proconſ. & in l.ſi quis filio.§.hi autem.de iniuſto.Felio.multa congerit in c.nihil prodeſt.de præſcrip.

Item is, qui dolo vſurpat iuriſdictionem vel extendit, debet eam perdere, & confiſcari debet iuriſ- 25
dictio ad vtilitatem eius, cui fuit vſurpata. l. eos. C. de aquæ duct.li.x3.vbi patruus meus Rebuſ. c.ruarū. de priuileg.vt puniatur in quo deliquit.c.poſtulaſtis. vbi abundè ſcripſi de clerico excom.miniſt.

Cōſuetudo Cœnomanenſis de habēte miſtum imperium.

Tamen ex conſuetudine multa interdum data ſunt habentibus mixtum imperium, quæ meri ſunt imperij. Nam in comitatu Cœnomanenſi cognoſcit habens miſtum imperium, etiam de homicidio ſimplici, non facto per induſtriam, vel aliter qualificato. vt eſt in c.1.de homicid. Etiam de ſimplici furto, & aliis criminibus ſimplicibus, vt in Conſuet. Cœnoma.eſt videre artic.44. Et ſic interdum illi caſus, qui meri ſunt imperij, de iure ex conſuetudine miſti imperij fiunt, vel iuriſdictionis, & ſic inferiori acquiruntur, ſicut & ipſa iuriſdictio. c. cùm contingat.de foro compet.l fi.C.de emancipa.liberor.l.viros.de diuerſ.offic.lib.12.

Notandum eſt illum populum eſſe ſub iuriſdictione illius ciuitatis, in qua tributa & collectas ſoluit.§.ſi quis igitur.in gloſſ. perſoluat. in authen. quibus mod.natura.efficiāt.ſui.colla.7.probat Bal. conſil. 61.proponitur, col.fin.vol.3.& in l.3.C.de natura. liber.facit l. qui ex viro. ff. ad municipales.& l. forma.de cenſib.

Lex IIII. Idem lib. I. ad Edictvm.

IVbere caueri Prætoria ſtipulatione, & in poſſeſsionem mittere, imperij magis eſt, quàm iuriſdictionis.

IN proxima lege superiore dictum fuit, quid imperium merum mixtúmue sit, & iurisdictio, nunc Vlpia. ait an iubere caueri prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, sit imperij, an iurisdictionis, & respondet magis esse imperij, quàm iurisdictionis, id est, magis sapit imperium, quàm notionem, in qua iurisdictio versatur.

Prætoria stipulatio quæ dicatur.

Prætoriam stipulationem interpretatur Vlpian. eã, quæ à mero Prætoris officio proficiscitur, veluti damni infecti. in l. stipulationum. ff. de verbo.obligat. quia hæ stipulationes regulariter officio nobili, iudiciales verò officio mercenario decernuntur, vt docent interpretes, ideò non esse imperij, sed iurisdictionis existimat Paul. Castren. quem alij ferè sequũtur, ista tamen reprobaui in l. prima. suprà eod.

Quamobrem Iohan. Faber aliam assignat rationem, quare stipulationes prætoriæ magis sunt imperij, quàm iurisdictionis, & iudiciales non, quia hæ nõ sunt necessariæ, Prętoriæ verò necessariæ sunt. in § fi. de diuisio. stipul. quod etiam improbant Doctor. Nã in vanum à Iurisconsult. inductæ fuissent, si necessariæ non essent.

Ego putarem text. loqui in stipulatione Prętoria, quia Prętor necessitatem imponendi dabat, & iubebat per suum edictum, vt caueretur. vt in l. 4. ff. de dam. infect. Ideò quia iudex insequens Prætorem, iubet & imperat, vt quis caueat, ob id dicitur imperij, & iussus, magis quàm iurisdictionis, quia vi actionis non cauetur, sed eò quòd pars persequatur ex edicto Prætoris, vt sibi caueatur, quia Prætor ita statuit: stipulatio verò, seu cautio doli, est iudicialis, quæ vi actionis exercetur. Nam in hoc edicto Prætoris dicebatur, *iudicium dabo*, in edicto damni infecti, *iubebo*. l. Prętor. ff. de dam. infect. alibi dicam abundè.

Accurs. voluit intelligere istum tex. vt vnum tantùm cõtineret casum, videlicet iubere caueri damni infecti, & si non caueatur, in possessionem mittere, esse magis imperij, quàm iurisdictionis: sed boc improbant interpretes. & Martia. Iurisconsul. in l. cognitio. in fin suprà de offic. eius. vbi sic scribit. *Vt possessio bonorum detur, vel si cui damni infecti non caueatur, vt is possidere iubeatur, aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is, cui legatum est legatorum seruandorum causa in possessionem mittatur mandari potest.*

Et sic cùm ibi casus distinguantur, & hic quoque distinguere oportet, & sic duos casus continebit hæc lex.

Et quamuis interpretes dicant illum text. dictæ l. cognitio, refragari in eo, quòd ibi mandari potest iussus de cauendo, & in possessionem missio, & tamen est imperij: respondeo, ibi ea, quæ imperij meri sunt, non posse mandari, patet ibid. sed & quæ misti sunt imperij mandari posse, quod probat Iurisconsul. Paul. in d. l. final. vbi alia iura adduxi: & sic nulla est obiectio, quamuis Docto. intelligant d. l. cognitio, loqui in cognitione de mittendo in possessionem, quæ mandari potest, cùm sit simplicis iurisdictionis, sed ipsa missio non potest mandari. At totum contrarium est verum. Nam missio in possessionem, quæ est facti, mandari & committi solet apparitori, cognitio verò non. Et iste text. loquitur in cognitione, nam dicit iubere caueri, iussus enim & decretũ non interponitur sine cognitione. l. de qua re. ff. de iud. l. quod iussit. ff. de re iud. l. 4. §. si fortè. de dam. infect. & §. hoc autem iudicium. nec probo dicta interpretum, videlicet vt missio in possessionẽ, ex causa damni infecti, eò mandari possit, quia res celeritatem desiderat. l. prima. ff. de dam. infect. secus in alia missione, sed idem dicendum est, cùm sit mixti imperij, sed si causa damni infecti localem exigat inquisitionem, hoc ad magistratus municipales remittere Prætor, vel Præses potest. l. 4. in princip. de dam. infect. Duas ergo res magistratibus municipalibus Prætor iniungit, actionem, & possessionem, cætera suæ iurisdictioni reseruauit, si fortè differatur non caueri, vt possidere liceat, quod cognita causa fieri solet, non duũuiros, sed Prætores, vel Præsides permissuros. Item, vt ex causa discedatur de possessione, & sic cognitionem de mittendo in possessionem non habent municipales magistratus, sed tantùm inquisitionem.

Magistratibus municipalibus dua res cõmissa.

Dicet quis, quorsum ista dicantur in hac lege, quę nullius sunt vtilitatis? Respondet Paul. ff. ad municipal. l. *ea qua magis imperij sunt, quàm iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest. Magistratibus municipalibus non permittitur in integrum restituere, aut bona rei seruanda causa iubere possidere, aut dotis seruanda, vel legatorum seruandorum causa*, &c. Ergo vtilitatem, vt ea, quæ nisi sunt imperij, non committantur magistratibus municipalibus.

Et sic minores magistratus non habentes mixtum imperium, id est, mediam iurisdictionem, non possunt in possessionem mittere, nec ex primo, aut secundo decreto, de quibus in l. si finita. §. si plures. & seq. ff. de dam. infect. nec quidem in Francia cognoscunt minores magistratus in causa possessoria, hoc enim ad Seneschallos, & Bailliuos pertinet. vt est in Cõstit. Reg. tit. *Des Seneschaulx & Baillifs*. Ordi. 27. Artic. 5. cautum. Videtis igitur legis istius vtilitatem, vt minores magistratus non possint iuberi caueri prætoria stipulatione, nec in possessionem mittere, quia ista sunt imperij magis, quàm iurisdictionis, & sic electiuè accipitur, solet enim magistratus iubere, vt quis caueat damni infecti, aut alio modo. Prætoria stipulatione, etiam iubet possessori, vt vacuam possessionẽ relinquat, & illum, de quo cognitum est, in possessionem mittit. l. qui restituere. ff. de rei vend. & in tit. ff. ne vis fiat ei qui in possessionem.

Lex v. Ivlianvs lib. i. Digestorvm.

MOre maiorum ita comparatum est, vt is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet.

ADria. in suo lib. de sermo. Lat. exponit pro modo, vel in modum, quod ineptè dicitur. Ego id exponerem pro obseruatione & instituto, & sic interpretarer in l. sed & si. §. hæc clausula. ff. ex quibus caus. maior. & Budæus probat in l. ius ciuile. per illum text. ff. de iusti. & iur. vbi pro obseruatione accipi ait. Quod autem grauiorum hominũ placito, non lege, neque necessitate confirmatũ esset, & more maiorum, exponit in lib. 4. Parerg. Alciat. c. 21. sicut solebat fieri tempore maiorum. Scripsi de hoc in l. pronuntiatum. ff. de verb. signifi.

Suo iure habere iurisdictionẽ, quid dicatur.

Allegatur ista lex ad hoc, vt is iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure habet. Suo iure habere

habere dicitur, qui ſuo nomine eam exercere poteſt, & non vice alterius l. prima in fi & l. cognitio. ff. de off. eius. Et Vlpia. ait, *eum, cui mandata eſt iuriſdictio, fungi vice eius qui mandauit, non ſua.* l. ſolet. infrà eod. declarat Budæ. quando quis iure ſuo facere dicatur. in l. vſufructuarius. ff. de vſufruct. & ego fuſiùs in l. verbis legis. ff. de verb. ſig.

Itaque duæ ex hoc text. cum l. ſeq. regulæ eliciuntur. Prima eſt affirmatiua, videlicet, Ordinariũ iuriſdictionem ſuam mandare poſſe, quia eam ſuo iure habet, & non alieno beneficio, & quia lex eam præcipuè iuriſdictionem dat. Secũda autem, negatiua eſt: delegatum iuriſdictionem mandare non poſſe, quia eam ſuo iure non habet, ſed vice alterius fungitur, vt dictum fuit. Iſta tractaui in l. fi. ſuprà de offic. eius. poſt Doctor hîc. & in l. à iudice. C. de iud. vbi Iaſ. abundè ſcribit.

SVMMARIA.

1 *Princeps contractum etiam nullum ex partium conſenſu poteſt confirmare.*
2 *Confirmatio matrimonij inualidi non legitimat filios iam natos.*
3 *Princeps actum nullum per ſtatuta & conſuetudines, non videtur confirmare, & quare.*
4 *Confirmans actum validum, eum de nouo non dicitur facere.*
5 *Confirmatio Principis non trahitur ad iniqua.*
6 *Locus contractus concepti attenditur.*

LEX VI. PAVLVS LIB. II. AD EDICTVM.

ET quia nec principaliter ei iuriſdictio data eſt, nec ipſa lex defert, ſed confirmat mandatam iuriſdictionem ideóque ſi is qui mandauit iuriſdictionem, deceſſerit antequam res, ab eo cui mandata eſt iuriſdictio, geri cœperit, ſolui mandatum Labeo ait, ſicut in reliquis cauſis.

Confirmãs actum inualidum, eum de nouo videtur concedere.

COnfirmat mandatam iuriſdictionem.] Ex hoc text. not. Doctor. eum qui actum confirmat inualidum, videri de nouo dare & concedere, per l. adoptio. ff. de adoptio. Et iſtud parum probatur hîc, ſed vera eſt Doctor. cõcluſio. Nam qui confirmat actum inualidum, illum de nouo faceret, ſi ab eo peteret, ergo perinde habetur ac ſi de nouo faceret, quia voluntas confirmantis eſt, vt actus valeat poſtquam confirmat, ergo confirmans illum, vt valeat confirmat. Igitur videtur ſic confirmando facere, ac ſi de nouo faceret. Doctor. in rub. de cõfir. vtil. Areti. conſil. 129 clariſſimæ. col. prima. alioqui nihil prodeſſet confirmatio, cùm actus ſit inutilis.

Item probat Iuriſcon. eum, cui mandata eſt iuriſdictio, delegare non poſſe, quia principaliter ei non eſt data, ſed ſecundariò. Nam principaliter & directò datur ordinario, cui eam Princeps dedit: verùm quia hic eſt impeditus aduerſa valetudine, ideò eam mandat alicui, ſed hoc non eſt principaliter, ſed ſecundariò, durante videlicet impedimento. Accurſ. dicit principaliter, id eſt, à Principe, ſed hæc ſententia à multis notata eſt. De hoc verbo ſcribit Bar. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordi. faciend. & in l. ſi quis. & l. rogaſti. ſi cert. peta. alibi dicam.

Et quamuis à populo Principi data ſit iuriſdictio, l. prima. ff. de Conſtit. Princip. & à Principe ordinario, tamen illis data eſt à lege principaliter, vt eam exerceant ſuo iure, & non alieno, nec vice alterius: ideo eam mandare poſſunt, quia eam ſuam habent & propriam. l. prima. ff. de offic. eius. & is cui mandata eſt, non ſuam habet, ſed vice alterius exercet, vt dictum fuit in d. l. prima in fine.

Electio etiam imperfecta valet.

Item, ſi actus ſit imperfectus, vtpote ſine ſolennitate & forma, tunc videtur imperfectum ſufficere, vt in electione. c. quando ſicut. de electio. Nam omnia noſtra facimus, quando autoritatem noſtram impartimur. l. prima. §. omnia. c. de veter. iur. enucleand. Id quando iudex decretum ſuum interponit, alienationi fortè minoris, vt in titul. de prædiis minor. C. & in tit. de prædiis decurio. C. lib. 10. Et qui perficit, quaſi de nouo dare & erigere videtur, vt plenè tractat Albert. Brunus, in tracta. de forma & ſolenni. actus. rub. penul.

Vnde Princeps contractum inefficacem & nul- 1
lum confirmare poteſt, ſi accedat conſenſus contrahentium. l. ſi quos. C. de decur. lib. 10. Angel. in l. adoptio non iure. col. 2. ff. de adoptio. Areti. conſil. 128. eximiè Doctor. col. 2.

Cõfirmatio non trahitur retrò.

Intellige valere confirmationem ex eo tempore quo confirmatur, non autem trahitur retrò l. obſeruare. in fi. ff. de offic. Proconſ. l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxor. ſic conſuluit Areti. dicto conſil. 128. eximiè Doct. col. 1. & 1. conſil. ſeq. Bal. in l. nominationes. in fi. C. de appel. Alex. conſil. 122. viſo puncto. nu. 17. in 4. vol poſt Bart. in l. ab emptione. in fi. ff. de pact. & l. hęredes. §. ſi quid poſt. de teſta. Vnde cõ- 2
firmatio matrimonij inualidi non legitimat filios iam natos. Doctor. per illum tex. in c. per venerabilem. qui filij ſint legit.

Item non extenditur confirmatio ad illud, quod non comprehendebatur tempore actus perfecti. l. Aurelius. §. teſtamento. primo. ff. de libera. lega.

Etiam confirmatio actum nullum confirmat, quando Princeps ſciebat actum illum eſſe nullum, alioqui contrà, quia defectum ignoratum non tollit. l. curator. ff. de inoffi teſta. l. quidam. de re iud. Bart. in l. ſi conſtante. 2. no. de appella. Panor. in c. primo. & c. examinata de confir vtil.

Et ſic non videtur confirmare actum nullum 3
per ſtatuta & conſuetudines, quæ cùm ſint facti, ea quis ignorare præſumitur. c. primo. de conſtit. in 6. Bal. in l. imperrata. nu. 7. C. ſenten. reſcind. non poſſe.

Legatus Principis actum nullum confirmare non poteſt.

Et hanc confirmationem actus inualidi, nullus inferior à ſummo Principe, etiam legatus confirmare poteſt. reſte Angel. in d. l. adoptio. ff. de adoptio. gloſ. in c. fi. de hæret. in 6. & Panor. in c. primo. de tranſactio. Actum verò imperfectum inferior confirmat, vt iudex per ſuum decretum, vt docet Bart. hîc.

Et per iſtam confirmationem nõ poterit quidem Princeps tollere quæ iuris ſunt naturalis, ſed tantùm illa quæ ad ius ciuile reſpiciunt, quia iura naturalia tolli non poſſunt. §. ſed naturalia. de iure natural. in Inſtit. Areti. conſil. 8. abundè Alexand. conſil. 122. viſo puncto. nu. 19. in 4. vol.

Et ſic defectum conſenſus ſupplere non poteſt, vt docet Innocen. in c. nihil. de electio. & Archi. in c. quanto. 65. diſt. Vnde donationem non inſinuatam

poterit

Donatio nõ insinuata, mortuo donãte, potest à Principe confirmari.

poterit quidem Princeps cõfirmare mortuo donante, quia insinuatio iuris est ciuilis, vt consuluit Paul. Castrens. consil. 178. donatio. vol. primo. scribit tamẽ Curt. ista procedere quando clare cõstat actum esse nullum. Nam si dubitetur an valeat actus, poterit peti pro tribunali coram iudice confirmatio, sed non huius insinuationis. Barto. in l. si quis. C. de decurio. lib. 10. abundè Anto. Burgos. in c. cum causa. col. 9. de emptio. & venditio.

Putarem literas confirmantes donationem non insinuatam, esse inciuiles, nisi Princeps eas ex magna causa concesserit, & ante ius acquisitum, vt scripsi in tracta. de dona. insinuandis. in 2. tomo Comment. ad Constit. Reg. probat Alex. consi. 122. viso. colum. 60. in 4. volum.

Item per confirmationem actus inutilis, non tollitur defectus personæ, vt si excommunicatus pupillus, vel furiosus actum fecerit. Curt. hic & Aret. d. consil. 8. col. 3. Angel. in d. l. adoptio. Idem in clausula motus proprij. dixi in verb. motu proprio, in forma mandati in Concorda. Franciæ.

Limitantur prædicta, quando Princeps noluit de nouo inducere, sed tantùm confirmare, prout est. Nam eo casu de nouo dare non videtur cap. antepenult. de confir. vtil. Nam actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si cert. petat. & sic lex confirmat iurisdictionem delegatam, prout est, sed eam ordinariam non facit, & sic declarat Barto.

4 Alia est regula, videlicet, confirmans actum validum & perfectum, non dicitur de nouo dare, vel facere. l. prima. ff. de confir. tutor. c. cum dilecta. & c. fi. de confirma. vtil. Nam quod semel est validum, amplius per confirmationem fieri non potest. Alex. consilio 122. viso. col. vlt. in 4. vol.

Testamẽtũ à Principe cõfirmatũ.

Ex quo infertur testamentũ confirmatum à Principe, ab ipso testatore reuocari posse. l. omnium. C. de testa. quia ante mortem nõ habet effectum. l. cùm hic status. ff. de donat. inter virum & vxor. c. cùm marte. de celeb. Missar.

Sic & contra statuta à Papa confirmata possunt partes venire, & illis derogare. c. cùm accessent. vbi Doctor. de constitut. Quod verum est, si ex sola voluntate superioris confirmata sint, secus si ex necessitate, vt docet Barto. in l. omnes populi. 3. q. in fin. ff. de iusti. & iure. & per Doctor. in d. c. cùm accessissent. de constitut.

Restitutio in integrũ, etiã contra minores cõtractum à Principe cõfirmatũ.

Vnde si Princeps confirmet contractum minoris, adhuc restitutio in integrũ peti poterit. l. si quidem. C. de præd. minor. quia speciale remedium per confirmationem sublatũ non videtur, & sic in integrum restitutio. gloss. in l. postquàm lite. C. de pactis. vbi Ias. & Doct. amplè tractant.

5 Adhęc, perpetuo est notandum, confirmationem non trahi ad ea quæ sunt iniqua. l. prima. vbi Bart. & alij. ff. de his qui sunt sui vel al. eniur. Doctor. in l. ex facto. ff. de vulga. nã iniqua Principibus sanæ mentis non possunt placere. & ideo ea confirmate ex voluntate non censentur, sed confirmando de iustis intelligunt. c. primo. de iureiurand. lib. 6.

Derogatio generalis.

Generalis etiã derogatio non tollit actum à Principe confirmatum, etiamsi diceretur, ***non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus***, etiamsi non esset confirmatio, nisi in forma cõmuni: vt, ***Actum, prout conceptus est, confirmamus, non narrato plenè facto***, vt docet Alex. consil. 122. viso puncto. & consil. seq. in 4. volum.

Si actus in vno loco factus sit, & in alio confirmatus, attenditur locus vbi contractus conceptus est. l. si quis in legatione. ff. de iudi. Vnde gabella solui debet in illo loco, & insinuatio fieri, in quo fuit actus factus. teste Bald. in l. obseruare. in fin. ff. de offic. Proconsul. 6

De hac confirmatione in forma communi, tractat gloss. & Doctor. in c. quia diuersitatem. de concessio. præbend. & Doctor. (maximè Decius) in Rub. de confir. vtil. ac in toto illo titul. gloss. in c. frater. 17. q. 4. & in c. 2. de causa possessio.

Ideoque si is qui mãdauerit.] Nota, iurisdictionem delegati extingui morte eius qui eam mandauit, si decesserit antequàm iurisdictio geri cœperit, ab eo cui mandata est.

Cœpta iurisdictio dicitur per citationem decretam ab ipso iudice. c. relatum. vbi etiam interpretes, de offi. & potest. delegat. Nam iudicium à citatione incipit. §. fi. de offic. iudic. in Instit. & Marcellus scribit, ***vbi iudicium cœptum est, ibi finem accipere debet***. l. vbi. ff. de iudi. facit l. prima. C. illo titul.

Idem si iurisdictio cœpta in vna causa, non extinguitur in alijs, quoniam vniuersa iurisdictio mandata est, & (vt dicimus) delegatio facta est ad vniuersitatem causarum. l. etiam. prima. §. primo. de mino. vbi scripsi.

Diuersum est, quando plures causæ singulares commissæ sunt, tunc cœpta non expirabit morte, sed aliæ sic, cùm tot dicantur causæ, quot ei commissæ sunt. argu. l. scire debemus. de verb. oblig. ff. Et res dicitur integra quoad causas non cœptas. c. fi. de offic. deleg. lib. 6. vbi Ioan. Andr. & alij.

Prætereà iurisdictio sicut morte mandantis expirat, ita si remotus mandans fuerit, aut sua iurisdictione priuatus. Nam pro mortuo habetur depositus. c. degradatio. de pœnis. lib. 6.

Ista procedunt tam in delegato inferioris, quàm Principis. d. c. relatũ. de offic. deleg. c. fin. illo tit. lib. 6. quod loquitur in conseruatoribus Papæ, quia non est alia lex, quæ ad hoc, Principi, seu eius legato, data sit, sed hæc est omnibus generalis. l. leges. C. de legib. & sic etiam procedit in conseruatoribus, nisi illi conseruatores dati essent collegio, seu vniuersitati, quando de nouo erigitur, tunc non desinit illorum iurisdictio per mortem mandantis, sicut in vniuersitatibus Franciæ videri potest, vt non accipiant alios conseruatores, per mortem Papæ, vel Regis, siue sit delegatus ad vniuersitatem causarum, siue ad vnam causam, quia par causa omnium videtur, & quia iste text. loquitur generaliter. & d. c. relatum. & æquiparantur ista in l. solet. infrà eodem.

Iurisdictio delegata morte extinguitur.

Etiam quod fit post mortem, non valet, quamuis mors esset ignota, quia ipso iure extincta est iurisdictio delegata, d. c. fi. gloss. in verbo, ignorasset. l. eius qui. ff. si certum petat. quia voluntas mandantis desinit, sicut de matrimonio dicitur per reuocationem, in c. fin. de Procu. in 6. de hoc dixi plenius in d. l. eius. Bald. in marga. in verbo, delegatio. num. 21.

Diuersum est in reuocatione, quæ non operatur quidquam nisi fuerit reuocata. l. si fortè. ff. de offic. Præsid. quia voluntas præsumitur durare. l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstra. Oportet ergo scire mutatam voluntatem, sed mors ipso iure operatur

reuocationem, vt hîc: quamuis partes conſenſerint poſt mortem, non poterit iudex delegatus procedere, per gloſſ. in cap. cum veniſſent. de teſtib. quia priuatorum conſenſus non poteſt facere iudicem, nec dare iuriſdictionem quam non habet, l. priuatorum. C. de iuriſ. omn. iudic.

Iuriſdictio re integra quomodo extinguatur.

Adde extingui iuriſdictionem re integra, etiamſi commiſſa fuerit, authoritate ſedis Apoſtolicæ, quia licèt ſedes Apoſtolica non moriatur, tamen moritur is qui committit, & eſſet opus noua delegatione, c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. vbi quis poteſt retinere beneficium etiam poſt mortem, nec deſinit gratia per mortem, quia res ibi non eſt integra, quia ibi ille obtinebat beneficium: ſed ſi res eſſet integra, & non geri cœpta, extingueretur gratia, vt ſi diſpẽſatum cum aliquo eſſet, vt duo obtinere & retinere poſſet beneficia, ſi nihil actum ſit, finitur illa gratia morte, quicquid interpretes dicant, & gloſſ. in c. ſi delegatus. de offic. delegat.

Item per mortem extinguitur tam iuriſdictio delegati quàm ſubdelegati. Nam extincto iure authoris, extinguitur & ius accipientis. l. lex vectigali. ff. de pignor. Curti. hîc allegat Barto. licèt parum probet, in l. ſecunda. ff. de cura. bono. dan. quamuis Angel. hîc teneat contrarium, dicens ſufficere, ſi delegatus viuat, quod nõ puto verum, per ea quæ Doctor. tradunt, in l. ab emptione. ff. de pact. & in l. prima. & ſecunda. C. quando liceat ab emptio. diſced. Bart. in l. prima. ff. de dnatio.

Etiamſi eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, quia in eo non eſt ſcripta diuerſitatis ratio, & quæ in vna, idem in diuerſis & pluribus docet Vlpian. in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. Panor. & alij. in c. relatum. de offic. deleg. Et quamuis æquiparetur hîc delegatus ordinario, quoad hoc, vt delegari poſſit, tamen non eſt ordinarius, ſed iuriſdictionem habet delegatam, quæ morte extinguitur, vt hîc & cap. fin. de offic. delegat. libro 6. Doctor. in l. à iudice. C. de iudic.

Et procedit hæc regula, quando mandans diceret, *quoties abeſſe contigerit, mando iuriſdictionem*, vel, *donec reuocauero*, per cap. ſi delegatus. de offic. deleg. ibi, *dum tamen illo viuente, iuriſdictione vti cœperis*. & ibi, *ex quo res integra, morte mandantis extingueretur iuriſdictio legati*, licèt Doctores aliter dicant.

Reſtrictiones præcedentis regulæ.

Primò, reſtringitur text. in caſibus à iure expreſſis, vtpote in fauorem fidei, mandatum enim inquiſitoris fidei non extinguitur per mortem Papæ. c. ne aliqui. de hæretic. in 6.

Idem eſt declaratum in executoribus gratiæ vel Apoſtolicæ, vel Imperialis, c. ſi ſuper. de officio delegat. in 6. ne gratia reddatur inutilis, & ne acceſſorium extinguatur durante principali, contra regulam, acceſſorium. de reg. iur. in 6.

Secundò, vitiatur in ordinaria iuriſdictione, quæ non extinguitur per mortem mandantis, quia vt Iaſon docet, poſt alios, iuriſdictio eſt radicata in ipſo ordinario, cap. ſanè. 2. de officio delegati. ſed iſtud non eſt de regula, cùm regula loquatur in delegata iuriſdictione, & non in ordinaria.

Tertiò non procedit quando de mandantis voluntate appareret, vtpote ſi mandauit vt poſt mortem ſibi quis faceret monumentum. Vlpian. in l. ſi verò non remunerandi. in fin. ff. manda. tum quia mandatum erat poſt mortem explendum, tum quia voluntas teſtantis ſeruanda eſt.

In reliquis cauſis.] Colligite, quòd non ſolùm mandatum iuriſdictionis extinguitur morte re integra, ſed etiam in reliquis cauſis. Vnde Procuratoris mandatum ad lites, morte domini conſtituentis, expirat, etiamſi ſit in rem ſuam, l. prima. C. de actio. empt. item & ad negotia, l. mandatum. C. mandat.

Pulchre etiam ſcribit Marcellus ff. de public. iud. l. *defuncto eo qui reus fuit criminis, & pœna extincta eſt*, niſi in certis criminibus, ibidem per Accurſ. & alios conſcript. & in §. per contrarium, de hæred. quæ ab inteſta. deferunt. In ciuilibus autem vide c. ſignificauit. de reſcript.

Tamen conſtitutus à Prælato, vel rectore Eccleſiæ, pro beneficio vel Eccleſia Procurator, expirat per mortem mandantis, etiam poſt negotia cœpta, & litem conteſtatam, clemen. fin. de Procurat. vbi gloſſ. idem concludit in Vicario, quod probat Philip. Peruſ. in cap. primo. de offic. Vicar. in 6. Iaſ. conſil. 138. reuocatur. columna ſecunda. in quarto volumine.

Idem dicunt, ſi conſtitutus ſit à Prælato, vel beneficiario, ſi poſteà transferatur in aliud beneficium, vel ſi ciuiliter moriatur, deponatur, vel renuntiet. dom. de Rota Deciſ. 376. in no. ſub tit. de Procuraro. numero vigeſimooctauo. & Guido Papę. Deciſ. 547. an cle.

Mãdatum Procuratoris quando extinguatur.

Tamen in Curiis Delphinalibus, ſeruatur poſt litem conteſtatam Procuratoris mandatum non extingui, cùm ſit dom. litis effectus, & dominus ſatiſdederit pro eo. l. ſi defunctus. ff. de Procurat. hoc docet Guido Papæ, quæſt. 119. iure canonico. Et probat Aufre. in ſuis quoque Deciſ. q. 264.

In Curiis Frãciæ per mortem domini reuocatur Procuratoris mandatum, etiam lite conteſtata, vt dicam in d. l. ſi defunctus. ff. de Procur.

Vltimò Iaſ. hîc mouet quæſtionem vtilem, & vſu venientem hanc, videlicet, ſi quis locauerit reditus iuriſdictionis fiſcalis per totum annum vnum prouenientes, tam mulctas, quàm alia omnia emolumenta, ſi commiſſum ſit delictum eo anno, quo exigere debet mulctam, in eo tamen anno delinquens non fuerit condemnatus, ſed ſequente anno, cuius anni emolumenta erant alteri locata, quæſitum eſt cui debeatur hæc condemnatio mulctæ, an primo conductori, vel ſecundo? & reſpondeo, deberi primo conductori, cui eſt ius acquiſitum, eo ipſo quòd delictum perpetratũ fuit. & per l. quæcunque actiones. ff. de actio. & obligat. & l. is qui in puteum. §. ſi poſtea. quod vi aut clam. l. prima. §. ſi fundum. de aqua quotid. l. ſi filiusfamilias de verborum obligat. Idem tenet Petr. à Bellaperrica quæſt. 533. per l. defuncta. ff. de vſufruct. Alexand. conſil. 7. viſo. colum. ſecunda. in 3. volum. & bis fuit ſecundum hanc opinionem iudicatum. Iaſ. hîc & in l. ſi ideo. C. de his quib. vt indig. teſte Chaſſa. in conſuetud. Burg. in §. 7. gloſſ. *L'amende*. in fin. titul. *des iuſtices*. facit l. lege Fauia. vbi Alberi. ff. de manumiſſio. & iſta eſt communis concluſio, teſte Alexand. in l. diuortio. §. ſi vir. in fin. ff. ſolut. matri. & Ioan. Ananias in c. primo. ne prælat. vices ſuas. & Bened. in repetitio. c. Raynutius. in verb. cætera. numero 38. de teſta. quod nõ procedere putarem, quando emolumẽta hoc anno prouenien

uenientia locarentur, vel condemnationes, quia non proueniunt ante condemnationem, & adiudicationem. l. si qua mulcta. ff. de verbor. signific. & ita debet intelligi opinio contraria. & hoc videtur not. Bart. & Rebuf. per illum text. in l. susceptores. C. de susceptor. libr. 10. gloss. in l. rescriptum. in verb. hypothecas. ff. de pact. Barto. in l. fin. ff. de iniur. Bald. in l. si filiusfam. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. facit l. eius qui. ff. de testa. Nam quamuis ante condemnationem non sit verè pœna debita, tamen ex die eo condemnationis retrotrahitur ad tempus delicti. l. furti. §. primo. ff. de his qui not. infa. & l. qui vltimo. ff. de pœn.

Mulcta taxata à lege nō debetur ante adiudicationē. Non procederet, si mulcta non esset taxata à lege, vel ordinatione, vt notat Barto. in l. prima ff. de pœnis. Ita firmat expressè Ioā. Sanxon. in tit. *des droictz de basse iustice.* artic. primo. quia tunc illa non videntur debita ante adiudicationem, secus ergo videtur in emenda seu mulcta à lege, vel ordinatione decreta & certa. Nam ea vi ordinationis censentur debita à tempore delicti commissi.

Etiam non procedit, si aliquis notarius cōduxerit emolumenta huius anni, si inceperit in suo anno facere inquisitiones, finito anno nōn poterit eas perficere, sed secundus, & is ipse emolumentum sui anni habebit, & sic loquitur Guido Papæ. in Decis. 535. Barro quidam. quia hic secundus non debet suis stipendiis militare. cap. cùm ex officij. in fin. de præscriptio. quia postquàm præstat operam & diligētiam suam, debet mercedem accipere, sicut is qui feram persequitur. l. naturalem. de acquir. rer. domin.

Vnde, quando sine opera secundi hoc non poterat acquiri, tunc acquiretur secundo, qui operam præstat, vt in inquisitionibus faciendis & perficiendis, secus si sine opera sua, vtpote quia tantùm sententia iudicis requirebatur, & hoc videtur dicere Alex. in d. §. si vir. in fin.

Si tamen condemnatio mulctæ facta fuerit tempore primi conductoris, & executio tempore secundi, ad primum proculdubio spectabit mulcta, si ex causa onerosa ad eum fructus iurisdictionis pertinebat, vt docet Bald. in l. diuortio. in fi. ff. de verborum obligatio.

Secus si ex causa lucratiua, l. in lege Falcidia hoc obseruandum. ff. ad leg. Falcid. Barto. in l. reos. ff. de duob. reis. & l. qui hominem. §. primo. de solu. hoc expressè docet Alexand. in d. l. diuortio. §. si vir. io si. ff. solut. matri. quē ad verbum refert Bened. in verb. cætera. num. 40. de testa.

Per condēnationem mulctarū ius acquiritur. Ego autem dicerem non faciendam differentiam inter causam lucratiuam & onerosam. Nam si Princeps donauerit fructus iurisdictionis huius anni Titio, & fructus sequentis anni Caio, condemnatio mulctarū, quæ in primo anno facta est, debetur Titio, licèt non sit facta exactio, & condemnationes factæ in secundo anno debentur Caio, secundo donatario.

Nam per condemnationem iam acquisitæ sunt primo, vt docet Bart. in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure fisci. ergo illud emolumentum secundus donatarius habere non potest, quicquid Alexand. & alij dicant, nec est bona similitudo horum ad correos credendi, quia hi cōiuncti sunt, alij autem diuisi, nec valet hoc argumentum. l. si vnus ex argentarus. ff. de pact.

Accurs. & alij tractant hic de ordinaria iurisdictione, quam lex, populus, Princeps, consuetudo & vniuersitas concedere possunt, & delegatam etiam ordinariam, & delegati, quibus à iure id concessum est, ad eos nunc te reiiciam his contentus.

SVMMARIA.

1 *Consuetudinem scribendi non seruans in instrumento, vix probat.*
2 *Corrumpens edictum in regno Franciæ pœna arbitraria punitur.*
3 *Castigatio corporis loco solutionis cedit.*
4 *Senatus potest ex casu incidente pœnam corporalem mutare in pecuniariam, & contrà.*

LEX VII. VLPIANVS LIB. III. AD EDICTVM.

SI quis id, quod iurisdictionis perpetuæ causa, non quidem prout res incidit, in albo, vel in charta, vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum iudicium, quod populare est. Serui quoque & filijfamilias verbis edicti cōtinentur, sed & vtrumque sexum Prætor complexus est.

INterpretes intelligunt istum text. in corrumpente album Prætoris: de hoc tamen in text. nullum verbum, sed si corrumpat id quod in albo est propositum, vel in alia materia.

Adhæc intelligunt in edictis Prætorum perpetuis. Nam Cornelius legem tulit, vt Prætorum edicta perpetua essent, & ex his Prætores ius dicerent, nec amplius illis esset potestas ea immutandi, hoc esset restringere plus iusto textum, maximè quia generaliter in corrumpēte id quod est propositum intelligitur.

Ideò ego intelligerem istum text. in corrumpente id quod est positum & affixum in albo muro, charta, vel in alia materia, requirit tamen Vlpian. sequentia hic. *Authoris ad hāc legem intellectus.*

Primò, quòd aliquid sit positum & affixum in aliquo loco, alioqui quod non est, corrumpi non potest. l. decem. ff. de verbor. obligat. §. seruus. de capit. dimi. in Instit.

Secundò, quod quis corruperit, corrumpere autem, est inquinare, destruere, perimere, rumpere, vel frangere, vitiare & delere. l. prima. §. Labeo putat. ff. de aqua quotid. Scripsi plenè in l. mulieris. §. res abesse. ff. de verbo. signifi. *Corrūpere quomodo accipiatur.*

Tertiò, requirit positum esse causa iurisdictionis perpetuæ, tunc positum censetur, quando id quod decretum & statutum est, perpetuò stabilitum fuit, & ab eo qui perpetuam legem facere potest, sicut Princeps. l. uij. & vlti. C. de legib.

Itaque, eò ipso quòd Princeps legem facit perpetuò seruaturam, etiamsi hoc non dicat, perpetuò est seruanda, & dicitur causa iurisdictionis perpetuæ facta, id est, authoritatis & potestatis iuris dicendi. Nam iudex ex illa constitutione habet iurisdictio-

nem perpetuam iuris dicundi.

Conſtitutio localis ad hãc legem etiã referenda.

Nec faciam hîc differentiam ſiue conſtitutio poſita ſit localis, vel generalis, ſed ſufficiat per iſtum text. eam poſitam cauſa iuriſdictionis perpetuæ. Vnde ſi quis edictum lutorum Pariſi. corrumperet, hac pœna teneretur, licèt locale ſit edictum: quia perpetuum eſſe cenſetur, & ſic quælibet lex perpetuò obſeruanda, cenſetur eſſe facta cauſa iuriſdictionis perpetuæ.

Nec obeſt quòd poſſit mutari, quia ſufficit quòd poſſit eſſe perpetuum, per l. ſufficit. ff. de condit. indebi. c. ſi gratioſè. de reſcript. lib. 6.

Corrũpens decretũ inferioris, pœna huius legis non puniendus.

Et ſic infertur, huius conſtitutionis pœna non puniri, ſi quis corrumperet decretum inferioris, quia non eſt propoſitum cauſa iuriſdictionis perpetuæ, quod non poteſt inferior à Principe facere, vel ſi fortè inſignia patroni Eccleſiæ corrumperet, vel deleret. Tamen hic arbitrio iudicis puniendus eſſet. l. ij. ff. de oper. publi. quem text. allegat ſing. Roma. ſing. 474. eorum arma. & Cæpol. in tracta. ſeruit. titul. 71. de picturis. col. 3. & Iaſ. in l. ex hoc iure. numero 6. de iuſti. & iure.

Quamobrem edictum inferioris corrumpens, pœna arbitraria pro modo contemptus, & qualitate perſonæ tenetur, vt pulchre docet Specul. in titul. de dolo & contuma. §. reſtat. verſi. primo. Siue res ſit parui momenti, ſiue magni, quia maieſtas Prætoris ſemper ex corruptione contemnitur. l. ſi familia. ff. de iuriſd. omn. iud. & quando res eſt parui momenti, maior eſſe videtur cõtemptus. l. vnica. ſi quis ius dicenti non obtemperauer.

Edictũ nõ propoſitũ corrũpens.

Quartò requiritur hoc eſſe propoſitum, nõ prout res incidit, ideò ſi Princeps conuocet edicto ſuo omnes vaſſallos vt comitentur illum ad bellum quod geſturus eſt, ſi quis corruperit edictum illud, non punietur hac pœna. Idem, ſi Princeps ſtatuat interim quid ſeruandum tempore belli. Nam quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas ſopire debet, l. vnica. C. de caduc. tollend. & quia non eſt poſitum cauſa iuriſdictionis perpetuæ, ſed puniretur hic corrumpens arbitraria pœna, cùm nõ ſit hîc ſtatuta, argum. l. primæ. ff. de effractor.

Quintò, requiritur hoc eſſe propoſitum, id eſt, promulgatum, oſtenſum, & publicatum. Nam qui conſtitutionem ante promulgationem corrumperet, non ſic puniretur ex verbis text. ex mente tamen ſic.

Quod ſi dum proponitur, vel ante propoſitionem quis corruperit, edicti quidem verba ceſſabunt: Pomponius autem ait, ſententiam edicti & ad hæc porrigẽdam eſſe.]

Hoc intelligitur ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptura, vt docet Barto. quia text. non dicit de ſcriptura, ſed de eo quod propoſitum erit. Ideò ſi imaginem alicuius poſitam in publico ad ignominiam quis deſtrueret, hac pœna mulctandus eſſet, vt docet Bart. & iſta eſt communis ſententia, quia verba text. conueniunt, & ſic diſpoſitio l. 4. §. rouens. ff. de damn. inſect. & quia iſte text. loquitur tam de poſitis in albo, quàm in alia materia, quando ſunt poſita cauſa iuriſdictionis perpetuæ, vt iſta ſunt: ergo hæc pœna tenebit corrumpentem, per hanc legem, quicquid Fulgoſ. & Iaſ. dicant.

Deſtruens imaginẽ in publico poſitam.

Nam ſcribit Modeſti. ff. de pœn. l. ***eorum qui relegati, vel deportati ſunt ex cauſa maieſtatis, ſtatuas detrahendas***, ſed à quo videamus? Et putarem authoritate magiſtratus remouendas eſſe, non priuata. Nam publica facta eſt ſtatua, poſita in publico, ideò à priuatis non eſt corrumpenda, cùm ad priuatos publica tractare, vel tollere non pertineat, ſed ad Regis Procuratores & magiſtratus. l. prima. ff. de iuſt. & iure. & omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eas & diſſoluitur, c. primo. de regul. iur. quamuis Iaſ. contrarium ſcribat in §. pœnales. no. primo. de actio. in Inſtit.

Sextò, quòd in albo charta, vel in alia materia, putà in muro ſit poſitum, ſcriptum, pictum, vel inſculptum, ſeu aliàs pro voluntate Principis factum. Eſt autem album, paries dealbatus, ſeu tabula, in qua edicta & iudicum nomina olim ponebãtur. l. prima. & ſeq. ff. de alb. ſcribend. gloſſ. in clem. prima. de iudi. Doctor. in §. pœnales. de actio. in Inſtit. Bud. in l. prima. de eden. & ſic Doctor. dicunt nõ referre inſtrumentum in qua materia ſcribatur, per hunc text. tamen putarem rationem conſuetudinis ſcribendi in membrana, vel papyro, ſpectandam, vt ſi quis ſcriberet in alia materia, vix probaret, quia veniret contra conſuetudinem, quæ magni eſt momenti. l. conſuetudinis. C. quæ ſit longa conſuet. quid chartarum appellatione cõtineatur, ſcribit Vlpia. in l. librorum. ff. de legat. 3.

Et quando hac dictione, vel alia materia in principio leg. vſus eſt Vlpia. per eam inferre voluit, quòd ſi quis corrumperet aliquid, quod ſcriptum in lib. actorum eſſet, poſito in archiuis, vt ibi aſſeruetur perpetuò, hac teneretur pœna. Ideò ſi quis areſtum in lib. areſtorum Curiæ ſcriptum deleret, hac pœna, & falſi quoque puniretur. l. penul. ff. de falſ. debet tamen iudex in condemnatione falſi habere rationem ad iſtam legis pœnam. Nam ſi pauper ſit qui corrumpit, in corpore puniatur: ſi diues, ad pecuniam, & ſic vtraque in effectu imponetur pœna, & falſi & huius legis.

Areſtũ delẽs in libro areſtorum Curiæ ſcriptum.

Tenetur etiam quis falſi, ſi deleat aliquid, vel addat inſtrumentis actorum, proceſſus, & cauſa cadet. l. in fraudem. §. quotiens. ff. de iure fiſci. etiam in beneficialibus. c. olim. de reſcript. Guid. Papæ in ſtatu. ſi quis. in verbo, per literas. verſic. ſed talis. etiam dicit furti teneri eum, qui ſurripit ſaccum, vel aliquas literas proceſſus. per l. Sempronia. ff. de furt. & l. qui tabulas. ibidem. Pet. Iacob. in ſua praxi. titul. de actio. tenebitur etiam actione in factum ex albo corrupto, vt refert Iaſ. in dicto §. pœnales. numero 31. de actio. in Inſtitut.

Addẽs vel delens aliquid inſtrumentis.

Septimò, requiritur vt quis dolo malo corrumpat: dolo malo autem facere videtur, qui ſciens per induſtriam hoc facit: ſi autem per imperitiam, ruſticitatem, aut caſu fecerit, non tenetur, vt conſtat in hoc text. verſic. doli. & l. ſi filiusfamilias. cum l. ſeq. ff. de iudic. & Neratius ſcribit ſic. ff. de doli except. l. ſi Procurator. ij. §. ***In vniuerſum autem hæc regula ſequenda eſt, vt dolus omnimodo puniatur, etſi non alicui, ſed ipſi, qui eum admiſit, damnoſus ſit, nec tanti momenti eſt corrumpere edictum, vel conſtitutionem vnam, quàm omnes, vel plures.*** Ideò is, qui ſe gerit pro magiſtratu, committit crimen læſæ maieſtatis. l. tertia. in fine. ff. ad legem Iuliam. maieſt. quia omnia perturbat, & cùm ſit priuatus, ſe magiſtratum facit, & plus nocere poteſt, quàm ſolus corrumpens.

Aureorum nomine quid veniat.

Octauò, Quingentorum aureorum iudicium.]

cium.] Notandum ex text.corrumpentem puniendum in aureis quingentis. Et quamuis apud veteres aureus esset maioris valoris, quàm nunc, vt in tract. de asse docet Bud. tamen sufficeret aureos nunc excusos,& quibus hoc tempore vtimur.

Imò Iustinian.solidum accipit pro aureo, in §.fin. de pœna temere litigan. in Institut. & in l. quotiens. C.de suscepto.lib.10.& alibi sæpius, quia olim solidus genus aureorum erat, dictus, quòd solidus & integro & iusto pondere percussus fuerat aureus, non dimidiatus,nec trientalis, vt per Bud.in d.tract. de asse.& Lazium in Commentar. Reipub.Roman. cap.3.lib.3.

Sed ab eo tempore quo solidus in monetam argenteam translatus fuit, tunc ab aureo valde distinguere cœpit, vt hodie videtur. Nam aurei, quibus vtimur 36. solidis, & solidi 12. denariis valere solebant. vt dixi in l.etiam æs.ff.de verb.sig.

Pœna edictum corrumpentis, fisco applicanda.

Sed cui applicetur hæc pœna, dubitant Doctor. & ad hoc inclinant, vt parti acquiratur, quæ eam prosequetur. Ego dicerem fisco eam applicandam: quia in pœnam contemptus edicentis statuitur.dicta l.vnica.ff.si quis ius dicenti nō obtēp.& in l.tertia.ff. de sepulchro viola.Interest partis suum sepulchrum esse violatum, aut corruptum, at non sic in hoc text. Et quia istud est populare, quod promouet Procurator Regius in hoc regno, non pars: ideò fisci interest, & parum partis. l.prima. vbi dixi.ff.de iustitia & iure. quamuis olim de iure veteri digestorum cuilibet de populo liberum esset prosequi actionem popularem, & post litem contestatam prosequens dicebatur creditor, & ei acquirebatur mulcta. l. si cui. ff. de verborum significatione. Hodie tamen in hoc regno fisco acquiritur: ideò fisci Procurator hunc prosequitur. Et quia regulariter mulcta fisco debetur.l.mulctarum.C.de modo mulctar.

Imò in regno Franciæ, in vsu forensi non seruatur
2 ista impositio mulctæ, sed punitur,qui corrumpit, pœna arbitraria, pro modo delicti, & qualitate personæ, aliquando plus, aliquando minus, quicquid dicat Ias. in dicto §.pœnales num.38.& sequen. de actio.

Pœna pecuniaria non irrogatur seruis.

Serui quoque, &c.] Serui tenentur legibus in pecuniam punientibus, quamuis Venul.scribat pœnam pecuniariam non irrogari seruis, neque hanc pœnam in seruum cadere, & minus illis conuenire. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. sed respondet iste text. ibi: *In seruos, si non defendantur à dominis, & in eos qui inopia laborant, corporis pœnam inferendam esse.* Ideò pœna pecuniaria non cadit in seruum,nec illa lex conuenit seruo,quando ad illam simpliciter teneretur, sed hic puniri potest in corpore, ob id conuenit seruis ista pœna. l.1o seruorum.ff. de pœnis.

Vtrumque sexum Prætor complexus est.] Et sic verba præcedentia, si quis, &c. erant in edicto Prætoris, quod nunc Vlpian.exponit, dicens: Vtrumque sexum complecti sub hoc verbo,si quis, & Doctor. hic tractant quando masculum comprehendit fœmininum, sed hoc abundè tradidi in l.j ff. de verbor.signific.ideó hîc non repetam.

Quod si dum proponitur.] Colligit Bartol. præteritum ex propria significatione non continere perfectum, quod tractatur in l. verbum erit. ff. de verb.signific.ego scripsi in l.verbum,oportebit.ibid.

Edicti quidem verba cessabunt.] Hinc colligitur,quòd licèt verba deficiant,si tamen mens assentiat, habebit locum legis dispositio. Vnde si lex dicat: Si quadrupes pauperiem fecerit, teneatur dominus. in rub. ff. si quadrupes pauper. fecis.dicatur. Si bipes, fortè anser, vel gallina damnum dederit, etiā dominus tenetur ex mēte legis, vt hic. Est tamen differentia in nomine, sed non quoad effectum, & in forensi iudicio. Nam si quis corruperit id quod est propositum, datur in eum actio directa, si ante propositionem, actio vtilis, de quibus scripsi in l. cùm Prætor.ff.de verb.signific. de edicto & interdicto. in l.illa verba.ibidem.

Porrigendam.] Dicunt Doct.per hoc,verbum ex extensione & impropritetate. per l. pronuntiatio. ff.de verb sign.ego autem dixi in d.l.j.ibidem. etiam propriè, quia quando extensio fit à Iureconsulto, vt hîc à Pomponio,hoc propriè accipere debemus,saltem non abusiuè, quia hoc Iurisconn. non dicit, vt in l.ij.ff.quemadmo.testa.aperiant. Bal.hunc text.sing. dicit,quod statuta recipiunt extensionē fauore Reip. in marga.in verb. statutum. quæst. 50.melior tex.in l.si quis in graui. §. vtrum. ff. de Senatuscon. Sylla. vbi alia addidi.

Qui inopia laborant,corpus torquendum est.] Colligitur eum qui non habet in ære, puniri debere in corpore,probatur Exodi,22 c. ibi,*Sed si nō habuerit,quod pro furto reddat, ipse venum dabitur.* & lex vlt.infrà.de in ius vocand. Et solet dici,

Corpore det pœnam,qui caret ære,malus.

Quod debet intelligi, quando mulcta debetur ratione maleficij, vt hîc d. l. final. secus si ratione contractus, quia eo casu cedere quis bonis potest.vt in titul.ff.& C. de cessio. bono. & ita seruatur in iudiciis.

Glossa de debitore paupere in carcerādo. reprobatur in praxi.

Nec probatur in praxi glos.in l. 3. §. tutores. ff.de suspect.tutor.dicens pauperem esse in carcerem detrudendum donec soluerit, sed iudex sæcularis concedit creditori vt liceat contra eum, qui non potest soluere,vti censuris.& hoc docet Iohan.Fabri. & sic seruatur debitor,nisi corpus etiam obligauerit.Nam eo casu in carcere seruabitur, donec bonis cesserit, vel soluerit, maximè quando se obligat sub rigoribus sigillorum.

Et si posteà quàm fuerit castigatus,ad pinguiorem 3
fortunam peruenerit, non tenebitur amplius soluere,quia castigatio corporis loco solutionis cedit.l.sed & vnius.§.Prætor ait.ff.de iniur.c.si res.14.q.6.Bal.in d.l.fi. quem sequitur Roma. sing. 24.quod non valens.allegat glo.in c.sicut dignum.§.eos.de homicid. & in reg.peccatum.de regul.iur.in 6.Et docet Guid.
Papę decisio.Delphinat.579.contingit.senatum pos- 4
se ex casu pœnam corporalem in pecuniariam mutare,& è contrario.

§.Doli mali,&c.

Colligite quòd vbi dolus malus requiritur, non punitur,si per imperitiam,aut rusticitatem aut culpâ fecerit.l.in lege Cornelia.ff.de sicar. quod est verum pœna legis requirentis dolum, sed arbitrio iudicis punitur.l. prima.si testa. quis liber esse iussus fuerit. Notatur in l.cum Syllania. C. de his quib. vt indig. & sic respondet Iohan. Bapt. contra quendam qui culpa,& non dolo corruperat libros publicos,& cōtra alium qui falsa culpa commiserat, vt ipse ait in

interpre.l.primæ col. 71.C.de summa Trinit.per l.2. §.hac actione.ff.vi bonor raptor. Ibi, *Is demum tenetur, qui dolum malum adhibuit. Si quis igitur rem suam rapuerit, vt quidem bonorum raptorum non tenebitur, sed aliter mulctabitur.* facit l.si adulterium. §. Imperatores.ff.de adulter.

Casus, qui à dolo excusant. Quod si per imperitiam, vel rusticitatem, vel ab ipso Prætore iussus.] Etiã colligere possumus ex hoc text.casus à dolo excusantes. Primus, quando per imperitiam, nesciebat esse edictum legis propositum, sed aliam putabat scripturam, nempe *Ignorãtia.* ignorantiam & imperitiam nolumus obligari, dicit text.in l.generali.C.de tabul.lib.10.l.ex maleficij.vbi glos.ff.de actio.& obligat.l.2. infrà tit.proximo. Imperitia tamen culpæ adnumeratur, his qui tenentur scire.l.imperitia.ff.de reg.iur.

Rusticitas. Secundus casus est rusticitas, quæ à dolo excusat, sancta enim rusticitas omnia palàm habet. glos.de actio.in Instit.§.itẽ Seruiana.l.Fulcinius. ff ex quib. caus.in poss.eatur. Et rustici excusantur in casibus à iure expressis, sicut mulieres, non aliter l. fi. ff. si quis in ius vocat.non ierit. l. fin. C. de iur. & facti ignor. Vnde vidi denegari rustico cuidam sagaci restitutionem, quòd versutus, callidúsque esset, de quo allegatur glossa singula.in l.Athletæ.§.rusticis. ff. de excusa.tutor.quam sequitur Iohan.de Pla.in l.2. C. de agricol.& mancip.dominic. lib. 11. & Dec. in c.super literis.col.4.de rescript.Barba.consil.76.

Iussus iudicis. Tertius casus est, iussus iudicis quæ excusat, si fortè iudex iusserit alicui vt edictũ laceraret: non enim dolo facere videtur, qui iussu iudicis facit. l.nõ videtur. §. qui iussu.ff.de reg.iur.& c.quod quis. illo rit. in 6. & Paul.in l.diuus.prima.§.item Senatus.ff. de falsis.ait, *seruos, cùm dominis suis parent, necessitate potestatis excusari.*l.ait Prætor.§.permittitur.ff.de minor.

Notandum est iussum iudicis excusare quem à dolo, etiamsi esset iussus iudicis incompetentis. d. §. qui iussu, vt consuluit Alex. consil. 39. visis.in 3. vol. facit text.in l.fi.ff.de leg.commis.

Sed iussus incompetentis magistratus non excusat omnino à pœna, & sic debet intelligi contraria sententia.Areti.in consil.15.viso themate. Nam cùm iudex sit vir bonus, excusari debet à dolo, qui bono viro credidit.l.Titio. 2. ff. de condit. & demonstrat.

Error. Quartus, error excusat.l.si per errorem.infrà eod. de aqua.plu. arcen. Pompo.sic scribit. l. *sed hoc ita si non per errorem, aut imperitiam deceptus fuerit, nulla enim voluntas errantis est.*

Casus fortuitus. Quintus est, qui excusat à dolo, casus fortuitus, vel improuisus, quæ enim fortuitis casibus accidunt, præuideri non possunt ideò dolo non veniunt alicuius.l.quæ fortuitis. C.de pignora.actio. l. absentem. in fi.& l.respiciendum.in fi.ff.de pœnis.etiamsi culpa præcesserit casum, licet tunc de culpa teneatur, sed non dicitur dolo fecisse.l. si vt certo. §. nunc videndum.& l.in rebus.ff.commoda.

Corrumpẽs emendandi causa, edictum. Sextus casus est, si quis corrumperet emendandi causa, nõ incideret in edictum, per l.primã.ff.ne quid in loco sacro fiat. fieri tamen debet authoritate magistratus ad hoc potestatem habentis, per text. in c. licet. vbi glos. etiam docet de crimine falsi. Iohan. Odo, in additionibus ad Speculam.in tit. de dolo & contioua. in §.restat. versic. primo. & edictum propositum non licet priuato emendare.

Septimus casus est §.impetu.de lege Aquil.in Instit. Ratio istorum casuum est, quia in his dolus non est, & sine dolo non tenetur quis ad pœnam huius legis, sed potest arbitraria pœna puniri, vt docet Iohan.Baptist.in interpret.l.primæ.col. 71. C. de sum. Trio. Nam licèt isti casus à dolo excusent, non tamen à culpa, & ab aliis, vt docet Caius in l. idem iuris.in fi.ff.ad leg.Aquil.

Minor simplex. Octauus casus, minor simplex excusaretur à dolo, & sic à pœna huius legis, diuersum esset in doloso. Nam ille non excusaretur, si de dolo appareret, cùm in delictis dolo commissis excusetur minor, Vlpia. in l. si ex causa. §. nunc videndum. & l. auxilium ff.de minor.

Qualibet iusta causa. Vltimò, dicerem quamlibet aliam iustam causam à dolo excusare. Nam quæcunque iusta causa mouetur, sine calliditate est, & sic absque dolo. l. igitur.ff.de libera.causa.l. prima. de dolo. Et tã in delictis, quàm in cõtractibus procederet, sed licẽt excusaret à dolo, nõ tamẽ à pœna, sed pœna mitigaretur, vt dictũ fuit, ne doli pœna, sed culpæ puniretur, quamuis iniustam causam excusare scripserit Accurs. in l. vnica. io fi.ff.si quis ius dicen. non obtemperauer.

Tollẽs edictum propositum. Itaque qui corrumpit, tenetur. Ampliat hic Vlpia. ad illum qui tollit edictum propositum. Nam aufert videndi potestatem populo, & idem est ac si corrupisset ex mente legis, & idem est si frangat, vt Guido Pap. decis.233.reliquit cogitandum. Sed, q. 579. contingit. in fin. dicit remouentẽ literas à manu apparitoris, teneri pœna falsi, in qua etiam habebitur ratio istius mulctæ quingentorum aureorum. Vide Ioha. Fabri,in §.pœnales de actio.in Instit.

Mandans edictũ corrumpi. Et qui suis manibus facit.] Colligitur eum teneri qui suis manibus corrupit, & eum qui mandauit. Callistrat.ff.de fals.l. Diuus. §.scribere autẽ sibi legatũ, videri non solùm eum, qui manu sua fecit, sed etiam eum, qui per seruum suum, vel filium, quẽ in potestate habet, dictante testatore, legato honoratur, & quando quid faciendum est propria manu, vel suis manibus, hoc non potest fieri per substitutum.l. penult.vbi Rebuf.C.de erog.milit.anno.lib.12.c. periculosè. de pœniten. dist. prima.scripsi in tract. nomi.q.10.nu. 12. in Concord.Et istum text.sing. dicit Bal. in marga. in verb. mandatum. q. 9. quia dolo mandans non excusatur propter mandatarij innocentiam, & imperitiam.Idem Alberic. in 3. parte statu.q.44.Dicam in l.seq.

Omnes tenebuntur.] Collige, quòd omnes delinquentes tenentur, & singuli, adeò vt nõ sufficiat vnum pœnam luere. vt in l.adeò. infrà eod. Vnde si tres occiderint vnum, illi tres expectare debent quod fecerunt.l.3.C.de Episco.audien.& omnes puniri debent.l.item Mela.§.sed si seruum.ff.ad leg. Aquil.

Arrestum notabile contra consuetudinem malã inueteratam. Et aresto Senatus fuit reprobata cõsuetudo, quòd quilibet non teneretur, sed vnus excusaret alium. Anno 1389.die 29. Nouembris, vt est in lib.Concilij cautum.

Imò si quidam innocens condemnatus ad mortem fuerit, tamen alius nocens non liberatur. l. qui seruũ.ff.de interrog. actio. vt docet Hyppolit.in sua praxi criminali, in §.opportunè. nu. 12. Et in l.prima nu.16.ff.de sicar.& l.prima. §. fi. nu. 77. de quæstio. post Corset.in singul.incipiente, homicidium.

Actio duplex in maleficijs. Aduertendum est quòd in maleficiis duplex oritur actio, videlicet ciuilis, quæ datur parti, criminalis,

is,quæ fisco.l.3.& ibi glos.ff. de sepul. viola. Et vna, cessante alia, non tollitur.l.prima. C.quando actio.ciuil.præiudicet crimin. Vnde homicida, vel alius delinquens, licèt componat cum parte, remanet tamen adhuc pœna criminalis.per l.diuus. vbi glos. & ibi scripsi.ff.de Senatusc.Syllania.Ias.in l.si mora.col. 6.ff.solut. matri. Ideò adhuc poterit condemnari ad furcas,si gratiam non obtinuerit.l.inde Neratius.§.si dolo.ff.ad leg.Aquil.§. liberum. illo tit.in Instit.

SVMMARIA.

1 *Crimina tot censentur, quot sunt delinquentes, si de vindicta publica agatur.*
2 *Facta plura, sunt in iniuria & damno à pluribus illato.*
3 *Pœnales actiones, de eadem pecunia concurrentes, non perimuntur per aliam.*
4 *Princeps in literis Gratiæ interesse partis remittere non potest.*

LEX IX. PAVLVS LIB. III. AD EDICTVM.

SI familia alicuius album corruperit, non similiter hîc edicitur, vt in furto, ne in reliquos actio detur, si tantum dominus (cùm defenderet) vnius nomine, quantum liber præstaret. Forrasse, quia hîc & contempta maiestas Prætoris vindicatur, & plura facta intelliguntur: quemadmodum & cùm plures serui iniuriam fecerunt, vel damnum dederunt, plura facta sunt, non (vt in furto) vnum.

HAec lex videtur difficilis: ideò eam sic declaro. An si familia alicuius album corruperit, teneãtur omnes, an vnus? & in l.si quis.suprà, dictum fuit omnes teneri, si plures corruperint: sed dubitatio est in furto, quia si familia furtum fecerit, & dominus præstiterit tantum quantum vnus liber præstitisset, liberatur familia, in tit.ff.si famil.furt.fecisse dicatur. Ergo non omnes tenentur, sed Iurisc. respõdet in albo corrupto non similiter hoc edicitur, id est, non ita statuitur in albo corrupto, sicut in furto, quia in corruptione maiestas Prætoris est contempta à quolibet. Ergo plura facta intelliguntur, quia quilibet contemnit corrumpendo, ideò quilibet tenetur, sicut in iniuria, & in damno dato. In furto autem tantum est vnum factum, quod tollitur vna solutione, nec obest quod Octauenus ait, huic domino familiæ succurrendum esse, si familia corruperit: sed hoc verum esse ait Paulus, quando consilio & suasione familiæ vnus ex familia album corruperit, tunc vnum est consilium totius familiæ, non plura facta. Ideò hoc casu liberabitur dominus, dando illum qui corrupit consilio familiæ, vel soluendo quantum vnus liber solueret. Secus si tota familia corruperit, eo enim casu omnes tenentur, & sic intelligi ista lex debet.

Familia album alicuius corrũpens, qua pœna teneatur.

Colligendum etiam est ex hac lege in diuersis casibus diuersum statuẽdũ esse, ibi, Non similiter hoc edicitur, quia separatorũ separata est ratio.l.si. ff.de calumnia.l. naturaliter. §. nihil commune. vbi Doctor. de acquir. possess.

SI tantum dominus cũ defenderet.] Ex hoc etiam text. colligi potest, quod dominus potest defendere familiam, vel eam dare pro noxa: quod verum est in seruis, secus in liberis hominibus, vt per totum tit. de noxalib. actio. Vnde si dominus soluat pro vno libero, ex causa furti, alij non liberantur à crimine. vt suprà dixi.in l.si quis. & notatur in l. prima.ff.de publica. Et ibi Bart. nisi vnus communi cõsilio furtum fecerit, tunc ille qui fecit, tantùm de furto tenetur, vt hîc, alij verò de consilio, vbi dixi in l. sæpe.in fi.ff.de verb.sig.

Vnus communi consilio furtũ faciens.

Contempta maiestas Prætoris vindicatur.] Colligũt ex hoc tex. Albert.& Curt. Prętorem & iudicem posse cognoscere de iniuria sibi illata & familiæ, sed iste text. hoc non dicit, nam tantum vindicatur maiestas Prætoris, sed à quo vindicetur, iste text. non loquitur, & l.sequens esset contraria. Vnde vidi seruari, iudicem condemnare posse eum qui publicè pro tribunali iniuriam ei intulit, & is reus ad superiorem appellare poterit. Si tamen aliqua requiratur cognitio, vtpote quia publicata non est iniuria, tunc alius iudex cognoscet, vt in l.seq. dicitur.

Etiam per hunc textum ibi, Maiestas, dicunt Doctores maiestatem esse in Prætore & iudice, & facit l. quod reipublicæ. ff. iniur. Ideò committit crimẽ læsæ maiestatis, si quis eos læserit, scribit Ioan. Fabr. in prooemi. Instit. tamen iste text. nihil facit. Nam accipitur hîc maiestas, pro authoritate, amplitudine & dignitate, & sic accipit Cicero pro S. Roscio. vbi maiestatẽ iudicum dicit, & de Orat. sic scribit. Maiestas est amplitudo, ac dignitas ciuitatis, vnde propriè maiestatis crimen committitur, aduersus populum Romanum, vel securitatem eius, l. prima. ad leg.Iul.maiesta. Et hodie quicunque contra Principem, non recognoscẽtem superiorem, aliquid molitur, vel aduersus rempub. suam, vt docet Alexand, consil. 13. consyderatis his. in 6. vol. ac Ioan. de terra Rubea in suo tracta. contra rebel. Reg. artic. 5. tracta. 3. Doctor. in l.quisquis. C.ad leg.Iul.maiesta. Barto. in verb. rebellando in extra. qui sint rebelles.

Maiestas, quomodo accipiatur.

Plura facta intelliguntur.] Iste text. reputatur singula. secundùm Bart. & Bolog. hîc, & Bald. in marga. in verbo, delictũ. q.3. Quòd si agatur de publica vindicta, facta vnius familiæ, plura facta reputantur, aliàs reputatur vnum factum.

Facta vnius familiæ, an plura facta dicenda sint.

Et quamuis Bart. & communiter Docto. dicant vnum esse factum, quãdo delictum est nominatum, vt furtum, sed si delictum est innominatum, vt in corruptione albi Prætoris, plura sunt facta.

Hoc tamen non videtur verum, quia pro homicidio, quod est nominatum delictum, quilibet tenetur, & plura sunt facta, ac vno suspenso, alij non liberantur, l. qui seruum ff. de interrog. actio. Ideò quidam voluerunt dicere plura esse facta, quando delictum respicit personas, secus si res.

Ego dicerem, vt suprà, quando delictum respicit 1
vindictam publicam, tunc quot delinquunt, tot sunt crimina, quia publicè interest vt puniantur illa delicta. l.ita voluerat. ff. ad leg. Aquil. secus si respiciat tantùm vtilitatem priuatam, quia satisfactio vna sufficit priuato. Nã amplius nihil sua interest, quamuis plures fecerint, vel vnus. l. prima. §. *si plures dolo fecerint, omnes tenentur, sed si vnus præstiterit pœnam,*

cæteri liberantur, cùm nihil interſit, &c. ff. de eo per quem factum erit.

2 Etiam in iniuria & damno dato, plura ſunt facta, & ideò quilibet tenetur ſicut in albo corrupto, cùm hic æquiparentur: ergo in iure & in facto, quicquid Accurſ. & alij dicant, quod oſtendi poteſt. Nam variis modis quis iniuriam inferre poteſt, vel alapis, vel baculo, vel alio inſtrumento, & quilibet hoc facit, & ſic etiam plura ſunt facta. Ideò tot ſunt iniuriæ, quot & perſonæ iniuriam facientes. l. ſi plures. ff. de iniur. Etiam in damno quilibet damnum dat, vnus demoliendo fortè feneſtram, alter caminum, vel alia ſimilia. Ideò plura ſunt facta, & ſic idem ius eſt, ſicut in iniuria. l. ſed etſi. ff. ad legem Aquil.

At non poteſt in furto, niſi vnum eſſe factum. Bal. in conſilio 329. quidam. in 4. volum. vbi dicit quando dolo fit delictum, quemlibet teneri, ſecus ſi culpa. l. in magiſtratus. ff. de magiſtrat. conueniend.

Damni appellatio.

Et ſic damni nomine veniet furtum, & omnis patrimonij diminutio l. iij. ff. de dam. infec. Ideò qui tenetur de damno, & de furto teneri debet, cùm furtum ſit damni ſpecies, & in dubio genus ſpeciem cõplectitur. vt not. interpret. per illum text. in l. item legato. §. item intereſt. ff. de legat. 3. & in l. ij. ff. ſi cert. petat. niſi lex ſeparatim loqueretur de genere & ſpecie, vt de damno & furto, vt hic. & in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam. ff. ad legem Aquil. Bald. in l. iij. ff. de iniur. & in quantum damnum & iniuria reſpiciunt partem, idem eſt quod in furto, ſed quoad vindictam publicam, idem vt in albo corrupto.

Authoris de factis pluribus ſentẽtia.

Ego diſtinguendum putarem, de pœna criminali, vel ciuili, vt quantum ad partem priuatam attinet, non eſt niſi vnum factum, licèt plures commiſerint, & vna ſatisfactio ſufficit: ſed quoad crimen, tot ſunt crimina, quot perſonæ, & vnus non liberat aliũ,
3 vt fuit ſuperiùs concluſum: nunquam enim actiones pœnales de eadem pecunia concurrentes, alia aliam conſumit. l. penultima. ff. de actio. & obligat. Ideò in homicidio ſi Princeps vni indulgeat, intelligitur
4 quoad pœnam, non autem quoad intereſſe partis, quod Princeps remittere non poteſt. l. quotiens. & l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offeren. Ideò ſolet in literis gratiæ dicere, *Satisfactione facta parti ciuiliter tantùm, &c.* vt ſcripſi in præfatio. l. vnicæ. num. 30. & ſeq. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.

Adhæc, quando de vindicta publica agitur, tantùm ſerui ſolent puniri pœnis legis, niſi illæ pœnæ reſpiciant pecuniam, quæ in ſeruos non cadunt. l. hos accuſare §. omnibus. ff. de accuſat. l. iij. in fine. de ſepulch. viola vnde Vlpianus ſcribit de iniur. l. ſed ſi vnius. §. *Cùm ſeruus iniuriam fecit, maleficium eum admittere palàm eſt. Igitur meritò ſicut ex cæteris delictis, ita ex hoc iniuriarum noxalis actio datur, ſed in arbitrio domini eſt, an velit eum verberandum exhibere, vt ita ſatisfiat ei qui iniuriam paſſus eſt. Neque enim erit neceſſe domino vtique eum verberandum præſtare, ſed dabitur ei facultas præſtandi ſeruum verberandum, aut ſi de eo verberibus ſatis non fiat, noxæ dedendi, vel litis conteſtationem ſufferendi.*

Et ſic domino pro delicto facultas datur, vel vt ſeruum caſtigandum præſtet, aut noxæ dedat, aut litis æſtimationem ſoluat, vt ibi, & idem ſcribit Paul. in l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus. ff. de minor. & quando omnes tenentur de delicto, omnes pro noxa dandos arbitraret, quia pariter deliquerũt, & vnus non inuenitur exceptus: nec videtur iniuria fieri domino, qui omnes potuit liberare, litis æſtimationem præſtando, vel noxæ dedendo, aut ſi voluiſſet præbendo eos caſtigandos, vt viſum fuit, & in his eſt differentia. Nam poſtquam ſerui verberibus traditi ſunt & caſtigati, domino ſic reddi ſolent. l. penultima. ff. de condict. cauſa data. ſi verò noxæ dati ſint, non amplius repetuntur, vt in titul. ff. de noxal. & in Inſtitut. eſt videre.

Dominus quatenus pro ſeruis delinquẽtibus teneatur.

Et ſic tam in furto, quàm in aliis delictis publicis dominus tenetur omnes ſeruos, qui deliquerunt pro noxa dare, ſi non præſtet quod lege tenetur, quia ratio diuerſa non aſsignatur in his delictis, & in culpa eſt dominus, qui non præſtat litis æſtimationem, ſi velit euitare noxæ deditionem, & in hanc ſententiam ſcribit Vlpian. in l. j. ſi famil. fur. feciſſe dicatur. & Paul. Caſtrenſ. quamuis multi contrarium aſſeuerent, vnde ſufficit domino, pro tota familia, quæ furtum commiſit, duplum vel quadruplum, pro qualitate delicti præſtare, & rem furatam reſtituere: ſic & in damno ſufficit damnum verè datum ſarcire, quod declarat ſic Caius: *Illud quæſitum eſt, an quod Proconſul in furto obſeruat, quod à familia factum ſit, num in ſingulos detur pœna perſecutio, ſed ſufficeret id præſtari quod præſtandum foret, ſi id furtum vnus liber feciſſet, debeat & in actione damni iniuriæ obſeruari: ſed magis viſum eſt idem eſſe obſeruandum, & meritò: cùm enim circa furti actionem hoc idem ſit, ne ex vno delicto tota familia dominus careat, eáque ratio ſimiliter & in actione damni iniuriæ interueniat, ſequitur vt idem debeat æſtimari, præſertim cùm interdum leuior ſit hic cauſa delicti, veluti ſi culpa & non dolo damnum daretur.* l. illud. ff. ad legem Aquiliam. ſed idem Caius ff. de iniur. l. ſi plures. ſcribit, tot eſſe iniurias, quot ſunt perſonæ illam facientes. & Accurſ. Barto. & cæteri dicunt illum loqui ibi in ſeruis diuerſorum dominorum, ſed ibi nullum verbum exprimitur de diuerſis dominis: ob id ego dicerem non refragari, quia tã diuerſum eſt in iniuria, quàm in furto. Nã in ea quilibet infert iniuriam, alapis fortè, enſe, vel alio inſtrumento: ideò quilibet tenetur ſarcire. At in furto ſtatutum eſt duplum, vel quadruplum, pro pœnæ perſecutione: ideò ſi illam pœnam dominus ſoluat, liberat ſeruos omnes, quia legi ſatisfit. Idem in damno reſtituto, ſed non in iniuria, & in his quæ publicam reſpiciont vindictam, & pœnę perſecutionem, vt ſcripſi in l. præcedenti.

SVMMARIA.

1 *Pater intra domum inter filios iudicare poteſt.*
2 *In delictis verò non.*
3 *Subſtantia iudicij requirit quatuor adeſſe perſonas.*
4 *Concilium vniuerſale de Papa iudicare debet, ſi de hæreſi agatur.*
5 *Pœnæ iuris non ſeruantur in Francia.*
6 *& ſeq. Requiſita, antequam iudex ſuper iniuriam ſibi illatam iudicare poſſit.*
8 *Emenda honorabilis inter Regem & magiſtratum pro iniuria, eidem illata, diuidenda.*
9 *Curia Parlamenti poteſt ſine ſuſpicione cognoſcere de domeſticis.*
10 *Pars ſe non apponens, nec iudicem recuſans, tacitè in iudicem conſentire videtur.*
11 *Filius coram patre conuentus, poteſt ſe coram eodem defendere.*

Debitor

12 *Debitor, instante filio creditore, tenetur etiam coram patre iudice cognoscere chirographum.*

Lex x. Vlpianvs lib. iii. ad Edictvm.

QVi iurisdictioni præest, neque sibi ius dicere debet, neque vxori, vel liberis suis, neque libertis, vel cæteris, quos secum habet.

DVra admodum refertur ad hanc legem ab interpretibus antinomia, quam sic scripsisse Aphrica. docetur. l. *In priuatis negotiis pater filium, vel filius patrem iudicem habere potest.* ff. de iudi. quippe iudicare munus publicum est. l. seq. ibidem. gloss. & Doctor. hîc sic diluere conãtur, dicentes hanc l. intelligẽdam in iudice ordinario, dictam verò l. in priuatis in iudice delegato, qui recusari non potest.

Sed hoc non videtur ex sententia, quia iudex ordinarius recusari potest, etiam de iure ciuili & adiungi debet ei Episcopus, vel alius. l. apertissimi. cum authent. sequen. C. de iudi. & iudex ordinarius potiùs deberet ius dicere, quàm delegatus. Nam potentior & fauorabilior est eius iurisdictio, tãquam propria, quàm delegata. l. prima. suprà de offic. eius. glos. & Doctor. in c. primo. de rescript. in 6. Alij hanc legem in criminalibus intelligunt, aliam in ciuilibus, tamen hoc non exprimit iste text. & contra hanc solutionem facit l. cõgruentius. in fin. C. de patr. potest. & l. si filius. ibidem.

Priuata negotia quæ dicantur.

Ideò ego dicerem patrem posse habere filium iudicem, & econtrà, in priuatis & propriis negotiis: priuata enim dicuntur, quæ propria cuiusque sunt. l. nõ verè. ibi, sui priuati negotij causa. ff. ex quib. caus. maior. Et priuata dicuntur, quæ sunt singulorum. §. singulorum. de verbo. signifi. Vnde poterit pater habere filium, & filius patrem iudicem in his, & iudicare poterit de negotiis ipsorum filiorum, & domesticorum, quæ propriè priuata dicuntur. Et sic possunt intelligi dictæ leges: quin etiã de re patris filiũfamilias arbitrũ esse posse dicitur. Nã & iudicem eum esse posse, plerisque placet. l. v. ff. de arbit. Et hanc solutionem declarat etiam Imperator, in d. l. congruen-
1 tius. C. de patri. potest. vt pater inter filios iudicare possit intra domum, & sic in priuatis negotiis, quia par affectio tollit suspicionem. l. nõ solum. §. de vno. ff. de ritu nuptia. sed si ita res fuerit, vt pro iniuriis eorum & ad ius experiendum, & ad vindictam processeris, aditus Præses prouinciæ super disceptationibus quidem pecuniariis, consuetum exerceri iubebit ordinem iuris. d. l. congruentius. Ego scripsi quomodò publicum & priuatum accipiantur, in l. pupillus. §. munus. ff. de verb. signifi.

Antinomia conciliatio.

Dubitatio esse poterat an filius possit iudicare in causa patris, vel pater in causa filij, cũ filius in patris sit sacris, non videbatur posse: & quia pater & filius vna persona reputantur. in l. fi. C. de impub. ob id videbatur etiam patrem non posse iudicare in causa filij: sed contrarium deciditur in d. l. in priuatis negotiis filium habere posse patrem iudicem, & patrem filium, quia eò quòd pater est iudex, vel filius, habet munus publicum, ideò non est inconueniens quòd sit eius iudex in his priuatis, & quæ propria sunt filij. Nam verè diuersæ sunt personæ, & quod respicit ad ius publicum, patria potestas cessat. l. filiusfamilias. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Gel. lib. 2. cap. 2. Et iudicare est munus publicum, ideò non inspicitur, an quis sit pater vel filius, sed an sit in priuatis negotiis, & ita videntur ista intelligenda & conciliãda.

Non debet tamen pater, ius dicere liberis contra extraneos, si recusetur, vt hîc, quia affectio inclinaret illum (vt est verisimile) ad iudicandum pro filiis, cùm pater plus diligat filiũ quàm seipsum. l. isti quidem. in fin. ff. quod met. caus.

Vsus forensis de patre iudice in causa filij.

Et sic intelligite hanc legem, & ista. Nam ita seruat vsus forensis, vt pater iudicet in causa filij, si non recusetur à parte, per l. lex Cornelia. ff. de iniur. qui non potest recusari, si inter filios iudicet in priuatis, & domesticis negotiis, & ordine iuris non seruato, vtpote intra domum. vt d. l. congruentius. In 2
delictis autem iudicare non posset etiam inter filios, vt d. l. congruentius. quia hæc crimina respiciunt vindictam publicam, quam non posset ipse pater facere: quia præsumitur neminem carnem suam odio habere, & remanerent delicta impunita contra ius l. Ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. c. vt famæ. de sentent. excommunicat.

Nemo in sua causa potest esse iudex.

Regulæ sequentes ex hoc text. colliguntur. Prima est, nullum in sua causa iudicem esse posse, quod etiam prohibet Imperator in tit. ne quis in sua caus. iudicet. Et cùm prohibeatur à iure, non potest quis etiam de consensu partis permitti. gloss. in rub. C. ne fideiusso. dotium dentur. & quia deficeret substan- 3
tia iudicij requirentis quatuor adesse personas, cap. primo. 4. quæst. 4. Nec iudex potest sibi iubere facere, aut præstare, neque sibi imperare, neque seipsum condemnare. l. pen. ff. de recept. arbitr. & iniquum est aliquem suæ rei iudicem fieri. l. Iulianus. 2. ff. de iudiciis. nec in ciuilibus, nec in criminalibus. l. lex Cornelia. ff. de iniuriis: aliàs citò quis se absolueret. Etiam non posset se condemnare ad mortem, vel amissionem membrorum, cùm nemo sit illorum dominus. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Ideò extra iudicium quilibet est moderator & dominus rei suæ. l. in re mandata. C. mandati. sed de re sua iudicare nemini licet.

Cõsuetudo non valet, vt quis in suis negotiis iudicet.

Imò, non valere consuetudinem vt quis iudicet in suis negotiis, asserit Papa, & ibi Doctor. post illum text. in c cõtingit. de sententia excommunicat. Nec etiam valeret constitutio hoc permittens, cùm contra actus substantiam disponere non possit. vt Doct. traduot in c. ad monasterium. de statu monachorum. Bart. in l. prima. §. vsque adeò. ff. de iniur. quod probant hic interpretes. Etiam non putarem valere vt quis inter suos & extraneos iudicet, quia hoc esset per obliquum ius alterius tollere. Nam iudex consanguineus semper iudicaret pro consanguineo, vt verisimile est, & sic ius alterius tolleretur. Recusatio enim rationem habet naturalem. cap. quòd suspecti. 3. quæst. quinta. cap. secundo requiris. de appellat. dixi in præfatio. tracta. de recusat. in 3. tomo Commenta. ad Constit. Reg. in 2. quæstio. Limitant interpretes in Principe recognoscente superiorem, per l. proximè. ff. de his quæ in testa. delent. & l. hoc articulo. de hæred. instit. Felin. in cap. cùm venissent. col. 2. de iudiciis. De Papa est text. quia non habet superiorem in mundo. cap. si Papa. 40. dist. c. nemo. cum seq. 9. q. 3.

Ego

Ego distinguerem, quòd in rebus controuersis inter Principem & suos subditos ipse iudicare per se vel alios posit. Nam cùm sit populi pater, verisimile est quod iuste iudicabit inter suos filios, sicut bonus pater, sed inter Principes Papa iudicabit. c. nouit. de iudiciis. & ibi abundè interpretes. glos. in cap. si quis erga. 2. q. 7.

Papa inter Principes iudicat.

4 Sed si agatur de facto & delicto suæ personæ, debet Papa inter Principes iudicare, & concilium vniuersale de Papa, vtpote si de hæresi agatur. c. si Papa. 40. distinctio. Nam Papa deposuit Regem Franciæ inutilem. cap. alius 15. q. 6. & Imperatorem Federicum hæreticum, & Ecclesiæ rebellem. cap. ad Apostolicam. de re iudic. in 6. Et cùm sit iniquum quem in sua causa iudicem fieri. d. l. Iulianus. de iud. iniquitatem non debet fouere Princeps, & sic iudicare de suo delicto, & se absoluere.

Iniuria iudici illata sedenti pro tribunali.

Secundò, non procedit in iudice, cui fit iniuria sedenti pro tribunali, vel ius dicenti. Nam, cùm eo casu repræsentet illum, cuius nomine ius dicit, & eius vice fungatur. l. j. ff. de officio eius. ob id nomine eius, qui eum præfecit, cùm illi iniuria facta sit. l. cognitio. ibidem. iudicare poterit. cap. quoniam. de filiis presbytero. c. ex parte. j. de verb. sign. Bart. in l. si quis forte. §. si quis ff. de pœn.

Etiamsi pœna illius delicti non esset certa, quia hoc facit iudex iuris authoritate, & eius qui eum commisit vice. Doctor. in c. cùm venissent. de iudic. quicquid Ias. & alij hic scribant, alioqui cùm pœnæ
5 iuris non seruentur in Francia, nunquam posset iudex imponere pœnam, sed esset ludibrio, nec tueri iurisdictionem suam posset contra ius. l. vnica. ff. si quis ius. & Iurisconsult. ait: *Hodie constat, hodie agamus.* l. is à quo. ff. vt in posse. lega. & ne iudicialis euanescat authoritas. c. dilectus. de pœnis.

Iudicũ sententia executioni interdum nõ mandãde.

Arbitrarer tamen propter aliquam affectionem, quam possent iudices habere iniuriam passi, vt eorum sententiæ non essent executioni mandandæ, si appellatum fuerit, donec per superiorem cõfirmatæ fuissent, etiamsi ille iudex haberet supremam iurisdictionem in quibusdam causis, vt Præsides in Francia, per edictũ Regium. facit d. c. dilectus. vbi Doct. de pœn. glos. in d. c. si quis erga. 2 q. 7. & causa infamiæ & vitæ æquiparatur. glos. in l. iusta. ff. de manu. vindict. facit l. si adulteriũ §. Imperatores. ff. de adulr. l. infamia. vbi Rebuf. C. de decurion. lib. 10. Ideò non mandatur executioni per illum, edictum Regium Præsidum, quia non capit æstimationem sicut libertas. l. libertas ff. de reg. iur.

Etiam hanc regulam vitiari in pluribus casibus docet Accurs. in l. extat decretum. ff. quod met. caus. & Specul. in tit. de actore. §. j. versic. item quod vult propria. vbi 19. casus enumerat. Ego dicerem illos casus nihil ad rem facere, quantum attinet ad istam regulam. Nam quamuis in illis casibus, quis authoritate priuata posit, vel adulterum inuentum cum vxore, occidere, propter iustum dolorem. l. Gracchus. C. de adulter. & furem nocturnum, si se telo defendat. l. furem. ff. de sicar. tamen isti casus non pertinent ad iudicium, nec quisquam iudex in re sua iudicat, sicut hic capimus: sed ibidem aliquid facere priuata authoritate, sine iudice, pars potest, maximè quando iudicem non habet l. generali. C. de decur. lib. 10. l. nullus. C. de Iudæis. & sic quantum ad hanc materiam illi casus remanent superflui, & non pertinent ad iudicia, in quibus est nostra disputatio, ne quis in sua causa ius dicat.

Requiruntur tamen, antequam iudex super iniuriam sibi illatam iudicare posit sequentia. 6 Primù, quòd is sit iudex ordinarius vel delegatus: nã etiam delegatus rebelles compescere potest. cap. primo. vbi plenè Doctor. de offic. deleg. quamuis delegato non competere asserant Doctores. Quod si eis super hoc non competeret, iurisdictio esset elusoria, & omnibus licet tueri iurisdictionem suam. l. vnica. ff. si quis ius dicenti. Secundò requiritur, quòd ei ius dicenti 7 iniuria fiat. l. vnica. si quis ius dicenti non obtemper. alioqui si non exercenti officium suum inferatur iniuria, iure ordinario coram alio magistrato aget. Doctor. in d. l. vnica. si quis ius dicent. non obtemp. Oldrad. consil. 7. quædam. Tertiò, quod palàm & notorie. glo. in c. si quis erga. 2. q. 7. Doctor. per illum textum in clemen. pastoralis. de re iudic. Quartò, quòd hunc iniuriam per actuarium scribere faciat, vt posteà constare posit iudicem non sine causa illum condemnasse. c. quoniam. de proba. Quintò, quod partẽ super ea interroget, & quæ causa mouit eam ad talia proferendum, vt si perseueret, maiore mulcta eam puniat, vt probat Ancharanus in l. de minore. §. plurium. & l. vnius. in fine. ff. de quæstio.

Delegatus potest rebelles compescere.

Sextò, si Consiliarios habeat, sententiam illorum exquirat, vel Aduocatorum, antequam reum condemnet, ne posit illi obiici ex proprio capite, & ex affectione iudicasse. contra c. ne innitaris. de constit.

Septimò, quòd condemnet pro iniuria facta Regi in persona magistratus, vel pro iniuria facta Episcopo in persona sui Officialis, vt scripsi in l. cognitio. ff. de offic. eius. Octauò, quòd iniuria est facta Regi ratione sui magistratus, vel Episcopo per Officialem. Ideò dicerem mulctam esse diuidendam inter Regem & magistratum, & emendam, quam dicunt honorabilem faciendam, tam nomine Regio, quàm 8 magistratus, vt vtraque iniuria farciatur. §. primo. de iniur. in Institut. Nonò, dicerem sententiam hanc exequendam, si appellatum non fuerit, etiam per detentionem personæ in carcere, donec solutum fuerit vsq; ad vltimum quadrantem, vt est in Euangelio. & de hac mulcta exequenda docui in l. aliud est fraus. §. primo. ff. de verbor. significat. & in tracta. de senten. executo. art. 15. in primo tomo Comment. ad Constit. Reg.

Iniuria dicitur Regi facta, ratione sui magistratus.

Secunda regula est, iudicem non posse ius dicere in causa vxoris, liberorum, vel aliorum quos secum habet, & hoc ratione affectionis, quam posset habere ad vxorem & consanguineos. l. lex Cornelia. §. j. ff. de iniur. vbi etiam in criminalibus maximè prohibetur, ne in fisci iniuriam & damnum iudex absoluat condemnandum, & periculusum esset extraneis coram isto iudice suspecto litigare. cap. cùm inter. de except. Nempe nullus vix reperiretur iudex, qui vxorem suam condemnare auderet, alioqui malè esset tali iudici. Nam vxor potius faceret se Sarracenam, quàm de illo non se vindicaret, tam vnguibus, quàm per adulterium. text. in cap. tua. in 2. de iureiurand.

Procedit etiam in delegato, per c. insinuante. de offic. delegat. quicquid hic dicant Doct. quia eadem ratio in illis procedit, & sic seruant Curiæ, vt delegati etiam recusentur, sicut ordinarij, nec ius dicant liberis, vel consanguineis.

Delegati etiã suis liberis non dicunt.

Adhæc

Adhæc tam in paruis rebus, quā in magnis, quia nec iste text. hic excipit, & in casibus à iure exceptis fit tantùm differentia rei magnæ vel paruæ, sed non quoad condēnationem l.scio.ff.de minor. Alex.hic. quamuis Ias teneat contra.per d.l. Senatusconsulto. ibi, *parcissimè ius dicatur*.ff.de offic.Præsid.Sed ibi intelligitur, parcisime, pro raro, & perrarò dicit Vlpian.in l.minor autem.§.primo.ff.de minor.& sic nō probat sententiam Ias.

Etiam sui dicuntur hic vsque ad decimum gradum ad quem successio defertur. vt Ias. docet. allegans Barto.in l.qui testamento. §. quod autem.ff.de testa. ego autem dico istum text. loqui de vxore & liberis eius, nō autem simpliciter de suis. Ideo liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæterique, qui ex his descendunt, continentur. l.liberorum.vbi scripsi. ff.de verbor. significatio. vnde intelligimus hunc text. non solùm de filiis, verùm etiam de consanguineis, & ita seruat praxis.

Liberorū appellatio.

Restrictiones ad legem.

Limitatur in Curia Parlamenti: quia ibi sunt plures, ideò poterunt tam in ciuilibus, quam in crimi-
9 nalibus cognoscere, & sine suspicione, nec potest tota Curia recusari, quidam sic, vt scripsi in tracta. de recusa. in tertio tomo. Commenta. ad Constitut.Reg.

Imò etiam in criminalibus, aliis iudicibus exclusis, cognoscunt: factum tamen fuit præceptum, ne deinceps iudices inferiores cognoscerent, de famulis, & domesticis Consiliariorum, vt censuit Senatus Parisiens. prout refert Aufre. in stylo Parlament. arest. 260. item die 4. facit text. in l. final. C. vbi Senato. vel clariss.

Secundò, in priuatis negotiis. d.l. in priuatis.ff.de iud. vt superiùs dictum fuit.

10 Tertiò, iudex cognoscit, si pars non opposuerit, nec recusauerit iudicem: quia pars tacitè consentire illi videtur, & sic iurisdictionem approbare. l. secunda. & l.in priuatis. ff. de iudic. & ista est communis sententia Doct. quamuis Antoni. Butri. in c. dilecti. de appella. dicat sententiam nullam, eo quòd iudex est suspectus suspicionē iuris, sed hoc non obest, quia suspicio iuris dicitur quando est à iure approbata, & in casibus, in quibus est recusatio approbata, illa iuris dicitur, & tamen valet sententia si non recusetur iudex.c.postremo.de appel. alioqui nunquam valeret, si recusari iudex posset, quod est absurdum, nempe, quid aliud agit Prætor, præterquàm hoc vt controuersiam partium dirimat, quibus, si sponte cesserint, debebit id ratum habere. Vlpia. scribit in l.prima.§. inde.ff.de noui oper.nunciat.

Nec me mouet iste text. dum dicit, neque debet ius dicere, & verbum debet denotat necessitatem.gloss.in clem.attendentes.in verb.debeant.de statu mo.& maximè, quando negatiua præcedit. gl. in cap.primo.de reg. iur. Barto.in repet. l.tertiæ.col. prima.C.de pigno. sed ista necessitas tendit in fauorem partis, ergo illi fauori pars renunciare potest. l. penul. C. de pact. sicut dicitur de clausula decreti, quæ intelligitur, si pars ea vti velit. Ioan. Mo.in c.statutum. de præbend. in 6. in §. si quis verò. de colla.
11 in Concord. Nam si filius conueniatur coram patre, poterit ibi se defendere. dicta l. lex Cornelia. in princip.ff.de iniur. sic & quando agit filius, & pars nihil opponit, & ista sententia seruatur in Curiis Franciæ.

Praxis in Frācia de eadem re.

Quartò, non procedit, quando res erat peritura, tunc litis contestatio coram suspecto fieri poterit, siue pater sit, siue filius. l. Senatusconsulto. ff. de offic. Præsid.l.sed & si restituatur.§.sed etsi dies. ff.de iud.
Vnde instante etiam filio cogeretur debitor coram 12
patre iudice cognoscere chirographum & posteà remitteretur ad suum iudicem, & hoc per Constit. Regiam. de qua plenè scripsi in tracta. de chirographo.& scedula recog. articul.primo. in primo tomo Comment.ad Constit.Reg.

Quintò restringitur, si iudex inter duos pariter coniūctos cognosceret, eo casu pars affectionis causa suspicionem amoueret, vt scribit Tripho.in l.non solum.§.de vno.ff.de ritu nuptia. Barto.in l.repeti.§. quæstione.ff.de quæstio. Tamen etiam vidi hoc casu iudicem recusari, quia vnus consanguineus recusabat iudicem, quòd eum tanquam consanguineum non tractauerat, eo quòd illum pauperem cerneret, & alium diuitem, ideò par causa non videbatur.

Sextò, Episcopus iniuriam illatam familiæ, cum visitat, & notoriam punire potest, quemadmodum & Archiepiscopus.c. primo. de pœnis.libro 6.

Septimò iudex officiales suos in officio delinquentes punire poterit. l. nulli. C. quorum appella. non recipiantur. Barto. in l. si quis. ff. de pœn. vbi iustum reputat vt eam familiam in officio contineat.

Iudex officiales suos punire potest.

Non poterit tamen iudex in criminalibus de suis liberis, vel consanguineis cognoscere, tum ne fisco præiudicet, quoad confiscationes, tum etiam vt crimina puniātur.gloss.& Docto.hîc.& in d.l.lex Cornelia.ff.de iniur.

Aliæ restrictiones Ias. videntur superfluæ, & parum ad materiam respicientes, quando limitat in iurisdictione voluntaria, quia in illa non dicitur ius, de quo loquitur hic text.

Adhæc non facit ad istum text. quod Episcopus in causa suæ Ecclesiæ posit cognoscere, quia non est vxor, nec liberi, & quia præficitur Ecclesiæ vt eam tueatur. Ideò non est illa affectio, quam haberet in liberis, nec hodie solet cognoscere, & quantum attinet ad Vicarium, vt cognoscat de causa, quam Episcopus prosequitur, certè recusari Vicarius potest, si pars hoc petat, nec cognosceret Vicarius inuita parte hodie, quicquid hic Ias. scribat.

Episcopus pōt in causa sua Ecclesia cognoscere.

Imo etiamsi iudex esset sanctus, si pars non confidat illi, non poterit ius dicere inuita parte, quicquid scribat Spec.in ritul.de iudi.delega.§.superest.versic. quid si non est consanguineus, licèt in pluribus hic viris bonis (qui rari sunt) deferatur.c.nisi. de præben. Hyppol.consil.primo.circa finem.

SVMMARIA.

1 *Coaceruatio vnius actionis non est facienda.*
2 *Auditores Castelleti cognoscunt vsque ad viginti libras.*
3 *Iudex de qua re cognouit, de eadem tenetur iudicare.*
4 *Emphyteota emphyteosi non priuandus, quamuis per quadriennium non continuum soluere cessauerit.*
5 *Iudex supra modum suæ iurisdictionis quandoque cognoscit.*

Lex

Lex XI. Caius lib. I. ad Edictum Provinciale.

Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coaceruatio verò omnium excedat modum iurisdictionis eius, apud eum agi posse Sabino, Cassio, Proculo placuit, quæ sententia rescripto Imperatoris Antonini confirmata est.

Declarabo priùs text. posteà eius materiam tractabo. Primò, in hoc text. scribitur, si idem, Requirit ergo iste text. vnum esse actorem, qui moueat plures actiones. Nam si multi plures mouerent actiones diuersas, & se nihil continentes, illæ non possent in vno libello concludi, teste Bart. in l. edita. C. de edend. Et nõ est absurdum vnum contra eundem plures congerere actiones, in vno libello, etiam specie differentes, vt in mutuo, & deposito, & aliis, secus contra plures debitores, & ita intelligi opinio Bart. debet in d. l. edita.

Libellus vnus nõ potest continere plures multorum actiones.

Secundo, dicit iste text. cum eodem, & sic requirit, quod vnus contra vnum & eundem plures moueat actiones, vt non debeat fieri coaceruatio summarum. Idem & multò fortius, si contra plures, quia tũc nulla esset dubitatio, quod nõ fieret coadunatio. l. finali. ff. de calumnia. Et sic videbatur vnum esse datum, cùm vnus & idẽ sit actor, & vnus etiam sit reus: sed contrarium hic statuitur, quia quot sunt summæ, tot & debita, petitiones, & actiones, quæ omnes intra iurisdictionem iudicantis sunt: & sic de illis iudicare poterit, cùm Vlpian. scribat: *in stipulationibus tot esse stipulationes, quot summæ sunt, vel species.* l. scire ff. de verborum obligatio. & sicut pro quolibet debito vna actio datur, quæ tamen actiones non coniunguntur, ita nec hic, vt iurisdictionem iudicum impediant.

1 Tertio, Pluribus actionibus.] Ergó non procedit iste text. in vna actione, quia non est facienda coaceruatio vnius actionis, cùm tam sit vna, etiamsi esset diuersa numero, vtpote si mihi debeas decem ex mutuo facto Calend. Ianuar. & viginti ex mutuo accepto die Regum, agere potero coram auditoribus ista actione mutui, quia licèt vna sit actio, tamen plura sunt debita, & diuersæ quantitates, & vna actio pro quolibet debito: ideò nulla fit coaceruatio. l. cum quæritur. ff. de except. rei iudic. & l. seq.

Limitant Doctor. quando vna actio plures contineret species diuersas, vt actio tutelæ. l. j. ff. de eden. & ista videtur communis sententia, vt nulla fiat coadunatio, licèt vna tantùm sit actio.

Quartò, Agat.] Et sic in actore habet locum iste text. non in reo, qui pluribus, & diuersis exceptionibus coaceruatis se tueri potest. l. nemo. ff. de except. & regul. nullus. de reg. iur. lib. 6. Vnde si reus petat reconueniendo, non habebit locum iste text. vt in §. sed si mutuæ. seq dicetur.

Hæc lex in actore tantùm procedit.

Quintò, ponderandus est iste text. Quarum singularum quantitas intra iurisdictionem
2 iudicantis.] Et sic requiritur quod de singulis actionibus separatim iudex cognoscere possit, vt auditores Castelleti cognoscunt, vsque ad viginti libras. Ideo nulla actio istam summam excedere debet, alioqui ipsi per istum textum cognoscere non possent, vel metas suæ iurisdictionis excederent, & sic nullius esset momenti appellatio, vt in l. fin. infrà eodem dicetur.

Sexto, Coaceruatio verò omnium excedat modum iurisdictionis eius.] Ex illo text. colligitur regula, coaceruationem plurũ actionum non esse faciendam in præiudicium iudicum, qui possunt cognoscere de singulis vsque ad certam summam, vt olim defensores ciuitatum in quinquaginta. l. j. C. de defensor. hodie vsque ad 300. aureos, in authent. de defensor. ciuita. collat. 3. §. & iudicare.

Et iste text. nõ solùm prodest auditoribus Castelleti, verum etiam iudicibus Præsidialibus, qui vsque ad ducentas quinquaginta libras iure supremi imperij cognoscere ex Cõstitutionibus Regiis possunt. Si verò summa coram illis petita, & condemnatio sit quingentarum librarum, sententia illorum executioni mandabitur per modum (vt loquuntur dicastici) prouisionis: sed recipietur appellatio, facta executione, vt scripsi in tractat. de sentent. executo. articulo 15. in primo tomo Commentariorum in Constit. Reg.

Idem dicerem in annuo debito viginti librarum, vt auditores Castelleti cognoscere possint, quia quot sunt anni, tot sunt debita, nec fit coniunctio plurium annorum. l. sancimus. §. si quis autem. & sequent. C. de donat. Doctor. in l. si Stichum. in fin. ff. de verbor. obligation. sed si ageretur ad debitum reditus totius anni, vel ad redimendam, vel ad continuandam pensionem, tunc non posset agi coram his auditoribus, sed ad alium iudicem esset remittenda causa. vt not. in l. si certis. C. de pact. l. j. de edend. Et quomodo cognoscatur an sit vnum debitum, vel plura, docet text. in l. Firmio. vbi Bartol. & l. si cùm præfinitione. quando dies legat. ced. ff. Alex. consil. 50. in causa.

Coniunctio plurium annorũ, in annuo debito, nõ facienda.

Poterunt Præsidiales magistratus cognoscere, etiamsi actio possit crescere, vltra summam quingentarum librarum in edicto cõtentam, dummodò tempore petitionis non petatur vltra modum suæ iurisdictionis, vtpote in actione quæ crescit per infitiationem. l. contra negantem. C. ad legem Aquil. §. sed furti. de action. in Institut. vel in arbitrariis. §. præterea. de actio. ibidem. & titul. de eo quod certo loco. & sic poterunt iudicare vltra terminos suæ iurisdictionis. l. fin in fine. C. de appel. vbi scribitur hæc ratio: *Nec sit tunc tanti iudices, quasi vinculis præpediti, non possint legum veritati & iudiciali vigori per omnia satisfacere.* Nam de qua re cognouit iudex, de 3
ea iudicare tenetur. l. de qua re. ff. de iudic. alioqui elusoria esset eorum potestas. l. si Prætor. ff. de iudic. Bertachin. in tract. gabella. in octa. parte principalis. q. 10. quia principium petitionis attendi debet. l. pen. in fin. infrà eodem.

Præsidiales magistratus quãdoque vltra iurisdictionis suæ terminos iudicant.

In ipso tamen casu, non iudicabunt tanquam supremi, si res excedat ducentas quinquaginta libras, nec executio fiet post appellationẽ, si excedat quingentas libras, quia ad hoc non est data illis potestas, qua deficiente deest & effectus iurisdictionis. l. quod dictum. ff. de pact. cap. cùm cessante. de appel. alibi in d. edicto plenius tractabitur, nempe iudicare poterunt vltra illam summam, postquam de ea cognouerunt. per d. l. fin. sed non iure supremi imperij: quia

addita

additamenta eodem iure decidi debent, quo & principale l.inter.§.cũ inter.ff.de pact.dotal.l.etiam. C.de iure dotium. Albert.Brun.in tract.de augmento.in 5.conclus.

Expensa, ad summã principalẽ, non cõiungenda.

Impensæ autem non computantur in summa principali, nec coniunguntur ad excludendum iurisdictionem Præsidum. l.ampliorem.in fi.C.de appel. ita edicto Reg.super his facto cautum est, adeò, vt etiamsi expensæ factæ coram illis taxatæ fuerint ad mille libras, hoc iure supremi imperij iudicare poterunt, si prima summa erat sic iudicanda.

Item, sicut coniunctio plurium quantitatum non debet fieri ad impediendum iurisdictionem, ita nec diuisio vnius quantitatis, ex vna actione, debitæ fieri debet ad iurisdictionem augendam, sed totum debitum inspici debet. vt in fi. huius l.dicitur. §.& iudicate. in authen.de defenso.ciuit.colla.3. Ideò si quingentæ libræ petantur, non possunt Præsides iure supremi imperij cognoscere de ducentis & quinquaginta libris, & de aliis postea, & sic semper sunt supremi, quia vna res non sic debet diuidi. l.ij.& seq.& l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.

Procedit quoque iste text. vt non fiat coacetuatio etiam in fauorabilibus, si materia non patiatur. vt inferiùs dicetur, in delegata iurisdictione, & in abigeo. per l.fin.ff.de abige.

Coaceruatio tẽporis nõ facienda.

Hæc regula limitatur, non procedere in coaceruatione temporis, quæ fieri non solet, vnde si quis remãserit in vno monasterio per duo semestria, non dicitur tacitè professus, quia annus non censetur completus, quod requiritur.cap.postulasti.& seq. & cap.penult.de reg. Spec.in tit.de statu monacho.§.j. versic.38. & Bart.in l.finali. §.quotiens.ff.de publica. quicquid dicat glos.in ca eum qui certus est.de reg. iuris.in 6. vt scripsi, in consilio quod super hoc edidi. & sic non indulgebatur ei qui stetit in carcere per duo diuersa semestria, quamuis per statutum liceat è carcere eicere eum, qui per annum ibi detentus
4 fuit, vt Angel.hîc, quem refert Ias. dicit emphyteotam priuari, qui non soluit per duos annos, si posteà alio anno soluat, & demum cesset per alios duos annos, non fieri coniunctionem temporis, ad hoc vt sit priuatus, quasi cessauerit per quadrienniũ, quia illud tẽpus debet esse cõtinuum, vt decidunt hîc Ias. Dec. & alij: & sic consuluit Socin.consil.118.circa.in 4.vol. quod probaui in eo qui seruiuit duobus mediis diebus. in l.3.in fin. ff.de verborum significat. l.penult. infr.eodem. vbi hoc viciatur fauore libertatis.l.Paulus.in fin.ff.de libera. causa. l.seruus qui testamento. §.j. de statulib.

Secundò viciatur, si pendente iudicio summa aucta sit, eo casu iudex iudicare poterit. l. ampliorem.in fin.C.de appel.vt superiùs dictum fuit.

Coadunatio facienda, ad sciendũ maius debitum.

Tertiò, non procedit iste text. quando respiceremus maius debitum, tunc omnia, etiam diuersa, debita, & plurium personarum coadunanda sunt, vt debitum maius appareat. Vnde in pactis, ad hoc vt noceant creditoribus, qui non pacti fuerunt, requiritur, vt pars maior creditorum pactum fecerit, quod declarat Iurisconsultus, maiorem partem dici ratione debiti. l.iurisgentium. in fine.ff.de pact.iuncta l.maiorem.ibidem.quòd si æquale debitum fuerit, maiorem partem personarum considerat Papinian. ibidem. etiamsi minutæ summæ sint, coadunabuntur, quia maius faciunt debitum, & maior pars debiti ibi respicitur. Hîc autem non fit coadunatio, vt non impediatur iurisdictio, & sic nõ obest l.si plures.ff.de pact. quia ibi fit coadunatio ad sciendum maius debitum, hic verò nõ ad impediendam iurisdictionem, nec inspicitur ibi odium, vel fauor, licèt hoc scribant interpretes.

Quartò, coaceruatio plurium summarum fit, vt ad Principem appellari posit, si illæ summæ ex vna actione descendent.l.si cui separatim §.j. ff.de appel. ibi: *Si quis cum vna actione ageretur, quæ plures species in se habeat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singulæ notionem Principis non faciunt, omnes autem coniuncta faciunt, poterit ad Principem appellare.* Et per illum textum recepta fuit appellatio à iudicibus Præsidialibus, qui in actione tutelæ condemnauerãt tutorem, quoad vinum in centum libras, & quoad frumẽtum ad ducentas, & ad quinquaginta, quoad alia negotia, & est sing. limitatio.

Si tamen illa debita ex pluribus actionibus deuenirent, non fieret coadunatio, vt hîc, & plenè dicetur in §.fin.infrà.

Quintò, istum textum restringunt interpretes in iudice delegato, quia eius iurisdictio est odiosa, allegatur l.j.ff.de offic.eius. vbi Doctor.glos.in cap.j.de rescript.in 6.

Actionum coadunatio corã iudicibus delegatis non facienda.

Ego dicerem habere hunc textum locum etiam in delegato, quia licèt iurisdictio sit odiosa, & sic restringenda in casu dubio, in casu autem certo non est tollenda, nec impediẽda. vt hîc.c.1.& c.sanè.2.de offic.delegat.alioqui iurisdictio delegata auferretur, quod iura non permittunt. Vnde si concessum fuerit delegato, vt de omnibus causis non excedentibus centum aureos cognoscat, vt in Conseruatoribus. cap.primo. & fin.de offic.deleg.libro 6. si vnus agat diuersis actionibus, non fiet cumulatio, vt iurisdictio delegati impediatur, cùm iste text. non restringat, sed generaliter loquatur, & sic coram iudicibus delegatis non fiet coadunatio actionum, vt iurisdictio delegata tollatur: & sic seruatur in praxi.

Coaceruatio fit in fauorabilibus.

Sextò, in fauorabilibus fit coaceruatio, vt si collator vnus habeat quinque dignitates, & quatuor præbendas, & beneficia alia curata, vel sæcularia sex, potest grauari vno mandato, quia omnia ista beneficia adunantur, & fit numerus decimus, qui est sufficiens ad imponendum grauamen vnius mandati in Franci.i §.primo.de manda. Apostol in Concord. vbi scripsi in glos. decem, tamen in hoc casu, siue fauor sit, siue odium, coaceruatio fit, quia sufficit habere decem beneficia in sua prouisione, sed non respondet proposito text. Nam ibi attenditur numerus, & sic omnia faciunt ad numerum, & ideò ista restrictio non procedit generaliter. Nam & in odiosis pro materia fit coaceruatio. l.fin. §.qui sæpius. ff. de abigeis.

Septimò, si mihi debeantur centum. & petam viginti coram auditoribus Castelleti, ipsi poterunt iudicare, si pars non opponat, sed pars opponere poterit, vt totum petatur debitũ, ne in diuersis tribunalibus vexetur. l.quidã.ff.de rebus.cred.§.& iudicare. de defensorib.ciuitatum. collatione tertia Angel. & Iacob.hîc.& in l.penult.infrà eodem. vbi abundè tractatur. inuito autem eo non esse diuidendam petitionẽ, si iudex non posit cognoscere, sed adeundus erit alius maior iudex, qui de hoc cognoscere posit.

Sed si vni debeantur octo libræ, & coram Con-

siliarus supplicationum ipse petat decem, quia ipsi non cognoscunt de minori summa contra longè distantes, si pars opponat eos non esse iudices competentes, tamen ipsi hoc non pronuntiabunt, quia ipsum principium & petitio inspici debet. l. penult. in fine. infrà eodem. sed in fine causæ Consiliarij condemnabunt reum ad debitum octo librarum, & actorem ad expensas, damna, & interesse, quæ passus est reus, vt docet hîc Bald. & Iacob allegat text. in §. & iudicare. in authentic. de defensor. ciuitatum. collatione tertia. & §. tripli. de actio. in Instit. & istæ expensæ, & interesse plus poterunt ascendere, quàm debitum principale, & victor in expensas condemnabitur contra l. properádum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. & ita docent Accurs. & Angel. in d. §. & iudicare.

Sabino, Casio, & Proculo placuit.] Istum textum dicit singularem Barbat. in tractat. præstan. Cardin in prima quæstio. Basilica primæ partis. numero 9. & in repetit. l. acutissimi. columna 94. C. de fideicommis. & in rub. de testament. columna 43. & consilio 11. colum. 13. in primo volum. ad hoc quod vbi non habemus legem, sufficit allegare authoritatem maiorum. facit cap. primum de decim. hæc abundè tractat Bartol. & alij in l. prima. ff. si certum petatur.

Authoritas maiorũ sufficit, nõ existente lege.

Etiam est not. quòd authoritas plurium est exquirendi. Sic in l. cum filio. ff. de vulgar. ibi: *Ex consilio Labeonis, Offilij, Casselij, Trebatij* facit l. si annonam. ibi: *si cum peritioribus tractatum habuisses, facile cognosceres.* C. de inge. & manu. Sed in hoc text. sententia Iurisconsult. confirmata fuit authoritate Imperatoris: ideò tenet. Nam responsa prudentum illam habent authoritatem, quam ei tribuit Imperator §. responsa. de iure natur. in Instit.

Sed & si mutuæ sint actiones, & alter minorem quantitatem, alter maiorem petat, apud eundem iudicem agendum est ei, qui quantitatem minorem petit: ne in potestate calumniosa aduersarij mei sit, an apud eundem litigare possim.] Ex hoc text. patet quod si in ius vocem Titium coram auditoribus Castelleti, & ab eo petam decem, is ipse poterit coram illis, centum à me iure reconuentionis petere, ne in potestate calumniosa aduersarij mei sit, an apud eundem litigare possim, & ista est ratio reconuentionis faciendæ, aliæ super hoc assignantur rationes in l. cùm Papinianus. cum l. sequen. C. de sent. & in cap. vnico. vbi plenè Socinus hanc reconuentionis materiam explicat. Et sic conuentus coram Præside super quantitate centum aureorum, non potest reconueniendo petere remitti ad auditores Castelleti, dicens se minorem summam, fortè decem velle petere. Nam qui de maiori summa cognoscere potest, multò fortiùs de minori, & qui de minori cognoscere potest reconueniendo etiam de maiori cognoscet, per istum textum. Ideò reus tenebitur respondere, postquam elegit sibi illum iudicem. dicta l. cùm Papinianus. Alia alibi de reconuentione tractabo Notandum est tamen quòd licèt reconuentio ipso iure permittatur: tamen in hac patria consuetudinaria solent literæ Regiæ impetrari concedentes reconuentionem fieri, quod tamen est superfluum, vt dixi in procem. in Constitu. Reg. Et idem est statutum per Constit. Saxo. in lib. tertio. vt refert Hegendorphi. Et quamuis quidam intelligant conuentum coram maiore iudice, posse reconueniri de minori summa, non haberet hic intellectus dubitationem, vt is qui de maiori summa cognoscere possit, & de minori cognoscat, sed vt is qui cognoscere de minori tantùm summa possit, cognoscat supra modum suæ iurisdictionis. Hoc est 5
dubium, quòd tollitur hîc ratione reconuentionis: quia etiam incidenter cognoscere posset. l. quotiens. C. de iud tractatur in tit. de quibus rebus ad eundem iudicem agatur.

Reconuentionis ius.

§. Si vna actio communis sit plurium personarum, veluti familiæ herciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum: vtrum singulæ partes spectandæ sint citra iurisdictionem eius qui cognoscit? quod Ofilio, & Proculo placet: quia vnusquisque de parte sua litigat. An potiùs tota res, quia & tota res in iudicium venit, & vel vni adiudicari potest? quod Casio & Pegaso placet. Et sanè eorum sententia probabilior est.

EX hoc tex. colligitur in his tribus iudiciis fami. herciscun. cõmuni diuid. & finiũ regundorum, inspici totam rem, & si tota res vltra quingentas libras ascendat, non poterunt Præsidiales cognoscere interim, id est, per modum prouisionis, vt executio fiat. Dubitatio est, quia vnusquisque reus de parte sua litigat, & sunt plures, & sic plura videbantur debita, quare non coadunanda, sed contrarium statuit hîc Iurisconsult. quia tota res in iudicium deducta est, non pars, tota etiam vni adiudicari potest: & vna est actio, quæ plures respicit personas: ideò vna dicitur res debita, & sic iudex cognoscere non potest, si tota excedat modum iurisdictionis suæ. At si plures essent actiones, vt in principio huius l. licèt mouerentur ab vno, & eodem contra eundem, tamen istæ plures non coadunarentur, vt ibi dictum fuit. Hîc verò vna non diuiditur, vt plura sint debita: vnde patet per istum text. iudicem non posse supra suam iurisdictionem ius dicere, quod fusiùs tractabitur in l. fin. infrà.

Dubitandi ratio.

Ratio decidendi.

Colligitur in his actionibus tribus inspiciendum valorem totius rei ab initio, qui si excedat modum iurisdictionis iudex non cognoscet, nec separabitur actio, quæ vna est, vtpote familiæ herciscundæ quæ datur ad diuidendam hæreditatem inter cohęredes. l. prima & secunda. ac in toto titul. famil herciscund. ff. Ideò antequam sententia diuisionis probata sit, vna actio erit, & non plures, vnum iudicium & vna sententia. vnde Paul. scribit eodem titulo. l. *In hoc iudicio condemnationes & absolutiones in omnium personas faciendæ sunt. Et ideò si in alicuius persona omissa sit condemnatio, in cæterorum quoque persona quod fecit iudex, non valebit: quia non potest ex vno eodémque iudicio res iudicata in partem valere, & in partem non valere.* Ac quomodo res sit consideranda an pro diuiso, vel indiuiso, tradit tex. in l. rectè dicimus. ff. de verb. signific. vbi tractaui.

Valor totius rei ab initio inspiciendus.

Ideò

[illegible] quælibet harum actionum generalis ad [illegible] competat. l. vbi Accurs. & Doctor. ff. de edend. vna tamen est actio, quæ ad plures res datur, & sic si modum iurisdictionis excedat, iudex cognoscere non poterit.

Familia, pro hæredit. tate accipitur. Sciendum est autem familiam pro hæreditate accipi in hac actione, & herciscere, pro diuidere secundum quosdam, quasi sit actio hæreditatis diuidendæ, vel (vt alij voluerunt) à verbo Græco ἕρκος, quod septo & seco significat, dicam abunde in tit. fam. l. hercisc. [illegible].

Actio vero communi diuidundo contra eum datur, qui res communes possidet vt d[illegible]antur, in tit. ff. communi diuid. vbi alia tractabuntur.

Finiũ verò regũdorum actio datur vt fines agris, & limites imponantur & [illegible] fines regi dicuntur, quando limitibus fundi di[illegible]nguuntur, & separantur, vt ibi dicetur.

Reprehẽsio Doctorum. A[illegible] putarem interpretum sententiam falsam, maxime Matthæi l. no. 1 o. vbi intelligit in illis tribus iudiciis duplicibus quemlibet actorem e[illegible] & quemlibet reum, quoad ordinationem l[illegible], non quoad iura[illegible] de calumnia, nec quoad decisionem, [illegible] sententia pro, [illegible], sed expectabitur [illegible] duo iudices. ibid. Tamẽ post [illegible] iurisco[illegible] illum actorem v[illegible], qui litem mouit, & reum qui se defendit, hoc quidem certe in omnibus tebus habebitur, cùm non inueniatur exceptum. d. l. duo iudices, nullum verbum profert de his tribus iudiciis: & sic intelligetur etiam in duplicibus iudiciis. l. inter pares. ibidem. vt plene dicam in interpreta. illarum legum, quicquid Ias. & alij hic scribant. & idem Ias. in l. in prouinciali § fin. [illegible] col. 2. ff. de no. oper. nũtia. E[illegible] intelligere l. duo iudices. in duplicibus iudiciis, est præfagire, & illam generalem l. ad vnum casum restringere, quod facere non licet. Alia quæ hic per interpretes scribuntur, & quę sentẽtia attend[illegible] vltima, & de clausula in fin. posita, quia parum hic conueniunt, alibi tractabo, ne plura.

SVMMARIA.

1. *Modica castigatio in quo consistat.*
2. *Index secularis etiam de hæretico cognoscere potest.*
3. *Ex confessione sola, si probet se erraſſe quis in Francia ad torturam non ponitur.*

LEX XII. VLPIANVS LIB. XVIII. AD EDICTVM.

MAgistratibus municipalibus supplicium à seruo sumere non licet: modica autem castigatio in eis non est deneganda.

Municipales magistratus qui vocentur. MAgistratus municipales vocantur cuiuslibet municipij, id est, ciuitatis, vel oppidi, non autem [illegible] tantùm seu villarum, vt interpretes exi[illegible] mat. declaratur in l. municipes. ff. de verb. signific. & in l. pad municip. & l. 1. C. de magistr. municipal. vbi defensores vocantur magistratus municipales. Nec oportet [illegible] um text indefinitè loquẽtem restringere ad d[illegible]iones tantùm, vel ad duumuiros, sed oportet de [illegible] municipalibus intelligere.

Itaque statuitur hic magi[illegible]us municipalibus non licere seruos [illegible] multo minus liberos, quia merum im[illegible] non fuerat illis concessum, sed specialiter [illegible] magistratibus. vt in l. 1. de offic. eius. [illegible] castigatio, quæ consistit vt quidam dicunt in admotione flagellorum, castigatione & in vinculorum coniectione. l. veluti. ff. de pœnis. sed [illegible] declarat coërcitionem corporis, non autem mod[illegible] castigationem, de qua hæc lex loquitur. Ratio[illegible] huius decisionis tradit Paul. ff. ad municipal. *Ea enim quæ magis imperij sunt, quàm iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest.* 1

Nec [illegible] in integrum restituere, nec ea facere quæ magis imperij sunt, quàm iurisdictionis. Ideò cùm sumere supplicium, imperij sit, ad magistratus munic[illegible]es non pertinet, vt scripsi in l. imperium, suprà eodem.

Aduertendum est hic supplicium sumi non solùm pro morte, sed pro graui animaduersione, & cruciatu, vt declarat Venuleius in l. si quid. ff. de officio Proconf. & Luc. de Pen. in l. si quando. 11. C. de bonis vacant. lib. 10. l. milites. de custod. reor. ff. Doct. hic. *Supplicij appellatio.*

Nempe interdum iura loquuntur de vltimo supplicio, & tunc solam mortem interpretatur Celsus. ff. de pœnis. l. vltimum. & l. qui vltimo.

Callistratus in l. capitalium. ff. de pœnis. summum supplicium esse ait damnationem ad furcam. Item viui cremationem, & capitis amputationem, de quibus debet intelligi l. penult. ff. de condic. causa data. Vnde cùm Iurisc. hic non expresserit vltimum, vel summum suppliciũ, non intelligetur tantùm de illis, sed de omni corporis maiori animaduersione, quæ illis magistratibus municipalibus concessa non erat, sed modica castigatio, vel leuis. forte virgarum verberatio, & in carcere detentio, & aliæ pœnæ leuissimæ, quæ eo tempore aissig[illegible] his solebant. vide text in l. fi[illegible] ff. de custod. reorum. *Summum supplicium quodnam vocetur.*

Hodie vero in hoc regno Franciæ nulla esse debet inter magistratus co[illegible]trouersia. Nam diuisæ sunt iurisdictiones, vt possit dici

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Ideò ciuilis iudex non cognoscit quidem de castigatione. vel alio crimine: quia limitata causa limitatum producit effectum. Liu agris. ff. de acquirend. rerum dom. ne[illegible] e contrario. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic.

Limitatur, quando in consequens ista ciuilis causa, vel criminalis incideret, per l quotiens. C. de iud. Vude vidi Dom. Generales iustitiæ Parisi. degentes, qui cognitionem tantùm de vectigalibus habe[illegible], condemnare ad furcas falsarios, qui super processu, in illa Curia pendẽte, falsum commiserant: sic etiam in Generalibus Montispessulani testatur Nico. Boër. in tractat. notab. de seditios. multos ab ipsis seditiosos in furcas damnatos, & alios fustibus cæsos, propter seditionem.

Vnde censuit Senatus Parisiensis, remittendam causam ad Scabinos Remenses qui generalem cognitionem habebant extra tres casus, vulgò *meurtre, prodition, & forfaicture, qui est interpretes à blaspheme & vsurpation du nom de Dieu & de sa mere [illegible].* [latrocinium, proditionem, & maleficium, quod interpretatum est de blasphemia, & vsurpatione nominis Dei, suæque matris in vanum.] Vnde cùm

qu dam alium verberãdo blaſphemaſſet, conſequens fuit & incidens blaſphemia, igitur ad Scabinos pertinebat cognitio, quia principaliter de cauſa verberum iudicabant, anno 1544. die 16. Decemb.

Adhæc videndum eſt, quando hæreticus remittitur condemnatus ad iudicem ſæcularem, pro executione, vel clericus degradatus, an ipſe iudex ſæcularis poſsit de nouo cognoſcere, & inquirere. Communis ſententia tenet, non poſſe, & in hæreſi eſt text. ſingul. prohibens iudici ſæculari cognoſcere. in c fi. 2 §. prohibemus. de hæretic. in 6. quia hoc crimen eſt merè Eccleſiaſticum, ſed ſententia Bart. eſt in contrarium per §. ſi verò crimen. in authent. de ſanctiſ. Epiſcop. col. 9.

Hodie verò ſeruatur in regno ſententia Barto. dicentis poſſe de nouo ſæcularem & inquirere, & cognoſcere, per text. in d. §. ſi verò crimen.

Alioqui iudices ſæculares non exequerentur, dicentes velle ſe iudicare ex veris, & non exequi tantùm: ideò executionem non facient, niſi reuiſo ſummariè proceſſu. Et aliquãdo euenire poſſet condemnatum à iudice Eccleſiaſtico, abſolutum poſteà fore adiecta modica pœna, quod in hæreſi fieri non debet, quia interdũ ſæculares ſunt hæretici. Et Clodius non condemnaret mœchos. Huius eſt ſententiæ Bal. in conſil. 360. Facta eſt in fin. vol. 3. & Luc. de Penna io l. j. col. 3. C. de priuileg. ſcholaſt. lib. 12.

Confeſsio corã iudice incõpetente facta. Etiam Bartol. hic docet confeſsionem factam coram iudice incompetente, non ſufficere coram alio iudice, ad quẽ remittitur. per l. Diuus. 2. ff. de cuſtod. reor. l. iij. §. idem Diuus de teſtib. cap. at ſi clerici. de iud. licèt Iaſ. hic dicat iſtam confeſsionem ſufficientem ad torturam, & vt confitens teneatur coram ſuo iudice perſeuerare.

Tamen contrarium ſeruat vſus forenſis, nec vnquam vidi aliquem poni ad torturam ex hac ſola confeſsione in hac patria conſuetudinaria: imò nec cogitur perſiſtere in illa confeſsione, ſi cauſam dicat 3 rationabilem in contrarium, probando fore negatiuam loco, & tempore coarctatam, & ſe in prima confeſsione erraſſe, vt in l. magnam. C. de contrahend. ſtipul. Aliter eſſet dicendum, ſi illa confeſsio reuocari non poſſet, nec confitens ſe defendere valeret, quod eſſet abſurdum, & hoc not. Doctor. in d. c. at ſi clerici. vbi plenè iſta materia traditur.

SVMMARIA.

1 *Magiſtratus non poteſt committere iudicare in tempus, quo non erit magiſtratus.*
2 *Priuatus non poteſt iubere iudicare.*
3 *Lex in dubio generaliter intelligenda eſt.*

LEX XIII. IDEM LIB. LI. AD SABINVM.

Cum, qui iudicare debet, magiſtratum eſſet oportet. Magiſtratus autem is eſt, qui in poteſtate aliqua ſit, vt puta Proconſul, vel Prætor, vel alij qui prouincias regunt, iudicare iubere eo die, quo priuati futuri ſunt, nõ poſſunt.

HÆc lex tria dicta præſcribit, ſecundum quædam exemplaria. Primò dicit illum poſſe iudicare, qui eſt magiſtratus, ideò non poteſt is, qui talis non eſt. Secundò, dicit magiſtratum e... eſſe, qui in aliqua ſit poteſtate, vt Proconſul, vel Prætor. Tertiò, declarat magiſtratus non poſſe iubere iudicare eo die quo priuati magiſtratu ſuo erunt. In alijs verò exemplaribus, & in correctis, maximè in Paodectis Florent. duo ſunt tantùm dicta, videlicet primum & vltimum, vt magiſtratus non poſsit iubere iudicare eo die, quo erit priuatus.

Magiſtratus qui dicantur. Imprimis dicendum erit, qui ſint magiſtratus, & Ariſt. lib. 4. Polit. c. 15. ſic ait: Maximè verò, vt ſimpliciter illi magiſtratus appellantur, quibus datum eſt deliberare de quibuſdam, & ſtatuere, & maximè hoc extremum, nam iubere, imperioſius eſt, vel magiſtratus is eſt, qui eſt in aliqua poteſtate & imperio, vt hic. Olim verè magiſtratus dicebatur, qui priùs Quæſtor à populo creatus prouincias deinde obtinuiſſet, vt probat l. 1. ff. de officio Quæſtor. & Nicol. Crachius in ſuo tractat. de Comiti. lib. 2. c. 22.

Iubere verò, interdum accipitur pro præcipere. in l. libertas. ff. de ſtat. homi. l. fine. de officio Præfect. vigil. Vnde Vlpian. ait in edicto Prætoris, *Edi iubebo.* io l. ſi quis. §. Prætor. ff. de edend. l. veluti. ibidem. Lij. de in ius vocand. l. iubere. ſuprà eod. l. nec mandante. de tutor. & curat. datis ab his. Præſes poteſt iubere tutorem dare. §. & hoc iure. de Atti lia. tutor. in Inſtit. ſed non mandare. d. l. nec mandante l. Lucius. §. cum teſtamento. ibi, Præſidis præcepto. ff. de admin. tutor.

Princeps per verbũ, Iubeo, mandare cauſam committens. Vnde ſi Princeps committat cauſam per verbum, Iubeo, is non poterit cauſam alteri mandare, licèt aliàs poſsit. l. ſæpe. iuncta gloſ. ff. de officio Præſid. l. à iudice. C. de iud.

Etiam magiſtratus poteſt præcipere arbitris, & cogere eos vt ſententiam dicant. l. iij. in fin. l. litigatores, cum alijs multis legibus. ff. de arbir.

Adhæc iudices, negligentes iudicare, cogendi ſunt à magiſtratu ſuperiore, aliàs ad id quod intereſt damnandi erunt. l. venditor. in fin. ff. de iud. l. iiij. §. in eum. de dam. infect. l. Diuus. de offic. Præſid.

Sed dubitatur, an magiſtratus poſsint iubere iudicare? id eſt, committere alicui, vt iudicet eo die quo ampliùs non erunt magiſtratus, vel cogere, vt 1 pronuntient. Reſpondeo, non poſſe. Sicut enim is qui non eſt magiſtratus, non poteſt facere magiſtratum, ita nec cauſam committere decidendam, quam ipſe non poſſet. Nam paria ſunt non eſſe magiſtratum, vel committere in tempus quo nõ erit magiſtratus, & ſic ipſe iudicare non poſſet, ſic nec is cui committitur, quod pulchre declaratur in l. obſeruare. ff. de offic. Proconſ.

Paria ſunt etiam aliquid facere tempore prohibito, vel conferre ad tempus prohibitum. l. quod ſponſæ. de donat. ante nupt. dicam in l. lege obuenire. in fin. ff. de verborum ſignific. in Pandectis Florent. Eſt magiſtratus autem, vel is qui in poteſtate aliqua, vel alij, &c.

Nec me mouet quod Paul. ſcribit ff. de iudic. in l. venditor. §. *Iudices à Præſide dati ſolent etiam in tempus ſucceſſorum eius durare, & cogi pronuntiare.* Et ſic magiſtratus poterit committere cauſas cognoſcendas, etiam poſtquam non erit magiſtratus. Reſpondeo: Magiſtratus, Præſes, ſcilicet vel alius poteſt mandare iuriſdictionem eo tempore quo eſt Præſes, vel magiſtratum exercet, quam ſi mandauerit & is, cui eſt mandata, cognoſcere cœperit, pote... ille ipſe

... cum finito magistratu Praesi... ... Praes... ... in iudicare ... ... no non esset magistratus, ... incipere ... non valeret, vt dicit iste text. quia per hoc auferretur iurisdictio successoris, & per alias rationes superius scriptas.

Recursus ad iudicem immediatè superiorē. Quomodo poterit quis iudicare cogi? in Concord. in titul. de friuol. appellat. in princip. statuitur, quòd si quis coram suo iudice non poterit habere complementum iustitiae, ad immediatum superiorem per appellationem recursum habeat: ad minimum (vt ibi dixi) vna interpellatione, seu requisitione iudici negligenti prius facta. argum. l. Titia. §. vsuras. ff. de legat. 2. Bart. in l. mora. de vsur. tamen melius est quod pars ter requirat iudicem, vt causam expediat, & posteà si non expedierit, appellet à denegatione iuris, per c. grandi. de supplen. negligen. Praelator. Felin. in cap. ex literis. de constit. l. j. §. magistratibus. de magistrat. conuen. ff. vel poterit pars impetrare literas à superiore, quibus superior illi praecipiat, vt intra quindecim dies, vel aliud tempus illam causam expediat. & haec praxis probatur hîc, & per Panor. in cap. nullus de iure patron. sed prima seruatur, & est magis communis.

Iubere iudicare, aliud quàm iudicem dare. Nunc videndum est, quomodo iste text. intelligatur. Communis Doctor. sententia est, vt ille delegare possit, & cogere iudicare, qui magistratum habet, sed hic intellectus communis à quibusdam reiicitur, dicentibus verbis text. non conuenire. Et quia aliud est iudicare iubere, quàm iudicem dare. Nam is cui mandata est iurisdictio, illam mandare potest. l. legatus. ff. de officio Proconf. l. cùm Praetor. de iudic. sed iubere iudicare non potest, vt hîc. Iubet ergo iudicare, qui consilium exercere potest, & cogere quos sortitur iudices: dat iudicem, qui non cogit, sed sponte suscipienti causam delegat, vel aliquod eius capitulum. Iste etiam intellectus non conuenit, vt is iubeat iudicare, qui consilium exercet, vt dixi in l. ij. suprà de officio eius. vt inferiùs pleniùs dicetur.

Itaque ego putarem hoc verbum, iubere, pro decernere, statuere accipiendum in hac lege esse, & ita frequenter accipitur in edictis Praetorum, vt, *satisdare iubebo.* l. Praetor. ff. de damno infect. l. ij. & l. Fulcinius, quibus ex caus. in possess. eatur. plenè scripsi de hoc verbo. iubeo. in l. nomen filiarum. §. primo. de verb. signific. ff. quae hîc transferri possunt.

Vnde Cicero ad Atticum scribit sic: Quod nec Senatus censuit, nec populus iussit, id arroganter non praeiudico. Nam sicut verbum, Censeo, vel, Decerno, respiciebat Senatum. l. item veniunt. §. item placere. cum §. sequen. de petitin. haeredit. scripsi in l. censere. ff. de verborum significat. ita, Iubeo, erat populi verbum proprium, vt idem Cicer. pro Flacco, ait: Quae censeret Senatus, aut populus iuberet. & in Varinium: Senatus decreuit, populus iussit.

Et sic quando populus decernebat aliquem iudicem, siue in vnam causam, siue totam iurisdictionem committendo, & sic ordinariam faciendo, iubebat eum iudicare, id est, eum iudicem constituebat, & causam vel iudicium ei committebat. Et illud verbum, iubeo, quod populi erat, posteà retinuerunt magistratus, vt cùm causam committerent, vel mandarent iurisdictionem, iudicare iubebant, etiamsi intelligatur, iubere iudicare, id est, cogi pronuntiare: vt is qui magistratus non est, cogere magistratum, vt pronuntiet sententiam, non possit, nec quidem finito magistratu.

Vnde vetare pro iudicare, est contrarium, iubere iudicare. l. *Cùm Praetor vnum ex pluribus iudicare vetat, caeteris id committere videtur.* ff. de iudic. Idem Paul. scribit ibidem. l. *Iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat.* Et sic vetante eo, qui illum constituerat iudicem. sic & Vlpian. l. sequen. scribit: *Si locus in iubendo iudicare non est comprehensus, videtur eo loco iudicare iussisse, quo soleт iudicare sine incommodo litigantium.* Et idem Vlpia. l. fin. de offic. Praefect. vrb. ait Praefectus vrbi, cum term. nos exierit potestatem non habet: extra tamen potest iubere iudicare, id est, mandare iurisdictionem, & committere iudicem.

Vlpian. quoque docet sicut mandare iurisdictionem, vel non mandare, est in arbitrio Proconsulis: ita adimere mandatam iurisdictionem licet quidem Proconsuli.

Itaque iste text. intelligitur generaliter, vt omnes istos casus comprehendat, videlicet, vt si quis decernat, vel statuat, vt quis iudicet, forte vnam causam committendo, vel vnum eum iudicem faciendo ad omnes causas, quas vt cogat pronuntiare, magistratum eum esse oporteat. Dubitatio erat, quòd potentioribus pares esse non possumus. l. ij. ff. de aliena. iudic. Ideò videbatur vt potentiores, & quicunque diuites possint iubere iudicare, & cogere iudices vt iudicent, cùm ipsi sint potentes. *Dubitandi ratio.*

Tamen iste text. contrarium statuit, quia priuatus homo est, qui sine magistratu est. l. pupillus. §. manus publicum. ff. de verborum significatio. Ideo 2
non potest iubere iudicare, si ipse non habeat potestatem, vel imperium, quod non habet priuatus: & non dat, quod non habet. l. traditio. ff. de acquirend. rerum dom. l. si vniuersae. C. de legat. nec potest cogere maiorem minor. l. fin. ff. quod met. caus. & maior est magistratus aliquo priuato. l. secunda. C. quod met. caus.

Nec haberet dubium, quod is, qui non habet iurisdictionem, non possit delegare, per l. vnicam. C. qui pro sua iurisdictio. Sed is, qui est priuatus homo, vtpote qui sine magistratu est, licèt sit diues, non potest iubere iudicare, id est, mandare iurisdictionem, nec cogere magistratum: quia maior eo est magistratus, nec potest diues committere causam decidendam, quam non habet. Et sic in vtroque iste text. intelligi poterit, quicquid dicant Doct. Itaque omnes sententiae conciliabuntur. Et quia leges debent esse generales. l. leges. C. de legib. Ideò 3
debemus in dubio legē generaliter intelligere, cùm ita sit edita, & non vt certo casui tantùm deseruiat, alia de delegatione missa faciam.

SVMMARIA.

1. *Papa eò quòd peccat, minor est suo confessore.*
2. *Pontifices plurimi in Concilio depositi fuerunt.*
3. *Decurio contractus seruare tenetur à praedecessoribus factos, sed non eorum debita soluere.*
4. *Reconuentio non facienda coram arbitro, & quare.*
5. *Index prorogatus in casu tantùm prorogato iudex est.*

LEX XIIII. IDEM LIB. XXIX. AD EDICTVM.

Est receptum, eóque iure vtimur, vt si quis maior, vel æqualis subiiciat se iurisdictioni alterius, posśit ei, & aduersus eum ius dici.

ISta lex facilis est, dubitatio tamen in ea erat. Postquàm dictum fuit priuatum hominem non posse iudicare iubere, sed oportet eum, qui iudicare iubet, magistratum esse, nûc dubitatur an quilibet, & quis magistratus posśit ius dicere alteri magistratui maiori, vel æquali, quod non videbatur, quia non habet minor vel æqualis potestatem, vel imperium in maiorem. l. iiij. infrà. de arbit. l. ille à quo. §. tempestiuum. ad Trebel.

Dubitandi ratio.

Hic text. respondet verum esse, nisi maior vel æqualis se subiiciat, eo enim casu minor, vel æqualis habet iurisdictionem in maiorem, vel parem, & hoc receptum est. & eo iure vtimur. Ratio est, quia postquàm maior se subiicit minori, videtur minor. Inde Papa eo quòd peccat est minor suo confessore, qui vice Dei fungitur in confesśione, vt docet gloss. in c. nemo. 9. q. 3. & c. sanè 2. de offic. deleg. Non posset tamen Papa se submittere iudicio Regis, vel Imperatoris, vel alterius laici: quia scandalum esset Ecclesiæ. quia exemptus de iure diuino est. c. si Imperatori. 93. dist. Sed debet congregari concilium, in quo condemnari poterit, vt videmus in pluribus Pontificibus, qui in concilio depositi fuerût. & c. nos si incompetenter. 2. qu. 7. ex humilitate intelligitur, eo quòd Leo Papa 4. erat apud Ludo. Augustum diffamatus, ideò voluit vt inquireret de eo crimine, quam inquisitionem sciebat in honorem suum euenturam, noluit tamen ab eo iudicari, sed ipse Papa voluit cuncta emendare suo iudicio & discretione si inueniretur nocens, sciens se non posse talem inueniri. Multa docet Soci. in c. significasti. col. 4. & seq. de foro competen. Doctor. in c. omnis. de pœni. & remisśion.

Ratio decidendi. 3

2

Submisśio quomodo fieri debeat.

Ista submisśio, seu prorogatio expresśè fieri potest, exprimendo se velle minorem in eum posse cognoscere. l. prima. ff. de iud. l. prima. si quis in ius vocatus non ierit.

Item tacitè, vt delinquendo, authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oporteat, vel côtrahendo. l. hæres. ff. de iudi. c. fin. de foro compet. vel si non opponatur exceptio. l. sed & si suscepero. ff. de iudic. l. fin. C. de exceptio.

Et sufficit submisśio expressa, vel tacita, nisi quo ad non recognoscentem superiorem, in quo requirit hic Angel. expressam submisśionem, aliàs côtrahendo, vel delinquendo non videtur se submittere. Vode si Rex Hispaniarum interficeret in Francia hominem, sine submisśione Rex in illum vix cognoscetur.

Successor Principis.

Ista tamê submisśio præiudicabit successori, etiam ante latam sententiam: quia successor etiam Principis ligatur legibus prædecessoris, & contractibus. in c. primo. de proba. & huius est sententiæ Iacobi. licèt Bald. teneat contrarium. per l. prouidendum. C. de decurio. lib. 10. sed ille text. nihil facit: quia decurio non tenetur pro debitis sui prædecessoris: quia nihil emolumêti ex eo côsequitur, quod secus est in Principe. vt in l. Princeps. ff. de legib. & l. digna vox. C. illo titul. Et ipse decurio contractus a prædecessoribus factos seruare tenetur, sed soluere cæterorum debita non, vt abundè docui in præfatio. nt. de collatio. in Concorda nisi, vt ibi di unt Doctor.

3

Idem dicemus de Imperatore, Regibus & ducibus, qui posśunt se submittere. per istum text. & in c. nouit. de iudic. sed hodie rarò se submittunt aliorum iudicio, sed belli euentu negotia illorum (proh dolor!) reguntur.

Limitatur in clericis, qui non posśunt se subiicere laicorum iudicio: quia hoc tenderet in vilipendium totius cleri. c. si diligêti. & c. significasti. de foro compet. vbi abundè interpret.

Restitutiones præsentis legis.

Secundò, non procedit in subditis regni habentibus iurisdictionem: quia ipsi per rogationem iurisdictionis subditorum impediuntur, dicentes, iurisdictionem eorum diminui, quam patrimonialem habent. de qua scripsi in titul. de causis. in Concorda Alia dicam in l. prima. & secunda. infrà. de iudic. vbi Doctor. eam tradunt.

Tertiò, per illam submisśionem non perdit subiectus ius quod in aliis rebus habet, & sic ius superû, sicut nec dominus serui dominium. l. post certi. C. de liberal. causa.

Quartò, Accurs. hunc limitat text. in iurisdictione voluntaria per l. apud filium. ff. de ma. vindic. vbi Paul. scribit. *Apud collegam suum Prætor manumittere non potest*, sed ibi apud collegam Prætor non manumittebat: quia iurisdictio data erat simul his Prætoribus, ideò cum collega partem iurisdictionis habet, & alter alteram partem, non poterat alter collega fungi officio Prætoris in solidum, ideò non poterat alter coram eo manumittere, vt dictum fuit in l. prima. ff. de offic. Consul. vbi plenè hoc fuit explicatum.

Quod etiam probatur ex fin. l. C. de emancipa. vbi emancipatio debet fieri coram competête iudice, vel apud eos magistratus, quibus hoc facere legibus, vel longa consuetudine permissum est, sed per hanc legem permissum est, vt eum maior, vel æqualis se subiicit iurisdictioni alterius, vt ius dici in eum posśit, ergo & in iurisdictione voluntaria, idem dicetur, quæ non est tanti momenti, vt in l. prima. & 2. ff. de offic. Proconsul.

Tamen quantum attinet ad verba text. dicerem sub illis non comprehendi voluntariam iurisdictionem: quia hæc text. verba conueniunt iurisdictioni contentiosæ in qua ius dicitur, & non solet ius dici ferè aduersus aliquem in iurisdictione voluntaria, ideò arbitrarer hunc text. loqui in iurisdictione contentiosa. Verùm quia maior, vel saltem æqualis est ratio, in voluntaria, vt posśit exerceri in eum, qui se submisit, & subiicit iurisdictioni alterius, ob id habebit etiam in ea locum text. per l. illud. ff. ad leg. Aquil.

Lex ista ad voluntariã etiã iurisdictionẽ extẽditur.

Quintò, dicendum est eum, qui subiecit se iurisdictioni alterius, non posse coram eo inuitum reconueniri, nisi consentiat illi reconuentioni: quia iurisdictio data est illi iudici, in eo solùm articulo, in quo se submisit, & non in alio, ideò non extendetur iurisdictio ad casum, ad quem non se subiecit. arg. l. commodisśimè. ff. de liber. & posthum. l. si extraneus. de condict. causa data.

Reconuentio nõ fit inuitum.

Idem in arbitro dicunt Doctor. per text. in c. cùm dilectus. de arbit. quia expressus côsensus est in vno casu, 4

... ergo in reconuentione non habebit locum, vt
posset fieri coram arbitro, quia de ea nō est compro-
missum. Vnde scribit Paul. ff. de arbit. l. non distin-
guemus §. *de officio arbitri tractantibus, sciendum est*
omnem tractatum ex ipso compromisso sumendum esse,
nec enim aliud illi licebit, quàm quod ibi vt efficere pos-
sit cautum est. Non ergo quodlibet statuere arbiter pote-
rit, nec in re qualibet, nisi de qua compromissum est. Idē
ergo dicendum est in eo qui subiecit se iurisdictioni
alterius, vt non possit coram eo reconueniri, in quo
non consentit, sed tantùm coram primo.

Quamuis Accurs. hìc dicat contrarium, & hanc
gloss. singul. dicat Bald. in margarita, in verbo, re-
conuentio. quæst. prima. & Ludouic. Roma. in consi.
149. coram arbitro. dicat coram iudice prorogato
reconuentionem fieri posse, quod verum putarem, si
pateretur reconuentus, & sic nouum præberet con-
5 sensum, aliàs iudex prorogatus non erit iudex nisi in
casu prorogato. l. ij. ff. de iudic. quia in illo casu non
consentit pars, quæ debet consentire, vt ibi scribitur.

Sextò, vtilitas huius legis erit, vt si maior se subii-
ciat iurisdictioni minoris, & is dicat sententiam con-
tra maiorem, vt maior appellare possit. Vnde si Rex
subiiceret se Præsidi Prouinciæ, poterit ad Præsidis
superiorem appellare: nec videtur Rex sibi dare ma-
iorem authoritatem, propter submissionem: quia ad
vnum finem inducta non debent contrarium & di-
uersum finem inducere. l. legata. ff. de legat. primo.

Prætereà, si Rex nolit vt iurisdictio exerceatur,
pro exteris, requirēdus erit vt iustitiam administret
de suis subditis, quod si recuset, pignorationes con-
cedentur contra suos subditos, & pignorationes illas
Barto. in tracta. represa. represalias vocat. c. primo. de
iniuriis & damno dat. lib. 6.

Item si plures sint domini vnius castri, non pote-
rit vnus alium delinquentem punire, nec habere iu-
risdictionē in eum dicitur. arg. l. qui duos. ff. de pro-
cura. quia par in parem non habet imperium l. iiij.
ff. de arbit. dixi in l. rectè dicimus. §. fin. ff. de verbor.
significat.

SVMMARIA.

1 *Error defensionem non excludit.*
2 *Impedit prorogationem iurisdictionis.*
3 *Mercator conuentus coram Conseruatoribus nun-*
dinarum, pro alia re quæ nundinas non tangit,
respondere non tenetur.
4 *Error in iure partibus competente, non impedit iuris-*
dictionem.
5 *Ratificatio quandoque iurisdictionem prorogat.*
6 *Erranti in facto, prætextu erroris, succurritur.*

LEX XV. IDEM LIB. II. DE OM-
NIBVS TRIBVNALIBVS.

SI per errorem alius pro alio Præ-
tor fuerit aditus, nihil valebit
quod actum est. Nec enim feren-
dus est, qui dicat consensisse eos in Præsi-
dem, cùm (vt Iulianus scribit) non consen-
tiant qui errant. Quid enim tam contra-
rium consensui, quàm error, qui imperi-
tiam detegit?

PRæfari nobis oportet olim duos Romæ, Præ-
tores, maximè fuisse, vnum qui vrbanus, alte-
rum qui peregrinus dicebatur. Ille inter ciues & in-
colas, hic autem inter exteros & aduenas ius dice-
bat, vt est apud Fenestellam, & scripsi suprà. in tit. de
offic. Prætor.

Species facti talis fingi potest. Externus credens
Prætorem vrbanum, peregrinum esse, in ius vocauit
alium externum coram eo. Is ipse Prætor vrbanus ius
dixit, & condemnauit externum, quæsitum fuit an
valeat quod actum est coram illo, & Caius respon-
det nihil valere quod actum est, dubium est, nūquid
litigando coram eo videatur consensisse, & text. re-
spondet non esse ferendum eum, qui dicat conse-
sisse, quia ipse non cōsentit qui errat, & nihil est iam
contrarium consensui, quàm error, qui imperitiam
detegit, & non potest dici iurisdict. in prorogata: quia
prorogatio consensum requirit. l. ij. ff. de iudic. l. si
quis ex consensu. C. de Episcopal. audien. Et error
excludit consensum, vt hìc constat. Nulla enim vo-
lontas errātis est. l. sed hoc. ff. de aqua pluuia arcend.
ergo nulla prorogatio, sic nulla erit apud illum iudi-
cem iurisdictio in illos, & sic tanquam priuatus cen-
setur iudicasse. per l. iij. suprà. de offic. Præsid. Error 1
autem mutare veritatem non potest. l. assumptio. in
princip. ff. ad municipal. nec defensionem excludit. l.
libertas. §. error. ibidem. & vt ista meliùs intelligan-
tur, declarabo verba text.

Prosequor verba text. Per errorem adiri quis di-
citur, quando putabat eum esse peregrinum, qui ta-
men vrbanus erat, & sic erat error facti, sed idem &
multò fortiùs in errore iuris, vt docet Accurs. hìc per
l. ij. ff. de iudic. quem Angel. & Iason sequuntur, licèt
fiat differentia in confessione per errorem iuris, vel
facti. vt in l. non fatetur. ff. de confess. sed non quoad
iurisdictionem. vt hic.

Et quamuis erratum hìc sit in persona, idem ta-
men arbitrarer si erratum sit in iurisdictione, siue in
tota, siue in parte, & si putabam eum delegatum in
hac causa, erat tamen ordinarius, tunc error impe- 2
diet prorogationem, vt nihil valeat quod actum
erit. teste Panorm. per illum text. in cap. primo de
offic. delega. & Doctor. hìc: quia nullus est consen-
sus in hoc, ideò nec prorogatio.

Etiam procedit iste text. siue error sit in vtraque
parte, siue in altera tantùm. Nam ad prorogationem
iurisdictionis requiritur consensus vtriusque partis,
quando is iudex nullius partis est iudex. l. prima. &
2. ff. de iudic.

Ideò non valebit processus, nec sententia etiam in
præiudicium scientis, ne iudicium claudicet. contra
l. fin. C. de fruc. & litium expensis.

Et in dubio in hoc cāsu error non præsumitur.
Nam quilibet præsumitur scire quod notum cun-
ctis est, & publicum. l. si tutor petitus. C. de periculo
tutor. l. quinquaginta. ff. de excusa. tutor. cap. fin. qui
ma. accusa. possunt. licèt regulariter ignorantia ex-
cuset. l. verius. ff. de proba.

Etiam procedit, siue ita litigetur à singulari perso-
na, siue ab vniuersitate, vel populo: quia si per erro-
rem populus, vel vniuersitas adeat vnum pro alio.
iste text. locum habebit generaliter loquens, & lex
loquens generaliter vniuersitatem etiam compre-
hendit. l. metum in magna. §. animaduertendum. ff.
quod met. caus.

Marginal notes:
Legis huius vtilitas.
Pignorationes contra subditos, quando cōcedātur.
Duo Romæ Prætores.
Facti species huius legis.
Prorogatio iurisdictionis.

Si tamen populus vsus fuisset illo iudice, pro alio per tempus legitimum, quod consuetudinem vel præscriptionem inducere potuisset, eo casu ratione consuetudinis, vel præscriptionis, valeret quod gestum esset ab his, quia consuetudo approbat, & excludit errorem, & habetur pro veritate. l. de quibus. ff. de legib. & sic conciliantur diuersæ interpretum sententiæ. vt Celsus scribit. ff. de legib. l. *quod non ratione introductum est sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum, in aliis similibus non obtinet*, sed in suo casu proprio, vt dictum fuit suprà.

Consuetudo excludit errorem.

Alius pro alio.] Idem dicerem, si alius fuerit aditus pro alio negotio, cuius cognitionem non habebat, vt si iudicem ciuilem adierim, sciēs esse talem, sed putabam eum, & in criminibus principaliter cognoscere posse, quod non est verum. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. quia cùm non habeat in hoc casu iurisdictionem, non potest extendi à priuatis. l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudi. Et quia prorogatio debet fieri in his quæ eiusdem sunt naturæ. gloss. in c. hi qui authoritate. de præben. lib. 6.

Prorogatio iurisdictionis.

Vnde, si quis trahat in ius mercatorē coram Conseruatoribus nundinarum, pro alia re quæ nundinas non tangit, nec debita, non valebit quod actum erit si is ipse erret, putās eum de omni re cognoscere posse, teste Cyno in l. prima. C. eo. Panor. & Innl in c. P. & G. de offic. deleg. idem dicunt Bald. & Fulgos. in l. repetita. C. de Episcop. & cleric. quod iudex præfectus ad vnum locum ciuitatis, vt Tholosæ vltra pontem, non poterit cognoscere de his quæ citra pontem in controuersiam veniunt. vt probat glos. in l. quicunque. C. de excepro. & exacto. lib. 12. quem sing. not. Barba. consil. 45. col. 4. in 3. vol. & Ias. consil. 229. in 2. vol. Bal. in l. testamenta. C. de testam. Posset tamen vnus scienter litigare, & prorogare in alium, sed si alius pro alio adeatur, nihil valebit quod actū erit, propter errorem excludentem consensum, per istum text.

Prætor capitur hîc pro quocunque iudice, quod declarat posteà tex. ibi, in Præsidem, quod nomen est generale. l. prima. ff. de offic. Præsid. vbi scripsi. hîc accipitur pro quocunque magistratu, habente iurisdictionem, sed de Prætore locutus est hîc Vlpian. vt meliùs facti species intelligeretur: quia duo, maximè erant Romæ Prætores, non autem Præsides, vt dictum fuit suis in locis.

Aditus.] Et sic non habebit locum si in ius vocatus non iuerit, vel si tantùm conuenerit de adeundo. vt in l. si conuenerit. inferiùs dicetur.

Sed nunquid posset ad expensas condemnari iste in ius vocatus, non veniens? Respondeo, posse, per clemen. primam. de rescript. Nam Vlpia. ff. de iudic. scribit. l. *si quis ex aliena iurisdictione ad Prætorem vocetur. debet venire, vt & Pompo & Vindius scripserūt. Prætoris enim est existimare an sua sit iurisdictio, vocati autem est, non contemnere authoritatē Prætoris Nam & legati cæterique qui reuocandi domum ius habent, in ea sunt causa, vt in ius vocati veniant, priuilegia sua allegaturi.* Idem scribitur in l. prima. & 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit.

Imò reus contumax non potest allegare præuentionem, vel litem pendētem coram eo iudice, in quo fuit contumax, nisi contumaciam prius purgauerit. vt l. sancimus. vbi Doctor. C. de iud. Bart. in l. sepulchri violati. colum. prima. ff. de sepul. viola. Socin. consil. 137. in 2. vol.

Contumax nō audiendus, nisi purgata cōtumacia.

Nihil valebit quod actum est.] C[illegible] omnia acta facta per errorem coram iudice non suo, non valere, ibi, quod actum est, & sic quodcunque probatur in l. metum, magna ff. quod met. caus. vide quæ scripsi in l. si quis id quod. suprà eodem.

Vnde citatio non interrumpet præscriptionem, etiam triginta annorum. contra l. cùm notissimi. C. de præscriptio. trigint. annor. quia nihil valet quod actum est hic, & ille text. intelligitur de vocatione in ius valida, sed non valet per istum text. quod actum est per errorem. Nec litis contestatio, facta per errorem coram isto Prætore, habet effectus, quos trado in tracta. de litis contestatio. & Doctor in c. primo. & per totum titul. de litis contestat. Attestationes coram eo factæ non proderunt coram alio iudice: quia non valent. vt Doctor. not. in c. causam. de testib. Sententia & alij actus etiam non valebunt per verba hæc, Nihil valebit quod actum est, nisi superuenerit scientia cum approbatione gestorum, vt inferiùs dicetur.

Vnde fuit iudicatum, quendam beneficiarium non audiendum in interdicto vti possidetis, in casu saisinæ & nouitatis, qui intra annum litigauerat per errorem coram Præposito, qui cognitionem interdictum nō habebat. & annus lapsus erat a die possessionis adeptæ per aduersarium, ideò non poterat nunc agere coram Præside, vt alibi scripsi.

Item postquàm nihil valet quod actum est, etiam post decem annos confirmari non poterit. per regul. iuris. Quod in initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere.

Imò non posset confirmari per literas Regias. Nā licèt error corrigi possit impetrando à Rege ex praxi huius Regni, tamen inciuile esset approbare in præiudicium partis, id quod nullum est, alioqui esset per indirectum ius partis auferre, quod Princeps facere non debet. l. quotiēs. C. de precib. Imperat. offerend. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure.

Princeps ius partis auferre nō debet.

Quamuis Barto. scribat ad vitandum errorem, Notariū scribere debere, *talis sciens se non teneri promittit, vel facit. &c* in l. fin. §. item quæsiit. ff. de condictio. indebiti, & istam clausulam notarij apponere solent, ea tamen non obstante solent releuari partes probato errore. l. [illegible]nica. C. de erro. calcul. l. vlti. de erro. aduoca. scripsi in titul. de restit. artic. primo. gloss. prima. in [illegible]. tomo Commenta. ad Constit. Reg.

Limitatur iste text. non procedere, quando partes errarent in iure illis competente, tunc ille error non impedit iurisdictionem, vtpote si partes, vel altera poterat declinare, vel reiicere iudicem, & ipsa hoc 4
ignoret certè litigando videtur iurisdictionem prorogare, siue iudex pronunciauerit se iudicem, siue tacite cognouerit: quia istæ exceptiones non tollunt vim iudicij, nec iurisdictionem. l. ita demum. C. de Procura. Innocen. & Panor. in c. ad petitionem. de accusa & Paul. scribit. §. *Qui ignorans rei dominum esse venditorem, existimet se à non domino emere: tamen si à domino ei tradatur, dominus efficitur.* l. penult. de iur. & fact. ignoran.

Restrictiones ad hanc legem.

Secundò vitiatur, quādo error in principio esset, 5
& durante processu interuenerit sciētia, tunc partes ratificare poterunt etiam ea quæ antè gesta sunt. l. prima. vbi gloss. inchoare. C. vbi de crimi. agi oport.

& ibi

& ibi Barto. & in l. prima. ff. de iud. quod est verum, quando scientia & consensus partium posset iurisdictionem prorogare, alias contra. vt in c significasti. de foro competen. Et si quis vellet, quod iudex ciuilis esset sibi iudex in criminalibus, quod fieri nõ potest, vt superiùs dictum fuit nec possent tunc partes dare iurisdictionem illam iudici, qui non habet.

Error persona.

Tertiò restringitur, in delinquẽte, errante in persona eius in quo deliquit. Nam error personæ excusare non debet delictum, sed est puniendum, Paul. scribit l. eum qui. ff. de iniuris. §. *si iniuria mihi fiat ab eo cui sim ignotus, aut si quis putat me Lucium Titium esse, cùm sim Caius Seius, præualet quod principale est, iniuriam eũ mihi facere velle Nũ certus sum ego, licèt ille putet me alium esse, quàm sim, & ideo iniuriarum habeo actionem.* Et idem si putãs vnum occidere, alium occidat: quia delictum, & sic puniendum: quia non errat in delinquendo, qui error non excusat. Non tamen ita acerrima pœna esset hic puniendus, sicut is qui de industria aliquem elegit. cap. primo. de homicid.

6 Et sic error in facto non vitiat factum, sed prætextu erroris succurritur, vt si quis putans hæreditatem sufficientem ad legata, ea præstiterit, valet quidem traditio: quia in ea consentit hæres, sed ei succurretur. vt in l. prima. §. si legatarius. ff. ad leg. Falci. & l. prima. si cui plus, &c. Et tunc solent impetrari literæ Regiæ, vt non obstante legatorum solutione, liceat ei quartam repetere, cùm errans in facto soluerit, existimans hæreditatem sufficientem, sed cauti hæredes solent sibi ante solutionem prouidere per cautionem, id est, per instrumentum obligatorium, vt legatarius offerat se ad restituendũ quartam Falcidiæ, si appareat eam deberi.

Aliæ limitationes per Ias. & alios conscriptæ non procedunt, nec in praxi seruantur, ideò eas missas facio.

Lex xvi. Idem lib. iii. de omnibus Tribunalibus.

Solet Prætor suam iurisdictionem mandare, & aut omnem mandat, aut speciem vnam. Nam & is cui mandata iurisdictio est, fungitur vice eius, qui mandauit, non sua.

Lex xvii. Idem lib. i. Opinionum.

PRætor, sicut vniuersam iurisdictionem mandare alij potest, ita & in personas certas, vel de vna specie potest: maximè cùm iustam causam susceptæ ante magistratum aduocationis alterius partis habuerit.

IStæ leges duæ loquuntur de iurisdictione mandanda, sed quia plura vidimus in Rub. ac in toto titul. suprà. de offic. eius. Ideò hic habebuntur pro repetitis: tres tantùm quæstiones hic deciduntur. Prima, quæ iurisdictio mandari possit? Respondeo, tota, vel pars, ibi, solet Prætor suam iurisdictionem mandare, & aut omnẽ mandat, aut speciem vnam. declarat l. Prætor, tribus modis fieri posse. Nam aut quis mandabit vniuersam, & quod in vna lege dicit vnam, hic dicit, vniuersam, itaque Proconsul, vel alius poterit omnem mãdare iurisdictionem, quam habet in suo territorio. l. obseruare. cum l. seq. suprà. de offic. Proconsul.

Iurisdictio tribus modis mãdari potest.

Aut speciem vnam, videlicet iurisdictionẽ, quam Præses habet in tali ciuitate, mandat tali: nam sicut species prædicatur de pluribus numero differẽtibus, vt tradunt Dialectici, ita & hæc delegatio de causis eius ciuitatis, non totius territorij.

Vel ad certas personas, vt delego causam contra Petrum, Ioannem & Titium, & sic nominatim in certas personas, non inter pauperes, vel pupillos, vt Accurs. arbitratur, quia hoc esset incertum, & mandare vnam speciem, & sic non esset differentia inter secundum casum & tertium: vnde text. redderetur superfluus, quod non est dicendum.

Argumentũ de toto ad partem est validũ.

Inde colligit Dec. argumentum à toto ad partem, validum esse. Nam si omnis iurisdictio potest mandari, ergo & vna species, vel contra certas personas. l. quæ de tota. ff. de iurisd. omn. iud. sic arguit Papa. in c. pastoralis. §. item cùm totum. de offic. delega. hoc tamen argumentum non procedit, si diuersa sit ratio in parte, quàm in toto. l. qui hominem. vbi Accurs. de solut. ff. l. quemadmodum. de agricol. & censit. lib. 11. Bart. & alij in l. iurisgentium. §. adeò. ff. de pact. Albert. Brunus. in tracta. de augmento. conclus. prima. Euerard. in locis legal. in hoc arg.

Secunda quæstio est, quam iurisdictionẽ habeat is, cui mandata est iurisdictio? Respondeo, illã quam habet mandans, nec vice eius fungitur. l. prima. & in toto tit. suprà de offic. eius. vbi abundè tradidi.

Tertia quæstio est, quando iurisdictio mandari possit? & Vlpia. hic respondet, cùm iustam causam habet mandans.

Iusta causa iurisdictionis mãdanda.

Et quando iustam causam habere videatur? Respondeo, maximè si is effectus sit iudex, qui Aduocatus fuerat alterius partis, ipse enim eam causam mãdare debet; quia affectionem ad causam habere censetur, ratione Aduocationis ante magistratum susceptæ, per l. fin. de testib. ff. c. vlti. illo titul. lib. 6. c. postea. de appella. si tamen reuelauerit secreta causæ Aduocato, & non defenderit causam, non poterit recusari. per gloss. in c. dilecto. de testib. quia non debet iudicari secundùm conscientiam, sed secundùm allegata, & probata, & multi cõsulunt audita vna parte, qui postea contrarium iudicarent, si ambas audirent partes. Ideò Philippus Macedonũ Rex, Alexandri Magni pater reseruabat alteram aurem ad audiendum reum, dum actorem audiebat.

Etiam in causa, in qua non fuit Aduocatus, non potest recusari: quia in illa non potest affectione duci, quam ignorauit, licèt fuerit Aduocatus in aliis pluribus causis, vt Doctor. hic tradunt, & in d. c. fin.

Et Iurisconsultus hic vnam iustam causam tantùm enumerat: quia Modesti. scribit sufficere vnum argumenti causa referre. in l. si quis obrepserit. ff. de Falc. & Iuba. ait, *vnam interim proposuisse contentus ero.* l. ita vulneratus. circa fin. ad leg. Aquil. sed idem erit in aliis iustis causis. vt in l. j. suprà. de offic. eius scripsi.

Vtilitas harũ legum.

Vtilitas est. Nam si iudex mandauerit iurisdictionem

nem suam vniuersam, non potest is recusari etiam causa subsistente. Diuersum est, si aliquid sibi reseruet. c. iudex. de offic. deleg. lib. 6. Nam primo casu nihil potest in causa agere, in secundo sic.

Item, quando quis totam iurisdictionem mandauit, non potest postea illam reassumere, nisi re integra. c. quamuis. de offic. deleg. in 6. secus est, si partem. l. iudicium soluitur. ff. de iudic.

Praeterea, non appellatur ad eum qui totam iurisdictionem mandauit, cùm nihil habeat, sed ad primum. l. prima. qui & à quo appel. secus si vnam tantùm causam. c. si is cui. & cap. si à suo delegato. de offic. deleg. lib. 6.

Adhaec, qui totam iurisdictionem mandat, non potest postea alios iudices dare, secus si aliquid sibi retinuerit, vt in Conseruatore Paris. alibi scripsi. Doctor. in d. c. quamuis. de offi. deleg.

SVMMARIA.

1 *Clerici non possunt priuilegio, ipsis competenti, renunciare.*
2 *Conuentio iuxta contractum posita, obseruanda.*
3 *Procurator non potest acquisitum tollere.*

LEX XVIII. AFRICANVS LIB. VI. QVAESTIONVM.

SI cōuenerit, vt alius Praetor, quàm cuius iurisdictio esset, ius diceret: & priusquàm adiretur, mutata voluntas fuerit, proculdubio nemo compellitur eiusmodi conuentioni stare.

ISTum text. contorquēt Doctor. & varios praebent intellectus. ego verò intelligerem sic, duo ciues conuenerunt, vt Praetor peregrinus de controuersia illorum cognosceret, antequàm tamen iudicem adirent, vnus mutauit consilium, volens coram vrbano Praetore litigare, quaesitum fuit ab Aphricano, vtrùm ille seruare cōuentionem teneatur, & respondeo neminem compellendum stare huiusmodi conuentioni, quod dubium erat. Nam Vlpia. scribit, *Nihil tam congruum fidei humanae est, quàm ea seruare, quae inter partes placuerunt.* l. prima. ff. de pact. Aphricanus tamen hic alia ratione motus contrarium statuit. Nam hic fuit nuda conuentio, ideò non parit obligationem, & idem Vlpia. scribit in l. iurisgentiū. ff. de pact. Ideò, siue vna pars mutauerit voluntatem, siue ambae partes, non est vis: nempe quod ad hunc casum attinet, nō fit differentia, siue vnus, siue ambae partes discedere à conuentione velint, sed dicit nemo compellitur. Ideò nec reus, nec actor: & in hoc Doctor. controuertunt, sed idem dicendum est, siue vnus mutauerit volūtatem, siue omnes, alioqui text. dixisset, si ambae partes voluntatem mutauerint, non compelluntur stare illi conuentioni, quippe cùm conuentio sit nuda, ergo vnius partis dissensus sufficit, licet interpretes aliam assignent rationem, videlicet quia iurisdictio est publici iuris, ideò prorogatio eius non firmatur ante litem contestatam, sed haec ratio potius faceret contra, quia in his quae publici iuris sunt, conuentio sola prodest. l. conuentionum. suprà. de pact. Ideò tutior erit ratio quā dedi, licet Doctor. plures assignent.

Nuda cōuentio obligationē nō parit.

Et quia ista materia satis confuse solet à [illegible] terpretibus tractari, ob id, vt tota facilius, & [illegible] plexu traderur, conscribam seq. casus.

Primus est, quod conuentio nuda extra iudicium facta, inter partes, non obligat illas, si eas, vel alteram earum poeniteat, nec compelluntur stare huic conuentioni, per rationes suprà expressas. Et sic videtur intelligi text. per verbum, conueniret, in hoc text. positum, quod nudam significat conuentionem. l. [illegible] cta. vbi lat. ff. si cert. peta. Et apparet etiam extra iudicium conceptam per hunc text. dicentem, priusquàm adiretur mutata fuit voluntas, verbum enim, adeo, capitur pro accedo, quasi ad iudicem eo. Ergo dicitur iudex aditus pro tempore, quo quis eum congreditur, se [illegible] requiritur litis contestatio, vt gloss. dicit. Nam si semel pars vtraque adierit iudicem, postea nemo voluntatem mutare poterit, vt statim dicetur. probat Vlpia. [illegible] ibi. *Cum potuerit ius publicum innouare, & adire aliquem potestate praeditum.*

Nuda conuentio, extra iudicium facta.

Item in permissione transigendi super alimentis, sine cognitione litis contestatio non fit, & tamen Vlpia. dicit *Praetor adstus citra causae cognitionem transigi permiserit*, ergo aditus iudex dicitur per primum congressum. l. si per errorem. suprà. eodem. Etiam partes promiserint stare mandatis illius iudicis, quia ad idem tendunt ista cum conuentione, & conuentio ista nuda non obligat, maximè quando exprimitur illud quod tacitè inest. l. item quia. ff. de pact. l. iij. ff. de legat. primo. Doctor. in l. cùm quid. ff. si cert. petatur.

Causae cognitio litis cōtestationi praecedit.

Secundus casus est, quòd conuentio facta in iudicio coram iudice, vt ipse de causa cognosceret, valet, nec ab ea resilire quis potest. c. primo. de iudi. Nā & calor iudicij hoc facit. argu. l. siue apud acta. C. de transact. siue iudex acceptauerit, siue non. l. est receptum suprà eodem. quia submisit se iurisdictioni alterius, postea hoc non potest retractare, ne eludatur. Et quia videtur tacitè acceptata submissio, vt docet Guid. Pap. in decis. Delphi. quaest. 77. lex si conuenerit. Etiam de consensu vtriusque partis non potest voluntas mutari in iudice, quia in praeiudicium tertij, id est, iudicis fieri non potest, nec illi nocere. l. prima. & 2. ff. de iudi. & omnis res per quascūque causas nascitur, per eas & dissoluitur. per regul. iuris. Et sic ista lex procedit, tam in foro Ecclesiastico, quàm in saeculari: quia non inuenitur cōtrarium statutum. Et licet pacta debeant obtinere suam firmitatem. c. primo. de pact. hoc verum est, si non fuerit mutata voluntas, sed nō prohibet mutare voluntatem in casibus, in iure expressis, vt in contractibus inualidis, & pactis sine ea causa conceptus.

Conuentio in iudicio facta.

Tertius casus est, renūcians priuilegio fori, & volens conueniri coram alio iudice, quam suo, non potest voluntatem mutare, sed tenetur illi renunciationi stare. l. si quis in conscribendo. C. de Episcop. & cleric. & de pact. qui renunciatio priuilegii, cùm rendeamus ad ius com[illegible] fauorabilis. l. e. us. §. militia. ff. de testa. [illegible] Et quia res nō [illegible] post renunciationem, ob id non potest reuocari. l. mandatum. C. manda. vbi gloss. [illegible] renunciaueris priuilegio, siue generaliter huic [illegible]. Nam & illa renunciatio, huic legi facta, firmaret ad[illegible] vt non posset postea mutare voluntatem, praesertim si per stipulationem,

Renuncians fori priuilegio

nem,& quia res non est integra post stipulationem, quicquid Docto. hic scribant, & quia pactum esset geminatũ, ideò teneret l. iurisgentiũ. §. sed cùm nul-
1 la.ff de pact.facit l. Balista.ad Trebel.de clericis, dicitur eos non posse renuntiare eorum priuilegio.in c. si diligenti.de foro compet.

Conuentio in instrumento cum stipulatione facta. Quartus casus, conuentio facta in instrumento cum solenni stipulatione, de respondendo corã iudice aliquo, valebit: quia stipulatio obligat, quamuis pactum nudum non.l.si pacto.C. de pact.l. lecta.ff.si cert.peta.Bartro. & alij hîc, & in l.prima. ff.de verbo. oblig. Et sic conciliantur contrariæ Doctor. sententiæ, vt pactum nudum cum debitore factum quo posit quis conueniri, etiam coram iudice non suo, non obliget, secus in stipulatione, per prædicta.

Iuramentũ partium. Quintus casus, si partes iurauerint coram iudice non suo litigare, iuramentum seruandum erit. Doctor. hîc quia seruari potest sine detrimento salutis æternæ.c.si verò.& c.cùm contingat. de iureiurand. Et quia iuramentum plus obligat quàm stipulatio.c. ad nostram. & per totum. de iureiurand. & præcisè obligat.c.fin.ne præla.vices suas.gloss.sing. in l. si pecuniam.ff.de conditio.caus.

Notorius error. Sextus casus, cõfitens se esse de iurisdictione Prætoris vrbani, & tamen erat sub iurisdictione peregrini, probato errore, voluntatem mutare poterit: quia notoriè apparet de errore, qui non obligat. l. si per errorem. suprà eodem. Et quamuis confessio pro veritate habeatur, l.prima.ff. de confes. tamen si de errore constet, non obligat.l.vnica. C. de erro.calculi. quamuis Bald.& Alex.dicant confessionem obligare, quod arbitrarer verum, non probato errore, alioqui contrà.

Conuentio debitoris. Vltimus casus est, si debitor in contractu mutui, vel alio nominato promittat soluere vbicunque fuerit conuentus, & voluerit ibi posse conueniri, valebit hæc conuentio, & poterit conueniri debitor vbicunque repertus fuerit, nec altera pars voluntatem mutare poterit. l. prima. ff. de eo quod certo loco.
2 quia iuxta contractum conuentio posita firmatur. l. in bonæ fidei.C.de pact.& Vlpia.scribit.ff. de actio. & obliga. ***sic contraxisse vnusquisque eo loco intelligitur, in quo, vt solueret, se obligauit.*** Et sicut à contractu non disceditur, sic nec à conuentione in contractu posita.l.iurisgentium.§.quinimò.ff.de pact.l.in bonę fidei.ac l.petens.C.illo titul.

Si tamen promiserit soluere, vbi voluerit creditor, poterit conueniri vbi conuentus fuerit, aliàs non extra domiciliũ.per l. Lucius.ff.deposit.& l.Titium. §.primo. de administra.tutor. *Praxis Franciæ de conuentione.* Nec in praxi fit differentia in verbis conuentionis, siue vbi placuerit, vel vbi voluerit creditor, sed an conuentio sit firma: & ita seruat praxis Franciæ, quicquid Doctor. scribant hîc.

Procuratoris conuentio. Postremò, si Procurator conuenerit, vt hîc, non poterit mutare voluntatem, si hæc cõuentio placeat domino, sed dominus hoc poterit: quia Procurator
3 acquirere potest, sed acquisitum tollere non potest.l. quotiens.C.de dona.quæ sub modo.l. si hominem, à speciali inducẽdo.ff.manda.Doctor.in l.qui Romæ, §. Flauius.ff.de verb.oblig. Petr. Anchar.consil.140. primo in dubium.in 2.quæst.& consil. 192. in secundo dubio.

SVMMARIA.

1 *Iudicium vbi inceptum est, ibi & finire debet.*
2 *Domicilium suum ibi quis habere censetur, vbi sedes & tabulas habet.*
3 *Mulier illegitimum contrahens matrimonium, non dicitur nupta.*
4 *Iurisdictio dicitur præuenta per citationem.*
5 *Priuilegium non tollit litispendentiam.*
6 *Forum originis domicilij translatione non perditur.*
7 *Domicilium non mutatur, nisi factum & animus interueniant.*

Lex xix. Vlpianus lib. vi. Fideicommissorum.

CVm quædam puella apud competentem iudicem litem susceperat, deinde condemnata erat, posteáque ad viri matrimonium, alij iurisdictioni subiecti peruenerat, quærebatur, an prioris iudicis sententia exequi posset? dixi posse: quia fuerat sententia dicta. Sed & si post susceptam cognitionem ante sententiam hoc eueniret, idem putarem de sententia, quæ à priore iudice rectè ferretur, quod generaliter, & in omnibus huiuscemodi casibus obseruandum est. Quoties de quantitate ad iurisdictionem pertinente quæritur, semper quãtum petatur, quærendum est, non quantum debeatur.

Species facti. HAec lex vtilis est, & vsitata in iudiciis, & tres præcipuè casus in principio decidere videtur. Primus est in puella Parisiensi, quæ inchoauerit iudicium coram iudice Parisiensi, & fuerit ab eo condemnata, postcáque nupsit ciui Aurelianensi, quæsitum fuit ab Vlpiano, an ista sententia posit exequi, contra istam factam mulierem. Et respondet posse, quia ante mutationem domicilij sentẽtia erat dicta. *Dubitandi ratio.* Dubitatio erat: nam cùm res peruenerit ad casum à quo non potuit incipere, videbatur sententiam non valere, sicut non valeret contra subditum alterius iudicis, & sic non posse exequi, sed hîc contrarium statutum est: quia nõ vitiatur actus perfectus, si peruenerit ad illum statum, in quo inchoari nõ poterat. *Ratio decidendi.* l.pluribus.§.fin.ff.de verbo.obliga.sed hîc actus erat perfectus, & sentẽtia dicta, ergo si posteà puella mutauit domicilium, non vitiatur sentẽtia, alioqui esset in facultate condemnati mutando domicilium, sententiam irritam facere, & nũquam soluere, quod iura abhorrent.l.conuenire.ff. de pact.dotal.

Secundus casus est magis dubitabilis, videlicet, si puella nupserit alteri, & mutauerit domicilium, ad virum se conferens post susceptam tantùm cognitionem, & sic post contestationem & ante condemnationem, quæsitum est an sentẽtia proferri posit contra istam mulierem, quod non videbatur, quia subditum alterius territorij condemnare non potest. l. fin. infrà. Contrariũ hîc statuit ea ratione, quòd, vbi iu- 1
dicium inceptum est, ibi & finem accipere debere scribit Marcel.in l.vbi.ff.de iudic.

Tertius

Extenſio legis ad alios caſus.

Tertius caſus eſt, an iſte text. loquẽs in puella, habeat quoque locum in aliis caſibus, vtpote ſi quidam Titius inchoauerit cauſam corã Pręposito Pariſiẽſi, an ſi poſteà mutet domiciliũ, iudex poſsit ſentẽtiã in eũ proferre? & Vlp. ſtatuit dicens poſſe: generaliter enim in omnibus huiuſcemodi caſibus eſt obſeruandum, quia leges generales eſſe debent. l. leges. C. de legibus. quæ licèt loquantur in vna perſona, tamen in alia locum habebunt, niſi in fauorem perſonæ introductæ eſſent. l. j. ff. de Conſtitut. Princip. §. ſed & quod Principi. de iure natur. in Inſtit. Ergo colligere poſſumus ſententiam exequendam eſſe contra condemnatum, etiamſi is mutauerit domicilium, vt hic.

Sententia quomodo executioni mandãda ſit.

Sed videndum eſt, quomodo hæc ſententia executioni mandari poterit? Reſpondeo, ſi iudex datus fuerit ab eo qui iuriſdictionem mandauit, ſententia exequi poterit. l. à Diuo Pio. ff. de re iudicat. Si verò fuerit iudex ordinarius, poterit per ſe is qui protulit ſuam exequi ſententiam, in bonis ſitis in ſuo territorio. per d. l. à Diuo Pio.

Sed quomodo poterit exquirere? Reſpondeo, capere bona condemnati poterit, & vendere iuxta formam conſcriptam in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione.

Litera requiſitoria quomodo mittantur.

Sed ſi condemnatus, qui aliò migrauit, nulla habeat bona in territorio iudicis, qui ſententiam protulit, tum iudex mittet epiſtolam, ſeu literas ad iudicem in loco, in quo degit condemnatus, vt iſtam ſententiam exequatur, rogans eum, vt hoc faciat, offerens ſe ad ſimilia, vt docet text. in clem. paſtoralis. de re iudic. & Doctor. in §. contrahentes. de foro compet. de qua materia abundè tractaui in tractat. de literis rogator. in 2. tomo Comment. ad Conſtit. Reg. Et quod Iuriſconſulti vocant, epiſtolam, in l. j. ff. de aſſeſſorib. in l. Diuus. ij. de cuſtod. reorum, praxis vocat, literas rogatorias, ſeu requiſitorias. Etiam ſi condemnatus extra regnum diſcederet, his literis vtendum eſſet, vt probatur in d. clc. paſtoralis. nam vnus iudex alterum iuuare debet. d. l. à Diuo Pio. §. ſententiam. & loc. j. de offic ordin.

Mutatio domicilij, quando dicatur fieri.

Dubium eſt, quando videatur puella mutare domicilium? Reſpondet Modeſtin ff. ad muoicipal. l. ***Ea quæ deſponſata eſt, ante contractas nuptias ſuum non mutat domicilium.*** Ideò ante contractas nuptias poterit iudex Pariſienſis ſententiam exequi contra illam, ſi ſit io territorio iudicis, & antequam domicilium mutauerit. Nam is qui poſsidere iubetur, eo loco iuſſus eſſe videtur, cuius cura ad iubentem pertinet. Paul. in l. cùm vnus. §. penult. ff. de bon. autho. iud. poſsid.

Domiciliũ ante cõtractas nuptias mutatum.

Si tamen ſimulátque deſponſata eſt, ante contractas nuptias, mutet puella domicilium, ſenteotia exequetur contra illam, noo per iudicem qui protulit ſententiam, ſed per illum io cuius eſt territorio, per epiſtolam tamen primi iudicis. Et hoc probat iſte text. dicens, peruenerit, ergo antequam puella perueniat ad domicilium viri, ſententia exequi contra eam poterit, & iudex qui illam dixit, hoc poterit etiam ſine epiſtola, ſiue ſint contractæ nuptiæ, ſiue
2 non, & ſuum domicilium ibi quis habere cenſetur vbi quiſque ſedes & tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutionem feciſſet. Alphe. in l. in lege. ff. de verbor. ſignific.

Extenſio legis.

Vode iſte text. non ſolùm procedit in vxore, verùm etiam (dictante eadem ratione) iu concubina, quæ peruenerit ad habitationem concubinarij, & ibi domicilium conſtituit. Nam quilibet poteſt ſibi conſtituere domicilium, vbi conſtituit ſedes, & res ſuas. dicta l. in lege. ergo & hæc concubina. Et hoc docet Alexand. hic poſt Bartolum, in l. finali. ff. ad municipal.

Nec refragatur quod Calliſtratus ſcribit ff. ad municipales. l. de iure. ***Mulieres, quæ ſeſe in matrimonium dederint non legitimum, non ibi muneribus fungendæ, vnde mariti ſunt earum, ſciendum eſt: ſed vnde ipſæ ortæ ſunt.*** Reſpondet ille text. non loqui de concubiois, quæ ratione concubinatus nullum contrahunt matrimonium, vt in tit. de concubinis. ff. patet: & ille tex. in d. l. de iure. dicit, ***ſeſe in matrimonium dederint.*** ergo de concubinis text. ille non intelligitur, quicquid Accurſ. & alij Doctor. hìc ſcribant. facit l. in liberæ. ff. de ritu nuptia.

Matrimonia illegitima.

Sed d. l. de iure. loquitor de mulieribus quæ contrahunt matrimonia non ſecundum leges, vtpote ſi libertam Senator vxorem duxerit. l. lege Papia. cum aliis illius titul. ff. de ritu nuptia. Item, ſi quis in aliena prouincia officium adminiſtrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere oon poſſe, ſcribit Paul. in l. ſi quis. ibidem. Etiam noo eſt legitimum matrimonium tutoris cum adulta. l. tutor. ibidem. Inde pulchre Iuſtinian. ſcribit de nupt. in Inſtit. ***Si aduerſus leges aliqui coierint, nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur***, & ſic nec munera ibi ſuſtinebit, poſtquam nullum eſt matrimonium, ſicut dicitur de Scholaſticis qui animum habent reuertendi. in l. ij. C. de incol. & l. mulieres. ibidem lib. 10.

Munera vbi mulieres ſubire debeant.

Itaque quantum attinet ad munera perſonalia, quæ mulieres ſubire poſſunt. vt l. vnica. C. de mulieribus. & in quo loco munera. lib. 10. ea ſubire debent io loco in quo mariti degunt, patrimonij verò munera ſuſtinere eo loci debent, in quo res ſitæ ſunt. d. l. vnica. Ideò mulieres quæ non legitimum contra- 3
xerunt matrimonium, non dicuntur nuptæ, per dictum §. ſi aduerſus. de nupt. io Inſtitut. Et ſic non dicuntur mutaſſe domicilium, ſed eum locum in quo erant, & ſic non tenentur ſubire munera in eo loco, in quo illegitimum contraxerunt matrimonium, & idem de coocubina intelligerem, licèt nullum contraxerit matrimunium, quia eadem eſt ratio in ea, videlicet vt non fungatur muneribus in loco concubinarij, ſed ſi ibi degat, per illum iudicem ſententia exequetur. Verùm ſi occaſione iſtius matrimonij, non legitimè contracti, mulier alibi ſe tranſtulerit, ſententia eſſet exequenda, etiam per iudicem in cuius territorio ipſa degit, ad epiſtolam alterius iudicis qui ſententiam protulit. d. l. à Diuo Pio. §. j. & ſeq. licèt munera ibi ſubire ooo cogatur, & ſic conciliabuntur ſententiæ contrariæ.

Si tamen puella reliquerit aliqua bona in loco ſuæ originis vbi fuit condemnata, iudex poterit per ſe, ſine alterius auxilio bona iſta vænundare, & ſic ſententiam exequi. iuxta l à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. aliàs per epiſtolam, vel literas requiſitorias, vt dictum fuit.

Et quomodo ſententiæ ſint exequendæ maximè in Francia, & quæ ſint ſentẽtiæ executoriæ, quæ non obſtante appellatione executioni mandari poſſunt, ſcripſi abondè in tract. de ſenten. executor. in j. tomo Comment. ad Conſtit. Reg. Galli. hìc non repetam.

Secundò colligitur, si post susceptam cognitionem mulier mutauerit domicilium, posse iudicem proferre in eam sententiam, statuit hic Vlpia. eadem ratione videlicet, vt vbi acceptum est iudicium, ibi & finem accipere debeat.d.l.vbi.ff.de iudic. vbi alia pertractabo. Et quia causæ continentia diuidi non debet.l.nulla. C. de iudic. & qui fuit iudex competens in principio, sit vsque ad finem litis.

Causæ continentia nõ est diuidẽda.

Susceptam cognitionem, hic intelligerem per litis contestationem, nam ante non dicitur cognitio. l. de qua re. ff. de iudic. & regulariter acceptum iudicium tradunt Doctor. per litis contestationem. in l. prima. C. de iudic. l. item veniunt. §. post susceptum. ff. de petitio. hæred. Ego fusiùs scripsi in l. aliud est capere. ff. de verborum significatione. Et

Iudiciũ acceptũ dicitur per litis cõtestationem.

4 etiam per citationem præuenta est iurisdictio. in l. si quis postea. de iud. tamen non quoad hunc text. nempe si mulier post citationem mutaret domicilium, vel contraheret nuptias, si non esset suscepta cognitio, nun posset iudex in eam proferre sententiam, quia cognitio non est suscepta per citationem, quicquid Doctor. tradant. Nam citatio solet concedi multoties sine iudice, & sic nulla est cognitio: nam aliud est accipere iudicium, aliud cognitionem, vt dicit text. nam cognitio non fit ante litem contestatam, nisi de exceptionibus dilatoriis.

Ideò, licet præoccupata sit iurisdictio per citationem, quando duo erant iudices, qui poterant cognoscere, tamen quia liberum est cuilibet cõstituere domicilium vbi vult, l.nihil.& l.domicilium.ff.ad municipal. ideò sola citatio in ciuilibus non impedit mutationem domicilij, maximè quando antea destinata erat. Diuersum dicerem in criminalibus, quia is videretur discedere causa euitandi pœnã, vel quando fit miles, aut religiosus, vt ibi fusiùs dicetur in l. prima.ff.de pœnis.

Citatio an domicily mutationem impediat.

Quod si mulier opponat, & alleget contractas esse nuptias, & peruenisse ad domicilium viri (nam ista duo requirit iste text.) tunc causa remittenda erit ad iudicem, in cuius territorio maritus degit, etiam post citationem, & ante susceptam cognitionem. Econtrario si maritus venerit ad domicilium vxoris, vt ibi remaneat, iudex proferet sententiam puellæ, & eam exequetur, quia domicilium non mutauit, & hoc docet hic Dec. quamuis Bald.contrà: nam licèt contractæ sint nuptiæ, tamen mulier non peruenit ad domicilium viri, neque mutauit territorium, ideò non habet locum iste textus.

Causa quãdo remittẽda sit.

Vltimò, colligendum est ea quæ dicta sunt suprà, videlicet illos duos casus procedere, & sic non esse speciale matrimonij fauore, non enim in dubio videtur speciale induci per istum text. & in l. item veniunt.§.in priuatorum. ff. de petitio. hæredit. vbi Accurs. imò etiam lex videtur priuilegiarios comprehendere, quia generalis est ista terminatio, vt docet Vlpia. in l. in fraudẽ.in fin.ff.de testa. milit. & ibi Doctor.

Imò etiam docent interpretes procedere, si Princeps motu proprio concedat alicui, ne respondeat alibi, quàm coram consiliariis supplicationum. Nam causæ inceptæ coram iudicibus perficientur, si de illis non erit habita mentio, per clem dispendiosum.de iudic.l.idem Vlpia.ff. de excus. tutor. Felin. in cap.fin.de rescript. Ergo priuilegium non tollit litispendentiam. l. si adulter. §. si eo tempore. ff. de adulter. Masuer. in sua praxi.titul. de iudic. §. item si lite. 5

Ex prædictis infertur, per mutationem & translationem domicilij, transferri forum, & ita mutari, vt quis conueniri debeat in loco noui domicilij. Nam cessante causa, cessat effectus. l. quod dictum. ff. de pact.

Transfertur forum per domicily mutationem.

Limita non mutari forum acquisitum ratione contractus, vel si hoc iure priuilegiario haberet, vnde poterit conueniri ratione contractus in loco in quo contraxit, vel deliquit.l. hæres absens in fin.ff. de iudic.c. fin. de foro competen.c. primo. de priuileg.lib.6.l.ij.C.eo.

Restrictiones de eadem re.

Nec forum originis perditur mutatione domicilij.l.assumptio.in princip. & in §.filius.ff. ad municipal. non tenetur tamen quis munera personalia in loco originis subire, quia non potest in duobus locis esse.l.si vt certo.§.si duobus ff.commoda.l.si.ad municipal.vbi nupta non cogitur muneribus fungi ibi, vnde originem traxit, sed vbi nupta est. 6

Et quamuis Vlpia. scribat ff. ad municipal. l. assumptio. *Iuris prudentibus placuisse duobus locis posse aliquem habere domicilium, si vtrobique ita se instruxerit, vt non ideò minus apud alteros se collocasse videatur.* Tamen si relicto vno, quis collocauerit se in altero, mutatur forum, nec in primo loco, à quo migrauit, conueniri poterit, donec in alio residet, sed si posteà ad forum originis, sibi vtrunque domicilium retineat, vnde licet vidua retineat domicilium viri, l fœminæ.ff.de Senatorib.quodiu post mortem viri inibi habitat, secus si ad suum prius domicilium reuertatur, quia nihil est impedimento quo minus quis vbi velit domicilium habeat, quod ei interdictum non sit.Mattia.in l. nihil. ff. ad municipal. & l. filij.§.primo. vbi si contraheret alias nuptias, mutaret prioris mariti domicilium se aliò conferendo, sic in hoc casu. Non puto tamen viduam perdere domicilium prioris mariti, licet inhoneste viuat: quia non tantùm datur ei in priuilegium, verùm ad securitatem creditorum, vt sciant vbi locorum vidua conueniri possit. Et quia hoc à iure non est statutum, nec mutat quis domicilium, nisi factum & animus interueniant.l.in lege.ff. de verbor.signific. sed factum, id est, constitutio alterius, ideò non censetur perditum ob vitam luxuriosam, & potius ratione delicti domicilium contraheret, vbi delinquit. L. omnem. ff. de iudic. Felin. in cap. ex parte. de foro competen. 7

Vidua quãdo domiciliũ viri retineat.

Postremò dicendum est, si aliquis post perpetratum delictum, & susceptam cognitionem à iudice laico, clericus fiat, non remittetur ad iudicem Ecclesiasticum, etiamsi in fraudem hoc non fecerit, per istum text. & Barto.in l. prima. ff. de pœnis. Sed bonum esset hoc casu vocare iudicem Ecclesiasticum, vt interesset sententiæ per laicum proferendæ, vt ius seruetur vtrique, iuxta cap.si iudex. de sententia excommunication. libro sexto, & hic non potest mutare forum iam acquisitum iudici laico per delictum.

Forũ iudici laico per delictũ acquisitũ non mutãdum.

In ciuilibus tamen gauderet priuilegio clericali, vt executio in mobilibus fieri non deberet post sententiam, vt censuit Senatus pro Ioanne Aubige-

ris, de quo Ioannes Gallus, in arestis suis. numero sexagesimoprimo.

Degradatio.

In criminalibus opus etiam esset degradatione, vt ibi sentit Barto. & Doctor. hîc. idem dicentes in eo qui monachus effectus est post delictũ, & Hyppol. in l. si statuliberi. ff. de quæstio. ego tamen paululum sisterem in hoc monacho, qui toto vitæ tẽpore vult agere pœnitentiam, vt non debeat extrahi, nec puniri, sed suo Abbati relinqui, vt perpetuã, & Deo gratam, agat pœnitentiam. Nam plus est perpetuam quàm temporalem subire pœnam. l. si diutino. & l. ante damnum. ff. de pœnis. At illam monachus subit, ergo non est de monasterio extrahendus.

Monachus post delictũ effectus, Abbati relinquendus.

In hoc tamen non acquiesco Ias. nec aliis dicentibus quem liberari, & non posse à iudice laico puniri, si dicat & iuret se fecisse votum clericatus, aut monachatus ante delictum perperratum, quasi votum trahatur retrò, quod in practica non seruatur. Chassa. in Consuetud. Burgund. in titul. *des iustices.* §. 5. in gloss. *s'il n'ha grace.* nume. 69. Alioqui daretur materia delinquendi. contra l. conuenire ff. de pact. dotal. & euitandi pœnam post delictum, & tamen expedit Reipub. vt crimina puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. nec in hoc staretur iuramento suo, quicquid hîc scribant Doctor. alioqui euadere sic quilibet posset.

Imò etiamsi clericus & laicus simul commiserint maleficium, laicus à suo punitur iudice laico, clericus ab officiali & Ecclesiastico, & ita in praxi seruari scribit Benedict. in repetitio. c. Raynutius. in verb. & vxorem. numero 246. de testa. & ita vidi in Francia semper seruari, vt alibi scripsi & in Constitut. Reg.

Praxis Franciæ in puniendo clericos delinquentes.

Præterea dum Ias. & alij limitant in iurisdictione prorogata, vt is non posit exequi qui pronunciauit contrarium, tenetur in praxi per l. ij. suprà. eodem. cui iurisdictio data est, omnia censentur concessa sine quibus, &c. Parum enim esset habere sententiam, nisi executioni mandaretur. l. ij. § post originẽ. ff. de orig. iur. & l. Episcopali. C. de Episcopali audien. loquitur de Episcopo qui tulit sententiam, nisi executioni mandare poterit. Et statuunt ibi Archad. & Honor. Imperator. vt etiam iudices seculares, si requirantur, illam Episcopi sententiam executioni tradant, sicut videmus quotidie quando vnus magistratus requirit alium, nã requisitus illum adiuuare tenetur. cap. primo. de offic. ordin. c. nouit. de iudi. nec prohibet d. l. Episcopale; quin Episcopus sententiam à se datam non exequatur, sed in reuerentiam Episcopalis dignitatis vult vt executio fiat, siue appellatio. Et ideò seruat praxis Franciæ, vt iudex ordinarius suam sentẽtiam exequatur, siue protulerit illam per prorogationem partium, siue aliàs in delegato fortè posset procedere Doctor. limitatio, per d. l. à Diuo Pio. in princip.

Praxis Franciæ de sentẽtia executione.

§. Quotiens, &c.

ISte §. valde vtilis est, & ex eo colligitur hæc regula, iurisdictionem cognosci ex petitione actoris. Vnde si quis petat coram electis iudicibus, vt cognoscant de tributis, & vnus petat tributa, inspicitur petitio illius, vt electi cognoscere posint, & si quis cognoscat de pane, vel alimentis tantùm, sufficit vt alimenta petantur, ad cognoscendum an ipse iudex petitus cognoscere posit Facit etiam pro auditoribus Castelleti & iudicibus Præsidialibus, vt iurisdictionem cognoscere posint ex petitione partium. Et quando res petitur, vel factum, potest actor declarare se non pluris facere illam rem vel factum, & tunc iudex dicet se competentem, per Constit. Reg. vt dictum fuit in d. l. si idem. suprà. eo. vide Mathesil. not. 116. quod si, &c.

Et quamuis, quoad decisionem causæ, debeat nõ petitio, sed veritas inquiri & probari. l. qui se dicit. ff. de iudi. l. non est nouum. C. de edend. tamen quoad iurisdictionem cognoscẽdam sufficit petitio, vt hîc, sicut quoad condemnationem, vt iuxta id quod petitum fuerit, si probatum sit, fieri debeat. l. vt fundus. ff. communi diuidundo. c. licet. de symo.

Veritas inquirẽda & probanda.

SVMMARIA.

1 *Citatus à iudice tenetur venire, & allegare priuilegium suum.*

2 & 5 *Statuta extra territorium non ligant.*

3 *Confœderatæ ciuitates statutis aliarum ciuitatum ligantur.*

4 *Absolutus sine causa cognitione in alieno territorio, in alio quoque absolutus censetur.*

6 *Iudex secularis iniuriam inferentes in loco sacro, vel eius ministros, punire potest.*

7 *Iudex extra tempus sui officij iudicare, vel iubere iudicare non potest.*

8 *Auditores Castelleti Parisiensis vsque ad viginti tantùm libras cognoscunt.*

9 *Chirographum potest quis recognoscere coram iudice, coram quo inuenitur.*

LEX XX. PAVLVS LIB. I. AD EDICTVM.

EXtra territorium ius dicenti impunè non paretur. Idem & si supra iurisdictionem suam velit ius dicere.

ISta lex in praxi est vtilis, sed eius materia ab interpretibus parum cognita, potest autem in summam sic redigi: non obediens iudici extra territorium, vel vltra suam iurisdictionem cognoscẽti, non punitur. Doctor. intelligunt hunc text. de iudice, vt puniatur. Territorium definit Pompo. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum signification. sic: Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiũt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est, submouendi ius habeat.

Territoriũ quid sit.

Tria videtur hæc lex statuere, duo expresè, & vnum tacitè. Primum est, quod si quis non obediat ius dicenti extra territorium, sine pœna erit non obediens. Vnde si iudex Aurelianensis præcipiat

in cuius

in ciuitate Parisiensi cuidam, vt soluat decem intra quindecim dies, si ille non soluat, non potest mulctari, nec puniri. Dubitatio erat in titul. si quis ius dicenti non obtemper. vbi non parens iudici punitur, sed ille text. intelligitur quando ius dicit in suo territorio, & quatenus protenditur sua iurisdictio, alioqui obedire quis non tenetur, vt hic. Ratio est, quia extra suam iurisdictionem tanquam priuatus habetur, nullam habens ibi iuris dandi licentiam. l. iij ff. de offic. Praesi. ergo non obediens illi tanquam priuato, non punitur.

Decidendi ratio.

Etiam Imperator scribit, non licere impunè Duumuiro extollere potestatem fascium extra meras territorij propriae ciuitatis. l. Duumuirum. C. de decurio. lib. 10. & Vlpian. l. fin. de offic. Praefec. vrb. Praefectus vrbis cùm terminos exierit, potestatem non habet, & Proconsul potestatem non exercet, nisi in ea prouincia, quae ei decreta est. l. prima. de offic. Proconsul.

Iudici in suo territorio nō parēs, punīdus.

Secundum hic tacitè elicitur à contrario sensu, videlicet quòd si quis ius dicat in suo territorio, vel quatenus sua continet iurisdictio, ei est obtemperandum, & non parens punietur. Et sic loquuntur iura contraria, punientia non obedientem iudici, quod plenius tractabitur in d. l. vnica. inferiùs, & visum fuit in l. vt vim. suprà de iust. & iure.

Prosequar nunc verba legis. Primum est, extra territorium, ex quo verbo patet iudicem cognoscere non posse, & sic nec ius dicere extra territorium suum, & locum iurisdictionis sibi destinatae, vt superiùs dictum fuit.

Et quamuis text. dicat iudicem non posse ius dicere, & sic cognoscere, sed nec quidem in ius vocare partem extra territorium existentem, nisi per epistolam, & de consensu iudicis, qui praeest territorio. c. ex parte. & c. fin. de foro compet. plenè Angel. in disputatio. incipiente, extra ciuitatem, vbi lex conscri-
1 bit limitationes, & quamuis citatus teneatur venire & allegare priuilegium suum. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. tamen quando citatur extra territorium, tre nō tenetur citatus, nec aliquid dicere, quia notorium est illum, qui citauit extra territorium, ius ibi dicendi non habere. Et si proficisci oporteret, impunè non pareretur, ob id Cōstitutionibus Reg. cautum est, vt citatus extra Castellaniam suam, non obediat, nec dicta die compareat, etiamsi causae Regem tangerēt, quod est valde notandum pro Gallis, vt scripsi in tit. *de la iurisdiction du Connestable.* artic. primo. vbi est Constit. Reg.

Citatus extra Castellaniam.

Nec quidem prehendere, vel capere facinorosum in alio territorio, sine consensu iudicis, in cuius territorio est, quis debet. l. quis sit fugitiuus. §. idem Caelius. in verb. abduci. ff. de aedil. edict. clem. pastoralis. de re iudic. quicquid interpretes scribant in l. si quis ex aliena. ff. de iudic.

Facinorosus in alio territorio, sine iudicis consensu, capi nō potest.

2 Etiam non potest statuta vel ordinationes facere, vt ligent extra territorium, vt docet Bart. & alij in l. prima. C. de summa Trinitat. cap. fin. de constit. libr. 6.

3 Nec obest, ciuitates (vt dicunt) confoederatas statutis aliarum ciuitatum ligari, quia hoc verum est, eo quòd statuta illa receperunt. Nam nec iura ipsa ligant nos, nisi quòd à populo sunt recepta. l. de quibus. ff. de legib.

Praetereà magistratus ius dicere extra territorium non potest, etiam partibus consentientibus. clem. vnica. de foro competenti, aliàs esset occupare iurisdictionem alterius, & turbare, quod non licet. cap. peruenit. vndecima quaestione prima. Iniuria fieret iudici, in cuius territorio quis ius dicit sine illius consensu, & ita seruat praxis Franciae, quicquid dicant hic interpretes. Imo si magistratus praefectus sit in aliquo loco, extra locum illum nullam habet iurisdictionem: ideò consensus partium & iudicis non darent illi iurisdictionem. l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iud. nisi iudex territorij illi mandaret suam iurisdictionem. argu. l. in agris. ff. de acquirend. rerum domi.

Extēsio huius legis.

Adhaec etiam de causa Ecclesiae, libertatis, vel alia pia non cognoscet in alio loco, non sibi destinato, nec quidem de alimentis: quia ibi est tanquam priuatus, non habens iurisdictionem. d. l. tertia. ff. de offic. Praesid.

Extensio alia.

Nec obest l. non tantum. §. abesse. ff. de fideicom. liberta. nam ibi Praeses prouinciae contra haeredem cognoscit, licèt non sit eius prouinciae: quia haeres ibi conuenīēdus est, vbi defunctus debuit, & vbi est haereditas. l. haeres. ff. de iudic. nec probari video, cur allegetur per interpretes.

Effectus iurisdictionis extra territorium, est nullus, vnde si quis iudicauerit in alieno territorio, sententia & processus est nullus: quia tanquam priuatus iudicauit, cùm ibi nullam haberet iurisdictionem. Si tamen quis sit absolutus rectè, id est, sine cognitione causae, in alio territorio, absolutus censetur, 4 secus in excommunicatione, quae causae cognitionē requirit. c. sacro. de sentent. excommunication. & qui cautionem praestiti securitatis in vno loco, tenetur & in alio, vt docet Bartu. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Praesi. Ias. & alij hic. nec limitata iurisdictio extenditur. per l. primam. ff. de offic. Praef. vrb. l. in agris ff. de acqui. rer. domi.

Inde prohibito ab vno Praeside in vna prouincia postulare, in alia prouincia erit liberum. l. ex ea causa. ff. de postul. & Vlpia. scribit l. puto. ibidem. *Si quis aduocationem praestare fuerit prohibitus, si quidem apud se (vt solent facere tempore magistratus sui) puto eum posse apud successorem eius adesse.* Et sicut non extenditur iurisdictio ad alienum territorium, sic nec ad aliud tempus.

Iurisdictio ad aliud tēpus nō extenditur.

Item, statutum etiam extra territorium vim non 5 habet c. vnico. de constit. lib. 6 Barto. & alij in l. prima. quaestio. 8. C. de summa Trinita. facit c. à nobis. primo. de senten. excommu. Vnde statutum excludens foeminas, non habet locum extra territorium. Bart. ibi & Alexand. consil. 16. viso titulo. vol. primo. & consil. 18. Consid ratio. ibidem. Felin. in c. postulasti. colum. vltim. de foro competent. & Albert. Brunus in tracta. de statu. excluden. foemi. articulo sexto.

Etiam non potest iudex permittere vt quidquam fiat in alieno territorio, sicut quando non erit iudex. l. eum qui. suprà. aliàs esset iurisdictionem alterius vsurpare. cap. nouit. de offic. lega. Ideò non potest tutori permittere, vt in alio loco non subdito iurisdictioni suae administret, sed tutor in vno territorio rectè creatus potest vbique administrare pupilli bona, eò quòd vbique est tutor. vide Barto. in l. legiti-

Tutor pōt vbique administrare pupilli negotia.

mos. ff. de legiti.tuto. Vnde tutor in alio territorio ostendet literas suæ creationis, & ille permittet isti in suo territorio exercere tutelam.l.propter.ff.de excusa.tutor.

Fräcorum leges. Leges quoque Francorum non ligant extra regnum.in cap.fin. de constit. lib. 6. vbi Doctor. Nec imperiales extra imperij metas:quia,

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Ampliat etiam Ias.non posse magistratum cognoscere in suo territorio, si locus sit exemptus, vt monasteria & Ecclesiæ cathedrales, quia quoad eos nõ est iudex, sed priuatus, & paria sunt extra territorium cognoscere, vel in loco exempto. probatur in c.cùm Episcopus.de offic.ordi. in 6. Felin. in c. grauc.illo titul. Calder. consil.13.illo titul. vnde exempti non tenentur parere ius dicenti in eos. c. per exemptionem. de priuileg. lib.6. Tamen si quis iniuriam inferat in loco sacro, vel eius ministris, iudex secularis, in fauorem Ecclesiarum, contra hosce facinorosos cognoscere, & capitali iudicio eos, iure permittente, punire potest.l.si quis in hoc. C.de Episcop. & & cleric. multò minùs is magistratus potest cognoscere post litem ab alio iure susceptã, vt dictum fuit in l.proxima.c.primo.de foro competent. & in titul. vt lite pendent. *Iudex in loco exempto cognoscere non potest.* 6

7 Non poterit quoque iudex extra tempus, quo finitum est suum officium, iudicare, vel iubere iudicare.l.eum qui.suprà eodem.l.puto.de postul.l. 2. de iud.l.fin.de pœnis. c. quærenti. & c. consuluit.de offic.delega.

Ius dicenti.] Colligitur quem non teneri parere ius dicenti extra territorium, & si illi non pareat, impunè fit:si tamen iudex extra territorium indigeret opera subditi, eam denegare illi non debet, per istum text.qui loquitur de ius dicente, sed quia à minore maiori honor & reuerentia debetur. c. statuimus.de maior.l.prima. §. sicut. vbi glossa. ff. de aqua pluuia arcend. *Opera subditi extra territoriũ iudici, non denegãda.*

Non paretur impunè.] Et sic impunè est, qui non paret ius dicenti extra territorium, cùm ibi potestatem non habeat, & non punitur non parens ei qui præcipit, si ius præcipiendi non habeat, vt dicetur in l.vnica.si quis ius dicenti non obtemp.

Idem & si supra suam iurisdictionem.] Tertium est ex hoc text. collectum & expressum, videlicet quem non teneri parere iudici supra suam iurisdictionem cognoscere volenti supra suam iurisdictionem, dicitur re, loco, quantitate, tempore, & persona. *Supra suã iurisd. cognoscere, quot modis dicatur.*

Re inquam, si iudex vectigalium, de aliis rebus cognoscere attentet, tunc supra suam iurisdictionem facit, ideò nullum præceptum & sententia. Idem, si illi qui syluis fluminibúsve præfecti, de aliis rebus cognoscere satagant, vt in Constit.Reg. Galliæ continetur. Idem, si laicus de re sacra, decimis, & aliis rebus Ecclesiasticis cognoscere velit.clem. dispendiosam. de iud. & idem si de aliis quibuscunque rebus cognoscere attentet, quibus non est præfectus. l. prima.suprà.de offic.Præfec.vrb.

De loco dictum fuit suprà extra territorium, & ne cognoscat vltra centesimum lapidem.l.prima.su-
8 prà.de offic.Præfec.vrb.ff.De quãtitate, si cognoscere vsque ad viginti libras sit permissum, vt auditoribus Castelleti Parisiensis, vltra illam summam cognoscere non poterunt. l. si idem.suprà. eodem. vbi idem in iudicibus Præsidialibus scripsi, qui iure supremi imperij ex edicto Regio in Gallia, vsque ad quingentas libras cognoscunt, sed vltra illam summam cognoscere etiam possuut, iure edicti, vt executio fiat non obstante appellatione, hoc eis permittitur à constitutione, seu edicto, sed iure magistratus cognitio tãtùm permissa est, & decisio iure communi, vt in titul.ff.de offic. Præsid. & l. prima. de offic.eius. *Iudices Præsidiales vsq; ad quingentas tantùm libras cognoscunt.*

Imò, id quod est supra suam iurisdictionem vitiat totum, si iure edicti exprimant se iudicare, quia sententia est indiuidua.l.in hoc iudicio.ff.famil.hercisc. Et ideò non fiet executio in quingentis libris, si sententia excedat etiam in obolo, vt not.Innocent.in c. prudentiam. de offic. delegat. & ita censuit Senatus Parisiensis anno 1520. vt pleniùs scripsi in primo tomo Commenta. ad Constit. Reg. articulo secũdo.gloss.4. in fin. nisi capitula essent separata. l. quædam. ff. famil. hercisçun. quia eo casu tot sententiæ sunt, quot capita. l. etiam. §. primo.ff.de minor. vbi Bald.& ibi scripsi. gloss. & Doctor. in l. ampliorem. ff.de appel.& ista est communis secundum Doctor. hîc, quæ etiam à Senatu est approbata, ideò seruanda, quicquid dicant interpretes in contrarium. Nec refragatur quod Iulia. scribit ff.de iud.l.de qua re. §. *Iudex qui vsque ad certam summam iudicare iussus est, etiam de maiori re iudicare potest si inter litigatores cõueniat.* & Paul.in l.inter conuenientes.ff.ad municip. Nam hoc intelligitur quando non fieret præiudicium alteri iudici, quàm illi qui mandauit iurisdictionẽ, vel iussit iudicare: diuersum est si fieret præiudicium alteri iudici qui est ad maiores causas præfectus, vt in Francia, tunc dicerem etiam ex consensu partium iudicem non posse de maiori cognoscere, nec iure supremi imperij, quia illa qualitas nõ datur à partibus sine Regis concessione.

Et hoc casu prouidebitur per appellationem, quæ fieri potest ad Senatum, qui quotidie sententias illorum Præsidialium nullas pronuntiat & irritat, ac reformat, & maximè quando supra iurisdictionem suam iudicant, licèt glos.in l.prima. C.quando prouo.non est neces. dicat non esse appellandum, quando sententia est nulla, tamen ratione Constitutionis Regiæ in hoc Regno non succurritur aduersus sententiam nullam, nisi per appellationem, vt scripsi in Constit.Reg.ideò.si grauaris, appella.

Tempore etiam quis dicitur iudicare supra suam iurisdictionem, si iudicet finito officio.l.fin.suprà.de offic.Præfect. vrb. vt superius dictũ fuit. Vnde scribit Paul.in l. *Si quis, postquam trãsacto tempore liberatus est, fideiussorem dederit, fideiussor non tenetur, quoniam fideiussio erroris nulla est* ff.de fideiussor.facit l. puto.de postul. *Fideiussio erroris nulla.*

Ex persona iudicat quis supra suam iurisdictionem, si iudicet contra personas non subiectas suæ iurisdictioni, vtpote quia exemptæ sunt, vt clerici à laicis.cap.si diligenti.& cap.significasti.de foro competenti.

Poterit tamen magistratus ferè cognoscere contra exteros in suo degentes territorio.l. prima. ff. de offic.Præfect.vrb.l.iij.de offic.Præsid. *Casus in quibus iudex etiam extra territoriũ cognoscit.*

Vitiatur istius text.decisio, in casibus in quibus à iure vel constitutione permissum esset, vt iudex vbique

que etiam extra territorium cognoſceret.text.ſingu. in l.j.C. in quibus cauſ. colon. libr. 11. vbi Imperator Conſtant.ita ſcribit: *Quiſquis colonus plus à domino exigit, quàm conſueuerat, & quàm in anterioribus temporibus exactum eſt, adeat iudicem, cuius primùm potuerit habere præſentiam,& facinus comprobet, vt ille qui conuincitur ampliùs poſtulare, quàm accipere conſueuerat, hoc facere in poſterũ prohibeatur, prius reddito quod ſuper exactione perpetrata noſcitur extorſiſſe.* Lucas de Penna in l.ij.C.de lucris Aduocato.lib.12. facit text.in l.ij.C.de naufrag.lib.11.

9 Idem conſtitutio Regia permittit, vt quis poſſit recognoſcere chirographum, coram illo iudice, coram quo inuentus ſit.artic.primo.de recogni.chirogra.in Conſtit.Reg.vbi abundè hoc tradidi.

Latrunculatores. Etiam latrunculatoribus, quos Præpoſitos Mareſcallos vocamus, permiſſum eſt prehendere quoſcunque latrones & graſſatores itinerum, raptores,& alios in edictis expreſſos, & eos punire, vt patet in Conſtit. Reg. tit. *de la iuriſdiction des Preuoſtz des Mareſchaux*,& tit.*des voleurs*.

Adhæc ſcribit Bart.in extra.ad reprimendum. in verb.per edictũ, quem ſequitur Hyppol.ſing.203.iudex extra iudicem qui rogat alium, vt exequatur ſuam ſententiam, ſi rogatus nolit, ipſe rogans exequi poterit: quod non ſeruatur in Frãcia, vt abundè tradidi in tracta. meo de literis requiſitor.ſed hoc per ſuperiorem ſuppletur, vt ibi dixi.

Idem, ſi iudex iudicaret conſentiente iudice illius territorij, vt in expulſo Epiſcopo ſcribit Papa clem. vnica.de foro compet. vel ſi impedirentur iudicare in eorum prouincia.arg.l aliquando.ff.de offic.Proconſ.Paul Caſtrenſis,& alij hîc.

Cõſuetudo inſpiciẽda. Idem, ſi conſuetudo permitteret, vt quis in alio loco cognoſceret.l.iij.in fin.ff. de teſtib. c. vt litigantes.de offic.ordi.lib.6.Nam Hermogenia.ff.de legib. ſic ſcribit.l.*Sed & ea quæ lõga conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata, velut tacita ciuium conuentio, non minùs quàm ea quæ ſcripta ſunt, iura ſeruantur*, imò cõſuetudo vincit legem.l.de quibus.ff.de legib.l.cùm conſuetudinis.C.quæ ſit longa conſuetudo.Idem in priuilegio dicerem, conceſſo ab eo qui iuri derogare poterit, cùm æquiparentur.l.fin. C.de fideiuſſor.& in rub.de decret.decurio.lib.10.l. neque.ff.de reg.iur.l.ex facto.de vulgar.

Voluntas iudicis quomodo attẽdenda. Vltimò, vellit ius dicere.] Colligitur voluntatem iudicis inſpiciendam, requiritur tamen, vt illa voluntas ad aliquem actum deducta ſit, vtpote quia iudex partem citauerit, vel illi præceperit extra territorium, vel voluerit de maiori ſumma cognoſcere, quàm eius eſſet iuriſdictio, ſed pars eidem parere noluit.& iſte text.dicit, Impunè à parte non paretur, nec punietur non parens, alioqui voluntas non deducta ad actum nihil eſſet. Bald.in conſil.ſchiſma. & in l.prima.C.qui admitti.facit l.fi.ff. de rerum diuiſ.Franciſc.de Crema.ſing.49.Dec.in l.nõ vult hæres eſſe.de reg.iur. ſcripſi in §.primo. in gloſſ. ſubire voluerit.de colla.in Concorda.Galliæ.

Etiam pars non diceretur non parêre, ſi aliquis nõ adeſſet actus, reliqua hîc videri poſſunt, per Doctor.& per Bald.in l.fin. C. de commer. & merca.& in practica ſua.in tit.de iuriſdictione.Iacob. de Bello viſu, in repetitio.§. contrahentes.de foro competen. Soci.in c.dilecti.col.13.& c.fin.col.33.ibidem. Barba. conſil.26.in primo. vol. & conſil.75. in 3 vol.& pleniſsime per Hyppol.in ſua ad hanc leg. interpretatione plura.

Quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, vt ipſe eodem iure vtatur.

TIT. II.

HIc titulus duos caſus conſcribit. Primus eſt in magiſtratu ſtatuente nouum ius, nondum conſcriptum, & contra leges, fortè, prolatum, vt eodem iure adſtringi debeat, & eſt nouum: quia recenter dictum.vide gloſſ.hîc,& in l.vnica.§.ne autem.in fin.C.de cad.tollend.

Vnde, ſi iudex decernat, vel Curia, vt vaſa aurea, vel argentea ſumãtur pro cauſis Reip.eius vaſa ſunt priùs aſſumenda: dicit enim ſapientis authoritas, Patere legem quam ipſe tuleris.Et Papa hoc approbat in c.cùm omnes.de conſtitut. *Vaſa iudicis pro cauſis Respub. quãdo priᵒ ſumenda ſint.*

Nam quos mores approbo, non poſſum reprobare.l.in arenam.C.de inoffic.teſt.l Pompo. ff.de nego. geſt. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit? Vnde ſi tutor decidit cum pleriſque creditoribus, vt certam portionem acciperent, eum, qui cæteros ad portionem vocauit, eadem parte debere eſſe contentũ, ſcribit Scæuola in l. cùm in eo. infrà de pact. per rationem huius text. *Tutor cum creditoribus decidens.*

Et ſic, in magno ſunt periculo, qui res nouas inueniunt.Nam ſemper (ſi malæ ſint) in eorum perniciem veniunt.Nempe qui priùs (vt fertur) conſtruxit patibulum in ciuitate Pariſienſi, is ipſe in eo priùs ſuſpenſus fuit. Similiter qui conſuluit, vt expenſis reorum proceſſus criminales conficerentur, illi confectus hac de re primus fuit proceſſus, & bona eius diuendita fuerunt. Nunquid Principes, & domini mulctas & alios reditus habent, vt ius omnibus reddant, quid opus eſt iuſtitiam illis vendere?

Et neceſſe eſt vt homicida expectet quod fecit.l. iij.C.de Epiſco.audient.& quis debet puniri in quo deliquit.l.ſi aliquid.C.de ſuſcep.lib.10. auth. omnes peregrini.C.comm.de ſucceſſ. c.poſtulaſtis. de cleri. excomm.vbi dixi in 3.not. Et iſta deberẽt Conſiliarij Principum dicere Principibus ne quid in ſubditos ſtatuerent, quod non exiſtimarent in ipſos ſtatuendũ eſſe. Et ita non grauarentur ſubditi, ſed ſemper lex iuſta fieret.vide Specul in tit.de actio.ſeu petitio.§.poſtremo. verſiculo nunc dicamus. & Valerius recitat exempla.lib.6.in titulo de iuſtitia. maximè de Zaleuco Rege, & de Charonda:& hic text. intelligi debet in omnibus magiſtratibus, aliquid decernentibus contra ſubditos, vel in iudicio, vel extra, vt eodem iure damnandi ſint, quo & ipſi alios adſtringere cupiunt,& idem in parte, quæ hoc ius à iudice poſtulauit: quia requirẽte hoc ius iniquum latum fuit. Et hîc ius accipitur pro decreto, & iudicis vel magiſtratus ſentẽtia, vt quod ius, id eſt, quod decretum iniquum ipſe protulerit, in alium, vel pars impetrauerit, ipſe iudex & pars impetrans eodem iure, vti debeant: quia vterque peccat tam decernẽs, quàm petens. *Intellectus huius legis.*

Secundus eſt, in impetrante ius iniquum, vt pote

Impetrans ius iniquũ, debet eãdẽ legem pati, quã tulit.

vt non ſoluat intra annum, vel quinquennium, tunc debitores eius etiam ante illud tempus non tenentur eidem ſoluere, vt patiatur legem quam ipſe tulit. De hoc tamen ſcripſi in tractatu de literis dilatoriis, in 2. tomo Comment. in Conſtit. Reg. Galliç. Et quod in alterius perſona ſtatuit, id in ipſius quoque perſona valere patiatur. §. ſi quis. in l. prima.

Ego tamen illud procedere intelligerem in quolibet impetrante, ſiue à Principe impetrauerit, ſiue à iudice, vel magiſtratu, vt ſi quis extraneus à magiſtratu impetrauerit equum extranei, fortè ſiſtẽdum, &(vt dicunt) areſtandum, vt etiam ipſius equus poſſit ab alio peti, vt areſtetur, per regul. quod quiſque. de qua in l. prima. alia licet videre per interpretes.

Limitatur in magiſtratu, qui ius dixit inter quos iuriſdictionem non habebat, quoniam pro nullo hoc habetur, nec eſt vlla ſententia. Et ideò ceſſate edictum ſcribit Vlpianus in l. prima. in fi. infrà. eodem. quem text. ſing. notat Barb. in repet. l. cùm acutiſſimi. col. 61. de fideicommi. C. & conſil. 38. Præclarè. col. 13. ac conſil. 53. col. 13. in 2. vol. vide Hyppolit. in l. qui falſam. nu. 56. ff. de falſis.

Si quis ius dicenti non obtemperauerit. TIT. III.

HÆc rub. non habet clauſulam perfectam, ſed intelligi debet, vt ſi quis non obtemperauerit ius dicenti, puniatur pro modo rebellionis, & contumaciæ. Et poteſt continuari à lege fin. ſuprà. de iuriſdictione omnium iudicum, vbi quis non tenetur parére ius dicenti extra territorium, vel ſupra ſuam iuriſdictionẽ. Hîc autẽ Vlpia. docet eũ puniendum, qui non obtemperauit iudici iure cognoſcenti, nempe inobedientia peccatum eſt grauiſsimum, ac hæreſi comparatur. c. ſciendum. 8. q. prima. c. ſi Papa. 40. diſt. & melior eſt obedientia quàm victima. primo Reg. c. 15.

Inobedientia æquiparatur hæreſi.

Poteſt aliquando quis priuari ſua ſubſtantia propter inobedientiam. primo Eſdræ. c. 9. & vlt. ibi, ***Et omnis, qui non venerit in tribus diebus iuxta conſilium principum & ſeniorum, auferetur ab eo ſubſtantia eius.*** c. ante omnia. 40. diſt.

Magiſtratus electus fugiens.

Et ſi magiſtratus electus fugerit, alius in locum eius ſubrogetur, & bona fugientis in vſum iſti ſubrogato concedantur, & ſi venerit, duplicato tempore cogitur officium adminiſtrare. l. ſi ad magiſtratum. C de decur. lib. 10. vbi Luc. de Penna, & Rebuff. Hodie pauci electi fugiunt, ſed eruũt munera & electiones, &c. Alia plura ſcripſi in trac. de contumacia, in 3. tomo Commentar. ad Conſti. Reg.

SVMMARIA.

1 ***Arbiter notionem tantùm, non iuriſdictionem habet.***
2 ***Magiſtratus municipalis inobedientem capite punire non poteſt.***
3 ***Duumuiris non eſt mulcta poteſtas data.***

LEX VNICA VLPIANVS LIB. I. AD EDICTVM.

OMnibus magiſtratibus, nõ tamen Duumuiris, ſecũdùm ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio.

Contumax mulctandus.

EX principio huius text. not. Doctor. Magiſtratus omnes poſſe inobedientes & contumaces mulctare: hîc tex. tamen non ſic loquitur, ſed dicit omnes magiſtratus, exceptis Duumuiris, poſſe ſuã defendere iuriſdictionem pœnali iudicio, tamen ſecundùm ius ſuæ poteſtatis, id eſt, ſui imperij, & iuriſdictionis ſuæ.

Iudici non obtẽperãs, iudicio pœnali puniẽdus.

Ex quo infertur, quòd ſi quis non obtemperet iudici, præcipienti quippiam, licebit ipſi defendere ſuã iuriſdictionem iudicio pœnali, quemadmodũ quis defendere poteſt perſonam ſuam. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. Etiam res ſuas liberũ eſt defendere, vt docet Vlpia. in l. prima. ff. vnde vi. ſic & ſuam iuriſdictionem, ſi alius eam velit, vel vſurpare, vel ei non obtemperare. Et quamuis Doct. non intelligant iſtum text. niſi in non parente, ſicut verè intelligitur, tamen etiam ſi quis vſurpet iuriſdictionem alterius, poteſt iudex eam defendere, etiam in alieno territorio. cle. vnica. de foro compet.

Requiſita vt puniatur aliquis inobediens iudici.

Requiruntur tamen ſequentia in hoc tex. Primò, quòd quis habeat magiſtratum, vt probatur in hoc text. ibi, magiſtratibus. Magiſtratus ſunt, qui in aliqua ſunt poteſtate, & imperio. l. eum pro quo. ſuprà. titul. 2. vbi ſcripſi. & text. in l. aliud eſt fraus. in fine. de verbo. ſignifi. ſic ait: ***Magiſtratum enim ſolum, & Præſides prouinciarum poſſe mulctam dicere, mandatis permiſſum eſt.*** Et ſic malè addũt Doctores hîc magiſtratus maiores: quia iſte text. generaliter loquitur de magiſtratibus. d. l. aliud. Ergo maiores & minores poſſunt ſuam iuriſdictionem defendere (exceptis Duumuiris) quia exceptio firmat regulam, vt generaliter in non exceptis procedat. l. prima. ff. de reg. iur. ergo iſte text. non habetet locum in priuato, qui nou fungitur aliquo magiſtratu.

Secundò, quòd ille magiſtratus iuriſdictionem habeat, ibi, iuriſdictionem ſuam. Ergo delegati (dicunt Doctor.) cùm non habeant propriam iuriſdictionem, non poſſunt eam defendere. l. j. ſuprà de officio eius. & ſic de iure ciuili, vt ipſi ſcribunt. Dicerem tamen etiam ipſos poſſe eam defendere (quæ illis mandata eſt) iuriſdictionem. Et de hoc loquitur cap. primum, de officio delegat. quia iuriſdictio nulla eſt, ſine coërcitione. l. fin. de offic. eius. ſuperiùs. Ob id de iure canonico nullum eſt dubium: nempe magiſtratus etiam de iure ciuili alienam iuriſdictionem (ſi requirantur) defendere poſſunt. l. à Diuo Pio. §. primo. ff. de re iud. l. Epiſcopale. C. de Epiſcop. audien. imò poteſt implorare Epiſcopus, & iudex Eccleſiaſticus, auxiliũ brachij ſecularis. d. l. Epiſcopale. & c. cùm non ab homine. de iudic. c. dilecto. de ſentent. excommunic. lib. 6. multò magis ſuum. Item poteſtas poterit iuriſdictionem defendere etiam delegatam, mulctando inobedientem & coërcendo. l. ij. C. de ſportul. d. c. j. & c. de cauſis. & c. prætereà. de offic. deleg. vbi Doct. hoc approbant. & Barbat. in d. l. à Diuo Pio. in princ. quamuis hîc teneat contra, per l. ij. in fi. ff. de iudiciis. vbi dicetur.

Iuriſdictio delegata defendi etiã poteſt.

Fortè

Fortè interim conciliari diuersæ sententiæ possunt, vt iudices delegati non possint mulctare pro speciali quolibet delicto, vt dicitur in l.aliud. §.j.ff. de verborum signific. l.eos. C.de mod.mulct.& hæc mulcta est specialis delicti alicuius coërcitio.

Quam quidem indicere poterunt contra rebellem, & non parentem illorum decreto, vt suam tueri & defendere iurisdictionē (vt hîc) possint. Alioqui eam nec defendere, nec tueri possent, quod esset absurdum. vt l.fin.de officio eius. Et cui data est iurisdictio, ea etiam concessa sunt, sine quibus, &c.l.ij. de iurisd. omn. iudic. Et quamuis delegatam habeant iurisdictionem, est tamen illis liberum eam defendere, sicuti & qui rem habet sibi legitimè competentem, pro ea agere, & defendere poterit. l.officium.ff. de rei vendic.l.bona fides.ff.depositi.

Subditi nō defendētes suos magistratus, puniendi.

Et quod plus est, subditi si non tueantur, & defendant suos magistratus, puniri arbitraria pœna debēt, vt docet Capit.in decisio. Neapol. quæst.149.nuper. facit §.fin. de forma fidelit.in vsib. feud. dixi in l. vt vim. circa finem. ff.de iustit.& iure. alia dicentur in d.§.fin.l.ij.de iudic. Ergo tam ordinariis, quàm delegatis competit iure magistratus, vt suam possint iurisdictionem tueri, secundum ius suæ potestatis.

Arbiter ad mulctā non cōdemnat, inobedientem partē.

Etiam pœnam, in compromisso statutam, pars non parēs arbitro soluere tenetur. l.arbiter intra certam. l.non ex omnibus.ff.de arbit. non tamen poterit arbiter ad mulctam condemnare partem illi non obedientem, nisi quatenus in compromisso est expressum, quia imponere mulctam, ad iurisdictionem respicit. l.eos. C. de modo mulcta. quam non habet
1 arbiter, sed tantùm notionem. l.ait Prætor. ff. de re iudic.

Tertiò requiritur, vt eam defendat secundùm ius suæ potestatis, id est, pro iurisdictione iudicis. l.ij. si quis in ius voca.non ierit.& pro potestate eis data,
2 non supra. Vnde si magistratus municipalis non obedientem capite mulctare vellet, hoc non esset pro sua potestate, & imperio. Et ideò mulctam à iure vel statuto concessam imponet. l.eos.C.de modo mulcta. & non supra suam iurisdictionem cognoscet.l.fin.de iurisd.om.iud.

Iudices laici quomodo suā iurisdictionē aduersus clericos defendant.

Vnde quidam dicunt, iudices laicos, non posse aduersus clericos, iudicio pœnali suam iurisdictionem defendere, quia clericus non potest à laico condemnari, nec ciuiliter, nec criminaliter. c. vnico.de cler.coniug.libro 6. Ergo si eum condemnaret, non esset secundum ius suæ potestatis, quia in eum nullam habet iurisdictionem.

Officiales Regij iurisdictionem suam, etiā contra clericos defendunt.

Tamen Officiales Regij dicūt se esse in possessione defendendi iurisdictionem suam, etiam contra clericos, quod est notorium, aliàs ludibrio secūdum eos essent. At hic text. dicit posse defendere : ergo non vsurpare, sed in casu defensionis tantùm : & tamen, in perniciem animarum, hodie magistratus regni totam vsurpare conantur Ecclesiasticam iurisdictionem, & ab Ecclesia auferre, sed ante eos fuit creata, & post eos durabit, sed non sine magnis periculis. Aufre.in tract.de potesta.secul.super Eccles. & perso. regula prima.in 14.fallen.sed non esset illorum iurisdictio ob hoc ludibrio, si ipsi requirerent iudices Ecclesiasticos, sicut Rex requirit Episcopos, vt suos cogant clericos ad decimarum solutionem: verùm de his alibi abundantiùs tractabo.

Quartò requiritur, quòd aliquis iurisdictionem inuadat, vel offendat, seu vsurpet, quia defensio præsupponit inuasionem. l.scientiam. §.qui cùm aliter ff.ad legem Aquiliam.ergo à contrario, non licet magistratibus alienam vsurpare, nec inuadere iurisdictionem.d.l.fin.

Inuasio iurisdict. requiratur.

Dicet quis, quando dicitur inuadi, seu offendi? Respondeo, si quis ius dicere vellet, in alieno territorio vt dixi in l.fin.suprà eodem.

Idem dicendum est, si quis ius dicenti non pareat, vtpote non veniendo die præstituta. l.si quis ex aliena.ff.de iudic.

Vel præceptis magistratus non parendo. l.si quis. ff. ne vis fiat ei. & hîc. & in l.prima. §. quid ergo. de ventre inspic.

Idem, si non restituat rem ad iudicis præceptum. l.qui restituere. ff. de rei vend. & aliis modis, quos scripsi in 2.tomo Comment.in Constitut.Reg.& in tractatu de contumacia.

Etiam hanc iurisdictionem defendere potest contra extraneos non subditos, impedientes suam iurisdictionem.c.j.de offic.deleg.c.dilecto. de senten.excommunic.in 6.c.ex parte.de verb.signific.Innocen. in c.dilectus.de pœn.

Contra Aduocatos, Procuratores, scribas, ac testes non obedientes defendere etiam poterit. l.moris. §.primo.ff.de pœn.l.ex ea. de postul. l.nullum.C.de testib.imò poterit etiam suam iurisdictionem bello, & ense defendere. vt docet Bald.in margarit.in verbo, iudex. vt refert Aufrer. in d.tractat.de potestate secul. regula j. fallen. 15. quod non est verum, quia iure suæ potestatis non est concessum, vt quis moueat bellum extra principem, sed tueatur eam iurisdictionem, quatenus ius permittit.argumen. l.fin. C.de actio. emp. Vnde censuit Senatus, appellationem apparitoris Ambianensis nō esse recipiendam, quam is apparitor emiserat pro præcepto sibi facto, à Bailliuo Ambianensi, quia poterat obedire, vt refert Ioan.Gall.in quæst.per aresta.q.117. Assardus.

Arestum.

Et quando præcepta iudicum à partibus contemnuntur, iudex eas mulctis coërcere poterit. vt docet Guido Papæ in decisione Delphinat. quæst. 359. de præceptis.

Iudex non potest collegam suum punire.

Sed non poterit iudex collegam, id est, coniudicem suum punire, quia par in parem non habet imperium. l.iiij.ff.de arbit. Doctor.in §.sequenti.glos.& Doctor. in c.prudentiam.§ adiicimus.de offi.deleg. dixi in l.fin.suprà de offic.eius.

Quintò, Concessum.] Dicunt Doctor.colligi, quòd iudex non cogitur, hoc videtur superfluum, quia nemo defendere se, vel sua cogitur, vt Diuus Paul.ait: Non vos defendentes charissimi, sed locum date iræ. Et non quicquid facultati iudicis permittitur, subiicitur eius necessitati. l. non quicquid. ff.de iudi.l.j.C.quomod.& quand.iudex. conceditur illi, vt hoc possit facere, si viderit expedire: & per regulam iuris, inuito non confertur beneficium.

Posset etiam cogi magistratus instante Procuratore Regio, vel Domini, quia iurisdictionem suam seruare Regi & Domino suo debet integram, sicut illi concessa est. Et quia Reipub. interest, vt magistratibus obediatur. l.prima.ff.de iustitia & iure. Et si magistratus negligant, posset posteà allegari consuetudo contra istum iudicem negligentem, & eius successorem: ideò ad hoc vitandum, debet suam defendere iurisdictionem.

Interpretes dicunt oriri officium iudicis, quia verba dirigunturi iudici. per glos. in l. si soror. C. de collat. reprehendentes glos. hic dicentem actionem in factum oriri ex hoc edicto, quod non habemus.

Aduertendum est non oriri in hoc principio, nec officium iudicis, nec actionẽ, ex hoc text. ad defendendam iurisdictionem, sed datur tantùm facultas & potestas cuilibet magistratui defendendi suam iurisdictionem. Quis enim diceret ex d. l. vt vim, quæ permittit cuilibet defensionem, actionem, vel officium iudicis? sed est permissum authoritate iuris, vt quis se defendat, & hoc facit magistratus ex officio suo sibi dato authoritate iuris: & tunc actionem oriri dicimus, quoties à lege introductam esse videmus. l. vnica. ff. de condict. ex leg. vel officium iudicis, quoties parti datur persecutio. l. actionis. ff. de verborum significat. vbi plenè tractaui, quæ in hoc text. non insunt, & quamuis in fin. text. detur partibus actio, non tamen in hoc principio, quod iudicem respicit, non autem partem.

Vltimò dicit text. quomodo liceat iudici defendere suam iurisdictionem? Respondet, pœnali iudicio.

Iudiciũ pœnale quod-na dicatur. Pœnale iudicium autem est, quando in eo agitur de mera pœna extra id quod interest partis. §. finali. infrà eodem. Vnde cùm hic agatur ad id quod reo non adest, nec iudici abest, ideò pœnale dicetur iudicium, vt docet Ias. & alij in §. pœnales. de actio. in Institut. Primò, nihil abest iudici, cui non obtemperatur, nec adest aliquid resistenti iudici, vel non obedienti, vnde dicitur pœnale iudicium, quia meram continet pœnam, non rei persecutionem. §. fin. infrà eodem. & quomodo hoc fiat, dicam in §. seq.

Sed, quomodo iudex suam iurisdictionem defendet? Respondeo, In lege 12. Tabul. sic habebatur: *Magistratus nec obedientem, & nocuum ciuem, mulcta, vinculis, verberibúsue coerceto, ni par, maiórue potestas prohibessit, ad quos prouocatio esto.* Et sequitur Labeo in l. cùm eo. ff. ad legem Iuliam. pecul. ibi, *Pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo.* Idem quoque videtur firmare Vlpian. in l. j. §. igitur. ff. de ventr. inspici. ibi, *Cogenda igitur erit remediis Prætoris, & in suo ventre. & si venerit respódere pignoráque eius capienda, & distrahenda, si contemnat, vel mulctis coerceri potest.* Etiam iurisdictionem suam non obtemperanti denegare, & auditum magistratus potest. l. sed & si. §. item per magistratũ. in fi. ff. ex quib. cauf. maior. ac potest mittere in possessionem ex primo & secundo decreto. l. si finita. §. Iulia. & §. si plures. ff. de damno infecto. l. consentaneum. C. quomod. & quand. iudex. Potest etiam coram superiore accusari, & pœna ordinaria puniri, tanquam rebellis. vt per Barto. in extrauag. qui sint rebel. & alis modis, quos tradidi in tract. de contumac. in 3. tomo Commen. ad Constit. Reg.

Non tamen Duumuiris.] Glos. dicit, id est, defensoribus municipiorum, vel causarum. l. fin. C. de iudic. & in l. defensores nihil. C. de defensor. vbi defensores mulctam non indicunt. Sed aduertite

Duumuirorum officiũ & potestas. Duumuiros sacris literis legendis, carminibúsque Sybillarum, & fatis populi interpretandis, primum à Tarquinio institutos fuisse duos, ob id Duumuiros appellatos legimus, quod duorũ suffragio createntur, & quòd duo tantùm ad idem munus eligerentur, & sic Triumuir, & Decẽuir, quicquid dicat Accur. & alij in d. l. fi. Hi ab omni vrbano munere, & belli cura immunes erãt, & sacras ædes dedicabant, obsecrationes, expiationésque ad placãdas, auertendásque Deorum iras, procurabant. Vnde M. Attilium, ex his alterum, quod arcana Sybillæ promulgarit, & palàm facere ausus fuisset, tanquam parricidam insutum culeo in mare proiici iussit Tarquinius. Ideò hi, cùm sacris vacarent, iurisdictionem suam, quam non habebant, tueri non poterant, & quia populus eam tuebatur, si quam haberent, teste Alexand. lib. 3. cap. 16. Ideò id non tantùm honori personarum, sed maiestati Dei, cuius sacris eos vacare oportebat, tributum erat. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de recept. arbit. Fuêre postea alij Duumuiri capitales, qui causas criminales tractabant, & in facinorosos animaduertebant, & qui perduellionis diem ad populum dicere solebant, de quibus Iurisconsult. in l. ij. ff. de origine iuris. & in l. si quis vxor. §. si fugitiuum. ff. de furt. & l. prima. ff. de albo scribẽdo. l. honores. de decurionibus. Et de istis hanc intelligendam legem non arbitraret, quia hi habent iurisdictionem, ideò liberum illis erat eam pœnali iudicio defendere, vt scribit Zazius in interpretatione ad hanc legem. Alij etiam erãt Aedilitij, vt idem Zazius docet in libro 3. de Republ. Roman. cap. 2. pag. 355. & sequenti. vbi etiam dicit Nauales alios non habuisse etiam iurisdictionem, nisi curam tantùm instruendarum nauium, & de his etiam intelligi hic text. potest. Et si quis dicat intelligendum de omnibus etiam capitalibus, quòd ij etiam de criminibus inquirerent, custodiam, & de carcere dimittendi potestatem habebant. d. §. si fugitiuum. & non data eis erat potestas ante imperium acceptum, vt mulctam indicerent. Nam licèt, vt latrunculatores crimina promouebant, ius tamen non habebant mulctandi, quia cùm facinorosos detinebant, eos cogere poterant, absque mulcta, ob id non est illis data mulctæ potestas, vt etiam docet Alciat. libro tertio dispunct. cap. 5. 3

Duumuiri capitales.

Duumuiri nauales.

Sed quamuis mulctandi potestas id temporis illis data non esset, tamen iurisdictionem suam aliis modis tueri poterant, vt superius dictum fuit. Alioqui illorum potestas inanis fuisset, si reus in carcere vinctus non obtemperasset, & ideò in Duumuiris, aliis exceptis capitalibus, procedere potest iste text. & fortè tempore Vlpiani.

Sed si aliis Duumuiris alio tempore concessa fuerit iurisdictio, non esset inconueniens, vt ipsi iurisdictionem suam, etiam defendere possint intra metas suæ potestatis. l. Duumuirum. C. de decurion. lib. 10. Et sic distinguendo & personas, & tempora, concordare poterimus scripturas, vt dicit tex. in c. si peccauerit. circa finem. 2. quæst. 1. De Triũuiris scripsi in l. j. suprà de officio Præfec. vigil. Bartol. hic tractat materiam dictionum exclusiuarum (vt ipse vocat) vt, tantùm, & tãtummodo, sed ego abundè materiam istam tractaui in l. pratum. ff. de verbo. signific. ponendo reg. cum limitat.

SVMMARIA.

1 *Inobedientia omnis iudici illata punienda.*

2 *Reus post geminatam contumaciam, & duos defectus, verificata priùs petitione, potest de stylo Franciæ condemnari.*

3 Restitu

3 *Restitutionis litera etiampost annum, probato iusto impedimento, conceduntur.*

4 *Hæres mulctam adiudicatam, sine iusto impedimento, soluere tenetur.*

§. Is videtur ius dicenti non obtemperasse, qui, quod est extremum in iurisdictione, non fecit. Veluti si quis rem mobilem à se vendicari passus nō est, sed duci eam, vel auferri passus est. Cæterùm si & sequentia recusauit, tunc non obtemperasse videtur.

ISte text. difficilis est, & hactenus vix intellectus, propter ignorantiam vsus forensis, vt infrà demonstrabitur. Torquentur enim interpretes, & in mulcta tantùm imponenda intelligūt, licèt iste text. nullam faciat expressam mentionem de mulcta, sed tantùm quando quis non dicatur obtemperasse, ratione cuius contemptus non solùm mulctari quis potest, sed & aliàs puniri, vt suprà in huius l. principio scripsi. Vnde (vt facilius text. intelligatur) speciem facti ponā ita. In principio huius legis dictum fuit magistratus suam posse tueri iurisdictionem contra non obtemperantes, quæsitum ab Vlpiano fuit, quando dicatur quis non obtemperasse, vt is puniri possit, qui respondet, tunc demum, quando non fecit quod extremum est in iurisdictione. Sed quando dicatur quis non fecisse extremum in iurisdictione? Respondet, quando non passus est mobilē rem à se vendicari, sed auferri, vel duci passus est: idem si sequentia recusauit. Et iurium interpretes in hoc lapsi vidētur, & in verbo, sequentia, maximè Zasi. dum reprobat intellectum communem, dicens hîc Iurisconsultū duo præmisisse. Primum, cùm res vendicatur: secundum, cùm res duci & auferri iubetur: si primum reus recuset, non incidit in pœnam inobedientiæ. Cæterùm si sequentia, id est, quæ secundo loco præmissa fuêre, recusarit, tunc demum, & non antè, non obtemperasse dicetur, vt in pœnam edicti incidat. Ergo quod extremum in iurisdictione est, perpenditur: non quod sit primū. Et is est indubitatus intellectus. Hæc, & lōgè plora Zasius. Iste tamen (mea sententia) intellectus est directò contra text. dicentem, ibi, Veluti si quis rem mobilem vendicari à se passus non est, sed duci eam, vel auferri passus est, vel ferri, vt legitur in Pandectis Flor. Ergo si passus sit rem ferri & duci, quomodo dicitur recusare? & quomodo dicitur sequentia recusasse, vt posteà text. scribit? Alia ergo recusando, rem auferri, non facit extremum, & tamen hic patitur rem ferri & duci. Vnde verior est iste intellectus, quàm omnes alij. Ideò ego intelligerem, vt dixi: nam iste text. dicit eum non obtemperasse, qui extremum non fecit quod est in iurisdictione, quod quidem extremum declarat Paulus in l. non distinguemus. §. si arbiter. ff. de arbit. sic dicens: *Si arbiter sese celare tentauerit, Prætor eum inuestigare debet, & si diu non paruerit, mulcta aduersus eum dicenda est.* text. in l. ij. §. tutores. ff. de suspect. tutor. dicit pertinaciter, sed meliùs declarat summus Pontifex Celesti. in c. cùm non ab homine. de iudic. vbi sic dicit: Clericum homicidam deponendum, qui si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicandus est: deinde, contumacia crescente, anathematis mucrone feriri debet. Postmodum verò, si in profundum malorum veniens, contempserit, cùm Ecclesia non habeat vltra quid faciat, ne possit esse perditio vltrà plurimorum, per secularem comprimendus est potestatem, &c. Vides itaque extremum quod est in iurisdictione Ecclesiastica.

Species facti.

Zasius reprehenditur.

Sententia authoris de huius legis intellectu.

Extremū in iurisdictione Ecclesiastica.

Extremum dicitur, quando nihil sequitur. l. proximus. ff. de verborum significat. vbi scripsi. & in l. fi. ff. de custod. reòr. §. fraudulenter. & in extremis esse dicitur. in l. alumnæ. in fin. ff. de adimen. lega. c. Raynutius. de testam. & postquam præcepta iurisdictionis facta fuêre, quibus non fuit obtemperatum, nil aliud superest in iurisdictione, sed via facti, & manu militari executio fiet. quæ executio facti, quoad hoc non est iurisdictionis.

Itaque sicut clericus, quando fecit extremum, quod est in iurisdictione Ecclesiæ, est ad secularem iudicem remittendus, vt puniatur, quia Ecclesia non habet vltrà quid faciat: & extremum in iurisdictione Ecclesiæ est anathema, quod ille scelestus contemnit, & mala continuando, perpetrat: ideò non facit quod est extremum in iurisdictione, id est, vltimo præcepto iudicis non paruit, certè ad executionem facti veniendum est, quam patietur victus, quia resistere non poterit. Ideò dicit tex. ferri rem, vel duci passus est: sed illa executio non est extremum in iurisdictione, licèt sit extremum in executione, sed text. cautè vsus est verbo, extremum in iurisdictione, non autem simpliciter.

Sic quando primò quis non obtemperat iudici, sed contemnit, iterum citatus etiam contemnit, si postea iudex non habeat quod vltrà præcipiat, tunc est ille mulctandus, vel aliàs puniendus: quia obtemperare non videtur. Nam Iabole. scribit in l. *Non ex omnibus causis ex quibus arbitri paritum sententiæ non est, pœna ex compromisso committitur, sed ex his duntaxat quæ ad solutionem pecuniæ, aut operam præbendam pertinent.* ff. de arb. sic non ex omnibus præceptis censetur quoad edictum hoc non obtemperatum, sed quando ad extremum iurisdictionis ventum est.

Vnde text. ponit in eo exemplum, qui non est passus rem mobilem à se vendicari, id est, repeti, quamuis iudex illi victo præceperit, vt rem restitueret, & hoc verbum magnum negotium fecit Doct. Ideò videndum est, quando quis dicatur non pati rem à se vendicari. Respondeo, primò, si contumax fuit, & sæpius vocatus in ius noluit comparere, ab eo ratione contumaciæ aufertur possessio rei, vt habetur in l. consentaneum. C. quomod. & quand. iud. l. is cui. §. qui in possessione. ff. vt in possess. lega.

Quid sit, non pati rē à se vendicari.

Secundò, cùm ab eo res peteretur, negauit se eam possidere, vt euitaret rei vēdicationē, & ideò trāslata fuit possessio rei, & demum sublata à possessore res, cùm præcepto restitutionis non obtemperasset. l. fin. ff. de rei vendica.

Tertiò si eam alienauit, vel dolo desiit possidere. l. vnica. C. de alien. iudi. §. omnium. de actio. in Instit. declarat Paul. in l. ij. in fin. ff. si ex noxal. causa agat. ibi, *Si seruus præsens sit, sed dominus abest, nec quisque seruum defendit, ducendus erit iussu Prætoris.*

Quarto, non est passus rem à se vendicari, qui statim facta condemnatione ad restituendam rem

ad Præ

ad præceptum iudicis vltimum, eam non restituit, ob id manu militari ab eo aufertur. l. qui restituere. ff. de rei vendi. Vnde, si lata sententia fiat præceptum condemnato, vt equum restituat, si non audiat præcepto, vendicari rem à se non patitur: ideò iudex auferet illum equum ab eo manu militari, & tradet victori, is victus cùm non possit resistere iudici, patitur rem, fortè equum duci, vel aliam rem mobilem ferri, certè pars nō fecit id, quod est extremum in iurisdictione, quia non paruit præcepto iudicis extremo, ob id oportuit habere familiam: sic extremum attenditur. l. Papi. §. meminisse. ff. de inof. testa.

Extremū in iurisdictione est iudicis præceptum extremum.

Et sic iste condemnatur, sicut quis ad inferos ex extremo fine, & affectu peccādi. c. voluissent. de pœnit. distinctione j.

De eadem re.

Itaque quando iudex habet quid facere, & vltrà procedere, non habet locum istud edictum, vt putà, citatus ad videndum iurare testes, non comparet, vel ad videndum facere ostēsionem, quam vehutam dicunt, tunc iudex testes, non obstante absentia partis, recipiet, vt Bald. Alexand. & Ias. hîc docent. Et est verum in praxi, nam iste text. docet illum non obtemperasse, quando extremum non fecit, quod est in iurisdictione, & quando iudex nihil habet vltrà, sed in hoc casu iudex habet quod faciat: ideò illud non erit extremum in iurisdictione, & hoc docet Boër. in consuetud. Biturigum. tit. de iurisd. om. iudic. artic. 20.

Dubitant Doctor. quæ sint sequentia: suprà recitaui Zasi. intelligentem sequentia, id est, rem auferri, sed hic text. dicit, sequentia, post rem ablatam. Ideò puto intelligendum text. si quis sequentia recusauit, id est, ea quæ sententiam sequuntur, quoad huius text. exemplum, licèt aliter pro materia intelligi possit, nam in rei vendicatione fit, restitutionis rei condemnatio, cum fructibus. l. rei. l. & ex diuerso. l. si nauis. cum aliis. ff. de rei vendic.

De extremo in iurisdictione.

Itaque cùm res ablata fuerit à condemnato, nil superest, nisi vt fructus, & expensæ restituantur: ideò fiet ei præceptum ad restituendos fructus, quos si non restituat, facit quod extremum est in iurisdictione, quia iudex non habet quid vltrà facere, nisi fructus extarent in aliquo loco, quo casu iudex manu militari auferret, & traderet actori. At cùm illi fructus non appareant vbinam locorum sint, & ad præceptum iudicis sæpius factum iste recuset, sequentia sententiam recusant, ac fructus restitutionem: ideò non videtur obtēperasse, & ita puto intelligendum text. quicquid loquantur Doctor. Nam satis clementer eum eo Prætor agit, vt det ei restituendi facultatem, si vult pœnam euitare. Vlpia. in l. si cum exceptione. §. primo. ff. quod met. caus. Etiam requiritur, quòd dolo non obtemperet, vt Doctor. concludunt hic. & Barbat. consil 57. illud. vltim. quæst. vol. 3. Videte quæ scripsi in l. qui neque sequantur. ff. de verborum significat. Ista pulchre declarat labo. ff. de rei vend. l. qui restituere. Iussus iudici non paret, prætendens se non posse restituere (& sic non patitur à se vendicari) si quidem habet rē manu militari, officio iudicis ab eo possessio transfertur (& sic victus cùm non possit resistere, patitur rē ferri & duci) & fructuū, omnísque causæ nomine condemnatio fit. Ideò, sequentia, fructus, & omnem causam, reique vtilitatem vocat. facit l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. Scripsi in l. rei. ij. ff. de verborum significat.

Item ferri respicit res mobiles, quæ sine facto hominis non mouentur, vt vestes, & alia. Mouentia verò, quæ per se moueri possunt, vt equus. d. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. l. mouentium. vbi scripsi. ff. de verbor. signific.

Ex prædictis patet, quando mulcta imponi possit, videlicet quando quis non fecit id, quod est extremum in iurisdictione, quia iudex nil vltrà habet quid faciat, nisi vt condemnet nō parentem ad mulctam: magistratus enim iurisdictionem suam tueri potest mulctis, & aliis pœnis, de quibus in §. j. suprà eodem. & de hac mulcta hîc non tractabo, quia abunde scripsi de ea in l. aliud est fraus. §. fin. & in l. si qua pœna. ff. de verb. signific. Notandum est tamen interdum mulctam imponi posse, etiamsi iudex habeat vltrà quid faciat, vi legis, consuetudinis, aut styli. l. ij. si quis in ius voca. non ierit. vbi, si operæpretium fuerit, dicetur. Inde in consuetud. Bituri. tit. de iurisd. omnium iudicum. articulo 18. cautum est, citatum, si in prima citatione non compareat, esse mulctandum ad septem solidos: debet tamen iterum ad hoc citari, vt abundantiùs alibi scripsi in tractat. de contumac. in tertio tomo Commentar. in Constit. Reg. Gall. sed dicit Bar. hîc non esse opus in hac mulctæ impositione nouum facere processum, & posse ex causa remitti, atque ab ea appellari, quæ omnia in d. §. fi. explicata sunt.

Non refragatur, ꝙ omnis inobediētia facta iudici, 1
puniri debet. l. magistratibus. suprà de iuri. omn. iud. l. j. §. quid ergo. ff. de ventre inspi. Nam hoc verū est, sed non per hoc edictū, quo punitur tantùm is, qui non fecit, quod est extremū in iurisdictione, quia is non obtemperasse dicitur. Et sic hodie in forensi iudicio seruatur, & si quis non veniat ad iudicium citatus, puniendus erit. l. ij. ff. si quis in ius voca. non ier. quia vocati est parere, & non contemnere iudicis iurisdictionem. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. ex lege enim regni, is, qui in prima vocatione non comparuit, iterum est vocandus super vtilitate dicti defectus, seu contumaciæ, & ad procedendum super verificatione, & probatione petitionis actoris, & si reus non venerit, poterit actor suam petitionem literis, vel testibus summariè auditis probare, qua probatione facta, iudex condemnabit reum ad restitutionem rei petitæ, vel ad solutionem. Sic vidi seruari, & hoc habemus in Constitutionibus Reg. tit. de contumac. & defect. art. 5. & sequen. vbi alia dixi maximè nō seruari, l. absentē. ff. de pœn. nec alia iura dicentia, absentem, lite nō contestata, non posse con- 2
demnari: nam de stylo generali Franciæ, & ex lege regni, post geminatam contumaciam, & duos defectus, potest reus cōdemnari verificata priùs sua petitione, licèt olim non ante quatuor defectus, vt decidit Boër. in decisio. Burdegal. quæstio. 63. Minor. Et antequam iudex condemnet absentem, oportet declarare defectus debitè fuisse obtentos, & continuatos, & declarare reum contumacem, & ab omnibus exceptionibus declinatoriis, dilatoriis, & peremptoriis cecidisse, & exclusum fuisse, & posteà eum condemnabit. Ita Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. Docet Butrig. in cap. cùm dilecti. nota. 8. de elect. & cap. dilecti. col. 7. versic. vlt. aduerte. de dolo. refert Hyppol. in rub. ff. de falsi. nu. 25.

Usus forensis in desey in Francia.

Defectus quatuor olim requirebātur ad cōdemnandum reum.

Et hoc seruatur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt docet idem Boër. in d. quæstio. 63. Minor.

vbi

vbi concludit minorem esse restituendum, si condemnatus fuerit per contumaciam solutis tamen
3 expensis. Poterit & maior sic restitui, si iustum probet impedimentum, & quotidie vidi concedi literas restitutionis etiam post annum, quamuis Bar.& alij in l.si finita. §.Iulianus. contrarium dicant, videlicet post annum non dari.

4 Sed si semel condemnatus ad mulctam quis ex contumacia fuerit, & moriatur, eius hæres, nisi iustum impedimentum probauerit, mulctam adiudicatam soluere tenetur. vt docet Bart.in l.ex iudiciorum. ff.de accusat. refert Do.Boër.in quæstione 64. Sed quid si.

Casus duo huius textus. Et sic iste text.duos continet casus: videlicet, eum non obtemperasse, qui non fecit, quod extremum est in iurisdictione, & generaliter intelligitur, quando pertinaciter obedire noluit, vt si noluerit rem restituere, & iudici oportuit conuocare numerum apparitorum, vt rem ferrent & amouerent à condemnato. Secundus casus est, quando quis sequentia nō fecit, etiam nō obtemperasse dicitur. Sequentia voco, fructus, & omnem rei causam, ac vtilitatem, si illa omnia restituere non est passus, vt dictum fuit. Alia nunc missa faciam.

SVMMARIA.

1 *Delicta authores suos ligant.*
2 *Procurator in quibus Domino non noceat.*
3 *Dominus potest, nō obstante confessione sua, appellare.*

§. Si procurator tuus, vel tutor, vel curator ius dicenti non obtemperauerit, ipse punitur, non dominus vel pupillus.

Regula ex hoc text.colligitur inobedientiam, & factum Procuratoris, vel tutoris, non obligare pupillum, vel dominum. licèt Doctor. dicant istum textum intelligendum in contumacia in nō veniendo, de quo iste text.non loquitur, sed est alius casus in l.ij. ff. si quis in ius voca. Sed ratio huius text. est: *Decidendi ratio.* quia inobedientia delictum est. l.omne delictum.ff.
1 de re milit. & §. fin. infrà eodem. Et delicta suos authores tenere debent. l.sancimus. C.de pœn.& quilibet ex suo facto obligatur. l.j.ff.de action.& obligat. & sic ex suo facto obligabitur Procurator, non dominus.

Restrictiones ad text. Nisi tamen dominus hoc Procuratori mandauerit, vel ratum habuerit. l.iij.§.si Procurator.suprà tit. proxi.quia nullius momenti est quod fit cōtra mandatum. l.diligenter.ff.manda.

Si verò tutor, vel curator furiosi, vel adolescentis non obedierit, ipse coërcebitur, non furiosus, vel pupillus.d.§.si Procurator.idem in Aduocato. Vlpian. in l.j.§.propter casum.ff.de postuland.

2 Vnde consuluit Bald.quòd Procurator non facit incidere dominum in falsum, nec in pœnam: quia non videtur ad hoc habere mandatum. l.Diuus.ff.de fals. nec ad faciendum illicita. l.si Procurator. ff. de condict.indeb. Bald.in consilio 110.decreto.in 1.vol. nec nocet domino quoad periurium incurrendum, vt consuluit Oldra.consil.263.Dominus.col.vlt.nisi specialem habeat iurandi potestatem.

Procuratoris cōfessio. Et quamuis confessio Procuratoris noceat domino, etiam quæ fit per contumaciam. cap.fin.de confess.lib.6.glos.& Doctor.in c.j.in fin.vt lite non contesta. & in c.suborta.de re iudic.tamen non nocebit quominus appellare dominus possit, quod nō posset de iure, si ipse dominus confessus esset. Panormit.& alij in d.cap.j. Philip.Franc.in cap.cum speciali.in fi. de appellat. Aufret.in decisio.Tholos.quæst.101. sequitur. Hyppolit.Mars.singul.290.Cōfessio Procuratoris,&c. Decius consilio 493. viso tenore. Hodie non seruatur in praxi, vt si dominus etiam confiteatur, quin possit appellare: nam in appellatione poterit dicere calore iracundiæ confessionem emissam, aut errore, & sic illam reuocare, vel poterit conqueri de breuiori tempore dato ad soluendum, vel aliàs iustam excusationem proponere. Multa de contumacia Procuratoris congerunt Doctor.hic, quæ scripsi in d.tractat.de contumac.in tertio tomo Comment. ad Constitut.Reg. ibi videre licet. & in cap.j.vt lite non contestat. 3 *Praxis de confessione domini.*

§. Non solùm autem reum, qui non obtemperauit, hoc edicto teneri Labeo ait, verùm etiam petitorem.

Planè docet iste text.non obtemperasse, respicere & reum & actorem, adeo quod si actor non obtemperauerit ius dicenti, hoc edicto tenebitur sicut reus. Vnde si reus absolutus cum expensis à petitione actoris fuerit, & ad præceptum iudicis eas reo expensas sarcire, & præstare recuset actor, monitus (vt decet) non obtemperasse dicitur, & extremum facere in iurisdictione, & sequentia recusare, vt superiùs in d.§ j.dictum fuit, quia in iudiciis debet esse æqualitas.regul.in iudiciis.de reg. iuris. lib.6. & non debet actori licere, quod reo licitum non existit. nec è contrario. l.non debet actori. ff.de regul.iuris. Bart.& alij in l.de die.qui satisd.cogant. Si ergo reus non obtemperans puniendus est, sic & actor: cùm ad hoc non sit priuilegiatus, & maior videtur inobedientia actoris, quàm rei.cap.j. de iudic. sicut de contumacia dicitur in cap. primo. de dolo & contumac.in 6.facit cap.primum.vbi etiam Doctor.de iudic.lib.6. & Rota decisio.2.tit. de dolo & contumac. *Aequalitas in iudiciis.*

SVMMARIA.

1 *Praxis ad legum intelligentiam necessaria.*
2 *Cadauer mortui suspendi vel castigari non debet.*
3 *Turpia lucra ab hæredibus quoque extorquentur.*
4 *Hæres non debet cum aliena iactura lucrari.*

§. Hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res est, concluditur, & cùm meram pœnam contineat, neque post annum, neque in hæredem datur.

Species facti ea esse potest. Suprà visum fuit hoc edicto & reum & actorem inobedientes teneri, sed ad quid teneantur? Respondet Iurisconsultus, nō ad id quod interest. sed quanti ea res est, id est, quanti erit inobedientia, seu contemptus, & pro qualitate illius. Etiam dubitatur, an non obediens post annum puniri possit? Respondet, post annum non extendi hoc edictum, & ideò posteà puniri non poterit non parens, neque hæres ex inobedientia prædecessoris tenetur: *Facti huius textus species.*

teneretur: quia pœnalia post annum non dantur. l. in honoratus ff. de action. & obligatio. & hoc edictum meram continet pœnam, ideò ad hæredes non extenditur.

Heres cur hoc edicto non teneatur.

Ratio est de hærede, quia pœna suos authores tenere debet. vt suprà dixi in §. primo. per l. sancimus. C. de pœn. & c. vnico. de Eccles. benef. nec vnus pro alio punitur, nequidem pater pro filio, vel è contrario. in tit. ne filius pro patre. C.

Interpretes Bart. & alij eum seq. dixerunt idē esse quanti ea res, & quanti interest, quod tamē est valde diuersum: nam quanti interest vtilitatem respicit: quanti vero res est, æstimationem veram rei l. hæc verba, quanti. ff. de verbor. significat. vbi abundè declaraui per regulam & limita. & hic veram inobedientiæ æstimationem continet, & sic intelligetur iste tex. quicquid hactenus dixerint Doct. qui multa scribunt, quæ ad rem non pertinent, ideo ea missa faciam.

1 Item hic §. magnum fecit negotium interpretibus ex ignorantia praxis, & vt intelligatur materia huius §. notandos puto casus sequentes. Primus est, ratione inobedientiæ, & contemptus iudicis punitur inobediens ad mulctam, vel ad aliam pœnam quæ iudici visa fuerit pro qualitate & modo delicti, & hoc probatur in hoc §.

Secundus casus est, quòd inobediens ratione inobedientiæ non punitur, quoad partem, nisi ciuiliter, videlicet ad rei, pecuniæue restitutionem, de quo hîc nihil dicitur. sed in tit. de rei vendic. & aliis legibus. Et ideò superflua est Doctor. controuersia. an hoc edicto pars agat. Certè non ad pœnam, quia non respicit hoc edictum, nisi inobediētiam iudicis. Ideò dicitur, si quis ius dicenti non obtemperauerit, & sic non habetur ratio ad partem, sed quia pars rem, in iudicio, expensas, vel fructus prosequitur, ad ea iudex condemnat, quia si pars non soluerit, mulctabitur ratione inobedientię, & nunquam liberatur a restitutione rei, non parens iudicis præcepto.

Pars hoc edicto ad pœnā nō agit.

Tertius casus est, quòd iudicium hoc inobedientiæ est merè pœnale per illum textum, quæ pœna ratione contemptus imponitur, quando iudici non paretur.

Quartus casus, post annum non punitur hoc edicto inobediens. facit lex j. ff. de calumnia. & lex j. de vi & vi ar. Videtur enim quis pœnam remittere qui intra tempus non egit. sic in l. penult. infrà de in ius vocand. & actiones pœnales anno regulariter concluduntur, in titul. de perpetuis & tempor. actio. in Instit. sed pars ad rei restitutionem etiam posteà agere poterit, quia pœna solùm tempore excluditur.

Pœnales actiones anno concluduntur.

Quintus casus, hæres ex inobedientia prædecessoris non debet puniri, ciuilis est constitutio, pœnalibus actionibus hæredes nō teneri, cæteros quidem nec successores. Vlpian. in l. j. ff. de priua. deli. Est certissima iuris regula, ex maleficiis pœnales actiones in hæredem rei non competere. §. non omnes de perpet. & tempor. actio. in Instit. quia per mortem delictum à pœna extinguitur. l. defuncto. ff. de publ. iudic. 2 Vnde non potest cadauer mortui ad furcas suspendi vel aliàs castigari, vt Doct. firmant in l. ij. C. qui testa. fac. poss. & Hyppolit. in l. fin. ff. de quæst.

Actiones pœnales quando ad heredes transeant.

Hæc regula limitatur quando lis esset contestata cum defuncto, tunc omnes actiones, pœnales etiam, ad hæredes transeunt. l. omnes pœnales. ff. de obliga. actio. §. pœnales. de perpet. action. in Instit.

Idem dicunt Doct. quando pœna imponitur ipso iure, nam etiam ante litem contestatam transit ad hæredem. per gloss. in l. j. §. quod autem. in fin. suprà. titul. proximo. vbi Doct. illum valde sing. dicunt. & Bald. in rubr. C. de priuileg. fisc. num. 12.

Secundò tenetur hæres de eo quod ex delicto defuncti ad eum peruenit. 3 Nam est cōstitutum, turpia lucra ab hęredibus quoque extorqueri, & auferri. l. in hæredem. ff. de calum. quia sicut non tenetur hæres ex delicto defuncti, ita non debet ex eius delicto lucrari. l. j. in fin. ff. de vi & vi arma. l. ij. vi bono. rapt.

Etiam de iure Canonico tenetur hęres, & propinqui, ad quos bona defuncti peruenerunt, vt pro eodem satisfaciant. c. fi. de sepul. gloss. in c. ex literis. de raptor. Decius in regul. pupillum. §. j. ff. de regul. iur. vbi Dec. vult facere differentiam inter ius ciuile & Canonicum, sed in idem vtrumque ius reincidit, videlicet hæredem teneri satisfacere pro defuncto ex bonis quæ ad eum peruenerunt, ex eodem delicto, secundum ius ciuile: de iure verò canonico quomodocunque bona ad eum peruenerint, ipse satisfacere tenetur: & iuris canonici dispositio magnam sapit æquitatem, vt non lucretur hæres cum aliena iactura: 4 ideo si centum aureos surripuerit Titius, licèt eos exposuerit, tenetur de aliis bonis satisfacere hæres, quod est notandum: nam ius canonicū in vtroque foro seruari debet, cùm agatur de peccato. reg. peccatum. de reg. iur. in 6.

Heres quādo pro defuncto debeat satisfacere.

De in ius vocando. Tit. IIII.

SVMMARIA.

1 *In ius vocari omnes possunt qui excepti non sunt.*

2 *Personæ, quæ ad tempus in ius vocari non possint, quæ verò perpetuò.*

PRimò, à definitione inchoat hîc Iurisconsult. sic in l. j. ff. de iustitia & iur. & hoc edictum de in ius vocando prohibitorium est certorum, & permissoriū regulæ: 1 adeò vt omnes permittantur in ius vocari, nisi excepti fuerint. vt in l. ij. iij. & ferè vsque ad l. quamuis. vbi dicit pęnitenti veniam concedi. de quo per Doctor. in §. pœnales. de action. in Institut. & Modestin. in l. generaliter. infrà scribit. personas quibus reuerentia præstanda est, non posse, sine iussu Prætoris in ius vocari. Has cumulat Socin. in tract. de citatio. quæst. res. art. 20.

Hodie sine delectu omnes in ius vocari solent in Francia, petitur aliqua venia, sed eo ipso quòd iudex recipit agentem, veniam illi cōcedere censetur, & ita vidi in iudiciis seruari Franciæ.

Vsus Franciæ de vocatione in ius.

Maximè nomine alieno potest filius, vel alius prohibitus agere, videlicet libertus in ius vocare patrem, vel patronum, tutorio, vel procuratorio nomine. d. l. quamuis. infrà. eodem. Et multa alieno nomine facere possumus; quæ nostro nobis non licet, teste Alber. in 4. parte statut. quæst. 63. & Alexand. consilio vlt. in 5. vol. ac Ludouic. Roman. in repet. l. si verò. §. de viro. col. 34. fallen. 37. ff. solu. matrim. Ioan. Crot. in repetit. cap. 1. col. 7. de rescript. lib. 6.

2 Sunt tamen quædam personæ, quæ in ius vocari non

non poſſunt ad tempus, vt Pōtifex & alius ſacerdos, dum ſacra facit, ſed nec præcones tempore quo edicta publicant, nec magiſtratus tēporales, & alij ferè hic enumerati, nā ceſſante cauſa, ceſſabit effectus. l. quod dictum. ff. de pact. Alij verò ſunt qui perpetuò in ius vocari nō poſſunt, vtpote qui inde moueri nō poſſunt, vt condemnati ad perpetuos carceres, vel in metallum, & idem dicit gloſ. in monachis, vt non poſsint in ius vocari coram iudicibus ſecularibus, ſed coram ſuis iudicibus ſic. vt conſtat in c. cùm dilecta. de reſcript. & in iure Canonico frequentiùs.

SVMMARIA.

1 *Promiſsio facta in iudicio paratā habet executionem.*
2 *Promittēs apud grapharium quid exhibere, tenetur, quamuis iudici non cauerit.*
3 *Procuratorium apud acta factum valet, ac ſi coram iudice factum eſſet.*

LEX XVII. IDEM LIB. I. SENTENTIARVM.

EVm, pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Item qui apud acta exhibiturū ſe eſſe quem promiſit, & ſi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur.

ISta lex duos continet caſus. Primus eſt, quando quis promiſit apud officium, id eſt, apud iudicem vel magiſtratum aliquē exhibere, vel rem aliquam,
1 vt ipſe omnimodo teneatur: nam promiſsio in iudicio loco confeſsionis eſt, & executionem habet paratam. l. tale pactum. §. qui procurauit. ff. de pact.
2 Secūdus caſus eſt in eo, qui apud acta, id eſt, apud actuarium (quem grapharium, ſeu ſcribam vocamus) promiſerit aliquid exhibere, vt etiam teneatur, licèt officio non cauerit, id eſt, iudici, ſed hoc tantùm faciat apud actuarium, & grapharium, & vulgò dicimus, *au Greffe*.

Dubitandi ratio.

Dubium erat, nam ſi quis promiſerit apud acta, non videbatur idem eſſe, ac ſi coram iudice, cùm actuarius nullam habeat iuriſdictionem, ſed contrarium docet hîc Paulus Iuriſc. hos tamē caſus diſcernens, vt in primo caſu ob calorem iudicij, quando apud officiū, id eſt, iudicem aut magiſtratū cauit, vt præcisè exhibere teneatur, quem promiſerit, ſic & in ſecundo, quia iſta æquiparantur. l. ſiue apud. C. de tranſact. vbi plenè Doct. Et interdum officiū, Officiales exponit gloſ. in l. ſi fideiuſſori. §. ſi ſatiſdatum ſit apud officium. ff. qui ſatiſd. cogant. facit l. illicitas. §. ne tenuis. de offic. Præſid. ff. & aliis multis modis accipitur officium, vt per Doct. in rub. ff. de offi. eius. vbi ſcripſi. & interpr. ī rub. de offic. deleg. ac per Ioā. Franc. in tract. de offic. & poteſt. capituli ſede vacan.

Officij interpretatio.

Et ſic per iſtum text. vidi iudicari bonum procu-
3 ratorium, apud acta factum, ac ſi in iudicio & coram iudice factum eſſet. Et multa expedire actuarius & grapharius, quæ non requirunt cauſæ cognitionem, poteſt, & illa valebunt. vide Socin. conſi. 94. vol. 1. de quadam fideiuſsione præſtita apud officium.

Facta apud acta, quādo valeant.

Sciendum eſt hos duos caſus æquiparari, ſiue quis fecerit coram magiſtratu, ſiue apud acta ſine magiſtratu, quod eſt verū in his, quæ cauſæ cognitionem non requirūt, alioqui apud acta ſine magiſtratu fieri non poſſent. l. nec quicquam. §. vbi. ff. de offi. Procon. l. omnia. de reg. iuris. Et multa in Francia apud acta fiunt, id eſt, *au Greffe*, quæ valent, & leuant iudices magno onere, tamen quę requirunt cauſæ cognitionem, apud acta ſine officio expediri non debent, & in his duobus caſibus qui promiſit, præcise tenetur ad factum, licèt aliàs regulariter. contrà l. ſi quis. § fi. ff. de re iud. l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. obligation.

LEX XVIII. CAIVS LIB. I. AD L. DVODECIM TABVL.

PLerique putauerunt, nullum de domo ſua in ius vocari licere, quia domus tutiſsimum cuique refugium atque receptaculum ſit: eúmque qui inde in ius vocaret, vim inferre videri.

LEx iſta & tres ſequentes habent eandem materiam, quæ tam abūdè hîc tractata fuit à Socino, vt vix addere quis poſsit, & in tract. de cita. artic. 18. Ego multa ſcripſi de citatione, & quæ ſeruantur in hoc regno, in tract. de citat. in 3. tomo Comment. ad Conſtitut. Reg. Galli.

Apparitores regni Frāciaquomodo citēt.

Hodie Apparitores regni, maximè Pariſiis, vbiq; ingrediuntur, ſi inueniāt ianuam apertam: ideò non ſeruant has leges, quando non habent reſiſtentes, ſed verbo citant: pro debito tamē non eſſet licitum prehendere in domo ad corpus obligatum, per l. nemo ex domo. ff. de regul. iuris. niſi ad hoc eſſet expreſsè obligatus, huic priuilegio renuntiando, vel aliter viſum iudici fuiſſet, & cauſa cognita ſtatutū, vt Doct. probant in d. l. nemo.

SVMMARIA.

1 *Pars non auditur in criminibus vindictam publicam concernentibus.*
2 *Debitor propter debitum priuatum, in corpore non puniendus.*
3 *Per indirectum non eſt concedendum, quod directò denegatur.*

LEX XXV. MODESTINVS LIB. I. DE POENIS.

SI ſine venia edicti impetrata, libertus patronum in ius vocauerit, ex querela patroni, vel quinquaginta aureorum pœnā dat, vel à Præfecto vrbi quaſi inofficioſus caſtigatur, ſi inopiâ dignoſcitur laborare.

Parte non cōquerēte, nemo condemnādus ad intereſſe.

EX l. fi. Ex querela patroni. colligitur quòd de criminibus tangentibus intereſſe partis, non punitur quis, niſi coquerēte parte, & inſtante. Et ideò dicit iſte text. ex querela patroni. & iſta regula eſt valde vſitata in Curiis, vt ſemper reſpiciant, ſi pars conqueratur, vel petat.

Si verò crimina reſpiciant vindictam publicam, 1
tunc pars non auditur in hoc regno, ſed Procurator

Regius seu Fiscalis, & ita seruatur, vt plenè dixi, in interpretatione l. Diuus. ff. de Senatusc. Syllanian.

Vnde l. fin. dicens, Qui non habet in ære, luat in corpore, intelligitur in debitore ex delicto, vel quasi, seu ex mulctæ impositione, sed si sit debitum priuatum, non punietur sic debitor. Ita seruatur de consuetudine regni, & hoc est conueniens legi antiquæ

2 Papyriæ, qua statutum fuit, ne quis, nisi noxam meruisset, donec pœnam lueret, in compedibus, aut in neruo teneretur, pecuniæ debitæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset, licèt lege 12. Tabular. aliter cautum esset, vt docet Liuius, quem etiam refert Ioan. Zazius in catal. legis antiquæ, in lege Papyria de noxis.

Intellige tamen in vili: nam si vir, non leuis conditionis, fuerit ad mulctam condemnatus, quam non valeat soluere, non punietur in corpore. Nam si iudex pro principali delicto nō condemnauit eū ad pœnam corporalem, multò minus debet eundem-

3 nari pro hac mulcta. Ne per indirectum concedatur, quod directò denegatur, vide Ludouic. Roma. sing 24. Quod non valens.

Qui nō habet in ære, luat in corpore, de quo intelligatur.

Lex regni Franciæ.

Restrictio ad regulā præcedentem.

Si quis in ius vocatus non ierit, siue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit. Tit. v.

SVMMARIA.

1. *Iurisdictiones in Francia sunt patrimoniales.*
2. *Renuntiationes priuilegij fori, in Francia sunt parui momenti.*
3. *Citatus, à citatione appellans, non recipiendus.*
4. *Restringitur.*
5. *Mulcta pro non comparando in iudicio, quando remitti possit.*

Lex i. Vlpianvs lib. i. ad Edictvm.

Si quis in ius vocatus fideiussorē dederit, in iudicio sistēdi causa, nō suppositum iurisdictioni illius, ad quem vocatus est, pro non dato fideiussor habetur, nisi suo priuilegio specialiter renuntiauerit.

Ex l. j. habetur quòd si in ius vocatus dederit fideiussorem in iudicio sistendi, non existentem in iurisdictione illius iudicis cui datur, pro non data habetur, nisi fideiussor renuntiauerit priuilegio suo. idem dicitur in l. penult. C. de pact.

Hodie vix etiam si renuntiaret, quia hoc tenderet in præiudicium magistratus, cui subditus est iste fideiussor. Et quia iurisdictiones sunt in Francia pa-

1 trimoniales, nec posset hic iudex aliquid statuere in istum fideiussorem post renuntiationem priuilegij, nisi ad literas sui iudicis, sicut in alio qui non renuntiauit, de quo dixi in l. finali. suprà de iurisdictione omnium iudicum. & in titul. de caus. in Concorda.

2 scripsi, vbi dixi in Francia has renuntiationes parui esse momenti quoad hoc.

Fideiussor debet esse sub iurisdictione mandati.

Ampliatio eiusdem.

Ex l. ij. regula datur, in ius vocatum teneri comparere coram iudice, qui eum vocauit, vt sciatur an iurisdictionis eius sit, quia Prætoris est æstimare, an sua sit iurisdictio, vocati autem est non contemnere authoritatem Prætoris, sed vt in ius vocati veniant, priuilegia sua allegaturi. Vlpia. in l. si quis ex aliena. ff. de iudic. vbi Alexand. in addit. ad Bartol. ait, non allegans priuilegia, illa amittere, ibi fusiùs dicetur

Etiam clericus vocatus coram iudice seculari debet comparere, & allegare priuilegium suum, vt censuit Senatus, teste Aufr. in stylo Parlam. Tholosan. in aresto 167. item not. quod clericus, licèt super hoc variæ reperiantur sententiæ, & facit glos. in cap. placita. 15. quæst. 4. vbi dicit teneri, quando est dubium. idem dicit Accurs. hic. & glossa in cap. conuenior. 23. quæst. 8. & arestum, dicit aliàs valere processum, quia comparēdo allegabit priuilegium, & remittetur ad suum iudicem cum expensis: ideò debet comparere & allegare priuilegium, quapropter citatum appellantem à citatione, eò quòd comparere poterat, & allegare suum priuilegium, non esse recipiendum, idem Senatus iudicauit, nisi esset 3 notorium illum citatum esse exemptum, aresto 107. ibidem. Et notorium est, quando citatur, vt extra 4 regnum, vel ressortum, aut territorium comparet, & tunc esset necesse exprimere causam in citatione, ob quam ille conuentus teneretur venire, vt scripsi in tit. de caus. in Concordat.

Ex hoc text. habetur, quòd si in ius vocatus non comparuerit, ad mulctā damnatur pro iurisdictione iudicis, id est, secundū ius suæ potestatis, l. vnica. suprà. si quis ius dicenti non obtemper. nam mulctam paruam imponit iudex minor, iudex autem maior imponere maiorem poterit. iuxta l. eos. C. de modo mulctar. quæ tamen in hoc regno non seruatur, sed hæc mulcta solet esse taxata per Constitutiones Regias, vel ex cōsuetudine, vel ex Curiarum stylo, illa est imponenda, vt docet Boër. in §. 18. & sequen. de iurisdict. omnium iudic. in consuetud. Bitur. alioqui est arbitraria.

Istam tamen mulctam remittit iudex, quando non 5 interest actoris, fortè quia non comparuit, vel quia dies feriata erat. Hodie si dies assignatus sit feriatus, tenetur pars comparere die sequenti, ex communi stylo Curiarum Franciæ: ideò si pars non veniret die sequenti, etiam mulctari posset, vt dixi in tract. meo de citat. in 3. tom. Comm. ad Constit. Reg. Gal.

Et dum text hic dicit, remittit Prætor pœnam, accipitur pro mulcta, & vult intelligere non esse imponendam mulctam, quando partis nil interest, vtpote quia non venit is ipse actor.

Hodie ex prima contumacia in nō veniendo non solet condemnari pars ad mulctam, sed iterum citatur ad vidēdum declarari mulctam, quo die si compareat, & iustam causam dicat, nō indicetur mulcta. Hoc docet Boer. in repent. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. scripsi in l. aliud est fraus. §. j. ff. de verbor. signific. & ibi abundè tractaui.

Ex l. fin. habetur, quòd si quis promittat sistere aliquem & pœnā certam, si nō sistat, illa pœna per certi cōditionem petetur quæ datur pro omni certo petendo. l. certi cōditio. ff. si cer. per. si verò pœna certa non sit promissa, agitur cōditione incerti ad id quod interest, quæ conditio incerti datur, quando incertū petitur. l. sed & si. §. fi. ff. de condict. inde. & l. qui sine. de

Clericus coram iudice laico vocatus.

Mulcta nō cōparentis in regno Franciæ taxata.

Vsus regni Franciæ.

Mulcta nō imponēda, quando partis nil interest.

Conditio certi competit pro omni certo petendo.

de condic. sine cau. Alia scripsi de hac condictione, & de certo ac incerto in l. alienationis. & l. subsignatum. §. incertus. ff. de verbor. signific.

Qui satisdare cogãtur, vel iuratò promittant, vel suæ professioni committantur. TIT. VIII.

SAtisdationis materiam tractaui in l. satisdationis. ff. de verborum significat. quæ huc transferri potest, si ea quis indigeat.

Satisdatio iudicio sisti hodie tantùm in criminalibus datur.

Olim in ius vocatus satisdare iudicatum solui cogebatur, tam in actione in rem, quàm in personam. §. j. de satisda. in Instit. sed hoc abolitum fuit, & satisdatio de iudicio sisti, vt quis in iudicio se repræsentet dari solita est. §. j. & §. sed hodie. de satisda. in Instit. Hodie verò hęc satisdatio iudicio sisti, non datur nisi in criminalibus, vt inferiùs dicetur.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor locuples quomodo approbari debeat, si dubitetur de eo.*

2 *Fideiussor ex consanguineis non locuples, recipiẽdus.*

3 *Apparitores Curiarum supremarum, si rei illis commissi fugiant, possunt moram purgare.*

LEX II. VLPIANVS LIB. V. AD EDICTVM.

FIdeiussor iudicio sistendi causa, locuples iubetur dari, non tantùm in facultatibus, sed etiam ex conueniendi facilitate.

1 FIdeiussor locuples dari debet, non tantùm ex facultatibus, vt plures habeat facultates, & bona, de quo si dubitetur, debet approbari per certificatores. l. cùm tabernam. ff. de pign. abũdè scripsi in art. j. tract. de senten. execut. in j. tom. Commen. in Const. Reg. in glos. 16. circa fin. qui si post approbationem recusetur, iniuriarum agi contra recusantem potest, quia sanè nõ sine qualibet iniuria est, duci eum in ius, qui satis idoneum fideiussorẽ det. l. si verò. in fin. infrà.

Fideiussor post approbationẽ recusari non potest.

Hodie non solet ex hoc agi iniuriarum, sed iudex pronũtiabit fideiussores esse recipiẽdos, vel nõ: à qua sententia poterit pars appellare, si se grauatam senserit, alioqui fideiussores recipere tenetur. l. arbitro. & l. sequent. infrà eodem.

Facilitas cõueniendi in quo consistat.

Fideiussor etiam idoneus dari debet, ex conueniendi facilitate. d. l. ij. quæ facilitas cõsistit, si dicatur fideiussorem habere fori præscriptionem, & timeat petitor ne iure fori vtatur, vnde recusari potest. l. si fideiussor. infrà. & debet renuntiare priuilegio fori, si detur. l. j. suprà. si quis in ius vocat. non ierit.

Facilitas etiam ratione loci consideratur, vt glos. hic dicit: Si dandus fideiussor sit in loco munitissimo, in quo executio fieri non posset, vel non facilè, vt in castro limitaneo, Bar.

Etiam ratione potentiæ, quia potentioribus pares esse non possumus. l. ij. ff. de aliena. iudic. vel, vt dicit Bart. si esset notarius valde cauillosus, vel valde rixosus, vel Procurator, seu Aduocatus, aut alius astutus Curialis, qui omnia mala norunt, vt dicit glos. in l. ab Anastasio. C. manda.

Nam faciliè litigantes malitiis (vt plurimum) sunt dediti. clem. vnica. de sequestra. posses. Bar b. in clem. j. col. ij. de re iud. & plerunque idonei non tam patrimonio, quàm fide quoque æstimantur. Pomp. in l. si quis stipulatus sit Snchum. in fin. de verb. oblig. ff.

Idonei fideiussores quomodo æstimandi.

2 Debet etiam recipi fideiussor non locuples, si sit ex necessariis personis, id est, consanguineis, l. j. ff. in ius voca. vt eant, vel satis cautum dent. & in hac l. ij. §. Prætor. Ratio est, quia licèt nõ sit diues, est præsumptio ꝙ suum consanguineum sistet, quia nemo vnquam carnem suam odio habuit, c. nõ existimemus. 12. q. 2. l. iij. de liber. cau. l. ij. de recepta. & qualiscunq; scriptura in libertate data in conspectu populi prodest. in l. j. C. de his qui in Eccle. ma. & qualiscunque sufficit. Consanguineus ergo recusari non debet, per istum text. & hoc firmat Bald. in l. filiusfamilias. in fi. suprà. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Si tamen quis agere non posit contra aliquem, & isti fideiussor datus sit, frustra erit datio: nã postquam is agere non potest, ideò ego non debeo me sistere, & sic fideiussor non tenetur. Et quamuis glo. hic plures intellectus fundat, tamen iste text. est intelligendus in his, qui agere non potuerunt, vnde in praxi vidi interdum allegari istum text. pro eo, qui dederat fideiussorem de sistendo homicidam alicui, se dicente consanguineum, & sic agere poterat, verùm quia repertus fuit non consanguineus, sed extraneus, cuius non interest: ideò pro non data habita est fideiussoris datio, quod est notandum. vide text. in l. iij. §. fin. si quis cautio.

Vsus hodiernus de fideiussoribus iudicio sistendi causa datis.

Hodie isti fideiussores de iudicio sisti tantũ dantur in criminalibus, & obligatur fideiussor præsentare reum quoties fuerit requisitus, & solet hoc in iudicio fieri, & promitti certa pœna & in carcerem detrudi iste fideiussor, ob istam promissionem, si non pareat: sed vidi dubitari, an fideiussor, qui promiserat sistere totiens quotiẽs fuerit requisitus, liberetur, si semel præstauerit aliquem, & is accusatus fuerit in carcerem tunc detrusus, posteà aufugerit, quod non videbatur, quia obligatus est repræsentare totiens quotiẽs fuerit requisitus: & verba duo ad minimum notant. l. j. in verbo, ***totiens quotiens***, ff. si famil. furt. fecis. dica. l. si alienus. de stipul. seruo. Et hoc firmat Luc. de Pẽna in l. si quis decutio. j. col. 1. C. de decur. lib. 10. per l. si ita stipulatus à Seio. ff. de fideiussor. & l. nouissima. ff. iudi. solui.

Ego teneo contrarium, videlicet fideiussorem liberatum: nam quando iudex recipit fideiussorem, remittit reum custodiæ illius, aliàs in carcerem eum detruderet. l. si quis reũ. ff. de custo reor. c. si clericos. de senten. excom. in 6. Et si iudex reum in carcerem ponat post præsentationem fideiussoris, iam nõ vult illi committere custodiam, ergo fideiussor est liberatus, nam postquam alteri committit custodiam, alter tenetur, videlicet commentariensis, & sic non fideiussor. l. fi. ff. de custod. reor. l. ad commentariensem. illo tit. C. l. apud Labeonẽ. §. fi. ff. de præscript. verb. & sic fuit bis iudicatum in concil. Neapolit. vt refert Matth. de Afflic. in decis. Neap. q. 130. Habuimus. 12.

Etiam fideiussor de iudicio sisti, si semel præsentauerit reum iudici, liberatus est. l. duobus. §. si ei. vbi glos. & Doct. ff. de iureiur. Alex. & Ias. hîc. maximè quãdo iudex cum præsentatum retinuit, & licèt illa clausula, ***totiens quotiens***, respiciat duo ad minimum, l. si finita. §. fin. ff. de dam. infect. non tamen hic, quia

iudex suscipit custodiam,& illam committit custodi carceris: ergo est fideiussor liberatus. Nam ista clausula *totiens, &c.* intelligebatur, totiens quotiens relinquetur sub custodia, videlicet fideiussoris, quæ cessat quãdo est in carcere positus, alioqui delictum commentariensis noceret fideiussori, quod non est dicendum, quia ex delicto alterius quis non debet grauari.l.si quis in suo.C.de inoffic.testa.nec puniri, l.sancimus.C.de pœnis.

Culpa custodis non debet fideiussori nocere.

Nec facit d.l.si ita. quia loquitur in alio casu, & l. omnisima.allegata per Lucã.vt in voce demõstraui, nec enim debet culpa custodis nocere fideiussori,qui illũ bene custodiuisset, si apud eum relictus fuisset: & ita tenet in rub. ante moram fideiussoris ex alio delicto,vt fideiussor liberetur.Spec.in tit. de accusa. in j.parte. §.sequitur.versic.item quæritur. Ecce Titius,&c. Aliàs sequeretur quòd culpa & dolus vnius noceret alteri, & culpa commentariensis noceret fideiussori,quod non est dicendum.per l.sancimus.C. de pœn.& hoc est æquum: imò etiam dicunt liberatum fideiussorem,etiamsi ipse non præsentauit, sed iudex capere fecit istum reum pro illo delicto, secus si pro alia causa fuerit captus, vt docet Ioan. And.in additio.ad Spec.vbi suprà. nisi protestatus esset fideiussor iudici, quòd ipsum haberet pro præsentato, postquam est carceratus, & hoc sequitur Hyppol.in repetit.rubr.vt fideiusso. quæst.16.hoc etiam examinat. Nellus in tracta. bannito.in j.parte secundi tempo.quæst.15.

Restrictio ad præcedentia.

Limitarem, quando fideiussor,dum reus caperetur,& in carcerem detruderetur, promisit pro eo iudicatum solui,& eum repręsentare toties quotiens, quia eo casu non liberatus esset, si reus fugeret: nam hoc denotat sua promissio,vt sæpius præsentet,& ita intelligerem sententiam Lucę de Penna,in d.l.si quis decurio.

Item fideiussor qui promisit sistere reũ intra mensem.potest purgare moram, si reus fugerit,& illum exhibere intra sex menses. l.sancimus.C.de fideiuss.
3 Et hoc est vtile Apparitoribus Curiarum supremarum,quando rei illis commissi, fugiunt.

Est tamen differentia inter sistere, & præsentare, seu exhibere:nã promittens sistere,tenetur vsque ad sententiam,& facere quòd iste reus perseueret vsque ad sententiã in iudicio ex vi huius verbi:Sed si promiserit simpliciter reũ præsentare,liberatur si semel eum repręsentauerit,vel exhibuerit. argu.l.boues.§. hoc sermone.ff.de verb.signific. & hoc docet Alcia. in lib.1.Parergõn.ca.20.facit §. sed hoc hodie. de satisda.in Instit.alibi dicam.

§. In fideiussorem,&c.

HIc §. docet si fideiussor non sistat eum, quem sistere promisit,ad quid teneatur, & respondet teneri ad id,quanti ea res erit, de qua disceptabatur: nempe si lis erat de re centum aureorũ, & fideiussor promisit in hac causa sistere reum, si promissis non satisfaciat, ad centum condemnabitur aureos, cum expensis,nisi promiserit in fideiussione certam summam, & sic ad veram quantitatem tenetur, & non ad id quod interest.

Bartolus reprobatur.

Actionem dat Prætor.] Per istum text. patet doctrinam Bart. reprobatam, quam scripsit in l.j.ff. iud.sol.quòd executio fieri posit cõtra fideiussorem de iudicio sisti: nam hic non daretur actio in eum,si per viam executionis hoc fieri posset, nec probat l.sancimus.C.de fideiussor.quia dicit,*non statim,&c.*

Vsus praxeos, de nõ sistente iudicio eum, quem promisit.

Vnde non sistens eum,quem promisit, solet a iudice condemnari ad certam summam, quam promisit, vel ad aliam quanti res erit, & quatenus pars probauerit, quæ relinquitur arbitrio iudicis, & ita seruatur in praxi.

Executio quomodo in fideiussore iudicatum solui fieri debeat.

In fideiussorem vero iudicatum solui fieri executio potest ad id,in quo est iudicatus reus.per l.vlt.in fin.vbi glos.C.de vsur.rei iudic. Bart. in d.l.j.glos.& Doct.in c.vnico.de iniur.& damno dato.lib.6.Guid. Papę in decis.Delph.q.26.Fuit inter.Imò cõdemnato principali,& eo non discusso, potest fideiussor in carcerem detrudi, vt censuit Senatus in conuentibus iurid.apud Turonen. anno 1533. & hoc in praxi seruatur,nisi personæ mutatæ essent,tunc debet pars vocari,vt docet Guido Papæ in decis.Delphin.q.21. De iure.& d q.26.

Executio in fideiussore contractus.

In fideiussore cõtractus,requiritur quòd condemnetur,nec facta condemnatione principalis,fiet executio in fideiussorem. l.Græcè.§ & post litem.de fideiussor.l.à sententia.in princ.ff.de appel.

SVMMARIA.

1 *Debitor speciei per mortem eiusdem liberatur.*
2 *Mortuus non est exhibendus,vel sistendus.*
3 *Mora semel commissa,nõ purgatur per mortem rei.*
4 & 5 *Deportatio quando mortis nomine contineatur quando verò non.*
6 *Donatio inter virum & vxorem,per seruitutem donatoris,vel donatarij extinguitur.*

Lex IIII. Pavlvs lib. IIII. ad Edictvm.

SI decesserit, qui fideiussorẽ dedit, iudicio sistendi causa, non iubebit Prætor iubere exhiberi eũ. Quod si ignorans iusserit exhiberi, vel post decretum eius ante diem exhibitionis decesserit,denegãda erit actio.Si autẽ post diem exhibitionis decesserit, aut amiserit ciuitatem,vtiliter agi potest.

VT intellectus ad hanc l.Si decesserit, facilis habeatur,faciã casus sequentes.Primus est,Fideiussor promittens sistere Titium, liberatur morte Titij, per istum textum, quia res venit ad eum casum,in quo non potuit incipere: ideò non valet, per 1
regul. iur. & sicut debitor speciei per mortem liberatur. l.si ex legati causa.ff.de verbor.obligat.l.quod te.si cert.petat.

Secundus casus est, Iudex non debet cogere ad 2
exhibendum vel sistendum mortuum:& si hoc decreuerit, non valebit sententia quoad effectum.Probat iste text. ibi, deneganda erit actio.

Tertius casus est, si iudex præceperit exhiberi intra decem dies reum, & is moriatur ante illud tempus, non tenetur promissor, vel condemnatus eum exhibere. Dicit iste text. ibi, ante diem exhibitionis, quia defuncto reo extinguitur delictum. l. defuncto. ff. de public. iudic. sic & decretum de exhibendo.

Quartus

Quartus casus est, si mortuus reus fuerit post præceptionem & diem exhibitionis lapsum, tenetur vtiliter fideiussor, & potest condemnari quanti ea res est, 5 per hunc text. quia semel commissa erat mora, quæ non purgatur per mortem rei, cum fideiussor teneatur. Doctor. in l. & si post tres. infrà. si quis caution.

Fideiussor pro condemnato.

Quintus casus, fideiussor pro condemnato, qui soluere iudicatum promisit non liberatur mortuo reo. & hoc probat d. l. si verò. licèt eam intelligant Doct. in fideiussore de iudicio sisti, sed non conuenit text. & hoc probat Ias. in d. l. ij. §. fi. col. .2. & Alex. hic.

Sextus casus, promittens sistere aliũ, liberatur lata sententia: nam sufficit illum sistere vsq; ad sententiam. l. Græcè. §. post litem. ff. de fideiusso. quem ad hoc no. Mathesil. no. 178. incipiẽte, nota quòd fideiussor etiamsi promisit sistere, quotiẽs fuerit requisitus, nisi dixerit, *& quandocumque*: eo enim casu & post sententiã teneretur, vt verbum, *quandocumque*, aliquid operetur. l. quod si nolit. §. si mancipium. in fin. ff. de ædil. edict. Hoc docet Franc. Cremen. sing. [illegible]. Si quis promisit liberatur fideiussor, etiamsi à sententia appellatum fuerit. Bartol. in l. cùm apud. col. 2. ff. iudic. solui. Ias. in l. ij. §. fin. suprà eod.

Nota quando iste titulus habeat locum in forensi iudicio, nempe si quis promittat pro reo, cui nõdum factæ sunt testium repetitiones, nec compositiones, quas vocant confrontationes testium, tunc fideiussor promittet reum præsentare & sistere, quoties requisitus fuerit, &c.

Si verò detur fideiussor post confrontationes reo factas, tũc ille promittet stare iuri. c. ex parte. de verb. sig. & soluere iudicatũ. & sic loquitur tit. iud. solui. Sic cẽsuit Senatus seruandũ, anno 1537. die verò 11. Maij.

Mors duplex in iure.

In text. Decesserit, aut ciuitatem amiserit.] Ex hoc colligunt Doct. mortẽ naturalem & ciuilem æquiparari, & sic iuriũ interpretes omnes hactenus dixerunt duplicẽ esse mortem, videlicet naturalẽ, & ciuilem. Naturalẽ vocauerunt, vbi anima à corpore separatur. Ciuilem verò, à lege ciuili inductam, vt quæ fit deportatione, quia deportati iure ciuili pro mortuis habentur. l. j. in fin. ff. de bonorum possess. contra tabu. l. prima. §. sed & si patronus. de contring. cum emancipat. lib. aut aqua & igni interdictione. & in tit. de interdict. & relegat. vel quando quis est seruus pœnæ effectus, vel ad bestias damnatus. l. ad bestias. ff. de pœn. aut in metallum, aut ad aliud opus datus, fortè ad portum Massiliæ. l. aut damnum. l. aut facta. & l. in metallum. ff. de pœn.

Vnde inferunt iidem interpretes, quòd si quis ad mortem cõdemnatus sit, debet exilio tradi, non autem morti, quia mitior pœna imponi debet, l. interpretatione. ff. de pœn. & ista est mitior morte, ideò imponenda: hæc est communis sententia Doct. in l. transigere. C. de transact. vbi ea tractant.

Pœna capitalis cõprehendit exilium.

Hæc sententia non videtur vera, & fortè hallucinatum fuit hic in eo, quòd interpretes capitalem pœnam, & mortem indifferenter accipiunt, capitalis enim pœna exilium continet. per l. secundã. ff. de publ. iudi. tamen mors non cõprehendit exilium, nisi vt inferiùs dicam: ideò condemnatus ad mortem, non potest iure exilio tradi, sed morti. Et licèt mitior pœnæ interpretatio fieri debeat, tamen vna pœna pro alia nõ debet imponi, quæ imponeretur, si pro morte indiceretur exilium, quod non est mors, & diuersa sunt nomina, mors & exilium, ergo & diuersa. l. si idem. C. de codici. & vnum non veniet sub nomine alterius, vt inferius dicetur.

Mortis nomine an mors ciuilis veniat.

In hac doctrina, vtrum mortis nomine veniat mors ciuilis, & contra, tot distinctiones ac conclusiones à Doct. hactenus conscriptæ sunt, vt nihil fere in hac materia certi tradi possit, nec adhuc planum est, sed omnia contraria & confusa, & vt eam liquidam redderent, dixerunt mortem ciuilem contineri mortis nomine, quando habet effectum eundem. l. actione. §. publicatione. ff. pro socio. sed ista distinctio quàm plurimas patitur contrarietates, adeò quòd nil stabile tradi hactenus potuit, sed confusè.

Maximè, quia si mors sit, eundẽ effectum operari debet, quem altera mors, alioqui non est mors, & frustra dicta est mors: si nomen habeat, ergo effectum. l. à nullo. C. de feriis.

Præterea, mortem naturalem vocant, quãdo anima à corpore separatur, & tamen si quis gladio, vel alio modo occidatur, vt in l. j. exprimitur. §. occisorum ff. de Senatusc. Syllania. separatur anima à corpore, & tamen illa mors contra naturam infertur, & sic non est naturalis, vt docet Bald. in c. 1. quib. mod. feud. amitta. quia contra naturam est, hominem homini insidiari. l. ij. ff. de iustitia & iure. l. seruus. ff. de seruis expor.

Dicunt etiam Canonistæ cessionem esse mortem ciuilem, & mortis nomine venire. cap. susceptum. de rescript. in 6. vbi glos. dicit mortis nomine venire ciuilem in casibus à iure expressis. glos. in c. placuit. 2. 16. q. 1. Sed cur resignatio potiùs vocatur mors ciuilis, quàm donatio, vel alia alienatio? Quia resignatio alienatio est, Doct. in c. nulli. de reb. Eccles. non alien. & in tit. de renuntiat. scripsi in Praxi benef. in reg. de viginti diebus.

Authoris de morte sententia.

Itaque ego (saluo meliori peritorum iudicio) sic puto dicendũ, hactenus esse hallucinatos in eo, quòd nostri duplicem mortem tradiderunt: nempe mors est vltimus vitæ terminus, & finis, §. his omnibus. in authen. de hæredit. & fal. collat. j. & Aristoteles lib. 5. Meta. c. 16. & Plato dicit esse animæ & corporis dissolutionem: ideò deportatio, exilium, damnatio in metallum, & alia id genus, non possunt vocari mors, nec in iure deportatio, vel alia vocatur mors nec ciuilis, vel naturalis: vnde cùm non vocetur mors, non oportebit disputare, an mortis veniat nomine, saltem non inueni apud Iureconsultos quòd mors ciuilis vocetur.

Verumenimuerò (vt doctrinam nouam ex ipsis Iureconsult. hauriamus) interpretum omnia omissa; nos dicemus, quòd quædam est mors naturalis, de qua suprà. Quidã verò sunt casus ad similitudinem mortis inducti, vel morti similes à iure facti, l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. ergo non potest dici mors in illis casibus, cùm nullum simile sit idem. l. quod Nerua. ff. depos. Vel quidam sunt mortui, alij mortuorum loco habentur. l. j. in fi. ff. de bonor. possess. cont. tab.

Et quamuis homines dicantur interire maxima, aut media capitis diminutione, & morte, l. verùm. §. fi. ff. pro soci. tamen maxima vel media capitis diminutio non dicitur mors, licèt ibi dicatur interitus, id est, loco mortis. Quod declarat Cicer. lib. 1. Tuscul. quæstio sic dicens: Est enim interitus, quasi discessus, & secretio, ac direptio earum partium, quæ ante interitum cõiunctione aliqua tenebãtur. Et illa dictio

quisi, denotat ibi similitudinem, & ibi dicitur homines capitis diminutione perire & morte, sed non dicitur. Moriuntur capitis diminutione.

Regulam ergo constituerunt, quòd mortis appellatione veniet vitæ tantùm interitus, seu animæ & corporis dissolutio, per iura superiùs scripta.

Sed nunquid mortis nomine venient casus ad similitudinem mortis inducti? Et regulariter dicemus non contineri, nisi sit eadem ratio in illis casibus, vel quando sunt inducti ad eundem effectum, vel sic à iure est expressum.

Vnde licèt ius fingat viuum mortuum, hoc est, quoad aliquem casum specialem, in quo casu fictio locum habebit, & tantum operabitur, sicut si casus verus esset. l. si filiusfamilias. ff. si cert. pet. vt, lex fingit monachum mortuũ mundo, quia professus est, & in consequens Deo deditus & contemplationi: ideo non debet res prophanas tractare, alioqui potiùs institor quàm monachus dicendus est. c. si cupis. & c. placuit. 2. 16. q. 1. & c. t. & per totũ. ne cler. vel monac. & quoad ista, & secularia negotia, mortuus censetur.

Monachus quomodo mortuus mundo dicatur.

Item, licèt ius fingat aliquem mortuũ viuere, vt in bello mortuos, per gloriã viuere fingit. §. j. de excusa. tuto. in Insti. tamẽ mortui nomine non veniet viuus.

Sed cùm mẽtio in iure mortis fuerit, veniet mors quæcunque, siue violenta, vel gladio, vel fato, generaliter interueniens. l. qui duo. ff. de reb. dubi. Bald. in l. si tibi. C. de donat. ante nupt. & in l. res vxoris. de donat. inter vir. & vxor. Et quomodocũque veniat, fato Dei, & dispositione venire dicitur. per glos. sing. in §. j. de capit. diminut. in Instit. quam sequitur Ben. in c. Raynutius. in verbo, mortuo. j. nu. 17. de testam.

Mors quæcunque in iure mortis nomine venit.

Igitur vbi erit eadem ratio in deportatione, & aliis casibus inductis ad similitudinem mortis, habebit locum & dispositio loquens de morte. Ideo sicut patrono mortuo succedit filius eius liberto, vt de successio. liber. in Institut. ita & deportato patrono, quia loco mortui habetur, & est eadẽ ratio, sicut in morte. Et hoc etiam declarat Iurisc. in l. si necem. §. si deportatus patronus. ff. de bon. libert. & sicut morte patris liberantur filij patria potestate, ita & deportatione. l. si mater. C. de institut.

Et sicut societas morte soluitur, quia personę mortuæ non habemus commercium. §. finitur. de societ. in Instit. & l. actione. §. morte. ff. pro soc. ita & publicatione bonorum. §. publicatione. ibidem. Cùm bonorum societas contracta sit, bonis deficientibus finitur, & hoc non solùm fit publicatione bonorum, sed donatione, aut bonorum peremptione, quia societas non potest ex alienis fieri bonis: non enim communicare possum ea quæ non habeo. argu. l. si vniuersa. C. de legat.

Societas ex alienis non fit bonis.

Item si maritus vxori dotem reddere teneatur, quando illa vxor esse desierit morte, si ab hostibus capta, deportata, aut ancilla facta fuerit, in hac conuentione omnes hi casus continentur. l. si quis stipuletur. solut. matrim. & licèt in his casibus deportatio

4 veniat, non tamen mortis appellatione: sed quia à Iureconsultus hoc declaratum est, dictãte eadem ratione, & sic, vbi à iure hoc est expressum, æquiparabuntur, aliter non.

5 Nã si diuersa ratio in morte & deportatione fuerit, deportatio nõ continebitur mortis nomine, vnde Papin. scribit: *In insulam deportato reo promissũdis, stipulatio ista concepta, cùm morieris, dari non nisi commoriente committitur.* l. et ea parte. §. in insulam. ff. de verbo oblig. & rogatus restituere hæreditatem filiis suis, vel vni ex his cui voluisset, si deportatus fuerit, eligendi facultatem habet: quia deportatus voluntatem retinet, quæ mortuum non sequitur. §. deinceps. in auth. de nupt. colla. 4. l. cùm parer. §. hæreditatem. ij ff. de legat. ij l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebel. Etiam legatum alimentorum deportato factum valet, & non mortuo, quia est pro non scripto. l. si in metallum. ff. de his quæ pro non scrip. haben. l. vnica. in j. de caduc. tollen. & diuersa est ratio (vt patet) in his casibus.

Legatum alimentorum factum deportato.

Etiam lex comparat seruum penè mortuo, & seruitutem mortuo assimilari dicit Vlpian. in l. intercidit. in fi. ff. de condit. & demonst. Et quasi mortuam mulierem, seruam effectam, in l. sed si alia. ff. de bon. damnat. & seruitutem mortalitati ferè cõparamus. l. seruitutem. ff. de regul. iur. non tamen mortuos vel morti addictos dicunt illa iura.

Siue is seruus pœnæ effectus, sit ad bestias damnatus, l. ad bestias. ff. de pœn. siue ad metallum, vel ad opus metalli, aut alio modo seruus pęnæ fiat, per cõdemnationem. l. aut dãnum. & l. aut facta. ac l. in metallum. ff. de pœn. l. in metallum. C. de bon. damnat.

Vnde isti sunt intestabiles, sicut mortui. l. eius. ff. de testa. l. qui vltimo. de pœn. vbi Bart. & is electionem non habet, sicut mortuus. d. l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. ad Trebel. quod est verum in filiis, quos habuerit postquam est seruus pœnæ effectus.

Intestabiles sicut mortui.

Tamen si diuersa succedat ratio in hoc seruo pœnæ effecto, nõ veniet hic nomine mortui, vel mortis. Vnde donatio facta inter virum & vxorem, morte 6 confirmatur: tamen si donator, vel donatarius seruus priuati fiat, extinguitur donatio. l. cùm hic status. §. si donator. ff. de dona. inter vir. & vxor. sed ibi nõ erat pœnæ seruus effectus, sed priuati seruus, & in illo casu est diuersa ratio: quia vendẽdo se ad pretium participandũ, censetur tacitè donationẽ factã reuocare, & sicut personã vult trãsferre in aliũ, multò magis & bona, secus in seruo pœnæ effecto. arg. l. si adoptauero. ff. de precar. glo. & Doct. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. Ergo censetur donatio extincta, sicut si donator eam reuocasset.

Quamobrem Iurisc. hic vult, vt quemadmodũ si pro cõdemnato quis fideiussesit, vt teneatur eo mortuo soluere iudicatum, ita si ille condemnatus exilio fuerit datus, & amiserit ciuitatem, quia non potest conueniri principalis, ob id conuenitur fideiussor. l. fi. ff. si cert. pet. & eadem est ratio in hoc casu, quæ in morte. Et hæc de morte, & casibus morti similibus, quæ notanda existimarem: quia multæ Doct. chartæ per hoc aboletę censentur, & multa iura planè elucidata, & doctrina facilis tradita. Laus Deo.

Exilium & mors æquiparantur.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor datus non habetur, qui perperàm datus est.*
2 *Testis etiam non iuratus, falsum deponens, punitur.*
3 *Contrahens matrimonium, quamuis nullum sit, perdit beneficium.*

LEX VI. PAVLVS LIB. LV. AD EDICTVM.

Votiens vitiosè cautum vel satisdatum est, non videtur cautum, nec satisdatum.

Hæc

HÆc lex ad multa allegari solet, inprimis pro non dato fideiussor habetur, qui perperam datus est. l. prima suprà. si quis in ius voca. non ierit. l. j. § sciendum. ff. de magistra. conueni. Et paria sunt nō soluere, & dare nummos reprobos, quia neuter l. beratur. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignora act. l. quamuis §. si conuenerit. ad Velleia.

...nummos ... & nō ... paria sunt.

Quod est verum, si ignoranter, sed si sciens quis acceperit nummos improbos, vel satisdationem, seu aliam rem, postquam eâ fuit contentus, non poterit postea queri, sed sibi imputet, qui admisit talem. l. ij. in fi. ff. de fideiusso. l. inter. §. abesse manda. Alex. consi. 60. Consideratis. in 5. vol. quod est repetitum. consi. 34. in 7. vol. & Doctor. in l. si quis stipulatus sit Stichum. § fi. ff. de verb. oblig. & Felin. in c. tua nos. de iureiur. Deci. in l. quo tutela ff. de regul. iur.

...tio gabelle.

De contractu etiam nullo non debet solui gabella. vt docet Bald. in l. non dicitur. C. de leg. & in l. ij. de eunuch. plenè Bertachi. in tract. de gabel. in j. parte. 8. partis. q. 15. facit l. 4 §. condemnatū. ff. de re iudi.

Notandum est, quod licèt actus nō valeat, tamen punitur, qui actum fecit prohibitum. l. si quis legatum. ff. de fal. Vnde punitur testis, falsum deponens,
2 etiamsi non fuerit iuratus, vt ibi per Bart. & in l. ij. C. de Episc. audi. Ioan. de Plat. per illum tex. in l. prima. in 3. nota. C. de peti. bono. subla. lib. 10. ne sit melioris conditionis actum nullum faciēs, quàm qui bonum,
3 vt docet Angel. consil. 61. Quæritur. col. 2. Et contrahens matrimonium nullum, perdit beneficium, ac si validum esset. gloss. & Doct. in c. vnic. de cleri. coniuga. in 6. Roma. consil 483. Dubitatur. col. 1. num. 4. Alia hic possem adducere similia, sed his contentus nunc ero.

l. Si fideiussor, &c. §. Si necessaria, &c.

ISTum text. notant Doct. hic, qui licèt loquatur in fideiussore de iudicio sisti, tamen etiam habet locum in alio. Et per hunc text. consuluit Alex. consi. 57. Ponderatis. quæst. iij. in tertio vol. in vsufructuaria, vt possit petere cautionem recipi in alia ciuitate, si non possit dare fideiussorē in illo loco, vbi vsumfructum habet. Sic in eo qui fideiussorem dare tenetur in criminibus, docet Boër. in decis. Burdegal. q. 124. Testator. in fi. dicēs sic fuisse iudicatum in supremo Senatu Burdegalensi.

Cautio vsufructuaria.

Et per istum text. Bart. & alij dicunt quòd si aliquis promisit satisdare, intelligitur in eadem ciuitate. facit l. si cùm dies. §. si arbiter. ff. de arbi. Vnde Alex. & Ias. scribunt, quòd si pro euictione debeat quis emere prædia ad securitatem, vt illa in ciuitate, vel saltem in eadem prouincia emere debeat, per istum text. alioqui non esset securitas, quod est valde notandum in hac patria, vbi dimidia pars dotis in pecunia consistens debet locari in emptionem prædiorum, vel reditus pro securitate dotis, vt in hac prouincia emi bona debeant, non in alia: alioqui si Hispanus vel Anglus vellet emere in sua patria, parum esset prouisum vxori, & hoc sequitur Hyppoli. plura adducens in repetit. rub. ff. de fideiussor. q. 34.

Prædia pro securitate dotis in eadē prouincia emi debent.

De consensu tamē partium in alia prouincia hæc emptio fieri poterit, quia si partes sunt concordes, nil ad iudicem. l. j. §. inde. ff. de noui oper. nuntia.

De satisdatione necessaria loquitur l. de die. §. tutor. infrà eodem. & iste tamen qui petet alibi dare fideiussorem, debet de calumnia iurare. §. iubetur. ibidem. & si iusta causa fuerit, impetrare, aliàs non. §. fi. ibidem.

In §. Si satisdatum. Doct. maximè Ias. hic tractat materiam sequestri, quæ est valde vtilis, & frequens in iudiciis, verùm quia eā plenè docui in tract. de sequestris. in 3. tomo Commentar. in Consu. Reg. ideò hîc non repetam.

SVMMARIA.

1 *Minor in rem suam fideiubens, non potest petere restitutionem, & quare.*

2 *Clericus miles, & alij priuilegiati in rem suam fideiubere possunt.*

3 *Mulier promittendo iudicatum solui, in rem suam fideiussisse censetur.*

Lex viii. Pavlvs lib. xliii. ad Edictvm.

DE die ponenda in stipulationem, solet inter litigatores conuenire, si non conueniat Pædius putat, in potestate stipulatores esse, moderato spatio de hoc à iudice statuendo.

PRincipium huius l. est valde difficile interpretibus, & illud distorquent in varias sententias, ego verò puto sic breui intelligi posse, siue in reo, siue in fideiussore.

Casus. Reus quidam compellebatur à parte, vt promitteret se sistere, vel presentare in iudicio, quæsitū fuit à Iurisc. quo die debeat promittere. Respōdet, de die ponenda in stipulatione solet inter litigatores, & partes conuenire, quo die se reus sistat, vel quo die fideiussor eum sistat, & illi conuentioni standum erit. Sed dicet quis, non fuit conuentum inter partes, nec possunt partes conuenire. Nam reus vel fideiussor longum requirit tempus in stipulatione poni, stipulator seu petitor breuem diem requirit, ad quem spectet?

Species facti.

Respondet, In stipulatoris est potestate petere à iudice, vt diem statuat, qui moderato spatio partibus statuet, quo die, reus se præsentare, vel fideiussor illū sistere, seu exhibere teneatur, & ita cessabunt contraria. Nam ideò est in stipulatoris potestate petere, vt statuatur tempus à iudice, quia si in rei potestate esset, semper fugeret, & nūquam peteret à iudice tempus statui, & sic illusoria essent iudicia. l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verbo. obligat. Nec refragatur l. quicquid. ff. de verbo. oblig. quia ibi loquitur Iurisconsul. in restringenda obligatione quoad rem promissam, hîc verò agitur de die stipulationis interponendæ, quæ relinquitur voluntati stipulatoris, vt eam petat à iudice moderari, & sic in diuerso casu, & ita cessant alia, & omnia quæ hîc iactantur per Doctores.

Obiectionis solutio.

Et non esset peccatum, tenere in iudiciis non esse habendam acceptionem personarum, per regulam in iudiciis. de reg. iur. in 6. nec debet licere reo, quod actori non sit licitum, nec è contrario. per regul. non licet actori. de regu. iur.

Vnde superflua videtur Barto. & aliorum doctrina, quod in principio litis faueamus actori, in fine reo, & in medio æqualitas seruari debeat: nam nec vni, vel alteri fauere debet, nec quidem pupillo, vel

pauperis miſereberis in iudicio,vt teſtatur Salomô, & tex.in c.ex parte.de foro compet. Iura tamẽ interdum ex cauſa indulgent quicquam vni, quod non alteri. quia cauſa in vno adeſt, in altero non, vt in d[illegible]tionibus in criminalibus. in quibus plures reo, quàm actori dantur.l. fin.ff. de ferijs quia non eſt in poteſtate rei,quando ad iudicium veniet, ſed bene in actoris poteſtate,ideò paratus debet venire.l.inter.§. ſi Stichum.ff de verbo.oblig. Maiore igitur opus eſt dilatione reo improuiſo,quàm actori,qui præuidere potuit,antequam ageret,& idem in alijs dici poterit, ne plura.

Dilationes plures reo in criminalibus, quàm actori dantur.

In §.primo ſtatuitur mulierem non poſſe adhiberi ad ſatiſdationem de iudicio ſiſti, nec de ſoluendo iudicatum, cùm iuuetur Velleiano, propter ſexus fragilitatem, vt in toto titulo ad Velleian.tamen ſi ipſa ſatiſdederit in vtilitatem ſuam, vtpote pro Procuratore ſuo, valet ſatiſdatio per hunc text.ſingu.ad
1 hoc.& idem in minore. Nec hoc caſu poterit reſtitutionem petere,quia vſus eſt iure communi,ideo non videtur circumſcriptus.l.fin.C.de in integ. reſti.idem dicit Bolog. in ſecundis interpretation. in clerico,
2 milite,& alijs priuilegiatis. Nam cùm Procurator teneatur cauere de rato,quãdo de eius dubitatur mandato.l.prima.C.de Procura.etiam mulier, minor,& alij poterunt ſatiſdare, & promittere ſe ratum habituros quod ipſorum Procurator geſſerit.

Mulier in rẽ ſuã fideiubẽs nõ iuuatur Velleiano.

3 Etſi à marito petatur fundus dotalis,poterit mulier promittere iudicatum ſolui,& in rem ſuam fideiuſsiſſe cenſetur,& hic §.quidam non loquitur de ſatiſdatione de ſiſtendo, quia maritus poſsidendo rem dotalem liberatur à ſatiſdatione de ſiſtendo. l. ſciendum.§.ſi fundus.infrà eodem.dicam in l.Iulia. infrà.

SVMMARIA.

1 *Error accipienti fideiuſsionem vel cautionem, nocere non debet.*
2 *Fideiuſsio de nouo peti poteſt,quando non ſubſiſtit.*

§. Si ſeruus interueniat, qui antequam iudicium accipiatur, fideiuſſerit iudicatum ſolui, ſuccurrendum eſt actori, vt ex integro caueatur.

Dubitandi ratio.

DVbium videbatur in hoc text.poſtquam recepit quis ſeruum in fideiuſſorem,videbatur ſibi eſſe imputandum, vt aliud petere non poſſet.tamen tex.dicit ſuccurrẽdũ eſſe actori,vt ex integro caueatur,& ratio eſt,quia in ciuilibus ſeruus pro nullo habetur.l.quod attinet.ff. de regu. iur. Ideò hic ſeruus, qui fideiuſsit inutiliter, habetur ac ſi nullus datus eſ-
1 ſet.l.quotiens. ſuprà. eodem. & error non debet nocere accipienti,cùm non habeat conſenſum. l. ij. ff. de iudic.

Ratio decidendi.

2 Et ſic patet ex iſto text.quando fideiuſsio non tenet,peti poteſt de nouo,vt iterum caueatur,vt in §.ſi fideiuſſor.infra.

Nec refragatur in hoc tex. dum dicunt ſeruum ante iudicium acceptum,& ſic non valuit, quia ſicut cautio ratihabitionis poſt litem conteſtatam nõ poteſt peti,l. Pomponius §.ratihabitionis.ff. de Procur. ita nec ſatiſdatio de iudicio ſiſti, vel de iudicato ſoluendo. vt docet hîc Iaſ.per l. vnicam. C. de ſatiſdat.

Ego dicerem hunc text.intelligendum, [illegible] cet pars non poſsit petere quamuis hoc ſi d[illegible] ante litem côteſtatam ſatiſdationem iudicatum ſolui,tamen ſi data fuer[illegible],non ob hoc annulla[illegible], quod ante litem fuerit data,ſecus de perſona, quæ non poterat(vt ſeruus) ſati[ſd]are, ideo ſi mulier, vel minor ſatiſdederit,etiã ante iudicium, eis eſt ſuccurrendũ. Hoc probat iſte text.in verſiculo.minori quoque, quamuis Doct.hos text.in varias trahant ſententias. De his fideiuſſoribus, & cautionibus quãdo in praxi peti poſsint,& probari,ſcripſi in 1.tomo Commenta. ad Conſtit.Reg.titul.de ſententia executo.artic.1.

§.Hoc autem. fin. notandũ,quomodo quæ iuſtè petuntur,impetrantur, iniuſtè petita recuſantur, iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus. l. ij. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. in quo loco annotaui.

SVMMARIA.

1 *Ab arbitro appellari poteſt, dato cum adiectione pœna.*
2 *Et ab eo qui à iudice datus eſt,de conſenſu partium, ſi iniquum proferat arbitrium.*
3 *Prouocatio poteſt fieri à iudice dato circa compromiſſum,de conſenſu partium.*
4 *Et à iudice dato ad probandum fideiuſſores, ſi ab eodem fuerint probati vel reiecti.*
5 *Ab interlocutoria habente vim diffinitiua,non licet appellare.*

LEX IX. CAIVS LIB. V. AD EDICTVM PROVINCIALE.

ARbitro ad fideiuſſores probandos conſtituto, ſi in alterutram partem iniquũ arbitrium videatur, perinde ab eo, atque à iudicibus appellare licet.

DOctores hic multos præbẽt intellectus ad iſtũ text.quem arbitror ſic intelligendum in arbitro à partibus accepto,ſine adiectione pœnę,ad probandos fideiuſſores. Vnde ſi partes conſtituerint arbitrum,qui cognoſceret,an fideiuſſor de ſiſtẽdo, vel de iudicatum ſoluendo eſſet idoneus, & hic arbiter iniquum protulerit arbitrium, illum fortè (licèt locupletem)reprobando,an ab eo liceat appellare? Reſpondet Caius licere ab eo appellare, atque à iudicibus,quod tamen dubium erat, quia non licet appellare,niſi a perſona publica.l.ſcire.ff.de excuſa. tuto.l. ex conſenſu. §.primo. ff. de appella. Et priuatorum conſenſus non facit iudicem.l.priuatorum. C.de iuriſd. omn. iudi. Ergo non appellabitur ab iſto. Text. decidit contrarium,quia non eſt hic arbiter omnino perſona priuata, nempe iuris authoritate habet notionem, ergo iuris authoritate appellare ab eo licebit,cùm etiam actio & exceptio, ex hac arbitri ſententia,ſi non fuerit reclamatum, oriatur. l. penul. C. de arbi.& ſic ſoluta eſt ratio Iaſ. & aliorum: nam ex tranſactione etiam facta à partibus colludentibus,licet appellare.l.a ſententia. verſiculo idẽmque reſcripſit.ff.de appel. Ludo.Roma.cõſil.261.Super eo. Et ſi pœna adiecta nõ ſit,adhuc actio incerti datur.l.diem profetre.

Dubitandi ratio.

Ratio decidendi.

proferre. in fi. ff. de arbitr.

Obiectionum solutio. Nō refragatur lex prima. C. de arbi. quia ille text. loquitur in arbitro accepto, cum adiectione pœnæ, à quo non licet appellare, quia pœnæ exactio sufficit. l. ij. ff. de arbi. stari enim debet sententiæ arbitri, quam de se dixerit, siue æqua, siue iniqua sit, & sibi imputet, qui promisit. Vlpia. in l. diem proferre. §. stari. eodem titu. Hic autem tex. loquitur de arbitro sine adiectione pœnæ, à quo potest appellari, vt hîc, & l. fin. ff. à quibus appel. non licet. clem. 2. de appel. quia hæc arbitria redacta sunt instar iudiciorum. l. prima. ff. de arbi. & arbiter non cogitur sententiam dicere his diebus, quibus iudex nō cogitur. l. idē Pomponius. §. fi. de iudi. & ad arbitrium boni viri redigi illorum sententia potest. d. l. fi. & l. societatem. §. fin. pro socio. de quo abundè scripsi in tract. de arbit. in 3. tomo Commenta. ad Constit. Regias.

Et ad tollenda omnia dubia & contraria, faciem casus sequētes. Primus est, Ab arbitro dato cum adiectione pœnæ non potest appellari, rationem suprà adduxi, nec iudicati actio datur, cùm pœnæ exactio sufficiat. d. l. prima. & nihil superflui introducendum est, vt in prima constitutione. C. pater. nisi in hoc regno ratione Constitutionis Regiæ.

Secundus casus est, Ab arbitro dato à iudice, de consensu partium, iniquum proferēte arbitrium, appellari potest. vt hîc, & l fi. ff. à quibus appel. nō licet. *Iudex de consensu partium datus, non potest recusari.* Et quamuis de consensu partium datus iudex non possit recusari, tamen à sentētia eius appellari potest, quia non videtur consentire iudicis sententiæ, qui consentit vt ille cognoscat. Doctor. in l. Iulia. ff. de condict. indeb. c. cæterum. vbi Doc. de rescrip.

Idem dicerem, si acceptus esset à partibus sine iudice, cū hic text. nō distinguat, an à iudice datus fuerit, vel acceptus à partib^9 sine iudice, & quia in vtroque est eadem ratio, eò quod promittebant partes stare eorum sententiæ, licèt pœna non adiiceretur, actio incerti dabatur. l. diem proferre. § fi. ff. de arbi. Ergo ab vtroque appellari potest, vt hîc.

3 Tertius casus, A iudice dato circa cōpromissum, de consensu partium, potest prouocari. l. ex consensu. ff. de appel.

Et ille consensus circa iudicem, non facit vt pars consentiat sententiæ, quam iudex proferret, & ideo appellare poterit, vt dictum fuit.

Et quamuis gloss. intelligat illum tex. in partibus, quæ compromiserunt, nō recusantibus eum, qui daretur à Præside, etiamsi delegatus fuerit, aliàs cōtrà. l. prima. C. de arbi. l. fin. de iudic. tamen ego intelligerem illum tex. l. ex consensu, in quo dubitatur de compromisso, an valeret & teneret contra compromittentes: nam Præses, circa istum compromissum, dedit iudicem, qui de hoc cōpromisso cognouit, & bonū pronuntiauit: vnde quæsitum fuit, postquam de cōsensu partium datus erat, an possint partes, vel earum altera prouocare? & text. respondet posse, quia tantùm fuit habitus consensus ad iudicē, non ad qualem sententiam proferendam, quod non valeret. l. qualem. ff. de arbit.

4 Quartus casus, A iudice dato seu commissario ad probandum fideiussores, si ab eo probati fuerint, vel reprobati, appellari potest, nam à quocunque iudice delegato appellari potest. l. j. in fi. ff. qui & à quib. appel. & de hoc arbitro, ad fideiussores probandos, loquitur Vlpia. in l. ait Prætor. §. non solum. primo. ff. de minor. & iste text.

Nec erat in hoc text. arbiter iudex, alioqui tex. sibi ipsi esset contrarius, dum dicit, perinde ab eo atque à iudicibus appellari licet, ergo nō erat iudex: nam perinde fictionem notat. l. prima. ff. de recept. arbitr. gloss. & Barto. in l. vnica. C. qui pro sua iurisdictione.

Hodie cùm dubitatur de fideiussoribus dandis, committitur negotium alicui Consiliario, vbi sunt, vel alteri, vbi non sunt, & ille commissus probabit iudices, & ab illa approbatione poterit pars appellare, & sic in praxi seruatur: sed si sententia executoria sit, executioni dabitur non obstante hac appellatione, & sine illius præiudicio. vt scripsi in tract. de senten. executo. artic. primo. in primo tomo Comment. ad Constit. Reg. *Forensis usus in approbando iudices.*

5 Nec refragatur non posse appellari de iure ciuili ab interlocutoria, l. ij. ff. de appel. recipi. verum est, nisi haberet vim diffinitiuæ, vt gloss. fi. in authen. habita. in fi. C. ne fil. pro pat. asserit. allegatur l. Prætor. §. permittitur. ff. de minor. & gloss. hîc dicit specialè, quia deciditur vnus articulus, & hanc gloss. singularem dicit Bart. quòd à sententia interlocutoria decidente vnum articulum, & sic habente vim diffinitiuæ, etiam de iure ciuili appellatur, sed non placet dicta decisio in hoc, quòd à sententia arbitri appellare non liceat, quando est acceptus super tota causa, secus si super vno articulo: nam si liceat in minori, ergo & in maiori. authen. multò magis. C. de sacrosanct. Eccle. l. qui inferiore. ff. de Senator. c. de appellationibus. de appel. & text. est in l. item Pompoonius. scribit, si de meis, & l. quid tamen. & l. si cùm dies. §. j. ff. de arbit. *A sententia arbitri super tota causa accepti, licet appellare.*

Tamen ista glo. in fi. allegatur singul. à Lanfranc. in repeti. c. quoniam contra. in verbo, recusationes. col. 3. de proba. quòd à sententia arbitrorum, ex forma statuti, vel ordinationis datorum, poterit appellari. Idem docet in verbo, interlocutiones. col. 16. ibidem, & Socin. hanc gloss. singul. etiam ad hoc dicit in tract. fallen. regul. 24. *De eadem re.*

SVMMARIA.

1 *A sententia arbitri fit ad iudicem ordinarium appellatio.*
2 *Casus superueniens domino nocere non debet.*
3 *Fideiussor effectu non soluendo, vel mortuus, debet renouari.*
4 *Debitor de fuga suspectus in regno Franciæ non potest capi.*
Restringitur. ibidem.

Lex x. Pavlvs lib. lxxv. ad Edictvm.

Si ab arbitro probati sunt fideiussores, pro locupletibus habendi sunt: cùm potuerit querela apud competentem iudicē deferri. Qui ex causa improbat ab arbitro probatos, aliàs improbatos probat. Multóque magis, si sua voluntate accipit fideiussores, contentus iis esse debet. Quòd si medio tempore calamitas

lamitas fideiuſſoribus inſignis, vel magna inopia acciderit, cauſa cognita, ex integro ſatiſdandum erit.

Fideiuſſores ab arbitro probati.

IN hac lege dubium eſt, ſi fideiuſſores probati ſunt ab arbitro tanquam idonei, & locupletes, an eos poſsim recuſare? Reſpondet non poſſe, ſed pro locupletibus habendi ſunt: nam querela, id eſt, appellatio poterat deferri ad iudicem, vt in l. præceden. ſi ergo non appellauerim, imputetur mihi, quia huic ſenteotiæ arbitri ſtãdũ eſt, & ad quem hodie appelletur
1 à ſententia arbitri in Francia, dixi ad iudicem ordinarium, artic. primo. tract. de arbitr. in 3. tomo Commenta. ad Conſti. Reg. vbi declaraui ea quæ traduntur in l. ſi ſocietatem. §. arbitriorum. ff. pro ſocio.

Quid, ſi pars aduerſa obtulerit quatuor fideiuſſores, arbiter duos approbauit tanquam locupletes, & idoneos, alios duos improbauit, ego ab eo probatos, ex cauſa (fortè quia erant cauilloſi & malæ fidei) nolui accipere, ſed ab ipſo reprobatos (propter eorum bonam fidem) probaui, vel mea voluntate pro libito accepi: ſi non ſint idonei, an alios petere poſsim? Reſpondet text. non poſſe, ſed his contentus eſſe debeo, nempe quos apptobo, reprobare nõ poſſum. l. Pompooius. ff. de nego. geſt. licèt eſſet dubium, poſtquam reptobati etant ab arbitro, quòd illos pars oon poterat accipere, ſed hoc erat in vtilitatem partis, cui poteſt pars renunciare. l. penul. C. de pact.

Dicet quis, accepi fideiuſſores locupletes, qui poſtea deuenerũt ad inopiam caſu, & calamitate, quæſitum fuit ao alios petere poſsim? Reſpondet text.
2 poſſe, & ex integro ſatiſdandum, quia caſus superueniens non debet mihi nocere, ideò alij mihi de nouo dari debent. Iſta eſt vera & facilis ad tex. elucidatio. Accur. aſsignat rationem hanc, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interroga. actio. docet Roma in repetit. l. ſi verò. §. de viro. col. 46. fallen. 50. ff. ſolu. matrimo. vnde Vlpia. ait in l. iij. §. quamuis. de admi. tutor. ff. nonnunquam recedi, etiam à voluntate defuncti, ſi minùs perpenſo conſilio, tutorem aliquem dederit, vel eo tempote, quo fecit, tutor datus bonæ vitæ, vel frugi videbatur, deinde poſteà idem cœpit malè conuerſari, ignorante teſtatore, vel ſi contemplatione facultatum eius, ei res commiſſa eſt, quibus poſtea exutus eſt.

Et ſic per iſtum text. dixi in tract. de ſenten. executo. artic. primo. gloſſ. 16. num. 27. quãdo fideiuſſor
3 datus pro eo, qui obtinuit ſententiam poſſeſſotij, videlicet recredentiam, effectus non ſoluẽdo, vel mortuus fuerit, alius dandus erit, vt etiam docet Bart. in l. Prætoriæ. 2. ff. de Præto. ſtipul. conſuluit Aret. in conſi. 134. Clariſsime. & quãdo poſsit fideiuſſor exonetari, ſcripſi in d. tract. num. 29. & ſequen. quæ hic pro repetitis habeantur.

Fideiuſſor nõ idoneus ſciẽter acceptus.

Diuerſum eſt, quando accepi fideiuſſorem non idoneum ſcienter, tunc alium petere nõ poſſum, quia qui admiſit eum fideiuſſorem, idoneum eſſe comprobauit. l. qui ſatiſdare. ff. de fideiuſſo. & in dubio videri ſciuiſſe idoneum fuiſſe, veriſimile eſt. l. qui cũ alio. ff. de regul. iur. pulchre Alex. conſi. 60. Conſideratis. in 5. vol. & Barba. conſi. 70. Illud qu. vlt. in 3. vol. quod eſt valde vtile.

Oportet itaque ptobare, quòd paupertas de nouo aduenerit. l. creditores. §. plaoè. ff. de priuile. credi. Vnde inferunt Doctor. ſuſpectum debitorem de fuga poſſe prehendi, & io carcerem duci, requiſitis tamen ſex hîc per Iaſ. numeratis, & in §. primo. de actio. io Inſti. ſed hæc praxis non ſeruatur in regno, nec rarione ſuſpicionis fugæ capi poteſt debitor, niſi ad 4
corpus (vt dicunt) obligatus fuerit, ſed bona alicuius poſſunt arreſtari, vt ſæpius dixi in primo tomo Commenta. in Conſtitu. Regi. vnde hic amplius non proſequar.

SVMMARIA.

1 *Satiſdatio per quamlibet inſtantiæ mutationem expirat.*
2 *Actionis mutatio liberat fideiuſſores.*
3 *Fideiuſſores, ſi alibi iudicentur, quàm coram quo iudice promiſerunt iudicatum ſoluere, non tenentur.*
4 *Fideiuſſores mutata cauſa perſona, pro qua fideiuſſerunt, non obligantur.*

LEX XL. VLPIANVS LIB. LXXVIII. AD EDICTVM.

IVlianus ait: ſi antequam mandarem tibi vt fundum peteres, ſatis acceperis petiturus fundũ: & poſteà mandatu meo agere inſtitueris, fideiuſſores teneri.

Facti huius legis ſpecies.

SPecies facti eſt, quidam dicanicus, ſeu ptagmaticus confidens me ei daturum mandatum, ad petendum fundum meum, quem Titius poſsidebat, accepit fideiuſſores à Titio, de ſoluendo iudicatum ratiooe illius fundi, ego poſteà mandaui illi pragmatico, vt fundum peteret, qui ratione huius mandati incepit agere, & fuit condemnatus poſſeſſor, quæſitum eſt, an fideiuſſores teneãtur ſoluere iudicatum. Dubium erat nõ teneri eos, quòd promiſsio erat facta ei, antequam eſſet Procurator, ſed Iuriſcon. ait fideiuſſores teneri. Ratio eſt, quia promiſsio erat ratione fundi, ideò ſiue vnus, ſiue alter petat, fideiuſſores tenentur, non ratione confirmationis, quæ hîc nulla fuit, ſed ratione mãdati. Itaque iudicatum ſoluere promittens pro illo fundo, tenetur ſemper ratione illius fundi, igitur ſi iſte, cui ſatiſdatum ſit, Procurator fiat, fideiuſſores non minùs tenebũtur: nam etiamſi alter proſecutus fuiſſet cauſam, iidẽ fideiuſſores tenerẽtur ratione ſtipulationis interpoſitæ pro illo fundo quod ptobat iſte text. ibi, petiturus fundum ſatis acceperis. Diuerſum eſſet, ſi fideiuſſores promiſiſſent ſoluere iudicatum coram illo iudice, nam ſi corã alio cauſa deciſa fuerit, non tenerentur, l. iij. io princ. ff. iudi. ſol. & inferiùs diſtinguetur.

Nempe fideiuſſores ptomiſerunt ſoluere iudicatum, & litis æſtimatiooem, quæ fieret in proſequẽdo talem fundum meum, ſi poſtea dederim mãdatum, illi non liberantur fideiuſſores, qui iam ſunt obligati ad hoc, nec acquiritur mihi directò obligatio per hunc dicanicũ iuxta l. primã. C. per quas perſo. nobis acqui. ſed iuxta ſtipulationem eorum reoẽtur fideiuſſores, qui promiſerunt ſoluere litis æſtimatiooem factam pro illo fundo.

Nec

1 Nec refragatur quod Doctor. dicunt, quòd per quam [illegible] et mutationem instantiæ expirat satisda io. l. [illegible] & si ante. ff. iudi. sol. sed vt hæc materia rectè [illegible]gatur, & contraria concilientur, distinguendi sunt casus sequentes.

[illegible] pro-tates

Primus est, si fideiussores promiserunt soluere litis æstimationē & iudicatum, quod erit factum pro tali fundo, tenentur, siue Procurator, siue defensor prosecutus fuerit, & siue defensori promiserint, siue domino, & iste est propriè casus huius l. quicquid hactenus scripserint Doctor.

Secundus est, promittens soluere iudicatum ex processu factum in actione in rem, non tenetur, si in
2 personam processus fuerit motus, quia actionis mutatio liberat fideiussores. l. cùm quærebatur. ff. iudi. solui. alia est enim actio in rem, alia actio in personam: l. actionum genera. ff. de acti. & obligat. & qui promisit pro vna, non est obligatus pro altera, quia pro illa non promisit.

Tertius casus est, fideiussores promittentes soluere iudicatum factum coram iudice consignatore, nō
3 tenentur si alibi iudicetur, l. ij. ff. iudi. sol. *quia nō huiusmodi iudicis sententiæ fideiussores se subdiderunt*, [illegible] ibi tex. ergo non sunt obligati.

Fideiussor in vno iudicio promittēs soluere iudicatum.

Quartus casus, fideiussor promittens soluere iudicatum in vno iudicio, non tenetur soluere in causa appellationis, l. cùm apud ff. iudi. sol. adeò intelligitur promisisse in prima instantia tantùm, & nō in secunda. dicit text. in Procuratore, qui in causa appellationis non censetur constitutus, nisi tantùm vt appellet. l. si Procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. l. inuitus. C. de Procurator.

Quintus casus, promittens soluere iudicatum, ac litis expensas faciendas contra Titium, non tenetur si Sempronius litem moueat, quia de illo non sensit promissor, nec de eo pollicitus fuit, & alia est Titij persona, alia Sempronij. l. cùm quærebatur. ff. iudi. sol. vbi no.

Sextus casus est, & ad hoc istum text. singularem interpretes dicunt, & Barba. in reperit. c. Raynutius. col. 28. de testa. & Alex. consi. 146. in causa. nu. 9. in 5. vol ac Felin. in c. nonnulli §. fi. col. 4. de rescrip. quòd gesta sine mandato confirmantur per superueniens mandatum, super actu nondum finito, sed non probatur in hoc tex. & vix obseruaretur in forensi iudicio, si non adesset in mandato clausula cum ratihabitione gestorū, vt est in l. licet. infrà. de iudi. quia aliud est mandatum, aliud ratihabitio. l. si verò. §. si post creditam. vbi gloss. ff. manda.

Ratihabitio confirmat gesta sine mādato.

Et superiùs dixi aliter istum text. intelligendum. Mandatum autem super lite prosequenda vix operatur confirmationem eorum, quæ prius gesta sunt, & in hoc hallucinati (vt puto) fuêre interpretes.

Septimus casus est, si is, qui sine mandato defendebat aliū, fideiussores dederit, qui promiserunt soluere id, in quo fuerit iudicatus defensor, si postea defensor fuerit effectus Procurator, & nomine Procu-
4 ratorio condemnatus, vel tanquam hæres, nō tenentur fideiussores, quia non est eadem causa personæ. per l. si ante. ff. iudi. sol. non enim in stipulatione est comprehensa persona illius, qui constituit eum Procuratorem, nec eius causa fideiussores dati, ideò ad [illegible] non tenentur. l. Plautius. ff. de Procurat. Ipsi autem promiserūt iudicatum soluere si defensor fuisset condemnatus, sed non est condemnatus, verùm is, cuius erat Procurator, seu ipse Procuratorio nomine, l. prima. C. de senten. & interlocu. omn. iudi. & sic est casus valde diuersus a casu nostro. Et hoc decepit omnes interpretes hactenus, & magnū negotium dedit, vt contrarium illius text. euitarent, quod tamen non potuerunt. Alia dicam in interpretatione illius legis, si antè his nunc, pro huius legis interpretatione, contentus.

Satisdatio de iudicio sisti, n[illegible] cōuenit tex. sui.

Vltimò, iste text. non potest intelligi de satisdatione de iudicio sisti, quia hic possessor erat fundi huius, & quamuis Doct. dicant illum, qui posidet rem quæ petitur, non haberi pro possessore quoad satisdationem istam, tamen contrarium est verū, & probatur in d. l. sciendum. §. si fundum. & §. si fundus. infrà eod. ibi, *eius fundi possessores intelliguntur*, licèt Doctor. eam solutionem gloss. reprobēt, nec probat §. quidam. nam ibi dubitatur an mulier posit fideiubere pro marito, à quo fundus petitur dotalis, soluere iudicatum, & respondet posse, quia potest fideiubere in rem suam, & cùm petitur fundus dotalis, in rem suam fideiubere dicitur, sicut si fideiubeat pro Procuratore suo. se rem ratam habiturum, nisi intelligeretis, quòd hic fundus esset modici valoris, nec posset esse par ad litis æstimationem præstandam, & tunc satisdare de iudicio sisti tenentur, etiam quisquis istum fundum posideat, gloss. & Doct. in d. l. sciendum in princ. infrà eod. sed melius est intelligere in satisdatione iudicatum solui.

SVMMARIA.

1 *Vniuersalis oratio ex causa restringenda est.*
2 *Inuadens hæreditatem, non priuatur iure suo, cùm inuadendi causam habuit*
3 *Hæres ex noua causa dilapidationis tenetur satisdare, quamuis testator cautionem remiserit.*

LEX XII. IDEM LIB. LXXVII. AD EDICTVM.

INter omnes conuenit, hæredem sub conditione, pendente conditione, posidentem hæreditatem substituto cauere debere de hæreditate. Et si defecerit conditio, hæreditatem adeuntem substitutum, & petere hæreditatem posse, & si obtinuerit, committi stipulationem. Et plerunque ipse Prætor, & ante conditionem existētem, & ante diem petitionis venientem, ex causa iubere solet stipulationem interponi.

ISta lex, inter omnes huius tituli leges, est difficilis, & parum intellecta à nostris interpretibus, & eam adscribendam ad verbum censui, prout est in Pandectis Florentinis, vt faciliùs intelligatur. Speciem facti sic ponam.

Facti huius legis species.

Quidam Caius fuit institutus hæres sub conditione (quod fieri potest §. hæres. de hæred. insti.) si Rex venerit ad hāc ciuitatem intra annum, & si non venerit, substituit Titium: interim pendente conditione hæres posidet hæreditatem, substitutus petit satisdationem ab eo de restituenda hæreditate, & ea

coušet

conseruanda, an hæres cauere debeat? Respondet text. cauere debere.

Quid si ipse hæres promiserit conseruare, & si defecerit conditio, hæreditatem restituere? Ipsa defecit conditio, quia Rex non venit intra annum, an substitutus hæreditatem petere possit? & respondet text. posse hæreditatem, illum adeundo, petere, quam si obtinuerit, committitur talis stipulatio, adeò quòd ex sua promissione est obligatus, bona in hæreditate inuenta substituto restituere, vel (si perierint eius culpa) præstare earum rerum æstimationem.

Dubitandi ratio.

Dubitatio hîc esse poterat, quia hæres tenetur cauere in legatis conditionalibus, quid in hærede sub conditione instituto? Respondet text. idem in hæreditate, sicut est institutum in legatis, vt ff. & C. vt lega. no. caue. licèt Ias. dicat non esse dubium in substituto per fideicommissum, tamen dixi adhuc esse dubium, quia ante hanc legem non erat tam planè expressum.

Versiculus, & plerique, &c. sic intelligi debet, Tenetur hæres sub cōditione cauere de restituēdo hæreditatem substituto, sed quomodo hoc, cùm substitutus, adhuc pendente conditione, nullum ius habeat? Respon. hic tex. dicēs Prætorem sæpius ante conditionem existentem, etiam ante diem venientem solere iubere ex causa, vt stipulatio & cautio interponatur. Hoc probat Papini. in l. *in omnibus bonæ fidei iudiciis, cùm nondum dies præstandæ pecuniæ venit, si aliquis agat ad interponendam cautionem, ex iusta causa condemnatio fit.* ff. de iudic.

Quid si plures substituti sunt? Respōdeo, nedum vni, sed & singulis cauendum est, quia singulorum interest. Ista est vera elucidatio ad istum tex. difficilem, in cuius intellectu gl. & Doct. valde laborarūt.

Ex isto text. colligunt Doctor. iuncta gloss. ora-
1 tionem vniuersalem restringendam ex causa, ibi, inter omnes conuenit, scilicet iurecō. super hac re interrogatos, & qui de hoc scripserunt, facit l. prima. §. penul. ff. de vsufr. accrescend.

Vnde si notarius dicat, Omnibus de capitulo placuisse, vel omnes de consilio ita respondisse, debet restringi ad præsentes, nec instrumentum redditur ob hoc falsum, vt docet Bart. & alij in l. prima. §. nuntiatio. ff. de noui oper. nuntia. l. ij. §. Prætor. suprà. eod. nisi in illo instrumento diceretur, omnes Canonicos illius Ecclesiæ consensisse, tunc si quidam erant absentes, instrumentum erit falsum, vt docet Bald. in l. fi. C. sine censu vel reliq. Baner. in §. sed cùm aliquis. col. 4. de testa. in Instit. Scripsi de hoc plenè in interpretatione authen. habita. C. ne fil. pro pat. in verbo, omnium.

Hæres sub conditione institutus, tenetur satisdare.

Secundò, ex hoc text. colligi potest, quòd hæres institutus sub conditione possidens hæreditatem, cauere tenetur substituto, & Doct. hîc dubitāt quomodo possidebat hæres hęreditatem pendente conditione. Respondeo de facto, & sicut is, qui ius habet, tenetur cauere, multò fortiùs is qui nullum ius habet, ne melioris conditionis sit, quàm ius habens, & hæc probant Angel. & Ias.

Sed quomodo, hic inuadens hæreditatem nunquid priuatur iure suo? l. si quis in tantam. C. vnde vi. & l. extat. quod met. cau. Respondet glos. singul.
2 hîc, quòd inuadens hæreditatem pendente conditione, sub qua est institutus, non perdit ius suum adueniente conditione, quia causam inuadendi habuit. Bald. hoc docet in marga. in verbo, inuasio. 2. q.

Vel dicit gloss. quòd hæres petierat bonorū possessionem secūdùm tab. quam petere potest ex tacita voluntate defuncti, siue filius sit institutus siue extraneus. l. prima. §. si sub conditione. & l. si demum ac l. si sub conditione. ff. de bonor. possess. secundùm tab. & hoc Papinia. docet in l. Paulus. ff. de Prætor. stipul. sic dicens, *Paulus notat, qui sub conditione hæres institutus est, agnita bonorum possessione, cogitur substituto in diem cauere longiorem. Prætor enim beneficium suum nemini vult esse captiosum.* Nam tacitè interdū testator vult, vt institutus sub conditione, pendente conditione, hæreditatem possideat, vt si dicat: Instituo Titium, si Rex venerit ad Parisiorum ciuitatem intra annum, qui si non venerit, volo vt hæres restituat istam hæreditatem Caio, interim hæres possidebit iure hæreditatē, & cauebit substituto, vt hîc.

Item hic hæres institutus tenetur cauere sub hypotheca bonorum, l. filio. ff. vt lega. vel fideicommis. nomi. caue. siue sit fideicōmissarius, siue substitutus vulgaris, licèt is directò fiat hæres, & sua authoritate capiat. not. in l. centurio. ff. de vulg. tamen quia interim hic hæres, hæreditatis possessor, de facto posset alienare bona, antequam substitutus ea caperet, & ea consumere, ideò cauere tenetur, vt hîc, & poterit fieri hæc substitutio ita: Talem substituo sub conditione, si Rex venerit intra annum Lutetiam, qui si non venerit, & alter hæres non extiterit, Titius hæres esto, vel volo vt restituat hæreditatem substituto: & sic tacitè vult testator, vt hæres pendente conditione hæreditatem possideat, hoc etiam permittit Prætor dando eidem bonorum possessionem.

Pupillus substituto pupillariter non tenetur cauere.

Limitat Ias. post alios in substituto pupillariter, cui non tenetur cauere pupillus, allegat gloss. in l. cū Archimedoram. C. vt in possessio. lega. Bart. in l. is potest. col. 3. versicul. sed circa hoc quæro. ff. de acqu. hæredi. quia pupillus, cui facta est substitutio, potest alienare bona cum authoritate tutoris, & decreto iudicis. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. vbi Doct. & in l. sed etsi in conditione. §. si seruum. de hæred. instituend. quæ iura parum probant. Et substitutus non poterit ea alienata secundùm eum reuocare, sicut in substitutione fideicom. in qua non valet alienatio. l. fi. §. sin autem sub conditione. C. communia. de legat. Contrariū (vt refert Ias.) tenet Bal. in l. nec enim. ff. de adopt. per tex. in l. prima. §. primo. in verbo, Ad substitutū. ff. de tutel. & rati. distrah. cui text. respondent Doct. in d. §. res quæ. sed parum ibi procedunt, nec est opus responsione.

Ego autem dico ambas opiniones conciliari posse, vt videlicet pupillus teneatur cauere de dimidia parte bonorum, quæ est patrimonium testatoris, & ad substitutum peruenire debet. c. Raynutius. de testa. Alia verò dimidia est, quæ respicit legitimam, & quartam Trebellianicam, quæ ad pupillum pertinet, ideò de illa non cauebit, tāquam de sua substantia, aliàs in sua grauaretur legitima, quod est prohibitum in l. scimus. C. de inoffi. testa. & interim factæ iure alienationes per pupillum valebunt, quatenus dimidiam hæreditatem nō excedunt, & alienatio in illius partem cōputabitur. authen. res quæ. C. commu. de lega. & in d. l. Marcellus. §. res quæ. & sic prouidetur & substituto, & pupillo, nec nocebit hæc cautio pupillo, quoad suam portionem, si generaliter cauerit, nec hæredibus pupilli.

Non

Fiscus satisdare non tenetur. Non procedit iste tex. in fisco, qui non solet satisdare, l. prima. §. si ad fiscum. ff. vt legat. quia semper idoneus est, & soluendo. l. 13. ff. de pact. dota. idem in Ecclesia & Repub. interpretes dicunt, per l. si quando §. admonendi. vt legat. &c. licet maior videretur ratio in fisco, vt cauere deberet (quia, postquam aliquid tenet, ita fortiter stringit, vt nemo possit, sicut nec clauam à manu Herculis, eripere) quod posset obtinere ex fideiussore: etiamsi testator remisisset satisdationem, non tenetur hæres eam præstare. l. penul. C. vt in possess. lega.

Imò, si hæres cœperit dilapidare, non cogitur satisdare, vt dicit hic Ias. per text. in l. fin. in princ. vbi 3 Bar. ff. vt lega. no. caue. sed si testator remitteret cautionem, tamen ex noua causa dilapidationis, de qua non cogitauit testator, teneri hæredem satisdare dicerem: per l. Imperator. vbi Doctor. ff. ad Trebel. nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. actio. & hæc cautio intelligi debet, stantibus rebus. l. fin. infrà. eodem.

Obiectionis solutio. Nec restagatur d. l. fin. vt lega. quia ibi testator vetuerat, & magis est prohibitio, quàm remissio, etiã quia ibi vetuerat patri, ne satisdaret nepti, de cuius amore confidit lex, l. isti quidem. ff. quod met. cau. Et verisimile est, quòd hic non alienabit bona, quæ ad filios, vel nepotes peruenire debent, sed ipsis custodiet. l. liberorum. ff. de verbor. signific. ob id non datur ibi cautio, a patre filio vel nepoti suo: secus ergo esset in extraneo, cui, licèt remissa esset cautio à testatore, tamen si dilapidare inciperet, cauere teneretur. Et hoc æquitate fulcitur, quam iudices sequi debent. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loc. quicquid Ias. & alij scribant.

Etiam dicerem teneri hæredem non solùm cauere substituto, sed etiam venientibus ab intestato, quia eadem est ratio in illis, ne interim dolo bona hæres consumat, & ista est sententia Alex. Paul. & Ias. quicquid dicat Speculator in titulo de testa. §. penult. versicul. sed si quis est sub conditione, prout refert Ias. hic: nam hoc æquum est, nec est odiosa hæc materia, ideò non restringenda, & hoc quando ius substitutionis transit ad hæredes. de quo per Doct. in l. sed si plures. ff. de vulga.

Substituto, quē alius antecedit, non est cauendum. Vltimò iste tex. restringitur in substituto, quem alius antecedit, vt nõ debeat illi caueri. per l. Paulus. ff. de prætor. stipul. nam quamuis singulis satisdãdum sit substitutis, vt hîc, verum est quando in vno gradu sunt, sed calumniosè videtur satispetere, quem alius antecedit. d. l. Paulus. Ideo hi, quos principaliũ causa tangit, vocandi sunt, non alij. l. de vno. & l. sæpe. ff. de re iudic. facit §. legatariis. de testa. in Instit. & l. si quis nec causam. vbi Doctor. ff. si cert. petat. Alia, quæ ibi Doctor. iactant, missa faciam, his nunc contentus.

SVMMARIA.

1 *Tutor loco domini habetur.*

2 *Defensor in ciuilibus sine satisdatione recipi non debet.*

3 *Satisdatio iudicatum solui in Curiis Franciæ, cùm ciuiliter agitur, non fit.*

LEX XIIII. PAVLVS LIB. II. RESPONSORVM.

Filiusfamilias defendit absentẽ patrem, quæro an iudicatum solui satisdare debeat. Paulus respõdit, eum qui absentem defendit, etiam si filius, vel pater sit, satisdare petituro, ex forma edicti debere.

Ista l. tollit dubium, si filiusfamilias defendat patrem suum absentem, an satisdare iudicatum solui debeat? quod non videbatur, quia sine mandato etiam potest, & coniunctam, l. exigẽdi. C. de Procur. contrarium tamen hic statuit Paulus: nam edicto cautum erat neminem recipiendum ad defendendum absentem sine satisdatione, & sic comprehenditur filius qui patrem defendit absentem, & edictum veterem regul. appellat Iustin. in §. si verò. de satisd. in Instit. *Nemo ad defendẽdũ absentẽ, sine satisdatione recipiendus.*

Extẽsio legis. Amplia, etiamsi locupletissimus sit defensor, Vlpia. in l. minor. in fin. ff. de Procur. is enim qui suscepit defensionem, etsi locupletissimus sit, etsi consularis sit, non videtur defendere, nisi satisdare fuerit paratus. Vnde Iurisconс. hîc declarat istud edictum extendi ad filiumfamilias defendentem patrem absentem, idem etiam in patre defendente filiumfami. absentem, a fortiori ratione procedet in aliis cunctis, & etiam extraneis. Ratio est, ne illusorium sit posteà iudicatum, l. si Prætor. ff. de iudic. nam si pars nihil habeat, fideiussor tenebitur, & sic non erit illusoria sententia. *Ratio decidendi.*

Idem dicendum est in Procuratore, vt dominus pro eo satisdare iudicatum solui debeat, alioqui non recipietur. vt Modest. pulchrè scribit in l. si ad defendendum. ff. iudic. solui.

Restrictiones huius legis. Limitatur tamen in patre defendẽte filium suum in bonis, in quibus vsumfructum habet, quia in illis est legitimus administrator, & suo quodam iure filium defendere videtur, gloss. in l. fin. §. vbi autem. C. de bonis quæ lib. l. prima. de bonis mater. & non videtur alienæ litis defensor. Bart. & alij in l. ij. in fin. ff. solut. matr. l. qui proprio. ff. de Procur. l. in eo. §. nemo. ff. de reg. iur.

Quæ quidem regula non procedit in tutore, l. fin. §. defensionem. C. de administ. tuto. quia officium non debet ei esse damnosum, l. sed si quis. ff. quemadmod. test. aper. & quia loco domini habetur. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empto. 1

Non procedere quoque scribunt interpretes in defendendre vnum articulum causæ, per l. in eo. §. nemo. vbi Accurs. ff. de reg. iur. quia tunc causa non iudicatur, sed si is peteret iudicari, posset pars satisdationem petere, & iudex ita statuere debet, per istũ text. & alia iura generaliter loquentia, quicquid dicant Doctor.

Limitat etiam Ang. & Soc. io defensione notoria, per l. exigendi. C. de Procur. ille tamen text. loquitur in alio casu, vt ibi declarabo, & in criminalibus fortè procedere posset, sed non in ciuilibus, in quibus 2 recipi non debet defensor sine satisdatione, ne iudicatum elusorium sit, & vt iuri pareatur hoc præci-

Iudex in praeiudiciū partis satisdationē statuere nō potest. pienti: & in casibus in quibus à iure relevabitur satisdatione, alias iudex in praeiudicium partis statuere non posset, nec contra ius, cùm secundum iura iudicare debeat, & ita iurat se facturum, vt patet in Authent. in titul. iusiurand. quod praest. ab his collat. 2.

3 Hodie ista satisdatio iudicatum solui, non servatur in Curia Franciae, quando ciuiliter agitur, ideo infiniti processus sunt, qui non essent, si praestaretur. Nam multi cessarent à vexandis aliis, si cauere tenerentur, maximè in beneficialibus, vbi supponitur & fingitur chymera, vel monachus, & is qui fingit, & fingitur, in perniciem partis, filii Belial sunt, & cum eo (nisi resipiscant) in infernoin aeternū, & vltrà cruciabuntur. Et bonum esset, si haec cautio iudicatum solui suscitaretur in Francia, & iudices ad partium petitionem eam exigerent, causa dictāte. Alia dicentur in l. minor. de Procurat.

LEX XV. MACER LIB. I. DE APPELLATIONIBVS.

SCiendum est, possessores immobilium rerum satisdare non compelli.

PRincipium huius legis est à Doctoribus ampla dote donatum, ob id aliam non impertiar, sed dicam hodie per authenticam, offeratur. C. de litis contestat. omnes teneri fideiubere, scilicet si non habeant immobilia, sed habentes non, per istum text. vel dicemus, istum text. corrigi per vsum communem, quia hodie haec satisdatio non praestatur, vt superius scripsi: sed quia § si fundum, est valde difficilis, ideò eum sic explanabo.

Fideiubere omnes iudicatū solui, tenētur, non habentes immobilia.

§. Si fundum, quem possidebā, à me peteris: deinde cùm secundùm te esset iudicatum, appellauerim, an possessor eiusdē fundi sim? & rectè dicetur, me possessorem esse, quia nihilominus possideo: nec enim ad rem pertinet, quòd euinci ea possessio posit.

Species facti huius §. FIlius fuit conuentus, super fuodo quem possidebat, actione fortè rei vendicationis, succubuit, fuitque condemnatus ad restituendum illum, is appellauit: pendente appellatione conuenitur ab alio, an satisdare tenebitur? quod videbatur: quia euinci potest fundus ab eo, si prima sententia confirmetur.

Ratio huius textus decidendi. Contrarium tamen statuit hic Iurisconsul. quia interim possidet, & defendit fundum: & quia prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronunciatum. l. prima. in fin. ff. ad Turpil. vel saltem suspenditur iudicatum inspecto futuro euentu, & tempore quo potent confirmari, cap. venientes. de iureiurand. l. si causa cognita. C. de transact. etiam dicunt Doctor. si deserta esset appellatio: quia quandiu possidet, habet locum haec lex sciendum, & donec auferatur res manu militari. ff. de rei vendi. l. qui restituere.

Testamentū capitali crimine dānati. Etiamsi quis capitali crimine damnatus appellauerit, & medio tempore pendente appellatione fecerit testamentum, & ita decesserit, valet testamētum. l. qui à latronibus. §. fin. ff. de testa. hoc docet Ioan. Andr. in additionibus ad specul. in titulo de instru. editio. §. compendiosè. versicu'o. Vndecimò condemnatus, & versicul. 15. ac Bald. consil. 243. in primo volum. ac consi. 413. in 4. vol. & Alex. consi. 95. Repetitus in 7. vol. Ias. in l. j. ff. de re iudic.

Etiam fuit iudicatum in magno consilio Neapolitano: vt quis teneatur cauere, donec constet eū possidere immobilia: quia paria sunt, non esse & non apparere. l. duo sunt. ff. de testa. tutel. Matthe. de Afflic. decis. 109. Actor. Vide Doct. in l. fi. C. de princ. agent. in reb. lib. 12. & Hyppol in rub. de fideiusso. qu. 32. & seq. vbi hanc materiam abundè tractat.

SVMMARIA.

1 *Immobilia desinens fortuitò possidere, vel vendens, ex integro tenetur satisdare.*
2 *Praesumptio fugae est contra eum, qui sua immobilia vendit.*
3 *Cautio iudicatum solui post litem contestatam peti non potest.*

§. Possessor, &c.

SIc scribitur in Pandectis Florentinis, Possessor autem quis necne sit, tempus cautionis spectandum est. Nam sicut ei, qui post cautionem possessionem vendidit, nihil obest, ita nec prodest ei, qui post cautionem possidere coepit.

Iste §. irrationabilis videtur, teste Ias. & plura continens absurda: nempe si is qui desiit possidere immobilia casu fortuito ex integro satisdare tenetur. l. si ab arbitro. suprà. eodem, sic & multo fortiùs is, qui immobilia vendidit, quorum causa releuatus à satisdatione fuit, cùm suo facto voluntario desiit possidere, tum quia haec causa de nouo orta est, ideò nouo indiget auxilio, & ratio d. l. sciendum. cessat, quia praesumptio fugae est in eo, qui vendidit sua immobilia. Ideò absurdum est, quòd non cogatur denuo satisdare, & difficile est sustinere communem intellectum. Haec Iason. 1 2

Ego verò puto istius text. intellectum rationabilem si inspiciamus quem teneri cauere, si non possideat immobilia, & si possideat, nō teneri. Et quando debeat possidere, vt satisdationem euitet? Respondet text. ante iudicium acceptum. l. de die. §. seruus. suprà. eodem. & sic ante litem contestatam. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de Procura. *Lite contestata tēpus inspiciendum.*

Itaque si tempore, quo res petebatur, pars possidebat immobilia, ideò non cauit, si illa vendat post iudicium acceptum, non tenetur satisdare. Ratio est, quia haec cautio, si ante litem contestatam non fuit data, postea peti non potest, sicut exceptiones dilatoriae opponi. d. §. ratihabitionis. nēpe si cautio data esset in principio, non tolleretur per acquisitionem immobilium, ita non petetur de nouo per alienationem immobilium: nam sicut numerus liberorum, postea impletus, susceptis anteà muneribus, non liberat. l. secunda. ff. de vaca. muner. ita excusatus propter numerum liberorum, si vnus moriatur, non tenetur iterum soluere, vt docent plenè Doctor. hic. 3

Non

Obiectionis solutio. Non refragatur l.si ab arbitro.in fi.suprà eod.quæ loquitur in fideiussoribus,quibus, si insignis calamitas acciderit,ex integro satisdandum erit:nam quod datũ est,ius permittit renouare, & reficere,l.prima. ff.de riuis.sed non omissum de nouo petere, nempe si parti, quæ iam liberata est à satisdatione per iudicium acceptum, magna calamitas inciderit, ipsi de integro non satisdabit,sed fideiussores renouari possunt,vt in d.l.si ab arbitro, quæ nõ loquitur in parte.

Item sicut non prosunt immobilia post iudicium acceptum,ita non nocet alienatio, à contrario: nam eum sequuntur commoda,quem sequuntur incommoda,l.secundùm naturam. de regul. iur. nec debet auxilium dari contra legis prohibitionem, quæ est hîc,sed tantùm quando æquũ est,sed non est æquũ, quòd postquam nõ prosunt bona acquisita post acceptum iudicium, ita nec obesse debent ad hoc, vt teneatur de nouo satisdare.

Obiectionis nouæ solutio. Nec obest, quòd cesset ratio legis, & sic debet cessare lex, l.quod dictum.ff.de pact. sed respondeo, si cessaret ante iudicium acceptum,verum esset,quia eo tempore satisdare tenetur, sed non vitiatur actus perfectus,si perueniat ad casum, à quo incipere non potuit.l.penult.in fi ff.de verb.oblig.

Etiam dicit hic Bart.iste qui possidebat immobilia,ea obligauit in cautione, quam præstitit ante iudicium acceptum,per l.filio.ff.vt lega.no.caue.ob id patti satisfit,quia ille fundus sic obligatus trãsit cum sua causa in emptorem.quod non est in d.l.si ab arbitro.vbi fundus & alia bona non stant, nec iuuare possunt,& dixi ibi in fideiussoribus,hîc in parte.

Nec me mouet ratio, quòd possessor immobiliũ habet beneficium à lege,vt non teneatur satisdare,& sic est perpetuum, quia etiam habet beneficium, vt postquam satisdedit, non teneatur satisdare, sed his fideiussoribus contentus esse debet, is, qui eos accepit,d.l.si ab arbitro.& sic iste §.non est irrationabilis, sed cõtinet æquitatem,si bene intelligatur,quicquid Ias.& Doctor.proferant.

S V M M A R I A.

1 *In iuramento inest tacita conditio, nisi iusta causa interueniat.*
2 *Princeps secularis gratiam iuramenti facere potest.*
3 *Papa non potest contra effectum iuramenti, per ius ciuile inductum, dispensare.*
4 *Litera à Principe seculari impetranda in Francia, ad contractum iuratum rescindendum.*

Lex XVI. Paulus lib. VI. ad Edictum.

QVi iuratò promisit iudicio sisti, non videtur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit.

Facti species huius legis. QVidam iurauit sistere aliquem, qui tanta valetudine affectus fuit,vt non posset se sustinere, eum ipsum non stitit,quæsitum fuit an videatur periurus? Paul.respondet,non videri peierasse,si ex concessa causa hoc deseruerit. *Dubitãdi ratio.* Dubium tamen erat eum esse periurum,quia non satisfecit iuramento, quod etiam quis præcise seruare tenetur.l.si pecuniam.infrà.de condic.causa data.facit text. in c. fin. ne præla.vices suas.melius in cap. debitores. de iureiurand. Paul. tamen hic decidit contrarium,quia Deus respicit animum,c. si quid inuenisti.14. q.5. & nõ obligare vult ad impossibile. l. impossibilium nulla est obligatio.ff.de reg. iur. & ibi Dec.etiam in quolibet iuramento intelligitur excepta authoritas legis, & superioris. c. venientes. de iureiurand. & habet locum iste tex.etiam de iure Canonico. per c.querelã. vbi Panor.& Felin.hoc tractant.

Concessam causam, vocat iustam,a iure expressam,& approbatam, sicut dicimus de iusto impedimento.in l.secunda. ff. si quis cautio.l. quæsitum. de re iudic.c.cupientes.§.insuper.& c.commissa.de elec. lib.6. Scripsi in gloss.impedimẽto.§. primo.de colla. in Cõcorda.& in tract de excusa.& exposui in 2.tomo Commenta.ad Consti.Reg.

Et sic in iuramento inest tacita conditio,nisi iusta 1
causa interuenerit, quæ impediat iuratum explere,
per istum text.& casus in quibus inest tacita conditio in iuramento,inuenietis in c. fin. de non numera. pecu. & in c. quemadmodum. de iureiurand. & per Angel.in §.æque.col. 4. de excep. in Institu. Roma. consil.428.Alexand.consil.59. in primo vol. Barba. consil.10.col.12.in 2. vol.& Fortu. Gars. in tract. de vltimo fine iuris.num.240.

Accurs. hîc docet legem posse iuramentum remittere, idem in l.adigere. in fin. ff. de iure patron. vbi legem dicit habere vim Apostolicam in remittendo,scilicet iuramẽtum,sed refragatur, quia iuramentum est iuris diuini, c. & si Christus, de iureiurand.contra quod non potest disponere Princeps secularis,nec aliquid statuere.c. Ecclesia. de constitutio.Etiam iuramentum ad Ecclesiam spectat, c. nouit. de iudiciis. cap. primo. de iureiurand. quocirca Iason hîc asserit hanc materiam valde periculosam, & super ea quatuor recitat opiniones. *Iuramentum an per legẽ possit remitti.*

Ego vero,his reiectis, putarem tenendum Prin- 2
cipem secularem posse iuramentum, & pœnas ab ipso iure per eum inductas remittere:cap. primo. de reg. iur. nam ex iuramento non seruato, de iure ciuili incurrit quis in infamiam, & interdum priuatur actione,l. si quis maior. C. de transact. & non debet post iuramẽtum audiri. l.nõ erit. §. dato iureiurãdo. ff.de iureiurand. Et sunt quædam pœnæ ciuiles, tam bona,quàm corpora respicientes, & bona confiscari disponentes.ex periurio vel personam puniri. Et his casibus Principes seculares gratiam iuramenti facere possunt,l.fin.ff.ad municip.& sacramento soluere possunt militem.l.fin.ff.de re milit.& l.prima. C.qui milit.non poss.lib.12.

Papa, & Episcopus super iuramento dispẽsare possunt. Ex his infertur,quòd cùm iuramentum respiciat animam,corpus,& bona, quantum ad animam attinet,liberum erit ex causa Papæ, vel Episcopo iuramenti gratiam facere,& super illo dispensare, c. primo de iureiurand. quia ad illos spectat peccata remittere.Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,&c. Ideò ipsi dispẽsant in his quæ animam,& sic peccatum respiciunt.gloss.in c.possessor. de reg.iur.in 6.c.nouit.de iudiciis.

Sed si iuramentum corpus, vel bona respiciat,seu
illorum pœnas, iure ciuili, vel constitutione indu-
ctas, tunc Principis secularis erit remittere pœnas,
in ipso iure vel constitutione inductas, atque præsti-
tutas:non enim Papa posset dispensare contra effe- 3

ctum iuramenti à lege ciuili inductum, ſed tantùm pœnas à iure Canonico remittet, vt ſcribit Franciſc. Cur. us, in d. l. ſi quis maior. C. de tranſactio. facit quod ſcribit Anchar. in c. tua. primo. in fin. de deci.

Vnde in praxi ſeruatur, quòd ſi quis velit reſcindere contractum iuratum, tanquam cōtra iura con-
4 ceptū, vt impetret literas à Principe ſeculari, quod quidē Princeps permittit: alioqui hic petitor actione priuatus non poſſet agere, etiam habita diſpenſatione ab Epiſcopo, & is a 'tot peccaret agēdo, quod non ſolet Princeps concedere in perniciem animæ poſtulantis. Ideo dici ſolet vt habita iuramenti diſpenſatione ab Epiſcopo, liceat contractum reſcindere, vel agere, non obſtāte tranſactione, aut contractu, dolo vel metu inito. Iſta abundè conſcripſi in interpretatione l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & ita debent intelligi hæ contrariæ ſententiæ, & conciliari, quicquid Doctor. hactenus de hac re ſcripſerint. Laus tamē Deo optimo maximo, virginique Mariæ.

Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caueatur.

Tit. IX.

De actione noxali, & eius materia, tractaui in l. plebs. §. fi. ff. de verbo. ſigni. Quę ibi ſcripſi, huc trāsferri poſſunt, quare alia non ſcribā hic, maximè quòd titulus iſte reſpiciat ſeruos, & nullos in Francia habeamus, ideo non eſt frequens in iudiciis, niſi in animalibus, in quibus tantùm ſeruatur.

De eo, per quem factum erit, quo minùs quis in iudicio ſiſtat.

Tit. X.

Lex I. Vlpianvs lib. VII. ad Edictvm.

Aequiſsimū putauit Prætor, dolum eius coërcere, qui impedit aliquem iudicio ſiſti. Feciſſe autē dolo malo non tantùm is putatur, qui ſuis manibus vel per ſuos retinuerit, verùm qui alios quoque rogauit, vt eum detinerēt, vel abducerent, ne iudicio ſiſteret, ſiue ſcientes, ſiue ignorantes quid eſſet, quod comminiſceretur.

Lex prima declarat, quando quis dicatur aliquē dolo impedire, & quamuis loquatur de impediente quominus quis in iudicio ſe ſiſtat, id eſt, præſentet, & perſeueret vſque in finem iudicij, tamen etiam habet locū in alio actu, vbi quis alium impedit, & datur ei ex hoc edicto actio ad id quod intereſt. l. iij. infrà eodem.

Impedire alium quis dicatur. Hic impedire quis alium dicitur, quando eum retinet ſuis manibus, id eſt, per ſe. c. ad limina. 30. quęſt. pr ma. & in tract. nomina. quæſt. 10. numero 13. plenius probaui.

Vel per ſuos.] Gloſſ. exponit ſeruos, ego dicerem generaliter hic accipi, per ſuos, cōſanguineos, ſeruos vel famulos, ſeu domeſticos aut amicos, vt abūde ſcripſi in l. liberorum. in fi. ff. de verb. ſigni. qui ſuorum nomine veniant. *Suorū nomine, qui veniant.*

Idem, ſi alios extraneos amicos roget quis, vt eum detineant. Probat hic text. ibi, verùm, qui alios quoque rogauit, parui enim referre viſum eſt, ſuis manibus quis deiiciat, an verò per alium. Vlpia. in l. prima. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. facit l. prohibitum. vbi Rebuſ. C. de iure fiſci. lib. 10. quia factū eſt per illum cuius nomine fit, & eadem ratio habet in hoc caſu locum, ergo eadē erit & deciſio. l. illud. ff ad legem Aquil.

Etiam ſi quis abducat, id eſt, à loco iudicij reum ducat aliò, & ſic extra forum, vbi comparere debebat, ibi, abducerent. De hoc verbo plenè tractaui in l. qui neque ſequantur. ff. de verbo. ſignifi.

Præterea, ſi venienti ad iudicium quis pronuntiauerit aliquid triſte, vt, ſi Titius compareret, occideretur, vel ſuum patrem eſſe mortuum, vel ſimilia, is impedire etiam dicitur, quamuis aliàs imputetur ei, qui credulus fuit, ſed non quoad hoc edictum, in quo Vlpian. ita interpretatur, licèt quidam ſibi imputari dicat, qui credulus fuit.

Vltimò, aliàs audiui nullam pronuntiari electionem, quod is, qui eligi ambiebat, vnū ex Canonicis retinuerat, donec electio perfecta eſſet, nempe, ſi electio facta vno contempto irritari poſsit, multò fortiùs, quando aliquis vi retinetur: & quis maior contemptus eſſe poſsit, quā violenta retentio? c. bonæ. 2. de elect. l. qui in carcerem. ff. quod metus cauſa. l. iij. de vi & vi arma. Et hoc etiam interdum vidi inter magiſtros artium Pariſiis ſeruari. *Electio, vno retento nulla.*

Ad intellectū §. Si plures, an vnius ſolutio liberet alium? & ſi plures fuerint ad vnam ſummā condemnati, an diues teneatur pauperis ſoluere partē? vide text. in l. ſi multi. de publica. l. offertur. in fin. de iure fiſci. l. tres tutores. de adminiſt. tuto. & l. ex perſona. C. de proba. & in titul. C. ſi plures vna ſenten. cōdemna. fuerint. & Alberic. in tract. ſtatu. q. 71. in 2. parte. & Boër. in Deciſ. Burdeg. q. 310. Si plures.

Ad declarationem huius tituli alia multa ſcribit Roſred. in tract. libello in 3. parte. rub. de actionibus in factum, ex illo edicto, de eo per quem factum eſt. & Spec. in titul. de dolo & contumac. §. reſtat. verſi. fin. & Soc. in §. vltimo. in tract. de citat. Ego his nunc contentus ero.

Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit. *Tit. XI.*

Lex I. Caivs lib. I. ad Edictvm Provinciale.

Vicena millia paſſuum in ſingulos dies dinumerari Prætor iubet, præter eū diem, quo cautum promittitur, & in quē ſiſtere in iudicium oportet: nam ſanè talis itineris dinumeratio neutri litigatorum onerosa eſt.

HIc titulus est vtilis, & habet ferè leges difficiles, lex tamen prima est facilis, quæ statuit, vt si quis promittat sistere Titium absentem, intelligitur vt pro quolibet die ad sistendum dentur viginti millia passuum, id est, viginti miliaria, quæ decē constituunt leucas, ex computatione Franciæ, & in hac computatione non computatur dies cautionis, quæ computatio apparet ex his versibus,

Quatuor ex granis digitus componitur vnus,
Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus:
Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centum
Quinque & vicenti stadium dant, sed miliare
Octo dabunt stadia, duplicatum dat tibi leucam.

Dilationes in Francia arbitrariæ. Hodie ista cōputatio nō seruatur in Curiis Franciæ, sed dilationes sunt arbitrariæ, & pro consuetudine Curiarū, vel stylo reguntur, vt plenè scripsi in l. 3. ff. de verbo. signifi. vbi istam materiam tractaui, & in tract. de dilatio. in 3. tomo Commētar. 10 Constit. Reg. Gall.

SVMMARIA.

1 *Pœna post transactum negotium peti non potest.*
2 *Quæstio & pœna pregnantis mulieris differenda.*
3 *Onera tutelæ affectata alicui prodesse non debent.*
4 *Impeditus se sistere iudicio, debet Procuratorem vel excusatorem mittere.*
Restringitur. ibidem.

LEX II. VLPIANVS LIB. LXXIIII. AD EDICTVM.

NOn exigimus reum iudicio sisti: si negotium, propter quod iudicio sisti promisit, fuerit transactum. Sed hoc ita, si nō priùs id negotium transactum sit, quàm sisti oporteret. cæterum si posteà transactum est, exceptio doli opponi debet. Quis enim de pœna promissa laborat, post negotium transactum? &c.

IN l. ij. statuenda est regula, quòd non obtemperās cautioni iudicio sisti, in pœnā incidit promissam, probatur & in rub. & in hac lege.

Restrictiones huius legis. Limitatur, si priusquàm dies sistendi venerit, sit transactum negotium vel etiam posteà. Nam quis etiam pœnam petere cum effectu, post negotium
1 transactum nō poterit. vt in hac l. in princ. scribitur, quia lis finitur per trāsactionem, l. causas. C. de transact. & censetur per istum tex. transactum tam super principali, quàm super pœna & accessoriis, facit l. iiij. C. depos. nisi contrarium specialiter partibus placuerit, vt in hac lege statuitur.

Secundò excusatur impeditus causā muneris, & officij suæ ciuitatis, vel municipij, aut reipub. vt in hoc §. si quis. & in l. si. is qui, infrà. eodem, si tamē dolo malo non abfuerit, dolum eò pertinere accepi, vt qui reuerti potest, neque reuertetur, in eo, quod per id tempus aduersus eum factum est, non adiuuetur. Callistra. in l. item hi. ff. ex quib. cau. maior.

Tertiò, si causā testimonij ferendi fuerit coactus ad aliud iudicium accedere. §. simili modo. facit lex ij. §. legatis. de iudic.

Quartò, si valetudine, tempestate, vel vi fluminis impeditus fuerit, exceptione adiuuabitur, §. si quis. quomodo enim potest se sistere, qui aduersa valetudine impeditur? Tēpestatem exponit Vlpia. Iurisc. in §. quod diximus. in hac l. siue terrestrē, siue marinam, talem quæ impedimento itineri, vel nauigationi sit. Vim autem fluminis accipit, etiam sine tempestate, si magnitudo eius impedimento sit, siue pons solutus sit, siue nauigatio nō stet, d. §. quod diximus. cum sequen. & valetudo excusat non solùm sua, sed etiam suorum. glos. in c. communis. 13. distinc. Vnde Pantha. Calde. in repeti. l. ij. col. 77. C. de rescin. vendi. & Purpur. in l. prima. numer. 517. ff. de offic. eius. l. quæsitum. ff. de re iudic. Multa scripsi in tract. de excusa. & exem. in 3. tomo Comment. ad Constit. Regi.

Quintò, mulier granida excusatur, §. si non propter. nisi esset grauida paucorum dierum, vel esset rustica, & robusta mulier, quæ interim posset venire, vt docent Alexand. & Ias. hic. idem, si decubuerit post partum, quasi valetudine impedita, tunc excusatur, quod verum est tempore consueto dari ad decumbendum, videlicet per tres septimanas, vel quatuor, non posteà, nisi fuerit tam debilis, quòd eques, nec pedes, venire non posset, & glos. 10 l. prægnantis. ff. de pœn. dicit quadraginta dies dandos, sed hoc est arbitrariū, inspecta qualitate personæ. Similiter prægnantis mulieris consumendæ, damnatæ pœna differtur, quoad pariat, & quæstio, d. l. prægnātis. etiamsi facta sit grauida post accusationē delicti, sed quidam faciunt causā differendæ pœnæ executionem, vt docet Bald. in l. Imperator. 2. ff. de stat. homi. tamē non debet partus, ob hoc necari, licèt Ioānes de Platea teneat contrà, in l. negotiantes. de excusa. muner. lib. 10. C. licèt eum sequatur Hyppol. in practi. sua. §. opportunè, & pœna debet suos authores tenere, & nō alios l. sancimus. C. de pœn. ideò etiam hoc casu differenda pœna erit propter partum. 2 *Partus mulieris grauidæ nō est necandus.*

Sextò, furore captus post promissionem excusatur, §. idem est in hac lege. nam qui furore tenetur, valetudine impeditur, & maiore, quàm qui sola corporis valetudine, quia hic & corporis & animi pariter vitium, vt in l. prima. ff. de ædil. edic. l. furiosum. C. qui testa. facer. poss.

Septimò, si à magistratu quis retentus sit, siue dolo malo partis, nam si pars affectauerit, vel causam dederit, non excusatur, §. fin. quia superiori obtemperare iustè debuit, & onera tutelæ affectatæ non prosunt, §. item tria. de excusa. tuto. in Instit. l. item hi. in fin. cum l. sequent. ff. ex quib. cau. maio. secus si à priuato detentus fuit, quia eo casu in priuatum actio datur ad id quod interest, sed iste retentus non excusatur. d. §. fi. l. ij. & l. sequen. 3 *Retentus à priuato, nō excusatur à sistendo se iudicio.*

Octauò, iura excusant condemnatum morte, aut exilio, l. iiij. & proderit exceptio fideiussoribus, defensoribus, seu hæredibus, vbi non est confiscatio bonorum, sicut de iure. in authen. bona damnatorum. C. de bon. damnat.

Idem si in carcere detentus fuit. §. illud. l. fuecurritur. ff. ex quib. cau. maio.

Nonò, si quis funere domestico impeditus non venit, etiam excusatur. §. præterea. & l. secunda. ff. de in ius vocan.

Decimò, si in seruitutem hostium deuenerit. §. itē si quis. & l. ei quoque. & l. item ei. ex quib. cau. maio.

4 Vndecimò, regulariter impeditus debet mittere Procuratorem, vel excusatorem, nisi in arduis, & aliis casibus à iure expressis. Barto & Doctor. in c. querelam. de Procura. l. fin. C. de Procura. Alia impedimenta scripsi in §. primo. de colla. in Cócord. & in tract. de excusa. & exem. in 3. tomo Comment. ad Constit. Regi. De his hactenus.

SVMMARIA.

1 *Renunciatio vel promissio generalis non valet, de nulla exceptione vtenda.*
2 *Renunciatio specialis etiam fortuitorum casuum valet.*
3 *Litera Regia solent impetrari in Francia à renunciante casibus fortuitis, si magna fuerit læsio.*

LEX IIII. VLPIANVS LIB. LXXIIII. AD EDICTVM.

SQuæsitum est, an possit conueniri, ne vlla exceptio in promissione deserta, iudicio sistendi causa facta, obiiciatur. Et ait Atilicinus, conuentionem istam non valere. sed & ego puto cõuentionem istam ita valere, si specialiter causæ exceptionũ expressæ sint, quibus à promissore sponte renunciatum est.

HIc §. reputatur subtilis, & habere materiã quotidianam & difficilem, difficultas in eo est, quod variè legitur, Quæsitum est, an possit conueniri ne vlla exceptio, in promissione deserta, in iudicio sistendi causa facta, obiiciatur, &c.

Deserta promissio quæ vocetur. Desertam promissionem vocat, quando non seruatur promissum, gloss. hic. & sic desertum, pro contempto ponitur, in l. sequen. §. primo. & l. si duo. §. primo. vel pro neglecto in l. quisquis. C. de agricol. & censi. lib. 11. Desertum pro non culto accipit Papa in c. primo. de verbor. significatio. in 6. & Imperator in titulo. de omni agro deser. lib. 11. C.

Alcia. lib. 2. Parergõn, c. 27. nouum esse loquendi Iurisconsultis modum dicit, & legendum putat, disertã, pro speciali & expressa. Disserere enim nihil aliud est, quàm clarè & specialiter sententiam suam exprimere. Hæc Alciat.

Ego in quibusdam vetustis exẽplaribus legi ita, Quæsitum est, an possit conuenire, ne vlla exceptio in promissione, de certa, in iudicio sistendi, causa facta obiiciatur? Et fortè non esset absurdum quoad sensum, videlicet an valeat cõuentio ne aliqua exceptio obiiciatur in promissione facta de certa causa, in iudicio sistendi: & respondet valere, si specialiter causæ exceptionum expressæ sint, quibus à promissore est sponte renunciatum.

Itaque in l. secunda. suprà. multæ sunt causæ. quæ excusant promissorem, ne in pœnam incidat. Si tamẽ promissor dixerat se non oppositurum aliquam exceptionem, si suam promissionem non impleuerit, sed eam deseruerit, vtpote, si non sistat, potest allegare valetudinem, tempestatem, vim fluminis, & alios casus. Si tamen has exceptiones promiserit non obiicere, nec aliquam illarum, valet promissio, si certæ exceptiones expressæ sint in sua promissione deserta, id est, quam deseruit, vel in promissione facta in certa causa in iudicio sistẽdi. Vterque intellectus est textui conueniens, & menti legis, & prior probatur in l. si duo. §. primo. infrà. eodem. Vbi pœnam desertionis vocat, illius qui ad iudicium non venit, contempta sua promissione iudicio sistendi causa facta, & fere ibi sunt eadem verba, quæ hic, ideò non est nouus modus loquendi: sed Alciati intellectus non probatur, quia sensus non conueniret text. videlicet, an valeat conuentio in promissione speciali de iudicio sisti? & sic non haberet locum in aliis, præterquã in promissione de iudicio sistendi, & sic reduceret ad casum specialitatis, & tamen leges generales esse debent. l. leges. C. de legi. Et si promissio clarè esset, & specialiter expressa a partibus, non esset opus distinctione Iurisconsulti. videlicet an causæ exceptionum expressæ sint à promissore, vel non: & nulla esset dubitatio, an si quis in promissione diserta, id est, speciali, & expressa conueniat non obiicere exceptionem vllam, an valeat. Ideò communis intellectus nõ est reiiciendus, qui etiam habet locum tam in iudiciis, quã etiam in contractibus, & hoc iure vtimur, si legatis certa dubitatio erit, vt valeat promissio in certa causa, ne quis aliquam obiiciat exceptionem, postquam causa certa est, quod improbat hic Iurisconsultus. nam licèt promissio fiat in certa causa, tamen incerta est, videlicet ne vlla exceptio obiiciatur, & generalitas captionem sæpe solet producere. l. cum Aquiliana. ff. de transact. *Alciatus reprehenditur.*

In hac ergo materia, vt faciliùs intelligatur, distinguam casus sequentes. Primus est, Non valet renuntiatio generalis, vel promissio, quod quis nulla vtetur exceptione, quia de omnibus nõ videtur cogitatum, & liberalitatẽ captiosam interpretatio prudentũ fregit. d. l. cum Aquiliana. ff. de transact. & ne ista generalitas & incertitudo capiat simplices homines. l. Pomponius. in prin. ff. de Procurat. Et hæc opinio est æquior, vt docet Bald. consil. 4. Quæritur. in fin. in primo vol. 1

Secundus casus est, Valet renũtiatio specialis etiã fortuitorum casuum, per istũ text. contractus enim ex conuentione legem accipiunt. l. j. §. si conueniat. ff. depositi. l. contractus. ff. de reg. iur. 2

Tertius casus, Valet renuntiatio generalis, si facta sit numeratio aliquorum casuum specialis anteà, etiam de non expressis, gloss. hîc & est text. in c. qui ad agendum. de Procura. lib. 6. & hoc seruari in Curiis dicit Guido Papæ in Decis. Delphi. qu. 327. In aliquo. Ioan. Andr. & Panor. in c. vnico. & idem Panor. consi. 72. Videtur. col. . in 2. vol. *Renunciatio generalis.*

Valebit etiã hæc renuntiatio in expressis, & in similib⁹ nõ expressis, sed ad maiores casus nõ extẽdetur. c. sedes. de rescrip. Bal. cõs. 4. quæritur. col. 2. vol. j. *Renunciatio in expressis, & in similibus, ad quæ extendatur.*

Nec extẽdetur ad insolitos casus, vel improuisos, per l. fistulas. & l. frumenta. ff. de contrah. empt. & pro hoc cõsuluit Bal. consi. 145. Casus talis. col. 2. in 3. vol. Vnde si quis cõductor renũtiauerit omnib⁹ casibus fortuitis, nõ videtur renũtiare bello, fortè si exercitu veniẽte vastati sunt fructus. l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. Socin. probat cõsil. 123. Circa præsentem. in 4. vol. Ias. distinguit consi. 107. Attingam. plenè de Ripa in tract. de peste. nu. 57. & sequen. versiculo, Ista conclusio. in prima parte.

In tex.

Renũtiatio debet esse spontanea.

In text. Sponte renuntiatum, collige non valere renuntiationem vel conuentionem, nisi spõte facta sit, quæ enim metus causa sunt facta, rata non habet Prætor. l.j. & per totũ ff. quod metus caus. nec valet beneficij renuntiatio metu facta. c. super hoc. de renuntia. Plura scripsi in Praxi benef. in 3 parte. tit. de resignatione metu extorta. Vnde inoleuit praxis notariorum dicentium, Talis, &c. sponte, non dolo, vel metu coactus, vulgò text. *de son bon gre*, &c.

Notariorũ praxis.

3 Hodie in forensi iudicio seruatur, vt is, qui sic renuntiauit casibus fortuitis, soleat releuari à Principe, & impetrare literas Regias, quibus conceditur non obstante effusa hac renuntiatione opponere talem exceptionem niuium, vel gelu, seu alium casum fortuitum, si magna fuerit læsio, & ex æquitate approbari hæ literæ solent, quia de tam magna læsione non est verisimile quòd partes cogitauerint. Videte Felin. & alios in c. ex parte. de offic. deleg.

Generalis renũtiatio quãdo non prosit.

Non refragatur, quòd renuntiatio generalis tantum debeat operari, quantum specialis, per l. si duo. de administrat. tutor. ff. hoc non procedit in casu huius text. vt docet Bart. Nos vero generalitatem non prodesse dicemus, vbi expressa & specialis debet fieri expresio, vt hîc. Bart. & alij docent in l.j. ff. de vulg. Vnde cùm hîc statutum sit, vt expresio specialis fiat, non valebit generalis propter constitutionem hîc factam, & rationem superiùs scriptam, nec possunt partes hos casus pro expresis habere, quia partes non possunt fingere, nec quicquam facere contra legis constitutionem. Bart. in l. si is qui. ff. de vsucap. Hoc pertinet ad legem, vel ad conditionem eius. l. omnes. de præscript. trigin. vel quadrag anno. Ideò solet Papa vti hac clausula, *Pro expressis habentes*, vt est in forma manda. in Concord. Scripsi etiam in Praxi benefic. in forma supplica. licèt Papa Paul. IIII. hanc clausulam in rescriptis ampliùs non esse scribendam censuerit in suis cancel. Reg.

SVMMARIA.

1 *Expensæ semper restituenda à reo, pro contumacia.*
2 *Mora purgatio in appellatione non admittenda.*
3 *Sens in Curiis Franciæ.*
4 *Mora ex æquitate Canonica semper purgari potest.*

LEX VIII. VLPIANVS LIB. XX. AD EDICTVM.

Et si post tres, aut quinq;, pluresúe dies, quàm iudicio sisti se reus promisit, secum agendi potestatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius factum sit, consequens est dici, defendi eum debere per exceptionem.

IAson post alios, dicit videri hanc decisionem tex. absurdam, vt videlicet reus, qui promisit se sistere in iudicio certo die, posit purgare moram post tres, quatuor, quinque, pluresúe dies, & sic intra modicum tempus, si ius actoris non sit factum deterius. Sed quomodo hoc? quia actio ex hoc edicto datur ad id quod interest, l.ij. in fin. suprà si quis in ius voca. non ie. l. qui autem. infrà eod. & quando ius actoris non est factum deterius, cessat interesse, & sic actio contra reum. Ergo frustra hic deciditur quòd reus posit moram purgare, quia frustra purgat si ad nihilum tenetur, quia nihil interest, ob id glos. duos intellectus ad text. deducit. Primus est, quia pœna promissa erat à reo, si se non sisteret, & non tenetur ad illam pœnam si breui veniat, & secum agendi potestatem actori faciat. Verùm quia in hoc textu nihil dicitur de pœna, ideo iste intellectus reücitur ab interpretibus.

Secundus intellectus est, quod non erat adiecta pœna, sed sola promissio de iudicio sistendi: vnde non agitur ad id quod interest, si ius actori non est factum deterius, quoad principalem causam, quia actio prima durabat, sed quoad expensas, & tunc potest mora purgari. Hæc Ias. post alios.

Authoris ad hanc legem intellectus.

Ego putarem istum textum intelligendum sic, & pono speciem facti. Titius reus promisit se sistere, & perseuerare vsque ad finẽ causæ, in primo die nõ stetit, post tres verò, quatuor, quinq;, aut plures dies se exhibuit, secumque agendi potestatem fecit, quæsitum fuit, si cõtra eum reum opponatur, quod non se stitit iuxta suam stipulationem, verùm sic debeat repelli, an soluere? Respondet, se defendere debere per exceptionem, contra actorem, si ius actoris non sit factum deterius: difficultas tamen est, quando ius dicatur deterius. Vlpian. in l. fin. de eo per quem fact. erit. declarat, ibi, *Videlicet si fortè actor quid amiserit, fortè si reus acquirat dominium interim, aut actione liberatus fuerit*, tunc & in aliis casibus in quibus actoris interest, commissa est stipulatio, nec reus defendi potest exceptione, quamuis soluat id quod interest. Nam si actor opponat reo venienti post diem, reus excipiet ius suum non esse factum deterius, ideò tua non interest: quapropter semper reus audiri debet sine interesse.

Nec frustra hîc inducitur, nam ante istum text. nihil erat inductum in cautione iudicio sistendi, vt daretur exceptio promittenti, sed declaratum erat in eo qui vocatus ad ius non venerit, vt ad id quod interest teneretur, & si iustam causam habebat, vt excusetur, sed si promiserit se sistere, & non steterit, fortè sine iusta causa, non dabatur ei exceptio. per l. ij. supr. eodem. ideò hîc necesse fuit statuere. Quod si reus, etiam sine iusta causa, promisioni suæ de iudicio sisti non obtemperauerit, si tamen intra duos, vel paucos dies, agendi secum potestatem fecerit, vt posit excipere, si ius actoris factum deterius non sit, siue adiecta pœna fuerit, siue non, quia iste text. generaliter loquitur: & hoc etiam ex æquitate, quia æquum est, vt si nil actoris interest, vt reus recipiatur, & ita seruant Curiæ Franciæ, vt inferiùs dicam.

Obiectionis solutio.

Sed dicet quis, Semper reus tenetur ad expensas pro contumacia. per l. sancimus. C. de iudic. ergo semper ius actoris est factum deterius. Respondeo, istud edictum non respicit principaliter expensas, sed hoc est alibi statutum contra contumaces, vt ad expensas teneantur, sed hîc text. respicit ad id quod interest, in quo deducuntur etiam impensæ. Verùm in hoc text. dicitur reum venisse intra modicũ tempus intra quod non intererat actoris, ideò ius actoris non est factum deterius: frustra ergo hæc ponitur decisio, quod quidem inficior: nam quod statuitur hîc, æquum est, quia intra modicum tempus reus venit, & ius actoris non erat factum deterius, ideò exceptio datur reo contra stipulationem cõmissam. Verùm quia non interest actoris, eò quòd ius suum

non est factum deterius, ideò audietur, ac si compa-
1 ruisset prima die. Nec dicitur ius actoris factum deterius propter expensas, quæ semper restituuntur antequam audiatur contumax. per d. l. sancimus.

Et sic notandum est, quòd reus veniens tenebitur ad expensas, quæ exigentur ratione contumaciæ, vt in l. sancimus. C. de iudic. Scripsi in tracta. de expens. in 3. tomo Commentariorum ad Constit. Reg. Sed non exigetur interesse, quia ius actoris non est factum deterius, ideò non interest partis, cùm ipse reus venerit intra modicum tempus, & si text. dixisset: intra lōgum tempus, certè interesse partis posset: ergo non posset admitti sine solutione illius deteriorationis, quam vocat text. pœnam desertionis. in l. si duo. §. j. suprà eodem. Et illud tenendum est, quòd æstimatio eius quod interfit agēris ad illud tempus referenda est, quo sisti debuit, non ad id quo agitur, quamuis desierit eius interesse. l. qui autem. in fi. infrà eodem, & si tempore quo agitur non interest, reus admitti debet, nec quicquam vltra expensas contumaciæ ab eo peti debet. l. si ita quis. §. Seia. in fin. ff. de verbor. obligat. ibi respondit posse, si non multò post obtulisset, nec mulieris quicquam propter eam moram remisisset, quod omne ad iudicis cognitionem remittendum est.

Interesse quādo non exigatur.

Vnde si reus promiserit se sistere, siue adiecta pœna, siue non: si tamen non se præsentauerit, & sic commissa sit stipulatio, non tenebitur ad pœnam, nec ad interesse duobus concurrentibus, quòd intra modicum tempus moram commissam purget: nam in idem recidit intra tres plures ue dies, & modicum tempus. l. si cùm dies. in fin. ff. de arbit. & quòd ius actoris deterius factum non existat, nec erat hìc adiecta dies, vt dicunt Doctor. sed tantum promissio facta iudicio sistendi. Et si adiecta pœna, & dies fuissent, adhuc in Curiis Franciæ (saltem supremis) reciperent, duobus his existentibus, atque concurrentibus, moræ purgationem.

Reus non se sistēs iudicio, quando non teneatur.

Videamus itaque de purgatione moræ, in qua Doctor. hactenus prolixa commentaria scripserunt, quæ quidem per regul. sequentes breui comprehendam: maximè quæ in Curiis, & in praxi seruantur, quicquid disputent interpretes.

Et prima regula erit, In iudiciis admittitur intra modicum tempus moræ purgatio, si ius partis deterius factum non fuerit, quia damnum non est subiturus actor, ideò exceptio tunc reo venienti danda est, si omnia integra sint actori. Si verò venditæ res sint, quas consecutus fuisset, si reus venisset, vel seruis libertas data fuisset, tunc ius actoris deterius factum censetur, vt in l. mancipiorum. & l. apud. ff. de optio. lega. facit l. si in lege. §. colonus. ff. loca. & l. fin. C. de repud. hære. & c. si tibi absenti. de præben. lib. 6.

Mora purgatio quando admittatur.

Secunda regula est, In contractibus vsque ad litem contestatam admittitur purgatio moræ, posteà non, quia est duplex mora, & quasi contractus. l. si insulam. ff. de verbor. obligat. Vnde qui promisit domum ædificare, poterit, si conueniatur ante litem cōtestatam se illam facturum offerre, & non incidet in pœnā, imò, vsque ad sententiam, si actor petat domum fieri, secus, si interesse. §. fin. de perpet. & tempora. actio. in Instit. Bar. in l. interdum. & d. l. si insulam. ff. de verbot. obligat. & interpretes in dicta l. si insulam.

Intelligunt Doctor. quando illa contestatio litis fieret intra modicū tempus, per istum textum. & in l. si ita quis. §. Seia. ff. de verbor. obligatio. hoc tamen reprobat Alexand. in d. l. si insulam. & huic videntur acquiescere alij Doct. communiter, cùm in d. l. si insulam hoc non dicatur, nec in alia lege exprimatur: nec hic text. loquitur in litis contestatione, quando facienda sit, & iura per eos allegata hoc non probāt.

Tertia regula est, Vbi in contractibus dies & pœna est apposita, non recipitur purgatio moræ. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de action. & obligat. l. magnam. C. de contrah. & cōmit. stipu. l. ij. C. de iure emphyteut. vbi emphyteota non soluens pensionem per triennium, iure suo priuatus est.

Quando non admittatur.

Quarta regula, Post sententiam non admittitur purgatio moræ, nisi vnū fuerit in obligatione, aliud in solutione. l. item veniunt. §. idem rectè. ff. de petit hæred. & speciale est in l. iij. in fin. cum l. sequent. ff. iudi. sol. & in l. fideiussor euictionis. de doli except. Matthæ. de Afflict. in decisi. Neapol. 187. Facta. in fi.

Quinta, Moræ purgatio non recipitur in causa 2 appellationis. glos. & Doctor. in l. j. in principio. ff. de actio. emp. Allegatur lex ab executione. in fine. ff. de appel. quamuis parum probet, Alexand. tamen Ias. & alij hoc probant. in d. l. si insulam. in fin. quia si non licet post sententiam, multò fortiùs nec post appellationem.

Restrictiones ad regulas praecedentes.

Sexta regula, Hodie in Curiis Franciæ semper ferè recipitur moræ purgatio, si ius actoris non sit 3 factum deterius, per istum textum, etiā in causa appellationis ratio est, quia ex bono & æquo hæc purgatio fit. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbor. obligat. quam æquitatē iudices sequi debēt, l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. loc. non rigorem iuris. cap. dilecti. de iudi. Et de æquitate Canonica mora semper pur- 4 gari potest. cap. suam. secundum vnum intellectum: de pœn. Bald. in l. qui crimen. quæst. 9. C. qui accus. non possunt. Anton. Butri. in cap. dilecti. col. 2. de arbit. Ias. consil. 10. Ex hac. nu. 2. vol. 1. Et hanc Canonicam æquitatem receperunt Curiæ Franciæ tam seculares, quàm Ecclesiasticæ, sequentes glos. in cap. apud misericordem. 32. q. 1.

Vnde sæpius iudicatum fuit, pro ista moræ purgatione, etiam in causa appellationis, & maximè pro de la Bonne, Ciui Lugdunensi, & nouissimè contra capitulum Sancti Thomæ *du Louure*, Parisiis, quod concesserat domum cuidam ad tempus longum, hac lege, quod si non solueret intra sex terminos, quod capitulum, sine figura processus, sua authoritate domum haberet, & emphyteosis, seu locatio pro non data & facta haberetur: qui tamen vocatus in ius, post mensem & sex dies finiti temporis, obtulit pensionem, & Senatus cēsuit illum posse moram purgare celeri satisfactione, per cap. potuit. de loca. & intra modicum tempus: sic conclusum fuit, anno 1547. in mense Februarij. Et hoc siue sit adiecta dies & pœna, siue aliàs de iure prohibeatur, nisi ius partis deterius sit factum, & hoc est valde arbitrarium, vt dicit text. in d. l. si ita quis. in §. Seia. ff. de verborum obligat. ibi, quod omne ad iudicis cognitionem remittendum est. Ideò non disputo an ipso iure, an per exceptionem, quia semper per exceptionem oportet quòd in Curiis fiat, licèt super his interpretes valde disputent.

Arestū pro moræ purgatione.

Etiam si iuramentum sit appositum, admittunt iudices moræ purgationem, si ius partis non sit factum

ctum deterius, iuramenti tamē priùs obtenta dispensatione, licèt de iure non recipiatur. l. si quis maior. C. de transact. Alexand. consi. 148. Viso. in 7. vol. Iaso. consil. 10. Ex casu. nu. 2. vol. 1. Et sic per prædicta vides quomodo purgatio moræ fiat, ne plura hac de re hic congeram.

LEX X. PAVLVS LIB. I. AD PLAVTIVM.

SI eum iudicio sisti promisero, qui iam tempore liberatus esse dicatur, quanuis fortè iam actione non teneatur, actio in me danda est, vt vel exhibeam eam, vel defendam, vt veritas inquiratur.

PRincipium huius l. explicat Hyppolit. Marsi. in tractat. de fideiusso. 14. num. 136. & 150. eum seq. nec refragatur d. l. ij. §. 4. suprà, qui satisd. cogant. quia ibi ille, cui erat facta promissio, agere non poterat, & sic non poterat petere, vt promissus se sisteret. hic verò potest agere, & dicit text. dandā actionem vt exhibeam, vel vt defendam, scilicet me non teneri exhibere, quia is liberatus erat tempore, ideò ad iudicium conueniri non poterat. Vide in d. l. ij. alia.

§. Qui iniuriarum acturus est, &c.

Lis nō contestata quā de habeatur pro contestata.

REputatur hic §. singularis, ad hoc, vt quādo stat per reum, vt lis non contestetur, habeatur pro contestata, & sic actio perpetuatur, & transit ad hæredes, ac si lis contestata esset, vt dico in tractat. de effect. litis contest. & hunc text. singul. dicit Alexan. consil. 100. Discussis. in princip. in 5. vol. & Iasconsil. 55. volum. 1. qtia quod per me non stat, mihi non est imputandum. regul. in iure ciuili. ff. de regul. iur. & in 6. regula, quod per me, vbi hoc plenè tractatur.

Secunda regula ex hoc text. elicitur, licèt hæc non probetur hîc, quòd subrogatū debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur. glos. hic in verbo, danda non est, alia adducit iura, quæ tamen limitat glos. in l. certi conditio. ff. si cert. pet.

Istam regulam explicat Soci. in tract. fallen. regu. 383. & in c. veniens. col. 11. de accusat. Alexand. consil. 106 in 3. volum. 1 post Bar. in l. i. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber. esse iussus fuerit. Bal. in margarita. in verbo, actio. quæst. 7. Aufret. decisio. Tholos. quæst 90. Anchar. consil. 421. Et an habeat locum in electionibus? Ludouic. Roman. singul 478. & Hyppolit. singul. 255. Ias. consil. 108. An subrogatus pacta seruare teneatur? Bologn. consilio 168. Cotta in 2. parte memorat. in verbo, subrogatum. De his hactenus.

De feriis, & dilationibus, & diuersis temporibus, & quibus causis feria non impediantur.

TIT. XII.

SVMMARIA.

1 *Sententia tempore feriarum lata, est nulla.*
2 *Partes possunt testibus iuramentum remittere.*
3 *Promissio etiam die feriato fieri potest.*
4 *Cognitio custodiarum potest tempore feriarum, messium, & vindemiarum fieri.*
5 *Creditor de nocte solutionem recipere non cogitur.*

LEX I. VLPIANVS LIB. IIII. DE OMNIBVS TRIBVNALIBVS.

NE quis messium, vindemiarúmue tempore aduersarium cogat ad iudicium venire, oratione Diui Marci exprimitur: quia occupati circa rem rusticam, in forum (venire) cōpellendi non sunt, &c.

TItulus de feriis. Multas feriarum species docet Macrobius in lib. 1. Saturnal. Specul. in eod. tit. de feriis. Hostiens. & Azo in summa huius tituli. Iurisperiti tres maximè feriarum species constituerunt. Primæ sunt, feriæ in honorem Dei & Sanctorum introductæ, quo tempore ab omni opere cessatur. Exod. 20. cap. & Leuitic. 23. Sicut enim Deus die septima ab omni opere, quod patrauerat, cessauit. Genes. 2. cap. sic & homines illis diebus in eius honorem cessare debent. Et de hoc loquitur pulchrè l. fin. & aliæ multæ leges. C. eodem. *Tres feriarum species.*

Aliæ sunt feriæ messium & vindemiarum, de quibus iste ferè tit. loquitur, vt quis eo tempore non teneatur ad iudicium venire, quia rustici occupati circa rem rusticam ad forum venire compellendi non sunt, & quamuis ratio de rusticis loquatur, idem tamen in aliis, quia principium huius legis dicit, Ne quis, quod est generale: l. prima. ff. de verbor. significat. nam alij prouident sibi id temporis, vt à rusticis emant, etiam in locis vbi non sunt messes, nec vinum. Dari solent hæ feriæ, vt, qui mōtes incolunt, aliunde sibi quærant, & comparent ista, vt docent hic Doct. & in c. fin. extra. eodem. *Feria vindemiarum.*

Et si propter contumaciam feratur sententia in vocatos in ius tempore feriarum, nullius erit momenti sententia, & citra appellationem infirmabitur, & nulla pronuntiabitur, & quatenus de facto processit, irrita declarabitur. text. hic, & glos. Et sententia lata hoc tempore executioni mandari non debet, nec condemnatus soluere. l. si ferialis. infrà. vbi glos. dicit partem non teneri facere iudicatum, quando est in faciendo, imò dicatis, quòd facit iudicatū pars, quando satisfacit id, in quo est iudicata. Et iudex cogit partem facere iudicatum, id est, soluere, & satisfacere, quod iudicatum est. l. decem. ff. de verbor. oblig. Scripsi in l. verbum, facere. in verbo, soluendi. ff. de verbor. signific. 1

Limitatur, si partes sponte litigauerint: sponte enim consentur litigare, quando ferias non opponunt, & tunc tacitè consentur his feriis renuntiare, quod possunt, vt hic, & l. si ferialis. infra eodem. Alexan. consi. 123. Viso. col. 2. io 2. vol. Cuilibet enim licet renuntiare priuilegio in fauorem suum introducto, l. penult. C. de pact. vnde dicit glos. in verbo, sententia, partes posse remittere iuramentum testibus, & illam glos. probat Lanfranc. in c. quoniam. in verbo, testium. de probat. alia est in c. tertio loco. ibidem. de probat. & in cap. tuis. de testib. vbi plenè Felin. *Partes possunt feriis renūtiare.* 2

Secundò non habet locum, si res erat peritura, vel

Reſtrictiones ad textum.

vel dilatio ſit actionem peremptura, aut ſi res vrgeat, aut agatur de alimentis, & in aliis caſibus poſitis. in §.fin.in iſta l.j.& l.ij.& ſequen.infrà eodem. Et re-
3 gulariter vbi prouiſio debet fieri, de quo amplè tractaui in tract.de ſenten.prouiſio.in 1.tom. Commen. ad Conſtit.Reg.Galliæ. & in caſibus in quibus procedi poteſt, & teſtes, & omnes ad cauſam facientes euocari poterunt: nam qui vult antecedens, & conſequens ad illud.l.ij.ff.de iuriſdictione om.iudicum. l.ad rem mobilem. ff. de procurat. aliàs non. iudex tamen iis feriis non vtetur, ſi partes veniant in caſibus neceſſariis, alioqui contrà. vt docet Bald.conſil. 374.Quæritur.in 5.vol.

Diſciplina militaris poteſt feriatis diebus fieri.

Tertiò, iſtæ feriæ vacationem tantùm in forenſibus negotiis concedunt, non autem quoad diſciplinam militarem: ideò feriatis diebus, die ſanctiſsima Paſchalis in ciuitate munita non debent defenſiones omitti, & hoc eſt verum, ſed non probatur in l.pen. infrà eodem: ſed cognitio cuſtodiarum, id eſt, perſo-
4 narum, quæ in cuſtodia & carcere ſunt, poteſt tempore feriarum, meſsium & vindemiarum, fieri, quia in hoc ſummum Numinis ſperatur venia, per quod multorum ſalus & incolumnitas procuratur, l. prouinciarum. C. eodem. vbi non debet differri proditio ſceleratorum, nec latronum tormenta, & ſic executio fieri poteſt hoc tempore. Auſter.in deci. Tholoſan.q.158. Allegata.

Feriæ meſſium declarandæ a iudice.

Hodie ſunt feriæ iſtæ ſtatutæ in ſingulis Curiis, per conſuetudinem & ſtylum Curiarum, & iudex debet illas ferias meſsium & vindemiarum declarare tempore debito.

Notant interpretes gloſſam ſingularem in l.more
5 Romano.infrà eodem quòd creditor non poteſt cogi recipere ſolutionẽ de nocte, ſi poſſet decipi, vel inſidioſus ſit locus. quem Iaſ. not. in l. non ſolùm. §. morte.colum.20.numer.43. ff.de noui oper. nuntia. Hodie non coguntur creditores accipere, quia vix vnquam, etiam poſt condemnationem, debitores offerunt, ſemper ſolutiones differentes, quantum poſſunt.

Feriæ repentinæ.

Aliæ ſunt feriæ repentinæ, quæ in honorem Principis indicuntur, ob res proſperè geſtas, fortè ſi natus ei fuerit filius, vel ob partam magnam victoriam, l. ſed ſi.§.ſi feriæ. ff.ex quibus cauſ.maior. & quamuis in veteri ff. meo ex antiquis habeã ibi, repentinæ, tamen in libris nouis non inuenitur. Et notandum eſt, quòd ea quæ dicuntur in feriis, in honorem Dei introductis, ferè in his locum habent, vt docet gloſ. ſingul.in clemen.ſæpe.in verbo, amputet.de verbor. ſignific. quam notandam cenſeo.

Vltimò, ad intellectum l.oratione. & l.fin. colligendum eſt, quòd dilatio vna datur, vel cauſa cognita duæ, hoc procedit in pecuniariis cauſis, ſed in capitalibus accuſatori duæ, tres verò reo dantur: l.fi. hoc titul. nam olim duæ horæ accuſatori, tres verò reo dabantur, ne res in infinitum protraheretur, vt refert Alexand.lib.Genial.4.c.11.

Hodie tam in Curiis ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis dilationes ſunt arbitrariæ, niſi ſint taxatæ à conſuetudine, vel ſtylo, vt plenè ſcripſi in tract.de dilation.in 3.tomo Commen. ad Conſtit.Reg. vbi abundè de his ſcripſi.

De edendo. Tit. XIII.

Hic titulus eſt in iudiciis frequens, quare in eo dicam tantùm, quod vſus fori ſeruat, cùm ſuper hoc nulli recentiores (quos viderim) hactenus aliquid ſcripſerint, extra Iaſon.& Iacob.

SVMMARIA.

1 *Edere, quatuor modis dicitur.*
2 *Inſtrumenta in Curiis Franciæ ſolent cum die & Conſule edi.*
3 *Rationum editio quomodo in Curiis Franciæ fieri ſoleat.*
4 *Editio expenſis petentis fieri debet.*

Lex. I. Vlpianvs lib. IIII. ad Edictvm.

Qva quiſq; actione agere volet, eã prius edere debet. Nam æquiſsimum videtur eum qui acturus eſt, edere actionẽ, vt proinde ſciat reus vtrùm contendere an cedere vltra debeat: & ſi cõtendendum putet, veniat inſtructus ad agendum, cognita actione qua conueniatur.

Imprimis ſciendum eſt, quòd edere eſt exhibere, oſtendere, & demonſtrare. Eſt etiam copiam deſcribendi facere, vnde ſolet actor, cùm reum in ius vocare vult, Apparitori tradere papyrũ ſic ſcriptã, aut ſimilẽ, pro qualitate actionis: Citetur Titius cotã Cõſeruatore, viſurus recognoſcere ſuũ chirographum, vel condemnari ad decem aureos, quos cauſã mutui debet. Ecce quomodo editur actio, vt reus inſtructus veniat: & ita extat Conſtitutio Regia, vt omnis in ius vocatio debeat eſſe (vt vocant) libellata, & continere actionem, quã reus agere vult. in tit. de citat.ſeu adiorna.art.3.& ſequen. vbi plenè ſcripſi.

Forma editionis actionis.

Et ſic maximè quatuor modis edere dicitur. Primò, 1
quando copiam deſcribendi aduerſario facit, dando ei facultatem & poteſtatem, vt conſcribere poſsit, qua actione actor velit agere.

Secũdò, quando ea, quæ in libello complexus eſt, dat reo, vt deſcribat, ibi probatur, vel in libello complecti & dare. Et in l.ſi quis.§ edere autem, eſt vel tradere libellum, vel codicem proferre, infrà.

Tertiò, quando actor dictat reo, & ipſe excipit quæ eſt dicturus, & in iudicio proſecuturus.

Quartò, edere dicitur, qui ſuum aduerſarium in album producit, id eſt, in iudicium ducit, & illi demonſtrat quid ſit dictaturus in ſuo libello, vel dicendo aduerſario quo genere actionis vti velit, ibi, Eum quoque, &c.

Aliis etiam multis modis accipitur hoc verbum, edere, quos ſcripſi in l.boues. §. inter reddere. ff.de verbor.ſignific. facit lex ij.de dilatio.

Edere actionem, quãdo quis dicatur.

Edere igitur dicitur actor, quando manifeſtum facit reo id quod petere vult, l.j. vel edit quis, quando palàm facit id quod exhibere petitur, vt inſtrumenta & rationes, de quibus infrà.

Hodie

Hodie extat regula in iudiciis certa, quòd tam actor, quàm reus omnia edere debent quibus in iudicio vtuntur, & etiam allegationes iuris in medium productas, edendas censet (quamuis per errorem productæ essent) Specul. in tit. de instru. editione. in §. videndum. versic. vnde si aliquis alia ad fundandam intentionem. Bart. & alij in §. editiones. in hac l. j. Nam quæ producuntur, quodammodo communia fiunt, & pars nesciret respondere his, quæ contra eam producuntur, nisi exemplum eorum haberet: ergo ei edenda sunt. Et quia producendo instrumentum videtur illud approbare tam pro se, quàm contra glos. quam not. Iason in §. editiones. hoc titul. & Decius in c. cùm venerabilis. col. 2. de exception.

Et in Curiis non obseruatur §. editiones quia instrumenta edi solent cum die & consule, & integre, nec pars editionem accipere solet, nisi integre ei fiat exhibitio, secus in rationibus: nam quando illarum
3 ex libro fit editio, principium libri transcribitur, & posteà aliqui articuli, ante articulum necessarium, describi solent, cùm articulis necessariis, & ita solet praxis seruare.

Edere quomodo quis cōpellatur. Quomodo possunt compelli partes ad edēdum? Respondeo, ad requisitionem petentis officio iudicis. glos. in l. iiij. infrà. Aliàs si pars nolit, vel dixerit se non habere illa instrumenta, poterit iudex pronuntiare non esse adhibendam aliquam fidē, si deinceps inueniantur, imò ea cassat & irrita pronuntiat. Bart. pulchre in l. ij. C. eodem. & pro illa decisio. Bart. facit text. in l. huiusmodi. §. si ita. ff. de legat. j. l. fin. versic. quod si prædictum. C. de fide instrumen. cap. longinquitate. in fin. 12. q. 2. & Bald. in l. hi qui ad ciuilia. col. 3. C. de appel. Federic. consil. 202. Decius in c. 1. col. penult. de probat. extat lex Regia conformis sub tit. de Procura. art. 1. & seq.

4 Edere quis compellitur expensis petentis, quando petitur editio eorum, quæ producta sunt in iudicio. Decius in cap. j. de probat. l. Prætor. in fin. infrà. glos. in clemen. 2. de appel. & in clemen. fin. in verbo, pronuntiatio. de verbor. significat. Si verò petatur extra iudicium ab apparitore, exemplum eorum quæ ipse contra partem facit, tunc expensis partis illius, cuius nomine ipse exequitur, fiet, vt est glos. in clement. causam. in verbo, porrecto. de elect. Lanfranc. in cap. quoniam. in verbo, petitionis. in fine. de probat. est Constitu. Regal. tit. de citat. vbi scripsi. Decius in c. 1. columna 36.

Denombramenta vassallo edēda. Vnde dominus tenetur instrumenta feudalia, quæ vocant Pragmatici denombramenta, vassallo edere, quia communia videntur. Ista censuit Senatus, anno 1533. die 15. Iulij. & pro hoc facit glos. in c. j. §. illud. in verbo, requisitus. de prohibit. feud. alien. per Feder. vbi Bald. & Alexan. Tamen quando vassallus, vel emphyteota fatetur se vassallum, vel emphyteotam, tenetur declarare res feudales, vel emphyteoticarias, quas à Domino habet: aliàs expelli poterit glos. in verbo, iurata. & Doct. in l. ij. C. quando & quibus quarta pars debetur libro 10. Iacob. in tractat. de feud. in verbo, dictique vassalli. secunda columna. ac Socin. consilio 167. incipiente, Non inutilis. columna septima. in secundo volum. Boër. in §. 2. de consuet. feud. & §. 16. ac in §. 2. de consuetu. reten. rerum feudalium.

Lex ii. Pavlvs lib. iii. ad Edictvm.

Si legatum petatur, non iubet Prætor verba testamenti edere: ideò fortasse, quia hæredes solent habere exemplum testamenti.

Dubium est in hoc text. si legatarius ab hærede legatum petat, & hæres dicat legatario, vt edat verba testamenti in quibus est illi legatum factum, an legatarius edere illud teneatur? Respondet text. Non iubet Prætor verba testamenti edere. Rationem ponit, quia hæredes solent habere exemplum testamenti, & absurdum est, cùm ipse in ea sit causa, vt edere debeat, ipsum petere vt edatur, & l. si quis. §. Prætor. infrà eodem.

Secundò dicit glos. hæredem non cogendum exhibere legatario originale, sed exemplum per istum textum. & l. Procurator. C. eod. hoc verum est, sed non probatur in hoc text. qui loquitur de legatario, vt hæredi edere non teneatur verba testamenti, quia hæredes solent habere exemplum testamenti, id est, formam testamenti, & ipsum testamentum ac originale, l. cæteræ. in fi. famil. herciscun. ff. sed ideò dixit, exemplum, quia prius dixerat, verba testamenti hæredi non edenda, quia ipse habet exemplum testamenti, & illorum verborum: ideò ea non tenetur legatarius exhibere, & sic accipitur hic exemplum, pro forma, vt docet Valla lib. 6. c. 33. & dixi in l. an vulgari. ff. de verbor. signific.

Svmmaria.

1 *Fisco instrumenta edenda non sunt, cùm criminaliter agit.*
2 *Fiscus in locum priuati succedens, iure priuati vtitur, non iure fisci.*
3 *Ecclesia, minor & hospitale non tenentur fisco instrumenta edere.*

Lex iii. Modestinvs lib. ii. de poenis.

Senatus censuit, ne quisquā eorum, à quibus quid fisco petitur, alia instrumenta delatori cogatur edere, quàm quæ ad eam causam pertinerent, ex qua se deferre professus esset.

Species facti talis est, Quidam denuntiauit talem mercatorem fiscum instituisse, & testamentum surreptum, ob id fiscus bona mercatoris petebat à possessoribus, & delator petebat instrumenta sibi edi, quæsitum fuit quæ instrumēta petenda & edenda sunt? Respondet Iurisconsult. edenda ea quæ ad istam causam pertinent, ex qua deferre professus est: igitur si delator velit, vt aduersarius instrumenta exhibeat, quæ ex patris successione habet, non tenetur: quia non pertinent ad institutionem illius mercatoris: nam instrumenta tantùm, quæ spectabant ad mercatorem, & quæ ad eius bona respiciūt, sunt edenda fisco, alia vero quæ ad possessores bonorum pertinent, ex suo patrimonio edi non debent, & *Facti huius legis species.*

sic

sic intelligi debet iste tex. quicquid glo. & alij dicant, probat text. & ibi Iason notat, & in l. si quis. §. ratioo-em. infrà eodem.

Fisco instrumenta edenda.

Et sic ex isto text. colligitur, quem teneri edere fisco, tam ad suam fundandam intentionem, quàm replicationem iuuandam, & speciale est in eo, per istum text. quamuis nullum speciale in fisco debeamus inducere, nisi lege cautum sit, l. item veniunt. §. ait Senatus. ff. de petit. hæred. vbi glos. in verbo, in publica. & in l. j. C. eodem. ac l. non puto. ff. de iure fisci. quia ipsi Principes, satis sibi ipsis, & quatenus voluerunt, prospexerunt, & posteà magistratus adulatores, volentes se & cōsanguineos, bonis tēporalibus ditare, & spiritualibus priuare, ea priuilegia fisco auxerunt: tamen hic non vult vt instrumenta, quæ non pertinent ad eam causam inchoatam, edantur: quia iniquum est res suas exhibere, & sic paupertatem suam detegere. l. ij. C. quibus quarta pars debe. libro 10. Et sic idem videretur in alio instituto, vt posset cogere eum, qui habet instrumentum, quo est institutus, vt alibi dicam.

Imò si edita & exhibita fuissent instrumenta alia, non nocerent parti, & ita intelligitur l. ij. §. Diuus. ff. de iure fisci. quæ negatium fecit interpretibus, eò quòd dicit: ***Sed nec aliàs dubitari oportet, quin non aliam in causam nocere debeant, quàm in eam, quam desiderata sunt.*** Nam ibi negatiuè accipiendum est, non dubitari quin quod non debeat nocere in aliam causam, vt plenè docui in l. duobus. ff. de verborum significatione.

3 Ista etiam lex non procedit, quando fiscus ageret criminaliter, quia tunc nimis graue esset, & absurdum, quòd accusatus teneretur edere, & parare arma contra se. l. nimis graue. C. de testib. Et Callistra. ait, totiens edenda esse fisco instrumenta, quotiens de iure capiēdi, vel de iure dominij, vel de alia causa simili re numaria quæratur, non si de capitali causa agatur. d. l. ij. §. item Diui. Panormit. & alij in cap. j. de probat. licèt Bart. teneat contrà, in d. §. item Diui. Videte plenè Doct. in l. ij. C. de edendo.

Emptores gabellarum habēt idem priuilegiū cum fisco.

Hoc etiam priuilegium dicunt competere emptoribus gabellarum, cùm in locum fisci succedant. Bald. in l. j. §. editiones. in fin. suprà eodem. sed text. in l. licitatio. §. fin. ff. de publica. dicit contrarium, & sequitur Alexand. & Iaf. hîc per illam l. licitatio. in fin. quod non transit ad alium. l. fin. in fine. ff. de contrahend. emption. & regula, priuilegium. de reg. iur. in 6. quia hoc priuilegium est personale.

Ego sic conciliarem. Nam si emptores vel conductores fisci emissent, aut à fisco conduxissent, vt simili priuilegio vterentur, tunc hoc daretur priuilegium, quia in locum fisci subrogantur: ergo eodem priuilegio vti debēt. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & sic intelligi prima sententia debet, & hoc videtur tenere Guido Papæ in decis. Delphi. 208. Iuxta materiam in fin. etiam quando debitores sic essent obligati, scilicet quòd possent compelli ad soluendum, sicut debitores fiscales, & sic in his duobus casibus hoc fieri poterit.

Si verò simpliciter venditio, aut conductio fuisset facta, nec obligati fuerint debitores, sicut fiscales, tunc hoc priuilegium non transit in alium, & sic intelligitur d. lex licitatio. quia ex mutatione personæ

2 mutatur conditio rei. l. Paulus respondit per Procuratorem. ff. de acquirend. hæred. & quia fiscus succedens in locum priuati, non vtitur iure fisci, sed priuati, l. fiscus. ff. de iure fisci. sic nec priuatus, quando succedit fisco, titulo locati, vel emptionis, seu alio titulo.

Item non procedit iste text. in Ecclesia, minore & 3 hospitali, qui non tenentur edere fisco plus quàm priuato, cùm habeant speciale priuilegium, & priuilegiatus fiscus non vtitur priuilegio contra priuilegiatam Ecclesiam, vel alium: l. fin. cum authent. ibi posita. C. de sacrosanct. Eccles. Bald. in cap. 1. col. 3. de probat. tamen quisque Ecclesiæ & aliis priuilegiaris tenetur edere, sicut fisco, quia hi simile censentur habere priuilegium. l. Rempublicam. C. de iure Reipub. lib. 11.

Fiscus ad quæ priuilegiatus non sit.

Fiscus etiam tenetur edere omnia, quibus vtitur in iudicio, sicut priuatus, & ad hæc non est priuilegiatus, & ita vidi seruari in vsu forensi, aliàs non posset priuatus se defendere contra eum, & sic libros edere tenetur, quibus appareat quantum solutum sit, l. iustum. C. eodem.

Item fiscus cogit Collegia & Ecclesias exhibere instrumenta fundationis, quæ ipsa vel prædecessores fecerunt, sic & Ecclesiam, vel Episcopus hoc potest petere, & Doctor. asserunt in d. cap. primo. Vnde Schabini Remenses fuerunt condemnati ad edendum fundationem, & chartas, quas habebant, Archiepiscopo Remensi. Et idem censuit Senatus pro Abbate Sancti Ioan. Laudunensis, contra quosdam habitantes prope Laudunense monasterium, vt refert Ioan. Gallus in quæstio. per aresta. q. 31. Pro Archiepiscopo. & q. 37. Fuit in eodem.

SVMMARIA.

1 *Nummulariorum apud Romanos officium, non erat publicum.*

2 *Libris argentariorum contra eos creditur, pro eis verò, non.*

3 *Notarij contractus semel expeditos iterum tradere in Francia prohibentur.*

Restringitur. ibidem.

4 *Interesse, propter editionem rationum non factam, actione in factum petitur.*

LEX IIII. VLPIANVS LIB. IIII. AD EDICTVM.

PRætor ait: ARGENTARIÆ MENSAE EXERCITATORES RATIONEM, QVAE AD SE PERTINET, EDANT ADIECTO DIE ET CONSVLE, &c.

LEx ista loquitur de argentariis, quos glos. in l. si quis. infr. eodem. comparat Tabellionibus. Ego dicerem olim Romæ argentarios constitutos, qui rationem accepti expensique facerent, & non tam permutationem pecuniarum, quàm maiorem negotiationem exequebantur, quibus moris fuit, pecunias custodiendas interdum dari fœnerato, interdum gratuitò. vt docet Budæ. in Annotat. prior. ad Pandectas. in l. si hominem. §. quotiens. ff. mandat. Nummulariorum verò officium erat, sicut campsorum, sed non erat publicum, sicut argentariorum, 1 vt ibi.

Argentarij apud Romanos varij.

vt ibi. Sed ij argentarij varij erant, quidam erant Triumuiri mensarij (vt Liuius eos appellat) qui publicas pecunias exigebant, ab his qui reditus debebant. Alij erant, qui pecunias sub fide publica, permutabant verè: & tertij, qui nummos fœnori & suos & aliorum collocabant. Erant & postremi, qui auctionibus, & venditionibus præerant, quæ in publico fiebaor, contractus quoque apud eos celebrari eorum Calēdariis inscribebātur, quod hodie Notariorum est, teste Laz.in lib.de Repub.Roma.2.c.13. pag.307. qui ista omnia probat. Scripsi in l.boues. §. tutor.ff.de verbo.signific.

Cāpsores.

Mēsularij quibus præsint.

Hodie vtile esse potest, qui loco argentariorum Galli habent nummularios, quos campsores dicunt: habent etiam alios mensularios, quos banquerios vocant: hi enim præsunt expeditionibus beneficiorum in Curia Romana, vel legatiooibus faciendis, & hi habent officium de publico, & tenentur conficere libros signaturarum, bullarū, & expeditionum quas fecerint, & quo tempore, & an esset signatura nouæ prouisionis, vel resignationis, seu alia prouisio: & teuentur etiam exhibere & edere illos libros, vt est statutum lege Gallica in tit. *de la reformation des prouisions*. artic.5.& sequen. sed quia nummularij rationes conficiunt, quia accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio scriptura, codicibúsque eorum maximè continetur, & frequentissimè ad fidem eorum decurritur, ideò edere tenentur. l.quædam. §.nummularios. infrà eodem. l.emptor. §.j.ff.de pact.

Ratio quæ dicatur.

Itaque regula est per hanc l. Prætor. quod hi argentarij, siue sint nūmularij, banquerij, siue Notarij, edere tenentur rationes, & libros quos confecerunt, adiecto die, & consule. Rationem Labeo ait esse vltro citróque dandi, accipiendi, obligandi, credendi, soluendi sui gratia negotiationem: l. si quis. §. rationem. infrà. nam cùm singulorum rationes ij argentarij conficiant, æquum fuit, id, quod mei causa confecit, meum quodammodo iostrumentum mihi edi: nam pertinere ad me videtur, si rem meam tractaueris, me mandante. l.si quis. §.pertinere. infrà eodem.

Et quia eorum officium atque ministerium publicam habet causam, & hæc principalis eorū opera est, vt diligenter conficiaot actus sui rationem. l.argentarius.§.j.infrà eod. ideò edere coguntur.

Vnde patet cuius quæstus ad eum peruenit, compelli ad edendum posse, & domini, qui famulos præfecerunt ad has rationes conficiendas, etiam successores illorum edere tenentur. l. si quis. §. cogentur. infrà eodem. Et nihil ioterest si successores, aut pater, aut dominus argentarij, eiusdem fuerunt professionis, quia cùm in locum & ius succedāt argentarij, partibus eius fungi debent. l.quædam. §.j.infrà eod. 2 Et libris eorum creditur contra eos, sed pro eis non. glos.& ibi Doctor.in l.quædam.infrà eodem.& in l. admonendi.de iureiur.ff.l.emptor.§.j.ff.de pact.

Editio quoties facienda sit.

Quotiens edere quis tenetur? Respondeo semel, & causa cognita, iterum, l.si quis. §.Prætor. iterum enim duas res significat, & si secunda editio non sufficiat, quia fortè is cui editum fuit, casu perdidit, quotiens opus erit, Prætor edere compellit. l.veluti. in fi.infrà eodem. & idem in Notariis dicendum est, vt Bart.docet in d.l.si quis.in fin. hoc tit. & extat super hoc lex Regia in hoc regno. in tit.de Notar.art. 11. vbi prohibetur Notariis, ne contractus semel ex- 3
peditos iterum tradant, nisi causa cognita, & ad iudicis præceptum, vt ibi dicam, ne quædam contrarietas & confusio oriatur.

Argentarius quo in loco edere rationes teneatur.

Etiam edere cogitur Notarius, vel argentarius vbi officium suum exercet, quia ibi rationes & instrumenta habere debet, l.Prætor.in fin. Quod si alio attulerit, dandum ei spatium est ad perfereoda ea instrumenta, l.spatium. & l. si quis ex argentariis. & si (vt plerique eorum) in villa habeat instrumenta, vel in horreo, aut ad locum te perducet, aut descriptas rationes dabit. ibidem.

Qui non edit, tenetur ad interesse.

Quomodo teneatur is, qui non edidit? Respondeo ad id, quod interest mea eas rationes, vel instrumenta edita non fuisse, cùm decerneretur à Prætore, nō quod hodie interest. Et ideò licèt interesse desiit, vel minoris, vel pluris interesse cœpit, locum hæc actio non habebit, neque ad augmentum, neque in diminutionem, l.vbi. in fi.eod. vnde si quis condemnatus sit, siue quod petierit, noo obtinuerit, eò quòd instrumenta, ex quibus causam tueri poterat, non edita ei fuerunt, idipsum, quod ita perdiderit, hac actione consequetur. l.argentarius.§.cùm autem.infrà eodem.

Si agatur de editione actionis, quam actor in initio litis edere debet, si non edat, reus non tenetur respoodere, sed in ius vocatis cum expēsis commeatus dabitur. de quo in l.j. hoc tit. vt dixi in tractat.de citat.in 3.tomo Commen. ad Constit.Reg Gal.

Editio quo iure petenda sit.

Quo iure hæc editio petatur? Respondeo, quanuis glos.& interpretes in l.j.C.eodem. sint in magna cōtrouersia, ego tamē putarem officio iudicis compellendum Notariū, trapesitam, & nummulariū ad edendum libros, instrumenta, seu ratinnes, & alia quæ me mandante confecisse ratione officij censentur, d.l.j.C.eodem. vel condictione ex lege, vbi extaret lex noua, vt in Francia. l. vnica. C.de condict. ex leg.

Alij verò, cum quibus contraxi, vt socius, Procurator, & alij tenentur edere per actionem ex illo contractu. l.quædam. infra eodem. Et in praxi parui est emolumenti quoad coactionem, quia semper iudicis interponitur officium.

4 Si tameo ad iussum iudicis quis non ediderit, ad id quod interest, actione in factum ex hoc edicto de edendo agetur, l.si quis. §.ex hoc edicto. in id quod interfuit actio competit: ergo oportet, vt priùs iudex iubeat, alioqui ante requisitionem partis, & iussum iudicis non potest venire condēnatio eius quod interest, l.vbi.§.is autem.qui in hoc edictum inciderit, id præstat, quod interfuit mea eas rationes edi, cùm decerneretur à Prætore: ergo oportet, vt priùs Prætor ex officio suo decernat editionem facieodam esse, quæ si non fiat, succedit interesse, quod actiooe in factum petitur. probat lex argentarius. §. finali. infrà eodem.

Et hæc actio, quæ datur ad id quod ioterest, est pœnalis: ideò io hæredem non datur, qui non deliquit, neque post anoum, l.fin. infrà eodem. vt dixi in §.final.suprà, si quis ius dicen.non obtemper. quicquid dicat glos. in d.l. fin. & interpretes, quia is qui noluit edere, punitur, l.vbi.eodem tit. ergo pœnalis est actio. sed io hoc fuère Doctor. decepti, quia putabant loqui de actione seu officio iudicis, quo petitur editio, quæ non est pœnalis, sed cùm non ob-

temperatur, hoc pœnale eſt, & ita conciliantur iura.

Actor quæ reo edere teneatur.

Et ſic concludendo patet, quòd actor tenetur actionem reo edere, & ſuis ſumptibus, & hæc edita actio ſpeciem futuræ litis demonſtrat. l. edita. C. eodem. facit cap. prætereà. de dilatio. Datur etiam regula quòd actor inſtrumenta, non ſolùm quibus vtitur, ſed etiam alia reo edere tenetur, etiam ad exceptionem fundãdam. l. non eſt nouum. & l. iuſtum. C. eodem. niſi ex hac editione fieret criminis manifeſtatio, quo caſu actor non tenetur. per l. ij. §. item Diui. ff. de iure fiſci. etiam ſi ageretur de crimine Leſæ maieſtatis, vel alio priuilegiato, quia nemo tenetur prodere ſeipſum. l. j. ff. de bonis eor. qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt. Felin. & alij in cap. primo. de probat. niſi agererur ciuiliter. vt docet Anton. Capirol. in deciſio. Neapol. quæſt. 127. In cauſa. Et limitatur etiam hæc regula, quando æquitas reti agatur, vt per Doctor. in l. fin. C. eodem. vbi aliæ limitationes ponuntur, quæ comprehenduntur hic per ſuperiores.

Reus quæ edere non teneatur.

Secunda regula eſt, quòd reus actori inſtrumẽta, quibus non vtitur, edere non tenetur ad originem petitionis fundandam. l. fin. C. eodem. quia non tenetur arma cõtra ſe parare: nimis enim graue eſt reum ad exhibitionem vrgeri eorum, per quos ſibi negotium fiat. l. nimis graue. C. de reſtib. & qui accuſare volunt, probationes habere debent. l. qui accuſare. C. eodem. niſi ex cauſa. l. j. C. eodem.

Quæ è contrario edere teneatur.

Si ergo actor à reo petat extra originem petitionis aliquid ſibi edi, reus tenebitur, in d. l. fin. à contrario probatur in l. penult. §. fin. ff. ad legem Falcid. & quando hoc iudex ex æquitate, vel cauſa decerneret, l. j. C eodem. & ſic ferè comprehenduntur limitationes, quas Doctores congerunt in d. l. fin.

Vnde cùm Dom. de Culaut diceret contractum nullum, & quatenus proceſsiſſet, irritari peteret aduerſus D. Ioannam de Francia, viduam Admiralij de Borbon, & contractum illum ſibi edi, & exhiberi, Senatus cenſuit exhibitionem actori faciendam, anno 1514. die 14. Iunij, in magna claſſe. Alia in hac materia amplè tradunt Doctor. in c. j. de probat. & in l. fin. C. eod. videre ibi poteritis.

Defectum alterius modicum supplet vnius integritas.

Vltimò, Iaſ. notat iſtum text. in l. ſi quis. §. primo. quòd integritas vnius ſupplet alterius maculam, hoc in teſte. Notatio, quod eſt verum, ſi modicus eſſet defectus, ſed ſi vnus eſſet inhabilis, & omnino recuſatus, nõ ſupplebit probatio alterius, neque fides eius defectum, atque (vt ita dixerim) inhabilitatem. Barbat. conſilio 50. Illud. col. 6. & conſilio 54. col. 11. in 1. vol. & conſil. 18. Præclarè. num. 39. in 2. vol. Felin. in c. 3. rub. de fideiuſſ. num. 188.

Item quidam habent in §. ſi initium. inter ſcripta Bart. lecturam Alex. cuiuſdam Doctoris Peruſini: ideò ſtylus non eſt ſimilis Bart. vt docet Alexand. in proœm. ff. no num. 8. & Purpura. in q. 1. col. 2. de offi. Aſſeſſor. ſed iſte §. eſt notandus, quòd annus conſcriptus in principio libri, prodeſt ad totum librum, & idem in menſibus & diebus, vt ſi vnus contractus habeat diem, & ſequens non, complebitur ex præcedente: nam quæ in præcedentibus ſcribuntur, vel dicuntur, in ſequentibus repetita intelliguntur. l. item. in fi. ff. de pact. l. Titia. de verborum obligat. & Iaſon hic limitat, videte per eum. & in l. age eum Geminiano. C. de tranſact. poſt Lanfranc. in repet. cap. quoniam. in verbo, inſtrumentorum. columna 5. de probation.

Acta Curiæ edenda.

Acta autem & regeſta Curiæ ſunt edenda cuilibet cuius intereſt, tam ciuilia, quàm criminalia. l. ſecunda. C. eod. & ad hoc cogi poteſt ſcriba, ſiue graphiarius, & quotidie hoc videmus in forenſi iudicio ſeruari.

De pactis. Tit. XIIII.

SVMMARIA.

1 *Papa, Imperatores, & Principes quibuſcunque pactis obligantur.*
2 *Promittere & paciſci ſibi ipſi nemo poteſt.*
3 *Pactum inter patrem & filium non ſubſiſtit, & quare.*
4 *Nec inter dominum & ſeruum.*
5 *Reſtringitur.*
6 *Nec inter religioſos, & ſuperiores eorum.*
7 *Nec inter vxorem & virum, vt alterutri acquiratur, durante matrimonio.*
8 *Vniuerſitas, & ciuitas, vni ex pacto poſſunt obligari.*
9 *Voluntas coacta, non eſt placitum, nec voluntas ſimpliciter.*
10 *Electio coacta non valet.*
11 *Furioſi & impuberes iniuriam pati poſſunt, ſed non facere.*
12 *Fatuis amantibus exemplariter ſubſtitui poteſt.*

Lex I. Vlpianvs lib. IIII. ad Edictvm.

HVius edicti æquitas naturalis eſt. Quid enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea quæ inter eos placuerunt ſeruare? Pactum autẽ à pactione dicitur, inde etiam pacis nomen appellatum eſt. Eſt autem pactio duorum pluriúmue in idem placitum conſenſus.

VLpianus in hac l. prius commendat edictum Prætoris, quo ſtatuit vt pacta ſeruarentur, dicens proficiſci ex æquitate naturali. Quid enim tam congruum eſt fidei humanæ, quàm ea, quæ placuerunt inter eos ſeruare? Et alibi idem Vlpian. ait graue eſſe fidem fallere, in l. prima. ff. de conſtit. pecunia. Vnde æquum naturà eſt, vt quiſque ſeruet, quod ei placuit, nempe ex hoc perfecta eſt iuris regula, Quod ſemel placuit, ampliùs diſplicere non poteſt, &, Contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. prima. §. ſi conueniat. ff. depoſ. l. contractus. de regulis iuris. & nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum ſit. l. ex empto. in principio. ff. de actio. empt.

Ex quo inferunt interpretes, Papam, Imperatores, 1
& Principes quoſcunque pactis, & conuentionibus teneri, tum quia in naturali ratione fundata ſint, vt hic,

Papa nō est supra rationem, vel æquitatem.

hic, tum æquitate: & quamuis ipsi sint supra iura, non tamen supra rationem, vel contra æquitatem, aliàs potiùs in pecudis nomen declinarent, quàm hominis. facit l. digna vox. C. de legib. & l. Princeps. suprà, illo tit. vbi dixi.

Tamen non puto esse necesse hic inquirere, an de iure naturali, an gentium pacta sint: quia insitum est homini naturà, vt pacta & conuentiones seruet, & æquum est, vt hæ conuentiones seruentur: ideò text. dicit, Huius edicti æquitas est naturalis, id est, hominibus à natura insita, & alibi Vlpian. ait, hoc edictum naturalem potiùs, quàm ciuilem habere æquitatem. l. j. in princ. ff. si quis testa. liber esse iussus fuer. declarat l. bona fides. ff. deposit. sed cùm æquitas huius edicti sit naturalis: ideo oritur obligatio naturalis ex illo pacto. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solut. & non dicit iste text. quòd naturale sit pactum, vel ex iure naturali, sed dicit æquitatem illam esse naturalem.

Secundò, docet pactum à pactione deduci, inde nomen pacis ducitur: tamen pactum & pactio pro eodem (nisi separatim illorum fiat mentio, vt hic) ferè sumuntur, vt in l. in personam. in prin. infrà eodem. & l. vnus. §. j. ibidem. & l. si creditori. in fine. de distract. pignor. vbi in princ. §. dicit pactum, & in fine, pactionem. l. iurisgentium. in princ. & in §. adeò. & in l. si tibi. §. idem. de pignor. l. non impossibile. infrà eodem. vbi indifferenter Iurisconf. pactione, pro pacto, & è contrario vsi sunt.

Tertiò, Iurisconsul definit pactum sic: ***Pactum est duorum plurìumue in idem placitum & consensus.*** Sed in l. pactum. idem Vlp. sic definit: ***Pactum est duorum consensus, atque conuentio.*** ff. de pollici. & in idē reincidit. Huius itaq; definitionis explicationē videamus.

Primò, ponitur duorum in definitione, plurìumue: pactum enim esse non potest, nisi sit ibi saltem consensus duorum, quia vnus & idem non
2 potest sibi ipsi promittere & pacisci: nemo enim imperare, vel promittere potest sibi. l. penult. ff. de arbit. Differentia enim esse debet inter promittentem, & eum cui promittitur. c. fin. de instit. nec potest quis sibi esse obligatus: imò quando debitor succedit creditori, vel è contra, extinguitur & confunditur obligatio. l. si debitori. & l. si Stichum. § à Titio. ff. de fideiusso. l. debitori. C. de pact. & seruitutes prædiorum confunduntur, si idem vtriusque prædij dominus esse cœperit. l. j. ff. quemad. seruitut. amittan.

Pactum requirit duorum consensum.

Et sic duo sufficiunt ad conficiendum pactum, vnde dicit text. in l. pactum. ff. de pollici. pactum esse duorum consensum, non dicit plurium, tum, quia duo sufficiunt, tum quia vbi plures sunt, duo adsunt, cùm in maiori numero minor insit. l. j. §. si stipulanti. ff. de verbor. oblig. l. duo ex tribus. de re iudic. c. 1. de arbit. lib. 6.

Limitatur in tacito pacto in quo non interuenit duorum cōsensus verè, sed fictè l. item quia. inf. eod.

Et ideò pollicitatio non est pactum, cùm sit solius offerentis promissio. d. l. pactum. de pollicitatio. vnde non obligat, quando consensus vtriusque non interuenit, vt scripsi in l. sponsio. ff. de verbo signific. & pollicitatio est, si quis promittat sine conuentione, & interrogatione, quæ pollicitatio obligat, si quis Deo, Reip. Ecclesiæ, aut ad piam causam polliceatur. l. j. & per totum ff. de pollicit. glos. & Archidiac. in c. scimus. 12. q. 1. Angel. Clauas. in sua Summa. in verbo, pollicitatio. ista æquiparantur in c. 1. de in integ. restit. glos. in l. si vt proponis. C. de rei vendic.

Nec placet ratio Fortu. eo quòd Deus sit vbique, & præsens, ergo debet valere. Nam etiamsi quis esset præsens, & non consentiret, vel non acceptaret, non valeret: ergo nec hoc casu, quia Deus non solet acceptare omnes promissiones, quas illi facimus, sed quia loco pio pollicitatio facta valet, sic & Deo, cùm propter vnumquodque tale, & illud magis. authent. multò magis. C. de sacrosanct. Eccles. & fauore piæ causæ. l. sunt personæ. ff. de religiosis.

Idem, si incipiat facere, vel dare quod pollicitus fuerat: nam ad residuum tenetur. d. l. pactum. ff. de pollicitat. glo. & Doct. in l. iurisgentium. §. quinimò. infrà eodem.

Pollicitatio, de iure Canonico producit obligationē.

Nec etiam credam Fortu. dicenti, de iure Canonico pollicitationē passim producere obligationem & actionem, sicut pactum nudum. per cap. 1. de pact. quod nihil facit, nā Papa dicit: ***Pacta obtineant suam firmitatem,*** ergo nō dant nouā, sed suam firmitatem: & ius Prætorium dicit, ***Pacta seruabo,*** & tamen non oritur actio, nec facit c. iuramenti. 22. q. 5. vbi Deus non facit differentiam inter iuramentum & loquelam nostram: quia sicut in iuramento nulla conuenit esse perfidia, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium, vide quomodo probet. & c. si tibi absenti. per eum inductum, nihil secum, sed mecum facit: nam ante acceptationem non acquiritur beneficium, sic neç per pollicitationem vbi non est consensus duorum, & alia iura per eum adducta non probant.

Si tamen velitis sententias istorum conciliare, Dicite pollicitationē, nec de iure Canonico, nec de iure ciuili producere communiter actionem, nisi fauore piæ causę, & in casibus à iure expressis, & in illis producit pollicitatio obligationem & actionem.

Fauor piæ causæ.

Infertur aliquando non valere pactum, etiā inter duos, vtpote, si pro vno habeantur, vt pater & filius, 3
l. fi. C. de impub. §. ei verò. de inutil. stipul. l. frater. de condict. indeb. ff. & quicquid acquirit filius, acquirit patri, iure ciuili dictante. l. placet. ff. de acquir. hæred. l. non solùm. §. simili modo. C. de bonis quæ liber. obligatio tamen naturalis est inter patrem & filium. d. l. frater. sed ciuilis non, nisi in castrensi, vel quasi, in quibus filiifam. loco patrumfa. habentur. l. ij. ff. ad Macedonia. & in beneficialibus. c. fin. de iudic.

Eadem ratione non cōsistit pactū inter dominum 4
& seruū. §. item inutilis. de inutil. stipul. in Instit. nec enim dubij iuris est, dominos cū seruis suis paciscentes, ex pactis teneri, atque obligari non posse. l. interpositas. in fi. C. de transact. nisi antequam dom. esset,
paciscеretur. Doct. ibid. Idem, si pactum fieret super 5
libertate, illius certè fauore sustinetur pactum. l. cùm affirmes. C. de libera. caus. l. j. §. quæ onerandæ. quarum rerum actio non det. ff. & quando dubitatur de ipsius seruitute. l. fi. C. de transact. & facit l. Barbarius. ff. de offic. Prætor. l. si arbiter. C. de senten.

Idem dicemus in religiosis, vt non possit fieri pa- 6
ctum inter eos, & eorū superiores, vnde monachus non paciscitur cum suo Abbate, quia hi religiosi seruis, aut saltem filiisfam. æquiparantur. Bart. & alij in l. j. ff. de vulgar. l. cum filiofam. ff. de legat. primo. vbi Anthon. Bauer. enumerat multos casus, & Doctor. in c. in præsentia. de proba. vbi interdum æquiparantur seruis, quandoque filiisfamilias.

Religiosi seruis æquiparantur.

7 Pactum etiam durãte matrimonio inter vxorem, per quod alterutri acquiritur, non prodeſt. l.j. ff.de donation.inter vir.& vxor. & per totum.ſecus ante matrimonium contractum.l.prima. & toto tit. ff.de pact.dotal.

Eſt in definitione, **plurium**, videlicet quòd conſenſus plurium in idem, dicitur pactum, quod eſt intelligendum, ſiue plures cum vno conueniant, ſiue vnus cum pluribus, vel plures cũ pluribus.l.& ſuum hæredem.in fin.cum l.ſeq.infrà eodem.

8 Vnde valeret pactum, ſi vniuerſitas conueniret cum vno, vt per Doct. in c.ex literis. de conſtitut.& ciuitas mutui datione obligatur vni. l. ciuitas. ff. ſi certum petat.

In idem, eſt in definitione: requiritur enim conſenſum partium in idem tendere, alioqui non eſt conſenſus, ſed diſſenſus,& ſic nec pactum: nam Imperator ait in l.ſi voluntate. C. de reſcinden.vendit. partes vix poſt multas contentiones paulatim venditore, de eo, quod petierat, detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum conſentire pretium, & tunc partium cõcluſio attẽditur.

Vnde ſi duo conſentiant, quòd tertius det alteri, non valet quoad tertium, quia cum illo non eſt pactum, neque conuentio: ideò non valet, nec quidem ſtipulatio ſic facta. l.ſtipulatio iſta. §.alteri.ff.de verborum obligat.

Si tamen conuentum inter duos fuerit, quòd alter paciſcentium det tertio, pactum vtile eſt,& valet: & ſi paciſcentium interſit, exigi promiſſum poteſt, d.§. alteri.& §.ſi inſulam. ſed hoc pactum, ſi non interſit paciſcentis, non habet effectũ. vt Bar.& alij aſſerunt.

Præterea pactum excludit perſonas in pacto non comprehenſas. Vnde ſi ſoror renuntiat bonis paternis,& fraternis,& promittit,& conuenit nil petere in fauorem primogeniti, illud pactum, ſeu renuntiationem alijs fratribus non prodeſſe arbitrantur Docto. in l.ſi actionem. C. de pactis. Ego autem ſcio iſtam quæſtionem agitatam, & plenè in Senatu Pariſienſi diſputatã, anno 1543. in menſe Iunij, & poſteà in 16. die concluſum, renuntiationem vni ex fratribus factam alijs prodeſſe, ob id condemnatus fuit frater maior ad communicandum fratri minori ea bona, quæ ex ſororis parte habuerat: tamen frater minor fuit condemnatus ad reſtituendum partem pretij,& expenſas, quas frater maior fecerat, niſi ipſe ex hæreditatis bonis illam pecuniam recepiſſet. Hoc pronuntiatũ fuit pro Triſtando Fretard minore, contra Renatum maiorẽ fratrem, anno & die quibus ſuprà.

Renũtiatio vni ex fratribus facta alijs prodeſt.

Et ſic retinenda eſt additio gloſ. hîc, & interpretum ad dandum, vel faciendum, quia cõſenſus duorum, ſiue tendat ad dandum, ſiue ad faciendum, ſiue ad datum reſtituendum, vel deſtruendum, dicitur pactum, dummodò in idem tendat,& non eſt interpretum addere ad text.l.Gallus.ff.de liber.& poſth. Et in idem tendere pactum dicitur, quando vnus & alter conſenſus in vno iungitur: vtpote ſi conuenitamus, vt tu bouem tuum per decem dies tradas mihi, ad laborandum cum meo,& ego meum decem alijs diebus, valet conuentio. l.ſi rem.§.j. ff. de præſcript. verb. Si verò ego volo vt des decem, & tu vis dare equum, iſta conuentio non in idem tendit: ideò non valet, nec dicitur pactum: & in idem tendere, eſt in vnam ſententiam decurrere, ſic exponitur in §.conuentionis.infrà.

Tendere in idem quid ſit.

Ex his patet, quomodo differat pactum à pollicitatione: nam pactum eſt conſenſus duorũ in idem, & conuentio inter eos facta: pollicitatio verò, eſt ſolius offerẽtis promiſsio, vt promitto tibi decem, nam hæc pollicitatio nihil aliud eſt, quàm promiſsio, ſine conuentione facta, ſed à ſolo promittente concepta: ideò non quærimus hic, an fuerit facta præſenti, an abſenti: quia ſi præſenti etiam facta ſit, non eſt pactum, quia non eſt conuentio duorum, nec conſenſus, ſed vnius tantùm: ideò pactum eſſe non poteſt, quicquid Doct.iactent.

Differẽtia inter pactũ & pollicitationem.

Si verò præſens offerentis promiſſum acceptet, adhuc non erit pactum, quia non eſt conuentio duorum, ſed per illam acceptationem & ratihabitionem valebit acceptatio, vt pactum: tamen nõ eſt pactum, id eſt, conuentio duorum, ſed tanquam pactum valebit ratione conſenſus poſteà ſuperuenientis.

Interdum verò pollicitatio, ſeu verbum, polliceri, generaliter accipitur, pro promiſsione. l. tenetur. §. penul.& l.emptorem.§.fin.ff.de actio.empt.ibi, *Vt id quod præſtaturum ſe eſſe pollicitus ſit venditor, emptori præſtari oporteat*. iuncta l.propter.de pollici. vbi dicit, *ſi quis promiſerit*, & tamen intelligit de pollicitatione. probat l.j.ibid. vbi paſsim vtitur verbo, pollicitus,&, promiſerit, & pollicitator, pro promiſſore. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoci. ergo habenda eſt ratio materiæ: nam in titulo de pollicit. verbum, pollicitus,&, promiſerit, pro eodẽ accipiuntur, videlicet pro promiſsione ſolius offerẽtis: in alia materia generaliter pro quacunq; promiſsione, niſi diſtinguantur, vt in l.ſciendum.§.dictum.ff.de ædil. edict.& Vlpian.ait in l.j. §.in poteſtate. ff.de exercit. actio. *Prætor pollicetur actionem*. & l.iij.de pecul.

Placitum, eſt etiam in definitione: nam quamuis placitum quidam vocent decretum Senatus, tamen vix poteſt ſic vocari, quia non proferunt quod eis placet, ſed quod iuri eſt conueniens, verùm Principis tantùm propriè eſt placitum, in l.j.ff.de conſtit. Princip.ſcripſi ff.de verbor.ſignific.

Placitum quid propriè vocetur.

Et placitum, hîc antè ponitur quã conſenſus, quia oportet prius ea quæ proponũtur placere, antequam in conuentionem redigantur, vnde hîc placitum accipitur pro eo, quod placuit, à verbo, placere, vt in hoc text. ibi, **Quid enim tam congruum eſt fidei humanæ, quàm ea, quæ placuerunt, inter eos ſeruari?** l.vir vxori.ad Velleia. Inde placitum, idem eſt quod voluntas, quæ à cõſenſu differt, nam placitum eſt ſingulorum: cõſenſus autem duorum, vel plurium voluntas quæ quidem voluntat. placitum dicitur.text.in l.ſi plus. ff. de euict. & inde Imperator vocat placitum permutationis. in l.ex placito.C.de rer.permuta.& Iuriſc.placitum tranſactionis, & tamen inter plures.in l.pen. ff.de tranſact. & in l.interpoſitas.in fine. ff.de tranſact.Igitur placitum dicitur id, quod placuit ſiue vni parti, ſiue pluribus placuerit, & ita conuentum fuerit. l. diuiſionis placitum. infrà eodem. vbi pro conuentione & pacto accipi poteſt, & in iure ſæpius. l.ſiue apud.C.de tranſact. l.inter. §.conuenit. verſicul. cùm pro ſe. de pact.dotal.

De eadem re.

Inde placitas vſuras dicit, id eſt, conuentas, quæ partibus placuerunt.Iuriſc.in l.tutor. in fi.ff.de vſur. facit l.inter.§.pen.ibi, *Vir contra placita repetenti*.ff.de pact.dotal. & Ouidius in Epiſtolis:

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

Ideò

Ideò iste text. dicit pactum esse duorum placitum, id est, quod duobus placuit, & ita consenserunt: nam potest partibus placuisse, & tamen non fuerit in idem conclusum, nec ad hoc præstitus consensus. Vnde pactum est quod partibus placuit, & sic consenserunt, quasi inter duos placuisset. dicit Tripho. in l. Bebius. versic. apud Petronium magnum. ff. de pact. dotal.

Et sic requiritur, quòd pactum placeat partibus, aliàs non diceretur pactum, nec consensus duorum valebit, ex quo infertur pactum metu factum non subsistere, quia non est placitum. l. j. & per totum. ff.

Pactū metu factum.

9 quod met. caus. Et quamuis voluntas coacta, voluntas sit, l. si mulier. §. si metu. ibidem. tamen non est placitum, nec voluntas simpliciter, sed coacta, & sic non est, iure nec subsistit quod non placet.

Matrimonium contractū metu.

Itaque matrimonium metu contractum non valet. l. Titia. ff. de verbor. oblig. cùm locum non habeat consensus, vbi metus, vel coactio intercedit, c. cùm locum. de sponsal. sic nec electio coacta valet, c.
10 vbi periculum. §. cæterum. de elect. lib. 6. sic nec resignatio. cap. super hoc. de renuntiat. cle. multorum. de pœn. Plenè scripsi in Praxi benef. in 3 parte. tit de vi in resignatione adhibita. & tit. de resignatione metu extorta.

Etiam non dicitur placitum id, quod non est in pactis comprehensum, vnde Paul ait: ***Ante omnia animaduertendum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re, in aliáue persona noceat.*** l. si vnus. §. ante omnia. infrà eodem. vbi plenè Ias. & in l. si priusquam. col. 9. ff. de noui oper. nuntiat. Barbar. consil. 3. in 4. vol. Purpura. in l. imperium. num. 48. ff. de iurisd. omn. iudic.

Item non dicitur placitum, quod nondum conclusum est, licèt de eo sit inter partes præloquutum. l. si voluntate. C. de rescin. vendi.

Ideò placitum est nomen generale, pro eo, quod placuit, vnde si quis venit contra placitum transactionis, ad pœnam tenetur, l. penult. ff. de transact. id est, contra id quod in transactione placuit: & ita conclusum & conuentum fuit.

Placitum, secundùm ius Canonicum accipitur interdum pro causis, seu litibus, seu strepitu iudiciario, seu tribunali, seu litigio. Placita secularia Dominicis diebus, vel præcipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus ieiunia celebrantur, secundùm Canonicam Cōstitutionem minimè fieri decreuimus. 15. q. 4. c. placita. c. decet. de immunit. Eccles. lib. 6. c. 1. de fer. c. ad audientiam. de præscript. vbi glo. exponit pro iurisdictione causarum. cap. 2. de cler. pugnan. in duel. Et vulgus vocat, ***les plaicts***, sed (vt arbitror) debent dicere, ***les plaincts***, quia plangunt se ibi læsi, & queruntur aram iudicibus. Ideò placita, id est, lites & causæ non debent in Ecclesia tractari, quia templum est domus orationis, non litium, & processus: alibi pro voluntate mera placitum sumitur.

Subiicitur in definitione, & consensus. Accurs. exponit placitum & cōsensus, id est, placitus consensus: ego dicerem pactum esse placitum duorum, id est, quod placuit duobus, & in idem consensus, id est, quod consenserunt in idem: nam omne pactum consensus est, sed non omnis consensus pactum est, vt in l. j. & l. obligationum substantia. ff. de actio. & obliga.

Ex quo infertur, omnes, qui consensum habent, pacta facere posse, hos verò qui consensu carent, non posse, quia pactum est consensus, & qui non habet consensum, non potest consentire, nec pacisci, sicut seruus, qui nullum habet caput, non potest capite minui. §. seruus. de capit. diminut. in Institut. & sic furiosus non paciscitur, quia non habet consensum: vnde furiosum, siue stipuletur, siue promittat, nihil agere, natura manifestum est. Paul. in l. j. §. furiosum. ff. de actio. & obligat.

Furiosus nō habet consensum.

Huic proximus est, qui eius ætatis est, vt nondum intelligat, quid agat. d. §. furiosum. l. infans. de sicar. vnde sic Paul. Iurecon. ait l. j. §. ***Furiosus & pupillus (sine tutoris authoritate) non possunt incipere possidere, quia affectionem tenendi non habent, licèt maximè rem suo corpore contingant, sicuti si quis dormienti aliquid in manu ponat.*** ff. de acquir. possess. Et sic dormiens etiam non paciscitur, quia non consentit. cap. testamentum. & seq. distinct. 5. nec somnians, licèt visum fuerit quosdam somniātes eo tempore loqui, ac mira facere, vt refert Bart. in l. vt vim. col. 3. ff. de iustitia & iur. De quodam Pisano, se noctu armāte, & demum per ciuitatem palante, refert Marc Bauer. in §. item furiosi. col. pen. quib. non est permis. fac. testa. in Insti.

Idem dicendum est in amente, fatuo, & frenetico, quia hi mente & sensu carent: ideo pacisci & consentire non possunt, §. item furiosi. col. pen. quib. non est permiss. face. testam in Institut. c. fin. de success. ab intest. Bald. in l. ij. C. de rescin. vendit. & idem est in mente captis, in l. si furiosi. C. de nupt. §. furiosi. & seq. de curat. in Instit. quia ij furiosis æquiparantur.

Ebrij pacisci iure non valent, nesciunt enim quid loquantur, qui nimio vino indulgent, iacent sepulti. c. sanè. 15. q. 1. & c. inebriauerunt Loth filiæ eius, & se, nescienti, miscuerunt. ibidem. & pactum illorum non valet. gl. in c. quisquis. vigesimasecunda. q. quarta. Hi enim non dicuntur delinquere. l. omne delictum. §. ***Per vinum, aut lasciuiam lapsi, capitalis pœna remittenda est.*** ff. de re militar. Quomodo enim reus constituitur, qui nescit, quid fecerit? c. aliquis. 5. q. 1. August. de vera relig. ait: ***Peccatum vsque adeò voluntarium esse, vt nisi sit voluntarium, nullo modo peccatum sit.*** vt 15 q 1. in summa. Vnde Vlpian. ait, Furiosos, impuberes, & eos qui non consentiunt, iniuriam pati posse, sed non facere. in l. illud. §. j. ff. de iniur. in his tamen & seq. videndū erit an potuerint habere consensum, vt tunc valeat, aliàs contrà. 11

Ebriorum pactum nō valet.

Ira vehementi concitatus vix pacisci poterit, quia extra consensum est, nempe Iurisconsul. Paul. ita ait: ***Quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse.*** l. 3. ff. de repud. l. quicquid. ff. de regul. iuris. Nam iuxta doctrinā Sapiētis, Impedit ira animum, ne possit cernere verum: ita autem impedit confessionem, vt non valeat irati confessio. glos. in c. ex literis. de diuort. Roman. singul. 508. Volo. & Panor. in c. olim. col. ij. de rescript.

Ira cōcitati cōsensum non habent.

Etiam impedit votum, glossa in cap. dudum. de conuers. coniuga. in verbo, calore iracundiæ. quam probat Felin. in cap. Matthæus de Symon. quia in furore esse dicitur, qui tenetur ira dura. cap. illa. vndecima. quæst. tertia.

Ira votum impedit.

Idem fortè dicēdum esset in eo, qui nimio gaudio affectus est, cùm extra consensum videatur, sicut si per iocum hoc faceret, l. obligationum substantia. in fin. ff. de verborum obligat. idem si diceret, Omnia mea, tua sunt, facias quod placet: hæc etiam non-

valet donatio, quam sic amicus profert. text in cap. cum venissent. de institut. glos. in l. secunda. C. in quibus caus. colo. libro vndecimo. Imò non valere donationem asserit glos. à Papa factam, vel ab Imperatore, seu Rege ante coronationem, nec statim post, quia prę nimio gaudio facta censetur, in procemio regul. Cancel. Ideò non valent indulta & priuilegia concessa Cardinalibus per pactum, vt quicunque eligetur, hoc concedet, quia videtur esse quædam impresio, & Papa fretus illa promissione, nō ligatur.

Donatio ab Impe. ante coronationem facta, an valeat.

Non absimile videtur in eo, qui amore mulieris infatuatus est: nam hic omne fas, & nefas committeret, vt dicit text. in l. secunda. §. initium. ff. de orig. iuris. vbi Bald. dicit amorem mulierum peruertere
12 sensum, vt testis nobis est Dauid. Et istis fatuis amātibus substitui potest exemplariter, sicut furiosis, vt firmant interpretes, in l. humanitatis. C. de impub. Vnde donationes factæ ab his facilè irritari debent, maximè si à Principibus fiant, qui magis alieni sunt à mente, quo plus diligunt, l. si vxor. ff. de adulteriis.

Donationes a fatuis amantibus factæ.

Et quamuis monachus non habeat velle, nec nolle, cap. si religiosus. de election. in 6. quia mortuus mundo censetur, fictione iuris, l. Deo nobis. C. de Episcop. & cleric. cap. placuit. & per totum. 16. q. 1. tamen pacisci potest, quia consensus inest homini sensato a natura, & huius edicti æquitas est naturalis: ergo per professionem ea priuari non potest, sed effectu pacti priuatur sicut minor, clement. exiui. de verborum signification. & alij multi religiosi, nisi pactum fiat in vtilitatem monasterij, & de superioris voluntate, sed cum superiore regulariter pacisci non potest.

Monachus an, & quomodo paciscipossit.

Seruus etiam pacisci potest, & stipulari. l. prima. & per totum ff. de stipula. seruo. quia licèt quod ad ius ciuile attinet, nihil sit, tamen naturalia retinet iura. l. quod attinet. ff. de reg. iur.

§. Conuentionis, &c.

Conuenire, verbum, ad quæ pertineat.

VErbum, conuenire, generale est, pertinens ad omnia, super quibus, vel de quibus contrahitur, aut transigitur: nam sicut conuenire dicuntur, qui ex variis locis in vnum colliguntur, ita qui ex diuersis affectibus & voluntatibus in vnam sententiam concurrunt, conuenire dicuntur: & adeò conuentionis nomen generale est, vt nullus sit contractus, nulláue obligatio, quæ conuentionem non habeat, siue re fiat, vt mutuum, & alia quæ scribuntur in toto titulo, quibus mod. re contrah. obligat. in Institut. siue verbis, vt stipulatio, quæ nisi consensum habeat, & conuentionem nulla est. l. prima. ff. de verbor. obligat.

Differentia inter conuentionem & pactum.

Ex hoc text. patet conuentionis nomen esse generale, vnde cōprehendit quamlibet conuentionem inter partes factam, & sic pacta etiam: est tamen nomen generalius, conuentio, quàm pactum, quia hæc contractus tam nominatos, quàm innominatos comprehendit, etiam contractus, qui in aliud nomen transeunt, in l. iurisgentium. infrà eodem. idem in congregatione, vt nomen sit generale, prout consuluit Bald. consilio 262. Decretum. in secundo vol. quod est vtile quando congregatio est prohibita, vt omnis inhibita censeatur hominum coadunatio. Pactum verò non se extendit ad contractus, quibus datum est aliud nomen, vt emptio, pignus, & alij, vt in §. fin. huius l. & in l. iurisgentium. infrà eodem.

Pactum tamen & conuentio idem ferè significant, cùm pactum sit conuentio. l. pactum. ff. de pollicit. l. sed si tantum. l. & hæredi. in fine. ibi. infrà eodem. *Itaque debitoris conuentio fideiussoribus proficiet.* & l. fideiussoris autē conuentio. & l. sequen. infrà eodem. vbi dicitur conuentio, pactum. & in l. si vnus. §. pacta. & §. ante omnia. & in l. auus. vbi dicitur, exceptio conuentionis. & in l. si cùm te. infrà eodem. & in toto titulo, de exceptio. in Institut. & exceptio pacti conuenti dicitur, in l. qui de reddenda. ff. de pactis dotal.

Conuentum est id, quod conuenit, & id quod conuenit est pactum: ergo idem dicemus conuentum & pactum, seu conuētio & pactio, & promiscuè his vocabulis vtuntur Iurisconsul. vt patet in l. inter. §. conuenit. ff. de pact. dotal. & in l. cùm dos. ibidem. dicitur pactum conuentum facere, quod est pacto conuenire. in l. fin. ibidem.

Item pactum conuentum idem est, quod pactum initum, & factum, & emphasim habet, quasi velit dicere Iurisconsul. pactum conuentum, id est, pactum conclusum inter partes, in toto titul. C. de pact. conuent. & dicunt vulgò Notarij, *pacte accordé entre les parties* l. si tibi. §. pactum conuentum. cum venditore factum. & l. iurisgentium. §. quinimo. cum §. seq. ff. hoc nostro titulo. de pact. ibi, *Pacta conuenta inesse bonæ fidei iudiciis.* ait Vlpian. *si incontinenti subsecuta sint.* & in §. seq. vocat pacta simpliciter. Nam conuenire pacto dicit Liuius libro 4. belli Punici: sic & pactum conuentum dicemus, quasi pactionem inter partes conclusam, non tamen stipulatione confirmatam. sed conuentum, est genus, pactum verò species, & stipulatio.

Pactū conuentū quod dicatur.

Et hoc facit Iurisconsul. vt ostendat hoc pactum à mera partium conuentione subsistere. & quod in §. pacta conuenta vocat, in §. dolo. vocat simpliciter pacta, & in §. sed si fraudandi. & in l. rescriptum. & in l. & hæredi. §. nos. ac in l. si vnus. §. pactus. & l. contra. §. j. & finali. infrà eodem. ac in l. pacta conuenta. de contrah. emptio. in princip. vocat pacta conuenta, & demum pacta simpliciter, ad denotandum veteres promiscuè vsos fuisse his verbis, pacta conuenta, vel pacta simpliciter, vt scripsi in l. iij. ff. de verbor. signific. quamuis Doctor. recentiores multa super hoc iactauerint, & pacti conuentionem vocat Pomp. in l. si necessarias. §. si annua. ff. de pigno. actio.

Ex hoc text. docet Bart. & alij transactionem esse contractum innominatum, quia habet nomen generis. l. siue. C. de transact.

Sed dicunt hîc quidam, Quomodo erit innominatus, cùm non sit contractus: quia non est vltrò citróque obligatorius, vt est contractus? l. Labeo. §. j. ff. de verb signific. & in transactione receditur ab obligatione, & hoc de vi verbi dicunt neoterici.

Sed potestis respondere, vt dixi in d. §. cōtractum. videlicet transactionem contractū dici ratione conuentionis duorum, quæ in idem tendit, & siue ad rescindendum, siue ad faciendum respiciat, tamē contractus dicitur, id est, duorum vel plurium animus ad idem tractus, vt pleniùs ibi declaraui. Et verbum transigendi, non refertur hîc ad transactionem, sed accipitur pro cōponere, pacisci, & concordiam inire, inde dicimus transactum pacto. l. si instituta. in prin. ff. de inoffi. testa. vt scripsi plenè in l. vt sunt transacta. ff. de verbor. signific.

Transactio quomodo dicatur contractus.

Item

Obligatio ex quasi contractu non oritur ex conventione. Item text. dicit nullam obligationem, siue fiat re, siue verbis, & nullum contractum esse, qui conuentionem non habeat, quod non procedit in obligatione, quæ ex quasi contractu nascitur, quia non oritur ex conuentione, quam furiosus non potest facere, & tamen ex gestione negotiorum suorū vtiliter facta obligatur. l. ij. §. & si furiosi. ff. de nego. gest. & in titulo, de obliga. quæ ex quasi contract. in Institut. Et hæc conuentio, quando fit requirit rem antè, sed sola conuentio non sufficit, nisi res interueniat, vt in mutuo, re contrahitur obligatio mutui datione. l. prima. ff. de actio. & obliga. l. rogasti. §. si tibi. si cert. pet. & quibus modis re contrah. obliga. in Insti. & quomodo fiat hæc conuentio dicetur in l. Labeo. infrà. eod. Quot modis accipiatur conuentio, scripsi in l. iij. ff. de verbor. significat.

SVMMARIA.

1 *Differentia inter permutationem & alios contractus innominatos.*
2 *Stipulatio, contractus nominatus habetur, & quare.*
3 & 4 *Pactorum variæ diuisiones.*

§. Sed conuentionum pleræq; in aliud nomen transeunt, veluti in emptionem, locationem, pignus, & stipulationem.

Pactorum diuisiones. POsita definitione pacti, Iurisconsul. nūc diuisiones pactorū tractare incipit, dicens, conuentionū seu pactorū quædā in suo nomine stāt, quædā in aliud nomē transeūt, omnes quippe conuentiones, quæ nomen proprium non habent, in suo nomine remanent, vt in l. iurisgentium. infrà eodem. vbi Doctor. tradunt quasdam pactiones seu contractus nominatos, & quosdam innominatos, & quamuis pacta seu contractus generale nomen habeant, tamen non ob hoc nominati dicuntur. l. prima. secunda. & sequen. ac l. naturalis. ff. de præscript. verb. Nam generale habere nomen, nō est habere nomen, vt si quis vocetur homo: quia nomen generale est, nomen confusum, & æquiuocum. vt docet Bald. in rub. C. de rer. permuta. & cùm nomen proprium inuenire non possumus, generis nomē retinemus. l. j. & sequen. infrà. de præscrip. verb.

Pactū nudum quid. Inde quodlibet pactum nudum dicitur contractus innominatus: quia in nomine generis stat. glos. in l. prima. in verbo, figuris. in fin. ff. de actio. & oblig. nec producit actionem: nam postquam nec nomen habet, nec effectum habere debet. l. à nullo. C. de feri. & hoc ante implementum ex vna parte.

Contractus, facio vt facias. Idem in contractibus facio vt facias, & aliis positis in l. naturalis. ff. de præscrip. verb. vt innominati dicantur, quia in suo generis nomine stant, & idem si quis det, vt alter det & faciat: nam etiā casus mixti continentur sub his. l. ij. ff. de verb. obli. & l. si dominus. & l. naturalis. vbi Ias. ff. de præscrip. verb. Et isti contractus non producunt actionem ex sola conuentione, vel etiam ex sola oblatione, nisi res sit tradita. l. naturalis. & d. l. iurisgentium. & ibi gl. in verbo, facias, quam limitat Ias. si quis promiserit factū, & in quatuor casibus in quibus oblatio sufficit, & habet locum pœnitentia re integra. l. si pecuniam. ff. de condict. cau. da. nisi stipulatio sit interposita. l. si pacto. C. de pact. quæ regulariter solet à Notariis interponi. §. quod ferè l. iurisgentium. infrà eod. §. item verborum. de inutil. stipul. in Institut.

Tamen differentiam inter permutationē & alios contractus innominatos faciūt interpretes. Nā si eis 1 credi dignū sit, permutatio fit de specie ad speciem, vt, permuto librum meum in fortiatum, cum tua veste nigra, sed innominati contractus fiunt, de genere ad genus, vel speciem: vel de genere ad speciem, seu è contrario. Vnde do vestem meam, vt des mihi infortiatum, non exprimēdo tale, vel do cyphum istū, vt facias mihi domum. Bart. & alij in l. ij. ff. de reb. credi. & in l. prima. de rer. permuta. & hīc etiā. Quæ tamen differentia non fit à Iurisconsul. salrem ipsi nihil probant, sed putarem pro hac sententia facere text. in l. fin. infrà, de præscrip. verb. & in permutatione contractum do vt des inesse, & regulariter ad permutationem, concludendum esse, eò quòd actio ex ea descendens bonæ fidei sit, §. actionum. de actio. in Instit. *Contractus, do vt des, inest in permutatione.*

Et sic patet stipulationem esse contractum nominatū, quia in suo nomine non stat, sed in aliud nomen transit, hoc dicit iste text. facit l. Aquiliana. ff. de transact. licèt quidam Doctor. dicant stipulationem esse contractum innominatum, sed iste tex. contrariū dicit: nam si in aliud nomen transeat, quàm conuentionis, ergo est nominatus contractus. 2

Aliæ sunt pactorum diuisiones, nempe pacta alia 3 expressa, alia tacita. l. ij. vbi dicetur. & l. sequen. infrà. eodem. vbi etiam dicitur quædam pacta inter præsentes, quædam inter absentes contrahi, & ibi dicitur quædam expressa esse, quædam tacita.

Item pacta seu conuentiones quædam sunt publicæ, aliæ priuatæ, siue ex publica causa, aut ex priuata, de quibus dicetur in l. j. infrà eod. alia iurisgentium, alia legitima. l. iurisgentium. & l. legitima. infrà eodem. 4

Pacta quædā, alia vtilia, alia inutilia. in d. l. iurisgentium. §. pacta. infrà eodem. vbi dicam. Alia in rē sunt, alia in personam. §. pactorum. ibidem. alia nuda, alia vestita, seu non nuda. l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. infrà eodem. in quibus locis hæc declarabuntur diuisiones.

SVMMARIA.

1 *Instrumento debitori reddito, in quo ipse & alius est obligatus, pro parte debitum remissum dicitur.*
2 *Debitor censetur liberatus instrumento reddito, nisi alia, quàm liberationis causa, subsit.*
3 *Conditio tacita quæ dicatur.*
4 *Hæres tacitè ad soluenda legata obligatus dicitur.*

Lex ii. Pavlvs lib. iii. ad Edictvm.

LAbeo ait, conuenire posse, vel re, vel per epistolā, vel per nūtium. inter absentes quoque posse. Sed etiā tacitè cōsensu conuenire intelligetur. Et ideò si debitori meo reddidero cautionē, videtur inter nos cōuenisse, ne peterē: profuturámque ei cōuentionis exceptionem placuit.

LEX III. MODESTINVS LIB. III. REGVLARVM.

POſt pignus vero debitori redditum, ſi pecunia ſoluta non fuerit, debitum peti poſſe dubium non eſt: niſi ſpecialiter contrarium actum eſſe probetur.

PAulus Labeonis ſententiã adducens, cenſet quędam pacta, ſeu conuentiones inter abſentes fieri, poſſe, videlicet re, per epiſtolam, & per nũtium. Re, id eſt, traditione rei, quicquid ſcribant hic interpretes per l. primã. §. re. ff. de actin. & oblig. vbi Vlpian. exponit.

Reddens chirographum, vel cautionẽ, re conuenire dicitur.

Vnde tunc re conuenire dicor, quãdo reddo chyrographum, ſeu cautionem, id eſt, ſchedulã aduerſario, qua tenebatur mihi ad decem aureos, vt per redditionem chirographi integri, vel cancellati videar conueniſſe, ne peterem decem aureos, quos debebit, vt ex dicta cautione apparebat. Vnde ſi poſtea petere velim illos decem aureos, exceptionem taciti pacti pars opponere poterit, gloſſ. & Doctor. in c. Eccleſia. 2. vt lite peoden. niſi debitor reſtitueret illud chirographum integrum creditori, tunc non videretur debitor liberationem acceptare, vnde creditor hoc debitum exigere demum poſſet, cùm quilibet poſsit renunciare iuri in fauorem ſuum introducto. l. penult. C. de pact.

Intellige quando redditur à domino, ſecus à fure, vel ab alio poteſtatem remittendi non habẽte, vtpote à filio, qui non poteſt debitum patris paciſcendo remittere, l. filius. C. eod. vel à Procuratore, qui etiam donare non poteſt. l. filiusfa. ff. de dona. Vide Soci. in tract. fallen. reg. 183. l. ſi de poſſeſsione. C. de proba.

Item ſi tertio, non debitori, datum ſit inſtrumentum obligatorium, videtur quoque debitum in eo contentum, datum eadem ratione. per l. primam. C. de dona. Barba. conſil. 30. Scribitur col. 4. in primo vol. & Iaſ. conſi. 61. in 4. vol. ſed an cogatur quis portitori inſtrumentorum ſoluere? Scripſi multa areſta in articulo 2. numero 75. tract. de liter. obliga. in pri-
1 mo tomo Commenta. ad Conſtit. Reg. Sed ſi reddiderim inſtrumentum debitori, in quo eſt obligatus ipſe & alius, dicit Bart. pro parte debitum remiſſum, & datum mandatum illi, cui datum eſt. Ego dicerem datum etiam illi tertio, ſi erat cõſanguineus, vel amicus, vt docet gl. & Doct. in l. cùm quid. ff. ſi cert. petat. igitur ex coniecturis hoc decidi poterit.

At Modeſtinus hoc non cenſet in pignore, verũ in l. ſequen. nam ſi reddidero pignus, debitum adhuc peti poſſe arbitratur, niſi ſpecialiter contrarium eſſe actum probetur, quod pignus redditum vtilitatem afferre poſsit debitori, vt in libris & veſte dicunt in-
2 terpretes, poſt Accurſ. At in cautione & in inſtrumẽto reddito nulla poteſt eſſe vtilitas debitori, niſi liberationis, ideò liberatus cenſetur, niſi alia eſſet cauſa, vt ſi tranſcriptione illius inſtrumenti debitor indigebat, vt in l. ſi quæ. ff. famil. hercis. vel ſi redditum fuit contra creditoris voluntatem, l. quod debitori. C. de ſolut. vel alia cauſa, ſit quàm liberationis, ſeu coniectura, tunc liberatio non præſumetur. l. ſi cùm aurũ. ff. de ſol. Vnde ſi apud domeſticos ſit inſtrumẽtum, non præſumitur redditum. l. vnica. §. ille. C. de lat. libert. tollend.

Acceptilatio a creditore facta plus operatur quã chirographũ redditum.

Securius itaque erit debitori, vt acceptilationem habeat à creditore, quàm ſi eidem chirographum redditum fuerit, l. pecuniæ. C. de ſolut. ne aliqua cauillatio ingeri poſsit: tenetur tamen creditor ſoluto debito, reddere chirographum debitori. per text. in l. diſſolutæ. C. de condict. ex lege. Inſtrumentum verò ſuis ſumptibus, à Notario receptum, non tenetur creditor reddere, niſi ſumptibus illius inſtrumenti priùs perſolutis: vt docent ibidem Doct. & Aufrer. in Deciſ. Tholo. q. 4. ac 229. & quæſtione 307. generalem tamen acceptilationem, ſeu (vt dicũt) quictantiã quis facere non tenetur, ſed tantùm de eo, quod ſolutum eſt, ne detrimentõ poſsit eſſe in aliis. l. Aquiliana, vbi Bart. & alij. ff. de tranſact. Bald. per illum text. in l. iij §. contrarium. ff. de contrah. actio. tute. Iaſ. conſil. 9. Venerabilis. in fin. vol. primo. Et hæres grauatus reddere chirographum, cenſetur eſſe grauatus vt debitorem liberaret, l. huiuſmodi. §. ſi ita. ff. de lega. primo. l. iij. de libera. lega. etiamſi reddat vnũ inſtrumẽtum, ſufficit, licèt plura eſſent ratione taciti pacti, per iſtum text. niſi creditor vellet probare cõtrarium, ad quem ſpectat probare, cùm ius pręſumat debitum remiſſum.

Conuẽtiones inter abſentes poſſunt quatuor modis fieri.

Per epiſtolam, vel nuntium.] Ex hoc text. colligitur, quomodo conuentiones inter abſentes fieri poſſunt quatuor modis. Primò, re, ſi reddã debitori inſtrumentũ debiti, videor ei debitum remiſiſſe, & ſic rem, ita liberatio fit, ſic Modeſt. ſcribit in l. iiij. ff. pro ſoc. *Societatem coire & re, & verbis, & per nũtium poſſe nos, non dubium eſt.*

Secundò, per epiſtolam conuentio fieri poteſt, ſicut emptio, l. prima. in fi. ff. de cõtrah. empt. l. Publia. depoſ. & tunc datur actio vtilis, non directa. l. inter. §. conuenit. ff. de pact. dotal. Tertiò, fieri poteſt per nuntium, vt hîc. & l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. Quartò, per Procuratorem. l. prima. §. nuntiatio. & l. de pupillo. in fi. ff. de noui oper. nuntia. ſcripſi in l. ſubſignatum. §. atteſtari. ff. de verb. ſignifi.

Pactũ tacitè factũ.

Et ſic patet duobus modis fieri pactum, expreſſè, vel tacitè. expreſſe, quãdo verbis ad hoc accommodis conuẽtio facta eſt. Tacitè verò, quando à iure ex aliquo actu fingitur, vt in reddita cautione in hac le-
ge, cum aliis ſequen. Et tacita conditio dicitur, quan- 3
do lex eam exprimit, non homo. Bald. in c. quemadmodum. num. 3. de iureiu. Vnde ſi acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione, id actum videtur, ne peteretur. l. ſi vnus. § ſi acceptilatio. infrà. eod.

Sic dicimus tacitam renuntiationem à iure inductam, vt in elemen. gratiæ. de reſcrip. ſcripſi in Praxi benefic. in 3. parte. titulo, de tacita renuntia. & tacitam ſubſtitutionem ac expreſſam, in l. iam hoc iure. ff. de vulga. expreſſam etiam & tacitam hypothecã, l. aſsiduis. C. qui potio. in pigno. habe. de quib' ſcripſi in tract. de conſtitu. reditib. in 2. tomo Comment. ad Conſtit. Reg. art. 1. glo. 14. Et tacitum tantum operari, quantum expreſſum, regulariter aſſeritur. per l. cũ quid. ff. de reb. credi. & hic ſatis probatur.

Conuentio tacita quãdo dicatur.

Et in quibus caſibus oritur obligatio ex quaſi cõtractu, tunc dici poteſt tacita conuentio. vt patet in titul. de obliga. quæ ex quaſi contract.

Vnde qui abſentis negotia gerit, non cum eo contrahit, vel conuenit, ſed tacitè à iure præſumitur vtilitatis cauſa conueniſſe. §. primo. Inſtit. de obliga. quæ ex quaſi contract. l. ſi pupilli. ff. de nego. geſt.

Et in

Pupillus ex quasi contractu obligatur.

Et in tutela dicitur in §. tutores. ibidem ex quasi contractu obligati etiam pupillum, vnde videtur ibi quoddam tacitum pactum, seu cōuentio. facit l. Lucius. ff. de manumis. testa. & l. potuit. de iure delib. C.

4 Hæres etiam tacitè ad soluenda legata obligatur. d. §. hæres. & l. prima. C. communi. delegat. l. apud Iulianum. in fin. cum l. sequen. ff. ex quib. cau. in possess. eat. & in aliis casibus ibidem cōscriptis. Vide quæ scripsi in l. verba, contraxerunt. ff. de verbo. signific.

SVMMARIA.

1 *Fructus prædiorum conductorum tacitè pro pensione obligantur.*

2 *Siue naturales sint, siue industriales.*

3 *Hypotheca tacita non extenditur extra obligationem à iure inductam.*

4 *Inuecta & illata, dummodò alia bona ad pensionem soluendā sufficiant, ab inquilino deuendi possunt.*

LEX IIII. PAVLVS LIB. III. AD EDICTVM.

Item quia cōuētiones etiā tacitæ valent, placet in vrbanis habitationibus locādis inuecta illata pignori esse locatori, etiamsi nihil nominatim conuenerit. Secundùm hæc & mutus pacisci potest.

Obligata tacitè pro pēsione domus.

Hæc lex prosequitur tacitam conuentionem, quæ dicitur esse inter locatorem & conductorem, videlicet vt omnia bona inuecta & illata, sint tacitè obligata pro pensione domus locatori, vt pensio & merces conuenta inter eos domino persoluatur, etiamsi nihil nominatim conuenerit. l. certi iuris. C. loca. Soci. in tract. fallen. regula 192. & Iason hîc limitauit. Verùm quia hæc materia abundè fuit à me tradita in articul. 4. gloss. 1. in tract. de lite. obliga. in primo tomo Commentar. ad Constitu. Reg. vbi posui regulam eum amplia. & limita. & illam doctrinā multis probaui arestis, ob id ad ibi dicta nunc te reiiciam, bone lector, & quæ dicantur vrbana prædia, explicat Iuriscon. in l. vrbana prædia, vbi etiam scripsi, ff. de verbo. signifi.

Videndum est, cur inuecta in prædium vrbanum sint tacitè, etiam ignorante domino, obligata pignori, & in rusticis prædiis contra? l. eo iure. ff. in quibus cau. pig. glos. & Doct. putant hoc esse in §. item Seruiana. de action. in Insti. quia rustici omnia bona palàm habent, sed hoc nihil ad rem pertinet, vnde dicendum est res inuectas in prædium rusticum, non esse tacitè obligatas, nisi volūtas, id est expressa obligatio interueniat. per l. si non inducta. C. in quib. cau. pig. ibi, *nec hæc obligata specialiter monstrētur*, & voluntas ac scientia domini, sed tacitè iuris auctoritate inducta in prædium vrbanum, etiam sine sciētia domini, tenentur: nam vbi ius operatur, non requiritur domini scientia, quemadmodum est in obligatione tacita, vt hîc. Sed quando obligatio debet interuenire ex hominis dispositione, requiritur hominis factum. l. quod nostrum. ff. de regul. iur. At cùm instrumenta rusticorum, quæ inuehuntur, sint boues, ligones, aratra, & alia id genus, quæ sine detrimento

Inuecta in prædiū rusticum, cur nō sint tacitè domino prædij obligata.

reipub. à fundis auferri nō possunt, alioqui destituetur annonæ præbitio, fundi inculti remanebunt, & auocabuntur ab opere rustici. l. ij. ff. de nundi. vnde dicit text. in l. *Pignorum gratia aliquid quod ad culturam agri pertinet, auferri non conuenit.* C. quæ res pigno. oblig. poss. & authen. sequen. ibidem. Præterea sub obligatione generali nō continentur ea, quæ perquàm sunt necessaria ei, qui ea habet, vel quod verisimile est obligaturum ea non fuisse. l. obligatione. cum l. sequen. ff. de pignorat. actio.

Obligatio generalis quæ comprehēdat.

Et licèt ista instrumenta rusticorum tacitè obligata non sint, fructus tamen prædiorum conductorum tacitè tenentur. l. in prædiis. ff. in quibus cau. pignus, sed in domibus nullus videtur fructus, ergo inducta erunt tacitè pignori, nec in his scientia domini requiritur. Quid enim tam durū, támque inhumanum est, quàm publicatione pompàque rerum familiarium & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ patêre diuitias? l. ij. C. quando & quibus quar. pars debe. lib. 10. & sic patet res inductas in domum esse tacitè obligatas, etiam sine domini obligatione, & scientia. d. l. certi iuris. 1

Sed inducta in prædium rusticum, non esse obligata tacitè nisi expressa interuenerit obligatio, sed fructus fundorum tacitè tenentur. Et hoc est menti figendum, siue sint fructus naturales, siue industriales, cùm ille text. d. l. in prædiis. simpliciter loquatur de fructibus, quæ indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. de elect. in 6. Anto. Negusant. in tract. de pigno. in 4. membro 2. partis num. 148. licèt Bart. contrarium teneat in l. assiduis. col. 2. qui potio. in pig. habe. quem refert & sequitur Ias. hîc. 2

Notandum est tamen inuecta & illata non solùm retineri posse pro pensione & deterioratione. l. ij. ff. in quib. cau. pig. taci. contraha. verùm etiam pro eo, quod debetur domino ex alia causa, vt docet Bart. in l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. actione.

Sed Iason eum hîc reprehendit, & in l. si non sortem §. si centum ff. de condict. indeb. per l. prætextu. commoda. sed Bar. opinionem probat Anto. Negusan. in tract. de pigno. & hypothe. in 4. membro 2. partis. nu. 129. per l. vnicam. C. etiam ob chirogra. pecu. pig. tener. dicens non posse retineri rem, quando nullo modo erat obligata, aliàs contrà.

Ego conciliando ambas sententias, dicerem inuecta non posse teneri pro alio debito, pro quo nō datur hæc hypotheca. l. si non inducta. C. in quib. cau. pig. nisi authoritate iudicis fiat, qui sistat & arrestet hæc bona ad domini petitionem: nam hypotheca in vno casu inducta, non trahitur ad alium casum à iure non expressum. Sed quando res est obligata pro vno debito, si aliud fiat debitum, pars videtur consentire pro alio debito vt retineatur. d. l. prima. C. etiā ob chirogra. pecu. quod non est in obligatione inducta à iure, vt est tacita hypotheca, quæ non extenditur nisi à iure, & ideò pro alio debito æquè priuilegiato retineri posset, vel authoritate iudicis, aliàs nō, & ita seruat praxis. 3

Inuecta an retineri possint pro alio debito.

Aduertendum est Ias. hîc dubitare, post alios Doctor. de quo prosit hæc tacita hypotheca? Et respondet prodesse, vt bona inuecta non possint alienari, sicut in conuentionali hypotheca. per l. si debitor. de distract. pigno. l. Pomponius ait si gratuitam. ff. in quib. cau. pig. taci. contrah. & speciale in libertate dicit in l. est differentia. ibidem.

Ego

4 Ego autē in praxi ſeruari vidi, vt inquilinus poſsit bona inuecta & illata vendere, donare, & alienare ſine fraude, dummodò retineantur in domo conducta bona, quæ ad penſionem ſoluendam ſufficiãt. vt nota. in l. prima. ff. de Salui. interdi. ſcripſi ind. articul. 4. num. 29. vbi dixi conductorem teneri referre bona ad domum conductam, ex qua clanculo exportauit, vt ſatisfieri domino domus poſsit de ſua penſione ventura.

§. Huius rei argumentum eſt, &c.

Dos dici non poteſt vbi matrimonium nõ eſt.

DEclarat tacitam conuentionem eſſe in dote, vt ſi pater promiſerit dotem marito pro filia, intelligitur ſi matrimoniũ contrahatur. l. quod ſeruus. ff: de condict. cau. da. l. promittendo. de iure doti. Dotis enim promiſsio futuri matrimonij tacitam accipit conditionem. l. dotis promiſsio. ibidem. & æſtimatio rerum dotalium quaſi ſub conditione eſt, ſi matrimonium fuerit ſecutum. l. plerunque. §. ſi ante. ibidē. & dos ſoluta repeti poteſt, quaſi cauſa ceſſante. l. ſi extraneus. & l. quod ſeruus. cum l. ſequen. ff. de condict. cau. dat. Neque enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt. Vbicunque igitur matrimonij nomen nõ eſt, nec dos eſt. l. iij. ff. de iure dot. l. fin. C. de dona. ante nupt.

Dos puellã cõcomitatur, quæ monaſteriũ ingreditur.

Si tamen quis donauerit puellæ dotem cauſa matrimonij, ſi ipſa ingrediatur monaſterium, dotem habebit. c. in præſentia. de proba. idem ſi moriatur antequam nupſerit, tunc illa donatio non retractabitur quoad mulierem, ſecus ſi marito data fuiſſet. Bar. & alij in l. qui ſe debere. ff. de condict. cau. da. nam datum nomine dotis filię, non repetitur. l. cũ is. §. ſi mulier. ff de condict. indeb. Iaſ. & alij hîc.

Pacto tacito ficte duorum cõſenſus ineſt.

Ex his legibus habetis hanc conclusionem, in pacto non requiri conſenſum duorum, contra l. primam. ſuprà. ſed reſpondeo hîc loqui de tacito pacto de quo etiam in l. poſt venditionem. C. eodem. ſecus in expreſſo, in pacto enim tacito verè non interuenit conſenſus duorum, ſed fictè, & fictio tantum operatur, quantum veritas. l. ſi filiusfamilias. ff. ſi cert. peta.

§. Idem Iuliano placet, &c.

Facti ſpecies.

HIc §. ſic poteſt intelligi, cùm cētum mutuarem Titio, conuenit vt quandiu ipſe decē pro vſuris ſolueret, ſors, id eſt, principale debitum de cētum non peteretur, poſteà factum eſt inſtrumentum de ſorte, promiſit enim Titius debitor reſtituere illa centum, quæſitum fuit, an creditor illam ſortem ratione ſtipulationis petere poſsit? quod videbatur, quia purè concepta eſt ſtipulatio de ſorte reddenda, ergo creditor poterit eam petere, reſpondet Iuliano contrarium placuiſſe: nam quamuis ſtipulatio ſortis reſtituendæ purè concepta fuiſſet, tamen ineſt conditio ſtipulationi, atque ſi hoc fuiſſet expreſſum, videlicet quòd donec ſoluantur vſuræ, ſors non petatur, & hoc pactum valet: alioqui poteſt debitor compelli ad ſortem, licèt offerat vſuras. l. vlt. in fin. C. de iure dot. Non valeret tamen pactum, quòd debitori non liceret ſoluere ſortem ante certum tempus, vel niſi ex beneplacito creditoris, quia hoc ſapit vſuram. c. ad noſtram. de empti. & vendi. & quia eſt contra libertatē ſe liberandi ab obligatione. gloſſ. magna. in l. qui Romæ. ff. de verbor. obligation. & in l. fin. C. de pact. pigno.

Pactum, quod vſurã ſapit, nõ eſt ſeruãdum.

Creditor in futurum vſuras accipiens.

Item ſi creditor in futurum vſuras acceperit, deinde pecuniã nihilominus petat, antequam id tempus prætereat, cuius temporis vſuras accepit, poteſt dici dolo eum facere: accipiendo enim vſuras, diſtuliſſe videtur petitionem in id tempus, quod eſt poſt diem vſurarum præſtiturum, & tacitè conueniſſe, interim ſe non petiturum. l. ij. §. non malè. ff. de doli excep. l. qui in futurum. infrà eod.

Lex v. Vlpianus lib. IIII. ad Edictum.

COnuentionum autem tres ſunt ſpecies, aut enim ex publica cauſa fiũt, aut ex priuata: priuata, aut legitima, aut iuriſgentium. Publica conuentio eſt, quæ fit per pacem, quotiens inter ſe duces belli quædam paciſcuntur.

ALiam diuiſionem hîc tradit Vlpia. videlicet, quædam cõuentiones fiunt ex publica cauſa, quędã ex priuata. Publicę ſunt, ſeu ex publica cauſa, quæ ſtatum publicum reſpiciunt, & quæ ad ſalutem & vtilitatem vniuerſorum pertinent, vt in l prima. in fi. ff. de iuſtit. & iur. l. eum qui vectigal. vbi ſcripſi. ff. de verbo. ſignific.

Cõuentiones publicã cauſam reſpicientes.

Vnde conuentiones factæ ſuper pace faciēda, vel habenda, dicuntur publicam reſpicere cauſam, & ſic Principes obligantur ad eas ſeruandas, vt hîc. & in c. nouit. de iudi. ac in c. primo. de proba. & fidem hoſti etiam ſeruandam à priuato, docet tex. in l. nam & Seruius. ff. de negot geſt.

Item conuentiones ſuper fœdere, quod treugas vocant, cauſam reſpiciunt publicam, vt in titulo de treuga & pace. in Decre. & in tit. de pace tenen. Doctor. in c. ſicut. de iureiur. Et has conuentiones (cùm publicam reſpiciant cauſam) nullus extra Principem facere, nec quidem belli duces poſſunt, niſi ratæ poſteà habeantur, & hoc docent hîc interpretes.

Pactũ commune.

Aliud eſt pactum commune, quod inter ſocios fit, vt filiæ vtriuſque ſocij de communi dotentur. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſoci. Priuatum pactum eſt, quod ſingulorum vtilitatem reſpicit, & inter priuatos fit, & hoc eſt duplex: quoddam enim eſt legitimum, & quoddam iuriſgentium.

SVMMARIA.

1 *Dos ex nudo pacto promiſſa, exigi poteſt.*
2 *Actio etiam lege confirmante tollitur.*
3 *Actione præſcriptis verbis, vel in factum agēdum, quando conuentio eſt innominata.*

Lex vi. Paulus lib. III. ad Edictum.

LEgitima conuentio eſt, quæ lege aliqua confirmatur, & ideo interdum ex pacto actio naſcitur, vel tollitur, quotiens lege vel ſenatuſconſulto adiuuatur.

CVm igitur priuata conuentio diuidatur in legitimam & iuris gentium, hic declarat Paul. Iuriscon. quæ sit legitima cõuentio. Conuentio, seu pactio sine causa facta, non confirmata lege, vt in l. sequen. dicetur, ideò actionem non parit.

Illa ergo quæ à lege cõfirmatur, legitima dicitur, & actionem producit. Vnde si quis constituat se pro alio soluturum, cogi potest, vt id exequatur, quia conuentio illa lege confirmatur, vt patet sub titulo infrà. de consti. pecu. Et dos exigi potest, etiam nudo pacto promissa. l. ad exactionem. C. de dot. promis. licèt hodie stipulationem interuenisse ius præsumat. l. vnica. C de rei vxor. act. & ex nudo pacto debentur ciuitatibus vsuræ creditarum ab eis pecuniarũ. l. cùm ff. de vsur. & frumenti vel hordei, mutuo dati, accessio, etiam ex nudo pacto præsumenda est, lege confirmante. l. frumenti. & l. per retentionem. C. de vsur.

Vsura debitur ciuitatibus ex nudo pacto.

Vnde non est necesse, quòd contractus sit à iure ciuili inductus, sed confirmatus, vt hîc. Ideò non est dubium ex stipulatione, literarum obligatione, contractu emphyteutico, seu sponsalitia largitate, actionem oriri: quia contractus illi à iure ciuili inducti sunt, & quoad actionem, & quoad exceptionem, vt patet. ff. de verb. oblig. & in Insti. & in aliis titulis. Et de his non puto loqui hanc legem, sed de cõuentione, quæ per aliquam legem confirmatur. vt in l. prima. C. de suffra. non de contractibus à lege ciuili inductus, quos non oportet à lege cõfirmari, cùm inducti sint ab ipsa, ideò quæ dicta sunt, non possunt huic conuenire legi.

Nec etiam puto hunc text. intelligi in donatione, quæ licèt confirmetur à lege (l. si quis argentum. C. de dona.) vt valeat, tamen interdum in donatione non est conuentio, sed donatio, & traditio, & ibi cogitur donator conditione ex illa lege per §. sed etsi quis, ibi, *coarctari donatorẽ legis nostræ auctoritate, &c.* Ideò non facit ad rogatum quoad istum text. quod notandum est, quia vbi quis conuentionem partium lege approbatam, & cõfirmatam inuenerit, legitima illa conuentio erit, ex eaque producetur naturalis obligatio, ex consensu, & ciuilis ex legis confirmatione, & sic intelligenda est ista lex.

Sed nunquid conuentiones iurisgentium à lege confirmantur? ergo legitimæ dici poterunt? Respondent moder. non esse confirmatas à lege, sed mutata est vis executionis, quia datæ sunt à iure ciuili his conuentionibus actiones, & exceptiones, loco manus Regiæ, aut Curiatarum sententiarum: successerunt enim manui Regiæ Curiatæ sententiæ. l. ij. in prin. ff. de orig. iur.

Conuentiones iurisgẽtiũ, an sint, legitimæ.

Ego autem dicerem, insequendo communem interpretum sententiam, conuentiones iurisgentium esse à iure confirmatas, vt producant actiones & exceptiones, sed non eò posse dici legitimas, si inuentionem inspiciamus, quæ est iuris gentium, sicut dicimus de matrimonio. in l. prima. ff. de iusti. & iur. quod licèt inuentione iuris sit diuini, & à iure ciuili confirmatum & approbatum, tamen non ob hoc legitimum dicemus inspecto principio.

Item licèt lex xij. Tab. confirmet testamentarias hæreditates. l. lege obuenire. de verbo. signifi. non tamen ob hoc legitimæ vocabuntur, cùm sint de iure gentium. l. interdum. vbi Bart. & alij. ff. de condict. indeb. Et licèt in pactis id dicatur legitimum, quod est cõfirmatum lege, eò quòd lex facit illud pactum potens ad producendam actionem vi legis, ideò, dicitur legitimum: tamen cum actus ex se sit potens, sicut actus iurisgentium, licèt à lege approbetur, non dicetur actus legitimus, vt plenè docui in d. l. lege obuenire. ff. de verbor. signifi. vbi dixi multis modis legitimum dici, & legitimos hos actus dici posse, id est à iure approbatos, sed non quod mutent nomen iam receptum à iure gentium.

Legitimũ, quid dicatur.

Etiam non possunt conuentiones iurisgẽtium dici legitimæ, cùm sint iurisgentium, alioqui diuisio nõ subsisteret, quam Iurisc. iurisgentium conuentiones nòluit dici legitimas, sed eas à legitimis exclusit, sic diuidendo, & vbi sit se paratio à Iuriscons. non vult vnum separatum coniungere, alioqui non separasset. l. fin. ff. de calumnia.

Ideo hîc dicemus conuentionem legitimam, quæ per se erat inutilis, & ad actionem & ad exceptionẽ, sed lex eam cõfirmauit vt actio & exceptio oriretur, vt in constituto dixi & in titul. de pact. dota. probatur & de pactis conuentis in multis legibus. & in l. in bonæfidei contractibus. & in l. legẽ. C. de pact. & cõtractus innominati lege confirmantur re tradita, & ex his oritur actio. in l. naturalis. & per totum. ff. de præscrip. verb. & in permutatione. in l. j. ibidem.

Conuentio legitima, per se inutilis.

Etiam tollitur actio lege confirmante, vel adiuuante. in l. si rem. §. omnis. ff. de pignora. act. & acceptilatione & per totum titul. ff. de acceptil. l. si tibi. infrà. eodem. 2

De senatuscon. adducunt hîc Doctor. l. cùm hic status. ff. de dona. inter vir & vxor. vbi senatusconsulto donationes factæ vxoribus, si in vita non sint reuocatæ, confirmantur, hoc est fragile, quia ibi non est conuentio, sed donatio, in qua sæpius non est aliqua conuentio. l. Aristo. vbi gloss in fin. ff. de dona. & alia exempla sunt extranea, nec conueniunt huic legi. Sed multa alia in voce dixi quę per otium non licuit scribere, ideò, bone lector, tu supplere poteris.

Tolli actionem ex Senatuscon. Velleiano & Macedo. Doct. arbitrantur. vt est in his titul. ff. & C. ad Senatuscon. Velleia. & Macedonian.

Torquentur Doctor. hîc quando agendum sit conditione ex lege, ideò dicatis agendum actione præscriptis verbis, vel in factum, quando est cõuentio innominata, & perfecta ac completa, & ita loquitur totus titulus. ff. de præscript. verb. 3

Si verò lex absque partium conuentione inducat obligationem, tunc agendum erit cõdictione ex illa lege. vt in l. omnimodò. C. de inoffi. testa. vbi si testator reliquerit filio minus legitima, poterit peti supplementum legitimæ condict. one ex illa lege, & sic valde differt cõdictio ex lege à legitima cõuentione.

Lex vii. Vlpianvs lib. iiii. ad Edictvm.

IVrisgentium conuentiones quædam actiones pariunt, quædam exceptiones: quæ pariunt actiones, in suo nomine nõ stant, sed transeunt in proprium nomen cõtractus: vt emptio, venditio, locatio, cõductio, societas, commodatum, depositum, & cæteri similes contractus.

Iurifcon.

IVriscon.conuentionem iurisgentium adhuc diuidit:nam quædam actiooes pariunt, quædam verò exceptiones.Illæ cōuentiones,quæ actiones pariunt, non stant in suo nomine,sed in aliud transeunt contractus nomen,vt emptio,&c.

Constat conuentiones iurisgentium vocari, quæ ab ipso gentium iure inductæ sunt,de quibus in l. ex hoc iure.suprà.de iusti.& iur. & differūt à legitimis, quæ lege confirmantur, vt in lege præcedenti dictum fuit.

Requisita ad cognoscēdū contra'lū nominatū ab innominato.

Et sic ex isto text.requiruntur sequētia ad cognoscendum contractum nominatum & innominatum. Primò,quòd conuentio transeat in aliud nomen. l.j. suprà,eodem.

Secundò,quòd non stet in suo nomine,vt emptio, quæ non stat in nomine,do vt des. l. naturalis. §.j.ff. de præscrip.verb.

Tertiò,quòd proprium nomen habeat cōtractus, non generale,nec cōmune,vt in l. prima. & seqnen. ff.de præscrip.verb.l.ij.de adop.

Et sic permutationem contractum esse nominatum concludi potest,cùm quòd in suo nomine conuentionis do vt des,non stet,tum quòd in proprium nomen contractus transeat: nam vocitur permutatio,& est propria species contractus.§.item pretium. de empt. & vendi. in Instit.Et l.prima.ff. de rer. permut.non probat,quamuis dicat in his receptum esse, quæ nomen suum habent, ergo permutatio non habet nomen,nō sequitur, quia licèt emptio suum nomen habeat,sic & permutatio suum.

Donatio & transactio an inter contractus nominatos computentur.

Donatio verò & transactio,licèt sint nominatæ, & propriū nomen habeant, nō tamen computantur inter contractus nominatos, quia ex his non oritur vltrò citróque obligatio,vt regulariter in contractibus,l.Labeo.2.§.contractum.ff.de verbo.signific sed in his potiùs dissoluitur obligatio, quàm contrahatur.l.prima.ff. de transact.Nec probat l.quamuis.C. de transact.transactionem esse contractum innominatum,sed potiùs mecum facit, quia in transactione postquam est conclusum,non est locus pœnitentiæ, sicut in contractibus nominatis, licèt in innominatis contrà.per l.si pecuniam.ff.de condict.cau. da. verū in illis quatuor contractibus, de quibus in l. naturalis.in fi.de præscrip. verb. permutatio vix dici do vt des,potest,ergo licèt sit nominatus contractus,etiam in illa locum habebit pœnitentia, re scilicet integra: nam in contractibus,qui re perficiuntur, antequam res tradita sit,contractus non erit perfectus, & sic licebit pœnitere.§.primo.quibus mod.re cōtra. oblig. l.prima.ff.de obliga. & actio. nec valet consequentia quòd est nominatus contractus, ergo pœnitentia in eo locum non habet. per l. contractus. C. de fid. instrumen.

Vnde ista regula in contractibus nominatis, qui consensu perficiuntur,habet locum, sed in aliis contractibus non passim, quicquid dicant Doctor. vt abundè tractabo in l.si pecuniam.de condic. cau.da. si Deus volet, & mihi id per lōgioris æui industriæque curriculum concedatur.

Idem in diuisione dici potest,in l. diuisionis.infrà. eodem. in qua ante traditionē admittitur pœnitentia,si inter partes tantùm fiat, diuersum est si per sortem,aut iudicis authoritatē facta fuerit. vt alibi pleniùs de ea scripsi.facit l.inter.§.primo.ibi, apud arbitrum diuisionis.ff.de pactis dotal.

SVMMARIA.

1 *Contractus nominati non admittunt pœnitentiam, & quare.*
Innominati verò sic. ibidem.
2 *Contractus res tantùm traditione perficiuntur.*
3 *Oblatio non impedit pœnitentiam in contractibus.*
4 *Liberationis fauore sufficit quandoque sola oblatio.*
5 *Oblatio cum depositione & consignatione habet vim solutionis.*
6 *Et ea,quæ fit in iudicio.*

§.Sed etsi in alium contractum res non transeat,subsit tamen causa,eleganter Aristo Celso respondit esse obligationem, vt putà,dedi tibi rem,vt mihi aliam des,dedi vt aliquid facias, hoc συνάλλαγμα esse: & hinc nasci ciuilem obligationem. Et ideò Iulianum puto rectè à Mauriciano reprehensum in hoc,dedi tibi Stichum,vt Pamphilum manumittas,manumisisti, euictus est Stichus. Iulianus scribit in factū actionem à Prætore dandam,ille ait ciuilem incerti actionem, id est, præscriptis verbis sufficere: esse enim contractum quod Aristo συνάλλαγμα dicit,vnde hęc nascitur actio, si ob maleficium ne fiat,promissum sit,nulla est obligatio ex hac conuentione.

Contractus in suo nomine stantes,quæ producāt obligationem.

ISte § ait contractus quosdam non transire in aliud nomen,sed in suo stare nomine, & hi producunt obligationem,si subsit causa,vtpote dedi rem,vt aliā dares, vel dedi vt aliquid facias, nasci ciuilem obligationem Aristo ait.

Iurisconsult.hic ait quosdam contractus in suo permanere nomine, vt sunt quatuor cōtractus, de quibus in l.naturalis.infrà.de præscrip.verb.

Iste text.habet difficile cōtrarium,cōtra versic.& ideo:nam si dedi tibi Stichum, vt Pamphilum manumittas,& tu manumiseris,deinde euictus est Stichus,Iulianus scribit in factum actionem à Prætore dandam, ille verò Aristo, ciuilem actionem incerti præscriptis verbis sufficere:at in l. naturalis. §. sed si dedi,Iulia.ait,de dolo actionem dari, & sic Iulia. rectè à Mauritiano reprehensus fuit. Interpretes dicūt de dolo actionem tunc dari, quando sciens alienum dedit,sed si ignorans dedit, tunc ciuilem competere concludunt,& Iulianum variasse,quia vnum dicit in vno loco,aliud in alio,& alia multa asserūt, quæ videre quilibet, si non grauetur, poterit, quæ parum seruiunt ad tex.& huius antinomiæ dissolutionem.

Ego verò puto Doct. hactenus super hoc hallucinatos,arbitrantes Iulianum voluisse ciuilem actionem competere,quod non est verum, sed Paul. hoc narrat in d. l. naturalis, nec reprehensionem Iuliani refert,sicut Vlpian.hîc.

Obiectionis solutio.

Et sic conuenire videntur hæ duæ leges, si rectè intelligantur, quia in l. naturalis.dicit Paul.Si sciens quis dederit seruum alienū, de dolo actionem dandam Iulia.ait & rectè.Si verò ignorās, ciuilem in factum cōpetere,ait ibi Paul.nō verò Iulia. Ideò Iulia.

air

ait actionem de dolo in casu scientiæ cõpetere, Paul. verò postea in d. l. naturalis ait in factum ciuilem competere, & Vlpia. hîc referens Iulia. in hoc à Martiano reprehensum, quòd diceret dandam actionem à Prætore, nam ciuilem in factum sufficere ait, nempe frustra daretur Prætoria ciuili existente, quia ius Prætorium introductum est adiuuandi, supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter publicam vtilitatem. l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iur. sed in hoc casu non est opus adiuuare ius ciuile, cùm actio ciuilis introducta sit, & sic sufficiat. Ergò à Prætore nulla alia dabitur.

Ex his notandi sunt duo casus. Primus est, quando alienus seruus Stichus datus est scienter, qui postea est euictus, & tũc de dolo datur actio, dolo enim facit, qui alienam rem, vel pignoratam, scienter dat. l. prima. de pignora. actio. l. si oleum. §. primo. de dolo. & in hoc conueniunt omnes Iuriscon.

Secundus casus est, si ignorans alienum seruum dedi, & is postea euictus sit, hoc casu ciuilis actio præscriptis verbis in me datur, per tex. hîc, & nõ datur actio à Prætore, quia sufficit ciuilis, & in hoc reprehensus fuit Iulia. à Martia. vt Vlpian. refert. Et ita intelligi debent & conciliari ista contraria difficilia, quicquid super hoc Doctor. hactenus scripserunt, dicam fusiùs in d. l. naturalis. nam tota difficultas interpretum est, eò quòd istos casus non separauerunt. Vide quæ scripsi in l. sæpe. ff. de verb. signific. & hîc incerti actionẽ vocat in factum, quia est sine nomine proprio, sed stat in suo nomine, vt suprà diximus de contractibus.

Incerti ciuilis actio, vocatur in factũ actio.

Et per istum text. ibi, in factum actionem à Prætore dandam, Doctor. dicunt actionẽ aliam esse datiuam, aliam natiuam: datiuam dicunt esse, quando lex eam dat, & non habet præexistentem materiam, sicut enim Adam fuit datus à solo Deo, vt docet Aret. §. primo. de obliga. in Insti. sic & ista actio datur à solo Imperatore. l. cũ mota. C. de transact. Natiuam dicunt eam, quæ ex naturali & ciuili oritur actione, vt regulariter in l. licet. §. ea obligatio. ff. de Procura. Ias. in rub. de actio. in Instit.

Ego verò dicerem hanc interpretum diuisionem superfluam, nec verbis Iuriscon. conuenire, quippe omnis ferè actio, aut à lege ciuili, aut à Prætoria datur. §. j. & §. sed istæ. de actio. in Insti. ergo omnis actio erit datiua.

Et tamen nulla actio datur à lege, nisi præcedat materia, scilicet contractus, vel quasi, maleficium, vel quasi. l. obligationum. ff. de actio. & obligat. l. licet. §. ea obligatio. de Procura. Nam cùm nulla subest causa, actio non datur in hac lege. §. sed cùm nulla. nec nascitur actio sine aliqua causa. l. prima. ff. de actio. & obliga. Vnde si ob maleficium ne fiat, promissum sit, nulla est obligatio ex hac conuentione. §. si ob maleficium, in hac lege: nam quilibet abstinere debet à maleficio sine datione, aut promissione, vt ibi.

Actio sine aliqua causa non nascitur.

Vnde arbitror Iurisconsultos promiscuè fuisse vsos his terminis, dari actionem, vel nasci, & nullam vel modicam constituisse differentiã, nam omnes actiones à iure datæ sunt, & introductæ. l. ij. ff. de origi. iur. l. in commodato. §. sicut. commoda. & l. legitima. præceden. Nam hîc dicitur nasci actionem, pro oriri, proficisci, dari, & §. quinimò ibi, *ne ex pacto actio nascatur*. & §. sequen. & §. quod fere. l. si tibi. ibi, *non nascitur obligatio mihi*. & §. de pignore. ibi, *nascitur ex pacto actio* l. j. ibi, *itaque eo casu vltro citróque nascitur actio quæ negotiorum gestorum appellatur*. ff. de nego. gest. l. si vendidero. in fin. ibi, *actio, quæ statim cùm pecunia soluta est, ei, qui dedit, nata est*. ff. de fur. l. 5. ibi, *nata actione*. de bon. damnat.

Item eadẽ actio dicitur dari. l. si quis. id quod. ibi, *actionem dabo*. ff. de iurisdictione omnium iudic. l. secunda. in fin. qui satisd. cogan. l. sicut. quod cuiusque vniuersi nomi. l. in hæredem. in fin. & l. si quis. de calumniat. l. quod autem. quod met. cau. l. hæredibus. de dolo. l. prima. §. *Non autem ex omni causa Prætor dat in exercitorem actionem*. ff. de exerci. actio. Alia ferè centum iura allegaui in l. sæpe. ff. de verbor. significatione, quæ hîc omittam, ista ratus sufficere.

Actio quomodo dari dicatur.

Ex prædictis patet difficultates a Doctoribus motas cessare, & omnes actiones dici promiscuè posse nasci, vel dari: & sic datam, vel natam, habere præexistentem materiam, ex qua dantur vel nascuntur, videlicet ex contractu vel quasi, maleficio, vel quasi, & sic omnes actiones possunt vocari datæ, vel natæ, sed non memini me inuenisse apud Iuriscon. actionem datiuam, vel natiuam, de quibus disputare videtur superfluum, cùm apud Iuriscon. non inueniantur, & quis posset tenere omnes actiones esse natiuas, imo datiuas: & ex præmissis istas conclusiones probare?

Dari actiones, vel nasci sunt eadem.

Nec refragatur d. l. cùm mota. C. de transact. vbi Doctores dicunt non esse præexistentem materiam: nam (salua illorum pace) materia est illarum, nempe transactio est: nam mater renuntiauerat querelæ nomine filij, vt aduersarius aliquid daret, qui hoc post renuntiationem dare noluit. Vnde text. ibi dicit, si promissum dari fuerit per stipulationẽ, actio ex stipulatu nascitur, si verò non interuenerit stipulatio, actio eo casu datur prescriptis verbis à lege, mediante negotio gesto, & ex conuentione sic facta: nam sine conuentione non daretur actio, aliàs lex esset iniqua, si daret actionem sine causa. Sicut enim Deus Opt. Maxi. dat fructum subsistentem materia, vel semine, & postea nascitur fœtus, vel partus, ita lex actionem dat præcedentem cõtractu, vel quasi, vel negotio gesto, ex quibus nascitur actio, & nasci actio dicitur, etiamsi materia extincta esset. l. si cùm quis. in fin. ff. de furt. vbi nasci, per metaphoram à rebus naturalibus, quæ propriè nasci dicuntur, transferimus ad res inanimatas, videlicet ad actiones, & sic nõ est differentia vel vtilitas, siue lex dicat nasci actionem, vel dari, & Iuriscon. indifferenter vtuntur.

Vnde constituentes has differentias, ius nouum constituere videntur, & antiquum perturbare, nec probo differentiam gloss. in l. cum precario. de preca. vt actio datiua non transmittatur ad hæredes, quia hoc est falsum, cùm omnis actio posit & datiua & natiua dici, per prædicta, vel nulla, vt veriùs insequendo Iureconsl. loquar.

Item interpretes hîc dicunt, quamobrem contractus nominati actiones pariant, simulatque facti sunt, & innominati non, nisi post implementum, saltem ex parte vnius? Et respondent, innominatos esse debiles, nominatos verò potentiores, & frequentiores, & innominatos suis stare nominibus, & sic in sua nuditate: certè hę rationes parũ mouere vidẽtur.

Cõtractus nominati, quare actio ne pariãt.

Vnde fortaſſe non eſſet abſurdum dicere, contractus nominatos hic expreſſos eò actionem parere, quia ſolo conſenſu completi, perfectíque ſunt, vt in titul. de obliga. ex conſenſu paret, & Iulia. ait, *quia in his neque verborum, neque ſcripturæ vlla proprietas deſideratur, ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt, conſentire.* in l. ij. ff. de actio. & oblig. Sed innominati nõ, niſi implementum ex vna parte interuenerit, ideò ante perfectionem nullam actionem producere poſſunt, ſicut habetur in l. contractus. C. de fide inſtrum. vbi ſi emptionis inſtrumentum fieri debeat, non erit perfectus contractus, antequam inſtrumentum fiat, & altera pars poterit pœnitere, vt & alij Doctor. ibi tradunt, per illum text.

1 Meritò dicemus in contractibus nominatis locum non eſſe pœnitentiæ. quia ex ſola conuentione & conſenſu perficiuntur, illi verò qui non perficiuntur ſolo conſenſu, vel innominati ſunt, admittũt pœnitentiam, antequam ſint perfecti, quia non ſunt completi. l. ſi pecuniam. ff. de condict. cau. dat.

Sed diceret quis, quare iſti innominati non complentur ſolo cõſenſu, ſicut quidam alij. Reſpondeo, quare omnia Deus non fecit ſimilia? Certè hoc ſic legiſlatori placet, nec omnium, quæ à maioribus noſtris cõſtituta ſunt, ratio reddi poteſt. l. non omnium. ff. de legib.

Conuentio ſola, cõtractum innominatum, aut nominatum non perficit.

Nec etiam poteſt inſpecta vi verborum contractus innominatus dici completus ſola conuentione, ſi res non interueniat, quia conuentio eſt, vt ego promittam dare, vt des. Requiritur ergo, vt aliquis dare incipiat, ad hoc, vt compleatur, & actio detur. d. l. ſi pecuniam. & l. naturalis. de præſcrip. verb. vbi alia Deo auſpicante, dicentur. At, in contractibus nominatis qui re perficiuntur, vt mutuum, etiam non eſt complementum. niſi res interuenerit, nec ſola conuentio mutuum facit. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. de reb. credi. §. primo. quib. mod. re contrah. oblig. idem in alijs caſibus ibidem conſcriptis. Cùm enim huius edicti ſit naturalis æquitas. l. prima. ſuprà. repugnat natura, vt quod indiſcretè promiſi, dare teneat, & aduerſarius lucretur ex iactura mea, & incauta promiſsione. l. nam hoc natura ff. de condict. indeb. Igitur hæc naturalis æquitas mutari non debet, at cùm aliquid dedi, aut feci tua cauſa, tuáque promiſsione confiſus, æquum eſt vt lucrum non facias, ideò teneris & tu dare, vel facere quod conuenit, vel id quod intereſt

2 præſtare. d. l. naturalis: nam quãuis pactum, & conuentio conſenſu perficiantur, vt ſuprà dictum fuit, contractus tamen non niſi facto, vel rei datione, ſeu traditione non abſoluuntur. vt l. prima. ff. de rer. permut.

Oblatione ſola cõtractus nõ perficiuntur.

Et per hoc infertur, in contractibus innominatis ſolam oblationem non ſufficere, cùm requiratur rei implementum.

Et hoc docet hîc Accurſ. in verbo, non facias, &

3 oblatio non impedit quin ſit pœnitentiæ locus. Doctor. in l. ſiue apud. C. de tranſact. ideò debet eſſe cautus ille, qui agit ex contractu innominato, vt dicat ſe ex parte ſua impleuiſſe, non autem dicat ſe obtuliſſe tantum, quia poſſet dicere pars, nolo nunc facere, vel dare, quod conuentum eſt, ſed reuoco quatenus opus eſt.

Oblatio ſola quãdo in cõtractibus ſufficiat.

Limitatur, quando factum eſſet promiſſum, tunc ſola oblatio, cùm factum ſtatum impleri non poſsit, ſufficit. l. prima. C. de rer. permuta. quæ parum probat Iaſ. hic allegat Bald. in l. ex placito. C. de rer. permuta. qui hoc non dicit.

Vnde cùm quidam promiſiſſet proſequi proceſſum, & alter domum ei in caſu victoriæ dare, ſi alter offerat ſe proſequuturum proceſſum, illa oblatio ſufficit, quia per eum non ſtat, ergo ei non eſt imputandum. l. in iure ciuili. ff. de regu. iur. Et conſului pro eo qui promiſerat dare procuratorium ad reſignandum, vt alter proſequeretur proceſſum in magno concilio, & deponeret aureos ſi opus eſſet, ſi alter non reſignet, & ſic iſte non poteſt proſequi proceſſum, ſufficit oblatio pro implemento ex parte viuus. l. Labeo. 1. ff de contrah. emptio.

Secundò limitat Iaſ. quando contractus innominatus ordinatur ad nominatum, vt ſi ob certam cauſam vendere promittam Id enim regi debet ſecundùm naturam contractus, cui eſt ſimilis. l. prima. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſ. nec habet locum pœnitentia, ſed ſola ſufficit oblatio d. l. Labeo ſcribit. & l. cùm ab eo. de contrah. empt. Bald. in l. quamuis. in fin. C. de tranſact.

Tertiò, non procedit quando contractus tenderet ad liberationem. l. ſi cùm fundum. infrà eodem. vbi Bald. facit l. ſi maior. C. de tranſact. quia fauore liberationis hoc fit l. Arrianus. ff. de actio. & obligat. Bald. in d. l. quamuis. 4

Ex oblatione ſola agi poteſt ad pœnã promiſſam.

Quartò, obligatio in contractibus innominatis ſufficit, vt agi poſsit ad pœnam promiſſam, vel ad id quod intereſt, non autem ad rem principalem, per illum tex. in l. ſi pacto. C. de pact. qui ſic declarat iſtã gloſſ. & Iaſ. hîc.

Quintò, oblatio cum depoſitione & conſignatione ſufficit, quia habet vim ſolutionis. l. obſignatione. C. de ſolu. Doctor. in l. acceptam. C. de vſur. & poſteà agere potero, nec liberum erit aduerſario pœnitere, quia ex parte mea impleui. Bald. in l. ex placito. C. de rer. permut. quæſtio. 18. & Iacobi. hîc. 5

Vltimò, non procedit in oblatione facta in iudicio, quæ tantum operatur, ſicut oblatio & conſignatio extra iudicium facta. l. ſi rem. prima. §. fin. de pignora. actio. ff. explicat Anto. Neguſan. in tract. de pigno. in 3. membro 5. partis. de hoc ſet ipſi in l. habere. ff. de verb. ſignifi. 6

SVMMARIA.

1 *Obligatio naturalis ex conſenſu indiſcreto & vano non oritur.*
2 *Pactum nudum inter mercatores obligat.*
3 *Item incontinenti iuxta contractum appoſitum.*
4 *Exceptio non competit ſuper actione non conſtituta.*

§ Sed cùm nulla ſubeſt cauſa propter conuentionem, hîc conſtat non poſſe conſtitui obligationem, igitur nuda pactio non parit obligationem, ſed parit exceptionem.

Iuriſcon.

Pactio nuda qua dicatur.

IVrisconsult. declarat hic, quae dicatur nuda pactio, & respondet illam esse in qua praeter conuentionē nulla subest causa, ideò obligationem non parit, sed exceptionē. Causam exponit Accurs. & interpretes pro facto, seu datione, nam in his cōtractibus innominatis, vbi nulla subest causa, id est, nullum implementum ex vna parte, & sic datio, vel factum nō interuenit, nullam esse obligationem. vt dicit text. in prin. Ego exponerem hic pro occasione, aut ratione, uam vbi nulla est occasio, seu ratio promittendi, ibi etiam stipulatio non parit actionem. l. ij. §. circa. ff. de doli excep. nam si exponatur pro datione & facto, non habebit locum, nisi in contractibus innominatis, & tamen nuda promissio extra contractus innominatos nullam producit actionem, si nulla sit promittendi causa. d. l. ij. & l. diuisionis. infrà eod.

De eadem re.

Itaque ego dicerem per istum tex nudam pactionem, seu nudum pactum, quod nullā habet causam praeter conuentionem, nullam producere obligationē, vnde omnes contractus innominati, ante implementū possunt dici nudi, seu nudae cōuentiones, vel pactiones, quia nil habent ante implementum praeter conuētionem, si autem factum, vel datio, seu traditio ex vna parte interuenerit, non dicetur amplius nudum pactum, vel conuentio. probat iste text. & l. prima. ff. de pignora. act. l. solent. de praescrip. verb. l. cùm emptor. de rescin. vendi. Alia enim quaecūque conuentio nuda erit, si causam quis nō habeat promittendi. Vnde si cōueni tecum, vt mihi centum dares, vel equum, si non est causa, vel dotis, vel donationis, vel vt negotia mea geras, seu alia quaedā, nuda erit conuentio, nec actionem pariet, vt hic.

Conuentio iusta, qua dicatur.

Si verò conuentio in aliud nomen transeat, non dicitur nuda conuentio, sed nomen proprium habet, & iusta vocabitur conuentio, de qua scripsi abundè in l. Herennius. ff. de verbo. significat. & sic quaedam vocabitur nuda conuentio, quaedam iusta. de quibus in l. cùm emptor. in fi. ff. de rescindē. vend. vel quoddam est pactum nudum, aliud lege confirmatum, seu iustum, quod Doctor. vocant vestitum. Verùm quia de hoc vestito non inueni apud Iurisconsult. ideò hoc interpretibus relinquo, quia omnis conuentio quae vel in aliud nomen transit, vel traditione, facto, seu datione subnixa est, non est amplius nuda, nec quidem ob hoc vestita dicetur, sed iusta, vel proprio nomine vocabitur, & ex his ingentes cessabunt difficultates, quas gloss. hic & interpretes apposuerunt propter vestimenta: nam in illis casibus lege confirmantur, & iuuantur, & sunt iusta pacta, vel in aliud nomen translata.

Ex praedictis colligitur, quòd ex pacto nudo non oritur actio, nec quidē obligatio naturalis, quae oritur ex consensu ad idem tendens perfecto, sed in imperfectis consensus partium non in idē tendit, si vna pars resilit ab obligatione & si nulla est causa promittendi, nulla est obligatio. l. secunda. §. circa. ff. de doli except. Cessante enim causa, cessat obligatio & actio. l. quod dictum. ff. de pact. & sic postquam nulla est obligatio, nec actio. Er quamuis sit aliquis cōsensus, non tamē perfectus, nec solidus, sed indiscretus, & vanus, ex quo non oritur obligatio naturalis, vt hic: nempe is natura debet, quē iure gentium dare oportet. l. cū amplius. §. is natura. ff. de reg. iur. sed in hoc pacto nudo non oportet dare, ergo non est ibi obligatio naturalis, & tex. hic dicit nullam esse obligationem.

Et sic nec quidē de iure Canonico pactū nudum parere potest actionem, cùm eo iure non completus contractus, non producat actionem, sed vult pactionem suam firmitatē habere, quia si firmum sit, vt potè, quia implementū interuenit ex altera parte, tunc firmum remanere debet: si verò non firmum sit, vt potè quia non perfectum, nec complemētum ex altera parte factum est, nec est promittendi causa, tunc illo iure non saepius producitur actio, nam cùm huiusmodi conuentiones indiscretè, & potius ostentationis gratiā, quàm voluntariè proficiscantur, absurdum videretur si quocunque verbo, etiam non pensato, & indiscreto, & sine causa tenerentur homines, ideò datus fuit poenitentiae in his locus. vel voluntas implendi, si ad factum peruenerit, cùm subsit causa, id est, negotium factum, vel datio, vel ratio promittendi, tunc altera pars quoque tenebitur. l. si pecuniā. ff. de condict. cau. dat. Et quamuis aequitate nitatur ius Canonicum, hoc tamen non est ęquum, quòd ex vana promissione & indiscreta quis obligetur, imò potius esset iniquum. Et quāuis Deus Op. Max. nō faciat differentiam inter simplicem loquelam cum causa factam, & conclusam, & iuramentum, tamen Deus non recipit, vt quis decipiatur vana promissione, nec recipit promissiones antequam compleantur, vel sine causa, vel nisi fiant sponte, vt toto titulo ff. quod met. cau. & non semper promissa omnia soluenda sunt. c. non semper. 22. q. 4. & per torā causam.

Et sic nec in terris Ecclesiae pactum nudum indiscretum, & sine causa factum producet actionem, alioqui Ecclesia cultrix iustitiae à iustitia aberraret. c. vnico. de alienat. feud. *Pactū nudū nō producit actionem, etiā in terris Ecclesia.*

Et sic valeret statutum, quod ex pacto nudo agi non posset, contra Panor. in c. dilecti. col. 3. de iudi. cū non sit contra ius Canonicū, imò subnixum sit ęquitate, vt suprà visum fuit, nec poterit agi ex pacto nudo corā Ecclesiastico iudice, nisi (vt infenus dicam) quia nulla est etiam obligatio naturalis, vt hic. Ergo iudex Ecclesiasticus sine obligatione condemnaret, quod est contra ius. *Nec corā iudice Ecclesiastico.*

Et postquam non est obligatio etiam naturalis, sic nec actio, fateri videtur Bald. in l. cùm quis. C. de iur. & fact. ignor.

Sic nec officium iudicis, nisi quoad exceptionē, vel nisi lege iuuetur. Doc. in l. prima. ff. de iurisd. om. iud. & in l. lecta. ff. si certum peta. scripsi in l. actionis verbo. ff. de verb. signif.

Nec etiam datur actio de dolo contra nō seruantem pactum nudum, sine causa factum, licèt allegetur text. in l. & eleganter. §. seruus. ff. de dolo. qui non probat: nam ibi erat causa, & sic non erat nudum, quamuis sic iudicatū fuerit Neapoli, vt refert Matthae. de Afflict. in Decis. Neapol. q. 120. Lata fuit.

Nec quidem denuntiatio Euangelica habet locum, vt plenè scripsi in tract. de pact. posse. limita. 3. num. 22. nam denuntiatio locum tunc habet, quando immiuet peccatum. c. nouit. de iudic. sed quomodo potest imminere peccatum ex vana & iactabunda promissione, quae non obligat, vt suprà dictum fuit, vel quando est locus poenitentiae. & sic denuntiatio cessabit, quando iure hoc mihi licet, non succedit denuntiatio Euāgelica. l. ij. C. de rescind. vend. *Denuntiatio Euāgelica quādo locum habeat.*

2 Limitant interpretes pactum nudum producere actionem inter mercatores, & vbi ex bono & æquo agitur. l. Quintus. & l. si fideiussor §. quædã. ff. manda. qui tex parum probant, & cur inter mercatores vanitas, indiscretio, seu leuitas promissionis magis valebit, quàm inter alios. Et si æquum & bonum ipsi seruare teneantur, non verò, quod indiscretè actum sit, probare. l. cùm de indebito. in fin. ff. de proba. Ideò licèt ipsi agnoscere bonam fidem debeant. non tamẽ iniquum. Vnde iniquum agnoscerent, quandiu alij resilire possint ab eorum promissis, si ipsi deterioris conditionis essent, & leges non essent generales, nec tenerent omnes, sed aliquos, contra l. leges. C. de legi.

Vnde dicerẽ in quibus casibus alij pœnitere possunt, idem & mercatores, & quando promissio siue causa alios non tenet, nec mercatores, cùm sibi proprias leges non habeant, & quãuis Bart. in d. l. Quintus. probet per illum text. ibi, si ipse pepercisset pudori suo: nam non solùm mercator debet pudori suo parcere, sed omnis Christianus, & omnes qui ex fide agũt: nec debet esse pudor facere id, quod lex permittit. l. Gracchus C. de adul. alioqui mercatores ex sola iactantia, & sine causa ex promissionẽ passim obligarentur, quod esset absurdum.

Ex prædictis ego cõstituerem regulam, videlicet pactum nudum actionem non parere, quam limitarem in sequentibus casibus. Primò, quando illa pactio esset à lege confirmata, siue ciuili, Prætoria, seu municipali, vel statuto, per l. legitima. suprà. eod. quę comprehendit ferè omnes limitationes Iasonis & aliorum. facit l. fi. C. de rerum permutat.

Pactũ nudum quando actionẽ pariat.

Secundò, quando causa promittendi subesset, vnde si promiserim equum tibi causa negotia mea gerendi, obligatio aderit, postquam causa adest, & non dicitur tunc nuda pactio per istum text. à contrario, ideò cõuentio pacis iurata, seu iudicialis, causam habere videtur, & aliquid præter conuentionem, quapropter ex illis obligatio oritetur. l. & eleganter. §. seruus. ff. de dolo. l. licet de pact. dota. ibi, *Licèt manẽte matrimonio non possit inter virum & vxorem conuenire, vt longiore die dos reddatur post diuortium, tamen si iustu causa conuentionis fuerit, id pactum custodiri debet.*

Nec pactum geminatum actionem producere dicemus, cùm lege cautum non sit, & cùm vtrunque causam non habeat præter conuentionem, & quia censetur esse factum secundùm regulas iuris, vt pœnitentiæ locus sit, & vt non valeat sine causa, vt de stipulatione dictum fuit, & qui bis idem promittit, amplius quam semel non tenetur. l. qui bis. ff. de verb. obligat.

Pactũ geminatũ an obliget.

Tertiò, non procedit quando conuentio aliquid haberet vltra conuentionem, vt quando implementum, vel traditio ex altera parte interuenerit. l. prima. ff. de rer. permutat.

3 Quartò, non procedit quando est appositum incontinenti iuxta contractum, vt in §. sequenti statim dicetur, & ista limitatio etiam comprehendi potest super prima, quia lege confirmatur pactum, ideò actionem producit. Et hæ limitationes sufficiunt, & comprehendere videntur omnes alias, quas Doctor. tradunt: nam hodie dicere possumus, si vix seruantur conuentiones iustæ, quomodo hæc pacta seruabuntur? licèt malè faciant non seruantes, vt apud Theognidem hoc disticho declaratur,

ὅρκοι δ' οὐκ ἔτι πιστοὶ ἐν ἀνθρώποισι δίκαιοι,
οὐδὲ θεοὺς οὐδεὶς ἅζεται ἀθανάτους.

Nulla manent homines inter nunc fœdera firma,
Non superest vnus numina rite colens.

Sed quomodo exceptionem hæc actio producat? 4
Respondeo quando fit super actione iam constituta, vt si auus pactus est, cùm dotem pro nepte suscepisset, ne à se, néve à filio dos peteretur, ab alio verò quàm filio hærede, vt dos peteretur, exceptione conuentionis filius tuendus erit. l. auus. ff. de pact. dotal. Igitur opus est quòd hæc exceptio ad exclusionem actionis tendat. l. secunda. ff. de except. Oportet ergo actionem esse, vel persecutionem: nam priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verborum obligat. §. seruus. de capi. diminut. in Instit. Itaque Papin. ait, *Si intra illum diem debiti partẽ mihi solueris, acceptum tibi residuum feram, & te liberabo, licèt actionem non habeat debitor, pacti tamen exceptionem competere debitori constat.* l. si intra. infrà eod. & Vlpian. ait. *Plerúmque solemus dicere doli exceptionem subsidium esse pacti exceptionis, quosdam denique qui exceptione pacti vti non possunt, doli exceptione vsuros. & Iulia. scribit, & alij plerique consentiunt vt putà si Procurator meus paciscatur, exceptio doli mali mihi proderit, vt Trebatio videtur, qui putat sicuti pactum Procuratoris mihi nocet ita & prodest.* l. rescriptum. infrà.

Nam si promiserim dare vel facere, vt des, vel facias, antequam completus ex vna parte sit contractus, nuda est conuentio, quæ nec parit actionem, nec quidem exceptionem, quia quilibet potest resilire iure suo à promissione, & sic nulla adest obligatio etiam naturalis. vt hic dicit text. & inferiùs dicetur susius in §. sequenti.

SVMMARIA.

1 *Pactum ex interuallo appositum non parit actionem.*
2 *Dos in immobilibus consistẽs, soluto matrimonio statim reddenda, in mobilibus verò, intra annum.*
3 *Pacta quæ contractui inesse dicantur.*
4 *Actor quomodo concludere in libello debeat, super pacto incontinenti contractui apposito.*

§. Quinimò interdum format ipsam actionem: vt in bonæfidei iudiciis. solemus enim dicere pacta cõuenta inesse bonæfidei iudiciis, sed hoc sic accipiendum est, vt si quidem ex continenti pacta subsecuta sunt, etiam ex parte actoris insint: ex interuallo non inerunt, nec valebunt, si agat ne ex pacto actio nascatur.

Hic §. declarat pactum nudum non solùm parere exceptionem, quinetiam actionem informare, id est, instituere, componere, seu parere: nempe, si pactum iuxta contractum venditionis appositum fuerit, ipsi contractui inesse videtur, & sic parit actionem. l. in bonæfidei. C. eodem.

Vnde

Pactum incontinenti appositum censetur pars contractus. Unde si vendam tibi domum, & incontinenti conclusa emptione promittas revendere eam pro simili pretio, actionem ex empto habebo, vel praescriptis verbis ad cogendum te, ut revendas iuxta conventionem. l. ij. C. de pact. inter emp. & vendit. Non ex pacto dabitur actio, eo quod est pactum, sed quia inest contractui, & pars censetur contractus, cui statim est adiectum. Igitur quod in toto constitutum est, necesse est ut & in parte locum habeat. l. quae de tota. ff. de rei vendi. ideo sicut actio datur ex contractu principali, ita ex pacto incontinenti apposito, quia pars illius censetur. l. si sterilis §. si tibi. ff. de actio. emp.

1 Sed si ex interuallo pactum appositum sit, nō poterit ex illo pacto agi, quia ex pacto actio non nascitur, cùm non insit, nec pars sit contractus, & ex interuallo pactum non informat, id est, nō parit, nec producit actionem. Iurisconsult. subiicit exempla in vers. sequen. (ut putà.) Primum est, dos annua, bima, trima die reddi de iure digestorum debet. l. de die. cum l. sequen. iuncta l. aliud ff. de pact. dotal. si post diuortiū conuenit, ut statim dos reddatur, non expectato statuto tempore, haec pactio ex interuallo facta actionē nō producet, alioqui ex pacto nasceretur actio, quod esset contra iura, nec poterit mulier dotem repetere statim soluto matrimonio, quia haec pactio addit ad obligationem. Oporteret igitur agere ex ipsa pactione, quod est prohibitum, cùm sit ex interuallo adiecta & nuda, sed hodie dos in immobilibus consistēs 2
debet statim soluto matrimonio reddi, ea verò quae in mobilibus, intra annum, l. unica. §. exactio. C. de rei uxor. acti.

Usurae quādo praestādae. Item usurae non praestantur sine stipulatione l. quamuis. prima. C. de usur. si in actione tutelae, id est, in actu & administratione tutelae ex interuallo conuentum sit, ut maiores usurae praestentur, quam a iure constitutae sint, non proderit hoc pactum, ne ex pacto nascatur actio cōtra ius. Unde Imperator ait: *In bonaefidei contractibus ita demùm ex pacto actio competit, si incontinenti fiat: nam quod postea placuit, id nō petitionem, sed exceptionem parit.* l. in bonaefidei. C. de pact.

3 Regula ergo ex hoc tex. est, illa pacta inesse, quae legem contractui dant, id est, quae in ingressu contractus facta sunt, per ingressum contractus non solùm initium accipit, sed & finē, & progressum, nempe quae fiunt in initio, in medio, seu fine contractus, & incontinenti post, in ingressu fieri censentur. Et alias, si post consummationem contractus ex interuallo pactum apponatur, non poterit ex eo agi.

Item Papinia. ait: Si aliquid promissum extra naturam contractus sit, post emptionem ex interuallo, ex empto agi non potest, quia ex pacto non nascitur actio, ideò pacta etiam, quae extra naturam contractus fiunt ex interuallo, non censentur inesse contractui, secus si incontinenti, ut si commodem seruum pacto adiecto, ne eum furem facias. l. non impossibile. infrà. eodem. Et sic quaecunque pacta apponi possunt contractibus, sine sint secundùm naturam contractus, siue extra, siue seruiant contractibus, siue illis detrahant, dummodò non sint contra leges, & annullent contractus, ideò iste tex. non potest intelligere, ingressum contractus, pro natura, ut dictum fuit, & ista intelligenda sunt in omnibus bonaefidei contractibus, & quatenus utilitatem actoris respiciunt, sed si ex parte rei proponatur, id est, ad ipsius rei utilitatem, habebit locum pactum, id est, proderit pactum, quia solent pacta ex interuallo facta parere exceptiones, ut dictum fuit in d. §. sed cum nulla.

Pacta quae contractibus oppon. da.

Ex praedi. tis Doctor. inferunt quaedam esse pacta reformatiua, quaedam informatiua, & quaedam transformatiua, ut per eos. Verùm quia sunt termini Doctor. qui apud Iurisconsult. non sic inueniuntur, nec est utilitas resolvere, adeo illos relinquo. Nempe informare actionem, est instituere, vel producere, seu parere: reformare vero, est aliam formam dare, quasi iterum formare, aut innouare. §. adeo. & l. vectigalia. ff. de public. & vectigal.

Conclusio ex hoc tex. elicitur, quòd pactum incontinenti appositum producit actionem, sed quam, Doctor. sunt varij. & dicūt aliqui actionem veterem informatam ex illo contractu, alij praescriptis verbis, si habita relatione contractus ad pactum, sit contractus innominatus, alioqui non. in l. petens. C. eodem. *Actio quae cōpetat ex pacto incōtinenti apposito.*

Ego verò dicerem utramque competere. l. Labeo scribit. ff. de contrah. empt. l. ij. C. de pact. inter empt. & vendit. ibi, *Actio praescriptis verbis vel ex vendito tibi dabitur.*

Nec refert si resultet contractus innominatus, vel non, cùm iura hoc non exprimant, sed ex pactis incontinenti appositis praescriptis actionē dari statuāt, ut probaui: nec est necesse aliàs respondere iuribus adductis in contrarium, cùm satis lashie respōdeat, & ideò erit in electione actoris, vel concludere in libello suo super actione principali, vel praescriptis 4
verbis. per l. quod in haeredem. §. eligere. ff. de tribu. acti. Doctor. in l. edita. C. de eden. l. rescriptum. §. si pacto. infrà. eod.

Ex hoc §. cum sequenti, duae colligi videntur regulae. Prima est, quod pactum appositum incontinenti iuxta contractum bonaefidei, censetur inesse, ideo producit actionem ista regula, probatur etiam in l. in bonaefidei. C. de pact. nam quod inest contractui, contractus est, & sicut ex cōtractu actio nascitur, sic ex eo quod inest, quia videtur esse pars contractus, & quia lege etiam confirmatur, etiamsi agatur de quasi contractu, ut probat iste text. in tutela, ideo si ex principali contractu actio non oriatur, utpote quia non valet, vel est nudum, sic nec ex pacto incontinenti apposito. l. si pacto. C. de pact.

Sed etsi apponatur iuxta contractum stricti iuris, etiam producetur actio. ut in l. petens. C. eodem. l. rescriptum. §. si pacto. infra. eodem. l. lecta. ff. si certum petat. non tamen producitur noua actio, ut Fortu. censet, quia postquam est unus contractus, una erit actio, verùm si quis agere velit praescriptis verbis, erit etiam actio, & ista est communis interpretum sententia, quae sic debet intelligi, ut ex pacto incontinenti apposito producatur noua actio praescriptis verbis, etiam illud pactum appositum iuxta contractū, censetur pars contractus, & sic agi poterit actione ex eo contractu, iuxta quem est appositū, vel noua actione praescriptis verbis, & quamuis possit dari actio ex contractu principali, l. tenetur. §. si vendidi. ff. de acti. emp. tamen iura statuerunt dari etiam praescriptis verbis, ut una sit actor contentus actione.

Idem si stipulatio sit apposita iuxta contractum bonaefidei, illa enim inest contractui bonaefidei, & sic naturam contractus bonaefidei sumet. l. praedia. ubi Doctor. ff. de act. empt. l. rescriptum. §. si pacto. infrà eodem. *Stipulatio iuxta contractū apposita.*

Et sic in actione præscriptis verbis, quæ iuxta cōtractum bonæfidei apponitur, veniūt fructus à tempore moræ, sicut in actione bonæfidei. l. ij. C. de pact. inter empt & vend. l. videamus. §. si actionem. ff. de vsur. nam qui adhæret Deo, vnus est spiritus cum illo. c. damnamus. de summa Trinita. & sic pactum quod inhæret contractui bonæfidei, illius induit naturam. Doctor. in l. petens. C. eod.

Hoc intellige, quando aliquid extra naturā contractus conuenit, versiculo, idem responsum. Et naturam, exponit Accurs. pro substantia, & fortè exponi posset pro materia seu proprietate: vel statum & naturam, dicit Iurisconsul. in l. eandem. §. primo. ff. de duob. reis. l. si reus. de fideiuss. nam si emptione perfecta conuenit, vt eam Romam, hoc non est de materia contractus emptionis, & vēditionis, nec de substantia, nec de statu & natura, vel de iure contractus. vt in l. iij. in fin. ibidē ideo ex interuallo pactum adiectum, actionem non producet, & quod hîc vocat naturam. in l. si vnus. §. pactus. io si. infrà eod. vocat ius suum & formam.

Pactū, quādo ex interuallo valeat.

Si autem materiam contractus tangat, iam detrahit contractui, vel adiicit, tunc etiā ex interuallo valebit. vt in sequenti regul. dicetur, per l. pacta. C. de contrah. empti.

Restrictiones ad huius §. textum.

Limitatur, quādo pactum esset extra rem, & personas in contractu contentas, vtpote, vendo domū, & pactū adiicio, quòd Titius fideiubebit, vel quòd hæreditas Titij inter nos diuidetur. Bald. in l. petens. col. penul. C. eod. Alexand. & alij in l. in bonæfidei. ibidem.

Etiam non procedit, quando pactum apponeretur iuxta contractum non perfectum, vel conditionalem. eo casu, cùm principalis non producat actionem, nec pactum incontinenti appositum l. si pacto. C. eodem. & postquam principale non valet, nec accessorium. regu. cùm principalis. ff. de regu. iur. Bart. in d. l. petens. & Doct. idem quando apponitur iuxta distractum. gl. in l. si tibi. infrà eod.

Tertiò, vitiatur regula, quando pactum repugnaret contractui, ac illum irritaret, vt in contractibus qui re perficiuntur. per l. rogasti. §. si tibi. ff. de reb. credi. Bald. & alij in d. l. petens. & l. si tibi. infrà. eod.

SVMMARIA.

1 *Pactum ex interuallo appositum, respiciens naturam contractus, censetur contractui inesse.*

2 *Res integra quando dicatur.*

3 *Fideiussor primi contractus est liberatus, toto contractu renouato.*

§. Adeò autem bonæfidei iudiciis exceptiones postea factæ, quæ ex eodem sunt contractu, insunt, vt constet in emptione, cæterisque bonæfidei iudiciis, re nondum secuta, posse abiri ab emptione, &c.

ISte §. demonstrat pactione placitum reformari posse re, etiam ex interuallo, & re nondum secuta, quando pertinet ad substantiam contractus, vnde si domum tibi vēdidero centum aureis, & posteà placeat inter nos esse venditam quinquaginta, hoc placitum reformabit pristinam vēditionem, vt tantùm quinquaginta peti possint, nam si in totum recedi possit ab emptione, cur non & pars eius mutari poterit pactione? & si tota res potest tolli, cur nō & reformari? & ideò contractus videbitur renouatus, & ex illo nouo contractu agetur. Etiam in partem recedi pacto ab emptione Pompo. probat, quasi repetita partis emptione.

Vnde si duo hæredes emptori extiterint, & venditor cum altero pactus fuerit, vt ab emptione discedatur, Iulia. ait dissolui pro parte paciscentis emptionem, quasi repetita emptione partis suæ, licèt alij legant, *pacti emptione*, seu conuentione, tamen non est absurdum legere *repetita partis emptione*, videlicet suæ, quoniam paciscendo ex alio contractu, alter ex hæredibus acquirere sibi potuit exceptionem.

Colligi potest ex hoc text. quòd licèt possit pro parte ab emptione recedi, & abiri, tamen Aristo ait non posse ita pacisci, vt vnus contrahentium remaneat obligatus, quia pro vna parte contrahentium abiri pacto ab emptione non possit, & ideo si ab vna parte sit renouatus contractus, dicitur nō valere huiusmodi pactionem. sed dicēdum est patre paciscente, & liberato aduersario, filium quoque obiter liberari. Pompon. in l. prima. ff. de rescind. vendi. quem tex. intelligerem, quando venditio pro parte valere nō poterat, sed respiciebat insolidum quemlibet, vtpote facta à filio. Nam si à patre conuentum sit, vt abeatur ab emptione, tamen filius adhuc remanebit obligatus. secus si pactum respiceret partem emptionis, vt hîc, non verò totam emptionem, vt in d. l. prima. itaque in emptionibus scimus, quid præstare vēditor debeat, quidque ex contrario emptor, quod si in contrahendo aliquid exceptum fuerit, id seruari debebit. l. in emptionibus. infrà eod.

Pacisci ūlicet, vt pro parte ab emptione recedatur.

Ex hoc text. regula elicitur, quòd pactum respiciens naturam vel substantiam contractus, etiam ex 1
interuallo appositum, censetur inesse, & ideò renouat contractum, & sic parit actionem, & exceptionē, vt hoc, §. adeò. & l. pacta. ff. de contrah. empti Ratio ponitur in tex. si tota res potest tolli, cur nō & reformari? quia hoc casu, cùm rem contractus tangat & materiam, semper censetur inesse, ob id valet etiam ad producēdam actionem ex interuallo, inest enim quod in re ipsa est, & in contractu.

Quæro, quando pacta inesse censeantur? Respondeo, quando legem contractui dant, & legem contractui dare censetur, quando in ingressu contractus facta sunt. In ingressu autē cōtractus tunc facta creduntur, quando in ipso contractu, vel incontinenti fiunt, secus si ex interuallo, nam tunc legem nō possunt dare contractui iam perfecto, & ita declaratur §. quinimò. & iste tex.

Pacta in ingressu cōtractus facta, dāt legem cōtractui.

Hoc est intelligendum re nondum secuta, per istum text. id est, neque pretio soluto, neque fundo tradito. §. fin. quib. mod. tolli. oblig. vel expone, re 2
integra: nam si pars pretij soluta sit, res ampliùs integra non est. l. prima. & secunda. C. quando liceat ab empti., discede. vbi dicitur etiam per dationem arrharum rem non desinere esse integram, ideò illæ repeti poterunt. l. ex empto. §. si is qui viuum. ff. de acti. empt. & integris omnibus, dicit Iurisscon. in l. ab emptione. infrà codem. Multas phrases adduxi de integro. in l. sylua. §. integra. ff. de verborum significatione.

Et sic

Requisita in pacto, vt pariat actionem.

Et sic Doctor. tria requiri in hoc te ct. testantur. Primum, quòd fiat super substantialibus contractus. Secundũ, quòd fiat super contractibus, qui solo consensu contrahuntur. Tertium, quòd res sit integra, quando fit pactum, & ista probantur in hoe rex. & in §. fin. quibus mod. te cõtrah. oblig in Instit. & in l. pacta conuenta. de contrah. emptio.

Vnde boc pactũ differt à pacto informante actionẽ. d. §. quinimò quia hoc super substantialibus, & in §. quimmò. ponitur super eo, quod est extra naturam, seu materiam contractus, & ibi non valet nisi incontinenti fiat, hic etiã ex interuallo, & si sic fiat, nouus etit contractus: sed in §. præcedente vnus est cum pacto contractus. Ista probantur in his duobus §§. & in d. l. pacta conuenta. ff. de contrah. emptio. & l j. & ij. de rescind. vendit. hoc non procedit quando pactum idem contineret quod contractus tunc non collit. vt l. *Qui bis idem promittit, non ampliùs quàm semel tenetur.* ff. de verbor. oblig.

3 Vnde quando totus contractus est renouatus, & sublatus, fideiussor primi contractus est liberatus. l. iij. in principio. & l. cùm apud. & l. cùm quærebatur. in fin. ff. iudic. solui. Hyppolit. in tractat. de fideiusso. q. 7. num. 90. & nu. 108. & actio oritur ex nouo contractu, non ex primo, qui sublatus est per secundum. l. pacta nouissima. C. eodem.

SVMMARIA.

1 *Statuas publicas in honorem ciuitatis positas auferre nemo potest.*
2 *Pactum in odium dolosi, si passus dolum v. lit, subsistit.*
3 *Amissa in ludo sine fraude facto, non sunt restituenda.*
4 *Pacta contra edicta que valeant.*
5 *Pacta præter vel secundùm leges admittenda.*

§ Prætor ait: PACTA CONVENTA, QVÆ NEQVE DOLO MALO, NEQVE ADVERSVS LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM: NEQVE QVO FRAVS CVIQVAM EORVM FIAT, PACTA ERVNT, SERVABO.

IN hoc §. apponitur Prætoris edictũ: videns enim Prætor, ea quæ placuerunt inter contrahentes, æquum esse seruari. ideò ipse proposuit in albo se ea pacta seruaturum, & sic duo hîc sunt. Primum expressum, quod Prætor dicit: Pacta non facta contra leges, seruabo, id est, seruari faciam. Accurs.

Pactum seruare, quid sit.

Seruare Prætor pactum dicitur, quando iudicat illud seruandum, sicut de iudicibus, qui iudicant se æquitatem & leges seruaturos. in authent. iusiurandum quod præstatur ab his. colum. 2. sic & Præsides, Consiliarij, & alij iudices regni iurant se Cõstitutiones Regis obseruaturos, vt est in Constitut. Reg. in tit. *des sermens que sont tenus faire, &c.* Nam ipsi leges & constitutiones seruant, quando secundùm eas iudicant. Et quando conuentio facta est de his, pro quibus pacisci non licet, seruanda non est talis conuentio, sed omnino rescindenda. §. si paciscat. in fine, infrà eodem.

Secundum est. Pacta facta contra leges rata non habebo, & sic non seruabo, nec secundùm eas iudicabo, sicut dicitur de pacto metu inito, quod metus causa gestum est, ratum non habebo. l. j. ff quod met. caus. l. contra iuris ciuilis. infrà eodem. Et hæc duo edicta Deus posuit in ore Prætoris, vt testatur Barbat. in addit. ad Bald. in rub. de controuer. inuest. & in consilio 1. col. 36. in 1. vol. ac Albert. Brunus consil. 12. col. 5. in mater. feud.

Vnde patet ex hoc edicto Prætoris actionem non dari, quia Prætor non dicit, Actionem dabo, aut iudicium, sed. seruabo pacta, sicut in l. prima. ff. de dol. l. si quis. ff. de iurisd. omnium iudicum. & l. j. commoda. l. iij de sepul. viol. scripsi in l. sæpe. ff. de verborum significat. Perperàm ergo Doct. sentiunt, qui dicunt actionem oriri, sed pacta se seruaturum Prætor ait, si iusta, licita, sint ac vtilia, secus si non completa, vel nuda, iniusta, vel inutilia fuerint.

Pacta turpẽ causam cõtinentia.

Pacta etiam, quæ turpem causam continent, non sunt seruanda, veluti si paciscar ne furti agam, vel iniuriarum, si feceris: expedit enim timeri furti vel iniuriarum pœnam. l. si vnus. §. pacta. infrà eodem. Et dicit Prætor, seruabo pacta, ea videlicet quæ seruanda erunt, & si nuda fuerint, quoad exceptionem. Si iusta, quoad actionem & exceptionem: nam hæc phrasis, seruabo pacta, vel iura, prolata ab eo, qui iubere, & statuere potest, videtur iniungere & iubere, vt pacta seruentur à subditis, & ipse ea seruare faciet, vt dicitur hic. Et si generaliter accipiatur pactum pro omni conuentione, etiam iurisgentium, vt pro contractibus empti, locati & aliis, qui etiam producunt actionem, l. iurisgentium. supra eodem. etiam seruandum erit pactum quoad actionem: si verò referatur ad pactum nudum, non intelligetur, nisi quoad exceptionem, quia hoc à lege declaratum est.

Nec refragatur lex statuas. ff. de acquit. rer dom. videlicet vt seruari debeant quoad actionem & exceptionem, quia ille text. hoc non probat, & magna est differentia inter hunc casum, & illius legis, qui publica ciuitatis iura respicit, vt statuas positas in 1
honorem ciuitatis, etiam is, qui posuit, vel eius hæres auferre non possit, & si quispiam hoc tentauerit, tuendi ciues sunt, sed quomodo: si quis has statuas à ciuibus petat, exceptione hi adiuuabuntur & si quis eas abstulerit, actione. Aliud siquidem est dicere, tueri aliquẽ, aliud seruabo pacta, vt hîc. Etiam aliud est dicere dare operam Prætorem oportere, vt quod ea mente in publico est positum, ne liceret priuato auferre, nec ei, qui posuerit. Tuendi ergo ciues erunt, & aduersus petentem exceptione, & actione aduersus possidentem iuuandi sunt. Vide igitur quomodo ille text. nil facit contra istum text. nam ibi exprimit quomodo tuendi sint ciues: & actione, & exceptione esse tuendos dicit, sic & conuentiones & pacta iurisgentium, quæ in nomen contractus transeunt, secus in nudis, & ita conciliandæ sunt ambæ sententiæ.

Quæ neque dolo malo.] Pactum ergo dolo malo factum Prætor ait se non seruaturum, etiam quoad exceptionem, quæ ex æquitate oritur, & hoc non est æquũ, vt docet Ias. fit enim dolus ex calliditate & fallacia, & (vt ait Pedius) quotiens circũscribendi alterius causa aliud agitur, aliud simulatur. Alia traditur definitio in l. j. inst. de dolo. ibi dicetur: valebit tamen pactum in odium dolosi, si passus do- 2

lum velit. glos.hîc & in l.& elegante .in verbo,nullam.ff.de dolo. ideo potest agere dolosus contra deceptum,vt declaret an velit contractum valere,teste Bart.per illum textum in l.Iulianus.§.si quis à colludente.in fin.ff.de actio.empt.

Aduersus leges, &c.] Pacta contra leges non valent, vnde Caius ait: *Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habentur.veluti si pupillus sine tutoris authoritate pactus sit, ne à debitore suo peteret, vel ne intra certum tempus, veluti ne intra quinquennium.* l. contra iuris. infrà eodem. quod pactum remotum à iure communi dicitur. §. & generaliter. infrà. vbi sic dicitur: *Et generaliter quoties pactum à iure communi remotum est, seruari non oportet.* Ergo ius commune vocat ius ciuile, quod continet ius publicum & priuatum, l.prima.ff.de iustitia & iure. Et, *Ius publicum priuatorum pactis mutari non potest.* l.ius publicum. infrà eodem. quia regimen iuris publici ad Principem, vel eius ministros pertinet, vt scripsi in l.eum qui.& l.sequen. ff.de verbor.signific. ideo priuati non possunt super eo pacisci. Vide an possimus intelligere hîc ius publicum interdum accipi pro iure communi, quod tamen est latius, vt dictum fuit,de quo in l.*Testamenti factio non priuati, sed publici iuris est.* ff. de testam. l. inter. & l. epistola. §.j.infrà eodem. Alibi fusiùs dicam.

Pacta contra leges inita.

Contra leges dicitur, quando lex prohibet, & quando quis nõ obstante legis prohibitione pactum facit: l.contra leges.ff.de legib. l.non dubium.C.illo titul. ergo valebit conuentio secundum legem, vel præter, sumẽdo argumentũ à contrario,l.j ff.de offi. eius. leges enim ab omnibus seruari debent, l.leges. C. de legib. ergo nullus potest contra legem venire, aliàs est puniendus. c.j.de constit.vbi Doct.

Plebiscita.] Igitur pacta aduersus plebiscita seruanda non sunt, quia lege Hortensia lata non minùs valere, quàm leges cœperunt. §.plebiscitum. de iure natur. in Institut. nempe plebiscito continetur, ne quis Præsidum munus, donúmue caperet, nisi esculentum & poculentum, quod intra dies proxi-
2 mos prodigatur.l.plebiscito.ff.de officio Præsid.Itaque si magistratus conueniant, vt alia recipiantur, non debet pactum seruari,tãquam contra plebiscita factum, vtque vrbani magistratus ab omni sorde abstineant, néue plus doni, munerísue in anno accipiant, quàm quod sit aureorum centum.l.eadem.in fin.ff.ad leg.Iul.reper.

Senatusconsulta.] Ea quæ fiunt pacta contra Senatusconsulta, non erunt rata, neque seruanda, vnde Senatusconsulto cauetur, vt de his quæ prouincias Regentes, Comitésue, aut liberi eorum, antequam in prouinciam venirent, contraxerunt, parcissimè ius dicatur, & vt actiones amissæ ob eam causam, quòd institutæ non sint, posteaquam quis eorum ea prouincia excesserit, restituantur. l.Senatusconsulto.ff.de officio Præsid.

Senatusconsultum etiam vetuit in pecunia ludere, præterquam si quis certet hasta,vel pila,iaciendo vel currendo, saliendo, luctando, vel pugnando, quòd virtutis causa fiat. l.ij.ff.de aleæ lusor.

Hodie valere consuetudinem asserit Ioannes Andreas, & Cardin. in cap.penult. de vita & honestate cleric. & Rocher.Curt. in repet. cap.fin.in 3.nota.3. limitat. de consuetu.vt amissa in ludo non restituan-
3 tur, si ille ludus fiat causa solatij sine fraude, & cum eo,qui dominus est pecuniæ, & dicit Rofred.in tractat.libel.in 8.parte tit. de constit. authen.se vidisse testiculos alicuius affixos tabulario cum clauo,quos ludens amiserat, nam calidi lusores dentes, & propriam personam ob defectum pecuniæ luderent.

Potest etiam intelligi in Senatusconsult.Macedoniano,& aliis, si non sint facta ad alicuius vtilitatem, cuius vtilitati liberum est renuntiare. l. penult. C.eod. ideo Senatuscon.Macedoniano mulier renuntiat.l.j. ff.ad Senatusconsult.Macedonian. cap.ex rescripto. de iureiur.

Pacta contra Senatuscon. Macedonianũ, non valẽt.

Edicta.] Prætorum videlicet, si prohibeant 4
quicquam, pactum contra ea non valebit, quod est verum,si ad publicam læsionem tendant, secus si ad priuatam. Vnde si paciscar ne operis noui nuntiationem exequar ex re familiari, & domestica, ac priuata re mea, valebit pactio.§.si paciscar.infr.eodem. vnde non valet conuentio facta, vt quis metu vel dolo cogi possit ad contrahendum,& vt ille contractus valeat. per totum titul. infrà.quod met. caus.& de dolo.

Decreta Principum.] Quod Iurisconsul. vocauit Principis placitum, in l.j.ff.de constitut.Princ. & in §.sed & quod Principi.de iure natur.in Institu. hic vocat decretum, à decernendo dictum, quod dispicere significat, quoniam is vbi cum animo suo de tota re dispexit, id quod iustum sibi videtur,pronuntiat. nempe ius,quod à Principe conditur,in tres partes diuiditur,in epistolam,edictum,& decretum. Epistola est edictum Principis ad elationem magistratus alicuius, de re quapiam dubia emissum. Decretum est sententia Principis inter duas partes, de quarum ipse causa cognoscit, & iudicat pronũtiata. Edictum, est quicquid, ex sua natura motus, Princeps statuit, ad honestatem, & vtilitatem subditorum, dictum ab edicendo, quod prædicere significat, & obuiam ire rebus, quæ si contingant, damno, aut dolori sunt subditis futuræ, vt docet Theophil. in d.§.sed & quod Princip. sed hoc verbum,decretum, hic comprehendit edictum & epistolam, & sic non valet pactum factum aduersus Principis decretum. Et ex hoc vidi pronunciari multas alienationes nullas, factas aduersus prohibitionem Principis, maximè ab hæreticis.

Ius à Principe conditum,est tripertitum.

Neque quo fraus cuiquam eorum fiat.] Siue autem ab initio dolo malo factum pactum est, siue dolo malo post pactum aliquid factum est, nocebit exceptio propter hęc verba edicti,neque fiat. §.siue.infrà eodem.Iubet iste text.pacta seruari,quæ non sunt contra leges, plebiscita, &c. & quæ non facta erunt quò, id est, vt fraus fiat eorum legi plebiscitorum, &c. Et sic intelligo istum textum, pacta non esse seruanda, quæ dolo malo fiunt, neque aduersus leges, plebiscita, Senatusconsult. edicta Prætorum, decreta Principum, neque alia pacta, quæ erunt facta in fraudem legum,plebiscitorum & aliorum. Nam quædam fiunt contra legem,alia in fraudem legum. vt in l.contra.cum l.seq.ff.de legib.

Vnde sicut non valet pactum contra legem, sic si in fraudem legum factum sit, vt, si conueniat inter virum & vxorem, quod vir vendat domum vxori, & vxor non soluat pretium, sed maritus confiteatur illud habuisse,sic fiet legi fraus,cùm vir non possit donare vxori, nec è contrario. l.j.& per totum ff. de donat.inter vir.& vxor.per venditionem simula-

ram

tam donaret, quod non valet, itaque non valet pactum, etiam in fraudem legum factum.

Et sic verbum, fiat, hic denotat futurum tempus. glos. in cap. quisquis. de electio. scripsi in Praxi benefic. in forma signaturæ. in 2. parte. licèt ibi accipi de præsenti, fiat vt petitur, scilicet nunc, tempore prolationis, dixerim.

Item ex hoc text. colligere possumus duas negatiuas, quando ad diuersa referuntur, non affirmare, vt hic, vt abundè scripsi in l. duobus. ff. de verbor. significatione.

Pacta quãdo cõtra leges valeãt.

Limitatem istum textum non procedere, quando illæ leges tenderent in gratiam priuatorum, & vtilitatem, tunc liceret contra illas pacisci. l. pacisci contra edictum ædilium curulium licet. infrà eodem. & §. si paciscat. infrà eodem. ibi quæ non ad publicam læsionem, sed ad rem familiarem respiciunt pacisci licet. l. si vnus. §. item ne experiar. infrà. l. penultima. C. eodem.

Vnde mulier Velleiano renunciat. l. prima. infrà ad Velleian. quia in fauorem mulierum est introductum, vt suprà dictum fuit, sed fortè posset dici non esse eo casu contra leges, quia hoc leges permittunt.

Canonici quãdo statutis Ecclesiarum derogare possint.

Canonici possunt derogare statutis Ecclesiarum, etiam confirmatis à Papa, si tendant in eorum vtilitatem, & quatenus illam respiciunt. c. cùm accessissent. de constit. vbi glos. & Doct.

Secundò limitatur, quando non esset contra legem, sed præter, aut secundùm legem, à contrario
5 sensu huius text. ibi, aduersus leges, non improbatur, vt suprà dictum fuit per d. l. non dubium. vbi Bal. & Ias. C. de legib.

SVMMARIA.

1 *Immunitatis beneficia rebus, aut locis generaliter data, ad posteros transmittuntur.*
2 *Contractus regulariter ad hæredes transit.*
3 *Pactum in rem ad extraneos non transit, sed bene ad hæredes.*

§. Pactorum autē quædam in rem sunt, quædam in personam. In rem sunt, quotiens generaliter paciscor ne petam: in personam, quotiens ne à persona petam, id est, ne à Lucio Titio petam. Vtrum autem in rem, an in personam pactum factum est, non minus ex verbis, quàm ex mente conuenientium existimandum est. Plerunque enim (vt & Pedius ait) persona pacto inseritur, non vt personale pactum fiat, sed vt demonstretur, cum quo pactum factum est.

Pactorum alia diuisio.

IVrisconsult. aliam hic subiicit pactorum diuisionem, videlicet quædam esse pacta in rem, quædam in personam. In rem sunt, quoties generaliter paciscor, ne rem petam. in personam sunt. quotiens ne à persona petam, id est, ne à Titio petam, interpretes vocant in rem, reale: in personam, personale: & summi Pontifices in regula, priuilegium personale, de regul. iuris. in 6. & alibi sæpius, ac Iurisconsult. in l. idem in duobus. infrà eodem.

Iste §. est vtilis. Primò ad declarandum personale priuilegium, vel beneficium, arbitrium, seruitutem rerum, seu realem, vel personalem. vt in l. prima. ff. de seruitut. & quando generaliter aliquid factum est non adiecta personæ expressione, id in rē factum vocant Iurisconsulti, ideò interdicta in rem concepta dicuntur. in l. j. in fine. ff. de interd. & in §. fin. illo tit. in Instit. & operis noui nuntiatio in rem fit, l. operis. ff. de noui oper. nuntia. & actio quod metus causa in rem scripta est, l. metum magna. §. penult. ff. quod met. caus. l. iiij. §. metus. de doli except. & pactum in rem est, vt ne ea pecunia petatur. l. contra iuris. §. si filius. infrà eodem.

Secundò est vtilis, quia personale pactū ad alium non pertinet, quemadmodum nec ad hæredem. l. idem in duobus. infrà eodem. Sic in compromissis arbitrium personæ insertum, personam non egreditur. Vlpian. in l. in compromissis. ff. de recep. arbit.

Item beneficia immunitatis personis data, cum persona extinguuntur, sed data generaliter rebus, locis, aut ciuitatibus ad posteros transmittuntur, & nunquam extinguuntur, l. iij. in fine. & l. sequent. §. quanquam. ff. de censibus. & in dubio personis data censetur. l. prima. & l. semper. §. immunitati. ff. de iure immunit. 1

Quod est verum, si priuilegio data sit, secus per contractum, qui regulariter ad hæredes transit. l. veteris. C. de contrah. & commit. stipul. & ne multum noceat. cap. suggestum. de decim. Ias. consilio 117. Immunitas. in 2. volumin. & consilio 89. In præsenti. volumine 3. 2

Adhæc de vendendo pignore in rem pactio concipienda est, vt omnes contineantur, sed etsi creditoris duntaxat persona fuerit comprehensa, etiam hæres eius iure venderet, si nihil contrarium actum esset l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pign. actio.

Etiam docet text. in l. non solùm. §. tale legatum. ff. de libera. lega. ibi, *Quotiens cohæret persona id, quod legatur, veluti personalis seruitus, ad hæredem eius id, quod legatur, non transit si non cohæret, transit.*

Pactū mixtum, quód nã vocetur.

3 Aliud est pactum mixtum, quod regulariter sub simplicibus continetur. l. ij. ff. de verborum obligat. §. omnium. vbi Ias. de actio. in Instit. ob id Iurisconsult. hic non expressit de hoc pacto, partim in rem, partim in personam, sed Floren. in l. qui in futurum. in fin. infrà eodem. sic dicit: *Si ex altera parte in rem, ex altera in personam pactum conceptum fuerit, veluti ne ego petam, vel ne à te petatur, & hæres meus ab omnibus vobis petitionem habebit, & ab hærede tuo omnes petere poterimus.*

Itaque cùm promitto non petere, quoad me personale pactum est, ex parte autem debitoris in rem: ideò ego neque à te, neque à tuis hæredibus petere potero, sed hæredes mei, qui non pacti sunt, & à te, & à tuis hæredibus petere poterunt. l. tale. infra eod.

E contrario si pactus fuerim ne à te petatur, quantum ad me attinet est in rem conceptum, quoad te verò, in personam: vnde neque ego, neque mei successores ius habent petendi à te, sed te mortuo, à tuis, ego & hæredes licitè petemus. l. Aurelio. de libera. lega. ff. & l. si tibi. §. si quis. infrà eodem.

Pactum in rē in dubio præsumitur.

In dubio tamē præsumitur in rem: vult enim quis sibi & suis prouidere, & fideiussoribus. l. si pactio. ff. de probat. l. tale pactum. l. & hæredi. in fine. cum l. pisi. infrà eod. Ias. consil. 217. col. 1. in 2. vol.

Et

Et sic personale priuilegium ex parte eius, cui conceditur, cum persona extinguitur. cap.petisti.7. quæst.1. Ex parte etiam cõcedentis, cum ipso concedente. c. si gratiosè. iuncta glos. perpetuo. de rescript. in 6. c. quoniam Abbas. de offic. deleg.

Sed priuilegium reale ex parte concedentis non expirat per mortem concedentis. d. cap. si gratiosè. cap. quæ ad perpetuam. 25. quæst. 1. Alexan. consi. 76. In causa. & consil. 101. Visis instrumentis. num. 4. & sequen. in 1. volum & consil. 71. Circa. in 6. vol. plenè Socin. consil. 58. Visis priuilegiis. in 1. vol. & Dec. consilio 262. In causa.

Intelligendum ergo est, vt pactum in rem ad po-
3 steros transeat, videlicet ad hæredes, vel ad eos, qui ius, aut causam à paciscente habent: aliis autem extraneis non proderit, cùm alteri nemo pacisci possit. l. penult. infrà eodem. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. obligat.

Vnde Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt: Priuatis pactionibus non dubium est non lædi ius cæterorum. in l. iij. ff. de transact. & quia non interest paciscentis, l. fideiussoris. infrà eodem. sed pactum conuentum cum venditore factum, si in rem constituatur, secundum plurium sententiam, emptori prodest, & hoc iure nos vti Pompon. scribit l. si tibi. § pactum. infrà eodem.

Pactũ conuentũ in rẽ factũ cum venditore.

Ante omnia etiam aduertendum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re aliúue personæ noceat. l. si vnus. §. ante omnia. infrà eodem. quam regul. ibi. Ias. limitat, & declarat, & idem in l. si priusquam. col. 9. ff. de noui oper. nuntia. & Barba. consil. 3. in 4. vol. ac Purpur. in l. imperium. num. 48. ff. de iurisd. omnium iudic. & Francis. Cur. in l. fin. ff. de lege commissor.

Pactum à seruo factũ.

Si tamen seruus pactus est, ne à se peteretur, nil valebit pactio, sed si posteà à manumisso petatur, doli prodest exceptio. l. & suum. infrà eodem. & si in rem pactus sit, proderit etiam doli exceptio domino, & hęredi eius, si ab eo petatur: sed si in personam, tunc soli domino proderit, & hæredi. §. j. infrà eod.

Pactum cũ ciuitate factum.

Etiam pactum factum cum ciuitate, vel vniuersitate, transit ad omnes, quousque durat ciuitas, & vniuersitas. Bart. in l. ciuitas. ff. si certum petat. l. Cæsar. de publica.

Non minùs ex verbis, quàm ex mente conuenientium existimandum est.] Colligitur pactum cognoscendum an in rem sit, an in personam, tam ex verbis, quàm ex mente, & sic in contractibus dicunt interpretes legum mentem inspiciendam. l. si quis. ff. de iurisd. om. iudic. plenè scripsi in l. nominis. §. verbum, ex legibus. ff. de verb. signifi. quæ hîc non repetam.

Ex verbo, plerunque, colligit Iason hîc verbum, plerunque, denotare regulam, de quo plenè scripsi in l. interdum. ff. de verbor. signific.

Item, Persona pacto inseritur, &c.] Tex. est nota. quòd pactum dicitur in rem, licèt persona sit inserta in pacto, quia ibi apposita est demonstrationis causa, non autem vt pactum personale fiat.

§. Sed si fraudandi causa pactũ factum dicatur, nihil Prætor adiicit. Sed eleganter Labeo ait, hoc aut iniquum esse, aut superuacuum. Iniquum, si quod semel remisit creditor debitori suo bona fide, iterum hoc conetur destruere. Superuacuum, si deceptus hoc fecerit, inest enim dolo & fraus.

VVlt dicere iste text. Prætorem non adiecisse fraudem in suo edicto, quia iniquum esset, si pacta dolo careant, quæ bona fide inita sunt, ea non seruari: vt quando quis remisit creditori bona fide. Si verò pacta dolo facta sint, esset superfluum fraudem in edicto adiicere, si deceptus fraude hoc pactum fecerit: quia postquam doli est habita mentio in edicto Prætoris, & fraus inest dolo: & sic quando Prætor dicit, sine dolo, intelligit & de illa fraude dolo coniuncta. Nam non punitur dolus sine fraude, id est, sine damno: nempe, si dolus nemini noceat, hoc frustrà rescindi quis postulat, vnde nõ punitur falsum, si nõ noceat. l. damus. C. de fals. vbi gl. & Doctor. Pactum ergo non reprobatur, si dolus absit, licèt damnum afferat, tamẽ ratum & firmum habebitur, vt de creditore, qui fecit pactum de non petendo, dictum fuit.

Fraus sub doli mentione continetur.

Et sic quando fraudis fit mentio in iure, regulariter intelligitur de fraude dolo coniuncta, ibi in hoc text. Neque quò fraus cuiquam eorum fiat, & l. j. de his qui notant. infam. l. *Fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu dumtaxat, sed ex consilio quoque desideratur.* ff. de regul. iuris. Fraus ergo pro deceptione inest dolo, pro damno non regulariter, vt probat iste text. ibi, Iniquum, aut superuacuum: tamen dolus sine fraude, id est, damno, non solet puniri, vt dixi.

Fraus quomodo in iure interpretanda sit.

Nec refragatur, si quis dicat in fine huius edicti fraudis mentionem esse habitam, ibi, Neque quò fraus cuiquam eorum fiat. Respondeo, in edicto Prætoris non esse factam mentionem fraudis, sed doli, quatenus respicit pactum fraude initum: quia dum Prætor dicit se non seruaturum pacta dolo inita, ergo nec ea quæ fraude: inest enim dolo & fraus. Sed bene adiecit Prætor, quòd si quicquam fiat in fraudem legis, plebisciti, Senatusconsulti, edicti, & decreti, illud non debeat seruari: & sic non est facta mentio pacti fraude facti, sed si in fraudem legis quid fiat, vti illud non seruetur.

Illud etiam nulla pactione effici potest, ne dolus malus præstetur, quamuis si quis paciscatur, ne depositi agatur, reipsa id pactus videtur, ne de dolo agat, quod pactum proderit. in l. si vnus. §. pactum. infrà eodem. Et sic dolus præteritus remitti potest, etiam quoad depositum, vt si quis rem depositam dolo corruperit, sed futurus non: quia esset contra bonos mores, & inuitaret ad delinquendum. l. j. §. illud. ff. depos. l. conuenire. de pact. dotal. dicam in d. l. si vnus. §. illud. vbi dabo nouam conciliationem.

Dolus præteritus, non futurus, potest remitti.

LEX VIII. MARCELLVS LIB. XVIII. DIGESTORVM.

ET suum hæredem, & seruum necessarium purè scriptos, paciscentes priusquam se immisceant, putat rectè pacisci, quod verum est, &c.

LEX

LEX IX. PAPINIANVS LIB. X. RESPONSORVM.

Maiorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personarum, placuit, &c.

Iste text. iuncta l. maiorem, allegatur in forensi Iudicio, quando comprobari petuntur literæ quinquennales, vt cõsensus creditorũ, vel maioris partis adesse debeat, antequam iudex eas comprobet, seu, vt vulgus dicit, interinet. Probatur in l. fin. C qui bonis cede. poss. & quæ dicatur maior pars declaratur hic, & quando plures loco vnius habeantur. l. si plures. sequen. & l. si plures. de posi. infrà. requiritur conuocatio creditorum in vnum, vt hic, *conuenerint in vnum.* & in d. l. fin. Nam quando aliqua sunt communia pluribus, vt singulis, ad hoc vt maior pars possit minori obesse, requiritur vt omnes in vnum conueniant, & rem diligenter excutiant, per istum text. & docet Bart. in l. omnes. in j. q. 1. q. principalis. ff. de iustit. & iure.

Maior pars quando possit minori obesse.

Sed hoc non seruatur in Francia, nempe quilibet creditor coram suo iudice conuentus consentiet, vel non, & postea ista acta deferuntur ad illum iudicem, coram quo quinquennales literæ comprobantur, & hoc fit vt sumptus euitentur, vt abundè docui in tractat. de literis dilat. artic. 1. glos. j. in 2. tomo Commentar. ad Constitut. Reg. vbi adieci vndecim differentias inter literas annales, & quinquennales, & quæ possint contra illas opponi, ac alia ad materiam pertinentia, ne plura.

Creditorũ conuocatio non fit in Francia.

Noua explicatio ad l. si vnus, in qua conciliantur difficiles iuris antinomiæ hactenus ab interpretibus exagitatæ, sed nondum rectè sopitæ.

SVMMARIA.

1 *Pars debiti pacto remittenda, totum verò debitum, acceptilatione.*

2 *Sociorum nemo plus parte sua alienare potest.*

3 *Fideiussor, etiam ex mora vnius ex reis debendi, tenetur.*

LEX XXVII. PAVLVS LIB. III. AD EDICTVM.

Si vnus ex argentariis sociis cum debitore pactus sit, an etiam alteri noceat exceptio? Neratius, Attilicinus, Proculus aiunt, nec si in rem pactus sit, alteri nocere. Tantùm enim constitutum, vt solidum alter petere possit. Idem Labeo, nam nec nouare alium posse, quanuis ei rectè soluatur: sic enim & his, qui in nostra potestate sunt, rectè solui, quod crediderint, licèt nouare nõ possint, quod est verum, Idémque in duobus reis stipulandi dicendum est.

Ista lex est difficilis propter dissolutionem contrariorum, quæ in ea sunt, secundum communem intellectum, sed rectè intelligendo & distinguendo casus, spero omnia iura (Deo adiuuante) conciliari. In primis hæc lex loquitur de argentariis sociis: hi enim erant præpositi ad pecunias asseruandas, & fœnerato dandas, vt declarauit in l. Prætor. suprà de edendo. Vnde quando sunt socij, de illis iudicari debet, sicut de aliis sociis.

Argẽtarij quibus fuerant præpositi.

Itaque secundum intellectum communem dicit hic text. pactum factum ab vno ex argentariis sociis cum debitore, ne debitum ab eo petatur, non nocere alteri: imò fortiùs dicunt Nerati. Attili. & Proculus, etiam si argentarius pactus sit in rem, id est, generaliter, vt in l. iurisgentium. § pactorum. supra eodem. exponit Vlpianus, & in l. contra. §. si filius. in fin. infrà eod. sic, videlicet ne debitum petatur, adhuc illud pactum non nocebit argentario socio, vt ipse, qui non est pactus petere, prohibeatur.

Rationem tradit text. quia statutum est à iure, vt alter argentarius socius tantùm solidum petere possit, non verò dare, vel remittere, & paciscendo remittit, nec nouare potest, licèt ei possit solui, sicut his, qui crediderunt, qui in nostra potestate sunt, & ideo in reis stipulandi censet dicendum: ita intellexerunt hactenus nostri iurium interpretes.

Iste intellectus communis varias patitur antinomias, quæ solui vix possunt, si alio modo iste text. nõ intelligatur. Ideò interpretes hic decepti eò fuêre, te serẽtes verbum, nec ad verbũ, nocere, quàuis legere debeamus, nee si in rem pactus sit. Et ex hoc tota euenit difficultas, vt inferiùs apparebit, nec referam quæ hic Doctor. scribunt, quia præsagiunt in intellectu huius l. & ferè totius materiæ: ideo his omissis veniam ad verum (vt arbitror) intellectum.

Quocirca ego sic legendo text. dicam, cum aliis conuenire, si rectè intelligatur, quod vt fiat, speciem facti assignabo. Quæsitum fuit à Paulo Iureconsult. an pactum factum ab vno ex argentariis sociis cum debitore, noceat alteri: si fortè vnus promittat à debitore non petere, & Netati. Attil. & Procul. aiunt, pactum illud nocere: tamen videbatur non nocere, quòd personale pactũ ad alium non pertinet. l. idem. suprà. Respondet text. nec si in rem pactus sit, vult dicere pactum socio nocere, si, id est, quamuis, vel etiam si vnus argentarius, nec in rem pactus sit. Quamuis personale pactum non prosit, nec noceat alteri: tamen hic nocet, ratio est, quia tantùm constitutum est à iure, vt alter ex argentariis sociis solidum petere possit, quod non potest facere post pactum ab altero factum: ideò illud pactum nocet alteri, quominus solidum exigere possit, etiamsi in rem pactum non sit, multò fortiùs si in rem pactus esset, sed hoc posuit ad augendam dubitationem.

Pacti huius legis species.

Hoc etiam Iurisconsultus probat authoritate Labeonis, qui ait alterum ex argentariis sociis post factum pactum ab altero nec nouare posse, sed dicet quis, hoc esse iniquum, vt alter socius perdat suum debitum. Respondet text. hoc non esse, quia ei rectè soluitur, scilicet pars, quæ eum tangit, & sic non perdit debitum, id est, partem suam. Etiam hoc probat in filiisfam. & seruis, qui in potestate nostra sunt, vt rectè eis soluatur, quod crediderint, licèt ipsi nouare non possint: nouatio enim totum respicit debitum, l. si rem. §. fin. ff. de noua. & hic totum non potest nouari ratione pacti: ideò prohibet hic nouationem fieri totius debiti: alioqui quod quis vno modo consequi

Nouare nõ possunt, qui bus solui potest.

ſequi non poſſet, alio modo conſequeretur. videlicet per nouationem, totum debitum, quod tamen eſt prohibitum, in regul. cum quid vna via. de regulis iuris. in 6.

Prætereà in verſicul. Idem, &c. in duobus reis ſtipulandi idem cenſet dicendum, vt pactum ab vno factum alteri noceat, quominus alter ſolidum petere poſsit, & vt alter totum debitum etiam nouare non poſsit, hæc eſt facilis ad iſtum text. explanatio.

Dolus ſocio prodeſſe nõ debet.

Ex prædictis colligitur conuentionem factam ab vno ex argẽtariis ſociis alteri nocere, quominus alter totum debitum exigere poſsit, alioqui dolus prodeſſet ſocio paciſcenti: nam is, qui pactus eſſet, non peteret, ſed alter totum peteret debitum, & ſic ſocietati acquireret per dolum partem etiam debiti pacto remiſſam, quod probibet text. in l. ſi duo. ff. ſi quis cautio. ibi, *Nec proſit ei dolus propter ſocietatem.*

1 Igitur alter qui pactus non eſt, non prohibetur petere partem ſuam: nam pactum regulariter paciſcentis partem reſpicit. Vnde qui vult partem remittere, boc debet pacto: ſi autem totum debitum, acceptilatione vti debet. l. iij. §. primo. & §. nunc de effectu. ff. de liber. lega. ibi, *Sed etſi cum alio ſim debitor, putà duo rei fuimus promittendi, & mihi ſoli teſtator conſultum voluit, agendo conſequar, non vt accepto liberet, ne etiam correus meus liberetur contra teſtatoris voluntatem, ſed pacto liberator.*

Et ſic primus caſus erit, quòd pactum factum cum debitore ab vno ex argentariis ſociis, vel ex duobus reis ſtipulandi nocet alteri, ad hoc, vt ab altero totum exigi non poſsit, ſi perſonale pactum ſit, & non in rem, vt dicit iſte tex. ibi, Nec ſi in rem pactus ſit.

Secundus caſus, Pacta in rem facta ab vno ex argentariis habẽtibus eiuſdem pecuniæ exactionem in ſolidum, vel qui eiuſdem pecuniæ ſint debitores, omnibus proſunt, quorum obligationem diſſolutam eſſe, eius, qui paciſcebatur, interfuit. l & hæredi. in fin. ſuprà eodem. Nam, cum alio conuentio facta prodeſt tunc demum, cùm per eum, cui exceptio datur, principaliter ei, qui pactus eſt, proficiat, ſicut in reo promittendi, l. fideiuſſoris. ſuprà eodem. idem in duobus reis promittẽdi, & duobus argentariis ſociis dicendum eſt. l. idem. ſuprà eodem.

Obiectionis ſolutio.

Non refragatur quod Vlpian. ſcribit in l. iij. §. fin. ff. de duob. reis. vbi ſi duo rei facti ſint, poteſt vel ab vno eorum ſolidum peti: hoc enim ius duorũ reorum eſt, vt vnuſquiſque eorum in ſolidum ſit obligatus, poſsitque ab alterutro ſolidum peti. Vbique enim cùm vna ſit obligatio, & vna etiam ſumma eſt, & ſiue vnus ſoluat, omnes liberantur, ſiue vni ſoluatur, ab altero liberatio contingit. l. ſi rem. §. j. ff. de noua. ibi, *Et vnum in iudicio petẽtem totam rem, in litem dedacere.* Reſpondeo, naturam obligationis duorum reorum eſſe, vt vnus ſolidum petere poſsit, niſi alter ſuam partem receperit, vel pacto remiſerit, vt hîc. Partes autẽ à ſingulis peti poſſe nequaquam dubium eſt, d. §. finali. poterit itaque reus ſtipulandi actionem ſuam diuidere, ſi velit: neque enim diuidere cogẽdus eſt. l. reos. ff. de duo. reis. Si igitur vnus diuiſerit paciſcendo, alter prohibetur petere totum: partem autem ſuam petere eſt ei liberum, quia non eſt remiſſa, & ſic illud pactum nocebit petenti, ne
2 totum petat debitum: nam nemo ex ſociis plus parte ſua alienare poteſt, & ſi totorum bonorum ſocij ſint. l. nemo. ij. ff. pro ſocio. & l. ſi ſocius. ff. ſi certum petat. & Sabinus ait: In re communi neminem dominorum iure facere quicquam inuito altero poſſe. l. Sabinus. ff. communi diuid. Roman. conſilio 209. Pro verificatione. & ante omnia aduertendum eſt, ne conuentio in alia re facta, aut cũ alia perſona in alia re, aliiue perſonæ noceat. §. ante omnia. in hac lege.

Tertius caſus eſt, Compromiſſum factum cum vno ex reis promittendi, vel ſtipulandi adiecta pœna, ſeu ab vno ex argentariis ſociis, nocet alteri ſolidum petenti, vt committatur pœna, l. ſi duo. ff. de arbi. qui conuenit cum hac lege: nam ſicut hîc vnius conuentio cum debitore facta nocet alteri ſolidum petere volenti, ſic & ibi compromiſſum ab vno factum ſocio, quia is qui poſt arbitri ſententiam ſolidum petit, facit contra compromiſſum, & nomine eius, qui compromiſit, videtur ſaltem partem illius petere: ideò incidit in pœnam, maximè cùm compromiſſo inſit pactum. l. idem Pompon. ſcribit ſi de meis, ibidem. Si ergo non fuerint ſocij, & alter, qui non compromiſit, partem ſuam petat, non committitur pœna, nec debetur, quia is non compromiſit, & ſic non eſt vetitus partem ſuam petere, igitur non eſt, quod debeat pœnam ex compromiſſo alterius, cùm compromiſſum non liget alterum. l. non diſtinguemus. §. de officio. ibidem. ſic nec pactum hîc ligat, niſi vt ſolidum peti non poſsit, alia dicam in intellectu ad d. l. ſi duo.

Præoccupatione debito petendi

Quartus caſus. In quibus caſibus lex ſolidi adminiſtrationem vni ex reis præbet, vel argentariis ſociis, ſi vnus adminiſtrauerit totum debitum, nocet in debito integro alteri, vnde ſi vnus petiit totum debitum, petitione ſoluitur tota obligatio. l. ij. ff. de duo. reis. petere ſiquidem dicitur poſt litem conteſtatam. l. amplius. ff. rem rat. habe. adeò, quòd ſi ſemel vnus egerit, alteri promiſſor offerendo pecuniam, nil agit, l. ex duobus. ij. ff. de duob. reis. quia præoccupatione debitum factum eſt illius, qui petiit. vt ſcribit Vlpian. in l. fideicommiſſa. §. plerumque. ff. de legat. 1. ibi.

Vnus igitur, qui occupat agendo, totum conſequitur, ita vt caueat defenſum iri aduerſus cæteros fideicommiſſarios, cum qui ſoluit, ſiue ſocij ſint, ſiue non, ſicut dicitur de Procuratore in cap. ſi duo. de Procurat. in 6.

Idem in acceptilatione. d. l. ij. vt Vlpia. ait: *Si vnus ex pluribus reis ſtipulandi acceptum fecerit, liberatio contingit in ſolidum* l. & per iuſiurandum. in fin. ff. de acceptil. & ibidem ait Vlpian. l. *Si ex pluribus obligatis vni accepto feratur, ipſe non ſolus liberatur, ſed & hi, qui ſecum obligantur: nam cùm ex duobus pluribúſue eiuſdem obligationis participibus accepto fertur, cæteri quoque liberantur, non quoniam ipſis accepto latum eſt, ſed quoniam velut ſoluiſſe videtur is, qui acceptilatione ſolutus eſt.*

Iuramentũ vnius rei ſtipulandi.

Etiam iuſiurandum delatum ab altero ex duobus reis ſtipulandi, alteri nocebit, l. duobus. ff. de iureiur. & hoc ratione petitionis totius debiti, & adminiſtrationis, quam lex vni reorum concedit.

Idem, ſi ex duobus reis promittendi eiuſdem pecuniæ alter iurauerit, alteri quoque prodeſſe debebit. in d. l. duobus. §. ex duobus. nempe ait Pompon. multũ intereſſe verùm res ipſa ſoluatur, an perſona liberetur, cùm perſona liberatur, manente obligatione, alter durat obligatus: & ideò ſi aqua, & igni

mte di

interdictum est alicui, fideiussor posteà ab eo datus tenetur. in l. fin. ff. de duobus reis.

Quintus casus est, Delictum vnius ex reis debendi, vel credendi, vel ex argentariis, etiam sociis, non nocet alteri, quia delicta suos debent tenere authores, in l. sancimus. C. de pœn. & pater etiam pro filio in delictis non regulariter tenetur. in tit. C. ne filius pro patre.

Mora dicitur delictum. Inde quia mora est delictum, vt not. in l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verb. obligat. mora vnius ex reis promittendi non nocet alteri. l. mora. §. pen. ff. de vsur. declarat Bart. in l. ex duobus. ff. de duobus reis. & Guid. Papa in consil. 212. Circa. quamuis noceat fideiussori. l. mora. ff. de verb. oblig. vt perpetuò
3 fideiussor teneatur, sed eius non augetur obligatio l. si seruum. §. nunc videamus. ibidem. & l. si à colono. §. fin. de fideiussor.

Debitum totum an vni ex reo rectè soluatur. Sextus casus est, An vni rectè soluatur, vbi Iurisc. ait, vni ex duobus reis rectè solui, etiam totum debitum. l. iij in fin. ff. de duob. reis. & hoc ante pactum vel diuisum debitum: post tamen pactum personale factum ab vno, vel diuisum debitum, alteri pars rectè solui poterit: nam diuidi debitum potest. l. reos. ff. de duob. reis. & suprà dixi.

Septimus, Agnitio debiti facta ab vno ex reis debendi, vel admonitio facta ab vno ex reis stipulandi, prodest, vel nocet aliis conreis, cũ ex vna stirpe vnóque fonte vnus affluxit contractus, vel debiti causa ex eadẽ actione apparuit. l. vlt. in fi. C. de duob. reis.

Octauos casus est, An nouare vnus ex argentariis sociis possit? Respondet Vlp in l. iij. ff. de duob. reis. *In duobus reis promittendi frustra timetur nouatio: nam licèt antè prior responderit, posterior etsi ex internallo accipiatur, consequens est dicere pristinam obligationem durare, & sequentem accedere, & parui refert, simul spondeant, an separatim promittant, cùm hoc actum inter eos sit, vt duo rei constituantur, neque vlla nouatio fiet.*

Ex præmissis subtilis Scholasticus tueri poterit sequentes conclusiones. Prima erit, Pactum factum ab vno ex argentariis sociis cũ debitore nocet alteri, quamuis nec in rem pactus sit: intelligere tamen debet nocere alteri, qui non est pactus ne totum petat debitum.

Secunda conclusio est, Post pactum factum ab altero socio creditore, cum debitore, alteri solui non potest, intellige scilicet, totum debitum.

Tertia conclusio, Nouare totum debitum potest argentarius socius, quod intellige, ante pactum factum cum debitore ab altero.

Nouatio an ab vno ex reis stipulãdi fieri possit. At vnus ex reis stipulandi nouare potest, si hoc specialiter actum sit. l. si rem. §. fin. ff. de nouat. cuius verba sunt Venule. *Si duo rei stipulandi sint, an alter ius nouãdi habeat, quæritur, & quid iuris vnusquisque sibi acquisierit: ferè antẽ conuenit, & vni rectè solui, & vnum in iudicio petentem totam rem in litem deducere. Item vnius acceptilatione perimi vtriusque obligationem. ex quibus colligitur, vnumquemque perinde sibi acquisiuisse, ac si solus stipulatus esset.* Ergo sicut debitor potest totum debitũ vni soluere, ita ipse nouare poterit, sed totũ nouãdo debitũ, alteri socio tenetur.

Obiectionis solutio. Nec obstat iste text. quia hic alter non potest nouare totum debitum, postquam alter correorum, vel argentariorum pactum fecerat cum altero, & nouatio respicit totum debitum. l. si rem. §. fin. ff. de nouat. Ideò hîc Paul. dicit quòd postquam alter non potest petere totum debitum, hoc pactum ei nocet: sic nec illud totum nouare potest, & ita conciliari ista iura possunt, vt probat text. in d. §. fi. ibi, *Excepto eo, quòd etiam facto eius, cum quo commune stipulandi ius est, admittere debitorem potest, secundum quòd si vnus ab aliquo stipuletur, nouatione quoque liberare eum ab altero poterit, cùm id specialiter agit.* Et sic is, qui habet ius commune stipulandi cum alio, potest nouare totum debitum, & ab vtroque liberare debitorem: at hic non potest nouare partem alterius, cum quo factum erat pactum de non petendo, quicquid in contrarium glos. & Doct. dicant.

Ista sunt tenenda, per quæ conciliantur & sopiuntur antinomiæ graues, quæ hactenus nostros interpretes tenuerunt, tam hîc, quàm in dictis legibus, & in l. ex duobus. ij. ff. de duobus reis. vbi Bartol. & alij hanc materiam explicare, & casus separare nixi sunt, sed non vt vobis tradidi, si bene, à Deo optim. max. datũ esse nobis, cognosco, cui gratias ago immensas.

SVMMARIA.

1 *Damnum, quod tutor ex tutela sensit, ei legari potest.*
2 *Transactio super dolo præterito, valet.*
3 *Conuentio nulla ad dolum futurum extendi potest.*

§. Illud nulla pactione, &c.

Antinomia difficilis est inter hunc §. illud. l. si vnus. & l. j. §. illud. ff. depos. nondum ab interpretibus iure sopita, ob id vt eam diluere possimus, verba ob oculos vtriusque §. subiicio. § Illud nulla pactione effici potest, ne dolus malus præstetur, quamuis si quis paciscatur ne depositi agat, vi ipsa id pactus videatur, ne de dolo agat, quod pactum proderit. *Obiectio.*

L. i. §. illud. depos. *Illud non est probandum, dolum non esse præstandum, si conuenerit: nam hæc conuentio contra bonam fidem, contráque bonos mores est, & ideò nec sequenda.*

Interpretes intelligunt hos text. sic, dolum præteritum tolli posse pactione, sicut aliměta, l. de alimentis. C. de transact. sed nõ futurum. Qui ergo conuenit ne depositi agatur, intelligitur de dolo præterito, non de futuro conuenire, res tamen deposita restitui debet. *Interpretũ solutio.*

At hæc solutio periclitatur, quia iste §. illud, hanc conuentionem dicit vi ipsa continere dolum: & tamen illud pactum prodesse asserit, si respiceret dolum præteritum, & nullus esset, quid prodesset? ideò hæc solutio ad istum textum nil facit, quia iste text. dicit, ne dolus præstetur, non dicit, remittatur, quod verbum dolum præteritum respiceret.

Sunt & qui intelligant, non valere conuentionem, si doli fiat expressa mentio, quia incitaret depositarium ad delinquendum, per l. conuenire. ff. de pact. dotal. secus in tacita: nam iuramentum de calumnia tacitè remitti potest, non verò expressè. c. fi. de dolo lib. 6.

Vnde si quis conueniat ne depositi agat, actionis genus remisisse censetur, sed rei suæ vendicationem remisisse non videtur. l. ei cui. ff. de liber. lega.

Hæc solutio nõ placet, quia sic remitteretur dolus futurus, sub verbis, ne depositi agam. Ita incita-

tetur quis ad delinquendum, sicut si expresse dolus exprimeretur, & esset contra bonam fidem, bonósque mores, quod pactum reprobatur in d. §. illud. depos. & iste text. dicit nullam pactionem valere: ergo nec expressam, nec tacitam valere vult.

Antinomia solutio, per autorem.

Ego autem putarem sic intelligendos istos tex. In primis quæsitum fuit à Paul. Iurisconsul. an pactum valeat, ne dolus malus præstetur, vtpote, locaui tibi equum conuentione apposita, vt nō tenearis, etiamsi illum occideris, & hic respōdet Paul. nulla pactione effici posse, ne dolus præstetur: ideò istud pactum non valet, at dubium facit, vt si quis conueniat, ne depositi agat, nunquid dolum remittere videtur: & tamen pactum proderit, vt hic dicit text.

Respondet Iurisconsult. quamuis re ipsa, seu vi ipsa & in effectu videatur iste pact⁹, ne de dolo agat: tamen si illud pactum factum sit, eo non obstante si dolus commissus fuerit, præstabitur dolus, vt in §. illud dicitur. in l. j. vbi scribitur non esse sequendam pactionem illam, ne quis doli sui præmium ferat. Vlpian. in l. ita demum. ff. de arbit.

Et sic patet non valere conuentionem, vt dolus malus non præstetur, quin est contra bonam fidem: bona enim fides vult, vt meam rem, apud te depositam, mihi restituas l. bona fides. ff. depos. & hæc conuentio etiam est contra bonos mores, quia induceret eum, qui rem alterius custodiret, vt eam vel corrumperet, vel interficeret, vel vt nunquam restitueret, & sic contra bonos mores, vt in l. conditiones. ff. de conditi. inst. l. si quis. in fin. ff. de lega. primo. & sic incitaret ad delinquendum, & delinquens doli sui præmium ferret, quod est prohibitum, vt suprà dixi.

Sed ista conuentio, ne depositi agam, vi ipsa & in effectu videtur dolum continere: tamen proderit hæc pactio, ne depositi agatur, quia si dolus commissus non fuerit in re deposita, non agetur actione depositi propter rem amissam, vnde scribit Neratius, si res deposita sine dolo malo amissa sit, ratione huius pacti non agetur depositi, etiamsi recuperetur à depositario, licèt teneretur restituere, nisi adesset hæc pactio. l. j. §. inde. depos.

At si dolus fuerit à depositario commissus, dolus præstabitur non obstante pactione: nam si contra agentem opponatur exceptio pacti, de dolo replicabitur, & hoc probat hic §. illud. vbi nulla pactione effici potest, ne dolus malus præstetur. Ergo si conueniat super deposito, ne depositi agatur, censetur intelligendum, quòd si culpa etiam lata res deposita pereat, vt agi non posit ad rem depositam: quòd si depositarius dolum adhibuerit, nulla pactione effici potest, vt dolus non præstetur. Ergo agi poterit non obstante pactione: & ita videntur ista iura conciliand, quicquid hactenus Docto. iactauerint, quia illud fieri non potest conuentione aliqua, vt dolus malus non præstetur: nam semper quis tenetur de dolo, licet conuentum fuerit, vt non teneatur. facit l. tres fratres. in fin. infrà eodem.

Et quamuis aliud sit remittere dolum, vel doli quæstionem, l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. Bal. in rub. de arbit. col. 2. in Decreta. vbi tenet quæstionem doli remitti posse, & sic vt non agatur doli: in praxi tamen in vtroque casu recipietur ad agendum [illegible] (vt solet) literis Regiis, & ita seruat fo[illegible] vsus [illegible].

Regia lite[illegible] impetrā[illegible] contra dolum.

Et sic concipiendi sunt duo casus. Primus est, non valere conuentionem, vt dolus malus non præstetur, vt hic, & in l. contractus. ff. de regul. iuris. ne detur occasio delinquendi, per l. iurisgentium. §. si paciscar. supr. eodem. & l. conuenire. ff. de pact. dotal. & aliis rationibus superiùs adductis, siue in contractibus bonæ fidei, siue in stricti iuris, l. si quis cum aliter. ff. de verbor. oblig. Dec. in d. l. contractus. in 5. nota. vbi ait, quòd in nulla latitudine potestatis includitur dolus. per l. creditor. §. Lucius. ff. mandat.

Pactum, ne dolus malus præstetur, non valet.

Ampliatio.

Intellige, siue conueniat expresse de dolo malo, siue tacitè: & ideò in commodato hæc pactio, ne dolus præstetur, rata non est. Paul. in l. in commodato. in princ. ff. commod. Vnde si commodauero equum apposita pactione te non teneri quomodocunque equus peribit, si dolo tuo extinguatur, teneberis per d. l. in commodato. siue generaliter pactum fuerit interpositum, siue specialiter, vnde non potest testator tutori remittere confectionem inuentarij, vt saltem bonorum conscriptionem tutor non faciat, ne res hæreditarias occultet, & furetur. l. fi. C. arbi. tute. vel nisi iudici visum hoc fuerit. vt docet Guido Papæ in decisio. Delphin. q. 351. Confectio.

Item si quis tutoribus leget, ne reddant rationes, & analogistas esse eos velit. Iulia. ait tutores, nisi bonam fidem in administratione præstiterint, damnari debere: nemo enim ius publicum huiusmodi cautionibus remittere potest, nec mutare formam antiquitus constitutam. Damnum verò quodcunque ex tutela quis senserit, & legari, & per fideicommissum ei relinqui potest, l. quidam decedens. & l. qui plures. ff. de administ. tutor. & ideò dolum non videtur testator remittere, sed rationes reddent isti tutores, & tes, vt Martian. ait ff. de leg. 1. l. *Si seruus vetitus est à testatore rationes reddere. non hoc consequitur, vt nec quod apud eum sit reddat, & lucrifaciat: sed ne scrupulosa inquisitio fiat.* Hoc est vt negligentiæ ratio non habeatur, sed tantùm fraudum. Alexand. consil. 62. Serenissimus. in 4. volum. Decius consilio 178. In causa. 1

Etiam cautio non potest remitti vsufructuario, ne vtendo rei proprietate corrumpat. l. j. C. de vsufr. Dec. consil. 418. Visa. in 5. dubio. nu. 16. & Ias. consilio 40. in 1. vol. & Alex. consil. 58. nu. 9. in 3. vol. & consil. 96. in 7. vol. Cornel. consil. 195. in 4. vol.

Dolus quis remitti possit.

Hæc regula non procedit in dolo præsumpto, & incerto, qui potest remitti tacitè, non autem dolus certus. Bal. in l. j. in fin. C. de vsufr. post glos. in l. vbi. ff. de edend. Felin. in cap. si deligenti. num. 31. de foro compet. Dec. consil. 418. Visa. in fin. & Fulgos. consil. 25. suprà dixi.

Secundò, in dolo re ipsa, quia non dat occasionem delicto: ideò remitti potest. Bal. in l. cùm anteà. in 2. col. C. de arbit. Dec. in l. si quis cùm aliter. ff. de verbor. obligat. 2

Tertiò in dolo præterito, qui remitti potest, l. quidam. ff. de administ. tutor. l. si quis rationes. in fine. de liber. lega. vt superiùs dictum fuit, & super dolo præterito transigi potest. l. actione. C. de transact. dicam in l. Aquiliana. infrà de transact.

Quartò, non procedit, quando per indirectum dolus remitteretur, per l. si quis rationes. ff. de liber. lega. vnde potest grauari hæres, vt non posit petere id, in quo condemnabitur tutor, ratione administrationis, vel vt teneatur præstare id, in quo ipse tutor condemnabitur, per dictam l. si quis.

hoc

hoc docet Salic. in l. cùm necessitatem. C. de fideicom. tamẽ non videtur remittere res, vt docet Alex. consil. 70. Circa. in 2. q. vol. 2. & Barba. consi. 4. Illud. col. 5. & sequen. in 4. vol. Ioan. Ana. consil. 86. Visis. & per hoc non censetur dolus futurus remissus, sed legatum id, in quo condemnabitur per neglĩgẽtiam & culpam extra dolum. Doct. in l. quidam. ff. de administrat. tutor. Socin. consil. 182. In præsenti. col. 5. in 2. vol. & ista nouissima sententia seruatur in vsu forensi, ne detur causa malignandi, & dolum committendi. l. conuenire. ff de pact. dotal. & probatur hæc sententia in l. Aurelio. in fine. ff de liber. lega. sic consuluit Socin. consi. 72. Difficultatẽ. nu. 7. in 3. vol.

Dolus præteritus quã do remittatur.

Secundus casus est, valere pactum, vt non agatur actione depositi, per istum text. per quod deponens intelligitur remittere dolum præteritum, si forte deterior res erat facta dolo depositarij: nam dolus ille præteritus remitti potest, vt superiùs dictum fuit, quia non tantùm præteritus dolus in depositi actionem venit, sed etiam futurus, id est, post litem contestatam. l. j. §. non tantum. depos.

3 Futurum verò ideò remitti non posse, quia est contra bonam fidem, bonósque mores, & dolo videtur facere is, qui reposcenti rem depositam non reddit. §. est autem. in d. l. j. vel id quod ad se peruenit. §. fin. cum l. seq. ibidem. Ideò hoc pactum, ne depositi agam, proderit, si culpa vel negligentia quicquam admissum sit, ne tenear. Si vero dolo, nil proderit hæc conuentio, quominus depositarius doli commissi ratione, condemnetur.

Et sic quæcumque sit conuentio, tam expressa, generalis, vel effusa, seu tacita, non extendetur ad dolum futurum: ideò condemnatur dolosus, non obstante aliqua pactione, & remissione, & ista iura ita conueniunt.

SVMMARIA.

1 *Perpetuum dicitur quod ad vitam durat.*
2 *Querela inofficiosi testamenti tollitur quinquennio.*
3 *Transactio de re dubia fieri debet.*

Ex lege lii. Vlpiani lib. iii. Opinionvm, incipiente, Epistola, &c.

SDe inofficioso patris testamento acturis, vt eis certa quantitas, quoad viueret hæres, præstaretur, pactus est, produci ad perpetuam præstationem id pactum postulabatur. Rescriptum est, neque iure vllo, neque æquitate, tale desiderium admitti.

Facti huius tex. species.

FActi species talis est, Filius à patre sine causa exhæredatus, hoc iure, vel præteritus agere de inofficioso testamẽto volebat, quod cùm videret hæres, pactus est se daturum eidem filio certam quantitatem, putà decem, quoad viueret ipse hæres, dũmodò querelæ renunciaret, vel non ageret, quod filius promisit: demum hæres in vita illa decem soluit, sed eo mortuo filius vult, vt perpetuò ista quantitas ei præstetur, & etiam hæredi: quæsitum est ab Vlpian. an iure hoc petat? Respondet Vlpian. Rescriptum esse, hoc desiderium filij recipiendum non esse, nec admittendum aliquo iure, neque æquitate.

Dubitandi ratio.

Dubitationem ingerebat, quod is filius renuntiauerat actioni de inofficioso perpetuæ: ergo & perpetuo dari ei quãtitas debebatur. Augebat difficultatẽ, quòd si filius bona patris habuisset, perpetuò essent ad hæredes deuoluta, ergo & illa quantitas, quæ in locum bonorũ successit, debet perpetua esse, vt subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, l. si eum. §. qui iniuriarum. si quis caut. ff.

Ratio decidendi.

Contrarium decidit Vlp. hac ratione: nam quoad viueret hæres, tenebatur dare, ergo eo mortuo alius non tenebitur: erat enim personale pactum, videlicet quandiu viueret hæres, quod non transit ad hæredem, l. & hæredi. suprà eod. nec ad alium pertinet. l. idem. suprà eod. & sic nullo iure recipi debet desiderium istius petitoris, & sic vides hic vocari desideriũ, postulationem. Nam primò dicit hic text. postulabatur, & posteà vocat illam postulationem, desiderium. nam ea quæ petimus, desideramus, vt scripsi in l. sæpe. ff. de verbor. signific.

Itẽ nulla est æquitas, sed magis iniquitas, vt quod vnus promisit per se, alter teneatur, vel promissum vni, quandiu viuet, quod eo mortuo, alius teneatur. Vide Imperator ait Instit. de except. iniquum esse, quem damnari contra pactionem, pactio erat quoad hæres viueret: ergo eo mortuo hæres hæredis non tenebitur quia non est ita pactus.

Vnde pulchre dicit Vlpian. in l. j. ff. de oper. pub. *Curator operum creatus, motus præscriptione, ab excusatione perferenda sicuti cessationis nomine, in qua quoad vixit moratus est, hæredes suos obligatos reliquit, ita temporis, quod post mortem eius cessit, nullo onere eos obstrinxit.* & Labeo ait in l. pen. ff. de rei vind. *Si hominem à petieris, & is post litem contestatã mortuus me sit, fructus quoad is vixerit, æstimari oportet.* l. si rẽ. ij. in fi. de euict. vbi est pactio quoad vixerit, quæ quidem censetur pactum personale ad vitã eius, cui factũ est.

Intellectus huius text.

Ista tamen lex trahitur ad varios sensus, per glos. & Doct. hic. sed iste est tenor, qui est verbis text. conueniens, videlicet in hærede, qui promiserit filio præstare certam quantitatem, quandiu ipse viueret, vt filius renuntiaret actioni de inoffic. testam. si filius renuntiauerit, vel promiserit nõ agere, post mortem hæredis, non poterit filius aliquid petere, quia istud pactum est personale, quoad viuet hæres: ergo non potest produci, nec extendi vltra hæredis vitam, nec longius etiam, vt dicit Iuriscon. in l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquil.

Alij intelligunt hanc perpetuam præstationem, quæ est ad vitam, non posse produci ad hæredẽ: nam 1
illud dicitur perpetuum, quod durat ad vitam, l. j. ff. pro socio. sed hoc confunditur per præpositionem, ad, alioqui text. esse deberet absque illa.

Alij intelligunt, an possit ad querelam redire post hæredis mortem, sed de hoc nihil in text. nam que- 2
rela quinquennio tollitur. l. posthumus. in fine. ff. de inoffic. testam. l. si quis filium. infrà, illo tit.

Item Paul. Castren. & Ias. intelligunt istum tex. in transactione, & sic meliùs fuisset hæc lex posita secundùm eorũ sententiã, sub tit. de transact. vt est lex cũ mota. C. de transact. tamen Bar. dicit, hoc pactum impletum fuit ex parte filij, qui renuntiauit querelæ, & non egit: ideo ex hoc pacto agi præscriptis verbis poterat, quasi ex contractu, Facio vt des.

3 Nec poterat hîc dici tranſactio,quia non erat res dubia,vt in tranſactione eſſe debet, l.j ff.de tranſact. nec erat mota querela, vt in d.l. co mota inofficioſi querela. & quamuis Imperator Anton.declarauerit tranſactionem interuenire poſſe propter timorem litis,in l.ij.C.de tranſact.tamen iure digeſtorum hoc non erat ita declaratum : ideò pacto hoc fieri poterat, maxime hîc quia vterque ex ſua parte impleuerat,& hæres quantitatem promiſſam ſoluerat,quandiu vixit,ob id iſtud pactum non poteſt extendi poſt mortem hæredis.

. Adhæc interpretes conturbant capita in hoc tex. ibi,Neque vllo iure,elicientes quod pactum temporale ipſo iure non tranſit ad hæredes,ſed hoc non vult dicere iſte text. ſed reprobat hîc deſiderium & petitionem filij volentis extendere pactũ factum ad vitã hæredis, in perpetuum · nã dicit text.hoc nullo iure, neque æquitate admitti poteſt,& ſic nil facit in contrarium, l.enim qui ita.§.qui ita. ff.de verb.oblig. nec l obligationum ferè.§.placet.ff.de actio.& oblig. nec iſte text.induci poteſt,vt pactum temporale ipſo iure reſcindatur,quicquid ſcribant Doct.

S V M M A R I A.

1 *Pactum de quota litis,eſt contra bonos mores.*
2 *Honorarium & ſalarium, etiam non promiſſum, debetur Aduocatis.*
3 *Promiſſio ob cauſæ victoriã,aduocato promiſſa valet.*
4 *Obligationes Aduocatis à partibus factas Senatus in Francia non admittit.*
5 *Aduocatus de quota litis paciſcens, officio Aduocationis priuandus..*

LEX LIII. VLPIANVS LIB. IIII.
OPINIONVM.

SVmptus quidem prorogare litiganti honeſtum eſt: paciſci autem, vt non quantitas eo nomine expenſa cum vſuris licitis reſtituatur , ſed pars dimidia eius , quod ex ea lite datum erit,non licet.

ACcurſ.& alij intelligũt hîc,prorogare,pro,dare,vel præſtare, vt honeſtum ſit litiganti dare ſumptus Aduocato,vel Procuratori: non autem paciſci de quota litis.

Alij exponunt prorogare,id eſt, pro alio ſoluere, cum ſpe recipiendi, quod ſoluitur,vt cùm Procurator, vel Aduocatus ſumptũ in cauſa clientis facit, & impendit,ſibi finita lite id reſtituendũ,vt dixi in l.derogatur.ff de verb.ſigni.Et ſic ego exponerem prorogare,hîc, pro differre,proferre : & ſic ego ſpeciem facti fingerem. Litem habebam aduerſus Titium, in qua conſtitui Procuratorem , vel Aduocatum, qui me defenderet, conuenitque nobiſcum,vt Procurator ſumptus in ea faceret, & mihi litiganti prorogaret , id eſt , ſolutionem differret vſque ad finem cauſæ:quæſitum fuit,an illud pactum valeat? Vlpia. ait ſumptus prorogare litiganti honeſtum eſſe,poſtquam honeſtum, ergo ſeruandum pactum.

Facti ſpecies huius legis.

In verſi. paciſci autem,quæritur,an conuentio valeat, vt pars dimidia, quæ ex lite proueniet,detur Aduocato vel Procuratori,& non reſtituatur quantitas in lite expenſa,cum vſuris.Reſpondet text.non valere cùm pactum de quota litis ſit reprobatum, vt inferiùs dicetur.

Ego etiam in quibuſdam libris antiquis legi hîc prærogare, & ſenſus erit etiam bonus,videlicet vt litiganti ſit honeſtum prærogare,id eſt,antè ſoluere Aduocato ſumptus in lite faciendos,& ſalarium ſoluere ante litem finitam,vt ipſe meliùs conſulat cauſæ,quia ſolet Aduocatus & Procurator melius & vigilantiùs ſeruire ſoluentibus,quàm non ſoluentibus, vt firmant interpretes in l. diem functo. ff. de officio Aſſeſſor. & Specul.in tit.de Aduoc. Ideò honeſtum eſt vt litigans præroget ſumptus in lite faciendos,id eſt,antea ſoluat,q̃ lis finita ſit, ſi facile velit obtinere.

Honoraria quãdo Aduocati reddere non debeant.

Videndum eſt ſi pars prærogauerit Aduocato,vel Procuratori,an illud honorarium ab ipſis repeti poſſit? Reſpondet Iuriſcon. his verbis : *Aduocati ,ſi per eos non ſteterit,quominus cauſam agant,honoraria reddere non debent* l qui operas.in fi.ff.loca. Ergo ſalaria & honoraria reddere debent ,ſi per eos ſtat , & tunc in conſcientia non ſunt tuti retinendo,& Diuus Seuerus ab hæredibus Aduocati eo mortuo prohibuit mercedem repeti,quia per ipſum non ſterit, quominus cauſam ageret.d.l.j.§ Diuus ff.de var.cognin.

Ex hac lege patet,pactũ de quota parte litis factũ inter clientulum & Aduocatum, vel Procuratorem non valere,ſed eſſe cõtra bonos mores, vnde Papin. ſic ait in l. *Salariũ Procuratori conſtitutũ,ſi extra ordinem peti cœperit, conſiderãdum erit, an laborẽ dominus remunerare voluerit:atque ideò fidem adhiberi placitis oporteat , an euentum litium maioris pecuniæ præmio contra bonos mores Procurator redemerit?* ff.manda. 1

Hæc omnia habent locum in ſollicitatore,cùm ſit eadem ratio vt docet Anth. Butri.in c. cùm à nobis. col. pen. de teſtib. & ſic pronuntiauit Senatus Pariſienſis,anno 544.die 2.Octobris: etiam anteà declarauerat idem Senatus donationem ſollicitatori Egidio factam par de Carlat, de tertia parte debiti nullam,1514. die 7.Iulij.

Imò iſti,poſtquam eis ſunt aperta negotia,infideliter facere it,ſi beneficium,vel officium,de quo agitur, ipſi ſibi impetrarent,nec eſſet hoc ſuſtinendum, vt in c.ſuper literis.de tranſact.Doct.aſſerunt. Vnde anno 1510. die 21. Februarij , fuit decretum contra ſollicitatorem Archidiaconi Pariſienſis du Bellay, vt in carcere detineretur,donec reſtituiſſet impetrationes , quas fecerat de beneficiis domini ſui Archidiaconi,quæ impetrauerat per inhabilitatẽ, eò quòd non erat diſpenſatus , & ille diſpenſationem ſui domini ſubtraxerat.

Sollicitator inhabilis impetrans beneficia.

Ratio eſt , ne ipſi calumniis & vexationibus , & iniuſtè bona clientum acquirant , & hoc metu iuſto cenſeretur factum , nempe non auderet cliens denegare Procuratori, aut Aduocato,ſeu Sollicitatori,ſicut nec æger Medico: ideò illud factũ inciuile Præſes prouinciæ coërcere debet,rémque reſtitui iubere. l.Medicus.ff.de variis & extraor.cognitionib.

Prædicta multò fortiùs intelligẽda ſunt in ſcriba cauſæ,ſeu(vt Galli dicunt)in graphario.maximè in criminali, cùm ſit eadem ratio. & §.ſi cui.d.l.j.de var.cognit. generaliter ſic loquitur : *Si cui cautum eſt honorarium, vel ſi quis de lite pactus eſt, videamus an petere poßit,& quidẽ de pactis ita reſcriptum eſt ab Imperatore noſtro,& à diuo patre eius,litis cauſa,malo more pecuniã ſibi promiſſam,ipſe quoque profiteris,ſed hoc ita eſt,ſi ſuſpenſa lite ſocietatem futuri emolumẽti cautio pollicetur. Si verò poſt cauſam actam cauta eſt honoraria ſumma, peti poterit vſque ad probabilem quantitatem.*

Extenſio huius text. ad ſcribam ſeu graphariũ.

Idem

Eiusdem ampliatio. Idem dicerem in iudicibus, quia non licet iudici vendere iustum iudicium, etsi liceat Aduocato vendere iustum patrocinium, & Iurisconsulto rectum consilium. August. in c. non licet. 11. q. 3.

Intelligendum non licere pacisci de quota parte litis, siue ante causam inceptam, siue durante lite, siue post actam causam. dicta l. j. §. si cui. redimere litem, & partem aliquam litis ferè cōtra bonos mores est. l. litem. C. de procurat. Alexan. in l. ij. ne fisc. rem quam vend. euincat. dicit habere locum in Republ. & quolibet alio, extante eadem ratione.

Secundus casus est, Licet pacisci, & honestum est, vt ea quæ Procurator & alij suprascripti expendederunt, restituere pars teneatur. per istum text. secundum vnum intellectum. facit l. prima. & l. si contra. C. manda. nec ad rem pertinet, quòd is qui mandasset, potuisset, si ipse negotium gessisset, minùs impendere. d. l. si quis alicui. §. impendia. ff. mandat.

Imò sine promissione licet ea exigere, etiamsi pars succubuerit, non culpa eius Aduocati, aut Procurat. l. si contra licitum. C. mandan. Et impendia mandati exequendi gratia facta, si bona fide facta sint, restitui omnino debent. d. l. si quis. §. impendia. ff. mandat.

Expensæ Aduocatorum factæ in lite. Adhæc etiam repetere ipsi Aduocati, Procurator, & Sollicitator poterunt, non solùm quod expenderunt, sed etiam vberrimas vsuras consequentur, vt scribit Vlpia. in l. si verò non remunerandi. §. si mihi. ff. mandat. probat Imperator in l. j. C. illo titulo. Sed hodie de iure Canonico sufficeret impendia repetere, cùm vsuræ illo iure, nec quidem diuino debeantur, nisi ipse Procurator nomine Domini eas soluisset, quia mandans tenetur reddere indemnem mandatarium. Matthæ. de Afflict. decisio. 91. Iterum.

Salarij promissio quousque extendatur. Tertius casus, Valet promissio salarij facta Aduocato, vel Procuratori vsque ad licitam quantitatem, videlicet vsque ad centum aureos pro singulis causis. declarat Vlpian. in l. j. versicul. licita. de var. & extraord. cognit.

Hodie licita quantitas in hoc regno est taxata ex consuetudine & stylo Curiarum Franciæ: ideò extra illam quantitatem taxatā, vel à iudicibus taxandam, non valeret promissio, vt inferiùs explicabitur.

2 Quartus casus, Aduocatis honorarium & salarium debetur, etiamsi non promissum fuerit, & ita loquitur Vlpian. in l. j. §. in honorariis. ff. de variis & extraord. cognit. vbi sic scribitur: ***In honorariis Aduocatorum ita versari iudex debet, próque Aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij in quo erat acturus, æstimationem adhibeat, dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur.*** l. j. vbi gl. & Doct. C. mandat.

3 Quintus casus, Valet promissio facta Aduocato palmarij nomine: palmarium, victoriam causæ vocat Iurisconsul. in d. l. j. ibi. ***Et si palmarij nomine cautum sit, sic tamen, vt computetur id, quod datum est, cum eo quod debetur, neutrúmque compositum licitam quantitatem excedat.*** ibidem.

4 Hodie verò Senatus non solet recipere obligationes, nec chirographa Aduocatis facta, nec pro illis ius dicere, in quib⁹ aliquod salariū ipsis promittitur, vel Procuratoribus, sed liberum est illis petere, vt salarium à iudicibus taxetur, quod officio iudicis fit, l. quotiens. §. item si temporali. ff. de administra. tutor. alioqui isti simplices extorquerent instrumenta & obligationes à partibus.

Vnde instante Procuratore Regio fuit ipsis prohibitū, ne hæc instrumenta recipiant pro honorario, anno 1544. 17. Martij, & fuit annullata scedula sex aureorū facta Aduocato Tyranno, huius nominis.

Sextus casus, Aduocatus, qui est pactus de quota litis, debet priuari officio Aduocationis, & si fideiusserit pro parte, & quicquam soluerit, non potest illud à parte repetere. l. si remunerandi. §. Maurus. ff. mandat. l. si qui Aduocatorum C. de postul. Francis. Marc. in decision. Delphin. q. 19. 1. partis. dicit quendam Procuratorem fuisse priuatū officio quoad Curiam supremam, sed non quoad Curias inferiores, eò quòd cessionem rei litigiosæ susceperat, & fuit ad mulctam condemnatus. 5 *Procurator officio priuatus.*

Alia dixi in Constitut. Reg. titul. de Aduocat. & Procurat.

SVMMARIA.

1 *Conuentio ex vna parte non dissoluitur, quæ totum contractum respicit.*

2 *Contractus ex vna parte regulariter non subsistit.*

LEX LVI. IVLIANVS LIB. VI. AD MINICIVM.

SI conuenerit, ne dominus à colono quid peteret, & iusta causa cōuentionis fuerit, nihilominus colonus à domino petere potest.

VT iste text. facilè intelligatur, conscribam casus sequentes. Primus est, pactum factum à domino super resolutione contractus, prodest colono, adeò vt colonus non possit quicquam à domino petere, nec ipse quidem dominus. text. in l. cùm emptor. ff. de rescind. vend. vbi Iulianus sic scribit: ***Cùm emptor venditori, vel venditor emptori acceptum facit, voluntas ostenditur vtriusque id agentis, vt à negotio discedatur, & perinde habetur, ac si conuenisset inter eos, vt neuter ab altero quicquam peteret.*** *Pactum super resolutione contractus.*

Et sic ex potestate conuentionis, quæ respicit totum contractum, non potest ex vna parte resolui, nisi ex vtraq; dissoluatur: ideò si vnus promisit rem non petere, nec pretium alter petere poterit. l. j. C. quādo lice. ab emptio. discede. l. pacta. ff. de contrah. empt. scripsi in l. iurisgentium. §. adeò. suprà eodem. 1

Si tamen consentiat pars resolutioni, poterit agere dominus ad id, quod sibi ex locatione debetur, quia ista ad diuersa tendunt, vt statim dicetur.

Secundus casus, Pactum non respiciens resolutionem, sed contractui accidentia, factum vni, non extenditur ad alterū, per istum text. vnde si dominus locauerit, colono vineam ad tres annos, & vno anno fulgure & chasmate racemi perierint, si dominus promiserit non petere mercedem illius anni: poterit tamen colonus agere contra dominum, vt locatio teneat vsq; ad tempus conuentum, videlicet ad tres annos. Et quia iusta erat conuentionis causa domini erga colonum: tamen nulla est iusta causa quincolonus agat, & sic debet intelligi iste text. quicquid Accurs. scribat hic actum fuisse, vt ex vna tantùm parte tolleretur, quia non potest esse contractus regulariter ex vna parte. l. Iulia. §. si quis à pupillo. ff. de actio. emp. l. fin. de acceptil. Vide alia in l. ab emptione. infrà eodem. 2 *Pactum super accidentibus contractui.*

De transactionibus. TIT. XV.

SCiendum est ad huius text. intellectum, transigere, duobus modis capi, in genere & in specie, sicut de iurisdictione interpretes dicunt in l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic.

Transigere quid sit.

In genere transigere, dicitur paciſci, componere, conuenire, concordiam inire, finire, inde transactum tempus. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verbor. obligat. & l. j. suprà de pact. & transactum pacto, dicit Iurisc. in l. si instituta. ff. de inoffi. testam. sic in specie, quādo à lite disceditur per compositionem. & iste text. assignat differentiam inter transactionem, & pactum: nam transactio fit de re dubia & lite incerta non finita: pactum verò, fit de re certa & indubitata, hoc dicit iste text. & sic docet Accurs. in §. j. in authen. vt differ. indic. collat. 9. arbitrium dicit transactionem, & fieri de re dubia. quod probat Alexand. consil. 19. Quæritur. col. j. in ij. vol. Ias. in §. omnium. nu. 18. de action. In Institut. & Barbat. consil. 42. Illud col. 9 & sequen. in 1. vol. & consil. 85. Illud. col. 1. & 2. in 3. vol. Alibi dicam.

Differētia inter transactionē & pactum.

Ex his colligi potest, quòd compositio est transactio, cùm transigere sit componere. sed refragatur c. super eo. de transact. vbi compositio dicitur pactio gratuita, transactio autem dicitur aliquo dato, aut retento seu promisso. l. transactio. C. eodem. quod in spiritualibus citra symoniæ labem fieri non potest. d. c. super eo. & c. constitutus & c. fin. ibidem.

Respondeo, componere generaliter accipitur, & tunc comprehendit etiam transactionem, & gratuitam compositionem: ideò solent interpretes iuris Canonici adiicere, gratuitam, vel gratis, & amicabiliter componere, d. c. super eo. vnde cùm sit declaratum ab eis, posse fieri gratuitam compositionem in spiritualibus, non transactionem, si in aliquo iure dicatur simpliciter compositionem in spiritualibus faciendam, intelligetur de gratuita. c. de cætero. ibid. & docet Hostien. in summa de transact. & Felin. in c. capitulum. in fin. de rescript.

SVMMARIA.

1 *Transactio, etiam super metu litis futura, valet.*
2 *Non est facienda gratis.*
3 *Debet fieri bona fide.*
4 *Remissio etiam dicitur donatio.*

LEX I. VLPIANVS LIB. I. AD EDICTVM.

QVi transigit, quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita transigit: qui verò paciſcitur, donationis causa rem certam & indubitatam liberalitate remittit.

DIctio, quasi, hîc conscripta exprimit veritatem, sicut alibi in Euangelio Ioannis 1. quasi vnigeniti l. si ego. vbi Dec. ff. si certum peta. scripsi in tract. fiction.

Ex quo infert Iason hîc requiri tria ad transactionem. Primò, quod fiat de re dubia, & non finita: nam si finita esset, & non dubia, non esset opus alia transactione: nam quod transactum esset, non oporteret ampliùs transigi. argum. c. ad dissoluendum. de desponsa. impube. quia transactio est remedium finiendarum litium, l. fratris. C. eodem. Si iam lis est finita, non oportet eam ampliùs finire: nam quod non est, finiri non potest. l. nam quod. §. post defectum. ff. de iniusto testam. Barbat. consil. 73. A loue. in 3. vol.

Requisita, vt transactio cōstet.

De lite incerta etiam transigi solet, litem nōdum motam, vel quotam intelligo propter incertum & dubium euentum, l. quod debetur. ff. de pecul. nam sæpe is, qui vincere putat, succumbit. l. si de communi. ff. si seruit. vendi. licèt Doct. intelligant incertam, id est, inchoatam, vel inchoari speratam, & hanc litem incertam dubiam vocat Imperator in l. Præses. C. de transact. Et Iurisconsul. incertum causæ euentum, in l. fin. § pen. ff. de bon. eorum qui ex. nec ista coniunctim requiruntur, sed alterum sufficit, cùm ista lex dicat: Qui transigit de re dubia, & qui transigit de lite incerta transigit, quando lis adest, alioqui si vtrumque requireretur, non valeret transactio sine lite. contra l. ij. siue lis fuerit super tota re, siue super parte: nam super eo, quod est dubiū & litigiosum, transigitur. quicquid dicat Accurs. hîc. per text. in l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulga. Alij litem insertam, in text. legunt. dicentes transigi de re dubia, &, inserta lite, id est, imposita, & intellectus in idem reincidit.

Sed aduertendū est valere transactionem, etiamsi 1
non sit lis, sed timor tantùm litis: l. ij. C. eodem. nam quilibet sibi prouidere debet, ne in labirintum litis incidat, à quo vix patet egressus in multis Curiis.

Dubia res quomodo accipiatur.

Imò sufficit quod res sit dubia: dubiam autem existimo. etiam per inficiationem nō calumniosam, vt Accurs. asserit in l. post rem. infrà eodem. l. iij. quibus ad liber. procla. non licet. & tam ante litem contestatam, quàm post transigi licet. l. & eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indeb.

Ideò siue lis fuerit, siue non: dum tamen de facto moueatur etiam extra iudiciū controuersia, transigi potest per hunc text. de re dubia, etiamsi lis non speretur, sed via facti: quia per trāsactionem potest quis sibi prouidere, vt hîc. Bart. & alij in d. l. ij. quia hoc casu res est dubia: & super re dubia etiam sine lite transigi poterit, vt hîc, dummodò res non sit indubitata. vt d. l. & eleganter. §. si post. nam eo casu transactionem etiam super re indubitata factam, vt pactum, valere arbitrantur. & bene hîc Accurs. & interpteres. & in l. si causa cognita. C. eodem. per l. suus. C. de repud. hæred. A contrario, vbi est expressum se transigere non causa donationis: non potuit ergo valere vt pactum, nec vt transactio, quia fit nullo dato vel retento, vt ibi dicam, in no. interpre. facit l. an inutilis. ff. de acceptil.

Nec audiui vnquam impugnari transactionem, eò quòd non esset facta de lite incerta, quia rem sufficit esse inter partes dubiam & controuersam.

Transactio quomodo de re certa fieri possit.

Nec placet quod Ias. scribit trāsactionem de communi partium consensu posse fieri de re certa & liquida, quando est expressè renuntiatum instrumento, vel sentētiæ, nempe cùm iam sit lis renunciatum, res non diceretur ampliùs liquida, sed dubia, super qua transigi poterit. Ego dicerem hanc renunciationem sine causa non valere, sed esse quandam tantùm imaginariam transactionem, quæ parum firma esset, vt dicitur in l. imaginaria. ff. de regulis iuris.

Sed

Sed si causa aliqua à partibus allegetur, vtpote quia sententia fuit lata cõtra minorem indefensum, ideò nõ valet, vt asseritur in l. si præses. C. quomo. & quando iudex. Super hoc transigi potest, nam hoc dubium est, etiamsi me absente, non contumace lata fuit sententia. l. ea quæ. ibidem, & his casibus transigi poterit, sed sola partium renũtiatio vix sufficeret ad veram transactionem faciendam, sed tunc valeret vt pactum, sicut si ficta lis suscitaretur (fingi enim lites possunt) l. cùm hi. §. si cùm lis. infrà eod.

Et quamuis Doctor dicant non esse transactionẽ, si aliunde oriatur dubium, quàm ratione litis. l. de fideicommisso. C. eodem. tamen contrarium dicite, sufficere rem esse dubiam quomodocunque, adhoc vt quisque prouidere sibi possit per transactionem, vt superiùs dictum fuit.

Requiritur quòd lis non sit finita, scilicet per sententiæ pronuntiationem non suspensam. l. prima. ff. de re iudi. l. si causa. C. eodem. Nec res dicitur finita post publicata testimonia, quia lis non est adhuc finita, quicquid dicant hîc quidam interpretes.

2 Etiam requiritur, quòd non fiat gratis, sed aliquo dato, quando accipitur in specie, secus si in genere, vt suprà scripsi.

3 Bona fides etiam in transactione requiritur. per l. primam. in fin. ff. ad Tertullian. nempe si dolo, vi, vel metu inita sit, rescinditur. per l. interpositas. C. de transact.

Regia litera ad rescindendas transactiones impetrantur.

Sed in hoc regno solemus impetrare literas à Rege, vel eius cancellaria ad infringendum transactiones, & alios contractus sic factos, vt scripsi in tract. de resessso contract. in 2. tomo Commentar. ad Const. Regi. in Curiis tamen Ecclesiasticis nullæ impetrantur literæ, sed iudex omnia ex officio facit, prout ius ei concedit. c. fi. de offi. iudi. Doctor. in l. prima. ff. de iurisdict. omnium iudic. dixi in l. actionis. ff. de verb. significatione.

Vltimò, liberalitate remittit, ex hoc text. col-
4 ligitur remissionem esse donationem. facit l. si quis obligatione. ff. de regul. iur. Ideò requiritur insinuatio sicut in donatione, vt plenè scripsi in tract. de dona. insinuan. in 1. tomo Comment. ad Constit. Regi.

SVMMARIA.

1 *Aquiliana stipulatio omnes obligationes præcedentes perimit & nouat.*
2 *Acceptilatio obligationes iurisgentium non tollit, & quare.*
3 *Cur post Aquilianam stipulationem interponatur.*

LEX II. IDEM LIB. LXXIIII. AD EDICTVM.

TRansactum accipere quis potest, non solùm si Aquiliana stipulatio fuerit subiecta, sed & si pactum conuentum fuerit factum.

TRansactio duobus modis fieri potest, vel per Aquilianam stipulationem, vel per pactum. Si enim controuersia erat inter te & me de centum aureis debitis ex mutuo, nos deducemus eos in Aquilianam stipulationem, & postquam inter nos conclusum erit te præstaturum quinquaginta, recedemus à primo debito, & ista stipulatio dicitur Aquiliana à Gallo Aquilio, illius inuentore, quam declarat Florent. Iurisc on. in l. & vno. ff. de acceptil. & his verbis concipiendam esse. *Quicquid te mihi ex quacunque causa dare, facere oportet, oportebitve præsens, in diemve, quarumcunque rerum mihi tecum actio, quæve aduersus te petitio, vel aduersus te persecutio est, eritve, quódve tu meum habes, tenes, possides, quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est, Aulus Augerius, spopondit Numerius Nigidius, quod Numerius Nigidius Aulo Augerio spopõdit, id haberétne à se acceptum, Numerius Nigidius, Aulum Augerium rogauit, Aulus Augerius Numerio Nigidio acceptum fecit.* Hæc ille.

Forma Aquilianæ stipulationis.

Ibi declaratur melius quàm alibi, quomodo fiat Aquiliana stipulatio, & demum acceptilatio, quod prodest, quia Aquiliana stipulatio omnimodò om- 1 nes præcedẽtes obligationes nouat, id est, in se transfert, & perimit, ipsaque perimitur per acceptilationem, & hoc iure vtimur, ideóque & legata & fideicommissa etiam sub conditione relicta in stipulationem Aquilianam deducuntur, & posteà acceptilatione perimuntur, si conditio stipulationis extiterit, vel dies venerit. l. quod in diem. & l. si sub conditione. ff. de acceptil.

Per pactum etiam fit transactio, si pacto promittam illam summam controuersam me non petiturum, vel non cõtrouersiam deinceps moturum. l. sed etsi lege. §. si ante. ff. de petitio. hæred. & Paul. sic ait: *Pacto conuento Aquiliana quidem stipulatio subiici solet, sed consultius est huic pœnalem quoque stipulationem subiungere, quia rescisso fortè pacto, pœna ex stipulatu peti potest.* l. pacto. infrà. eod.

Intelligenda ita est hæc lex, vt Aquiliana stipulatio omnes præcedentes obligationes perimat, etiam iurisgentium, licèt acceptilatio illas non possit tolle- 2 re, nisi quod verbis est obligatum. l. an inutilis. §. acceptum. ff. de acceptil. nam ciuilis ratio naturalia iura non potest corrumpere. l. eas. ff. de capit. diminut. ideò inuenta est Aquiliana stipulatio, vt obligationes à iure gentium inductæ, & omnes aliæ transferantur in eam. l. ij. ff. de nouat. & posteà tollantur per acceptilationem, vt si debeas centum emptionis causa, ego dicam quæ mihi debes ex causa venditionis, promittis per stipulationem. & tu ea promittes.

Vnde prima obligatio ex emptione nouata & su- 3 blata est, ideò non potero amplius illa centum petere actione ex empto, sed actione ex stipulatu, & sic verbis obligatus es, nunc demum ego illa centum, quæ debebas, acceptum feram, & per acceptilationẽ tolletur hæc Aquiliana stipulatio. Et aliquãdo dixi hãc stipulationem Aquilianam similem esse vino, quod vulgò *Rape* vocant, quia sicut omnia viua in rape deduci possunt, ita omnes obligationes in hãc stipulationem, quæ tandem acceptilatione tollitur.

At hîc non paruum dubium est de Aquiliana stipulatione, quæ nouat & perimit. Quid ergo opus est posteà acceptilatione, si iam per Aquilianam stipulationem obligatio perempta sit? Respõdeo, Aquilianam stipulationem nouare & perimere obligationes antiquas, quibus non poterit agere creditor, sed actione ex stipulatu nouata. l. ij. à contrario. & l. si Stichum. §. idem Celsus. & §. fin. & l. sequen. & l. fundũ. ff. de nouat. vnde Paul. ait, *nouatione legitimè facta*

hypotheca liberantur, & pignus & vſura non currunt. l.nouatione.ibidem. Sed acceptilatio poſteà tollit hanc actionem ex ſtipulatu, in Aquilianam deductã, ac nouatã.d.l.& ex vno.ff. de acceptil.& l.ſi cauſa.C. eodem. Et ſic Aquiliana ſtipulatio nouat, & nouando perimit obligationem ex vendito, vel locato præcedentem,& naſcitur ex ea actio ex ſtipulatu, quæ poſtea tollitur per acceptilationem, vnde Aquiliana tollit obligationem primam ex contractu, acceptilatio verò perimit ſecundam obligationem in Aquilianam transfuſam,& hoc eſt ſubtile.

Grauis antinomia diſſolutio inter l.iij.& l. controuerſia.ff de tranſact.

IN l.Imperatores, quæ eſt 3. huius tituli, mater defuncti ſortè exhæredata à filio, vel præterita hoc iure teſtamentum per querelam annullare volebat, quamobrem tranſactio inter eam & ſcriptum hæredem facta extitit, in qua partem bonorum mater obtinuit, & alteram partem hæres ſibi retinuit. Quæſitum eſt, an teſtamentum reſciſſum ſit per hãc tranſactionem? & reſpondet Sceuola, reſciſſum non eſſe, ob id non ſunt ademptæ actiones his qui ex teſtamento manumiſſi ſunt, neque legatarus. quare hi manumiſſi & legatarij conuenire debent ſcriptum hæredem, vt ea quæ in teſtamento legata ſunt, impleat: nã ſcriptus hæres legata ſoluere, & onera hæreditaria tenetur.

Dubium erat, an teſtamentũ hoc iure nullum eſſet,& reſciſſum per tranſactionem,& ſic legata non deberi.l.Papinianus.§.penul.ff.de inoffi.teſta.ſaltem vt onus pro parte emolumenti ſolueretur.l.prima.ff. de lega. 3. licèt hodie ex cauſa præteritionis vel exhæredationis teſtamentum irritum ſit, legata tamen manent.authen.ex cauſa.C.de liber.præter.

Obiectionis ſolutio. Reſpondeo, tranſactionem hæredis cum legitimo non anuullare teſtamentum, ideò hęres ſcriptus non deſinit eſſe hæres.§.quos autem.de bonor. poſſeſſ. in Inſti.l.ex facto.in fin.ff.de vulga.& Vlpia.ait, *Quamuis inſtituta inofficioſi teſtamenti accuſatione, res tranſactione deciſa ſit, tamen teſtamentum in ſuo iure manet,& ideò data in eo libertates atque legata, vſquequò Falcidia permittit, ſuam habent poteſtatem.* l. ſi ſuſpecta.§.1.ff.de inoffi.teſta.ob id conueniri debet hæres: nam mater, vel alij non ſunt obligati legatarus, ergo ipſi non poſſunt legitimum conuenire,& his pactionibus priuatorum non dubium eſt non lædi ius cæterorum, vt dicit iſte text. qui arguit ſic. Aut hæres tranſigendo cauit ſibi pro oneribus hæreditatis, fortè vt quiſque pro rata ſolueret onera hæreditatis, & inter eos illa conuentio ſeruanda eſt, aut hæres non ſibi cauit, ſed dimidiam partẽ hæreditatis dedit matri, tunc antè imputari hæredi debet, qui ſibi negligens fuit, & negligentia ſua nõ debet ad alienam iniuriam referri. Hæc eſt facti ſpecies, & declaratio ad hanc l.Imperatores.

Iſte text.allegatur, quòd ad quem peruenit emolumentum, non peruenit onus, nam cùm mater haberet partem hæreditatis, tamen legatarij conueniũr hæredem, ſed contra hoc facit l. *ſecũdùm naturam eſt commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.* ff.de regul.iur. Reſpondeo hoc eſſe ſecundum naturam, tamen quando poteſt imputari negligentia vni, iſta regula non procedit, vt hic: nam hæres tranſigendo debebat ſibi cauere de oneribus hæreditariis perſoluendis, ſi ſibi non cauit, imputãdum eſt ei. Et ſic ſcholaſticus ſubtilis ſuſtinere poterit cõcluſionem, eum non teneri ad incommoda & onera, qui commoda habet, &c. etiam adducitur iſte text. ad tranſactionem inter aliquos factam, vt aliis non prodeſſe, nec nocere poſſit, de pacto ſcribit text. in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. vbi Iaſon abundè ſcribit.

Hunc tex.adducit Iaco.de Are.& Iacobi.ad quæſtionem, quæ nobis vſui eſſe poteſt in mandatarus. Certum eſt enim collatorem habẽtem collationem decem beneficiorum, grauari tantùm poſſe, vt conferat vnum beneficium mandatario. §.1. de manda. Apoſto. in Concordatis Franc. Mandatum eſt directum Epiſcopo Pariſi. is confert beneficium in ſua diœceſi vacans, de quo dubitatur, an collatio pertineat ad abbatem Sancti Germani, is abbas alteri cõtulit, nunc fit compromiſſum ab ipſo prouiſo per Epiſcopum, & beneficium remanet apud eum, cui fuit collatum ab abbate, quæritur, an Epiſcopus dicatur grauatus? Reſpõdeo, grauatum eſſe, quia contulit, & iſta tranſactio, ſeu compromiſſum factum à prouiſo, non debet nocere Epiſcopo. d. l. ſi vnus.§. ante omnia.ff.de pact. *Cõpromiſſum à prouiſo per Epiſcopũ, factum, an Epiſcopo noceat.*

Nec probat hæc tranſactio, quòd beneficium ſpectet ad collationem abbatis, cùm res inter alios acta, aliis nocere nõ debeat. vt in hac rub.C.patet. & quãdo emptor compromittit ſuper re empta, non poteſt agere de euictione.l.ſi dictum.§.ſi compromiſero.ff. de euict. vide quę ſcripſi in §.primo.in verbo, grauare.de mandat.Apoſto.in Cõcorda. Et ſic contentus debet eſſe mandatarius illa prouiſione, nec alius mandatarius poterit ſuper alio inquietare dictum Epiſcopum, niſi haberet collationem quinquaginta beneficiorum, quia eo caſu in duobus mandatis grauari poſſet in regno.d.§.primo.de mand. Apoſtol. *Emptor ſi per re empta cõpromiſerit.*

Lex controuerſia, quæ eſt eiuſdem Sceuolæ, dubium facit, quando controuerſia ſopita eſt tranſactione inter legitimum hæredem,& ſcriptũ, & vterque bonorum portionem habeat, creditores quem conuenire poſſint, an ſcriptum hæredem? vt in l.iij. ſuprà.eodẽ, an legitimum? & hæc lex duos caſus diſtinguit. Primus eſt, aut in tranſactione interuenit conſenſus creditorum,& dictum fuit de ære alieno perſoluendo. Et eo caſu creditores conuenire debẽt eum, qui æs alienum aſſumpſit de conſenſu illorum, & quod approbarũt, reprobare nõ poterunt.l. Pomponius.ff. de nego.geſt.

Si verò ſint alij creditores, qui non conſenſerint iſti tranſactioni, debent conuenire pro ea parte, pro qua vnuſquiſque expreſſit bona in tranſactione, nẽpe ſi in tranſactione expreſſum eſt, quòd hæreditas pro virili diuideretur inter legitimum & hæredem ſcriptum, tunc creditores pro virili vtrumque conueniẽt, & pro ea parte, pro qua bona tenent, & hoc actionibus vtilibus, quia directæ dantur contra ſcriptum.

Ratio eſt, propter incertum ſucceſſionis, quia incertum eſt, quis ſucceſſerit defuncto propter trãſactionem, ideò vterque præſumitur ſucceſſiſſe, poſtquam vterque bona poſſidet, & ſic ex bono & æquo vterque tenetur: nam qui ſentit emolumentum, debet ſentire onus.l.ſecũdùm naturam. ff.de regul. iur. l.prima.ff.de legat.3.

Et ſic

Et sic antinomia videtur soluta, vt semper legatarij conuenire debeant hæredem scriptum, qui illis est obnoxius, videtur enim adeundo hæreditatem quasi contraxisse cum legatariis. §. hæres. de obliga. quæ ex quasi cõtract. in Insti. Alij verò creditores, quando apparet hæres, debent illum cõuenire, si verò dubitetur de hærede, possunt conuenire bonorum possessorem, hanc differentiam facit text. in l. iij. ff. de pignoribus.

Legatarij debent regulariter scriptũ hærede cõuenire.

Et ideò casus sequentes sunt distinguẽdi. Primus est, quòd legatarij regulariter scriptum hæredem conuenire debẽt, quia illis est ex quasi cõtractu obligatus per aditionẽ d. §. hæres. de oblig. quæ ex quasi contract. scripsi in l. verba, contraxerunt. ff. de verborum significatione.

Creditores quem conuenire debeant.

Secundus casus, creditores hæredem scriptum conuenire debent, quando de eo apparet, siue controuersia, vt hic.

Tertius casus, quando dubitatur quis hæres sit, cõuenire creditores possunt eos, qui bona possident, & ex qua parte possident: vt in hac l. controuersia. nam pro ea parte, pro qua bona quisque possidet, actiones inter eos bona possidentes diuiduntur, secus si pecuniam alter haberet, alter bona. l. si legatus. §. multum. ff. ad Trebel. vnde Papinia. ait, Hæredes, quibus pars bonorum ablata est, non in ampliorem partem, quàm pro ea parte, quæ relicta est, legatorũ nomine teneri. l. in ratione. prima. §. Imperator, ad leg. Falcid. l. & si contra tabulas de vulgar.

Quartus casus, quando aliquis possessor bonorum assumpsit æs alienum soluendum, de consensu creditorum, is conueniendus erit, vt hic. & l. si ab eo. C. de nego. gest.

SVMMARIA.

1 *Acceptilatio generalis cur captiosa liberalitas vocetur.*

2 *Pupillus tutori post rationem redditam acceptilationem generalem facere non cogitur.*

3 *Acceptilatio generalis non comprehendit ea, de quibus nil actum, nec cogitatum est.*

Ampliatur. ibidem.

4 *Transactio super crimine admittenda.*

LEX V. PAPINIANVS LIB. I. DEFINITIONVM.

CVm Aquiliana stipulatio interponitur, quæ ex consensu redditur, lites, de quibus nõ est cogitatum, in suo statu retinentur, liberalitatem enim captiosam interpretatio prudẽtium fregit.

Acceptilatio generalis.

ISta lex restringit l. præcedentẽ, in hoc, quod stipulatio Aquiliana nouet & perimat omnes obligationes, hoc est verum, de quibus fuit actum & cogitatum: nam cum ipsa ex consensu fiat, vltra consensum extendi non potest, ideò illæ obligationes, de quibus non est actum, retinentur in suo statu, & sic non sunt nouatæ, neque peremptæ, & licèt posteà acceptilatio generalis interposita fuerit, non extendetur vltra Aquilianam stipulationem. l. si de certa. C. eodem: quia peremptum non dicitur, quod in stipulationem non fuit deductum: nam transactio, quæcunque sit, de his tantùm, de quibus inter cõuenientes placuit, interposita creditur. l. qui cum tutoribus. §. primo. infrà. eod.

Sic non extenditur vltra cogitatum iuramentum c. veniens. de iureiur. facit l. fi. ff. qui satisd. cogan. l. fi. C. de non numera. pecu. Alex. consil. 42. Super præmisso. col. 2. io vol. primo.

Cogitatum dicitur, si ex verbis transactionis apparere possit. l. non est, infrà. eod. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthu. nam cogitationis pœnam nullus patitur. l. cogitationis. ff. de pœn. nec leges agunt de sola cogitatione, quæ in mente est. l. si repetendi. C. de condict. ob cau. c. cogitationis. de pœniten. dist. prima. imò perimi pacto id, de quo cogitatũ non docetur, iniquũ existimat Vlpia. in d. l. qui cum tutoribus. in fi. infrà eod. & Imperator ait, *si de certa re pacto transactionis interposito hoc comprehensum erat, nihil amplius peti, & si non additum fuerat eo nomine, de cæteris tamen quæstionibus integra permaneat actio.* l. si de certa. C. eod.

Creditor ad quæ teneatur.

Etiã ex hoc text. colligitur, ibi, liberalitatẽ, &c. Creditorem non posse cogi ad. liquem liberandum ab omni & quacunque obligatione generaliter, & de omnibus sed de his quæ recepit, tenetur acceptilationem, quam quictantiam dicunt, præstare. l. plures. C. de fide instrumen. Imò potest compelli creditor soluto debito, vel reddere instrumentum debiti obligatorium, vel illud lacerare. l. qui tabulas. ff. de furt. l. dissolutæ. C. de condict. ex lege. & licèt creditor reddat instrumentum, adhuc tenetur facere cognitionem debiti, id est, instrumentum solutionis, vt docet Bart. in d. l. qui tabulas. & Aufrer. Decis. Tholo. q. 47. & q. 167. post Specul. in tit. de instrum. edit. §. postquam. versi. quid si solui decem. Panor. in c. accedens. primo. nota. vlt. vt lite non contest. at generaliter omnia remittere non tenetur, sed tantùm ea, de quibus actum est, quia hæc generalis acceptilatio 1
captiosa est, id est, perniciosa & damnosa, & potest capere & decipere facientem, ideo istam acceptilationem quam vocat Iuriscon. hìc liberalitatem captiosam, eò quod liberaliter pars acceptum ferat, quod sibi debetur ex quacunque causa, licèt non actum fuerit, nisi de tutela, ideò interpretatio prudẽtum hanc effusam & captiosam liberalitatem reprobauit, & fregit, vt hic. De hac captiosa liberalitate, & positione dixi. in l. aliud est capere, de verborum significatione ff.

Vnde scribit Vlpian. in l. iij. §. primo. ff. de contra. acti. tutel. quem agere non posse, vt tutelæ iudicio liberetur, sed tantùm de eis, quæ ei propter tutelam absunt, & sic tutor non potest post tutelam finitam, & rationem ac reliqua reddita cogere pupillum, vt
sibi acceptilationem faciat generalem, sed de his tan- 2
tùm, de quibus est actum in rationibus, & libro rationum, ideò si posteà inueniantur aliqua, quæ non sunt in libro scripta, pupillus agere poterit. l. age. C. eodem.

Imò dicunt hìc interpretes, creditores posse acceptilationem facere, cum expressa reseruatione maioris summæ, vel residui debiti, aut iurium suorum argumento l. item Labeo. iuncta gloss. ff. famil. hercis. & l. prima. in princip. ad leg. Falc.

Fortiùs non poterit arbiter, nec quidem iudex,

Arbiter partes cogere nõ potest ad generalem liberationẽ.

cogere partes ad faciendum alteri parti generalem liberationem, quia non possunt contra interpretationem prudentum venire, cùm lex sit. §. responsa. de iure natur. in Insti. Roma. consil. 155. Præmissum. & quia est captiosa, & sic fugienda.

Sed si aliquis hanc acceptilationem generalem fe- 3 cerit, non faciet ei præiudicium ad ea, de quibus nil est actum, nec cogitatum. per tex. in l. fi. §. idem quæsiit. ff. de condict. indeb. vbi Bart. pulchre concludit. etiamsi diceretur in instrumento, quòd vult extendi tam ad cogitata quàm incogitata, & etiamsi iuratum esset, quia impetratis literis Regiis releuaretur, quicquid doceat Alex. consi. 4?. Nam interpretatio prudentum fregit istam generalem & effusam acceptilationem, per verba Notarij, & per errorem, quo fuit tractus ad accepto ferendum, & ad ponendum illa verba generalia. Alex. consil. 8. Viso themate. in 5. vol. & consil. 11. Viso. in 2. volum. & Ias. consil. 171. Visis. in 2. vol.

Ex prædictis patet multis modis à lite recedi posse. Primò, per transactionem, vt in hoc toto titul. ff & C. Secundò, per pactum. l. prima. & 2. suprà. eodem. Tertiò, per acceptilationem. l. age cum Geminiano. & l. vt responsum. ac l. si causa cognita. C. eodem. Quartò, renuntiando liti. l. postquam liti. C de pact. Quintò, si per triennium quis eam non prosequatur, perit instantia l. properãdum. in prin. C. de iudi. Doctor. in c. venerabilis. illo titul. Sextò, etiam per annum lis interrumpitur, & sic à lite receditur, si quis non impetret postea literas, vt docet Boër. in §. 23. de iurisdi. omn. iudi. in cõsuetu. Biturig. Septimò, quãdo actor succedit reo, vel è contrà, per l. debitori. C. eodem.

Remedia multa post transactionem.

Aduertendum est post transactionem multa dari nobis remedia. Primum est, vt, si actio prima non sit sublata, illa actione agatur. l. transactionis. Et si transactio excipiatur, replicationis auxilio, doli mali pacti exceptio remouetur. l. sub prætextu. prima. & l. siue apud. C. eod.

Secundum est, vt agi possit actione ex stipulatu ad id, quod promissum & conuentum est in transactione, si stipulatio interposita sit, si autem non interuenerit stipulatio, agetur actione præscriptis verbis. l. cùm mota. ac l. si pro fundo. ibi, *Ex stipulatione sanè, si placita seruari secuta est, vel si non intercesserit, præscriptis verbis actione ciuili subdita, apud rectorem prouinciæ agere potes.* C. de transact.

Tertium, si in transactione interuenerit Aquiliana stipulatio, & demum acceptilatio, eo casu non superest, nisi actio de dolo. l. actione. iuncta l. vt responsum. C. eodẽ. si dolus non interuenerit ex parte agentis. l. transactione finita. C. eodem. quia ex suo dolo lucrari non debet, nec agere.

Nisi de dolo transactum fuerit: nam tunc actio de dolo non competit, quæ iam extincta dicitur per transactionẽ, vtpote si de dolo inductus agebat doli, super qua actione transactum est, transactio rata ha- 4 beri debet, si aliud non obstet, cùm non sit prohibita transactio super dolo præterito, nec super crimine, exceptis quibusdam, in l. transigere. C. eodem. Nam quando de dolo transigitur, & tunc dolus præteritus includitur, super quo & pacisci, & transigi potest. l. si vnus. §. illud. vbi scripsi. suprà. de pact.

Quartum remediũ est, si vi, metu, aut dolo transactum fuerit, agetur ad recisionem illius transactionis. l. interpositas. C. eodem.

Quintum datur, vt si transactio facta fuerit ab eo, qui eam facere non potuit, vt à pupillo demente & alio, tunc agetur vt nulla pronuntietur, & quatenus de facto processit, rescindatur l. prima & secũda. C. si aduer. transact.

Sextum remedium est, vt si quis trãsactionis causa accepto tulerit debitum, vt debitor quiquam faceret, daret fortè expromissorem, vel aliud, si nõ faciat, agi potest condictione ob causam non secutam. per l. si quis accepto tulerit. ff. de condict. cau. data.

Praxis pro impetrandis literis cãcellarionis instrumenti.

Praxis est in ressortu Tholosano, vt impetrentur literæ cancellarionis instrumenti factj per acceptilationem, in quibus petitur vt pars reponatur in pristinam obligationem, & postea condẽnetur ad dictam summam, non obstante acceptilatione, quæ praxis probatur etiam in l. dissolutæ. C. de condict. ex lege. scripsi abundè in tract. de liter. obliga. artic primo, gl. 9. in primo tomo Commenta. ad Constit Regias.

Septimum est: nam exceptio competit transigenti. l. si super. & l. si quidem. C. eod.

Octauum, res data causa transactionis, si pars non seruet eam transactionem. repeti potest. l. cùm proponas. C. eod. vide l. nec intentio. ibidem.

Nonum, agi potest ad pœnam promissam in transactione, si illi non stetur. l. *promissis trãsactionis causa non impletis, pœnam in stipulationem deductam, si contra factum fuerit exigi posse constat.* C. eodẽ. Vnde Paulus ait, *Pacto conuento Aquiliana quidem stipulatio subiici solet, sed consultius est huic pœnalem quoque stipulationem subiungere, quia rescisso fortè pacto, pœna ex stipulatu peti potest* l. pacto. infra. eodem.

Decimum, potest non solùm pœna peti, sed etiam excipi, vt transactio seruetur, quando in transactione est apposita clausula, rato manente pacto. l. qui fidẽ. infrà. eodem. vbi dicetur.

Praxis regni Frãcia pro infringenda trãsactione.

Vndecimum remedium est, in hoc regno, vt quis impetret rescriptum à cancellaria, in quo factũ narret, & petat transactionem infringi, quod rex concedit, si ita sit, & iudex cui literæ diriguntur, cognoscit, an ita sit, & si hoc verum sit, literas comprobat, transactionẽ rescindens, in expẽsis cõdemnans eum, pro quo transactio facta erat: ista est praxis regni, nec refragatur l. *causas, vel lites transactionibus legitimis finitas imperiali rescripto resuscitari non oportet.* C. eod. quia loquitur de legitimis transactionibus, sed illegitimæ, factæ contra ius, possunt resuscitari rescripto secundum quosdam, vel fortè potest intelligi quod lites præteritæ iam sopitæ non suscitantur rescripto, sed bene impetrari potest, vt ea rescindatur transactio, si non sit facta secundum ius, & ita potest intelligi: nam per rescriptum, vt dixi, non suscitantur lites præteritæ, sed iudex videt, an dolo facta sit, an transigens enormiter deceptus sit, & aliis transactionis annullandæ causis.

SVMMARIA.

1 *Transactio super fideicommisso facta, non visis verbis codicillorum, non valet.*

2 *Notarius debet testari verba testamenti Latinè conscripti, vulgari sermone esse recitata.*

3 *Renunciatio facta à filia, de hæreditate, non visis verbis testamenti, non valet, & quare.*

Lex

LEX VI. CAIVS LIB. XVII. AD EDICTVM PROVINCIALE.

De his controuersiis, quæ ex testamento proficiscũtur, neque transigi, neque exquiri veritas aliter potest, quàm inspectis, cognitísque verbis testamenti.

Ex hoc text. requiruntur sequentia. Primum, quod sit controuersia, quæ fit tam in iudicio, quam extra, etiam resistendo. vt docet tex. iuncta gl. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. & interpretes in l. causas. C. de transact. Alex. consi. 51. Viso testamento. in 2. vol. & consi. 177. Repertum. in 5. vol. & Georg. Natan in clemen. sæpe. col. 7. de verbor. significatione.

Secundò, quòd illa oriatur ex testamento, vel ratione testamenti, vnde si ex alia causa controuersia proficisceretur, non haberet locum iste text. quia publicè expedit suprema hominum iudicia exitũ habere. l. vel negare. ff. quemad. testam. aperi. dicam inferiùs.

Idem tamen, si ex codicillis oritetur, cùm eadem sit ratio, vt interpretes hîc docent, & probat text. in l. iij. §. cùm transactio. suprà. eod. vbi mater defuncti transegit super fideicommisso eidem relicto, non visis codicillis, qui post transactionem reperti fuerunt. Quæsitum fuit, an quantominus consecuta fuit ex transactione, quàm sibi ex fideicommisso debeatur, consequi debeat? Et respondet tex. consequi debere,

1 quia transactio facta non visis verbis codicillorum non valet, etiam per hunc tex. & alibi Iulian. ait, codicillorum ius singulare esse, vt quæcunque in his scriberentur, perinde haberentur, ac si in testamento scripta essent, l. ij. §. primo. ff. de iure codicil. & Celsus scribit ita, Nõ est ferendus, qui generaliter in his, quæ testamẽto relicta sunt, transegerit, si posteà causetur de eo solo se cogitasse, quod prima parte testamenti, ac non etiam, quod posteriore legatum est, si tamen postea codicilli proferantur, nõ improbe mihi dicturus videtur de iis duntaxat se cogitasse, qui illarum tabularum, quos tunc nouerat, scriptura continentur.

Transactio generalis. Duo ibi sunt casus, vt qui generaliter visis verbis testamenti trãsegerit, valeat transactio de omnibus, quæ debentur ei ex illo testamento. Verba enim generalia generaliter intelligenda sunt. l. prima. ff. de legat. præstand.

Secundus casus ibi traditur, vt non valeat transactio de his, quæ in testamento illo non continentur, sed fortè in codicillis, quia de his non videtur cogitatum, vt dictum fuit in d. l. cum Aquiliana. suprà.

Tertius casus est, in hac lege, vt transactio nõ valeat de controuersiis ortis ex testamento, nisi inspectis, &c.

Testamentũ desiderãtis, exhibendum. Tertiò requiritur quòd videantur verba testamenti, ibi, inspectis, & si hæres recuset verba testamenti exhibere, audi quid dicat Paul. in l. prima. ff. quemad. testa. aperi. *Omnibus, quicunque desiderant tabulas testamenti inspicere, vel etiam describere, inspiciendi, describendique potestatem facturum se Prætor pollicetur, quod vel suo, vel alieno nomine desideranti tribuere eum manifestum est. Ratio autem huius edicti manifesta est, neque enim sine iudice trãsigi, neque apud iudicem exquiri veritas de iis controuersiis, quæ ex testamento proficiscuntur, aliter potest, quàm inspectis, cognitisque verbis testamenti.*

Inspicere verba testamẽti, quid denotet. Quarto, non sufficit inspicere, sed requiritur cognitio illorum verborum. inspectio autem tabularũ, etiam lectionem earum indicat. l. ij. ibidem. nec sufficit legere, nisi intelligantur verba. l. prima. ff. de his quæ in testa. delen. vnde necesse est in transactione dicere, partes habuisse plenam notitiam testamenti, & si verbis Latinis cõscriptum fuerit, debet attestari Notarius illa verba recitata esse vulgari sermone. per l. primam. in fin. ff. de verbor. oblig. alioqui transactio non nocebit læso. per istum tex. & Bart. docet in l. scyphi. ff. de opti. legat. ibi, *cùm sciret & alios esse.* 2

Nempe scire leges, non est earum verba tenere, sed vim & potestatem habere. l. scire leges ff. de legi. nec sufficit audire, nisi auditum intelligatur. c. auditis & intellectis. de elect. & c. auditis. de in integ. resti. gloss. in extrauag. quia nonnunquam in verbo, ac intelligere. de verbo. signifi. in extraua. sic & non sufficit inspicere, nisi & cognoscatur. Ratio esse videtur, quia transactio non fit donãdi animo, sicut pactum, l. prima. suprà. eodẽ. sed potiùs fit gratia quærendi, quod fieri non potest, si ignorentur res, quæ & quales sint, de quibus in pacto contrà.

Iste tex. allegatur, neque exquiri veritas aliter potest, &c. quòd veritas actus haberi non potest nisi ex verbis, vnde Celsus ait, *Quorsum nomina sunt, nisi vt demonstrent voluntatem dicentis?* in l. Labeo. ff. de suppellect. lega. Inspicienda ergo sunt priuilegia, & ipsorum tenor diligentiùs est attẽdendus, vt veritas exquiri, & haberi possit, quod totum iudex potest consequi ex ipsorum inspectione. c. porrò & sequen. de priuile. & priuilegia non inspecta falsitatis argui non valent. c. accepimus. de fide instrum. Verba fideiussionis legi debent, vt veritas habeatur. l. fideiussores magistratuum. §. primo ff. de fideius. & actorum lectio manifestè declarat. l. ij. C. de delat. lib. 10. vbi Lucas exponit, & inspiciendus est venter, vt sciamus an mulier sit prægnans, nécne. l. prima. ff. de ventr. inspic.

Vnde Ferret. putat hãc legem pertinere ad iudicia: nam vult inquiri veritatem, quòd nullam habet cum trãsactione communionem. nam qui transigit, id agit, vt discedat à lite, & de veritate nullo modo est sollicitus, sed potiùs ad iudicem pertinet. c. iudicantem. 30. q. 5. l. ij C. de eden. & ideò lex prima, quẽad. testa. aperi. addit, *exquiri veritas apud iudicem.* Hæc ille.

Transactio inter partes super testamento. Aduertendum est quòd Paul. Iurisc. in illo tex. dicere videtur, sine iudice transigi de controuersiis ex testamento profectis non posse, sed intelligi ille text. debet, vt sine iudice, id est, absque iudice. Et sine præsentia iudicis inter partes non potest fieri transactio, nisi inspectis cognitisque verbis testamenti, & id propter odium eorum, qui testamẽta occultare possent, & sic daretur materia occultãdi, & calumniandi, quod à iure improbatur. l. cõuenire. ff. de pact. dotal. nec malitiis hominum est indulgendum, l. in fundo. ff. de rei vendi. etiam reipub. interest. l. vel negare. quemad. testa. aperi. c. vltima voluntas. 13. q. ij. & pro modico posset quis multa sibi incognita remittere. l. cùm hi. insr. eo. intelligendũ est in casibus, in quibus opus est iudicis præsentia, vt ĩ alimẽtis. d. l. cũ hi. inf. e.

Adhæc

Rescissio transactionis.

Adhæc iuramentum retractatur præstitum super controuersiis testamenti, quando aliter apparet esse in testamēto, quàm iuratum sit. l. fi. C. de reb. credi. sic & rescinditur transactio, quando aliter apparet esse transactum, quàm scriptum fuerit in testamento. l. iij. §. cùm transactio. suprà. eod. sed noo, si secundum testamentum, quia non interest, licèt non sint visa testamenti verba.

Et quamuis ille tex. in d. l. prima, dicat apud iudicem non aliter exquiri veritatem posse, quàm inspectis cognitisque verbis testamenti, tamen iste text. non repetit, apud iudicem, nec repeti debet.

Sed debet hic tex. intelligi, partes non posse transigere de controuersiis ex testamento prouenientibus, nisi testamenti verbis inspectis, & cognitis: nam veritas harum controuersiarum testamentorum non potest inquiri, nec haberi, nisi ex verbis testamēti. ergo verba testamenti videri debent, & sic hæc lex nō tantùm respicit iudicem, sed & partes, apud quas veritas testamentorum non potest haberi, nisi visis cognitisque testamenti verbis.

Nec refragatur, si visa sunt verba testamenti & cognita, non erit tunc dubium, ergo nō poterit transigi. Respondet Accurs. posse, dubium esse tamen de quibus denariis, vel nummis intellexerit, vel an testamentum ritè conceptum sit, vel an sit insinuatum, vel super facultatibus, aut aliàs, vt in l. si seruus plurium. in fi. vbi gloss. ff. de legat. primo. & de his transigi poterit, & hoc seruire potest ad dubitationem huius text.

Renuntiatio huius legis.

Sed an huic legi renuntiari possit? Doctor. sunt inuicem contrarij, sed vos dicite valere renuntiationem cum iuramento factam, quæ tamen retractari poterit habita iuramenti dispensatione, quam facilè quis obtinere poterit, dicendo se non visis nec cognitis verbis testamenti transegisse, tum quia hæc lex hoc prohibet, & legi prohibenti renuntiari non potest. l. prima. vbi Accurs. C. ne fideiuss. dot. dentur. & videtur quādam formam adhibere, quam homo tollere non potest. l. nemo. ff. de lega. primo. Adhæc quis modico recepto remitteret multa incognita. l. cùm hi. infrà. eod. Et ideò licèt sit clausula generalis in transactione, nō tamē extēditur ad codicillos non visos, de quibus non videtur actū, nec cogitatum, vt dixi suprà, adhæc quia veritati renuntiari nō potest, quin habeatur, quod fieret huic legi renuntiando.

Et si in transactione habeantur ista verba posteaquam exposita fuerunt verba testamenti, etiam vulgaribus verbis, venerunt ad transactionem, si sit vna pars valde læsa, adhuc semper impetrare literas Regias potest ex bono & æquo ad rescindendum illā transactionem.

Et sic duo casus sunt hic. Primus, an si non visis, nec cognitis verbis testamēti quis trāsegerit renuntiando isti legi, valeat transactio, maximè, cum iuramēto. Et dicerem valere, donec rumpatur, quod facilè fieri potest habita iuramenti dispensatione, & Principis permissu in hoc regno, & sic transigens restituitur. l. ij. & l. si mulier. ff. de except. rei iudic.

In 2. casu, quando visis verbis testamenti transegit, & cognitis, si grauiter læsus sit, adhuc eidem vidi succurri, sed remedio. l. ij. C. de rescind. vendi. de quo dixi in tract. de rescis. contrac. in 2. tomo Comment. ad Constit. Regi.

Licèt iste tex. loquatur in controuersiis profectis ex testamento, vt transactio non valeat, non inspectis cognitisque verbis testamenti, & sic non habebit locum in contractibus, vt dicunt Doctor. tamen quia bonum est de cōtractibus ad vltimas vo[luntates] argumentum, l. quæ de legato. ff. de legat. primo. ex bono & æquo succurretur ei. Vnde qui transigit modico recepto, super contractu facto à patre suo, quem ipse ignorabat, vidi succurri, non ex hac lege, sed ex æquitate, & quia frequentius fit in testamentis, quàm in contractibus, quos partes sciunt, vel scire debent, ideò de testamentis hic cautum est: tamen is, qui in alterius locum succedit, iustā causam ignorantiæ habet. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. Ideò illi succurri poterit, & sæpius vidi super his literas Regias impetrari, & cōprobari, quia bonum & æquum est maximè quando de his non est actum, neque cogitatum, & ex iusta causa subuenit Prætor. l. prima. ff. ex quibus causis maior.

Transactio super contractu, modico recepto, facta.

Et sic non valebit sententia, nec compromissum non visis verbis testamenti, quia veritas non potest haberi, nisi inspectis verbis testamenti. Et quia compromissum vim transactionis obtinet, cùm disceda[tur] à lite. authen. si verò. C. de iudi. quia transactio & sententia æquiparātur. l. ij. ff. de iureiur. & d. l. prima. quemad. testa. aperi.

3 Vnde non valere renuntiationem factam à filia de hæreditate, & de his quæ ex testamento consequi poterat, puto, vt ea non obstante, filia consequi posset id, quod à patre relictum erat ei in testamento, postquam renuntiauit non visis verbis testamenti, nam hæc renuntiatio vim transactionis habet & pacti, & pactum etiam non valet, vt docet Accur. & quidam alij, licèt Albet. Paul. Fulgos. & Ias. contrà, quia facilius inducitur quis ad transigendum, quàm ad paciscendum, quia aliquid recipit ex transactione, & nō ex pacto, quod fit gratis, & sic decipitur. Sed primæ adhærerem sententiæ, nam si testamentum sciuisset paciscens, non fuisset sic pactus, & sic eidem succurri debet, tanquam non sit actum, nec cogitatum de eo, quod nesciebat. per l. cum Aquiliana, & l. non est ferendus. hoc titul. & actus agentium non debent vltra eorum intentionem operari. l. non omnis. ff. si certr. petat. ideò etiam in pacto hanc legem habere locum putarem, vt interueniente læsione magna læso subueniri possit, quod probat Guido Papa in consil. 53 Nobilis. in fi. & consil. 87. Pro declaratione. col. penul. Benedi. in repeti. c. Raynutius. 10 verbo, si absque. 2. de substitu. fideicommis. num. 121. de testa. vbi dicit non habere locum in testamento, vbi nulla est scriptura, quia quod non est, videri non potest, quod intelligerem verum, nisi posteà redigeretur in scripturam, quia tunc haberet locum iste text. & tunc posset hæres cum Notario conuenire, ne aliquod testamentum scriberet, donec esset transactum.

Imò licèt facta esset visis & cognitis verbis testamenti, adhuc posset supplementum legitimæ filia petere, quod nunquam remissum censetur, nisi expressè dictum fuerit. l. si quando. in fin. C. de inoffic. testament.

Lex ista in quibus locū nō habeat.

Ista lex non procedit in creditoribus, qui sciunt debita aliunde, quàm ex testamento, vtpote ex instrumento obligatorio: ideò valebit transactio, non viso testamento, quia veritas aliter exquiri potest quàm ex testamento, & sic est diuersa ratio. l. iij. & l. controuersia. Alex. consil. 11. Viso. in 2. vol.

Etiam

Etiam non procedit in donationibus, quas legatarius faceret alteri, quàm hæredi, vnde valetēt, vt docet Fulgos consil. 164. Quædam. col. vlt. & hoc probat Benedic. in d. c. Raynutius. de fideicom. substi. nu. 135. qui licèt quinque limitationes scribat, tamen ex prædictis comprehenduntur.

Testamenti notitia.

Et in dubio non præsumitur transigens habuisse testamenti notitiam, quia ignorantia præsumitur l. verius. ff. de proba. Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres, de verbo. oblig. in 4. quæst. & is, qui allegat notitiam, eam probare debet. argumēto l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probar. nisi in instrumento cautum fuerit, transigentes plenam habuisse notitiam: nam eo casu is, qui dicit non habuisse, poterit probare per testes in instrumento descriptos, videlicet quòd non factus fuit certior de testamento tempore transactionis, nec fuit id temporis exhibitum instrumētum testamenti, vt docet Socin. consil. 214. In causa Onefrij col. 3. in secundo volum.

S V M M A R I A.

1 *Transactione, durante lite in Parlamento, facta, transactio annullatur, & partes ad mulctam condemnantur.*

2 *Transactio post rem indicatam valet, petita in integrum restitutione.*

LEX VII. VLPIANVS LIB. VII. DISPVTATIONVM.

ET post rem iudicatam transactio valet, si vel appellatio intercesserit, vel appellare potueris.

REgula est, quòd post rem iudicatam non valet transactio, quia est res nō dubia, & lis certa, super quo transigi non potest. l. prima. suprà. & Vlpia. ait. in l. & eleganter. §. si post rem. ff. de condic. indeb. *Si post rem indicatam quis transegerit, & soluerit, repetere poterit, idcirco quia placuit transactionem nullius esse momenti.*

Sic non valet compromissum super liquido, vt asserunt Bar. Bald. & alij tam hîc, quàm in d. l. & eleganter. & Alex. consil. 94. In causa. col. 2. in 2. vol. & Deci. consil. 39. Iuridicam. col. prima. Doctor. in l. si causa. C. eodem. quod transactionis vim habet, & quod est decisum non potest ampliùs decidi & iudicari.

Restrictiones huius textus.

Primò, limitatur in hoc text. quando appellatum est ab illa sententia, vel quando ab ea appellari potest: nam paria sunt, appellatū esse, vel appellari posse. c. non solùm. de appel.

Vnde cùm in hac patria ferè partes semper appellent, dum hoc eis concedi solet in literis, dicerē transactionem interuenire posse etiam post sententiam, quæ in rem trāseunt iudicatam, dummodò appellatio releuata sit per literas.

Transactio post arestū.

Hoc non procedit post arestum Curiæ supremæ, quia postea non valet transactio: nam res est indubitata, super qua nō transigitur. d. l. & eleganter. Et sæpiùs vidi annullari transactiones factas post arestum, maximè quando altera pars ignorabat esse latum in suam vtilitatem.

Imò non valet transactio durante lite in Parlamento, nisi dicatur in instrumento transactionis sub beneplacito Curiæ, *Soubs le bon plaisir de la Cour.* teste Masue. in practi. sua. §. item sæpe partes. Et eo casu 1
solent partes ad mulctam condemnari, & transactio annullari: vt scripsi in procemi. Concord. in verbo, summas. versic. 25. vbi posui priuilegia Curiarum supremarum.

Transactio quādo post rē iudicatā fieri possit.

Secundò, post rem iudicatam, etiamsi prouocatio non est interposita, tamen si negetur iudicatum esse, vel ignorari possit, an sit iudicatum, quia adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest. l. post rem. in si à, eodem. Negari tunc dicitur iudicatum, quādo defectus iurisdictionis super iudicato allegatur, vt in l. prima. vbi Bald. C. si à nō compe. iudice iudica. fuerit. vel quando sententia ostendi non potest, nec acta, vt videtur docere Carol. Ruinus consi. 109. Viso. nu. 31. in primo vol. & gloss hîc reputatur singul. per Ias. in l. Iulianus. col. 3. ff. de condict. inde quod res efficitur dubia per negationem, quando iuste & probabiliter fit, secus si per calumniam. tradunt Panor. & Fel. in c. 3. de testi cogend.

Tertiò, non procedit quando sententiæ executio non fuisset petita intra 30 annos, quia postea illa sententiæ executio peti non potest. vt docet Innocen. in c. fi. de excep quem ibi sequitur Bald.

Ideò ipso dicto tempore valet sententia secunda contra primā, vt docet Bal. in rub. de præscrip. num. 21. sicut de sententia dicitur, vt valeat contra primā. in l. prima. C. quando prouo. non est neces. Carol. Ruin. consil. 167. In causa. colum. prima. & sequen. in 5. vol.

Pactū post rē iudicatam.

Quartò, transactio facta post rem iudicatam poterit valere, vt pactum: maximè si hoc in instrumento transactionis sit expressum, & pactum post rem iudicatam valet. l. iurisgentium §. si paciscar. ff. de pact. suprà. Bart. & alij, in l. sub prætextu. prima. & in l. si de certa. in fi. C. eod. Carol. Ruinus consil. 109. Viso: col. penul. in primo. vol.

Quintò, post rem iudicatam potest transigi, si restitutio in integrum petita sit, & eius quæstio indeci- 2
sa pendeat, quia tunc adhuc res dicitur dubia, & lis incerta, super quibus transigi potest. l. prima. suprà. eodem. l. si causa cognita. C. eodem sed ante impetrationem restitutionis non valeret transactio, quia non est lis, nec res est dubia articulo l. ergo §. primo. ff. de fideicom. liber. docet Bart. in l. inter. §. sacram. col. penul. ff de verbo. oblig.

Sextò, transigi post rem iudicatam potest, si contra eam opponatur aliqua exceptio de his, quæ contra sententiam, & in executione opponi possunt, de quibus per gloss. & Doctor. in l. prima. C. de iur. & fact. ignor. vt si maritus soluto matrimonio conueniatur ad dotem, & ad restitutionem illius condemnatus sit, in executione opponi poterit, ne ab eo exigatur vltra quàm facere possit. l. maritum. ff. solut. matrimo. l. sunt qui. cum l. sequen. de re iudic. quia res fit dubia per oppositionem istę exceptionis modificātis rem iudicatam, ob id poterit super eo transigi, quamuis iam iudicatum sit, verùm in hoc casu transigitur super alio, videlicet super isto nouo dubio, & in consequens super re iudicata. De his scripsi in tract. meo de excep. vide Anto. de Can. in tract. de executio. instru. q. 5.

§. Si fideiussor conuentus & condemnatus fuisset, mox reus transegisset cum eo cui erat fideiussor cōdemnatus: transactio valeat, quæritur. & puto valere: quasi omni causa & aduersus reum & aduersus fideiussorem dissoluta. Si tamē ipse fideiussor condemnatus transegit, transactione non peremit rem iudicatam: tamen eo quod datum est, releuari rem iudicatam oportet. Vsque adeo autem quod datum est, etiam si non proficit ad transactionem, extenuat tamē rem iudicatā, vt inde sit & edictū & rescriptum circa alimentorum transactionem citra Prætoris auctoritatem factam, vt quod datum est, proficiat ad alimenta: ita vt si quid amplius ex causa alimētorum deberi potest, id præstetur: quod autem datum est, imputetur.

SEptimò, post sententiam cōdemnationis fideiussoris poterit transigere reus, quia adhuc res est dubia quoad eum, & valebit transactio. vt in hac l. & post §. si fideiussor. Sed potest intelligi iste text. quod reus mox transegerit, id est tempore quo fideiussor appellare poterat, & in prin. huius l. visum extitit, quem posse trāsigere post rem iudicatā, & sententiam prolatam, quandiu quis potest appellare, etiam hæc transactio proderit vtrique, vt dicetur. Et dubium erat, quia iam iudicatus est fideiussor, an reo transigere liceat, & hoc decidit tex. & iste sensus magis placet. Potest etiā intelligi post decem dies, quo tempore non est liberum appellare, tamen poterit reus condemnatus transigere quia sentētia non pertinet ad eum, nec res dicitur iudicata quoad transigentem, & sic non dicitur post rem iudicatam, quantum ad eum, qui non est condemnatus.

Transactio cum debitore facta. Ex hoc text. colligitur. Quasi omni causa, & aduersus reum, & aduersus fideiussorem dissoluta.] quòd trāsactio facta cum debitore prodest fideiussori, quia liberato reo & fideiussorem liberari existimat Paul. in l. iij. ff. de rescin. vendi. & exceptiones competentes reo, & fideiussori prosunt, nisi sint personales. l. exceptiones. ff. de excep. plenè hanc materiam tractat Hyppol. in rub. de fideiuss. 36. q. iiii. 267. cum sequen.

Obiectionis solutio. Nec refragatur l. iij. § fi. suprà. eod. vbi transactio facta cum eo qui hæredem se iactabat, nō nocet, neque prodest legitimo. Respōdeo, ibi est diuersa persona, quæ nihil commune habebat cum vero hærede, nec erat hæres, sed hic fideiussor est ad debitorem accessorius: ideò accessorium cōuenit sequi naturam sui principalis. l. cùm principalis. ff. de regul. iur. probat Vlpia. in l. *ex persona rei, & quidem inuito reo exceptio, & cætera rei commoda fideiussori, cæterisque accessoribus competere possunt* ff. de fideiusso. Imò de re filiorum, quos in potestate non habuit transigentem patrem, minimè his obesse placet, ait Vlpian. in l. de re, infrà eodem.

Si tamen venditor hæreditatis post illius venditionem, cessis emptori hæreditatis actionibus transegerit cum debitore ignorante, & debitum receperit, liberatur debitor propter bonam fidem & ignorantiam, & si emptor iterum petat debitum, exceptione transactionis iuuari debitor poterit, vbi idem responsum etiam est in eo, qui fideicommissariam recepit hæreditatem, si hæres cum ignorāte debitore transegit: nam in vtroque casu ignorantia erat debitoris, & transactio fiebat cum hærede, licèt vendidisset, vel restituisset hæreditatem, sed hîc non erat hæres. *Debitoris bona fides consideratur.*

Vnde in l. iij. Mæuius se iactabat legitimum creditoris hæredem, qui pignus debitoris distraxerat, hic debitor minimo sibi dato trāsegit de suo pignore distracto, & promisit pignus non se repetiturum, post transactionem inuentum est, & publicatum testamentum creditoris, in quo inuentus est Septitius hæres, quæsitum est, an si debitor agat pignoratitia contra Septitium hæredem, ad repetendum pignus datum debitori, cuius ipse erat hæres, & qui pignus distraxerat, posset Septitius vti exceptione trāsactionis factæ, cum Mæuio, qui eo tempore, quo transegit, erat hæres.

Secundò ibi quæritur, an Septitius hæres possit pecuniā datam Mæuio à debitore repetere. quasi sub prætextu hæreditatis acceptā? Et vno verbo, respondet Scæuola nō posse hæredem vti exceptione transactionis aduersus debitorem repetentem pignus, quia ipse hæres nō transegit, sed Mæuius, & conuentio facta cum vna persona, alij personæ non prodest, nec nocet. l. si vnus. §. ante omnia. suprà. de pact. Item non poterit hæres Septitius pecuniam datam à Mæuio debitore repetere, quia Mæuius non gerebat negotium Septitij, ideò per personam extraneam non quæritur Septitio actio, vt in l. prima. C. per quas personas. l. stipulatio. §. alteri. ff. de verbn. obligat. Et iste est verus intellectus ad istum §. licèt Accurs. & Doctor. ibi in diuersos trahant sensus.

Præterea colligitur ex hoc §. si fideiussor. sententiam latam contra fideiussorem non nocere reo, nec prodesse, quia res inter alios acta aliis non prodest, nec nocet, & liberatio facta fideiussori, non prodest debitori. l. fideiussor. ff. de pact. & ad hoc istum text. singularem dicunt interpretes. *Sententia cōtra fideiussorem lata.*

Etiam colligitur, & si transactio nō perimit rem iudicatam, tamē in eo quod datum est, releuari rem iudicatam oportet.] quòd pecunia data transactionis causa, non potest exigi, cùm in debito rei iudicatæ computatur, vtpote, ad centū quis erat condemnatus, posteà partes transegerunt ad quinquaginta, quæ fuerunt transactionis nomine data, sed quia non valet transactio post rem iudicatam, certè proderunt illa quinquaginta ad sententiā, adeò vt nō possint exigi nisi alia quinquaginta, quia prima quinquaginta computantur in debito rei iudicatæ, & sic transactio inutilis non impedit executionem rei iudicatæ: nam quotiens vitiosè cautum est. pro non cauto habendum est. l. quotiens. suprà. qui satisda. cogan.

Vltimò, Iuriscon. probat de alimentis, vt quando non valet transactio citra Prætoris authoritatem, quod datum erit trāsactionis gratia proficiet ad alimenta, & si quid amplius alimentorum causa debetur, id præstabitur. *Transactio super alimentis.*

Aliæ leges videntur faciles, maximè l. cùm hi, quam Vlpia. verbis hîc satis facilibus ornauit. Et de his alimentis locutus fui in tract. meo de senten. prouisio.

uisio. in primo tomo Commenta. ad Constit. Regi. ob id alia non addam, nisi ad l. qui fidem. infrà. eod.

SVMMARIA.

1 *Seruans transactionem quando sortem & pœnam possit petere.*
2 *Pœna transactionis illicitæ peti non potest.*
3 *Faciens contra transactionem iuramento firmatam, fit infamis, & ad pœnam tenetur, omnéque commodum transactionis restituit.*

LEX XVI. HERMOGENIANVS LIB. I. IVRIS ἐπιτομῶν.

QVi fidem licitæ transactionis rupit, non exceptione tantùm summouebitur, & etiã pœnam, quam si contra placitum fecerit, rato manente pacto stipulanti rectè promiserat, præstare cogetur.

EX hac l. colligitur facientem contra transactionem, puniẽdum. Primo exceptione transactionis repelli poterit.

Secundò, vt ab eo alter transigentium possit petere pœnam appositam in transactione, si promissa sit, ideò consulit l. præcedens. vt apponatur, ex quo infert gloss. in l. ex parte, vbi etiam interpretes. ff. de verbo. oblig. consultorem posse decernere pœnam apponendam in contractu, si actus eius consilio fieri debeat, quod probat Bald. in l. sancimus. C. de verborum significatione.

Tertio, si sit apposita clausula, rato manente pacto, poterit reus, seruans transactionem, obiicere exceptionem transactionis, vt valeat transactio, & petere pœnam, & hoc ratione illius clausulæ, rato manente pacto, & sic ista clausula censetur apposita in fauorem tantùm seruantis transactionem, vnde cessat argumentum d. l. veteribus. suprà. titul. proxi. Et 1
hoc casu seruans transactionẽ poterit sortem & pœnam petere. Doctor. in l. cùm proponas. C. eodem. Alias si non sit apposita hæc clausula, rato manente pacto, non poterit quicquam aliud præter pœnam petere, nisi in contractibus bonæfidei, in quibus tacitè hæc clausula intelligitur, per l. prædia. ff. de actio. empti. Bald. in l. si pacto. col. 3. C. de pact. plenè Vital. de Camba. in tract. clausul. in hac clausula.

Trãsactionis pœna. Pœna tamen committitur tãtum semel, nisi clausula sit in instrumento apposita, quod toties pœna committatur, quotiens contrauentum fuerit transactioni, vt docet Specul. in tit. de arbi. §. sequitur. versi. quid si plura capitula. Bart. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de legat. 2. & Sali. in l. qui[illegible]iens. C. de fideicom. plenè Hyppoli. in singu. 472. clausula.

Etiam pœna peti non poterit, si trãsactio non valeat, per istum text. à contrario, ibi, licitæ transa- 2
ctionis, ergo si transactio sit illicita, non debetur pœna, vt docet hîc Accurs. quem sequitur Bald. in marga. in verbo, fides. q. 4. Probatur in l. nõ dubium. in fin. C. de legi. vt, si fortè transactum sit super alimentis sine Prætore, l. cùm hi. suprà. eodem.

Quartò, si iuramentum sit in transactione appositum, is qui contra transactionem facit, non solùm ad 3
pœnam tenetur, sed & restituit id quod ratione transactionis accepit, carebitque omni trãsactionis commodo, ac infamis efficietur. l. si quis maior. C. eodẽ. vide Barba. consil. 74. col. 11. in 3. vol. Petr. de Bella Pertica quæst. 350.

DIGESTORVM
LIBER TERTIVS.

De Postulando. TIT. *primus.*

SVMMARIA.

1 *Aduocati possunt à iudice cogi, vt consilium dent.*
2 *Foro prohibitus ne postulet, poterit nihilominus consulere.*
3 *Prohibitus postulare in iurisdictione vnius iudicis, non prohibetur in alia.*

LEX I. VLPIANVS LIB. VI. AD EDICTVM.

HVNC titulum Prætor proposuit habēdæ rationis causa, suæque dignitatis tuendæ, & decoris sui causa: ne sine delectu passim apud se postuletur. Ea propter tres fecit ordines: nā quosdam in totum prohibuit postulare, quibusdam vel pro se permisit, quibusdā & pro certis duntaxat personis, & pro se permisit. POSTVLARE autem est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eū, qui iurisdictioni præest, exponere: vel alterius desiderio cōtradicere. Initium autem fecit Prætor ab iis, qui in totum prohibentur postulare. In quo edicto aut pueritiam, aut casum excusauit.

HVnc titulū Prætor proposuit habendæ rationis causa.] Gl. exponit, id est, discretionis personarū. Videte an possit exponi rationis, idest,
1 consilij, vel sententię, aut propositi, vt Lucas in l. prima C. de iure fis. lib. 10. nam potest cōsilium ab Aduocatis iudex accipere, & cogere eos vt consilium dent. l. ij. vbi glos. C. de proximis sacro. scrinio. lib. 12. Et ibi Iacobus Rebuffus, & Bald. in marga. in verbo consilium. 6. q. illam gloss. probat, ac Panor. in c. cùm in veteri. col. 5. de elect. nu. 13.

Senatoria dignitas defenditur per doctos Aduocatos.

Dignitatis tuendæ.] Ex hoc text. habetur, dignitatem senatoriam & aliorum iudicum defendi per Aduocatos dignos, vtpote Doctores, & alios probos viros, & quodāmodo diminuitur authoritas iudicum, quando habent indoctos & malos Aduocatos, & Procuratores, apparitores, aut alios officiales: nam præsumitur quod ipsi similes sunt illis. c. peruenit. vbi gloss. 18. distin.

Decoris causa.] Honor est iudici habere Aduocatos excellentes, ideò Prætor his rationibus motus tres ordines fecit, quosdam in totum postulare prohibuit, vel propter pueritiā, vsque ad decimum septimum annum completum, qua ætate aut paulò maiore fertur Nerua filius publice de iure respōdisse. §. initium. in hac l. vel propter casum, vbi surdum prohibet postulare, quia eò quòd non audit, nō posset replicare his, quæ à reo proposita fuêre, & præceptum iudicis contemnere videretur quando non exaudiret.

Aduocationibus potest alicui interdici a iudice.

Notandum est iudicem posse alicui interdicere aduocationibus, id est, foro prohibere ne postulet ad tempus, vel in perpetuum pro delicti qualitate. l. prima. in fi. ff. de offic. præfec. vrb. l. moris. ff. de pœn. & si ad bieunium prohibuerit, finito tempore postulare poterit. l & si seuerior, ibi, *eò quòd post biennium remisisse tibi prohibitionem videtur* ex quib. cau. infrà
itrog. l prima. C. de his qui in exilium dat. lib. 10. Et 2
tempore quo est postulare prohibitus, consulere poterit, quia postulare, est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere, & qui consulit, non hoc facit, ergo non comprehenditur. d. l. moris. & l Paulus prima. in fi. ff. de legat. Et cui interdicitur foro, non poterit etiam tanquam Procurator in iudicio esse, quia illi fori exercitium est prohibitum. l si remunerandi. §. penul. ff. manda. l. ex ea causa. infrà eodem. ibi vide.

Et si Aduocato interdictum sit forum, nō censetur interdictum forum rerum venalium, sed tantùm iudicium, in quo postulabat, quia non potest extendi sententia vltra iurisdictionem iudicantis. l. cùm quidam. & l. fi. ff. de iurisdi. omn. iudi. Ideò prohibitus
postulare in Montepessulano, poterit Nemausi po- 3
stulare, tamen non prohibetur emere, vel vendere, nisi hoc prohibitum fuerit. l. septem diebus. C. de eroga. mili. anno. lib 12. l. speciebus. de coartal. ibidē. quicquid dicat Lucas in d. l. prima. C. de his qui in exilium. vbi etiam dicit istum posse gratis postulare. per l. Paulus. primam. in fi. ff. de legat. quod non puto. nec illa l. hoc probat. Aliàs fieret fraus sententiæ: nam ipse diceret se gratis seruire, vt plures haberet clientes, vt docet Bart. Aduocatos iuuenes & mendicos, sæpe gratis seruire, vt plures acquirant qui ad eos confugiant, in l. quod Nerua. nu. 32. ff. depos. Cepol. cautela 185. sed Purpura. in tit. de offic. Assesso. q. 4. in fin. tenet quem non posse consulere, si patrocinium sit interdictum ei, vt statuto eorum cautum esse asserit.

SVM

SVMMARIA.

1 *Postulare quis potest decimo octauo anno.*
2 *Procurator in iudiciis non potest esse ante xxv. annum.*
3 *Aduocatus mandati actione non obligatur.*

§. Pueritiam, dum minorem annis decem & septem, qui eos in totum compleuit, prohibet postulare: quia moderatam hanc ætatem ratus est ad procedendum in publicum, &c.

1 IN hoc §. colligi potest, quem posse postulare in decimo octauo anno incepto, & cõpleto decimoseptimo, quia Prætor ratus est hanc ætatem ad prodeundum in publicum sufficere in qua ætate, aut paulò maiore, fertur Nerua filius publicè de iure respondisse.

Doctor potest fieri decimo octauo anno. Et sic infertur quòd doctus potest effici Doctor, vel licentiatus in 18. anno. Et hoc vidi multotiẽs fieri, licèt de iure canonico Procurator in iudiciis esse nõ posũt ante 25. annũ: quia ipse actione mãdati obli-
2 gatur, & condemnatur, quod non est in Aduocato. c.
3 quia generaliter. in fi. de Procura. in 6. Specul. in tit. de Aduocat. §. primo. versic. item quod est minor.

Accurs. Ratus, exponit pro, cogitauit. Cogitatio autem, si non deducatur ad effectum, nihil est. l. cogitationis. ff. de pœn. ideò de sola cogitatione hic nõ intelligitur, sed Prætor arbitratus est hanc ætatem sufficere ad procedendum in publicum, in qua ætate quis ad beneficia sit habilis, scripsi in tract. de pacific. possessor. in 4. limita.

Notat etiam Accurs. hãc rationem, vt de his quæ sunt arbitraria, sufficiat dicere, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Vt, quare tres, & nõ plures anni, statuti sunt in vsucapionibus §. furtiuæ. de vsucapio. & non omniũ quę à maioribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest. l. non omniũ. ff. de legi. hãc gloss. uot. Fel. in c. si quando. col. 9. & 18. de rescript. & Benedi. in repeti. c. Raynutius. in verbo, in eodem testamento. primo. numer. 179. & sequen. de testa. ac Ioannes Ponzinis in tract. de lamiis. col. 10.

§. Ait Prætor, SI NON HABEBVNT ADVOCATVM, EGO DABO. Nec solùm his personis hanc humanitatẽ Prætor solet exhibere: verùm, &c.

VBi quis non inuenit Aduocatum, Prætor, id est iudex, in quo foro agitur, dabit. l. nec quicquã. §. Aduocatos. ff. de offi. Procon. imò poterit iudex cogere Aduocatum, vt aliquem tueatur, quia opprimi aliquem per aduersarij sui potentiam non oportet, d. §. Aduocatos. nisi contra cõsanguineos, & amicos, quo casu cogi Aduocatus nõ debet. Accurs. hic per l. humanitatis. C. de excusa. tutor.

Iudex potest Aduocatos distribuere. Item, si vnus acceperit omnes Aduocatos fori vtiliores, iudex distribuet, vt vnus accipiat vnum, & alter alterum, aliàs si ageretur contra potentem, pauper Aduocatum non haberet. l. prouidendum. C. de postulando, ibi, *Par causidicorum distributio fiat, & exæquetur partibus auxilium singulorum, & æqua diuisio procedat, &c.* Et ibi tex. vocat Aduocatos nobilissimos, de quo alibi dicam.

§. Sexum, dum fœminas prohibet pro aliis postulare. Et ratio quidem prohibendi, &c.

MVlieres propter sexus fragilitatem postulare prohibentur hîc, quia virile est officium. l. fœminæ. ff. de regul. iur. Et origo prohibitionis introducta est à Calphurnia improbissima muliere, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans causam dedit edicto Calphurniam inuenimus Titi Imperatoris vxorem, de qua Trebel. Pollio sic scribit. Huius vxor Calphurnia fuit, sancta & venerabilis fœmina, de genere Cæsorinorum, id est, Pisonum, quam maiores nostri vni virum sacerdotem inter sacratissimas fœminas adorarũt, cuius statuam in templo Veneris adhuc videmus Argolicam, sed auratam. Hactenus Pollio, ob id de ista intelligi non potest.

Alij dicunt Aphraniam dedisse causam, vt Alcia. lib. 2. Parergon, c. 37. adducẽs Valerium Maximum libro octauo: qualiscunque fuerit, non mutatur ob id iuris decisio.

§. Casum, dum cæcum vtriusque luminibus orbatum Prætor repellit, videlicet quòd insignia magistratus videre & uereri nõn posit.

ORbatũ vtroque lumine à postulando iudex repellere potest, quod insignia magistratus vidẽre, & uereri nõ posit, vnde Publius Cæcus Aspernati, vel (vt alij dicunt) Asprenalis, Nonij pater, cùm auersa sella à Bruto vellet postulare, fuit prohibitus. Iacobus Curtius in lib. 3. coniectura. c. 4. vide in mag. consue. tit. *des Aduocatz.* fol. 94. lib. 3.

Sed cæcus Senatorium ordinem retinet, & ideò iudicandi officio fungitur, vt hîc. & in l. cæcus. infrà. de iudic. *Cæcus potest esse iudex.*

In text. sed de hoc deliberabimus.] Iste tex. est valde notandus, non esse ex tempore de quæstionibus difficilibus respondendum, sicut faciunt Aduocati Parisienses, sed de hoc deliberandum est, vt verè consulatur. facit l. ij. §. Primus Diuus Augustus. ff. de origi. iur. ibi, *Et ideò si quis fiduciam sui haberet, delectarí se, populo ad respondendum se prepararet.* & in l. item veniunt. §. pridie. ff. de peti. hæred. post propositam quęstionẽ ibi, *Iurisperiti responderũs.* *Ex tempore de difficilibus non respondendum.*

LEX VIII. PAPINIANVS LIB. II. QVAESTIONVM.

IMperator Titus Antoninus rescripsit, eum, cui aduocationibus in quinquẽnium interdictũ esset, post quinquennium pro omnibus postulare nõ prohiberi. Diuus quoque Hadrianus rescripserat, de exilio reuersum postulare posse: nec adhibetur distinctio, quo crimine silẽtium, vel exiliũ sit irrogatum: ne scilicet pœna tẽpore determinata, contra sententiæ fidẽ in vlterius porrigatur.

EX iſto text. habetis, quòd Aduocatus interdictus poſtulare per quinquennium, eo finito poſtulabit, & exul ad quinquennium, eo exacto redire poterit per iſtum tex. quia vltima dies permittit, &c, vt dicunt Doct. licentiat.

Et ſic non requiritur ſuperioris licentia, argu. l. ſi quando. in fi. ibi, *His autem diebus effluxis liceat quidē teſtibus diſcedere à iudice nullam habente licentiam.* l. Falci. prima. in fi. ff. de Fal. Franciſ. Cremen. ſingul. 47. Conſulimus. Decius in c. quæſtioni. nota. vlt. de appel. facit l. prima. C. de his qui in exil. miſsi ſunt. lib. 10. vide quæ ſcripſi in l. quod iuſsit. 2. nota. nu. 337. cum ſequ. ff. de re iudi.

Erit tamen perpetuò infamis, ſi ex crimine infamante condemnatus fuerit. l. ad tempus. C. eod.

Natura ſentētiæ diffinitiuæ. Nec refragatur quòd ſententia ſit perpetua. l. fin. C. vt lite pendente. vbi docet Bald. naturam diffinitiuæ eſſe, vt perpetuum ſilentium imponat. l. ſeruus. C. de pœn. gloſſ. in c. ad Apoſtolicæ. de re iudic. in 6. ideò depoſitus ab officio, amplius illud habere non poteſt, niſi ex noua cauſa. l. prima. C. de poſtul. c. . de renūtiat. l. ſi aliquid. vbi Patruus meus Rebuf. C. de ſuſcepto. lib. 10. Bald. in c. primo. §. ſi duo. de pace tenen. Hoc eſt verum, quādo ſimpliciter profertur, ſecus ſi ad tempus, vt hîc, nempe caſtra per ſententiam deſtructa nunquam reparari poſſunt ſine Principis conceſsione, vt docet Ioan. Faber in d. l. ſeruus. ff. de pœn. Bar. in l. ſi quis adulterium. §. primo. ff. de adul. & Barba. in c. ex literis. col. 12. de Conſti. & in repetit. c. Raynaldus. col 85. de teſta. quod limitat Feli. in d. c. ex literis. cau. 11. & in c. fraternitatis. de hæret. etiam ex conceſsione Principis hoc fieri poterit.

Et an ſentētia durare poſsit vltra iuriſdictionē iudicis. gl. in c. à nobis. de ſemen. excom. Bald. in l. prima. C. de poſtul. Imol. in c. primo. col. prima. de loca. Petrus de Bella Pertica. q. 400. ſuper l. Imperator.

LEX IX. IDEM LIB. I. RESPONSORVM.

EX ea cauſa prohibitus, pro alio poſtulare, quæ infamia non irrogat, idéoque ius poſtulandi pro omnibus non aufert, in ea tantum prouincia pro aliis non rectè poſtulat, in qua præſes fuit, qui ſentētiam dixit. In alia verò non prohibetur, licèt eiuſdem nominis ſit.

PRohibitus ab vno iudice ratione furti, vel falſi, vel alterius criminis infamiam irrogantis, poſtulare non poterit alibi: nam quocunque vadat, infamis eſt, & infamibus prohibitum eſt poſtulare, & ſicut lepra ſequitur leproſum, ita & infamia hominē. gloſſ. in l. 4. ff. pro ſocio.

Prohibitus autem poſtulare in vna prouincia non ratione infamiæ, poterit in alia poſtulare, vt hîc. in fi. quia hæc ſententia non extenditur vltra locum, in quo iudex iuriſdictionem habet, nec vltra reſſortum & iuriſdictionem Curiæ ſupremæ, ideò Aduocatus prohibitus poſtulare in Curia ſuprema Pariſiēſi ratione fortè contemptus, & in tota eorū iuriſdictione, poterit Tholoſæ, vel alibi, extra eorum iuriſdictionem, poſtulare.

Etiamſi illa prouincia eius eſſet nominis, quod declarat Alcia. lib. 8. Parergon. c. 20. vbi ſcribit eas eſſe eius nominis, quia vna dicebatur Rhelia prima, altera Rhelia ſecunda, Belgica prima, & Belgica ſecunda.

Aduocatus verboſus. Quando dicitur Aduocatus infamis? Reſpondeo, dum prohibetur poſtulare ratione criminis infamiā inducentis, quæ exprimuntur in l. prima. infrà. titul. proxi. Si verò prohibeatur, quia verboſus ſit, vel ex alio crimine infamiam non trahente, non erit infamis, & in alio foro poſtulare poterit. Et ſic Aduocatus verboſus, officio Aduocationis priuari poteſt. Et hanc gloſſ. ſingul. adducit Roma. ſingul. 739. An nimis. & in additio. ad Panor. in procem. Decretal. col. 3. ac Purpura. in 3. q. nu. 105. cum ſeq. de offi. Aſſeſſo. c. infames. 3. q 7.

Gloſſ. vltima allegatur ſingul. à Bald. in marga. in verbo, caſtrum. q. 2. quòd caſtra & municipia debēt regi ſtatutis, & conſuetudinibus ciuitatis, pro his eſt text. in c. cùm olim, vbi plenè tractant interpretes, de conſuetu.

Quod eſt verum, quando ipſa municipia nō habent ſpecialia ſtatuta. Socin. conſil. 74. In præſenti. in primo vol. & Ioannes Bapriſta, in repeti. l. omnes populi. col. 4. ff. de iuſti. & iure. Barba. in c. nouit. col. 9. de iudic.

LEX X. PAVLVS LIB. SINGVLARI REGVLARVM.

II qui fiſci cauſas agunt, ſuam, vel filiorum, vel parentū ſuorum, vel pupillorum, quorum tutelas gerunt, cauſam etiam aduerſus fiſcum agere non prohibentur. Decuriones quoque cōtra patriam ſuam cauſam agere prohibentur, præter ſuperiores perſonas.

LEX XI. TRYPHONIANVS LIB. V. DISPVTATIONVM.

A Principe noſtro reſcriptum eſt, non prohiberi tutorē adeſſe pupillo in negotio, in quo Aduocatus contra patrem eius fuiſſet. Sed & illud permiſſum ab eo eſt, agere tutorem pupilli cauſam aduerſus fiſcum, in qua aduerſus patrē pupilli, ante Aduocatus fiſci fuiſſet.

COlligite, Aduocatum fiſci non poſſe pro alio poſtulare, quia in negotiis Regis eſt ſatis occupatus.

Aduocatus fiſci, quādo pro alio poſtulare prohibeatur. Quod eſt verum, quando iuſta habet ſtipendia, ex quibus viuere poſsit, aliàs contrà, ideò in hoc regno Aduocati fiſci, in Curiis ſupremis præfecti, pro aliis non poſtulant, quia iuſta habent ſtipēdia, & negotiis publicis valde occupati ſunt, ideò ea non debent deſerere.

In aliis verò Curiis inferioribus pro omnibus poſtulare ſolent, ſi cauſa fiſci non agatur, vel fiſci nō interſit, alioqui fame perirēt, cū parua habeāt ſtipēdia.

Tamen

Tamen patroni fisci causas eorum rectè tuentur, etiam contra fiscum, quia ordinata charitas incipit à seipso. l. Preses. C. de seruitu. & aqua. Poterit etiam postulare pro filiis suis, parentibus, & pupillis, quorum tutelam gerunt, etiam contra fiscum: nam quod ad priuatum commodum attinet, maior charitas esse debet in seipso, & parentibus, & filiis, quàm erga fiscum, secus quoad statum publicum, cui potius quis debet fauere, quàm patri. l. iumine. ff. de religios. Non prohibetur etiam Aduocatus fisci postulare pro pupillo, cuius tutelam gerit, etiamsi contra patrem eius fuisset Aduocatus. l. fin. ff. hoc tit. de postul. Triginta priuilegia Aduocati fisci scripsi in tit. de elect. deroga. in Concorda. Franciæ, alia, si operæpretium fuerit, dicam in titul. de Aduocat. in Constit. Reg.

De his qui notantur infamia.
TIT. II.

SVMMARIA.

1 *Debitores bonis cedentes, quamuis eorum bona idcirco venierint, infames non sunt.*
2 *Infames neque dignitates, neque beneficia obtinere possunt.*
3 *Mulctatus tali causa, quæ infamiam irrogat, in Francia infamis non erit.*
4 *Frater rumpit testamentum fratris per institutionem illegitimi.*
5 *Restringitur.*

Infamia triplex. ISte titulus declarat, qui notentur infamia, & causas ex quibus, & est facilis, & ad eius intellectum notandum est triplicem esse infamiam, iuris, facti, & iuris & facti simul. Iuris infamia est, quæ à iure imponitur, vt si quis condemnatus furti, iniuriarum, vel doli mali fuerit, & in aliis casibus, in l. j. & per totum istum titulum, cõscriptis. Et interdum à iure infligitur, etiam sine sententia, sed ipso iure. l. amissione. §. j. ff. de capit. diminut. l. infamia. C. de decurio. lib. 10. l. quisquis. C. ad l. Iuliam, maiest. Aufrer. in decisio. Tholos. q. 173.

Infamia facti est, quando factum quod quis commisit, notat committentem apud bonos & graues, tamen à iure non notatur. text. in l. ij. ff. de obsequiis. ibi, *Licèt enim verbis edicti non habeantur infames ita condemnati: re tamen ipsa & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam.* quem text. singul. notat Lanfranc. in repet. l. admonendi. col. 22. ff. de iureiur. 1 in 1. conclus. Barbat. in c. 1. col. 5. de constit. & Ias. in §. sic itaque. num. 22. de actio. in Instit. Et debitores, qui bonis cesserũt, licèt ex ea causa bona eorum venierint, infames non sunt. l. debitores. C. eodem quadam tamen infamia facti notantur apud bonos & graues, sicut increpatio patris in filios, l. ea quæ pater. C. eodem. si tamen talis infamia emanauerit apud plures. Panor. in cap. 2. col. 10. versic. ad vltimum. de ord. cognit. Alciat. in tract. præsumpt. regul. prima. præsumptio. 15.

Alia est iuris & facti simul, quæ mixta dici potest, & potest cõprehendi sub simplicibus, l. ij. ff. de verb. oblig. Vnde si fur condemnatus fuerit furti, & fustibus ea ratione cæsus, notatur vtraque infamia, licèt ictus fustium, sine causa factus, non infamet, secus ex causa. l. ictus. infra eod. l. fustibus. C. eodem. sed furti damnatus citra verbera, iuris tãtùm infamiam patitur, l. furti. C. eodem. sed nullum infamiæ detrimentum patitur is, eo quod in carcerem, vel vincula iussu iudicis coniectus est, l. j. ibidem. quia carceres etiam Sancti, vincula, & verbera experti sunt, vt docet Salomon in Eccles.

Infamia Canonica. Alij dicunt infamiam quandam esse Canonicam, quam contrahere quis dicitur per peccatum, vel quando à canone infligitur, c. infames. 6. q. 1. ca. testimonium. vbi Doct. de testib. tamen omnes infames de iure ciuili, sunt etiam infames de iure Canonico, cùm nihil in hoc sit ab eo iure immutatum. c. omnes verò. 6. q. 1. Innocen. in cap. qualiter. de accusa. & vterque suis remittit infamiam. cap. 1. vbi Archid. & Doct. 10. distinct. Felin. in c. cùm te. de re iudic. Doct. in c. nouit. de iudic.

Infamia iuris effectus. Effectus iuris infamiæ sunt, vt infames non possint dignitates obtinere. l. ij. C. de dignita. vbi sic scribitur: 2 *Neque famosis, & notatis, & quos scelus vitæ, aut turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis porta patebunt.* l. j. C. de infa. lib. 10. item non possunt habere beneficia. cap. 2. de rescript. vbi Doct.

Infames ad testimonium non admittuntur. Testimonium ferre non possunt, nisi in causa symoniæ, & hæresis. c. tanta est labes. de symon. l. iij. §. lege. vbi Iacob. ff. de testib. dicunt in subsidium. l. ob crimen. ff. de testib.

Postulare etiam prohibentur, l. j. §. ait Prætor. suprà. tit. proximo.

Non potest esse iudex, nec Assessor. l. ij. ff. de Assessor. c. infames. 3. q. 7. l. iudices. C. de dignit. lib. 12.

Imò nec Notarius esse potest infamis, quia testis est Notarius de actu, quem conficit, l. Domitius. ff. de testamen. & infames sunt prohibiti à testimonio, vt dictum fuit, & licèt vile sit Notariorũ officium, quia omnibus seruire tenentur, l. vniuersos. C. de decur. tamen infames illud obtinere non poterunt. Lucas ibidem.

Princeps solus iuris infamiam remittit. Et hanc infamiam solus Princeps remittere potest, si potestatem habeat supremam §. de qua. suprà. de postul. Panor. & alij in c. cùm te. de re iudic. in spiritualibus autem Papa. c. ideò. 2. q. 6. Barbat. consil. 3. Et quidem in 2. vol.

Curiæ autem supremæ habent potestatem statuendi, ne condemnatus in infamiam incidat, sed postquam est infamis, non possunt remittere, vt dixi in l. aliud. ff. de verbor. signific.

Nec possunt hodie Curiæ supremæ, quod olim poterat Senatus, nec tantam habent potestatem, vt olim Senatus Romanus, vt est omnibus obuium. 3 Hodie cùm omnia crimina extra ordinem in Frãcia agantur, mulctatus etiam tali causa, quæ infamiam irrogat, non erit infamis. teste Spec. in tit. de senten. §. species. versic. quid in aretagiis.

Infamiam verò facti solus Deus remittere potest, non autem Princeps, quia facta non potest tollere. c. ex tuarum. in fin. de purga. cano. & Alber. in d. l. ij. ff. de obseq. text. in c. Euphœmium. ibi, *Infamiam tamen abolere non possumus.* 2. q. 3. potest tamen facere Princeps, vt illa facti infamia non habeat aliquem infamiæ effectum. c. cùm in iuuentute. de præsumpt. cap. Meonam. 2. quæstione 4. quia illi effectus sunt

de iure inducti, & hi sunt huius infamiæ effectus.

Effectus infamiæ facti. Primò, turpitudo siue infamia facti segregat ab honestorum cœtu virorum. l. ij. C. de dignit. lib. 12.

Hæredum infamia. Item frater potest rumpere testamentum fratris per querelam, si scripti hæredes infamiæ, vel leuis notæ macula aspergantur, l. fratres. C. de inoff. testa. & sic infamia facti sufficit. Vnde si quis instituerit vsurarium, cùm sit infamis, l. improbum. C. eodem. frater testamentum irritabit querela, vt docet Matthæ. nota. 49. Quod omnes.

4 Imò, si frater instituisset illegitimum, alter frater rũperet testamentum, & obtineret fratris hæreditatem, Bald. in l. cùm autem. C. de instit. & substit. refert Benedictus in repet. c. Raynutius. in verbo, de clera. num. 18. de testam. nec poterit illa turpis persona aliquam detrahere quartam. vt docet Boleg. consil. 15. Viso casu. in fine.

5 Nisi institueret consanguineum turpem, vt sororem meretricẽ, tunc consanguinitatis ratione frater non rumpet testamentum fratris, teste Hyppolito in l. vnica. num. 199. C. de raptor. virgi. & l. Diuus. nu. 5. de parricid. *Spurius sacerdotis, institutus hæres.* Diuersum est, si sacerdos filium suum spurium institueret, vt consuluit Ias. consil. 71. Præsentem. col. 2. in 1. vol. si tamen frater, vel soror fuerit institutus in aliquo, poterit petere legitimæ supplementum, & non rumpere testamentum in totum, per l. omnimodò. C. de inoffic. testam. quia non debet esse melioris conditionis, quàm descendentes, & ita iudicauit magnum consilium Neapolitanum, vt refert Matthæus de Afflictis decision. 104. Quidam. sed communis opinio est in contrarium, quia in d. l. frater. non agitur de supplemento legitimæ, sed de testamento fratris rumpendo, & sic de omnibus bonis, vt alibi dicam.

Repellit etiam à testimonio in criminali, & in arduis causis, glos. in l. iij. §. duæ. in verbo, non eandem fidem. de Carbo. edict. sed in ciuili non reiicitur: de fide tamen illius diminuitur, vt not. Doct. in l. j. C. de summa Trinit. Iacob. in d. l. iij. §. lege. col. vltim. ff. de testibus. quia probationes in criminibus debent esse luce meridiana clariores. l. fin. C. de probat. & testes omni exceptione maiores, vt docet Aufrer. in decis. Tholos. q. 173. Et ibi testes esse debent integræ opinionis, vt in probanda ingratitudine vassalli, testes isti reiicientur, per text. in cap. vnico. quòd testes sint necessarij ad probãdum ingratitudinem. quem text. singul. dicit Ludouicus Roman. singular. 463. Dubitatio.

Etiam à dignitate iste infamis reiicitur, l. ij. C. de dignitat. & l. infamia. C. de decurionib. lib. 10. Panor. in c. super eo. de elect. & à muneribus publicis: nam hæc officia mundis dari debent. c. ventum. 1. quęst. 1. Ioan. de terra Rubea in tracta. contra rebel. Regis, 11. conclusione 3. tractatu. artic. 10. & non recipitur ad tutelã illustris personæ, vel nobilis. Bal. in l. Cassius. ff. de Senat. Doct. in c. testimonium. de testib. Christoph. Porc. in §. suspectis. de suspect. tutor. in Instit.

Non recipitur etiam ad tutelam illustris personæ, vel nobilis. Bal. in l. Cassius. ff. de Senator. & Doctor. in c. testimonium. de testib. Christophorus Porc. in d. §. suspectis. de suspect. tutor. in Instit.

Adhæc notã illos infames, qui indigna sibi petunt loca, cap. infames. 6. q. 1. & per illum text. vides quot magistratus hodie sint infames, qui nedum loca indigna illis petierunt, verùm etiam maximo pretio emerunt. ô ambitio! ô cæcitas! ô damnata symoniaca labes!

Vltimò est notandum in l. finali. infrà eodem. ibi, ***Si quis in bello ceciderit, & si corpus eius nõ compareat, lugebitur.*** per quem text. dicit Bartol. iustam probationem mortis esse, si aliquis intrauerit bellum, & posteà non reperiatur. Plura adducit Cornel. consil. 251. in fin. vol. primo.

DIGESTORVM LIBER QVARTVS.

De in integrum restitutionibus. TIT. I.

LEX I. VLPIANVS LIB. XI. AD EDICTVM.

VTILITAS huius tituli non eget cõmendatione: ipse enim se ostẽdit. Nam sub hoc titulo plurifariã Prætor hominibus, vel lapsis, vel circumscriptis subuenit: siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia inciderunt in captionem.

IN hac lege quinque modis quis restituitur, vel propter metum, vel propter calliditatem & dolum, aut propter ætatem, aut absentiam, siue si quis per errorem læsus fuerit, aut per status mutationem. l. ij. ibidem. & de his sunt tituli inferius.

LEX III. MODESTINVS LIB. VIII. πανδεκτῶν.

OMneis in integrum restitutiones causa cognita à Prætore permittuntur: scilicet, vt iustitiam earum causarum examinet, an veræ sint, quarum nomine singulis subuenit.

ITaque in integrum restitutiones, causa cognita, à Prætore permittentur, scilicet vt iustitiam earum causarũ examinet, an veræ sint, quarũ nomine singulis subuenit, scilicet læsis. Et sic Prætor permittebat restitutionem fieri: causa tamen cognita, non aliàs. Item iustitiam causæ examinabat, id est, an iustum esset eum restitui ex causa allegata: præterea oportebat probare causam metus, vel aliam allegatam veram, & tunc demum Prætor restitutionem permittebat.

Praxis restitutionũ in Frãcia. Hodie in hoc regno Princeps post facti narrationẽ concedit literas iudicibus suis directas, quibus mandat, vt petitorem restituant, si ita sit: & tunc iudices iustitiam causæ examinant, pars demum probat, quæ in literis allegauit, videlicet causam veram esse, & posteà iudex his visis pronunciat literas comprobandas esse, quod vulgò dicunt interinandas, & res metu præstitas restituendas iudex decernit. Ista est praxis harum restitutionum, & iudices seculares non restituunt sine literis à Principe, vel Cancellaria emanatis, quod non procedit in Curiis supremis, quæ interdum solent etiam sine literis restituere, sed perrarò. & de his restitutionibus edidi tractatum in Commentariis ad Constitutiones Regias in 2. tom. ideò non repetam hic.

LEX IIII. CALLISTRATVS LIB. I. EDICTI MONITORII.

SCio illud à quibusdam obseruatum, ne propter satis minimam rem, vel summam, si minori rei vel summæ præiudicetur, audiatur is, qui in integrum restitui postulat.

ETiam pro re minima restitui quem Prętor nõ permittit, si maiori rei, vel summæ præiudicetur, aliqui contrà: nam actionem de dolo permittit, si de duobus aureis agatur, l. non est. infrà. de dolo. & pro aliis, quæ non sunt iam odiosæ, permittet etiam pro minimo damno actionem Prætor, in l. si proprietatius. in princ. ff. de damno infecto. & maiorem restituendum ex sola affectione permittit Iurisconsul. in l. si in emptionem. ff. de minor. & restitutio datur illi, quando aliquid minuitur. l. minoribus 25. annis subuenitur infra. de minor.

Et sic per istum textum dicere possumus, quem restituendum etiam pro re minima, & sic etiam in rebus mobilibus quẽ restituendum docent interpretes, si vltra dimidiam pretij iusti partẽ quis deceptus fuerit, l. ij. C. de rescin. vendit. & cum causa. de empt. quod non seruatur ex consuetudine Franciæ, nisi res essent pretiosæ, vt firmat Masuet. in tit. de empt. §. item pro re mobili. & in stylo Parlamen. in titul. de actio person. §. j. *Restitutio pro re minima.*

Secundò, non restituitur quis pro re minima, si maiori rei, vel summæ præiudicetur, vt si plures res sint vna summa venditæ: tamen vna res fuit non bene æstimata, si quis in illa velit restitui, non audiretur, quia fieret maiori rei præiudicium, quod non permittit iste text. & l. cùm eiusdem. ff. de ædil. edict. Dec. consilio 411. Plenè. & cap. maioribus. de præbend. vbi in pœnalibus & odiosis limitat, vt si quis puniendus sit pro vulnere, non puniatur pro vulnusculo. l. j. §. vitium. ff. de ædil. edict. l. Senatus. §. Marcellus. de legat. j. Alexand. consil. 104. Statutum. in fin. vol. 1. Ludouic. Roman. in repetit. l. si verò. §. de viro. col. 11. & sequen. ff. solut. matri. Corset. in suo tract. de nummis. & Iason in consil. 63. col. 7. vol. 3. & in §. cursus.

§.rurſus. de actio. in Inſtit. etiam docet Bart. in l.j.§. item ſolet. in fin. ff. de offic. Præfect. vrbis. non vitiari inuentarium ſi res modica omiſſa ſit : quia de modico non curatur. Hic ſexcenta ſimilia poſſem adducere, verùm ea omittam : nam Corſet. in d. tractat. ſuo de nummis, multa congeſsit, quæ ibi videri poſſunt. Nam ego in cumulandis materiis nõ delector.

Lex v. Paulus lib. vii. ad Edictum.

NEmo videtur re excluſus, quem Prætor in integrum ſe reſtituturum pollicetur.

PEr iſtam l. vidi maximam controuerſiam, ſi is, qui vendiderat domum, deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, pro qua literas reſtitutionis impetrauerat, interim tanquam ciuis reputari debeat, & ad honores & munera admitti, ad quæ nõ recipiuntur non habentes ibi ſaltem vnam domum, & allegabatur hæc lex, vt is non videatur excluſus, quem Prætor ſe pollicetur reſtituturum, & qui actionem ad rem habet, rem ipſam habere Iuriſcon. firmat, in l. qui actionem. ff. de regul. iuris. & in fauorabilibus hoc conſequirem, in odioſis non habere rem, dicere poſſumus, vt Decius, & alij in d. l. qui actionem. docent, vbi alia ſcribuntur.

Promiſſa nobilium.

Pollicetur.] Allegatur hic text. quòd promiſſa, debita ſunt, & huic text. adducit Bonus de Curtili in tractat. nobilitatis. in quarta parte. in 3. priuilegio. quòd promiſſa nobilium pro factis habentur. Nobilitas legẽ ponit, vt debere ſe exiſtimet, quod ſpontè tribuit, c. primo. de donat. ſed hoc eſt verum in veris nobilibus, at ſola caro & genitura hoc non præbet, vt expertus ſum in multis, & quicquid promittant, ***non ty fidare***, quia plura promittunt, & pauca faciunt, & qui vidit, teſtimonium perhibet de his.

Lex vi. Vlpianus lib. xiii. ad Edictum.

NOn ſolùm minoris, verùm eorum quoque, qui Reipub. cauſa abfuerunt, item omnium, qui ipſi potuerunt reſtitui in integrum, ſucceſſores in integrum reſtitui poſſunt, & ita ſæpiſſime eſt conſtitutum. Siue igitur hæres ſit, ſiue is cui hæreditas reſtituta eſt, ſiue filiifamilias militis ſucceſſor, in integrum reſtitui poterit, &c.

Reſtitutionis beneficium poteſt in alium transferri.

IN integrum reſtitutiones tranſeunt in ſucceſſores, ſi minor læſus, vel maior eam non petierit, poterit ſucceſſor eam petere, l. non ſolum. cum ſeq. vide Franciſc. Cremen. ſingul. 117. Hæc [illegible] minoris. & hoc ſi tempora largiantur, id eſt, ſi contra tempus præſtitutum petatur reſtitutio.

Et ſic per iſtum text. patet beneficium reſtitutionis cedi poſſe, ſi fortè minor pauper erat, & non poterat proſequi, vt gloſ. & Doct. firmant. in l. ſi minoris. ff. de admin. tutor. Guido Papa in deciſio. Delph. q. 141. ſi minor.

Lex vii. Marcellus lib. iii. Digeſtorum.

DIuus Antoninus Marcio Auito Prætori de ſuccurrendo ei qui abſens rem amiſerat, in hanc ſententiam reſcripſit. Et ſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolemnibus: tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt. Itaque ſi citatus non reſpondit, & ob hoc more ſolito pronuntiatum eſt, confeſtim autem te ſedẽtem pro tribunali adiit, exiſtimari poteſt, non ſua culpa, ſed parum exaudita voce præconis defuiſſe: ideóque reſtitui poteſt.

REſtituitur citatus, ſi non comparuerit eo tempore, quo in iudicio vocatus fuit, ſed venit iudice ſedente pro tribunali. Alber. in 2. parte ſtatuto. quæſt. 227. adducit hanc l. Ego autem poſui regulam cum amplia. & limita. in tractat. de contuma. artic. 2. in tertio tomo Commen. ad Conſtitut. Reg. ideò hîc non repetam.

Lex viii. Macer lib. ii. de Appellationibus.

INter minores 25. annis, & eos qui Reipu. cauſa abſunt, hoc intereſt, quòd minores annis, etiã qui per tutores curatorésue ſuos defenſi ſunt, nihilominus in integrum contra Rempub. reſtituũtur, cognita ſcilicet cauſa. Ei verò, qui Reipublicæ cauſa abſit, cæteriſque qui in eadem cauſa habentur, ſi per Procuratores ſuos defenſi ſunt, hactenus in integrum reſtitutione ſubueniri ſolet, vt appellare iis permittatur.

GLoſſa plenè loquitur de abſentia, quam probat Bald. in margar. in verbo, abſentia. & Petrus Iacobi. in ſua practica de in integrum reſtitut. in perſonali alia eſt gloſ. in c. biduum. in verbo, audiatur. 2. q. 6. & Dec. in c. conſultationibus. col. 2. de officio deleg. Iaſ. & Gomeſ. in §. rurſus. col. 2. de action. in Inſtit. alia dicentur in tit. ex quib. cauſ. maior.

Abſens Reip. cauſa quomodo reſtituatur.

Notandum eſt quòd abſens Reipubl. cauſa ſi eſt legitimè defenſus, reſtituitur ad appellandum, ſed non ad totam cauſam, per gloſ. & Barto. hîc. ſecus ſi non eſſet defenſus.

Sed ſi non poſsit appellari, vtpote quia eſt à Curia ſuprema quis condemnatus, reſtituetur ad producendum illud inſtrumentum, vel ad faciẽndum illum actum, in quo fuit læſus: & ita vidi concedi literas, vt non obſtante areſto illi, in quo Parlamento fuit iudicatum, ſecundum ius pronuntiarent, & talem impetrantem reciperent, ad illud faciendum, quod feciſſet, ſi abſens non fuiſſet.

De eo quod metus causa gestum erit. Tit. II.

Lex I. Vlpianvs lib. XI. ad Edictvm.

Ait Prætor: Qvod metvs cavsa gestvm erit, ratvm non habebo. Olim ita edicebatur: Qvod vi metvsve cavsa. Vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impositam contrariam voluntati: metus autem, instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatione. Sed posteà detracta est vis mentio: quia quodcunque vi atroci fit, id metu quoque fieri videatur.

VLpian. hic primùm Prætoris edictum, posteà metus definitionem præbet, & demum verba edicti Prætoris elucidat: itaque consideranda sunt Prætoris verba, & edictum, quod sic conceptum fuit, Quod metus causa gestum erit, ratum non habebo.

Si res metu tradita, cautióue, aut acceptilatio exorta, aut alioqui cui quid ablatum esse dicetur, neque ea res arbitrio iudicis restituatur, quanti ea res erit, in quadruplum intra annum, quo primum experiundi potestas erit, post annum in simplum, causa cognita, iudicium dabo.

Ista verba, Quod metus causa gestum erit, ratum non habebo, posuit Spiritussanctus in ore Prætoris, & illa vox Prætoris est vox Dei per hominem prolata, vt refert Bald. & ibi Barbat. in titu. de controuer. inuesti. in fine. & Bald. in l. nominationes. col. 2. C. de appel. & Barbat. consilio 1. col. 1. in 1. vol. Postquam igitur hæc à Deo optimo maximo emanarunt, amplectenda & amplianda sunt, tanquam fauorabilia.

Edicti duæ partes. Imprimis duo còntinet hoc edictum. Primum, vt factum metu ratum non habeatur. Dicit Aesopus, Non stant fœdera facta metu. Secundum, si res metu tradita, aut alius actus perfectus arbitrio iudicis non restituatur, in quadruplum agetur intra annum: si post annum agatur, in simplum agi poterit, causa cognita.

Itaque postquam Vlpian. Prætoris posuerit edictum, refert olim in edicto Prætoris fuisse ista verba, Quod vi metúsue causa, sed postea detracta est mentio vis, eò quòd si quicquam vi fiat, & metu fieri censetur: ideò hæc dictio, metus, & vim continet, vt habetur in l. j. & seq. Vnde licèt in hoc titul. vis sit sæpe facta mentio, tamen hoc fit in factorum narratione, sed Imperator C. eodem. insequens edictum Prætoris inscripsit, de his quæ vi metúsue causa fiunt, sic & Papa in Decreta. sed Vlpian. videns hoc non esse necessarium, omisit.

Definitio metus. Secundò Iurisconsul. metum sic definit, cùm in edicto sit metus habita mentio. Metus est instantis periculi, vel futuri causa mentis trepidatio: nã trepidamus periculum mortis instãs, vel futurum, & ille dicitur metus. Cicero libro 3. Tuscul. quæstio. dicit metum esse opinionem magni mali impendentis, & ægritudinem esse opinionem magni mali præsentis, vel est passio voluntatis contra naturam, quia homo est animal naturaliter liberum. teste Barbat. in rub. de testam. col 5. in 2. lectura. & Aristotel. libro Ethicorum 3. metum veteres definisse ait, esse expectationem mali, metuimus autem omnia mala, vt infamiam, mortem, & similia, & cùm ea de proximo expectamus.

Verba Notarij in instrumentis apponi solita. Vnde solent Notarij, vt iste metus euitetur, in instrumentis dicere: *Talis Titius non vi, nec metu coactus, sed sponte, ac sua mera liberalitate donauit, &c. vel vendidit, &c.* vt docet Vital. de Camba. in tract. clausul. in clausula non vi, nec metu, quia actus factus metu, non valet iure naturali, vt dicit Innocen. in c. quod sicut. in glo. mag. de elect. quia est contra liberi arbitrij supremum thesaurum à Deo homini datum Bald. in §. item sacramenta. colum. 2. de pace iuram. firman. Inferiùs dicetur, an valeat actus metu factus.

Ideò, si Notarius istam clausulam, *non vi, &c:* apposuerit, nesse sciens metum, puniri debere extra ordinem, si posteà probatus sit à parte metus: debet ergo cauere Notarius ne hoc scribat, si verum non sit, vt docet Ias. in authen. sacramenta. nu. 24. & seq. C. si aduers. vendit.

Vis atrox, quæ vocetur. Atrocem vim vocat hic Iurisconsul. eam, quæ fit contra bonos mores, & maiorem & acerbiorẽ quàm sit cõmuniter, & maioris mali, vocat in l. iij. & v. Et atrox iniuria quæ dicatur, dixi in §. atrox. de iniur. in Instirut. declaraui in tit. ff. de verbor. significatio. quid sit.

Lex III. Vlpianvs lib. XI. ad Edictvm.

COntinet igitur hæc clausula, & vim & metum: & si quis vi compulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur Sed vim accipimus atrocem, & eam, quæ aduersus bonos mores fiat: non eã, quã magistratus rectè intulit, scilicet iure licito, & iure honoris, quem sustinet. Etenim si per iniuriam quid fecit populi Romani magistratus, vel prouinciæ Præses, Põponius scribit hoc edictum locum habere: si fortè, inquit, mortis aut verberũ terrore pecuniã alicui extorserit.

Vis à magistratibus fit duobus modis. IN hac lege dicitur vim inferri à magistratibus duobus modis posse, aut licito iure, & iure officij quod obtinet, aut illicitè: licitè fit, si quis sub pœna tenebatur soluere centum, vel iurauerat, si iudex illi præcipiat, ne soluat, excusatur ratione præcepti iudicis, & iure fit licito. l. fin. ff. de lege commisso. nisi pars procurauerit. Bald. in c. sanè. de offic. delegato. Felin. in cap. cùm contingit. in fin. de rescript. Dec. in l. nõ videtur. §. qui iussu. ff. de regul. iur. & consil. 98. Iuridicam. quia semper excepta videtur authoritas superioris. c. venientes. de iureiur. & iuris executio non habet iniuriam. l. iniuriarum. §. j. ff. de iniur. l. quemadmodum. §. si magistratus. ad legem Aquil.

Ias.

Iaſ.conſilio 72.In cauſa. in 1.volum. ideò licèt cogat condemnatum per vim ad reſtituendum rem,etiam manu militari, iure hoc facit. l. qui reſtituere. ff. de rei vendic.

Vis à magiſtratu illicitè illata.

Illicitè vis infertur à magiſtratu, ſi per iniuriam, & non iuris authoritate aliquid faciat, vt ſi fortè mortis, aut verberum terrore pecuniam extorſerit, & tunc habebit locum hoc edictum: etiam aduerſus magiſtratus, & pecunia data illis repeti per hanc actionem, quod metus cauſa, poterit. vt ſcribit Pompon.in l iij. iſto tit.& Imperator in l. *Si per impreſſionem quis aliquem metuens, ſaltem in mediocri officio conſtitutum, rei ſuæ in eadem prouincia, vel in loco, vbi tale officium peregit, ſub venditionis titulo fecerit ceſſionem, & quod emptum fuerit reddatur, & nihilominus etiam pecunia retineatur, ſimili pœna ſeruanda, ſi qui vel coniugis, vel amici nominibus abutentes, prædium tamen ſibi acquirant.* C.eodem.

Notandum eſt in hoc regno vix agi contra magiſtratus extra tres caſus poſſe, ſcilicet doli, fraudis, & concuſſionis, ſed iſti tres caſus alas habent amplas, & multos alios continent caſus: ideò extorquendo pecuniam, dicitur concuſſio, vt in l.j.ff.de concuſſio. ergo etiam in hoc regno teneretur iſte magiſtratus.

LEX V. VLPIANVS LIB. XI. AD EDICTVM. & LEX VI. CAIVS LIB. IIII. AD EDICTVM PROVINCIALE.

TErtiò, declarat hìc Iuriſconſult. de quo metu intelligatur, ſic dicens in l. Metum accipiendum, vt Labeo ait, non quemlibet timorem, ſed maioris malitatis. Item, Metum autem non vani hominis, ſed qui merito in hominem conſtantiſsimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus. & Vlpian. ſic ſcribit: *Metus autem cauſa abeſſe videtur, qui iuſto timore mortis, vel cruciatu corporis conterritus abeſt, & hoc ex affectu eius intelligitur. ſed non ſufficit quolibet terrore obductum timuiſſe, ſed huius rei diſquiſitio iudicis eſt.* l metus.ff.ex quibus cauſis maio.

Hoc pulchre diſſerit Ariſtotel. libro 3. Ethicorum. cap.6. & ſeq. vbi maius malum mortem, vel infamiam vocat: nam mors & infamia æquiparantur. in l.iuſta. ff.de manumiſ. vindic. & in l. iſti quidem. infrà.

Timor infamiæ.

Tamen declarat Iuriſcon. in l. ſequente. nec timorem infamiæ contineri hoc edicto, ſcilicet de facto, dicit ibi Accurſ. Nempe ſi centum alicui promiſero, ne me diffamaret, non metus actione agam, neque ſi ob alicuius vexationis timorem dederim, per hoc edictum reſtitui debeo: nam etiamſi quis vexet me per lites, & fiat tranſactio, non poterit reſcindi, eò quod iniuſte litibus me vexabat, vel aliàs, quia poſſum me defendere, & poſtea ille condemnabitur, nec hoc cauſa metus factum cenſetur, per iſtum textum.

Et ſic datum cauſa redimendæ vexationis non repetitur per hanc actionem, vt abundè etiam ſcripſi de iure Canonico in Praxi beneficiorum. in 3.parte. tit.de ſymo.in reſigna. nam dicit Euripides, Non ſapit ille, qui in metu quidem infirmus eſt, animo autem collecto nimium eſt arrogans.

Meticuloſus quis non reſtituatur.

Nec etiam reſtituitur meticuloſus, ſi rem vllam fruſtrà timuerit: quoniam nec vi neque metus cauſa factum eſt, § proinde. ibidem. ideò ad ſolùm cymbali ſonum non eſſe fugiendum, aſſerit hìc Angel. niſi ſeditionis cauſa pulſaretur, qui tunc eſt valde timendus. Si tamen in flagitio deprehenſus, quid dederit, poterit reſtitui: timuit enim mortem, vel vincula, & ideò eſt iuſtus metus, vel ſi timebat, vt proderetur, quod facit contra iudices, & Apparitores, qui ſic recipiunt. Tu videto hìc Baldum.

Notandum eſt, repertos in crimine flagranti, à quocunque prehendi poſſe, qui ſi occidantur reſiſtendo, impunè hoc fit, quia omnis capiens erat iuſtitiæ, hoc caſu, executor. argum. l. ſi ſeruus. C.de his qui ad Eccleſ.confuger. vt docet Bald. in l. nec timorem. ff.de eo quod metus cauſa.

Metus quis locum habeat.

Item quamuis in l. metum. text. loquatur in ſuperlatiuo: recipitur tamen metus, qui in conſtantem virum cadere poteſt, vt firmat Dec. in l. in omnibus cauſis. ff.de regul. iuris. Hyppolit. ſingul.407. Non omnis. Barbat. conſil.30. in 3.vol. & conſil.18. col.8. in 4.vol. Albertus Brunus conſilio 82.col.2. in feud. id eſt, ſi talis metus inferatur Titio, qui conſtantem etiam virum terruiſſet, habet locum iſtud edictum: ſi verò quis meticuloſus fruſtrà timuerit, per hoc edictum non reſtituitur, quoniam neque vi, neque metus cauſa factum, vt hìc l. vij. & l. item quæritur. §. exercitu. ff. locati.

Et licèt factum metu leui, non cadente in conſtantem virum, non infringatur hoc edicto: tamen officio iudicis literis impetratis reſcindetur. l. fin. §. ſi fœnerator. vbi dicetur. infrà eodem. l. j. §. quæ onerandæ. quarum rerum actio non datur. Benedict. in repetit. c. Raynutius. in verbo, condidit. in 2. de teſta.

Metus iuſtus.

Et ideò dicendum eſt metum mortis, cruciatus corporis, verberum, aut vinculorum eſſe iuſtum, & à iure approbatum: alius verò metus an ſit iuſtus, reſidet in arbitrio iudicis, pro qualitate perſonæ, tam metum inferentis, quàm metum patientis. Innocen. & alij in c. cùm dilectus. iſto tit. Decius in cap. finali. de appellat.

Sponſalia coacta.

Vnde iudicata fuerunt ſponſalia coacta, facta filiæ minante ei patre, vt ſi illa non acciperet oblatum virum, ipſe daret alium maritum vilem filiæ, & pro hoc allegaui (dum eſſem in conſilio) text. hìc, & in l. ſi quidem. infrà eod. ibi, *Si is accipiat pecuniam, qui inſtrumenta ſtatus mei interuerſurus eſt, niſi dem, nõ dubitatur quin maximo metu compellar.* Pater ergo erat interuerſurus ſtatum filiæ, dando filiam ſuam egregiam alicui vili, igitur iſte fuit maximus metus, vt fuſiùs ſcripſi in quodam conſilio ſuper hoc edito, & ſic fuit iudicatum.

Metus purgatus.

Si tamen quis cognoſcat illam, quam metu accepit, matrimonium valet, & purgatus cenſetur metus, Doctor. in l. interpoſitas. C. de tranſact. quia metus eſt refrigeratio, & caloris defectio, vt docet Ariſt. In problem ſectio. 27. ideò ſi duraſſet ille metus, non potuiſſet membrum calefieri, id eſt, intra clauſtra impauidum ingredi, & ibi lætari, cùm metus lætitiam impediat.

Et ſic ex hoc edicto colligitur, ibi, ratum non habebo, quòd regulariter actus metu factus nullus non eſt, ſed annullandus, eò quòd ratus non eſt à

Prætore:

Prætore : nam ratum non habere, est non comprobare, nõ agnoscere, quod actum sit: l.quo enim. & l. Paulus.ff.tem rat.hab.ideò Prætor nõ potuit actum de iuregentium factum validum annullare, sed quia ratus non est, debet annullari.d. l.quo enim.in fi.ibi, *Eundem actum retractet*. l. qui cœtu. ibi, *Quiue per vim sibi aliquem obligauit*. nam eam obligationem lex rescindit, ff.de vi pub.& hoc fit officio iudicis, vt in l.metum.§.ex hoc edicto. infrà eodem. facit l.fin. C.eodem.

Consensus debet esse liber in matrimonio.

Quod limitant Doctor. in dote promissa, & matrimonio, quæ non valent, nisi consensus sit liber, c. cùm locum. de sponsal. & nuptias non concubitus, sed consensus facit. l.nuptias.ff.de regul.iur.& io casibus traditis per Doct.in cap.Abbas. eodem tit. per glos.Notabilem.

SVMMARIA.

1 *Pater plus torquetur in filio, si filius ad supplicium ducatur.*

2 *Filius, herede extraneo instituto, de melioribus bonis patris potest legitimam eligere.*

LEX VIII. PAVLVS LIB. XI. AD EDICTVM.

Sì Hæc, quæ diximus ad edictum pertinere, nihil interest, in se quis veritus sit, an in liberis suis: cùm pro affectu magis in liberis terreantur.

Metus liberis illatus.

ETiam nõ solùm attenditur metus nobis illatus, sed & ille, qui liberis nostris infertur, quia nihil interest in se quis veritus sit, an in liberis suis, cùm pro affectu, id est, ratione affectionis, quam io filios habẽt parentes, magis in liberis terreantur, quàm in se, l.isti quidem.infrà eodem.attenditur etiam metus consanguineorum, c.sciant de elect.in 6.& paternus affectus omnem alium vincit, l.fin. C.de cura.furios. & oaturalis stimulus patrem hortatur ad cogitandum pro filiis, l.amicissimos.in fi.ff.de excusat.tuto. l.Aurelius. §.Titius.de liber.legat. & omnia filius ex voto paramus.l.scripto.ff.vnde libe.& Virgilius:

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Et plus diligit pater filium, quàm seipsum, ad hoc allegatur iste text. & aliquando, vltra quàm deceat: nam multos damnatos patres in inferno propter filios referunt Theologi.

Filius in cõspectu patris quando torquendus sit.

Ex hac l. multiplex elicitur vtilitas. Prima, vt si pater & filius capti sint, tortura debet inchoari, in conspectu patris, contra filium, l.vnius.ff.de quæstio. quia pater plus torquebitur in filio, & fertur Caro-
1 lum Magnum, cùm dubium esset vtrum pater vel filius interfecisset quendam, finxisse ambos suspendere voluisse, & prius filium patre, sed cùm filius in furcis fuisset, patrem se occidisse cõfessum, & filium euasisse. Ias.refert in l.si is qui.numero 172.col.40.ff. de vsucap.

Secunda est, quòd si pater filium suũ proditorem, vel homicidã, Regi vel Principi obtulerit, Princeps eidem filio veniam dare debet, aut saltem leuiter castigare.l.milites. §.desertorem. ff. de re milit. vbi sic scribitur: *Desertorem, qui à patre suo fuerit oblatus, in deteriorẽ militiam Diuus Pius dare iussit, ne videatur, inquit, pater ad supplicium filium obtulisse.* Vide Liuium de bello Punico, qui dicit proditorem filium à patre Hannibali oblatum, liberatum in Campania. Idem docet Cæpola cautela 1.& Ias.in l.j.col.ij. C.de his quibus vt indign.& Hyppol. in l.inauditum.col. 4.ff.de sicariis. & l.Diuus.de parric.

Filius proditor à patre oblatus Hannibali & liberatus.

Tertiam docet Barbat.in repetit.cap Raynaldus. col.143.de testam. vbi inquit filium posse eligere le-
gitimam in rebus melioribus sui patris, si hæres ex- 2
traneus institutus sit, quia verisimile est, si pater illi dedisset, hoc fecisset ratione amoris & affectionis. alibi dicam. Vide quæ scripsi in l. liberorum. ff. de verbor.signific.

SVMMARIA.

1 *Iuuare alium cum periculo personæ quis non tenetur.*

2 *Plures metum adhibentes, vno conuento, cæteri liberantur si rem restituat.*

3 *Actio quod metus causa, quò tendat.*

LEX IX. VLPIANVS LIB. XI. AD EDICTVM.

MEtum autem præsentem accipere debemus, non suspicionem inferendi eius: & ita Pomponius libro vicesimo octauo scribit. Ait enim metum illatum accipiendum, id est, si illatus est timor ab aliquo. Deniq; tractat, si fundum meũ dereliquero, audito quòd quis cum armis veniret, an huic edicto locus sit, & refert Labeonem existimare, edicto locum non esse, &c.

MEtum etiam illatum esse debere, id est, præsentem, non autem suspicionem infereodi sufficere dicunt. Vnde si dereliquero fundum, audito quòd quis cum armis veniret, non esse me restituendum Labeonem existimare, quoniam non videor vi deiectus, qui deiici oon expectaui, sed profugi, aliter atque si posteaquam armati ingressi sunt, tunc discessi: huic enim edicto locum fore. l. metum. magna.

Quartò, docet Iurisconsul. à quo metus illatus puniendus sit. & in l.metum. §. animaduertendum. infrà. dicit à quocunque illatus sit metus puniendus: quia lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, l.prima. ff.de lega. præstan. maximè quando in rem loquitur, vt quod metus causa gestũ erit, &c. & in l.prima. ff. de his qui deiecer. & tunc comprehenditur siue singularis persona, siue plures, siue populus intulerit, siue vniuersitas, collegium, vel corpus, & vim factam à quocunque Prætor complectitur.§.sed licet. vbi elegantet Pomponius ait: *Si quo magis te de vi hostium, vel latronum tuerer, vel liberarem, aliquid acceperim à te, vel te obligauero, non debere me hoc edicto teneri, nisi ipse hanc tibi vim submisi: ego enim potius opera mea mercedem accepisse vi-*

Donatio per metum facta.

deor. Per quem text. ſingul. infertur, quòd donatio remuneratoria, metu facta, non reuocatur. quia operæ meæ mercedem accepiſſe videor, nec propter ingratitudinem: laboris enim merces eximij appellanda eſt, quod contemplatione ſalutis certo modo æſtimari non placuit. Paul. in l. ſi pater. in fine. ff. de donatio. eſt enim remuneratio permutationis quoddam genus. l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæred. Barbat. in tractat. de præſtan. Cardin. in tertia quæſtione primæ partis. numero 12. & conſilio viceſimoſexto. Sapienter. columna duodecima. in ſecundo volumine. Curtius Senior, conſilio 67. Sapienter. ac Ioannes Lupus in repetitio. cap. per veſtras. §. 50. columna 2. de donat. inter virum & vxor. folio 29.

Et ſic Bartol. per iſtum textum docet vnum, videlicet quem non teneri iuuare alium, cùm mercedem recipere poſsit per iſtum textum, & l. quartam. §. ſi tibi. ff. de condictione ob turpem cauſ. l. ſolent. de præſcript. verb. intelligunt Doctor. de iure ciuili,
1 & cum periculo perſonæ, aliàs contrà. l. culpa caret. vbi Doctor. ff. de regul. iuris Bart. & Iaſ. in l. vt vim. de iuſtitia & iure. Doctor. in c. 1. de offic. delegat. & Felin. in c. 1. de hæret.

Geſtũ quid ſignificet.

Et geſtum, ſignificat actum ſine verbis factum, l. Labeo ff. de verborum ſignification. & ſecundum
2 hoc ſi plures metum adhibuerint, & vnus fuerit conuentus, ſiquidem ſponte rem ante ſententiam reſtituerit, omnes liberati ſunt, c. item ſi cum exceptione. infrà eodem. ſed & ſi id non fecerit, ſed ex ſententia quadruplum reſtituerit, verius eſt etiam ſic perimi aduerſus cæteros quod metus cauſa actionem, aut in id dabitur aduerſus cæteros actio, quod minus ab illo exactum ſit. dicta l. item ſi cum exceptione. in fine. cum l. ſequen. vbi Vlpian. ait, *Idem dici, ſi ad alium res peruenerit, & alter metum adhibuerit.* ff. quod metus cauſa.

Actus metu factus quomodo annullandus.

Quintò, Iuriſcon. declarat quomodo actus metu factus annulletur. Reſpondeo, ſiue negotium perfectum ſit, ſiue imperfectum, datur actio & exceptio, vnde cùm Campani metu illato extorſiſſent cautionem pollicitationis à quodam, Imperator reſcripſit hinc dandam actionem aduerſus Campanos, vt reſcindatur hæc ſtipulatio, & pollicitationis cautio, vel inſtrumentum, & ſi Campani petant, exceptione repelli debent. & Pomp. ait, In perfectis & actionem & exceptionem competere, in imperfectis autẽ ſolam exceptionem. §. ſed quod Prętor. & ſeq. huius l. metus. hoc noſtro titulo. nam licèt ex inſtrumento obligatorio nulla ſit facta executio, quia deinceps fieri poſſet: ideò actio dabitur ad infirmandum hoc inſtrumentum, ſiue hanc cautionem, quod eſt notandum.

Sextò adijcit Iuriſconſult. quæ actio detur ad in-
3 firmandum id, quod metu factum eſt? Reſpondeo, dari primò actionem quod metus cauſa, quæ tendit, vt metum paſſus in integrum reſtituatur. §. ſed ex facto. ibi, Reſcriptum eſſe ab Imperatore noſtro poſſe eum à Prætore in integrum reſtitutionem poſtulare, & ſic vt reſcindatur actus metu factus, quia Prætor non habet ratum geſtum: ergo ille actus eſt annullandus, & reſcindendus, & officio iudicis, ſed quomodo hoc fieri debeat, audi.

SVMMARIA.

1 *Actio quod metus cauſa contra quemcunque poſſeſſorem rei datur.*
2 *Actio in rem ſcripta dicitur, quæ rem ſequitur, licèt actio ſit perſonalis.*
3 *Pœna ad hæredem non tranſit.*
Reſtringitur. ibidem.

§ Ex hoc edicto reſtitutio talis facienda eſt, id eſt in integrum officio iudicis, vt ſi per vim res tradita eſt, retradatur, & de dolo, ſicut dictum eſt, repromittatur, ne fortè deterior res ſit facta. Et ſi acceptilatione liberatio interuenit, reſtituenda erit in priſtinum ſtatum obligatio: vſque adeò, vt Iulianus ſcribat libro 4. Digeſtorum, Si pecunia debita fuit, quæ accepta per vim facta eſt, niſi vel ſoluatur, vel reſtituta obligatione iudicium accipiatur, quadruplo eum condemnandum. Sed & ſi per vim ſtipulanti promiſero, ſtipulatio acceptò facienda erit. Sed & ſi vſusfructus, vel ſeruitutes amiſſæ ſunt, reſtituendæ erunt.

Poſſeſſio quomodo reſtituenda.

Reſtitui autem debet quod abeſt, ſi nuda poſſeſſio ſit, & illa ipſa reſtituenda erit cum fructibus. l. ſi mulier. §. primo. infrà eodem. Ecce ergo reſtituendum eſſe omne illud, quod à nobis abeſt, vel abeſſe poteſt, metu à nobis extortum, & poſtquam promiſsio metu facta accepto ferenda erat: ergo erat obligatio. §. item. quib. mod. tollit. obligat. in Inſtit.

Actio in rẽ propter actum metu reſciſſum.

Item poſtquam reſciſſus eſt contractus, vel actus metu initus, ſeu acceptilatio, vel alia liberatio, datur actio in rem, & in perſonam. In rem tũc datur actio, ſi dederim fundum metu, & donatio reſciſſa ſit, nil ſupereſt, niſi vt rem vendicem: quia res in bonis eius eſt, qui vim paſſus eſt: finiri tamen actionem in rem, ſi in quadruplum quis egerit, vel ſi actione in rem egerit, finiri actionem in quadruplum. §. licet. l. metum. eodem.

Actio perſonalis propter metũ illatum.

Si verò centũ debebas actione ex empto, & metu liberatus fuiſti, ſi liberatio reſciſſa ſit, datur actio perſonalis ad petendum debitum, ea videlicet actio, quæ priùs competebat.

Septimò, cui hæc actio detur? Reſpondeo, metum paſſo. l. iij. ibi, *Et ſi quis vi cõpulſus aliquid fecit, per hoc edictum reſtituitur.* & per totum hunc titul. Item datur hæredibus illius, cæteriſque ſucceſſoribus, ſi ad eos res peruenerit, quoniam hæc actio rei habet perſecutionem. l. quod dicimus. §. ſi verò. hoc tit.

Octauò, videndum eſt contra quem detur hæc actio, & Iuriſcon. probat dari aduerſus omnes, non ſolùm aduerſus eos, qui metum intulerunt, verùm etiam cõtra alios: in hac enim actione non quæritur vtrùm is, qui conuenitur, an alius metum fecerit: ſufficit enim hoc docere metum eſſe illatum, vel vim, & ex hac re eum, qui conuenitur, etſi crimine caret, lucrum tamen ſenſiſſe. d. l. item ſi cum exceptione. §. in hac. & in d. l. metum. in fin. ſic Vlpian. ait, *Cùm autem hæc actio in rem ſit ſcripta, nec perſonam vim facientis coerceat,* ſcilicet ſolùm, *ſed aduerſus omnes reſtitui velit, quod metus cauſa factum eſt,* in rem 1
ſcripta

scripta ideò dicitur : quia datur contra quemcunque possessorem rei, & ad quemcunque peruenerit,
2 sicut si actio esset libro, vel alteri rei scripta, ad quem liber vel res perueniret, & scripta in eo peruenirent: ita actio in rem scripta vocatur, quando rem sequitur, licèt actio sit personalis : nam eo quod metu me coegisti ad dandum damnum, ex maleficio es mihi obligatus actione personali, vt toto tit. de oblig. quæ ex malefic. in Instit. & si illa domus ad alium deueniat, actio in rem scripta est, vt detur in illum. sic in l.iij. §. est autem. ff. ad exhib. §. omnium. de action. in Instit. per Ias. & alios.

Fideiussor per vim acceptilatione liberatus.

Vnde si fideiussor vim intulit, vt accepto liberaretur, in reum etiam restituendam actionem, & aduersus reum competere actionem hanc, cùm in rem sit scripta, §. fin. & cùm metus habeat in se ignorantiam, meritò quis non adstringitur, vt designet quis ei metũ, vel vim adhibuerit : & ideò ad hoc tantùm actor adstringitur, vt doceat metum in causa fuisse, vt alicui acceptam pecuniam faceret, vel rem traderet, vel quid aliud faceret, nec cuiquam iniquum videretur, ex alieno facto alium in quadruplũ condemnari, quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur. d. § in hac. & in l. illud.

De'itor vim inferens.

Hoc verum est, si ex facto debitoris, metum adhibentis fideiussores acceptilatione liberati sunt, etiam aduersus fideiussores agi posse, vt se reponant in obligationem, l. non interest. C. eod. vbi non interest à quo vis sit adhibita, nec an sit vendita minoris, quàm res esset, quia metu factum annullabitur, vt ibi interpretes docent : imò in hæredes & cæteros in
3 id quod peruenit ad eos, non immeritò datur : licèt enim ad hæredem pœna non transeat, attamen quod turpiter, vel scelere quæsitum est, ad compendium hæredis non debet pertinere, id est, ad lucrũ, l. quod dicimus. in fin. infrà eodem. & sufficit semel peruenisse ad proximum hæredem, vt perpetua actio esse cœperit.

SVMMARIA.

1 *Nemo sine actione agere debet.*
2 *Possessio à reo, processu pendente, non est auferenda.*
3 *Dignitate aliis praecellentes imprimis iuris debent esse obseruatores.*

LEX XIII. CALLISTRATVS LIB. V. DE COGNITIONIBVS.

EXtat enim decretum Diui Marci in hæc verba : Optimum est, vt si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris. Et cùm Marcianus diceret, vim nullam feci. Cæsar dixit: Tu vim putas esse solùm, si homines vulnerentur? Vis est & tunc, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit.

EXtat enim decretum Diui Marci in hæc verba.] Ex hoc textu colligunt, verba interdum ipsa referenda, vt hìc Iurisco. facit, & in l. j. ff. ex quib. caus. maior. ibi, *Verba autem edicti talia sunt, &c.* & regulariter Iurison. referunt verba Prætoris necessitatia.

Edictum, quod propriè dicatur.

Decretum pro constitutione accipitur hìc, quam tamen Princeps promulgabat, nisi causa cognita, & tunc dicebatur decretum : si autem motu proprio, edictum appellabatur : per epistolam vero, quando ad consultationem alicuius, teste Theophilo in §. sed & quod Principi. de iure natur. in Instit. vide glo. in princ. j. dist. in verbo, omnes. in Decret.

Optimum est, vt si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris.] Et notandum est, Marcianum quendam creditorem, videntem suum debitorem, ei nolle soluere, coëgisse eum, vt solueret, qui debitor conquestus est Diuo Marco Imperatori, qui sic alloquitur Marcianum creditorem : Optimum, &c. vt si aliquas habeat petitiones, experiatur actionibus, id est, agat, & actione experiatur, & per iudicẽ id, quod sibi deberi putat, reposcat : & si quis aliquod ius de quacunque re, vel facto, contra aliquem se habere putauerit, & iudicialem adeat potestatem, & per eam ius sibi competens exequatur, in tit. de pace & iura. firman. §. j. glo. hìc aliquos casus scribit, in quibus propria authoritate pars procedere potest. Specul. alios in titulo de action. in §. item quod vult. ac Bart. alios in l. generali. C. de decurion lib. 10. Ioan. de Platea in l. nemo. de exact. tributorum. In hoc tamen regno Franciæ parùm fit sine iudicis authoritate, & ideò nõ seruantur hi casus, vt alibi dicam, & hìc petitio non accipitur pro actione in rem, vt in l. actio. ff. de action. & obligat. sed pro postulatione, vt, si quid velis petere, reposce hoc coram iudice, & actione experiaris: age, & non procedas de facto. Et per hunc text. dicunt Pragmatici, omnem viam facti prohibitam : & si quis rem suam consequi velit, agere debet, & sic cogitur quis litigare, si velit suam rem, vel ius, aut tueri, aut repetere, alioqui auferetur ab eo.

Etiam probatur in isto text. neminem agere de- 1
bere sine actione, facit l. item si pupilli. in fine. ff. de negot. gest. nisi illa actio nasci debeat in contestatione, l. si Titius. ff. de verbor. obligation. & docet Callistratus in l. penult. ff. de vi priuata. vt interim pendente processu morari debeat reus in possessione, &
tu petitor esse : nam processu pendente non est 2
auferenda possessio à reo. l. si à contrario. ff. de rei vendic.

Inficiatio, prima reorũ responsio.

Subsequitur in text. Et cùm Marcianus diceret, vim nullam feci, negabat se Marcianus vim fecisse, dicens : Obtinui à debitore meo, quod ei dederam, videlicet centum mutuaueram, centum coëgi mihi reddi: ideò nullam vim feci. Ex hoc text. colligitur primam reorum responsionem esse inficiationem: faciles enim sunt homines ad negandum. l. item si vous. in fine. ff. de arbit. ideò solent interrogari super veritate, vel credulitate, sed pauci sunt qui veritatem dicant.

In text. Cæsar dixit : Tu vim putas esse solùm, si homines vulnerentur?] Ecce quomodo Cæsar reprehendit Marcianum intelligentem vim esse tantùm, quando homines vulnerantur, de qua scripsi in l. liberationis. ff. de verborum significatione. suprà.

Per istum textum colligere possumus reprehen-

dendos esse eos, qui lites incipiunt, nisi priùs intelligant, de qua re agitur, vt scripsi in procemio Consti. Reg. Vis enim est, & tunc, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. in l. penult. de vi priua. additur: *Non puto autem nec verecundiæ, nec dignitati, nec pietati tuæ conuenire quicquam, non iure facere.* per quem text. apparet esse dedecori ei, qui aliquid contra ius facit, & contra pietatem, ac
5 dignitatem, quia homines maximè in dignitate positi, iura seruare debent. l. leges. C. de legib.

S V M M A R I A.

1 *Creditor propria authoritate bona debitoris occupās, tertia parte bonorum mulctatur, & fit infamis, iúsque crediti remittit.*

2 *Hoc in regno Franciæ non seruatur.*

§. Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem vllam debitoris, vel pecuniam debitam non ab ipso sibi sponte datam, sine vllo iudice temere possidere, vel accepisse, isq́; sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit.

COlligitur ibi, Probatus, Principem nō debere credere, nec reddere ius, nisi de eo quod illi probatum fuerit. l. *Si probaueris prædia, vel hortos, de quibus agebatur, tuos esse, &c.* C. si alien. res pignor. da. sit. & per totum tit. de probat.

Creditor rē debitoris, suam faciens.

Ex hoc text. vt breui materia colligatur, facio casus sequentes. Primus est, si creditor rem debitoris propria authoritate pro suo debito acceperit, debitum amittit, & illam rem debitori restituere compellitur actione rei vendicationis, d. l. penult. ff. de vi priua. vbi etiam dicitur si in rem debitoris intrauerit nullo concedente, intellige quæcunque res fuerit, siue mobilis, siue immobilis, per hunc textum, ibi, Vllam rem, & §. penult. vi bon. rap. in Instit.

Et quamuis hic text. dicat, rem debitoris, & genitiuus denotet dominium regulariter, vt Docto. tradunt in procem. Digest. scripsi in titulo de verborum significatio. ff. tamen idem esset si precario data esset, vt in tit. ff. & C. de preca. Idem si auferat rem, quam creditor iure pignoris, depositi, vel commodati habebat, eo quòd illam rem domino hi restituere tenebuntur, & auferens furtum committit. §. aliquando. & § item si fullo. cum §. seq. de obligat. quæ ex delicto nascuntur. in Instit.

Siue illa res esset propria debitori, siue sit debita creditori, vnde Deuterono. 24. cap. scribitur: Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit.

Creditor vim faciēs debitori.

Alius casus est, Creditor accipiens pecuniam debitam à suo debitore non sponte, sed vi, perdit debitum, & pecunia ab eo repetitur. l. sed & si partus. in fin. suprà. ibi, ius crediti amisisse.

Intelligitur iste text. Non sponte sibi datam, Cessit ergo hæc constitutio, si spontè debitor dederit, quia volenti non fit iniuria, nec dolus, l. prima. ff. de iniur. & sponte dicitur facere, si voluntariè hoc facit. l. finali. ff. qui & à quibus. authentica, sacramenta pub. C. si aduer. vendit. & in rubr. C. de his qui sponte munera pub. subeunt. lib. 10. C.

Sine vllo iudice.] Intelligi potest tam de iudice competente, quàm de incompetente, vnde si à debitore res iudicis authoritate remota sit, vel pecunia, non amittet creditor debitum, etiam quia hoc non facit temere, vt dicit iste text. facit l. adeo. §. ex diuerso. in fin. ff. de acquit. rerum domin. l. eum quem temere. de iudic. l. magistros. vbi Lucas. col. 3. de professo. lib. 10. C. & in l. fi. de priuileg. eorum qui in sacro pala. milit. lib. 12.

Vnde interdum vidi quendam iudicem abesse à loco, in quo erat Præfectus, & in eius præsentia duo cùm contenderent, & vnus alium cogere vellet, ipse iudex dicit vni, vt præstaret equum, cuius dictum sequens præstitit, non potest is agere actione quod metus, quia si sine iudice sponte tradidisset, conqueri non posset, fortiùs, cùm coram iudice etiam incompetente. facit glossa in l. viuum. ff. si certum petat. in glos. vlt. & §. serui. de libert. in Institut. & quia eam

Dans equū corā iudice incōpetēte.

rē non occupat, vt dicit d. l. fi. ff. de vi priua. sic si cre- 1
ditor sine authoritate iudicis res debitoris occupet, hac l. tenetur. & in tertia parte bonorum mulctatur, & fit infamis, & per illum tex. vidi opponi interdum contra vnum nobilem infamiam, eò quòd alium sic spoliasset, sed hoc intelligitur post sententiam, non ante. l. 3. ff. de testib. §. lege Iulia.

Temere etiam dicitur, qui sine iure, vel authore, possidet. cap. eum qui. de præbend. in 6. dixi de verb. significat. ff. de hoc verbo pleniùs.

Isq́; sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit.] In l. qui iurisdictioni præest, non potest sibi ius dicere, nec liberis suis, l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. omn. iud. sed ibi, ius dicere, est iurisdictionem administrare.

Hic autem ius sibi dicere, est propria authoritate, vel rem alienam sibi debitam occupare, vel pecuniam accipere, & temere, vt in hoc text. nam Iurisconsul ait, Non est singulis concedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi.

Arestū quo reprobatur consuetudo.

Imò, etiam fuit per Senatum reprobata consuetudo in causa Dom. de Partenay, vt quis possit de facto ratione sui debiti rem debitoris accipere, & pignori sibi habere, vt refert Ioannes Gallus in quæstione per aresta. quæstione 114. Non est consuetudo, &c.

In hoc tamen regno Franciæ non seruatur pœna 2
huius l. nec priuaretur debito, nec re debita, qui cogeret debitorem ad sibi soluendum, vel rem debitam præstandam, sed mulctaretur pro modo excessus, quæ mulcta interdum maior est, quàm res valeat. Et ista regni consuetudo est conformis legi diuinæ, quæ vult, vt pœnæ non exigantur, sed contentus sit sorte, in capit. fraternitas. duodecima. quæstione secunda. & idem in l. si quis in tantam. & aliis constitutionibus punientibus inuasores rei amissione, vt etiam in hoc regno seruatur, vt docet Benedictus in repetit. c. Raynutius. in verbo, si absque. 2. numero 148. de testament. Scripsi in procemio Constitut. Regiar. ob id de his ampliùs non tractabo hic.

S V M

SVMMARIA.

1 *Debitor quando post moram de rei interitu non teneatur.*
2 *Vim inferens improbior est fure.*
3 *Reus metum inferens, quando & ad rei æstimationem, & ad triplum teneatur.*

Lex xiiii. Vlpianvs lib. xi. ad Edictvm.

Squatenus auté diximus quadruplo simplũ inesse, sic hoc disponendũ est, vt in cõdemnatione quadrupli res quidẽ omnimodò contineatur, & eius restitutio fiat: pœna autẽ vsq; ad triplum præstetur.

Hic §. videtur difficilis Bar. & aliis: ideò eum sic elucidabo, & prima pars vsque ad §. quod si homo, hoc habet: in quadruplo simplum inesse, siue res extet, siue non, vnde si res valeat viginti, ad octoginta condemnabitur, & sic rei æstimatio continetur, videlicet viginti, & pœna erit triplum, videlicet sexaginta. Et per istum textum declarantur alia iura de hoc quadruplo loquentia, & eò fuit illis difficilis, quia putant loqui in prima parte de condemnatione rei, & sic de prima sententia: in alia parte de condemnatione quadrupli, & sic de secunda, quod non est verum. Accurs. legit per saltus, Bartol. ordinatè, sed perperàm intelligunt: ideò notate sequentia, & superfluitates & contraria (quæ glos. dicit esse in hoc text.) cessabunt.

In secunda parte Iurisçon. declarat, an is, qui vim intulit, ad rei restitutionem teneatur, si res perempta sit dolo, & culpa eius: intra tamen tempora iudicationis, & respondet non teneri, sed à rei condemnatione relaxabitur. Vnde si quis fuerit condemnatus ad equum restituendum intra mensem, & is equus moritur interim, absque dolo & culpa condemnati, non tenebitur condẽnatus ad equum restituendum, quia non potest illum restituere, & per eum non stat: ideò non tenetur quidem ad rei æstimationem, sed tripli pœnam propter facinus satisfacere cogitur, eò quòd non restituit, & in edicto Prætoris est, quòd triplum præstetur, si res non restituatur.

Tripli pœna quando committatur.

Istum text. singularem dicunt Doct. ad hoc, quòd debitor etiam condemnatus ad rei restitutionem, non tenetur de rei interitu, si intra quadrimestre datum iudicatis pereat: iste tamen text. non loquitur de quadrimestri, sed de tempore dato iudicatis, quod est arbitrariũ iudici: l. si debitori. ff. de iudi. vbi plenè probaui, tamen vna per istum text. datur limitatio,
1 ad l. quod te. ff. si certum petat. vbi debitor tenetur post moram de rei interitu, quod non procedit, si sine dolo pereat res intra tempora iudicationis, seu iudicati actionis.

Sed iste text. loquitur in debitore condemnato ad rei restitutionem, quam metu habuerat creditoris, secus in alio, quia hoc est speciale pro triplo, quod consequitur creditor ratione facinoris, id est, metus, secus in aliis casibus, vbi ista non consequeretur, & sic creditor nil haberet, vt inferiùs dicetur.

Obiectionis solutio.

Nec obstat, vbi non est mora, ibi nulla est petitio. l. lecta. ff. si certum petat. Accurs. dicit quoad vsuras verum, secus quoad interitum, quod reprobat Bart. dicens non teneri quem, si res pereat intra tempora iudicatis, postquam tempus à lege habet. Ego dicerem teneri, si res non fuisset peritura, quia videtur in mora, eò quòd passus est se condemnari, & hoc tempus datum est illi miserationis gratia, l. debitoribus. ff. de re iudic. ideo si res interim pereat, tenebitur reus, quia si statim restituisset, liberatus fuisset: sibi imputetur ergo, si non restituerit: etiam hoc procedit tum fauore rei iudicatæ, vt in l. j. ff. de iureiur. & l. j. ff. de re iudic. tum etiam quia superest æstimatio, ad quam tenetur.

Sequitur versic. Pro eo autem, qui dicit, quòd si seruus in fuga sit, aut non inueniatur apud eum, qui vim intulit, tunc cautio extorquenda est ab illo condemnato, quatenus & persequatur, & omnimodò eum restituat, id est, in omni casu, quo inueniri poterit. Et nihilominus poterit metum passus in rem agere, & eam rem vendicare ab illo, apud quem ea res inuenitur, vel agere ad exhibendum, si fortè sciat illam rem apud aliquem esse, vel agere alia actione, quæ integra sibi manet, si aliqua cõpetebat, ne fortè is, qui vim intulit, colludat cum illo, qui rem habebat, & dicat se illam non posse inuenire.

Si tamen dominus receperit quoquomodo rem suam, is, qui conuenitur per stipulationem, quæ promisit rem persequi, & restituere in fuga existentem, liberabitur, & exceptione tutus erit post condemnationem factam contra eum, qui eam rem possidebat: nam bona fides non patitur, vt quod semel exactum est, bis exigatur, regula iuris, & ipse dominus poterit iudicati experiri contra illum possessorem, qui est cõdemnatus ad rei restitutionem, & in hoc erratum fuit à glos. & Doctor. qui dicunt post condemnationem secundam, sed iste text. intelligitur de condemnatione possessoris, vt is, qui intulit metum, sit liberatus, si possessor restituerit rem metum passo post condemnationem: nam illa condemnatio possessoris rei parit exceptionem ei, qui vim intulit, & sic antequam sit liberatus vim inferens, requiritur quòd dominus receperit rem suam, & quòd eam habuerit post condemnationem possessoris: ideò si ante condemnationẽ (quia posset dicere se alio iure habuisse) non liberabitur metum inferens, quod est valde notandum, & probat §. eum qui. infrà eodem.

In versic. Si autem, Iurisconf. ait: quòd si homo mortuus fuerit ante sententiam, sine dolo & culpa eius, qui vim intulit, tenebitur saltem ad æstimationem rei: quam si non restituat, ad quadruplum tenetur ea ratione, quia in verbis edicti sunt scripta hæc verba: Si neque ea res arbitrio iudicis restituatur, sed non restituerit arbitrio iudicis homo ille, cùm est mortuus: ergo non restituens tenetur nisi (vt dixi) æstimationem illius priùs præstiterit.

Item, si in fuga sit seruus, ante condemnationem, sine dolo malo, & culpa eius, cauendum est per iudicem, id est, officio iudicis, §. aliquando. suprà. quòd eum seruum persequetur, & persecutum reddet.

Versic. Sed & si non culpa, declarat quomodo potest teneri is, cuius culpa res non abest, & respondet, quia res non erat peritura penes dominum, si illi metus illatus non fuisset: ideò reus tenetur, sicuti in interdicto Vnde vi, & quod vi aut clam, in quibus tenetur inferens vim, si non fuisset res peritura apud

dominum. Itaque concludit Iurisconsul. interdum aliquem recipere pretium hominis mortui, si eum venditurus erat, si vim passus non fuisset: ista est ad hunc textũ elucidatio, & dicit, interdum, quia noo semper recipit, videlicet si res eodem modo peritura esset apud dominum.

Ex hoc text. & materia faciẽdi sunt casus sequentes. Primus est, si res metu ablata pereat ante sententiam & condemnationem, tenetur reus, siue periisset, siue non, apud dominum. versicul. si autem. glos. & Doctor. hic. Bart. verò contrà, quia hæc actio quod metus causa exigit damnum. l. sed & partus. in fine. suprà. & nihil abest ab isto, ergo non tenetur reus. Respondeo, ego putarem reum omninò teneri ad rei æstimationem, siue esset peritura, siue non, quia res metu ablata debet restitui: si oon restituatur, quadruplum, si res extat.

Re non extante, quomodo reus condemnãdus sit.

Sed si res non extet, eo casu condemnabitur reus ad rei æstimationem: detracta tamen tripli æstimatione, ne metus, quem passus sum, sit mihi captiosus. per text. §. aliquando. in hac l. vbi sic scribitur: *Aliquando tamen, & si metus adhibitus proponatur, arbitrium* (videlicet iudicis) *absolutionem affert: quid enim si metum Titius adhibuit, me non conscio, res autem ad me peruenit, & hæc in rebus humanis non est, siue dolo malo meo. nónne officio iudicis absoluar? aut si seruus in fuga est, aquè si cauero, iudicio me (si in meam potestatem peruenerit) restituturũ absolui debeo. Vnde quidam putant bonæ fidei emptorem ab eo, qui vim intulit comparantem non teneri, vel eum, qui dono accepit, vel cui res legata est, sed rectißimè Iuliano videtur etiam hos teneri, ne metus quem passus sum, mihi captiosus sit.*

Et sic ista actio quod metus non solum requirit damnum, sed vt aliquid absit, vt in princ. huius l. patet: ideò quia metum passo abest seruus, qui defunctus est, quem si non recuperaret, vel eius æstimationem, metus esset illi captiosus: ideò is, qui intulit metum, ad æstimationem illius saltẽ tenetur, etiam si res eodem modo periisset apud dominum, vt reus puniatur ex suo delicto, & ita debet intelligi iste tex. & l. arbitrio. §. non tamen. ibi, quid enim si manifestuio sit rem restitui noo posse, veluti si seruus dolo malo traditus defunctus sit: ideóque protinus condemnari debet in id, quod interest actoris, & solent iudices condemnare ad rei restitutionem, si extet, & si perempta sit, ad rei æstimationem.

Tertius, qui vim nõ fecit, conuentus.

Secundus casus, Si tertius, qui vim non adhibuit, cõuenitatur post rem peremptam, sine dolo & culpa eius eò quòd res ad eum peruenerit, si nil lucri consecutus fuerit, non tenetur, ne quidem ad æstimationem. l. si ipsa res. eodem.

Tripli pœna.

Tertius casus est, Si res post condemnationem intra tempora iudicatis data pereat, non tenetur reus ad rei restitutionem, nec quidem ad æstimationem, sed ad triplum tenetur. Ratio est, quare ad restitutionẽ nõ teneatur, quia res periit sine dolo & culpa eius, verùm quia ipse nõ restituit arbitrio iudicis: ideò ad triplum tenetur. §. quod si homo. glos. Bar. & Doct. hic obscurum reddunt text. dicentem non esse dandum quadrimestre io rei restitutione, secus in personalibus. Ego dixi nullo iure digestorũ cautum dari quatuor menses condemnatis, sed illud tempus esse arbitrarium. l. si domus. §. in pecunia. ff. de legat. j. ibi, *Quod quidem tempus ex bono & æquo Prætorẽ obseruare oportebit.* Et ideò tenetur ad triplum post condemnationem, quia non restituit rẽm ad arbitrium Prætoris, sed quia non est in culpa, non cõdemnatur nisi ad pœnam. Si autem ante sententiam res pereat, eò quia adhuc non est arbitrium Prætoris: ideò non tenetur nisi ad rei æstimationem, ad quam condemnari debet, quam si non restituat, ad quadruplum: satis enim clementer cum reo Prætor agit, vt det ei restituendi facultatem, si vult pœnam euitare, vt in princ. huius l. scribitur. dixi in d. l. si debitori. de iudi. & quando res perit intra hoc tempus, licèt excusetur reus hîc quoad rei æstimationem, tamen io aliis casibus non, vt inferiùs dicetur in 6. casu.

Quartus casus est, Si res pereat post tempus iudicatis datum, reus tenetur, & ad rei æstimationem, & ad triplũ, gl. & Doct. hîc. quia est in mora, cùm non restituerit arbitrio iudicis, & si res periit sine dolo & culpa violenti: tamen debet æstimationem præstare, quam si ad iudicis arbitrium non præstet, quadruplum dare tenetur, & ita intelligi hîc etiam text. & alia iura debent.

Reus metũ inferẽs semper ad rei restitutionẽ, vel æstimationem tenetur.

Quintus casus, si res ablata metu io fuga sit, vel non appareat, siue ante sentẽtiam, siue post, tenebitur reus cauere rem perquirere, & eam inuentam omnimodò restituere, vt hîc. versic. pro eo autem. qui tenebitur tamen semper ad rei æstimationem, nisi dominus eam rem fuerit ab alio consecutus per condemnationem, eò quòd non restituit.

Sextus casus, Inferens metum semper ad rei restitutionem tenetur, vel saltem ad eius æstimationem, etiamsi eo modo fuisset perẽptura apud dominum: quia non est sumendum argumentũ à contrario hîc ratione absurdi, nã Imperator ait: *Persecutionẽ eorum quæ vi, vel furto ablata sunt, etiamsi postea interciderint, integram esse iure responsum est.* l. j. C. eodem.

2 Ratio est, quia fur semper moram facere videtur, l. in re furtiua. in fi. ff. de condict. furti. & qui vim intulit improbior est fure. §. qui vim. in hac l. ergo debet teneri, vt fur, à quo semper æstimatio rei condici potest, si eam non obtulerit, d. l. in re furtiua. quãuis iste tex. dicat, si non esset perempta apud dominum, pretium rei extorquendum: ergo si ita periisset, non esse extorquendum, non valet hoc argu. vt metum passus puniatur, & vt metus non sit damnosus illi, qui eum passus est.

Quadrupla condẽnatio continet & simplum.

Septimus casus, Si res arbitrio iudicis non restituatur, ad quadruplum condemnabitur reus, in quo quadruplo simplum inerit, vt hîc, & superiùs dixi: Hęc autẽ actio cũ arbitraria sit, habet reus licentiam vsq; ad sententiam ab arbitro datã restitutionem rei facere, quod si non fecerit, iure meritóq; quadrupli condemnationẽ patietur. Pedius quoq; lib. 8. scribit: Arbitrium iudicis in restituenda re tale esse debere, vt eum quidem, qui vim admisit iubeat restituere, etiam si ad aliũ res peruenerit, videlicet facto ipsius: eum autem, ad quem peruenerit, etiamsi alius metum fecit: nam io alterius præmium verti alienum metum non oportet.

Vltimus casus est, Si res pereat post secundam sententiam, reus tenetur, & ad rei æstimationem, & ad triplum, tam ratione moræ, quàm natura huius actionis, quia arbitrio iudicis non restituit, & quia est maior contemptus iudicis, l. vnica. ff. si quis ius dicenti non obtemper. ideò ad ista tenetur, licèt non teneretur si post sententiam, & intra tempus datum iudicatis, res periret, vt dictum fuit, quicquid

Accurs.

Accurſ.Bar.& cæteri dicere tentēt,alioqui (vt etiam ipſi dicunt)is,qui in maiori eſſet contumacia,melioris eſſet conduitionis, quàm is, qui eſt in maiori,quod eſt abſurdum, vt ſcripſi in l.quod debitori.ff.de iudi.

SVMMARIA.

1 *Actio in vnũ hæredẽ tranſiens,perpetuatur ad alios.*
2 *Cauſa ſemel facta delegabilis,in poſterũ delegari põt.*
3 *Iniuriarum actio regulariter anno expirat.*
4 *Metus in vno adhibitus,præſumitur durare in aliis.*
5 *Maleficium non committit,qui à ſpontè ſoluente pecuniam recipit.*

LEX XVII. PAVLVS LIB. I. QVÆSTIONVM.

Videamus ergo,ſi hæres, ad quem aliquid peruenerit, cõſumpſerit id quod peruenit, deſinat teneri:an verò ſufficiat ſemel perueniſſe? & ſi conſumpto eo deceſſerit, vtrum aduerſus hæredem eius omnimodò competat hæc actio, quoniam hæreditariã ſuſcepit obligationem: an non ſit danda, quoniam ad ſecũdũ hæredem nihil peruenit? Et melius eſt, omnimodò competere in hæredem hæredis actionẽ ſufficit enim ſemel perueniſſe ad proximum hęredem, & perpetua actio eſſe cœpit. Alioquin dicendum erit, nec ipſum, qui conſumpſit, quod ad eum peruenit, teneri.

1 HAnc legem notat Ange.in §. primo. de perpe. & tempor. actio. in Inſtitu.ad hoc, vt ſufficiat actionem ſemel tranſiiſſe in vnum hæredem, vt poſteà ad alios trãſeat,licèt ad illos nihil peruenerit,& ſi
2 cauſa ſit ſemel facta delegabilis ſufficit, vt in poſterũ delegari poſsit. Bolog.hîc ſic ſi prioratus electiuus ſit ſemel factus commendabilis,id eſt,datus in commendam ſeculari, poſteà etiam Papa hunc prioratũ commẽdarit,vt videmus,ſed citiùs eſſet reſtituẽdus religioſis:quia non veriſimile eſt, quòd eum bene & legitimè obtinuerit tempore commendæ.

Iulia.tamen ait,in l.ſeq.infrà eod. *Si ipſa res quæ ad alium peruenerit,interierit, non eſſe locupletiorem dicemus. Si verò in pecuniam, aliámve rem conuerſa ſit, nihil amplius quærendum eſt,quis exitus ſit, ſed omnimodo locuples factus videtur, licèt poſteà depereat.* Itaque ſi res metu affecta peruenerit ad hæredẽ,& interierit apud eum, non tenetur hæres, ſi verò ipſe pretium receperit,& illud perierit, vel pecuniam ipſe hæres metu extortam conſumpſerit,teneri eum, & cæteros hæredes æquum eſt:quia ſufficit quòd ſemel locuples factus fuerit,quem tex.notat Bald.hîc.

Nonò, ad quid detur actio quod metus cauſa? Reſpondeo,vt reſcindatur actus,& metum paſſus in integrum reſtituatur, & ſi res tradita ſit, vt retradatur.§.idem Iulia. & §. ex hoc edicto. eod. Et ſi facta ſit liberatio, vt debitores liberati reponant ſe in priſtinam obligationem.vnde Caius ait, *Si metu à te coactus acceptam tibi ſtipulationem fecerim, arbitratu iudicis,apud quem ex hoc edicto agetur, non ſolùm illud continetur,vt in tua perſona reintegretur obligatio, ſed vel fideiuſſores quoque, vel eoſdem, vel alios non minùs idoneos adhibeas,præterea, vt & pignora, quæ dederas in eadem cauſa reſtituas.* l.illud.hoc titulo.

Sententia in actiõe quod metus cauſa.

Decimò,videndum eſt, quomodo ſententia proferatur? Reſpondeo,ſecũdum formam libelli, & petitionis. l. vt fundus. ff. commu. dimidund. & in hac actione,duæ de iure ferri debent ſententiæ, in prima condemnatur reus ad rei teſtitutionem, cum fructibus perceptis, & percipiendis, & cum omni cauſa.l. metum.§.ex hoc edicto.eod.& l. *ſed & partus ancillarum,& fœtus pecorum,& fructus reſtitui, & omnem cauſam*, id eſt, omne augmentum & acceſsionem, *oportet*.l.ſed & partus.eod.

Cõdemnatio ad quadruplum quomodo fiat.

Sed ſi condemnatus reus non reſtituat iuſſu iudicis, ob recuſationem iudex condemnabit illum ad quadruplum.d.l.item ſi cum exceptione.§.primo.& §.*Hæc autem actio cùm arbitraria ſit, habet reus licentiã ab arbitro datam, reſtitutionem rei facere, quod ſi non fecerit, iure meritóque quadrupli condemnationem patitur.* Quadruplabitur autem omne quodcunque reſtitui oportuit.Vnde ſi domum, quæ centum valet,& penſio decem,per metum dare compellas, & ſis condemnatus ad reſtituendum eam cum fructibus ad decem taxatis,ſi non ea reſtituas,teneberis ad quadringenta,in quibus domus æſtimatio comprehenditur,& ad triginta pro fructibus, quia tam fructus, quàm res debiti quadruplabuntur. Ita Petrus Iacobus interpretatur,in ſua praxi in hac actio. Nec eſt hoc abſurdum,quia ſatis elementer Prætor agit, vt daret ei reſtituẽdi facultatem,ſi vult pœnam euitare.§.primo.d.l.item ſi cum exceptione.

Vnde in §. Labeo, primo. d. l. item ſi cum exceptione. ſic dicitur. *Quadruplatur autem id, quanti ea res erit,id eſt, cum fructibus & omni cauſa.* ſed videtur §.Iulia.contradicere,vbi ait, quod intereſt quadruplari ſolùm,& ideò eum qui ex cauſa fideicommiſsi quadraginta debebat, ſi trecẽta promiſerit per vim, & ſoluerit,ducẽtorum ſexaginta quadruplum conſecuturum. In his enim cum effectu vim paſſus eſt, ſed reſpondeo rem ablatam, id eſt,quanti ea res eſt quadruplari, ſi interſit,alioqui id quod intereſt ſolũ quadruplabitur.vt Iulia.ait, *Quod intereſt quadruplari ſolùm*. Et ideò eum qui ex cauſa fideicõmiſsi quadraginta debebat,ſi trecenta per vim promiſerit, & ſoluerit ducentorum ſexaginta quadruplum conſecuturũ.In his enim cũ effectu vim paſſus eſt, cùm in quadraginta,quæ debebat, nõ videatur vim paſſus. Nam idem Iulia.ait,eum, qui vim adhibuit debitor. ſuo,vt ei ſolueret, hoc edicto non teneri propter naturam quod metus cauſa actionis, quæ damnum exigit, quamuis negari non poſsit. in l. Iulia. de vi eum incidiſſe,& ius crediti amiſiſſe.l.ſed & partus.in fin.ſuprà.eod.

Sunt & alij iudices,qui vna ſententia hoc ſolebant exprimere,videlicet,condemnamus talem N. ad talis rei reſtitutionẽ,quam ſi non reſtituat intra menſem,ad quadruplum eum cõdemnamus, & iſtud eſt planius,& celerius fit, vt circuitus euitetur. l. dominus.ff.de condict.inde.Et ſic docet Petr. Iacobus. in forma libelli de actio.Quod metus cauſa,in ſua praxi,quamuis hanc reprobet ſententiam, & duas proferendas eſſe dicat.

Litera reſciſſionis, actus meticuloſi, quomodo comprobanda ſint.

At in hoc Regno Franciæ non ſolent duæ ferri ſententiæ,ſed iudex,cui diriguntur literæ Regiæ, reſciſsionẽ ſolet cõprobare, & verificare literas reſciſ-

ſionis, actus meticuloſi, & eas interinando (vt Pragmaticorum verbis vtar.) condemnare reum ad rei reſtitutionem intra menſem, vel aliud tempus faciendam, & ad fructus perceptos & percipiendos cum expenſis. Qui reus ſi non reſtituat intra tempus præſtitutum, fiet ei præceptum, cui ſi non obedit, auferetur ei res manu militari, & ipſe ex contemptu condemnabitur ad mulctam. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. l. vnica. ſi quis ius dicenti non obtemperau.

Pœna quadrupli de iure Canonico ſublata.

Et ego in hoc regno nũquam vidi reum ad quadruplum condemnari, nec ad alias iuris pœnas, quia in foro conſcientiæ ſunt ſublatæ, vt ſtatuit Papa in c. fraternitas. 12. q. 2. quam conſtitutionem ſequitur vſus forenſis Franciæ, ſed is qui vim facit, condemnari ſolet ad mulctam. quæ interdum excedit quadruplum, aliquando minor eſt pro criminis qualitate & perſonæ malitia: & hanc mulctam (licèt reſpiciat partem) tamen Procurator regius eam petere ſolet.

Vndecimò, intra quod tempus metum paſſus agére teneatur? Reſpõdeo, ſi quadruplum conſequi velit. ob non reſtitutionem rei ablatæ, debet intra annum agere, poſt annum verò non poterit agere, niſi ad ſimplum. d. l. item ſi cum exceptione. §. primo. & ſequen. Sed vt hæc materia plenius habeatur, faciam caſus ſequentes.

Iniuria in metu ineſt.

Primus caſus eſt, metum paſſo liberum eſt intra annum ad rei reſtitutionem agere, quæ ſi ad iudicis præceptum non fiat, conſequi quadruplum pars poterit: quia in metu ineſt iniuria, quæ anno regulariter
3 expirat. l. ſi non conuitij. C. de iniur. §. fin. illo titul. io Inſti. ideò à die illati metus agere debet intra annum, ſi prædicta conſequi velit.

Actio ad ſimplum quando cõpetat.

Secundus caſus eſt, poſt annum ad ſimplum poterit metum paſſus agere, cauſa tamen cognita, in cauſæ cognitione verſatur, vt ſi alia actio nõ ſit, tunc hęc detur. d. l. item ſi cum exceptione. §. poſt annum. & l. ſi per vim. C. eodem.

Tertius caſus eſt, ſi is qui metum intulit, rem bonæfidei emptori vendiderit, & is decem annis poſſederit, eam rem præſcribet. l. iij. C. eodẽ. ſecus in alio, qui metum intulit, qui eam non præſcriberet: nam malæfidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit. c. vigilanti. de præſcript. c. poſſeſſor. de regul. iur. in 6. quia omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, vt Diuus Paul. ait, & Papa in c. fi. de præſcript.

Actio ad rei reſtitutionem cõpetens eſt perpetua.

Quartus caſus, ad rei reſtitutionem perpetuò agi poterit, id eſt, vſque ad triginta annos. l. iij. C. eodem. etiam in hæredes. l. quod autem. infrà eo. Nam quod metus cauſa geſtum erit, nullo tempore, vel modo Prætor habebit ratum l. ſi mulier. infrà. vbi Placen. dicit durare tantum decem annis, cuius opinio eſt probata & confirmata l. Regia. vt ſcripſi in tract. de reſciſ. contract. in 2. tomo Commentar. ad Conſtit. Regias.

Tempus agendi, metum paſſo quãdo currat.

Intelligite iſtud tempus non eſſe computandum, niſi à tempore, quo metus ceſſat, vel vis, vt ſi metus inferatur à patre filio, fortè ad ingrediẽdum religionem quandiu viuit pater, non currit tempus agendi, vel quandiu viuit maritus, qui vim vxori intulit. quod probatur in l. interpoſitas. vbi interpretes. C. de tranſact. l. ſi per impreſsionem. C. eod. Bart. in l. penul. in fin. ff. de condict. ob turpem cauſam. etiam tamdiu durat metus, quandiu officialis eſt in officio. Bald. in l. nouiſsime. quod falſ. tuto. probat Alex. conſil. primo. col. 2. vol. 3. quod limitat Feli. in c. cauſam matrimonij. de offic. delega.

Etiam qui metu carceris aliquid promiſit, quandiu eſt in carcere non currit hoc tempus, ſed poſteaquam egreſſus fuerit. l. qui in carcerem. infrà. ſcripſi in l. qui neque. §. ſolutum. ff. de verbor. ſignific. Boer. q. 100. Maritus in Deciſ. Burdegalen. ſcripſi in d. trac. de reſciſsio. contract. in 2. tomo Commenta. art. primo. gloſſ. pen.

Imò, ſi quis probauerit metum incidiſſe, vt venderet domum, ſi poſtea donauit pratum, poterit agere ad reſciſsionem, quia metus in vno adhibitus, in 4
alijs durare præſumitur. c. accedens. de conuerſ. coniugat. niſi fuerit purgatus. l. quę onerandæ. ff. quarum rerum actio nõ datur. Panor. in c. primo. in fin. quod met. cau. alioqui inferret quis metum in vna re, quã nollet ipſe habere, vt poſteà aliam conſequeretur, & fieret legi fraus, licèt cõtraria ſententia fuerit approbata in conſil. Neapol. vt ref. it Matthę. de Afflict. in ſuis Deciſ. q. 146. Quidam maritus.

Purgatio metus, quando fallaciſ ſeatur.

Dubium eſt non modicum, an ſolutio partis purget metum in totum, reſpondeo, conſiderandi ſunt ſequentes caſus. Primus eſt, ſi ratione contractus meticuloſi partem pretij ſoluero ſpontè, totum approbare videor, quia totus fuit factus contractus, ideò reliquum cogi ſoluere potero: partem enim ſoluendo, videor totum approbare, l. prima. ff. de pollici. l. cùm eiuſdem. de ædil. edicto. quia nõ apparet quam 5
contractus partem approbare voluerit, ideò totum videtur approbaſſe. argum. l. primæ. C. de fideicom. Et non eſſe maleficium, recipere à ſpontè ſoluente, concludit Bal. conſi. 33. In primis. in 2. vol. ideò fiſcus nihil debet habere.

Secundus caſus, ſoluens partem pecuniæ metu promiſſæ, non ratione contractus, ſed promiſsionis, non videtur in reliqua parte, donationem approbare, vel ſtipulationem, quia ſuum quis iactare non videtur. l. cùm de indebito. ff. de proba. quia partem ſoluendo, de reliquo non cenſetur cogitatum. arg. l. cùm Aquiliana. ff. de trãſact. & in diuiduis vna pars alteram non firmat. regu. vtile. de regul. iur. in 6. gl. in l. pecuniæ. ff. de vſur. l. fi. C. ne vxor pro marit.

Tertius caſus, ſolutio vnius rei nõ purgat metum in alia. l. voluntariæ. C. de excuſat. tutor. quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio. l. fin. ff. de calumnia.

Obiectionis ſolutio.

Nec obeſt l. ſed Iulia. §. fin. ff. ad Macedo. quia ibi pater ſoluens partem, totum approbat contractum, ſicut in primo caſu dictum fuit. Et quia ibi ex æquitate naturali tenebatur ad pecuniam receptam mutuò per filium, ideò ſoluendo partem, totum approbare videtur, in caſu autem pręterito, ad nihilum tenebatur, ſed erat metu compulſus promittere, ſi partem voluntariæ ſoluat, reliquum approbare non cenſetur. gloſſ. in d. l. fi. C. ne fil. pro pat.

Metus quoad alterũ purgatus.

Quartus caſus eſt, ſolutio ſpõtanea facta vni, purgat metum quoad alterum, vt, ſi à duobus coactus fuerim, & vni ſoluam ſpontè, metus quoad alterum cenſetur purgatus. arg. l. cui fundus. ff. de cõdi. & demonſtra. gloſſ. & Doctor. in l. non dubium. C. de reſta. quia votum eſt debitum, & non reſpicitur res, nec perſona, ſed ſpontanea præſtatio. l. fi. C. eodem. licèt Iaſ. hunc caſum cogitandum reliquerit. in l. ſi ob turpem. ff. de condict. ob turp. cauſam. ſcripſi in tract. de reſciſ. contract. gl. 22. Bal. conſi. 33. In primis. in 2. vol.

Notan

Notandum est, quòd in dubio actus præsumitur sponte celebratus. l.ij. C. eodem. ideò qui metum, vel dolum allegat, illum probare debet. l. quotiens §. qui dolo. ff. de proba. Innocen. & alij in c. causam matrimonij. de offic. delegat.

Metus quo modo probandus.

Qui metus probatur ex indiciis, & præsumptionibus, vt docet Bart. in l. si ob turpem. ff. de condict. ob turpem causam. sicut dicitur de dolo in l. dolum. C de dolo. Anchar. consil. 299. Visa. & consil. 410. Ponderata. Et metum non iactationibus tantùm, nec contestationibus, sed atrocitate probari conuenit. l. metum. C. eodem. Boer. in decis. Burdeg. quæst. 101. nunc quæritur.

Ratio est, quia vis & metus communiter clàm inferri solent, ideò leuior probatio in illis recipitur. argu. c. fi. de testi. cogen. Alex. consil. 16. Ponderatis. in fi. & consil. 98. Quoniam. in 3. vol plenè Carol. Ruinus consil. 121. Quia principalis. in 4. vol.

Sed hoc arbitrio iudicis relinquitur. Bart. & alij in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui operis nuntiatio. Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleri. l. 4. C. ex quib. cau. maio. Vnde minæ capitales iustum inducunt metum. l. si donationis. C. eodem. Et capitales dicuntur, si de capite hominis agatur, videlicet de morte, aut exilio. l. ij. ff. de publ. iud. scripsi in l. licèt capitalis. ff. de verbo. signifi. quicquid dicat glo. in d. l. si donationis, quia licèt metus mortis, aut cruciatus corporis inducant iustum metum, tamen is, cui hoc infligitur, pertimescit minas istas capitales, in quibus de capite agitur hominis, ideò in d. l. si donationis, dicitur confectum instrumentũ metu mortis, vel cruciatus corporis extortum, capitales minas pertimescendo, &c. Et sic hæ dicuntur capitales minæ, quod est notandum ad intellectum illius text.

Et plus creditur duobus testibus de metu deponentibus, quàm decem de libera voluntate, quia illi de sensu corporis deponunt, videlicet de minis, terroribus, verberibus, quæ videri & audiri possunt, vt docet Innocen. & alij, in c. super hoc. de renũtia. Panor. in c. primo. quod met. cau. Corse. in singul. testis. incipiente, mille testes. Alij verò de libera voluntate deponentes, quæ est secreta, & occulta, ideò periculosa est eorum depositio, quia nõ reddunt rationem per sensum corporis. Bald. in consil. Schisma. Decius in l. in omnibus causis. in fi. ff. de regul. iur. Panor. in d. c. primo. quod met. cau. Boër. in Decis. Burdegal. q. 100. Maritus.

Vis qua in re committatur.

Interdum committitur vis in re sua, vel sibi debita, quandoque in re aliena. In re sua, auferendo rem, quam quis commodauerat, vel deposuerat, seu pignori dederat, & tunc is amittit rem suam, vel ius quod in illa re habet, & de ea loquitur l. extat enim decretum. ac l. præcedẽs. in §. fi. suprà. eod. vbi si quis adhibuit vim debitori suo, vt ei solueret, nõ tenetur hoc edicto quod metus causa, quod damnum exigit, sed incidit in l. Iuliam. de vi. Et ideò ius crediti amisisse ait Iulia. adeò vt solutum repeti possit à debitore, qui soluere fuit coactus. In re autem aliena si inferatur metus, habet locum ista actio, verùm quia l. extat, quibusdam videtur difficilis, ideò eam explanabo.

Lex qui in carcerẽ, infrà eod. elucidatur, & eius materia traditur in l. solutum. aliàs est §. qui neque. ff. de verbor. signifi.

SVMMARIA.

1 *Homo præclarus minùs præsumitur fuisse compulsus, quàm pauper.*

2 *Vir non præsumitur à muliere compulsus.*

3 *Iuramentum quando in supplementum probationis non deferatur.*

Lex XXIII. Vlpianus lib. V. Opinionvm.

NOn est verisimile, compulsum in vrbe iniquè indebitum soluisse eum, qui claram dignitatẽ se habere prætendebat: cùm potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate præditum, qui vtique vim eum pati prohibuisset. sed huiusmodi præsumptioni debet apertissimas probationes violentiæ opponere.

HÆc l. docet nõ esse verisimile eum qui claram dignitatem, se habere prætendebat, compulsum, iniquè in vrbe soluisse indebitum, quia poterat ius publicum inuocare, id est, adire aliquem magistratum, qui vim eum pati prohibuisset, sed contra hanc præsumptionem debet metũ passus probationes apertissimas opponere. etiam dicit text. in l. prima. in fi. C. de his qui propter metum iudi. non appell. in sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti, vel debuisti, quod quidem docet etiam ibi Accursius.

Compulsus quãdo quis non præsumatur.

Ex hoc text. colligitur, quem non compelli, vbi est magistratus, qui id prohibeat. Et Cicero pro Milone ait, Nulla vis vnquam est in libera ciuitate suscepta inter ciues, non contra rempub. vel potest intelligi iste tex non esse verisimile eum qui compulsus est vbique, quod iniquè indebitum soluerit in vrbe, sed voluntariè. Et sic purgatus fuit metus, & id maximè procedit in eo, qui claram dignitatem prætendebat: nam quamuis fuerit extra vrbem, vel in vrbe compulsus ad promittendum, tamen in vrbe poterat adire iudicem, qui ei metum incutere prohibuisset, sic nõ iniquè soluisset debitum. Quare metus videtur purgatus, si quis in vrbe soluat, quod fortè extra, per metum promisit, nisi probet, &c.

Intellige, non compellitur iniquè, ergo æquè, in vrbe enim quis est compellendus, scilicet authoritate iuris: nam si obligatus sit, potest in carcerẽ in vrbe duci, & sic cogi ad soluendum. l. iij. suprà. eodem. vbi dixi. & in tract. de literis obliga. in primo tomo Comment. ad Consti. Regi. vel bona eius capi, & distrahi possunt. l. à Diuo. §. in vẽditione. & per totum. ff. de re iudi. & ideò iste text. dicit, iniquè, videlicet quem non iniquè compulsum ad soluendum debitum, & quamuis vrbis appellatione veniat Roma. l. ij. & l. vbi Alphenus. de verbor. signific. ff. tamen hic comprehenditur quælibet vrbs & ciuitas, & quia vrbis appellatio muris finitur d. l. ij. Et sic hęc præsumptio non habet locum in suburbiis, vbi sæpius fiunt adulteria, & multa mala.

Item maior est præsumptio in homine præclaro, 1
& habente dignitatem, non fuisse compulsum, quàm

in

io paupere:quia ille familiam & multam habet,quæ eum tueatur hic nullã, vel paruam ille habet, qui ei faueant,hic nullos, sed contemptui potiùs habetur. c.pauper.11.quæst.3.

2 Adhæc non præsumitur compulsus vir à muliere,vel miles ab artifice,vel à sacerdote, vel à puero: nam quod est longè à verisimili,est falsitatis imago. Bald.& Felin. in c. quia verisimile. de præsump.ibi, ius publicũ inuocare, & adire aliquem potestate præditum.] Colligimus eum, qui aliquid patitur ab aduersario, debere adire iudicem, & conuenire illum coram eo,& is ius reddet illi,& vim pati prohibebit.

Potestate præditum.] facit C. si quacunque potest.prædi.

Probatio cōtra iuris præsumptionē admittitur.

Huiusmodi præsumptioni.] Nota contra præsumptionem admittendam probationem, hoc verum contra præsumptionem iuris, & etiam contra præsumptionem iuris & de iure, vbi ius quiescit, & vera inest præsumptio, sic non admittitur probatio in contrarium.l.prima.C.de rei vxo. acti. alioqui esset ventre contra l.quæ illam presumptionem probat.c.is qui fidem.de sponsa.extra. & per Doctor. in titul de præsumpt.plenè hæc materia tractatur.

Apertissimas probationes opponere.] Bal. in marga in verbo,iuramentum.q.9.dicit hunc tex. iuncta gloss.singul. ad hoc, quòd quando actor habet præsumptionem contra se, non defertur ei iuramentum in defectum probationis,de quo per Doct. plenè in l.admonendi.ff.de iureiur. & Docto. etiam in c.fin.illo titul.

Secundò,allegatur iste tex.iuncta gloss.singul.ad hoc,quòd si lex vel statutum requirat in superlatiuo
3 probationes exactissimas, plenissimas, euidentissimas,vel apertissimas,eo casu non defertur iuramentum in supplementum probationis: quia ea probatio,quæ fieret per iuramentum, non esset exactissima,vel apertissima.l.fi.§.illud. C. de tempor. appel. Ludo.Roma.singul.208. Tu scis quod datur.& Lanfranc.in repeti.d.l. admonendi. col.11. Soci. in tract. fallen.regula.204.Iuramentum primo.

§.Si iusto metu perterritus, cognitione iudicis, ad quem, vt vinctus iret, potens aduersarius minabatur, id quod habere licebat,compulsus vendidit,res suæ æquitati,per præsidem prouinciæ restituitur.

QVidam metu tali perterritus,vt vinctus ad cognitionem iudicis duceretur,vẽdidit domum, quam habere sibi licebat:quæro, an restitui debeat? Non videbatur,quòd iudex non sit timendus, quia is vim pati prohibuisset, vt in prin. huius l. tamen hîc dicit per Præsidem prouinciæ restituendum suæ æquitati,id est,secundùm æquitatem,quam ob oculos habere debet.l.quod si Ephesi.in fi.ff.de eo quod cer loco.Nam hîc agitur de metu partis, non iudicis,de quo suprà dixi. requiruntur tamen sequentia in hoc tex.Primò,quòd aduersarius sit potens: nam potentes tenuiores opprimere solent, non è contrario.l.prima.in fi.C.ne lice.poten.Secundò,quòd iste potẽs minatus fuerit se ducturum eum ad iudicem. Tertiò,vt vinctum eũ duceret,ibi,vt vinctus iret, quia vincula iustum præbent timorem. l. nec timorem.§.proinde.suprà.eodem.Quartò,vt vẽdat rem, quam sibi licebat habere,id est,si eam non vendidisset,hoc metu ductus atque impulsus.

Qui iusti præbeant metum.

§.Si fœnerator inciuiliter custodiendo athletam, & à certaminibus prohibendo, cauere compulerit vltra quantitatem debitæ pecuniæ,his probatis competens iudex rem suæ æquitati restitui decernet.

FActi species esse potest,Quidam fœnerator mutuauit alicui athletæ centum aureos, quos promisit restituere debitor,& cùm hic fœnerator maiorem quantitatem extorquere ab athleta vellet, inciuiliter eum custodiebat, & a certaminibus prohibebat,donec promisisset maiorem quantitatem, quam receperat, hoc metu ductus, videlicet vt custodiretur humanius, & vt certare liberius sibi liceret, promisit vltra quantitatem debiti,an debeat restitui hoc metu probatos,quod non videbatur,quia nõ apparet de metu mortis,neque de cruciatu corporis:tamẽ hic text.dicit,iudicem rem suæ æquitati restitui debere,id est, iudex ex bono & æquo istum restituendum statuet Ratio coim hæc est,quia is,in cuius custodia sum, multa mala mibi inferre potest, & ideò iustus videtur metus.

Ex hoc tex.patet acerbam custodiã & inciuilem inducere iustum metum,ideò promissio facta apparitori per eum,qui in eius est custodia,nõ valet, quia metus hic iustus est,per istum text. Et sæpius vidi obligationes & chirographa facta apparitoribus, à custodia, infirmari, vnde oportet vt taxetur salarij custodia à iudicibus,qui tradiderunt istum in viatoris custodia,& sicut non valet promissio facta Commentariensi,l. qui in carcerem, suprà. sic non valet facta isti custodi:nam in eadem causa sunt qui à militibus custodiuntur, stratoribus, vel à municipalibus ministeriis obseruantur,sicuti illi,qui in vinculis sunt.l.succurritur.& l sequ. ff. ex quibus c.iuf. maio.

Chirographa apparitoribus facta.

A certaminibus prohibendo.] Colligi potest iustum metum esse prohibere quem suo vti artificio. Vnde cùm apud antiquos tria essent athletica certamina,cursorum videlicet,pugilum, & luctatorum,si quis hoc prohiberetur vti certamine,etiam si gratiâ virtutis fieret,certè iustus videbatur metus,cũ honor & fama æquiparentur.l.iusta.ff.de manu.vindic.Doctor.in l.vt vim.ff.de iustit & iure. Multò ergo fortiùs,si gratiâ lucri, & ideò omnes artifices faciunt pluris lucri prohibitione,quàm alia, eò quòd vitam sibi parant artificij lucro.

Artificio suo vti prohibetus.

Comperens iudex.] Ex hoc tex. patet iudicem competentem cognoscere de metu, non autem incompetentem,vt in toto titul.de foro compe.& l.interpositas. C.de transact.

Nec refragatur l.extat.suprà. eodem. quia ibi iudex etiam incompetens à vi & metu excusat, si eius authoritate res fuerit tradita, sed hîc agitur de actu metu facto, quis possit illum infringere, & iste text. respondet iudicem competentem hoc posse.

Vltimò, rem æquitati suæ restitui decerneret.] & in §. præcedenti dicit, res suæ æquitati per præsidem prouinciæ restituitur. & in §. sequen. Iudex inciuiliter extorta restitui iubeat,&c. Ex quibus colligendum est,prius Prætorẽ edicto

edicto suo statuisse se non habere ratum gestum metu,de quibus superiùs dictum extitit. De quo autem metu intelligatur,declaratur de cadente in constantem virum,& de metu mortis,& cruciatus corporis. Sed is Prætor non annullabat actum ipso iure, sed per actionem,quod metus causa,ista fuerunt dicta in l.prima.2.3.& sequen.suprà.eodem.

Aliquando ex sententia edicti Iurisçon. extenderunt ad passum metum in liberis,vel consanguineis. vt in l.isti quidem.suprà.eodem.

Metus quãdo annullet actum.

Item Iurisconf.videntur plura esse negotia,quàm vocabula.vt ait Iuriscon. in l.4.ff. de præscrip. verb. voluerunt metum aliquando annullare actum,vt in dote metu promissa, & matrimonio. l. si mulier. §. primo.suprà.& c.cùm locum.de sponsal.extra. & in promissione facta in carcere,l.qui in carcerem. ibidem. & in quibusdam aliis casibus in iure expressis, interdum minorem metum, quàm mortis vel cruciatum corporis sufficere statuerũt.l prima. ff. quar. rer.act.non dat.l.non licet.de cõtrah.empti.l. medicus. de variis & extra. cogni.quia non potuerunt sigillatim exprimere singula facta : ob id iudicis arbitrio vel præsidis reliquerũt,vt hîc,cùm præsidis nomen sit generale pro quocunque iudice. l. prima. ff. de offi.Præsid.

Etiam constitutiones Principum super hoc metu statuerunt,vt in l.interpositas.C.de transact l. si per impressionem. C.eod.gloss ad hoc nota. in l. nec timorem.in verbo,restitui.suprà.eodem.

In his officium iudicis datur, quia verba directa sunt ad iudicem, vt probatur in ista l. & gloss. in l.si furor.C.de collat.

Et ideò etiam metus reuerentialis interdum sufficit.l.prima.§.quę onerandæ.ff. quarum rer.actio non datur.facit l.penultima.ff.de furtis.

Annus datur ad rescindẽdum actũ metu reuerẽtiali factum. In Francia dantur 10. ann.

Et ad rescindendum talem actum hoc metu reuerentiali factum, non datur nisi annus. allegatur text.in l.virum.ff.si quis aliquẽ testa.prohib. sed hoc non dicit,quia officium iudicis 30. annis durat. gl.in l.sicut.in verbo,persecutione.C. de præscrip.30. annor. Et hodie in hoc regno intra decẽ annos agi potest,per Constit. Regi. de qua quidem Regia Cõstitutione satis amplè tractaui, in tractatu de rescissione contractuum, in 2.tomo Commentariorum ad Regias Constitutiones.

SVMMARIA.

1 *Delegans debitor per delegationem liberatur.*
2 *Apparitor Præsidis non potest debitorem,sine iudicis commissione, cogere ad dandum, vel restituendum.*
3 *Debiti exactio secundùm quem ordinem iuris fieri debeat.*
4 *Debitum citra iuris ordinem exactum & redditum, non repetendum,& quare.*
5 *Præscriptio etiam longissima non firmat extorsionem.*
6 *Captus pro crimine,non potest retineri pro debito:secus è contrario.*

§. Si quis quod aduersario nõ debebat, delegante eo per vim apparitione Præsidis interueniente,sine notione iudicis coactus est dare,iudex inciuiliter extorta, restitui ab eo, qui rei damnum præstiterit, iubeat. Quòd si debitis satisfecit simplici iussione,& non cognitione habita,quamuis non extra ordinem exactionem fieri, sed ciuiliter oportuit,tamen quæ solutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt,reuocare inciuile est.

Facti species.

ISte text.est valde obscurus, qui sic tamen potest declarari. Quidã decem debebat, delegauit debitorem,& sic amplius nõ tenebatur.l.iij. C.de nouat. fuit tamen coactus ab apparitore sine iudicis notione illa decem præstare,quæritur,an illa restituere teneatur? Non videbatur,eò quòd creditori plenè non erat satisfactum per delegationem, & actiones directæ remãserant apud creditorem.d.l.iij.sed dicit iste tex.inciuiliter extorta restituẽda,ratio est: nam postquam delegatio erat facta, is amplius non debebat, ideò non poterat cogi dare, maximè ab apparitore, qui nullam habet cognitionem, sed nudam executionem:ideò factum inciuiliter dicit, & quidam intelligunt istum text.io illo,qui non debet,& coactus est delegare,& posteà dare,& tunc nõ esset dubium: at,vt finxi casum,est dubium.

Exactio ciuiliter facienda est.

In secũda parte tex.ait, quòd si debitor iussus simpliciter ab apparitore, sine cognitione iudicis soluerit, inciuile est reuocari,quod debitũ erat,quamuis hæc exactio(vt dicit text.)non debeat fieri extra ordinẽ, sed ciuiliter & authoritate iudicis,tamen facta tenet, quia soluens debitum liberatur,ideò nõ potest illud repetere.l.in diem.& per totum.ff.de cõdict.indebit.

Ideò,vt intelligas tex.dicas,si quis coactus est aduersario dare per vim id quod non debebat, aduersario scilicet delegante,& apparitione Præsidis interueniente, sine iudicis notione, iudex inciuiliter extorta restitui ab eo qui rei damnum præstitit, iubeat.

Ex hoc text.potest colligi quòd per delegationẽ 1
liberetur delegans, ideò quòd amplius aduersario non debet,& sic cogi nõ debet soluere.l.iij. C.de nouat. delegare enim est vice sua aliam dare rem creditori,vel cui iusserit.l. delegare. ff. de nouati. & qui delegat,soluit.l.quamuis §.interdum.ff.ad Velleian.

Secundò ex hoc text. ibi, apparitione præsi-
dis,nota quòd apparitor Præsidis, vel etiam sena- 2
tus,non potest cogere debitorem,vel alium ad dandum,vel restituendum : & quæ ipse facit, tanquam priuatus facere censetur, quia cognitionem non habet,sed solùm meram executionem,sine cõmissione iudicis. l. *neminem in iudicio exhibendum esse præcipimus,nisi de cuius exhibitione iudex,pronunciauerit.* C. de exhib.reis. De apparitione loquitur tex. in l. consulta.C.de testam.

Tertiò,declarat iste text.à quo damnũ restituendum sit,& respondet ab eo, qui rei damnum præstitit,& quis est ille? Respondet pars,licèt enim apparitor adiumento fuerit, nõ præstitit tamen rei damnũ, ideo pars tenetur,ad cuius vtilitatem actus succedit, quia ipsa hoc fecisse videtur.c. constitut. de testibus.

Quartò, non extra ordinem exactionem fieri, nota exactionem debiti debere fieri secundùm ordinem iuris,& non extra ordinem. Ordo ponitur in l.à Diuo Pio.§.in vẽditione.ff.de re iudi.vt primò

mobilia

3 mobilia,deinde immobilia, poſteà nomina capiãtur pro executione ibidem.

Licèt iſte ordo non ſeruetur in Francia,vt abundè ſcripſi in tract.de literis execu.arti.11.in primo tomo Comment.ad Conſti.Reg.Gallic.

4 Quintò,ex hoc tex.colligitur,debitum exactum citra iuris ordinem repeti non poſſe, quia debitum eſt.ſingul.iſtum tex.ad hoc dicit præpoſi.in c.vt debitus.in gloſſa.Rationabiliter.de appel.Sic & datam

Poſſeſſio à iudice data,non ſeruato iuris ordine.

poſſeſsionem à iudice ex iuſta cauſa,licèt inciuiliter, quia non citato poſſeſſore, non reuocandam aſſerit Barba.per hunc tex.in conſi.51.Scripſit.col.21.in primo vol.quod Iaſon probat in l.iubere.nu.5.ff. de iuriſdictione omn.iudi.ſed de hoc alibi dixi.

Sextò,per iſtum tex.docet Hyppoli.in practi. crimin.§.incipien.ſecundo.nu.38 quòd reus poteſt condemnare ad mortem non obſtãte nullitate ſuæ confeſsionis,dummodò cõſtet de veritate homicidij,de quo ſcripſi in interpret. l. Diuus. ff. de Senatuſcon. Syllania.

Coactus iurare ſolutionem facere, poteſt abſolutionẽ petere.

Limitat Ludo.Roma.in ſing.511.Iurat, &c. in iuramento,vt coactus iurare,quòd ſoluet id, quod debet, poſsit petere abſolutionem à iuramento, cùm quia ex coactione illi infertur iniuria.c legebatur.de maiori.tum quia ſuperior occaſionem peierãdi auferre debet.l. ij. C. de indicta vidui. tollen. ſequitur Ioan.Fab.in l.ij. C. eod. Hoc tamen non videtur verum, quia non poteſt abſolui à debito principali is qui debet,ergo nec ab acceſſorio,ſcilicet à iuramẽto, nec obeſt quòd fiat iniuria,nam nulla fit.& ſi fiat, nõ debet agi,ſicut quando appellatur à iudice, illi fit iniuria,ſed non attenditur illa iniuria. Alioqui daretur materia delinquendi, & peierandi,ac fruſtrandi debitorem ſuum.

Item non datur occaſio peierandi,quãdo quis cogit debitorem iurare, vt ſoluat quod ſibi debitũ eſt, & ideò dicerem per hunc tex.eum qui coactus fuit iurare ſoluere debitum, non poſſe abſolutione prætextu metus acceſſorij petere, & iſtud æquum eſt. Alioqui daretur materia delinquẽdi, & nõ ſoluendi.

Vltimò,iſtum tex.allegat Guido Papæ conſil. 65. Viſo themate.col. 2. ad hoc quòd ſi Baro, vel alius
potens vtatur aliquo iure contra non potentem,forrè quia ſiſtit,areſtat, vel pignorat ſine cauſæ cogni-
5 tione,præſumitur extorſio,& violẽtia, quo caſu cõ-
ſuetudo vel præſcriptio etiam longiſsima non ſufficeret,quia eſſet irrationabilis, & peccati nutritiua. c. fin.de conſue.quod facit contra potentes,vt præſcriptio facilè non recipiatur contra pauperes, & maximè contra ſubditos.

Incluſus in carcere debitor, ſine iudicis mãdato.

Poſtremò,ex hoc text.colligunt Doctor. quòd ſi apparitor ſine iudicis mandato prehenderit debitorem,an poterit poſteà ibi de iudicis mandato retineri,&(vt dicunt) recommendari:ſuper hac quæſtione diſtinguendi ſunt caſus ſequentes.

Primus eſt,Incluſus in carcere non poteſt retineri à Commentarienſi pro quocunque debito ſine iudicis ſententia, alioqui cuſtos carceris priuatus committeret crimen.l.neminem.C.de exhib.reis.l.capite quinto.ff.de adult.

Secundus caſus eſt, Non poteſt hæc ſententia retentionis à iu lice die feriato in honorem Dei proferri. C.de fer. .fi & c.fi illo titul. quia hæc retentio per ſententiam iudicis fit quæ non poteſt proferri die feriata.c.placuit.15.q.4.Bald.in authen.ei qui. col.3.nu. 13.C.de bon.autho.iudi.poſſiden.ſic conſuluit Alex. conſil.159.Circa primum.2.q.in 2.volum.

Captus quando reſtituendus ſit.

Tertius caſus,Vbi prehenſio eſt nulla,non poteſt quis pro alio debito retineri, vt ſi quis fuerit in loco ſacro captus, vel in domo ſua,tunc reſtitui debet. l. plerique.ff.de in ius vocan.l.præſenti.C.de his qui ad eccle.cõfuget.c.inter alia.extra. de immunita.eccle. quia ſpoliatus ſua libertate, ante omnia venit reſtituendus.l.ſi quis ad ſe fundum.C.de vi publi.nec exceptio opponi poteſt,quare non reſtituitur. l. prima. C.ſi per vim vel alio modo.Alex.d.conſi. 159. Circa ſecundam quæſtion.vol.2.facit lex, ſi quis liberum. ff.de proba Nam quod inutile eſt,non poteſt alij robur dare.l.cùm vnus.§.planè.ff. de bon. autho. iudi. poſsid.quod intelligit Bart.in d.q. 6. verùm quando recommendatio (vt verbis ſuis vtar) caperet vim à prima captura,quia poſtquã non valet fundamentũ, nec id ſuper quo ædificatur.l.ego.ff.de excep. rei iudi.& idem eſt dicendum,ſi in alio eſſet territorio captus.Bar.in d.q.6.incipiente,Lapus. Si tamen prima prehenſio fuerit ſine iudicis mandato facta, omne retentio ad iudicis præceptum fieri poterit. Benedict. in repe.c.Raynutius in verbo, ſi abſque. 2. de ſubſti. fideicom.nu.50 de teſta.

Debitè captus pro alio debito poteſt retineri.

Pignus retentum ob chirographum.

Quartus caſus eſt, captus pro vno debito poteſt pro alio ibi retineri, maximè quando erat debitum eidem creditori,etiam ſi actor ſit in calumnia, dummodò nõn ſit peccatum in capiendo,per iſtum text. facit l.vnica.C.ſi ob chirogra.pec. vbi pignus poteſt retineri ob chirographum, licèt pro eo debito non eſſet datum.Bart.& alij in l.iiij.§. primo.ff.ne quis eũ qui in ius voca.eſt, vt eximat.& in conſi 221.An poſitus.in prima quæſtio.imò, ſi debitor prehẽſus & captus eſt pro non debito, poteſt pro vero debito retineri.argu.l.tutores.in fi.ff.de condict. indeb.quia nihil refert,an quis de nouo capiatur,an retineatur,nec venari animal debet,quod eſt intra laqueum. l.in laqueum.ff.de acquir.rer.domi.Bald.conſi.90.Quæritur.in 5. vol. nam ſecũdum eum prehenſio eſt quædam ſecunda citatio,ſed ille,qui eſt præſens, non debet citari,ſed iuberi,vt remaneat, vnde ſi iudex præcipiat,vt non recedat de carcere, eſt tacitè hunc iterum citare.vt l.ij.C.quomod.& quãdo iudex.Quod eſt verum, quãdo ex illo debito poterat in carcerem includi,alioqui ibi non poterit retineri,quia hæc cõmendatio non habet maius priuilegium, quàm prima prehenſio,vt docet Baldus,conſil.50. Quæritur. in fin.vol.5.

Debitum fiſci.

Quintus caſus,captus pro debito priuati, ſemper retineri poterit pro debito fiſci, quod eſt valde priuilegiatum.§.oportet.in authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.colla. 2. §. publicorum. in authen. de manda. princip.colla.3.& è contrario l.quotiens.C.de exact. trib.lib.10.Bal.in tract.de carcere.c.2.

Sextus,pro debito ciuili captus, poteſt pro crimi- 6
ne retineri.Bart.in l.ij.in fi.ff.de cuſto.reor. ſed non è contrario,quia criminalis cauſa præfertur. l. per minorem.ff.de iudi.l.fi.de ordi. iudi. Bart. d.conſil.221. & Bal.in d.tract.de carcere.in d.c.2.

Captus pro delicto.

Septimus caſus,pro vno delicto detentus,ſemper poteſt pro alio retineri, etiamſi crimen leuius ſit. l. ſi cui.in fi.ff.de accuſa.& finita primi delicti cognitione,cognoſcetur de ſecundo. l. qui de crimine. C. de accuſa.Bar.in d.conſi.221.An poſitus.& in d.l.ij. Angel.in tract.maleſi.in gl.Fama publica.q.7.

De

De dolo malo. Tit. III.

SVMMARIA.

1 *Prætor quomodo dolum adinuenerit.*
2 *Dolus regulariter non præsumitur.*
3 *Dolus quomodo probari debeat.*
4 *Actio famosa à Prætore non decernenda, si sit ciuilis, honoraria, vel ordinaria.*

Lex I. Vlpianus lib. XI. ad Edictum.

HOc edicto Prætor aduersus varios & dolosos, qui aliis obfuerunt calliditate quadam, subuenit: ne vel illis malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa. Verba autem edicti talia sunt, QVAE DOLO MALO FACTA ESSE DICENTVR, SI DE HIS REBVS ALIA ACTIO NON ERIT, ET IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IVDICIVM DABO.

PRimùm quærendum est, quis inuenit edictum de dolo. Respondet l. prima Prætorem adinuenisse.

1 Sed quomodo à Prætore dolus inuentus sit, cùm Cain filius Adæ dolo induxerit Abelem, vt egrederetur domo patris, vt postea eum interficeret, Genes. 4. & Deutero. 15. Deus prohibuit ne quicquam ageretur callidè, maxime in necessitatibus pauperum subleuandis, imò diabolum inuenisse dolum coniectare possumus, quem longo tempore scimus exercuisse, prout exercet, & malos docuisse, vt illũ exercerent. Respondeo, ante Prætores non erat specialis inuenta actio doli, ad irritandum actus dolo initos, ideò Prætor introduxit actionẽ de dolo, & hoc edictum, non autem dolum, qui longo antea tempore inductus fuerat, & hoc probat hæc lex prima. Ex qua notandum est, quòd vbicunque lex dicit, ait Prætor, dicere possumus edictum illud à Prætore inductum, vt in titul. proximo diximus, & in sexcentis fermè legibus videre est, & quare nõ vocatur lex Prætoris, sed edictum? Respondeo, Prætori, & aliis magistratibus Rom. iura constituere tãtum per edictum permissum fuit, quòd edicta res ipsas præcedant, id est, antequam negotia & causæ existant, proponi soleant, atque ita omnis sinisterior suspicio cesset, teste Theophilo in §. Prætorum edicta. de iure natur. in Institut.

Secũdò, aduersus quos introductum est hoc edictum? Respondeo, aduersus varios & dolosos, qui aliis obfuerunt calliditate quadam, id est aliqua, sic exponitur in l. si duo. ff. depos.

Vendens rẽ duobus, diuerso tempore. Varius dicitur, diuersus, multiformis, multiplex, mutabilis, vnde qui rem duobus vendidit, diuerso tempore, varius est, & falsi pœna tenetur. l. qui duobus. ff. de fal. & qui varius est, dolosus etiam dici potest, vt probat copulatiua, &, in isto text. posita.

Aduersus etiam hæredes dolosorum datur. l. hæredibus. infrà, sed duntaxat de eo quod ad eos peruenit, quatenus ex ea locupletiores facti sunt l. si plures. & l. in hæredem. infrà. vel dolo malo eius factum fuerit, quominus perueneerit, ideò si accepto lata fuerit pecunia, cum hærede agetur. l. dolo. & sequen.

Tertiò, quibus detur? Respondeo, deceptis dolo, & calliditate aduersarij, secus si casu & bona fide, probatur in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commodat. l. si legatarius. ibi, *vel quadam alia fallacia*, infrà.

Et sic sequentia requiruntur in hoc tex. ad hoc vt doli oriatur actio. Primò, quod sit varius & dolosus, ibi, varios & dolosos, nã si simplex esset, non præsumeretur dolus.

Secũdò, quòd ille obfuerit & nocuerit probat lex, & eleganter. §. primo. ibi, venenum dedit, & §. si seruum. ibi, interemptus est. infrà eod. quæ est aliàs l. si quis affirmauerit. l. si oleum §. penul. ibi, *nam si ea res sit, in qua dolus commissus est*. nam verba cum effectu intelligi debent. l. prima. ff. quod quisque iur. & l. cũ quis. ibi, si quid damni mihi accesserit. infrà, eod.

Tertiò, quòd aliis nocuerit, ergo si soli doloso, nõ posset agere dolosus. gloss. in l. & eleganter. in verbo, nullam. vbi dicetur. infrà, eod.

Quartò, quòd etiam calliditate nocuerit, vnde si casu, non agetur. l. si quis affirmauerit. ibi, si callidè hoc fecerit, infrà eod. l. quòd si cùm scires. & l. quod venditor. infrà. ibi, decipiendi causa: si tamẽ duo dolo malo fecerint, inuicem de dolo nõ agent. l. si duo. infrà. & Vlpia. ait, dolo malo adiecto calliditatẽ notat Prætor eius, qui persuadet. Cæterùm si sine dolo quis deteriorem fecerit, vt & si lusus gratia fecerit, non tenetur. l. dolo. ff. de interroga. actio.

Quintò, quadam, ergo sufficit minima calliditas: ibi, calliditate quadam, id est, aliqua. l. prima. quæ non magnam machinationem exquirunt, hoc titu. per gl. in l. & eleganter. in fi. infra. & l. quid enim. ibidem. facit gl. in clemen. vnica. in verbo, aut earum aliqua. de foro compe. scripsi in interpre. authen. habita. in verbo, aliquam. C. ne filius pro patre.

Et sic perperàm videtur concludere Doctor. qui dicunt dolum esse considerandum, sicut metum, qui etiam cadere possit in prudentem virum, quia per iura prædicta aliqua calliditas sufficit, quicquid dicat Bald. in rub. C. de rescin. vendi. & in l. prima. col. 2. C. de sentent. ex libello recitanda. Hyppol. singul. 407. Nõ omnis. Relinquitur tamẽ arbitrio iudicis, si calliditas illa sit sufficiẽs, nécne, nempe dolus tantò punibilior est, quantò callidior, & latentior. teste Bald. in l. fraus. ff. de legi. Ista vidẽtur additiones quædam interpretum ad textum, & ex hoc sequeretur absurdum, non puniendum, scilicet dolum, qui in simplices, & faciles fit.

Edictũ hoc quare introductum sit. Quartò, principaliter dubitatur, quãobrem hoc edictum introductum sit? Respõdeo, duplici ex causa. Primò, ne simplicitas dãnosa sit istis simplicibus, quidam sunt simplices, id est fatui, negligentes, & his aliqua etiam iura subueniunt. vt in l. in negotiis. ff. de regul. iur.

Alij sunt simplices, id est puri, & aperti, à dolo & simulatione alieni, nil fuci præseferentes, de quibus in c. si cupis. 16. q. prima. ibi, habeto simplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidiis, & ista veritatis est amica simplicitas. c. veritatis. de iureiur. Et his simplicibus qui interdum facilè decipiuntur, sub-

uenit hoc edictum aduersus dolosos & vafros.

Alia est causa, ne malitia & calliditas dolosis sit lucrosa, vt etiam docet Paul. in l. ne ex dolo suo lucrentur infrà. Etiam Caius ait, non debere quos ex alieno damno lucrari. l. itaque. in §. fin. infra eodem. & alibi idem ait, videri me dolum malum facere, quòd ex aliena iactura lucrum quæram. l. si quis mancipiis. in fin. ff. de instit. actio. vnde iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimēto & iniuria fieri locupletiorem. l. iure. ff. de regul. iur. & Paul. scribit in l. prima. ff. de doli excep. Ideò autem hanc exceptionem Prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem prosit.

Actio de dolo finitur biennio. Quintò, quantum durat hæc actio? Respondeo, hæc actio debet moueri & finiri intra biennium. l. fi. C. eodem. eò quòd famosa sit, iuta volunt eam citò extinguendam: sed in praxi non seruatur illa lex quoad contestationem, vt si semel intra biennium cœpta sit, & non perfecta, quòd finiatur, alinqui dolosus protrahendo causam, sic lucraretur, quod non est dicendum, imò etiam tempus, quo quis non potuit agere, quia causa reipub. erat absens, detrahitur. l. ij. C. eodem.

Sed de eo quod ad dolosum peruenit, & locupletior factus est, in factum actione tenetur perpetuò, etiam hæres eius. l. itaque. in fin. infrà eodem. quæ actio famosum eum non facit, quia rem respicit, & potiùs calculi ratione, quàm maleficij hæredem conueniri (id est, si post calculum bona inueniantur apud eum hæredem) ait Iurisconf. in l. Sabinus. hoc titulo.

Neque causæ cognitio in hæredis persona erit necessaria. l. neque. ibidem. quia datur in hæredem quæcunque, etiamsi dignitate præditus sit, etiamsi res modica sit apud eum, quia hęc non infamat, vt dixi, cùm rem respiciat, & sic nō requiritur cognitio causæ, an sit in dignitate nécne hæres, vel an res sit modica, vel magna.

Actio personalis ad rescindendū contractum dolo initum, finitur post 10. annos. Postremò notandum est, quòd si venditio, vel alius contractus dolo factus fuerit, datur actio personalis ad rescindendum illum contractum, quæ 30. anois durat. l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. trig. anno. nisi in hoc regno Franciæ, quæ tantū decem durat annis. vt in titul. proximo scripsi suprà.

Et quamuis actio quod metus causa dolum contineat. l. item si cum. §. eum qui. suprà tit. proxi. tamē nullus metus est, si dolus intercedat. l. & qui dat. ff. ex quib. cau. maior.

Sextò, Vlpian. ait, qui dolo dicit factum aliquid, licèt in exceptione, docere dolum admissum debet. in l. quotiens. §. primo. ff. de proba. Et sic dolus est

2 probandus, quia regulariter non præsumitur interuenisse. l. meritò. ff. pro socio.

Sed quomodo probetur dolus: Respondet Impe-

3 rator, *dolum ex indiciis perspicuis probari conuenit.* l. dolum. C. de dolo.

Dolusquādo præsumatur. Interdum à iure præsumitur dolus ex qualitate facti, vel actus eui inest, vt quando debitor, sciens se debere, omnia bona alienat: oā hoc in fraudem creditorum facere censetur. l. Lucius. §. omnes. ff. quæ in fraudem credit. & res ipsa aliquādo in se dolum habet. l. si quis cùm aliter. ff. de verbor. obliga. Et his casibus & similibus dolus non est alio modo probandus, sed iudex ex actu ipso habet probatum dolum, postquam lex eum etiam sic habet, ideò præsumitur dolus, quando quis non facit, quod debet. l. dolus. ff. manda. l. tutor qui. ff. de adminift. tut. Iaf. consil. 129. col. 1. in 2. vol.

Aliquando qualitas facti concludit contrarium eius, quod agitur, vt non potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat. l. non potest. ff. de regul. iur. l. item hi qui reipub. causa, siue dolo malo abfuissent, dolum malum eò pertinere accepit, vt qui reuerti potest, neque reuerteretur. ff. ex quibus cau. maio.

Item in maleficiis præsumitur dolus. l. si non conuicij. de iniur. C. l. prima. de sicar. & quando vergit in alterius detrimentum. l. nec ex vi. C. de fal. Bald. consil. 155. Reperitur. in 3. vol. plenè scribunt Doct. in c. si autem. de rescript.

Item eò dicunt iudiciis dolum probandum, quia verè probari non potest, cùm in animo consistat, & animi cognitor est solus Deus. c. erubescāt. 32. dist. c. tua nos. de symo. & Iurisconf. ait, an dolo quid factum sit, ex facto intelligitur. in l. prima. ff. de doli excep.

Sed quæ iudicia sufficiant? Respondeo, oportet esse perspicua, & dilucida, quæ facti qualitatem indicent, ex quibus iudex possit dolum arguere, cognoscere, seu cōiectare, & de eo iudicare, & ideò arbitrio iudicis ista relinquuntur, cùm super his certa non possit constitui regula. vt docet Luc. de Penna. in l. quemadmodum. col. 11. C. de agrico. & censi. libr. 11. & quod Imperator vocat iudicia, Iurisconf. vocat argumenta. in l. non solum. §. à Barbaris. ff. de re mili. Et perspicua vocantur clara, aperta, dilucida, manifesta, super quibus iudicantis authoritas iudicium firmare potest, vt docet Bart. in l. admonendi. col. 3. C. de iureiur. *Iudicia ad dolum probandū debēt esse lucida.*

Discutere ergo debet iudex, an iudicia sint sufficientia ad probandum dolum, an verò leuia sint, ex quibus dolus non est satis probatus, vt eis credat, & per ea iudicet. l. fi. C. de proba. l. & elegāter. §. primo. infrà. Bald. consi. 250. in quæstione. in primo vol. Vnde Celsus fatetur, si leuior sit suspicio aduersarij, quasi dolosè versari, hoc non sufficere, vt minor in integrum restitui possit quasi callidè deceptus. l. iij. §. si quis. versic. idem tamen. ff. de minor.

Item discutiet iudex, inspecta qualitate personæ & facti, an plura sint cōtra dolosum iudicia, & fortiora quàm pro eo, vel è contrario, & qualia sint vtraque. vt probatur arbit. tute. l. si defunctus. & l. nec ei. §. primo. ff. de adop.

Septimò, quæro quod est Prætoris edictum? Respondeo, in l. prima. Vlpia. hæc fore verba edicti scribit, Quæ dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur, iudicium dabo.

Primò in edicto Prætoris sunt hæc verba, quæ facta erunt, &c. Videlicet, quæcunque dolo malo facta erunt, datur actio, sicut in edicto Prętoris quod metus causa gestum. l. metum. §. animaduertendum. suprà. eodem. vbi dixi. & in edicto Prætoris erāt verba, *quæ fraudationis causa gesta erunt*, & Vlpian. sic declarat in l. prima. ff. quæ in fraud. credi. quodcunque igitur fraudis causa videtur fieri, his verbis reuocari, qualecunque fuerit: nam latè ista verba patent, & in rub. ff. quod vi aut clam fact. est. ac 10 titul. quod falso tuto. aucto. gestum esse dicet.

Dolo

Dolo malo, ideò Prætor dixit, quia dolus quidam bonus est, qui pro solertia accipitur. Solertiam dicimus, sagacitatem, prudentiam, celeritatémque ingenij, quæ non infringit actum, licèt in eo interueniat, & ita intelligi debet text. in l. in causæ. 2. §. *Idem Pomponius ait, in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire.* ff. de minor. Nam cùm hæc solertia naturaliter hominibus quibusdam insit, ob id naturaliter dicit licere circũuenire alium in pretio, & idem text. in l. item. §. si loca. dummodò dolus absit.

Interdum, hoc dolo vti potest Aduocatus, si iustã habeat causam. glos. in c. dominus. 23. qu. 2. Panor. in c. primo. col. 2. quod metus causa.

Idem in iudice, vt veritatem eruat à scelesto homine. Bald. in l. prima. §. editiones. 2. nota. de eden. Hyppoli. in singul. incipiente, Malitiis. 177. & Archidiac. & alij. in c. vtilem. 22. q. 2.

Definitio doli mali. Alius dolus est malus, qui sic à Labeone definitur, cuius definitionẽ probat hîc Vlpia. dolũ malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendúmque alterum adhibitam. Et Accurs. putat hîc calliditatẽ in tacendo, fallaciam in mentiendo, machinationem in arte verborum consistere: tamen regulariter ista vocabula ad malitiam tendunt, ob id indifferenter his vtimur vocabulis, ideò omnis machinatio, fraus, versutia, fallacia, & calliditas ad decipiendũ alterum adhibita, dicitur dolus.

Item doli appellatione venit dolus malus. l. & eleganter. & ferè in aliis legibus infrà eod. l. dolo facit. ff. de excep. rei iudic. & hoc docet Diuus Thomas. in 2. secundæ. q. 55. arti. 4. quem sequitur summa Angel. in verbo, astutia.

Facere, verbum, quid complectatur. Deinde in Prætoris edicto erat verbũ, facta. Verbum, facere, omnem omninò faciendi causam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, & ambulandi. l. verbum, facere. ff. de verborum significatione, vbi dixi.

Si dolo malo suaserim vt des seruũ, dedisti, actio de dolo competit, si alia non detur, quia verbum facere in hoc text. conscriptum complectitur causam dandi.

Idem, si per dolum tuum, quod non debebam Titio, soluerim, repetam à Titio, si soluendo sit, alioqui contra te de dolo agetur. l. ideóque. hoc titulo.

Si dolo coactus fuerim tibi pecuniam numerare, etiam hoc edicto dolus malus punitur, cùm verbum hoc factam numerationem etiam contineat. d. l. verbum facere. Iudicandíque dolus plectitur in l. si filiusfamilias. ff. de iudi.

Ambulandi causa, punitur dolus. in l. is qui cum telo ambulauerit homines necandi causa, sicut is, qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo factum erit commissum, legis Corneliæ, de sicar. pœna coërcetur. C. de sicar.

De eadem re. Faciendi etiam verbo, reddendi causa continetur. l. faciendi. ff. de verbor. significatio. Vnde si venenum datum fuerit seruo meo, quem commodaueram, vel qui mihi erat vẽditus, de dolo dabitur actio. l. & eleganter. §. nõ solum. infr. & sic hoc verbum, facta, in edicto Prætoris positum latè patet. vt in l. prima. ff. quæ in fraud. credit. facta sunt. & in l. prima. & per totum. ff. si quid in fraud. pat. fact. sit.

Adeò quòd hoc verbum, factum, comprehendit etiam dictũ dolo, vt Caius, & Vlpia. inferiùs satis explicant. Ait enim Caius. l. *quòd si cùm scires eum facultatibus labi, tui lucri gratia affirmasti mihi idoneũ esse, de dolo iudicium dandum.* infrà. eo. Similiter & Vlpia. in l. si quis affirmauerit. ibidem. Etiamsi quis ad infamiam alterius dolo malo cantilenam, vel aliud scripserit, si alia actio non sit, daretur doli actio. l. lex Cornelia. §. si quis librum. ff. de iniur. Imò si lex dolo alicuius sit promulgata & edita, hæc actio datur, & quidem dolus fit, tam in contractibus, quàm in testamentis. l. prima. in fi. ff. de doli except.

Dicentur.] Accurs. supplet, & erũt facta, hoc tamen non est necessarium: nam hæc est phrasis Iuriscon. vt quãdo factum pro vero habẽdũ, hoc verbo vti soleant, vt quæ dicantur esse facta, pro eo, quæ facta erunt. vt in titul. si quadrupes pauper. fecis. dica. si libertus ingenuus esse dicatur. & in tit. si mulier vent. min. in possess. calumniæ causa esse dicatur. ac in titul. quod falso tutore authore gestũ esse dicetur. l. qui nomine Prætoris literas falsas reddidisse edictúmve falsum proposuisse dicetur, ex hac causa actione in factũ pœnali tenetur. ff. de falsis. Adduxi iura in l. iij. §. fi. ff. de verbo. signifi. & hoc quando Iuriscon. impersonaliter loquuntur, secus si ad partem referatur, quia tunc qui dicit se esse talem, intelligitur, si probetur quod dicit, l. qui se dicit. ff. de iudic. l. actor. C. de proba. l. non ignorat. qui accus. non possunt.

Si de his rebus.] Rei verbum tãquam generale Prætor elegit, l. prima. in fi. ff. de reb. credi. & rei appellatio generalior est, quàm pecuniæ. l. rei. ff. de verborum significatione, vbi abundè scripsi, quid rei nomine contineatur, videlicet & facta, & alios actus contineri, & ideò in re gesta dolo, id est, in actu gesto dolo, si non oriatur, de dolo actio dabitur. Et hoc dicit iste text. *Rei appellatio.*

Si alia actio non erit.] Hoc amplissimè elucidat Iuriscon. in hac l. prima. & sequen. nam Vlpian. docet his verbis, Meritò hanc actionem Prætor ita demum pollicetur, si alia actio non erit, quoniam fa- 4
mosa actio non temere debuit à Prætore decerni, si sit ciuilis, vel honoraria, ordinaria, id est, qua quis possit experiri. vt Accurs. ait, vsque adeò vt & Pedius lib. 8. scribat, etiam si interdictum sit, quo quis experiri, vel exceptio, qua se tueri possit, cessat hoc edictum. §. ait Prætor. l. prima. hoc tit. idem & si quis stipulatione tutus sit, non agetur de dolo.

Actio de dolo quãdo locum non habeat. Imò, si quis in integrum restitui ratione ætatis, metus, vel absentiæ, vel aliæ iustæ causæ possit, non dabitur hæc actio, sed imputabitur illi, qui in integrum restitutionem petere non vult, nisi per dolum fecerit, vt tempus ad petendam restitutionem præterierit, eo casu post tempus doli actio dabitur. §. idem Pomponius. in d. l. j. etiam Vlpian. docet, Si quis aduersarium callidè circumuenerit, & omnis in hac lite dolo versatus est, locũ habebit ex stipulatu actio, & ideò si velit de dolo actionem aduersarius exercere, non debebit, cùm habeat ex stipulatu actionem. l. ita demum. in fi. ff. de arbitr.

Nec quidem hæc actio datur, si primùm habeam actionem, & eam acceptam fecerim: nam imputari mihi debet, cur eam sustulerim, nisi dolo malo quis induxerit me, ad illam actionem extinguendam, eo

casu de dolo actio competeret §. si quis. in hac l.prima.

Et generaliter vbicumque res seruari potest, siue ab eo qui dolum intulit, siue ab alio, nunquam hæc actio dabitur, vnde si dolo tutoris, vel collusione sua minor sit circunscriptus, non datur minori actio de dolo, quia tutelæ competit in tutorem, nisi tutor soluendo non sit, tūc de dolo datur aduersus Titium rem pupilli possidentem, & qui dolum cum tutore commisit. l.ij.& sequen. l.ideò.cum l.sequen. & alibi. Papinia.ait, *Quotiens deficit actio, vel exceptio, vtilis actio, vel exceptio præscriptis verbis danda est.* l. quotiens. ff. de præscrip. verb. Ideò, vbi ex facto dolus abest, est tamen æquum actionem dari, tunc præscriptis verbis, vel in factum dabitur, & ita intelligetur dicta lex quotiēs. & l. prima. & per totum. ff. de præscrip. verb. At cùm factum dolo conceptum est, & ex eo non adest alia actio, tunc de dolo competit, vel actio, vel exceptio. l. prima. ff. de doli excep. Sufficit ergo vel aliam habere actionem, exceptionem, persecutionem, vel in integrum restitutionem, per prædicta.

Restrictiones ad præcedentia. Limitatur, quando criminalis competeret eum hac actione, tunc vna per alteram non cessabit. vt docet Vlpian. his verbis in l. si quis affirmauerit. in fi. infrà. ibi item, si tabulæ testamenti ne de inofficioso diceretur, diu suppressæ sint, mox mortuo filio probatæ, hæredes filij aduersus eos, qui suppresserunt, & lege Cornelia, & de dolo posse experiri certum est. facit gloss. in §. gallinarum. de rer. diuis. in Instit.

Secundò, quādo alia actio, quæ daretur, esset inutilis, & sine effectu, vt si tutor colluserit cum Titio, & minor circunscriptus fuerit, in Titium dabitur actio de dolo, si tutor soluendo non fuerit, licèt actio tutelæ competat, tamen esset pupillo inutilis. l. ideóque rationem tradit Caius: nam is nullam actionem videtur habere, cui propter inopiam aduersarij inanis est actio. ibidem.

Idem dico in Procuratore, qui passus est vincere aduersarium, vt si cum Procuratore agi non possit, quia non est soluendo, liberum erit contra aduersarium. l. & eleganter. §. si dolo malo. infrà eodem. vbi dicam. facit l. si oleum. in princ. infrà, quæ est aliàs l. si quis affirmauit. §. Labeo libro tricesimo septimo posteriorum scribit, si oleum, &c.

Actio de dolo pro re modica nō competit. Tertiò, ista actio non datur pro re modica, quia odiosa est, & infamat, modicā rē dicit Paul. vsque ad duos aureos l. si oleum. io fio. cum l. sequen. infrà eodem: nam nisi ex magna causa & euidenti callidítate, non debet de dolo actio dari. l. & eleganter. in fin. infrà eodem.

Quarto, interdū in lege numerantur plures actiones, & dari eas pro vno actu Iurisconf. asserit, tamen quandiu vna competere potest, actio de dolo (quæ est subsidiaria) non competet, vt in l. prima, & secunda, & hac l. iuncta l. repeti. §. si. ff. quibus modis vsusfruct. amitta. & in hoc limitabitur l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. actio. & sic non est inconueniens quem pluribus actionibus teneri, etiam eum actione de dolo, sed agetur aliis actionibus, & non de dolo. facit l. qui tabulas. ff. ad legem Aquiliam.

Quintò, non datur liberis contra parentes, quia liberi honorare, & non infamare parentes debent. l. liberto. ff. de obseq. Etiam eadem ratione non competit aduersus patronos, idem dixi non dari scholastico aduersus doctorem, & præceptorem, quia patentum hi prærogatiua iuuantur. d. l. liberto. Ioan. Fab. & alij in §. pœnales. de actio. in Insti. idem sentiunt.

Non datur hæc actio etiam humili aduersus hominem excellentem, vtputà non datur plebeio aduersus consularem, id est, aduersus eum qui iam erat functus officio Cōsulis, in memoriam prioris dignitatis. l. fin. ff. de decur. vel qui dignus erat consulatu: sic nec aduersus consiliarios Curiarum supremarum, aut magni consilij, nec aduersus nobiles, vt docet Cæpol. cautel. 161. Dicas.

Sed, nec vili datur aduersus homines vitæ emendatioris, quos non debet infamare, quare per istum text. dixi aliquem scurram, seu vilem non posse agere contra Aduocatum actione doli, quia hi viles honore afficere debent hos honoratiores, non verò infamia dedecorare. hoc docet Angel. in §. primo. colum. ii. & sequ. de excep. in Instit. Cæpol. cautel. 107. Filio.

Humiles & abiectas personas esse Imperatòr declarat seruos, & ancillas, libertos & libertas, ac horum filios scenicos ac scenicas, tabernarios, ac lenones, arenarios, & horum filios, ac filias, & eas quæ publicè mercimoniis præfuerunt, id est, meretrices. in l. humilem. C. de incest. nupt. *Personæ abiectæ quæ dicantur.*

Luxurioso.] Gloss. dicit carnali, vel prodigali iniutia. vt l. ex damno in princ. ff. de damno infect. Ille dicitur luxuriosus, qui luxui deditus est, siue in voluptatibus mulierum, siue bonorum, probat l. & mulieri, quæ luxuriosè viuit, boois interdici potest. ff. de cura. furio. quam alibi elucidaui.

Prodigo] Is, qui prodigit substantiam suam, vilis est, quando ad summam venit profusionem, ἀσωτίαν, dicitur, id est, consumere, vt nusquam vestigium appareat, vnde à Nabatæis seruatum legimus, vt negligens & remissus, qui opes paternas minuisset, pœna mulctaretur, cui verò res esset auctior, daretur præmio, nec hi in sepulchro patris apud Græcos inhumabantur, vt docet Alexand. lib. Genial. qui bona paterna voluptatibus deliniri & inescati abligurierant.

Viles dicuntur, qui abiectas artes exercēt, vt cloacarij, custodes caprarum, & pecorum, tabernarij, histriones, & alij artes similes exercentes. vt in l. ne quis. C. de digni. libro duodecimo. & qui malis moribus vilescunt. gloss. in cap. qui contra. 4. quæstion. prima Bald. in d. l. humilem. scripsi in interpretatione authen. habita. in verbo vilissimis. C. ne filius pro par. Alcia. in l. metcis. ff. de verborum significatione. *De eadem re.*

Dicet quis, ergo isti potentes lucrabuntur cum dolo suo? Respondeo, non: sed in factum agetur in ipsos, & verbis temperanda erit ista actio, vt non doli, sed bonæfidei sit habenda mentio, vt docet Iacobus de Rauen. filium & libertum posse narrare in facto dolum commissum, à parente, & patrono, sed in cōclusione temperabunt actionē, faciendo mētionem bonæfidei: sic, quia bona fides nō patitur, quod ex dolo suo quis lucretur, ideò peto patrē meū condemnari actione in factū, sed hoc nō est verum, *Dolus potentū quomodo in actionē deducendus.*

alioqui

Actio filij decepti, quomodo cõtra patrem formanda.

alioqui nominando dolum pater infamaretur. Ideò praxis hodierna inualuit, vt si pater dolo induxerit filium ad dandum illi, illum fortè inebriando, filius deceptus narrabit factum, vt est, sed nõ dicet patrem induxisse eum dolo, sed bona fide eum inebriasse, & posteà induxisse eum ad dandum talem domum, quare dicet, cùm ex tali facto appareat eum esse sic deceptum, ideò petit, vt talis donatio annulletur, & demum sibi res restituatur, & sic nũquam fiet mentio doli, sicut nec fit mentio furti, quando vxor post mortem res mariti amouit, sed rei amotæ, & in factũ sic agitur. l. prima. & per totum. ff. rerum amota. aliàs si doli haberetur mẽtio, infamis apud bonos & graues fieret pater, quod non debet filius facere etiã excipiẽdo. l. apud. §. aduersus. ff. de doli excep. Cæpola, cautel. 107. Filio. Ideò hodie dolo sic deceptus, quisquis sit, solet impetrare literas Regias, in quibus factum narratur, & rex iudici mandat, quòd si de his constiterit, annullet & irritet cõtractum sic factum, & demum rem restituat, & iudex in sententia pronuntiabit literas cõprobandas, & (vt dicunt) interinandas, & eas interinando rescindet contractum, & annullabit, ac condemnabit eum, qui dolum commisit ad rem restituendã cum expensis & fructibus.

Et in his etiam literis bonæ fidei erit faciẽda mentio in personis conscriptis. in d. l. non debet. & nõ doli, vt iudex postea sic possit proferre sententiam, iuxta petitionis & literarum formam: l. vt fundus. ff. cõmuni diuidundo. hæredibus tamen harum personarum, item aduersus hæredes de dolo actio erit danda. l. hęredibus. infrà. sed hoc non infamat hæredem, quia datur quatenus ad eum peruenit. & non ex delicto defuncti. l. in hæredẽ. infrà eo. & l. si plures. eod.

Deinde in edicto sunt ista verba, & iusta causa videbitur esse.] Meritò quoque causæ cognitionẽ inseruit Prætor, neque enim hæc actio passim indulgenda est: nam ecce in primis si modica summa sit, id est, vsque ad duos aureos, nõ debet dari hæc actio, nec quibusdam personis. l. si oleum. §. fin. cum l. sequenti. infrà eod. & superiùs dixi.

Pupillus quando ex dolo conueniẽdus sit.

Item in causæ cognitione versari Labeo ait, ne in pupillum de dolo actio detur, nisi fortè hæreditario nomine cõueniatur, ego arbitror & ex suo dolo cõueniendum, si proximus pubertati est, maximè si locupletior ex hoc factus est. Quid enim si impetrauit à Procuratore petiturus, vt ab eo absolueretur, vel si de tutore mentitus (fortè se nõ habere tutorem asserens) pecuniam accepit, vel alia similia admisit, quæ non magnam machinationem exigunt. l. non debet. in fi. cum l. sequen. infrà, eodem. Et si ex dolo tutoris, pupillus factos sit locupletior, puto in eum dandam actionem, sicut exceptio datur, vt censet Vlpia. in l. sed si ex dolo. infrà. Etiam in ciues vel municipes non datur actio de dolo, nisi quicquam ad eos peruenerit, sed in eos, qui dolo administrarunt, dari Vlpian. ibi consentit, & de dolo decurionum, in ipsos decuriones dabitur de dolo actio. ibidem.

Præterea in edicto Prætoris est, videbitur, & intelligitur de iudice, si iudici videatur iusta causa dandi actionem de dolo, dabitur, si alia non sit, quia hæc verba ad iudicẽ referuntur. l. arbitrio iudicis. infr. eo.

Denique in edicto est, iudicium dabo, id est, actionem, vt patet in l. prima. & per totum istum titulum. scripsi plenè in l. sæpe. ff. de verbo. signifi.

Quę requirantur ad hoc, vt hæc actio competat?

Requisita, vt actio de dolo cõpetat.

Respondeo sequẽtia. Primò, dolum interuenisse malum, ergo non sufficeret si solertia quis, & suasionibus fuerit ingressus religionem, vel effectus fuerit sacerdos, qui ob dolum non potest liberari, c. fi. 2. qu. 3. quia bonus dolus est, qui nõ infringit iustum actum. l. prima. infrà. & c. vtilem 22. q. 2.

Secundum est. quòd dolus interuenerit, ab eo, qui est sagax: nam si inter infantes, vel amentes, non habebit locum actio doli, & hæc in causæ cognitione interuenire solent l. si oleum §. fin. infrà. eodem, quæ est noua tituli, & aliàs incipit l. si quis affirmauerit vt suprà dictum est.

Tertiò requiritur ignorantia, alioqui si vterque scierit dolum committi, non agetur doli, quia scienti dolus non infertur. l. venditor. C. de rescin. vendi. l. in diem. ff. de aqua plu. arcend. l. prima. de iniur. l. nemo videtur fraudare eos, qui sciunt. ff. de regul. iur. & regula scienti. illo titul. libr. 6. Alex. consil. 122. Quoniam. in 6. volum.

Quartò requiritur etiam illum, qui dolum commisisse dicitur, non esse authoritatis receptæ, & eum, qui agit, vilem esse. l. non debet. ff. de dolo. vt prædictum fuit.

Quintò requiritur, vt exprimatur persona, quæ dolum adhibuit, ne fortè liberi sui sint, qui in parentes agere velint, quod non possunt per d. l. non debet. Etiam quia dolus ex natione personæ præsumitur, inspiciet enim iudex, si fuerit simplex ortus in Normania, Cenomania, Liguria, vel alia simili patria: nam Vlpia. ait interesse nostra scire nationem, præsumptum enim est quosdam seruos bonos esse, quia nationis non sunt infamatæ, quosdam malos videri, quia ea sunt natione, quæ magis infamis est. l. quod si nolit. § qui mancipia ff. de ædili. edi. Debet etiam exprimi res, super qua dolus est commissus, scire enim debet actor in qua re circunscriptus sit, nec in tanto crimine vagari oportet. l. item exigitur. infrà. Sic in qualibet actione reali debet quis designare, quod petit l. in rem. ff. de rei vendic. non tamen debet exprimi locus, sicut in criminalibus l. libellorum. ff. de accusa. Soci. consil. 109. Clarum. in 3. vol.

Sextò, requiritur quòd damnum ascendat vltra duos aureos, alioqui pro modica re non datur hæc actio. l. si oleum. §. fi. cum l. sequen. infrà. eod.

Septimò, quòd alia actio non competat: nam cùm hæc sit famosa, non datur, si alia sit actio. l. prima. & per totum. infrà. & superiùs dictum fuit.

Octauò si plures doli fecerint, & vnus restituerit, omnes liberantur, quia si vnus quanti ea res est præstiterit, putàt ad hoc cæteros liberari. Vlpia. in l. si plures, infrà, eodem.

Vltimò, requiritur biennium non esse transactum à tempore, quo dolus est admissus, aliàs actio doli tempore esset perempta. per l. fi. C. eod.

SVMMARIA.

1 *Dolus dans causam contractui, infirmat contractum minoris.*

2 *Diuisio dolo facta, est reformanda.*

3 *Dolus cur ipso iure societatem annullet, non alios contractus.*

4 *Dolum passus potest contractum, inuito eo qui dolum intulit, tenere.*

5 *Procurator Regius actionem popularẽ in regno Franciæ persequitur.*

LEX VII. VLPIANVS LIB. XI. AD EDICTVM.

ET eleganter Pomponius hæc verba, SI ALIA ACTIO NON SIT, sic excipit, quasi res alio modo ei, ad quem ea res pertinet, salua esse non possit. Nec videtur huic sententiæ aduersari, quod Iulianus libro quarto scribit, si minor annis viginti quinque consilio serui circunscriptus, eum vendiderit cum peculio, emptórque eum manumiserit, dandam in manumissum de dolo actionem. Hoc enim sic accipimus carere dolo emptorem, vt ex empto teneri non posit: aut nullam esse venditionem, si in hoc ipso, vt venderet, circunscriptus est. Et quod minor proponitur, non inducit in integrum restitutionem: nam aduersus manumissum nulla in integrum restitutio potest locum habere. Secundùm quæ, etiamsi pœnali actione indénitati eius consuli posit, dicendum erit cessare de dolo actionem. Pomponius etiamsi popularis actio sit, cessare de dolo ait actionem.

Facti huius legis species. ISTam l. hactenus perperam ab interpretibus intellectam arbitror, ideò primò, speciem facti ad principium huiusce legis adducam, quæsitum fuit ab Vlpia. quomodo intelligerentur hæc verba edicti, si alia actio non sit. Respondeo, quando res potest esse salua dolum passo per aliud remedium, hæc actio famosa dari non debet, si rem, aut æstimationem rei habere actor quoquomodò posit.

In secunda parte Iuriscon. tollit dubium, ibi, nec videtur, diceret quis, minor dolo & consilio sui serui deceptus vendidit illum cum peculio, quem emptor manumisit, quæ actio detur? Iulia. ait dãdam in manumissum de dolo actionem. Sed. quomodo hoc intelligatur? Respondet text. ita demùm actionem in manumissum dandam, si emptor carebat dolo, quia tunc alia actio dari non potest aduersus emptorem, ergo contra manumissum dabitur hæc actio deficiente omni alia actione.

Item debet intelligi actionem in manumissum de dolo dandam, si emptio nulla erat: nam si nulla erat venditio, eo quòd minor erat in hoc ipso circunscriptus, vt venderet seruum frugi & bonum, quem nõ erat alioqui venditurus, tunc nulla est emptio, & sic seruum suum vendicare poterit, ac si venditus non esset, at in eo quòd est minor, nõ datur restitutio contra manumissum, nec petere is restitutionẽ, vt in seruitutem redigatur manumissus, sed si posit consuli indemnitati huius minoris actione pœnali, vel alia, cessabit actio de dolo, etiam si popularis actio competeret, ista est textus declaratio.

Et eleganter.] Ista est Iurisconsult. phrasis propria, vt patet in l. & eleganter. ff. de condict. indeb. & in l. & eleganter. ff. de pignorat. acti. interdum dicunt, bellissimè Iurisconsulti in l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi aut clam. aliquando, rectè. vt in l. nec rimnrem ibi, *rectè scribit Pompo* suprà titul. proximo. Et sæpius, rectissimè. l. item si cum exceptione. §. aliquãdo. ibi, *sed rectissimè Iulia. videtur.* ff. quod met. cau. l. si verò. §. si post creditam. manda. & non incommodè potest adhiberi distinctio. Paul. in l. Stichum. § quæsitum. ff. de solut.

Excepit, exponit gloss. id est, excepta, sic exposuit, ego exponerem, pro exclusit, separauit. vt scripsi in tract. excep. in prima. quæst. & infert glo. & ad hoc allegatur, quòd nomine actionis venit omne remedium. facit l. cùm à te. infrà. & l. prima. §. cùm autem. ff. de aleæ vsu. scribunt interpretes in §. primo. de actio. in Insti. & dixi in l. actionis. ff. de verborum significatione. *Actionis nomine, quid contineatur.*

Quasi res alio modo ei ad quem ea res pertinet salua esse non posit.] Ex hoc tex. colligitur, quòd si res posit esse salua domino rei, non dabitur actio doli, vel exceptio res salua dicitur, quando potest seruari mihi. l. ij. & sequen. & si indẽnis posim esse, extra hanc actionem, ea non vtar, vt inferiùs patet.

Nec videtur huic sententiæ aduersari.] Colligitur, quòd si volumus aliquam sentẽtiam tenere, debemus respondere his, quæ illi sententiæ aduersantur, quod facit pro consiliariis & aliis, qui faciles sunt ad dicendam eorum sententiam, sed non ad respondendum, quod aduersatur suæ sententiæ, & in hoc est vis ingenij, & doctrinæ argumentum, alioqui tantum faceret analphabetus, vel alius illiteratus, sicut hic, qui dicit suam sententiam, & non respondet rationibus allegatis in contrarium.

Consilio serui circunscriptus.] Ex hoc text. colligitur quem de consilio teneri & in eum actionem de dolo dari. *Alias de li. ex consilio dato.*

Nec refragatur l. *consi'ij non fraudulenti nulla est obligatio.* ff. de regul. iur. Respondeo, ibi solutum in illo text. nam nullus obligatur ex consilio non fraudulento, nec doloso, sed quilibet regulariter obligatur ex consilio fraudulento, & doloso. Ita & hic seruus consuluit domino suo, vt eum venderet, fortè dicens, se valetudine affectum, quam non poterat euadere, quod dominus credens vendidit, ob id si emptor eum dolosum manumiserit, datur in eum de dolo actio, vt suprà dictum fuit. de hoc consilio dixi in l. sæpe. §. si. ff. de verb. signifi. *Obiectionis solutio.*

In text. emptórque eum manumisit, & sic ista manumissio & libertatis datio tanquam fauorabilis, non poterit retractari. l. si dolo. infrà eodem. & l si ex causa. §. fin. de minor. vbi Vlpian. ait, Aduersus libertatem minori à prætore subueniri, impossibile est, nisi ex magna causa à Principe fuerit consecutus. l. nisi. ibidem & facit titul. C. si aduer. liber. resti. postul. vel nisi libertus erexerit ceruicem in dominum, & ingratus fuerit. l. ij. & sequen. C. de liber & eo. liber.

In manumissum dandam de dolo actionem] Nota hic dari actionem in manumissum, de his quæ gessit in seruitute, licèt regulariter contrà. l. eum actum. ff. de nego. gest. eò quòd dolus sequitur dolosum, vt inferius dicetur, & peccata suos authores. l. sancimus. C. de pœnis. dicam in l. verùm. infrà. de minor.

Dandam

Dandam actionem.] Interpretes dicũt actionem esse datiuam, sed ex hoc text. & aliis quos adduxi in l.sæpe.ff.de verborum significatio & in l.iurisgentium. de pact. apparet deceptos esse, quia est phrasis Iurisconsul. dandam actionem, id est, concedendam, quando Prætor vult, vt actio detur.

Hoc enim sic accipimus carere dolo emptorem, vt ex empto teneri non possit.] Colligitur ex hoc text. declaratio ad regulam in principio text. positam, vt actio de dolo detur contra manumissum, cuius consilio minor circumscriptus eum vendidit, hoc intelligitur quando emptor carebat dolo, at si ipse emptor in dolo erat, nulla dabitur doli actio, sed actio ex empto aduersus emptorem, seu ex vendito. Ratio est, postquam alia actio est, non datur de dolo, & quia potest res esse salua per actionem ex vendito, ideò actio de dolo cessabit. l.Iulia. §.si venditor.cum seq. infrà.de actio.empt.

Deadendi ratio.

Nullam esse venditionem, si in hoc ipso, vt venderet circumscriptus est.] Ex hoc text. colligitur nullam esse venditionem factam per minorem deceptum in eo ipso, quod vendidit: & sic quando dolus dat causam contractui emptionis & venditionis, contractus minoris est nullus, duobus interuenientibus. Primus est, quòd minor vendiderit, vt in text. patet qui tantùm loquitur de minore.

Deceptio duplex.

Secundum, quando est deceptus in hoc ipso, vt venderet, & sic aut fuit deceptus in pretio, & tunc est actio data, ex l.ij. C.de rescio.vendi.aut in rei restitutione, & tunc emptio non annullabitur.

Sed videndum est, quando quis minor dicatur circumscriptus in hoc ipso, vt venderet? Respondeo, quando non erat venditurus seruum frugi, nec vtilem, consilio tamen serui & dolo suasus minor illum vendidit, tunc nulla emptio dicetur, vt hîc.

Dolus quãdo contractum annullet.

At non parua difficultas est, an iste text. loquens in minore, locum habeat in maioribus: interpretes ferè tenuerunt habere locum, & fixerunt regulam per istum textum hanc, videlicet contractus bonæ fidei nullos esse, si dolus dederit contractui causam: si verò incidat in contractum, non erit nullus, sed annullãdus. Et idẽ dicunt in cõtractibus stricti iuris, vt annullari debeãt quoquomodo dolus acciderit.

Verumtamen putarem istum textum in minore loquentem, non extendendum ad maiores: multa enim in illis specialia sunt, quæ in maioribus non habent locum, l.j.& per totum.infrà tit.proxim. scripsi 30. illorum specialia in tractat.de resti.artic.2.glo.4. in 2.tomo Commentariorum ad Constitur.Regias. & solet Iurisconsultus extendere ad maiores, quãdo vult vt in maioribus locum habeat, l.in causæ.ij.ibi, nec inter maiores quidem. ff.de minor. sed hoc non video in maioribus statutum, ergo in illis locum non habebit.

Item annullatio actus est pœna, c. cognoscentes. de constit. & ibi Doctor. c.super literis.de rescriptis. c.si religiosus.de elect.in 6. scripsi in §.mouemus. in verbo, nullitatis pœnam.de collat.in Concord.ideò hæc pœna non est extendenda, vt actus annulletur: nam si in iure hoc non sit expressum, in minore est
1 expressum, vt dolus dans causam cõtractui annullet contractum minoris, si ipse sit circumscriptus, & nil de maiore dicitur, ergo in maioribus non procedet.

Prætereà actio de dolo, vel ex illo contractu datur ad rumpendum id, quod dolo factum est, licèt dolus dederit actui causam. probat text. in l. seruus. in princ. & §. j. vbi Bart. & alij notant infrà. probat l.si legatarius.& l.sequens. ac l.si filiusfam.& l. quod venditor. ac l.sequens.cum l.penult. & vlt.infra. vbi actione doli agitur, licèt dolus dederit causam contractui: ergo actus tenebat, & non erat nullus ratione doli. hoc probat text.in l.Iulia.§ per contrarium. ff.de actio.empt. vbi actio ex vendito competit venditori, qui minimò vendidit hæreditatem persuaso quod minime valeret, eò quòd instrumenta essent substracta, quam non erat aliàs venditurus. facit l.si quis affirmauerit.infrà, eodem.

Actus ratione doli, quãdo nullus non fit.

Item si actio finita sit, qua quis agere poterat, non dabitur de dolo actio sed imputabitur illi, qui non egit intra tempus, nisi in hoc quoque dolus admissus sit, vt tempus exiret, l.j.§.idem Pomponius ij. suprà eodem. & sic ibi dolus dedit causam, vt actio finiretur, & tamen actio de dolo datur, & non est nullus actus.

Etiam verba edicti Prætoris non tendunt ad hoc, vt dolus annullet actum, siue det cõtractui causam, siue incidat in contractum, ideò à verbis legis recedere non debemus, l. non aliter. ff. de legat. primo. dicit enim edictum, *iudicium dabo*, si Prætor dat actionem, ergo stat contractus, etiam dicit, *si iusta causa videbitur*: ergo datur actio, vt iudex videat an sit iusta causa, necne, & si nullus esset contractus, non daretur causæ cognitio iudici.

Nec actus agentium operabuntur vltra Prætoris intentionem, & eorum qui actus conficiunt. l. non omnis.ff.si cert.petat.

De eadem re.

Adde, cùm contractus sua habeat substantialia, vtpote consensum, rem, & pretium, valebit, l.j. & per totum ff.de contrahend.emptione. l. dolo. C.de commit. stipul. & sic non erit nullus ratione doli commissi.

Adhæc, nullo iure cauetur, vt contractus factus à maiore sit nullus ex causa doli, etiamsi dolus dederit contractui causam: ideo hoc non est iure addendum: l.de pretio. ff.de publicia. l.iij. ff.de iureiur. & iura adducta per Doctor. non probant, vt inferiùs dicetur: si enim contractus esset nullus dolo dante causam contractui bonæ fidei, sequeretur quòd ex eo contractu nõ transferretur dominium, l.j.§.si vir. vbi Bart.& Alexand. ff de acquir. possess. sed in hoc text. constat de contrario, vbi ex venditione transfertur dominium, alias manumissio non valeret.

Etiam Prætor non potest nec vult annullare contractus iurisgentium, secundum ius ciuile initos, sed si iusta causa appareat, iudex rescindere illos debet, vt est in hoc edicto, nec hæc potestas Prætori data fuit. l ius autem ciuile.ff.de iust.& iure.

Prætereà diuisio vicem emptionis obtinet, l j.C. comm. vtriusque iudic. & tamen diuisio dolo facta 2
non est nulla, sed reformari debet, l.maioribus. ibidem. & l.tres fratres. ff.de pact. ergo contractus non est nullus, etiam bonæ fidei: & de emptione, vt dolo inita non sit nulla, est tex.in l.Iulia.§.per contrarium. ff. de action. empt. etiamsi dolus dederit causam contractui.

Obligato per dolum, competit exceptio.

Et istam sententiam probat text. in l. si quis cùm aliter.ff.de verborum obligar.cùm aliter conuenisset obligari, aliter per machinationem obligatus est: erit quidem subtilitate iuris obstrictus, sed doli exceptione vti potest: qui enim per dolum obligatus

eſt, competit ei exceptio. Ecce text. loquentem generaliter, vt obligato per dolum exceptio competat, 2 & ſic ei datur actio: ideò contractus tenet, ſiue loquamur in contractibus bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, nec in hoc iura faciunt differentiam.

Imò text. C. de inutil. ſtipul. l. dolo. ſic ait, *Dolo vel metu adhibito actio quidem naſcitur, ſi ſubdita ſtipulatio ſit: per doli tamen vel metus exceptionem ſubmoueri petitio debet.* Et quamuis loquatur in ſtipulatione, idem in contractibus bonæ fidei: nam ſi quis per dolum vendat domum, & ſubdita ſit ſtipulatio, non obſtante emptione & ſtipulatione ſi agatur, de dolo excipi poterit, & hæc declarat Imperator in l. ſi dolo. C. de reſcin. vendi. ſic dicens, *Si dolo aduerſarij deceptum venditionem prædij te feciſſe Præſes prouinciæ aditus animaduerterit, ſciens contrarium eſſe dolum bonæ fidei, quæ in huiuſmodi maximè contractibus exigitur, reſcindi venditionem iubebit.* Et ſic venditio tenebat dolo facta, ſi reſcindi debeat: nam ſi nulla eſſet, non eſt reſcindenda, l. iiij. §. poſt defectum. ff. de iniuſto rupto. & ſic communiter extra iſtum ferè caſum competet minori in integrum reſtitutio contra illum, qui dolum adhibuit. l. dolus. C. de reſcind. vendit. Et per illum textum probatur praxis Franciæ, quæ eſt, vt ſi emptionem dolo vel metu factam reſcindere quis velit, impetret literas à Rege, vel eius Cancellaria, quibus mandatur iudici, vt ſi de his conſtiterit, reſcindat contractum, & rem reſtituere iubeat, vt abundè ſcripſi in tractatu de reſciſ. contract. in 2. tomo Comment. ad Conſtit. Reg.

Praxis Franciæ de impetrandis literis Regiis.

Nec refragatur l. iij. in fi. ff pro ſocio. vbi ſocietas, ſi dolo malo, aut fraudandi cauſa coita ſit, ipſo iure nullius momenti eſt: quia fides bona contraria eſt fraudi, & dolo, & ſic dolus ipſo iure annullat ſocietatem, tam ſi minor eam coeat, quàm maior. l. in cauſæ. ij. ibi, *Nullam eſſe ſocietatem, nec inter maiores quidem.* infrà de minor. & hoc procedit, & expreſſum eſt in ſocietate, non in aliis contractibus regula-
3 riter: nam cùm inter ſocios maximè debeat verſari bona fides, vt maneant ſocij vnà, ſi alter fraudem & dolum adhibeat, grauior ille dolus eſt, quàm in alio contractu, quia hic dolus & perſonam reſpicit & res: ideò hic annullat ſocietatem, quia ſocius non poſſet cum doloſo habitare, & ſi fortè cum eo habitaret, priuaret eum ſuo dolo omnibus bonis: ob id ius vult, vt ſocietas ſic dolo coita nulla ſit, quod docet Ioan. Fab. in § actionum. col. 2. de actio. in Inſtit.

Non me mouet text. in l. *Si fraude & dolo (licèt inter maiores vigintiquinque annũ) facta venditio eſt, hanc confirmare non potuit conſequens tempus, cùm lõgi temporis præſcriptio in bonæ fidei contractibus locum non habeat.* C. de præſcript. longi temporis. Reſpondeo, ibi præſcriptio longi temporis non confirmat emptionem dolo factam, vt non poſsit reſcindi non obſtante temporis lapſu decẽ vel viginti annorum, ſed non vult dicere, quòd venditio nulla fuerit, alioqui lex fuiſſet de indubitabili: nam quod ab initio vitioſum eſt, tractu temporis non poteſt conualeſcere. l. quod initio. ff. de regulis iuris. ergo non oportebat dicere præſcriptionem non confirmare contractum nullum.

Actio quãdo contra hæredes ex dolo datur.

Nec obſtat quod Bartolus docet, quando dolus purgatur per actionem deſcendentem ex contractu, illa actio datur contra hæredes, l. ſi hominem. §. datur. ff. depoſ. l. ex depoſiti. & l. ex contractibus. de actionibus & obligat. ſed quando dolus dat cauſam bonæ fidei contractui, actio non datur contra hæredes: §. aliquando. Inſti. de perpe. & tempor act. ergo concluditur, quod dolus non purgatur per actionem ex contractu, & hanc rationem Bar. hìc dicit inconuincibilem.

Ego verò puto Bart. de induſtria vſum fuiſſe aliis terminis, quàm Iuriſconſ. vt hanc materiam obtenebraret. & Ioan. Igne. in repetitio. l. contractus. col. 39. ff. de regul. iur. fundamentum iſtud Bart. eſſe falſiſſimum aſſerit, nec ſe inueniſſe ſcriptum in aliqua lege: imò ſiue dolus det cauſam contractui, ſiue incidat in contractum, conuenitur hæres ex dolo defuncti locupletior factus, vel ex eo quod ad eum peruenit, l. in hæredem. infrà eodem. aliàs lucraretur hæres ex dolo defuncti: nam ſi Titius modico pretio induxerit te ad vendendũ, & illi vendideris, qua venditione facta, & traditione ſubſequuta, mortuus eſt Titius, nunquid tenebitur hæres? Nemo negabit, aut ſi inficietur, dicere oportet locupletari hæredem ex dolo defuncti, quod prohibet l. in hæredem. infrà. ſic Bart. ratio eſt contra ius: nam ſiue dolus det cauſam contractui, ſiue incidat in contractum, hæres tenetur ex dolo defuncti. l. ex depoſiti. & l. ex contractibus. ff. de action. & obligat.

Bartol. reprehenditur.

Aliquando tamen, & ſic regulariter ex dolo defuncti hæres non tenetur, quia dolus & delictum ſuos debet tenere authores, l. ſancimus. C. de pœnis. iſta regula maximè procedit, quando ille dolus eſſet delictum, tunc hæres non tenebitur ante conteſtationem. l. vnica. C. ex delict. defunct. Quæ limitatur, quando ex dolo defuncti aliquid ad hæredem peruenit. l. ſi plures. in fin. infrà, eodem. Secundò, quando locupletior factus fuit. l. in hæredem. infrà.

Reſtrictiones ad regulam præcedentem.

Tertiò, tenetur in caſibus à iure expreſsis. cap. fin. de ſepultur. & ſic §. aliquando. de perpet. & tempor. actio. dicit, *Aliquando tamen actio ex contractu contra hæredem non competit, veluti cùm teſtator doloſè verſatus ſit, & ad hæredem eius nihil ex eo dolo peruenit.* Nam eo caſu non datur actio contra hæredem.

Nec facit pro Bart. quòd dolus dans cauſam diſtractui bonæ fidei, impediat ipſo iure liberationem, per §. proximum, qui nil probat, vt ſtatim dicetur: imò debet diſtractus reſolui per actionem, ergo non eſt nullus: ideò ſicut in diſtractu dolus non impedit liberationem, etiamſi dolus det cauſam illi liberationi, igitur non erit nulla liberatio, ſic nec alius contractus. l. arbitrio. in fin. infrà, eodem.

Dolus interueniens in diſtractu.

Nec probo ſententiam Bartoli, vt dolus annullet conſenſum in contractibus bonæ fidei, quia hoc non eſt verum, nec iure probatur, quia ita annullaret quando daret cauſam, ſicut ſi incideret, & ita in contractibus bonæ fidei, ſicut ſtricti iuris, & quod quis dolo perſuaſus conſentiat. facit l. ſeruus. in fine. & l. cùm à te. ibi, *Conſentiente me abſoluereris.* infrà eod.

Et ſic comprehendendo hanc materiam facerem caſus ſequentes. Primus, contractus factus à minore, dolo dante contractui bonæ fidei cauſam, in quo idem eſt circumſcriptus, eſt nullus, & hic caſus eſt in hac l. & eleganter. expreſsè deciſus.

Idem fortè dici poſſet, in contractu ſtricti iuris, quia eadem eſſet ratio, videlicet vt quia eſt minor, qui ſtipulatur, & eſt in hoc ipſo circumſcriptus, tunc nulla eſſet ſtipulatio ratione illa duplici conſiderata: tamen ſi dolum paſſus, vult contractum tenere, non 4

Stipulatio à minore facta quando nulla dicatur.

poterit

poterit is, qui dolum intulit, allegare contractum nullum, glos. hic in verbo, nullam, quam probat Bal. in c. de cætero. col. 1. de re iudic. & Felin. c. dilectus. 2. col. 5. de rescript. & Feder. consil. 89.

Secundus casus, dolus dans causam contractui bonæ fidei facto à maioribus, non annullat contractum, sed est annullandus, vt suprà probatum fuit.

Tertius casus, dolus incidens in contractum bonæ fidei, vel stricti iuris, siue à maiore factus fuerit, non annullat contractum, sed est ratione doli annullandus. l. cùm posteà. vbi Doctor. C. de pact. & l. si dolo. C. de contrah. & committen. stipul.

Quartus casus, dolus dans causam societati annullat societatem. l. in causæ. ij. infrà. tit. proxi. & l. iij. in fin. pro socio. suprà dixi rationem.

Idem dicendum est in casibus aliis, vbi hoc à iure exprimitur, glos. & Doctor. in c. dilectus. in fine. de his quæ vi metúsue cau. fiunt. pulchrè Antonius de Burgos in e. cùm dilecti. de empt. & vend. & quamuis hactenus communiter interpretes hoc tenuerint: tamen ex iuribus constat vera ea, quæ superiùs scripsi, & istam dicunt fuisse sententiam Petri à Bella Pertic. & Docto. nostrorum, non tameo sic probata, & distincta ab aliis fuit.

In textu, Et quod minor proponitur, non inducit in integrum restitutionem.] Colligitur non sufficere minorē esse, & circumscriptum, ad hoc vt restitui minor possit, sed in contrarium facit, l. nam posteà. §. si minor. ff. de iureiurand. vbi hæc duo sufficiunt ad postulādum in integrum restitutionem. Respondeo, verum esse quando materia patitur restitutionem, vt regulariter in rebus restituendis. Diuersum est, quando minor non potest in illa re restitutionē petere, vt in seruo manumisso fauore libertatis, non petitur restitutio, & ita dicit iste text. nam aduersus manumissum nulla in integrum restitutio potest locum habere. vt in l. j. & per totum C. si aduers. liber. in integrum restit. postul. vide quæ scripsi in l. si mulier. infrà. de minorib.

Obiectionis solutio.

Ex his potest subtilis elicere conclusiones sequentes: minorem circumscriptum nō posse in integrum restitutionem petere, imò posse commune est, intelligitur aduersus libertatem. Secunda, regulariter minor in integrum restituitur. l. j. & per totum ff. de minoribus.

Secundum quæ, & si pœnali actione indemnitati eius consuli possit, dicendum erit cessare de dolo actionem.] Concludit Iurisconsultus hic, nunquam dandam actionem de dolo, si possit consuli dolum passo alia actione, vel ciuili, vel pœnali: nam si falsò minor suasus est, vt seruum venderet, & is manumissus est, ager minor falsi, qua actione poterit cōsuli indemnitati eius, vt per totum titul. ff. de fal. vel si quis dolo induxit alium, vt illi præstaret claues domus, & ipse subripuit bona ibi existentia, actione furti poterit prouideri, vel condictione furtiua, ergo de dolo non dabitur actio.

Actio de dolo quando detur.

Pompon. autem, etiamsi popularis actio sit, cessare de dolo ait actionem.] Ampliat Iurisconsul. hanc de dolo actionem non dari, etiamsi actio popularis daretur, quæ quilibet de populo competit, & dicitur popularis, quia ius populi tuetur. l. j. & per totum ff. de popul. actio. Et hodie Procurator Regius eam promouet, vt scripsi in l. si cui. ff. de verborum significatio. Et sic in hoc regno cùm priuatus eam persequi non soleat, quamuis eam habetet: tamen de dolo actio daretur, ad id quod ciuiliter interest, & Procurator Regius prosequeretur interesse publicum.

Ampliatio de eadē re.

§. Non solùm autem si alia actio non sit, sed & si dubitetur, &c.

IN hoc §. dictum Labeonis Vlpianus distinguit: dicebat enim Labeo actionem de dolo dandam, si dubitetur an alia actio competat, vtpote, quidam mihi debebat seruum ex venditione, vel ex stipulatione, antequam illum mihi traderet, venenum ei dedit, & sic eum tradidit: quæsitum fuit, an actio de dolo mihi competat. Labeo ait de dolo dandam actionem, siue cauit, siue non: quoniam si cauit dubium sit, an competat mihi ex stipulatu actio, sed verius esse ait Vlpian. cessare de dolo actionem: nam si debitor cauit tradendo seruum, & promittendo dolum abesse, tunc actione ex stipulatu agetur, quia dolus non abest, postquam venenum ei propinatum erat: si autem tradendo seruum, hoc non promiserit, & tunc si ex contractu emptionis debeatur seruus, dabitur actio ex empto, quia res deteriorata datur. l. Iulianus. §. si venditor. ff. de actio. empti. & sic de dolo cessabit actio.

Actio de dolo quādo detur, vel non.

Si verò debeatur seruus per stipulationem, & non est cautum de dolo, dùm ille tradebatur, tunc actio de dolo dabitur. vt in fin. huius text. patet.

Idem dicendum est, si quis erat debitor fundi, vel vineæ, & antequam illum fundum tradat, imposuerit seruitutem, vel ædificia diruit, aut arbores excidit, & fregit, vineas quoque extirpauit, & tunc de dolo dandam actionem, si non est de dolo cautū, & ex stipulatu ista debeantur, sed si ex emptione, actione ex empto agetur, vt superiùs dictum fuit.

Colligitur ex hoc, ratione dubij actionem de dolo competere: & sicut, quando non est alia actio, ista datur, sic & si dubitetur, an alia competat. Sed videamus de quo dubio iste text. intelligatur? Respondet Bart. si dubium erat iuris, in casibus vbi sunt opiniones, l. cùm de nouo. C. de legib. & in j constitut. C. ego etiam dicerem, si dubitetur super facto, fortè non apparebat, an is qui promiserat, cauisset, interim agi de dolo poterit: nam postquam dubitatur an sit aliqua actio, habetur ac si nulla esset, per istum text. & facit l. sufficit. ff. de condict. indeb. nam paria sunt non esse, vel non apparere. l. duo sunt. ff. de resta. rure.

Actio de dolo etiam propter dubium competit.

Glos. hic tractat quando res deteriorata præstatur, quæ actio detur. Vide eam & in l. iij. §. si reddita. ff. commoda. docui in l. mulieris. §. abesse. ff. de verbo. signific. quocirca hîc non repetam.

§. Si seruum vsuarium, &c.

SI dominus proprietatis serui illum occiderit, in quo alius vsum habebat, licèt ipse dominus occiderit: tamen quia alius vsum illius serui habebat, ob id sua interest: ideo vsuarius poterit agere contra dominū actione legis Aquiliæ, quæ datur pro damno dato, & actione ad exhibendum: ideo cùm hæ actiones dentur, actio de dolo cessat.

Vsuarius agit etiam contra dominum pro seruo occiso.

Et sic probat hic Iurisconsul. cessare actionem de dolo quandocunque alia datur, & ideò dicit iste text. dominum teneri ad exhibendū si possidens seruum occiderit:

occiderit: nam Iulianus scribit, *Si quis hominem, quem possidebat, occiderit, siue ad alium transtulerit possessionem, siue ita rem corruperit ne haberi possit, ad exhibendum tenebitur: quia dolo fecit, quominus possideret.* l. Iulia. ff. ad exhib.

SVMMARIA.

1 *Hæres ante aditam hæreditatem legatariis non est obligatus.*

2 *Dominium rei legatæ recta via in legatarium transfertur, non in hæredem.*

3 *Secus in legato sub conditione.*

§. Item si seruum, &c.

ALiam facti speciem Iurisconsul. tradit, videlicet, Hæres legatum alicui seruum occidit, an actio de dolo legatario detur? Et respondet non dari, si occiderit ante aditam hæreditatem, quo casu non erat factus legatarij: si autem postea, dabitur actio ex testamento, ergo non dabitur actio de dolo, postquam ex testamento actio competit. facit quod scribit Paulus Iureconsultus in l. *Sed si ipse hæres eum occiderit, dictum est, dandam in eum legatario actionem.* ff. ad legem Aquil.

Ex hoc textu colligitur, Quoniam priusquam factus sit legatarij, quòd res legata non efficitur legatarij ante aditam hæreditatem. Contra hunc textum refragatur id, quod Iulian. scribit in l. à Titio. ff. de furt. vbi dominium rei legatæ recta via in legatarium transit, & à morte testatoris, & sic ante aditam hæreditatem, vt interpretes asserunt. Accur. respondet fictè à morte testatoris trãsire dominium in legatarium, verè autem à die aditæ hæreditatis, & ista est communis sententia Doctorum. *Antinomiæ solutio.*

Ego autem existimarem legatam rem non fieri legatarij ante aditam hæreditatem, per istum text. & Pompon. sic confirmat in l. proinde. ff. si certum petat. ibi, *Item si legatam pecuniam hæres crediderit, deinde legatarius eam noluerit ad se pertinere. quia hæredis ex die aditæ hæreditatis videtur nummi fuisse, vt credita pecunia peti possit. Nam & Iulianus ait, traditiones ab hærede factas ad id tempus redigi, quo hæreditas adita fuerit, cùm repudiatum sit legatum, aut acquisitũ* Sic debet esse in illa l. quamuis quidam legant aliter. l. quædam. ff. de rebus dubiis. facit l. si seruus legatus. ff. de noxal. actio.

Adhæc idem Iulian. docet, *Cùm seruus legatur, & ipsius serui status, & omnium, quæ personam eius attingunt, in suspenso est: nam si legatarius repulerit à se legatum, nunquam eius fuisse videbitur, si non repulerit, ex die aditæ hæreditatis eius intelligitur.* in l. si tibi homo. §. cùm seruus. ff. de legat. primo. imò legatario acquiritur via, & seruitus etiam ignoranti. l. si partem. §. fin. ff. quemadmod. seruit. amit. l. cùm pater. §. surdo. de legat. 2.

Præterea, quæ in testamento relinquuntur, non valent, si hæreditas non adeatur, l. eam quam. C. de fideicomm. nam si nemo adiit hæreditatem, omne ius testamenti soluitur, l. si nemo. ff. de regulis iuris. & sic non possunt legata deberi, antequam valeant, & quia ante aditam hæreditatem non dicitur hæres
1 quasi contraxisse cum legatariis, & sic illis non est obligatus. §. hæres. de oblig. quæ ex quasi contract. in Institut.

Item, si legatum esset acquisitum à morte testatoris legatario, & illud postea repudiaretur, esset in fraudem creditoris, & diminuerentur bona legatarij, & tamen illud legatum potest repudiare citra fraudem, l. qui autem. §. sed & illud. ff quæ in fraud. credi. ergo non est acquisitum ab eius morte. imò ibi glos. dicit legatum ante aditam hæreditatem non posse repudiari, ergo non est legatarij antea: nam quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest. l. qui potest facere. §. j. ff. de regul. iur. l. is potest. ff. de acquir. hæred. *Legatum ante aditã hæreditatẽ non est legatarij.*

Non refragatur l. à Titio. ff. de furt. ibi, *Quia ea, quæ legantur, recta via ab eo, qui legauit, ad eum, cui legata sunt, transeunt.* Nam illa verba intelliguntur, vt rei legatæ transferatur dominium ab ipso testatore in legatarium, non vt legatæ res acquirantur hæredi, & per eum legatario, sed ab ipso testatore res transeunt in legatarium, non tamen dicit iste text. quòd à morte testatoris dominium rei legatæ in legatarium transeat, & in hoc perperam allegatur ille text. vt dico in interpretat. ad illam legem. Id probat Iulian. in l. si seruus legatus. ff. de noxal. actio. *Obiectionis solutio.*

Super hoc ego putarem casus sequentes ita distinguendos & decernendos. Primus est, dominium rei legatæ, à die aditæ hæreditatis acquiri legatario, vt hîc. & l. si tibi homo. §. cùm seruus. ff. de legat. j. & ab eo tempore competit legatario rei legatæ vendicatio, l. j. C. commun. de legat. nam omnia, quæ testamentis sine die, & conditione adscribuntur, ex die aditæ hæreditatis debentur. l. omnia. ff. de lega. ij. Vnde Vlpian. ait, *Si seruus legatus post aditam hæreditatem sit occisus. competere legis Aquiliæ actionem legatario. si nõ post mortem serui agnouit legatũ, quòd si repudiauit. consequẽs esse ait Iulianus dicere, hæredi competere.* l. liber homo. in fi. ff. ad legem Aquil. & denuò in l. huic scripturæ. sic docet Vlpian. ff. ad leg. Aquiliam. l. *Huic scripturæ consequens est dicere, vt si ante aditam hæreditatem occidatur legatus seruus, apud hæredem remaneat Aquilia actio, per hæreditatem acquisita.* & sic dicit ibi Accurs. nondum erat legatarij. per d. § cùm homo. & ideò nec actio ei competere potest, & hæres est liberatus, si sine dolo suo hoc factum fuerit. dubius fit text. ibi. *Quòd si vulneratus sit ante aditam hæreditatem, in hæreditate quidem actio remansit, sed cedere eam legatario, hæredem oportet.* in eadem l. huic scripturæ, vt statim dicetur.

Secundus casus, dominium rei legatæ non acquiritur hæredi, sed recta via in legatarium transit. l. à 2
Titio. ff. de fur. declarat Vlpian. in l. legatum. ij. ff. de legat. ij. ibi, *Recta via dominium, quod hæreditatis fuit, ad legatarium transeat, nunquam factum hæredis.* facit l. sed si damnum. aliàs incipit, peculium. §. sed & creditor. ibi, *Licèt hæres nullo momento dominium in manumisso. vel legato purè habuerit, nisi legatarius repudiauerit.* l. quædam. ff. de reb. dub. vel nisi vulneratus fuerit seruus ante aditam hæreditatem, quia eo casu in hæreditate remanet actio, quam cedere legatario hæredem oportet. d. l. huic scripturæ. §. primo. ff. ad legem Aquiliam.

Tertius casus, Si legatarius repudiet legatum, nunquam eius fuisse videbitur, nec quidem à die hæreditatis aditæ, d. §. cùm seruus. si verò agnouerit ex die aditæ hæreditatis eius fit. l. proinde. ff. si cert. petat. & l. si seruus legatus. de noxal. action. d. l. quædam. Vnde Pompon. ait, *Si legatum nobis relictum*

conžiò

constituerimus nolle ad nos pertinere, pro eo erit quasi ne legatum quidem sit, & ideò dicemus nec confusas seruitutes, si fortè prædium mihi legatum prædio meo debuerit seruitutem in l.legatarius.§.j.ff.de legat.primo. & sic furti actio legatario datur.l.is qui rem.§ j.ff.de furt. & Iurisconsul.Paul. ait, *Si quis rem sibi legatam ignorans adhuc legauerit, postea cognouerit, & voluerit ad se pertinere, legatum valebit: quia vbi legatarius non repudiauit, retrò ipsius videtur fuisse, ex quo adita hæreditas est: si verò repudiauerit, retrò videtur res repudiata, fuisse hæredis.* l.seruum.§.j.ff.de legat.j.

Quartus casus, Legatæ rei sub conditione trans-
3 fertur dominium à die conditionis eueniente, & non à die hæreditatis aditæ, & interim dominium est hæredis, & fructus percipiet, l.omnia. §. primo. ff.de legat.ij. l.j.§. serui. ff.de Senatuscon.Syllanian. d.l.proinde.in fi.ff.si certum petat.etiam ei, qui istam hæreditatem, vel legatum accepit, si decem dederit, Iulian.scribit neque hæreditas, neque legatum aliter poterit acquiri, quàm si post impletam conditionem id egerit scriptus hæres, vel legatarius, per quod hæreditas, seu legatum acquiri solet. l.ei qui ita.ff.de condit.instit.

Fructus rei legatæ.

Quintus casus, Quando legatarius agnoscit legatum, fructus debētur ei à morte testatoris, l.apud. §. j. ff. de legat. j quia retrò res eius fuisse videtur. l. quædam.ff.de rebus dub.l.j.§. verum. ibi, *Quamuis enim legatum retrò nostrum sit, nisi repudietur, attamen cùm repudiatur, retrò nostrum nō fuisse palàm est.* ff.si quid in fraudem patron.l.iij.de manumiss. vindi. l.Titio.cum l.seq.ff.ad legem Aquil.

Vnde Vlpian. ait his verbis, *Fundum autē legatum repudiare pupillus sine Prætoris authoritate non potest, esse enim & hanc alienationem, cùm res sit pupilli, nemo dubitat.* l.magis. §.fundum. ff. de reb.eorum. Et sic fundus est legatarij ab adita hæreditate, si ipse velit: quare illud legatum non potest repudiare pupillus, tamen antequam quis agnouerit legatum, non dicitur diminuere patrimoniū suum, ad hoc, vt in fraudem alienare dicatur. per l.qui autem.§.sed illud.ff. quæ in fraudem credito.

§. Si quadrupes, &c.

ISte §. facilis est, & potiùs respicit tit. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, quàm nostrum. Vnde si equus tuus immissus in vineā, vel pratum meum, dolo Titij damnum mihi dederit, datur actio noxæ contra dominum, qui si noxæ dederit animal, cessat actio de dolo, etiam in id quod excedit. Si verò dominus careat quadrupede, & non sit soluendo, agetur actione de dolo contra eum, cuius dolo damnum factum fuit.

Incitās canē alterius cōtra aliū.

Vidi tamen iudicari in eum, qui incitauit canem Titij contra alium, & is momordit illum, vt teneatur iste, qui incitauit, & condemnari debet ad id quod interest læsi, & ad expensas Medicis, & Chirurgis præstitas, l. penult. ff. de his qui deiecer. quia reus est incitans, secus in domino animalis, & iste text.loquitur in damno rei, secus si damnum datum sit personæ, quia eo casu, qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. l.qui occidit.§.in hac.ff.ad legem Aquiliam. Posset etiam agere dominus animalis ad æstimationem illius contra Titiū, eò quòd oportet eum carere suo animali ratione doli Titij, cuius dolo eius animal dedit damnum, vt patet per totum tit. ff.si quadrup.pauper.fec.dic.

§. Idem Labeo, &c.

Soluens seruum compeditum.

HIc §. est facilis, vt is, qui compeditum seruum dolo, vt fugeret, soluit, furti teneatur, quia opem tulit seruo, qui sui furtum fecit. l.prima.C.de seruis fugit.

Sed si misericordia motus soluerit, actione in factum tenetur reddere, quanti seruus fugitiuus erat. §.fin.de lege Aquilia.in Instit.

Per istum textum etiam vidi quendam Titium conueniri ad æstimationem equi, quem soluerat, posteaquā dominus illum posuerat in pratis ad pascendum, quia dominus sciebat illum equum esse ferocem: ideò ligauerat illius pedes ambos, quem Titius videns ita miserè ligatū, soluit eum, & postea equus non est visus, an is debeat condemnari?

Custodes carceris, vinctos soluentes.

Fuit conclusum, eum condemnandum ad equi æstimationem, licèt diceret se fecisse misericordia ductum, tamen non debebat sic soluere, nec debebat magis custodire rem alienam, quàm dominus rei: ideo fuit condemnatus per istum tex.alia dicentur in d.§.fin. & hic text.etiam allegatur contra custodes carceris, vt si vinctos, etiam ducti misericordia, soluant, & ipsi euadant, vt ipsi teneantur, vt docet Angelus in d. §.finali.

Etiam Bart.hìc hunc text.trahit ad quæstionem. Tres sunt scholares, quorum duo habent equos austeros, &, vt ipsi dicunt, inimicos, ego scholaris tertius pono equum meum in medio, ne lædantur inuicem: tamen posteà ego aufero equum meum, & statim alter equus alteri fregit crus: quæsitum est, an ego tenear læso de dolo. Respondeo, si potest habere locum actio l. Aquiliæ, vel de pauperie, non, per istum textum, aliàs contrà. Bart.nil statuit: ideò dicendum est, quòd si ita conuentum est, vt ego in medio essem, aliàs alter non inisset, certè dabitur actio contra me, qui promiserā stare in medio, actio inquam ex stipulatu. Si verò non promiseram stare, eò quòd non tenebar stare inter duos equos rixosos, non teneor, sed tenebitur is, qui equum rixosum habebat, qui crus fregit, actione in factum de pauperie, l.j.ff.si quadru.pauper.fecis.dica.vel actio in factum ex lege Aquilia dabitur. & hoc refert Bolog. in repetit.authen. habita. C.ne fil. pro pat. non tamen sic distinguit, sed verba Bart.refert.

§. Seruus pro libertate pactionis, &c.

Facti species.

ISte §. est difficilis, ob id sic eum declaro. Dominus pactus est cum seruo se libertatē ei daturum, si quasdam operas inter eos conuentas præstaret post manumissionem, darétque expromissorem reum, qui ista nomine serui promitteret, reum seruus domino dedit, ea tamen conditione, vt post libertatem præstitam transferatur obligatio in manumissum seruum, quem sic dominus manumisit, qui postea seruus non vult obligari, nec transferri in se obligationem patitur: quæsitum est, quæ actio detur in eum, Pomponius ait actionem de dolo dari.

In versiculo, Sed si per patronum, quæritur, quid si patronus non vult obligationem transferri in manumissum, sed reū obligatum tenet. Respōdet

Pomponius, Si patronus à reo petat, hic exceptione repellendus erit, ratione conuentionis, sic ab initio conceptæ.

Ego moueor.] Vlpian. ait, Quomodo in primo casu actio de dolo dari potest, cùm actio ex stipulatu competat? Nam manumissus stipulatus est, vt post manumisionem in se transferretur obligatio: ergo si non patiatur transferri, dabitur actio ex stipulatu, iuxta suam promissionem, & sic non de dolo.

Nisi.] Dicet quis, quando patronus non vult in manumissum transferri actionem, vtpote quia est pauper, si agat in reum, exceptione repelli potest: ergo nulla videtur actio, quæ exceptione repellatur, & sic de dolo dari debet. Respondeo, verum esse, repellendum patronum, si nolit manumissum accipere ex sua promissione: tamen dicemus expromissori dandam actionem de dolo aduersus manumissum, qui non vult suscipere actionem, & eum liberare, aut si expromissor non sit soluendo, & manumissus recuset actionem suscipere, dabitur domino actio doli, & iste est sensus huius textus.

Et quidam in text. habent, Si nolit expromissorem, alij, ex promissione, & magis conuenit textui.

Dubitatio ad istum textum oritur. Imperatoris constitutio est in titul. C. an seruus ex suo facto in l. *Promissa tibi pecunia à seruo tuo, vt eum manumitteres, si postea quàm manumisisti, stipulatus ab eo non es, aduersus eum petitionem per in factum actionem habes.* Et sic non competet actio de dolo, postquam in factum competit, per illum textum. Respondet glos. in hoc tex. seruum promisisse pecuniam causa libertatis habendæ, quæ libertas est res inæstimabilis, l. libertas. ff. de regulis iuris. ideò illa promissio licèt in seruitute facta à seruo fuerit, valet, & parit actionem in factum, ratione facti, id est, dationis libertatis subsecutæ. In hoc §. seruus, non promiserat operas, nec pecuniam, sed expromissorem dederat, & promiserat transferri in se obligationem, quòd si transferri in se post manumissionem recuset, dolo facere videtur: ideò de dolo datur, quãdo expromissor non est soluendo: nam debet seruus, qui manumittitur, statim libertate accepta obligari etiam cum iuramento ad operas, l. fin. ff. de liber. causa l. ij. & l. vt iurisiurandi. ff. de oper. liber. si autẽ recuset, vt æquum est, obligari, dolo facere videtur: ideò de dolo in eum actio datur, cùm non sit alia.

Obiectionis solutio.

Ex hoc text. colligo casus sequentes. Primus casus est, si seruus cum domino, pro libertate sibi danda, conuenerit aliquid dari, & reum pro hoc dederit pacto adiecto, vt transferatur hæc obligatio in manumissum, si post manumissionem libertus hoc non patiatur, domino actio ex stipulatu dabitur, ratione primæ promissionis, versicul. Ego moueor, quia illa promissio, vt in se transferatur obligatio, valet, per istum text. & d. l. promissæ.

Secundus casus, Si expromissor soluendo non sit, & manumissus non patiatur actionem transferri in se, actio de dolo dabitur domino, quia dolo facit manumissus, qui non patitur in se transferri obligationem, & ita sinis huius text. intelligitur.

Tertius casus est, Si manumissus non patiatur actionem in se transferri, actio de dolo expromissori dabitur, vt liberetur, cùm alia actio illi non sit. versi. expromissori planè.

Quartus casus, Si patronus non vult pati, vt actio in manumissum transferatur, si conueniat expromissorem, exceptione pacti submoueri poterit, & sic intelligitur iste text. nam ita pactus erat patronus, vt patet ibi, pactionis, &c.

Quintus casus, Si seruus promiserit pecuniam, vt libertatem consequatur, data sibi libertate actione in factum conueniri poterit ad id, quod promissum est consequendum. dicta l. promissæ. C. an seruus, &c. *Seruus ante manumissionem promittẽs, obligatur.*

Sextus casus, Seruus si post manumissionem operas stipulatus fuerit, obligatur, l. fin. ff. de liber. caus. l. vt iurisiurandi. de oper. liber & ex prædictis cessabunt contraria, quæ hic adducuntur.

Istum textum dicit singularem Bal. in margar. in verbo, pactum. quæst. 12. ad hoc, quòd licèt pactum nudum de iure ciuili nõ producat actionem: tamen si nõ obseruetur, agi de dolo potest, per istũ text. qui tamen hoc non probat, & verisimile est, quòd si iura voluissent pactum illud seruandum esse, introduxissent potiùs actionem in factum, aut aliam, quàm de dolo, quæ infamat. Ob id iste text. hoc non dicit, quamuis idem doceat Angel. consil. 1. col. 2. vbi dicit semper ex pacto nudo oriri actionem, quãdo si non obseruaretur, pars pateretur damnum, & sic semper oriretur secundum eos, quod non probo, licèt idem teneat Alexand. consilio 41. Viso puncto. col. 2. in 3. vol. & in additio. ad eundem Alexan. in l. si conuenerit. ff. de iurisdictione omnium iudi. Nec officium iudicis oritur, si non sit actio, vel persecutio, vt abũdè scripsi in l. actionis verbo. ff. de regulis iuris. de hoc pacto etiam dixi in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla subest. de pact. *Officiũ iudicis nõ datur, nulla actione existente.*

Istum textum etiam allegat Alexan. in l. stipulationum. §. stipulatio. nota. j. ff. de verborum obligat. & Iason in l. iij. §. ait Prætor. col prima. de re iudic. ad hoc quòd expromissor est, qui intercedit pro non obligato. De hoc plenè scripsi in l. sponsio. ff. de verb. obligat. quare hic non repetam.

Iste versic. nisi, solet adduci ad hoc, quòd ille nõ dicitur habere actionem, qui exceptione repelli potest. ibi, quasi nulla actio sit, quæ exceptione repellitur. probat l. nam is. supra. nam verba cum effectu intelligi debent. l. prima. ff. quod quisque iuris. Scripsi in l. nomen filiarum. §. habere. ff. de verborum significat.

§. Si dolo malo, &c.

Iste §. videtur Bartol. & alijs difficilis, ob id priùs text. elucidabo, & demum materiam. Species facti talis est, Litigabam cum aduersario super vna domo, vel alia re, constitui Procuratorem, qui me defenderet, is passus est aduersarium vincere, ita vt absolutus sit aduersarius à mea petitione: quæsitum est, an actio de dolo competat aduersus eum, qui vicit, & absolutus fuit? Respondeo, non competere, si reus absolutus, sit paratus iudicium in se trãsferre, ac si non esset iudicatum, sub exceptione hac si collusum sit, offerens se in eadem causa suscipere iudicium, si probem Procuratorem collusisse cum eo: si verò ipse reus opponat exceptionem rei iudicatæ, tunc de dolo agam contra reum absolutum, si non possit cum Procuratore agi, quia non erat soluendo. *Facti species, textus.*

Ergo

Ergo quandiu poteſt agi contra Procuratorem, qui eſt ſoluendo, non poterit contra partem agi.

Ex hoc text. colligo caſus ſequentes. Primus erit, ſi Procurator colludens cũ aduerſario pa[n]atur eum vincere, poterit pars appellare ab illa ſententia à die notitiæ, c. concertationi. de appel. lib. 6. & proſequi appellationis cauſam poterit contra illum qui vicit.

Et iſte caſus eſt valde fauorabilis, quia non deducta in prima cauſa, in cauſa appellationis deducere poſſum, l. per hanc. C. de tempo. appel. & in forenſi iudicio iſtud eſt tutius, videlicet appellare, & proſequi cauſam appellationis.

Procurator tenetur ad expenſas, probata colluſione.

Secundus caſus, Si per colluſionem Procuratoris dominus cauſam amiſerit, & appellare non poſſit, agere poterit mandati actione cõtra Procuratorem, ſi ſoluendo ſit, quia mandatum non ex bona fide explicauit, l. ſi Procuratorem. ff. mandat. & ſi actum fuerit contra Procuratorem venient etiam expenſæ, ſi colluſio probetur, in quibus Procurator tenebitur, quicquid dicant gloſ. & Doct. hic per l. ſancimus. C. de iudic. vbi laſ.

Tertius caſus, Si reus abſolutus, ſit paratus ſubire, & proſequi iudicium, ac ſi colluſum eſſet, tunc agetur contra illum, qui obtinuit, per iſtum text. Nam, & ſi per colluſionem Procuratoris victus ſim, tamen reus iure dicit me victũ, & vult defendere cauſam, ac ſi ſuper ea pronuntiatum non eſſet, tunc non eſt quod agam contra Procuratorem. Et hoc dicit iſte text. qui hoc modo eſt intelligendus. & in praxi, Si pars defendat cauſam, non agitur contra Procuratorem, nec iudicem, vt alibi dixi. idem dicitur in l. iij. in fin. ff. de alien. iudic. vbi ſic ſcribitur: *Quid ergo eſt, ſi is, aduerſus quem talis actio competit, paratus ſit vtile iudicium pati, perinde ac ſi poſſideret, rectè dicetur denegandam eſſe aduerſus eum ex hoc edicto actionem.*

Actio de dolo contra partẽ propter colluſionem Procuratoris.

Quartus caſus, Si per colluſionem Procuratoris mei victus fuerim, & velim agere contra partem, quæ obtinuit, ſed ipſa exceptionem rei iudicatæ opponit, tunc ſi Procurator non ſit ſoluendo, agam actione de dolo contra partem, quæ dolo & per colluſionem Procuratoris obtinuit, per iſtum textum. & idem in tutore cenſet Vlpian. in l. dicõque. ſuprà eod.

Dolus Procuratoris quando domino noceat.

Quintus caſus eſt, Si quid ex dolo Procuratoris ad dominum peruenit, datur in dominum de dolo actio, in quantum ad eum peruenit: nam Procurator ex dolo ſuo proculdubio tenetur. l. ſed ex dolo. §. item ſi quid. infrà eodem.

Sed dubitat glo. hic: Quid ſi primò fuit ſoluendo Procurator, nunc verò non eſt, an imputetur mihi, quare non egerim id temporis contra eum, quo erat ſoluendo? Reſpondeo, non eſſe mihi imputandum: imò, ſi non ſit hodie ſoluendo, agam contra partem, per iſtum textum qui non diſtinguit, nec obeſt, l. j. §. idem Pomponius. ij. ſuprà, eod. quia loquitur de actione, quæ mihi tunc competebat, & ſua natura & curſu perit, ſed iſte text. loquitur de actione doli, quæ datur contra partem, quando Procurator non eſt ſoluendo, ideò ſufficit non eſſe ſoluendo quocunque tempore, vt hic, quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, l. in delictis §. ſi detracta. ff. de noxal. quicquid dicant interpretes, niſi pars in magna negligentia fuerit.

Sextus caſus, Si dolo partis quis victus fuerit, vtpote ſi pars ſuaſerit ſe ſoluiſſe Procuratori, ob id conſenſi, vt pars abſolueretur, tunc potero ex integro agere contra partem doloſam, quæ ſi excipiat de re iudicata, replicabo per dolum ſuum hoc fuiſſe iudicatum, docet text. in l. cùm à te. infrà eod. vel ſi perſuaſeris mihi nullam ſocietatem tibi fuiſſe cum eo, cuius hæres ſum, & ob id iudicio abſolui te paſſus ſum, dandam mihi de dolo actionem cenſet Paul. Iuriſconſul. in l. ſeruus. in fin. infrà.

Septimus caſus, Si Procurator in rem ſuã factus, vel generalis cum libera agat, vel dominus contra actum à ſe factum, poterit de dolo excipi in Procuratorem, & dominum: l. apud. §. quæſitum. ij. ff. de doli excep. nam dolo facere videtur, qui actum à ſe editum vult impugnare. Alij caſus ponuntur in l. arbitrio. §. dolo. infrà, eodem.

SVMMARIA.

1. *Creditor falsò debitorẽ laudans, actione doli tenetur.*
2. *Mercator ducens ad alium mercatorem quendam, vt quid præſente pecunia ab eo emat, ſi non ſoluat, pro eodem tenetur.*
3. *Affirmans aliquem coram iudice idoneum, pro eodem tenetur.*
4. *Eligere idoneum debet is qui aliquid ad aliquem per portitorem mittit.*

§. Idem Pomponius refert Cæcidianum Prætorem non dediſſe de dolo actionem aduerſus eum qui affirmauerat idoneum eſſe, cui mandata pecunia dabatur, &c.

Idoneus quilibet præſumitur.

Hic §. qui eſt fin. huius l. & elegãter. legitur cum l. ſeq. quod ſi cùm ſcires. Et ex his facio ſequẽtes caſus. Primus eſt, Si quis affirmet eum idoneum, cui pecunia creditur, non tenetur actione doli, quæ non datur, niſi ex euidẽti calliditate, & magna cauſa quæ non inuenitur hoc caſu: nam de iure quilibet præſumitur idoneus, l. cùm quidam. ff. de legat. ij. l. ſeruos. & l. teſtamento. iij. de manumiſ. teſtam. ergo qui hoc affirmauit, teneri non debet, quia non eſt in euidenti calumnia, cùm hoc facere iure poſſit.

Affirmans aliquẽ idoneum, tanquam fideiuſſor tenetur.

Eſt tamen in culpa is, qui affirmat id, quod ignorat, l. Iulia. §. quod autem. ff. de actio. empt. ſed culpæ nomine non tenetur quis actione doli, tamẽ ex conſuetudine Frãciæ inducta inter mercatores, ex bono & æquo, ſi quis affirmet mercatori aliquem eſſe idoneum, & quod illi bene ſoluet, ſi ille non ſoluat, is qui hoc affirmauit, conuenitur, quaſi pro eo reſponderit, & fideiuſſerit: nam mercator non mutuaſſet, niſi ille ſic eum commendaſſet, & ideò ex conſuetudine vidi teneri, non de dolo, quia fortè dolo non fecit, ſed quaſi fideiuſſor habetur.

Secundus caſus, Si creditor laudauit ſuum debitorem, & ſui lucri gratia, vt debitor ſolueret illud, quod debebat, falsò eum laudando, actione doli tetur, per hanc l. quod ſi cùm ſcires. quia hic dolus eſt euidens, & lucrũ, ob id actio doli oritur, vt ſuperiùs dixi. Vnde interdum vidi mercatorem conuentum ab alio mercatore, eò quòd mercator duxerat nobilem, vt emeret ſericum nõ præſente pecunia, vt alteri mercatori ex eius pecunia ſolueretur, & ille nobilis non ſoluebat, erat enim pauper: ideò non ſolueret ſecundo, mercator, qui illum duxerat, tenebatur. 1 2

Tertius caſus, Vbi coram iudice agitur de aliquo, an ſit idoneus vel non, ſi aliquis affirmet eum eſſe 3

idoneũ, qui non sit, tenetur is qui affirmauit, text. in l.cùm ostendimus. in fi. ff. de fideiussor. tuto. nam isti certificatores in subsidium tenentur, l.j. §.j. ff. de magist. conueni. l. cùm tabernam. de pignor. vbi vocatur in antiquis libris certificator & affirmator in d. l. cùm ostendimus. De his scripsi abundè in tract. de senten. execut. artic. j. glos. 16. in materia possessoria recredentiæ. & Fulgos. in l. si verò. §. fin. col. 4. ff. qui satisd. cogant. dicit hos affirmatores iudiciales teneri omninò, sed alios non, nisi euidens calliditas ostendatur.

Quartus casus, Si quis mandauerit alicui, vt suo periculo credat, vel si ei mutuauerit, vt bene ei reddat, tenetur actione mandati. l. si verò non. §. si quis mandauerit. ff. manda. l. Lucius. de fideiusso. vbi Bar. docet. De literis verò *de credit*, quam faciãt fidem, si fortè mandauero, vt credatis tali portitori, quas Bar. vocat literas credentiæ, videte Boër. in decis. Burdegal. q. 81. Sed quid.

Licet verba commendataria non obligent. d. l. si verò. § cùm quidam ff. manda. vbi sic scribitur: *Cùm quidam talem epistolam scripsisset amico suo, rogo te, vt commendatum habeas Septitium Crescentem amicum meum, non obligabitur mandati, quia commendãdi magis hominis, quàm mandandi causa scripta est.* Vnde Vlpianus, *Quod venditor vt commẽdet dixit, sic habendum est, quasi neque dictum, neque promissum: si verò decipiendi emptoris causa dictum est, æquè sic habẽdum est, vt nõ nascatur aduersus dictum promissumue actio, sed de dolo actio detur.* l. quod vẽditor. infr. eod. vbi est glos. not. Bar. in d. l. Lucius. & Anton. Bauer. in §. planè. in glos. vlt. de testa. milit. in Institu. Et si mandem alicui, vt ad me mittat librum, quem commodaueram, si portitori literarum tradiderit, & is non
4 reddat, tenetur is qui tradidit, quia eligere idoneum debebat. text. nota. in l. eum qui. in fine. ff. commod. dicit non liberari commodatarium, nisi dicatur, per præsentem mittas, quod est notandum.

Quintus casus est, Si emptor dixerit, seruum non esse furem, vel aliud affirmauerit de re vendita, tenetur actione ex vendito, quia non debebat affirmare, quod ignorabat. l. Iulia. §. quid autem. alias quid tamen. ff. de actio. empt.

Lex ix. Vlpianvs lib. xi. ad Edictvm.

Si quis affirmauit minimam esse hæreditatem, & ita eam ab hærede emit, non est de dolo actio, cùm ex vendito sufficiat. Si autem mihi persuaseris, vt repudiem hæreditatẽ quasi minus soluendo sit, vel vt optem seruum, quasi melior eo in familia non sit: dico de dolo dandam, si callidè hoc feceris.

In hoc principio tres sunt casus. Primus est, Quòd si quis affirmauerit minimam esse hæreditatem, & sic tanquam minimam emerit, actio ex vendito in eum datur, vt emptor consequatur quanti pluris hæreditas est, quàm vendita fuerit, sed si deceptus fuerit vltra dimidiam iusti pretij, agi posset condictione ex illa. l. rem maioris. C. de rescind. vendit.

Secundus casus est, Si quis persuaserit hæreditatem mihi obuentam non esse soluendo, sed potiùs damnosam, & ego repudiem suasu illius, de dolo in eum datur actio, si callidè hoc fecerit, quæ calliditas oportet quod probetur, saltem re ipsa, id est, vt appareat hæreditatem esse soluendo, & lucrosam. arg. l. si quis cùm aliter. ff. de verbor. oblig.

Tertius casus, Si data mihi sit equorum, vel seruorum optio, & quidam suaserit, vt accipiam vnum, quasi meliorem, cùm sit deterior, actio de dolo in eum dabitur per hanc legem.

Et sic per istum tex. patet, quicquid dicat Accur. venditionem, dolo dante causam contractui, nõ esse nullam, sed rescindi debere, vt in l. dolo. C. de rescin. vendit. nam in hoc text. apparet partem persuasisse, vt quis repudiaret hæreditatem, vel minimè venderet, & iste text. dicit actionem ex vendito sufficere: ergo nulla non est emptio & venditio: idem dicitur in l. Iulianus. §. per contrarium. ff. de actio. empt. vbi villicus, qui substraxerat res quasdam de hæreditate, instrumenta, & mancipia, persuasit hæreditatem minimi momenti esse, & sic eam vendidit hæres, text. actionem ex empto concedit, licèt furtum dedisset causam contractui, & sic dolus dans contractui causam non reddit contractum nullũ, sed is qui sic dolo cõtraxit, si habeat rem, in qua est deceptus, excipere de dolo potest. l. qui nondum. C. de hæred. vend. dixi fusiùs in l. & eleganter. suprà eod.

Accur. hic corruptè allegat l. iij. & v. de oper. libe. sed voluit allegare l. iiij. quæ incipit, Scyphi. de opti. lega. vbi si optio dolo facta fuerit, integra actio datur, & respondet ibi glos. ab hærede dolum fuisse adhibitum, hic ab extraneo, quæ quidem solutio nullius est momenti, quia iste text. indefinitè loquitur, si quis, quòd indefinita æquipollet vniuersali. c. circa. vbi plene glos. de elect. lib. 6.

Posteà Accurs. ait: Tu dic quod hic fuerunt omnes exhibiti, sed qui deterior erat, fuit bene vestitus, & rasus, vt melior appareret. Istam glos. not. Bald. contra fideiussores, qui vt idonei appareant, ad Curiam accedũt bene vestiti, & sic iudicem & Curiam decipiunt, vt illi qui eos ducunt, doli teneantur, & certificatores, qui eos affirmant idoneos. Et hoc vidi in quodam qui baiulum bene vestierat, vt esset eius fideiussor, & certificatores hos similes habebat, ob id dolo delecto Procurator Regius conclusit contra eos, vt posteà fustigatioois punirentur, quasi falso adhibito.

Notant etiam interpretes istam glos. ibi, *& rasus vt melior appareret*, quòd veteres rasos crinibus, & sic monachos, & religiosos, ac sacerdotes pro melioribus habeant, licèt quidam hæretici eos contemnant, sed contemptus eorum nihil est, dum tamen iusti apud dominum fuerint.

Istæ tamen solutiones non respiciunt text. ideò ego dicerem integram optionem dandam ei, qui dolo alterius deteriorem optauit, sed quomodo illi subueniatur ad petendum, vt interim optare possit? Iste text. respondet actionem de dolo competere, & sic supplet ad dicta l. Scyphi: nam regulariter electione facta, semel alia fieri non potest, l. apud Aufidium. ibidem. & l. serui electione. ff. de legat. primo. si tamen illa optio dolo facta fuerit, alia fieri ex integro potest, & si hæres non permittat, agi contra eum actione doli potest, si ipse persuaserit.

Dolus non annullat venditionem.

Baiulus bene vestitus, factus fideiussor.

Optionem deteriorem alterius dolo optans.

Si verò tertius, tunc agetur actione ad exhibendū, vt omnes res mihi exhibeantur, per l. iij. §. item si optare. ff. ad exhib. & si hæres opponat electionem semel factam, replicabit legatarius dolo esse factam, & ita debet in isto text. prouideri, quamuis Doctor. nō declarent. & hoc probat etiam l. ij. de optio. lega. Nam ista exhibitio ea de causa fit, vt rebus exhibitis noua fiat optio.

Et sic est hic vnus casus, in quo electione facta iterum optare possum. Secundus est, in minore, vt in l. & si fine. ff. de minor. & in aliis casibus à iure expressis: aliàs electione factâ imputare quis sibi debet, cur illum optauit. l. iij ff. de optio. legat. & dicit glos. in §. cæterum. quod cum eo qui in alien. potest. est. in Institut.

Qui videt vtilius, & sumit deteriora,
Absit ei radius luminis absque mora.

Et sic non releuaretur quis etiam à Principe obtinendo literas Regias, quia electione facta ius est alteri acquisitum, & semel optare possumus. l. serui. ff. de legat. j. sic consuluit Ludouic. Rom. consilio 475. Quoad primum. nisi iusta causa moueret Principem ad hoc concedendum.

§. Item si tabulæ testamenti, &c.

Actio de dolo, alia actione existente.

Hic est vnus casus, in quo de dolo agi potest, licèt alia actio competat, vt suprà dixi: nam cum pater exhæredasset, vel præteriisset filiū suum, hoc iure querela inofficiosi agere filius poterat, si hæres institutus suppresserit tabulas testamenti, vt quinquennium querelæ institutum præteriret, & interim filius decesserit, si post mortem filij hæredes velint agere lege Cornelia de falsis, possunt, l. ij. ff. de fal. & quia ille dolo malo fecit occultando testamentum: ideò & de dolo agi poterit, idem in quolibet alio testamento suppresso, l. Paulus. ff. de fals. & de quo filio intelligatur, & de quibus hæredibus: dicite de hæredibus filij mortui: non tamen erant isti hæredes filij ab eo, vel à patre instituti, aliàs possent agere querela, per iura Codicis, l. scimus. §. fin. C. de inoffic. testam. & putarem etiam hoc casu si hæredes filij vellet agere querela, vt possent, quia per eos non stetit, sed per dolum alterius, ideò non debet illis imputari. l. in iure ciuili. ff. de reg. iur. dummodò ante quinquennium mortuus fuerit filius, & quamuis non fuisset præparata querela, quia per filium non stetit, illi non debet nocere, opus tamen esset restitutione, & literis à Principe impetrandis, saltem in hoc regno. vnde Ias. in l. si quis filius. numero 6. C. de inoffic. testamen. amplè docet, quando querela non præparata, ad suos hæredes transmittatur.

Lex x. Labeo lib. vii. Posteriorum.

Si oleum tuum, quasi suum, defendat Titius, & tu hoc oleum deposueris apud Seium, vt is hoc venderet, & pretium seruaret, donec inter nos diiudicaretur, cuius oleum esset, neque Titius velit iudicium accipere: quoniam neque mandati, neque sequestraria Seium conuenire potes, nondum impleta conditione depositionis: de dolo aduersus Titium agendum. Sed Pomponius libro vicesimoseptimo, posse cum sequestro præscriptis verbis actione agi, vel si is soluendo non sit, cum Titio de dolo, quæ distinctio vera esse videtur.

Lex si oleum, aliàs est l. aliàs est §. sub l. si quis affirmauerit. Species facti est, Oleum vendicabam à Titio, qui quasi suum esset, illud defendebat, inter nos conuentum est, ne pendente lite consumeretur, vt apud Seium deponeretur, ea lege, vt is Seius illud oleum venderet, & pretium seruaret, donec iudicatum esset ad quem oleum spectaret, Titius noo vult accipere iudicium, nec causam prosequi, quæritur qua actione possim agere contra Seium? Videtur agi posse vel mandati, vel depositi: Labeo tamen ait non agendum actione mandati: quia mandatum fortè non erat gratuitum, neque possum agere actione sequestraria, quia is Seius non potest conueniri ex conuentione, nisi iudicatum fuerit inter eos, sed non est iudicatum: ergo non est impleta condino depositionis. Vnde Pomponius ait agendum esse cum Seio sequestro actione præscriptis verbis, quasi vicerim, cùm per me non stet, & quia dictum fuit, vt olei pretiū redderetur: ideò reddi debet secundùm verba præscripta. l. si rem. in fine. ff. de præscrip. verb. si tamen hic sequester soluendo non fuerit, agi de dolo potest aduersus Titium, qui sua calliditate facit, vt non diiudicetur cuius sit oleū. *Huius legis facti species.*

Iste text. semper allegatur de actione sequestraria, quæ tamen non est proprium nomen actionis, vt docet Accurs. sed est quædam adiectio, & est actio depositi, vt in l. ei apud. & l. sequen. ac l. licet. ff. depo. Scripsi tamen differentias inter depositum & sequestrationem. in tract. de sequest. in 3. tomo Commentariorum ad Constitut. Regias. vbi istam materiam planè & vtiliter tractaui: ob id ad ibi dicta nunc (lector beneuole) te reiiciam, vide interim Accursium in verbo, præscriptis verbis. at Barbat. consilio 71. Illud afferam. in 4. vol. col. 1. allegat pro sequestro, vt possit salarium & mercedem suæ custodiæ recipere, & ita dixi in d. tractat. de sequestris. & in l. sequester. ff. de verbor. signific. *Sequester potest mercedem sua custodiæ recipere.*

Ex hoc text. colligitur actionem dari ante impletam conditionem, quando per me non stetit quominus eam implerem, vt not. Decius in d. regul. in iure. ff. de regul. iur. facit l. Labeo scribit si bibliothecam. de contrah. emptio.

§. Et si tu seruum pignoratum noxæ mihi dederis, per iudicem absolutus, de dolo teneris, si apparuerit eum esse pignori datum.

Vrium Doctor. istum textum variè interpretantur: ego verò sic intelligo, Seruum tuum pignori dedisti Titio, qui seruus mihi nocuit, fortè occidit equum meū, ego te cōueni apud iudicē, coram quo noxæ eum dedisti, & ideò per iudicem absolutus es: quæsitum fuit, qua actione tenearis? Respondet *Casus huius legis.*

text. si apparuerit eum datum pignori alteri, antequam noxæ daretur, mihi quidem certè de dolo actio competit: nam seruum à se pignoratum non poterat noxæ dare, & tamen ea causa quòd illum dedisti, fuisti absolutus, cùm post absolutionem alia non detur actio, hæc dabitur.

Notate, id quod habetur in tit. de noxal. in Instit. vt noxales actiones dentur ex delictis seruorum, pro quibus Do. damnato permittitur, aut litis æstimationem sufferre, aut hunc hominem noxæ dedere, & hoc summa ratione permissum est: nam erat iniquum nequitiam seruorum vltra ipsorum corpora dominis damnosam esse, vnde dominus seruum noxæ dãdo liberatur, vt est in tit. de noxal. actio. sed ea conditione, vt illum pleno iure det, id est, nulli obligatum, vel in quo habeat, & vsumfructum & proprietatẽ, aliàs non videtur soluisse. l. si rem meam. ff. de solut. l. iiij. in fin. de re iudic.

Seruus nulli obligatus noxæ dandus est.

Et sic faciendi sunt sequentes casus. Primus est, Si condemnatus ad farciendum damnum à seruo datum, dederit seruum alienum, aut pignoratum, iudicati conueniri poterit, ac si nõ dedisset, quia auocari seruus potest ab eo, qui pignori accepit. d. l. si rem meam.

Secundus casus est, Si cõuentus ad æstimationem damni à seruo dati, ante iudicis condemnationem offerat noxæ seruum pignoratum, & sit absolutus à damni æstimatione, de dolo cõueniri poterit. vt hîc. Et in hoc decepti fuêre interpretes: nam hic dolo fuit absolutus, dando noxæ seruum pignori obligatum, quod pars ignorabat, & iudex, ideò tacendo eum obligatũ, callidè egit, ergo de dolo actio competit: sed quando iudicatus est dominus ad damnum persoluendum, dando seruum obligatum pignori, non liberatur ab actione iudicati, quia non plenè soluit, ideò illa actio adhuc competit d. l. iiij. in fin. & l. si hominem. de solut.

Decidendi ratio.

Tertius casus est, Si condemnatus ad farciendum damnũ datũ à seruo, noxæ illum seruũ pignori obligatũ dederim, iudicati agere poterit is, cui dedi, etiã antequam creditor vincat, id est, antequam obtineat sententiam contra illum, cui noxæ dedi seruum, & antequam illum seruum sibi obligatum cõsequatur. d. l. si hominem. ff. de solut. Idem Aphrican. ait: *Si sciens alienam rem mihi ignoranti dederis, etiam priusquam euincatur, vtiliter me ex empto acturum putaui in id, quanti mea intersit meam esse factam.* l. seruus. §. fin. ff. de actio. empt. quia inspicitur quod euinci potest, licèt non sit euictum.

Quod potest euinci inspicitur.

Quartus casus est, Si dominus proprietatis serui, ad æstimationem damni serui conuentus, vsumfructuarium ad litis æstimationem conuenerit, tenetur is pro æstimatione vsusfructus conferre, aut vsufructui cedere. l. si ex duobus. in fin. ff. de noxal act.

Quintus, Si creditor, cui est pignori obligatus seruus, conuentus vt pro æstimatione litis conferat, noluerit iudicium suscipere, pignoris persecutionem ei iudex denegare poterit, & hoc casu pignus ipso iure liberatur, l. si noxale. ff. de noxal. quia nullum est pignus, cuius persecutio denegatur, & sic antequam persecutio fuerit à iudice creditori denegata, poterit is creditor ius pignoris persequi, nec noxæ dari poterit in præiudicium eius, cui seruus est obligatus, & ita conciliari iura ista debent, quamuis Accurs. & alij interpretes super hoc titubauerint.

Pignus ipso iure liberatum.

Sextus casus est, Hæc actio de dolo noxalis est, vnde si dolus cõmissus est in re peculiari, datur actio de peculio: si verò ea sit, ex qua noxalis, hoc quoque noxale erit. §. hæc. De dolo alia dicentur infrà, in tit. de noxal. si Deus voluerit.

§. Meritò. cum l. seq. & l. non debet. declaraui suprà. in q. 7.

Lex XVIII. Paulus lib. XI. ad Edictum.

ARbitrio iudicis in hac quoque actione restitutio comprehenditur: & nisi fiat restitutio, sequitur condemnatio quanti ea res est. Ideò autem & hic & in metus causa actione certa quantitas non adiicitur, vt possit per contumaciam suam tanti reus condemnari, quanti actor in litem iurauerit, sed officio iudicis debet in vtraque actione taxatione iusiurandum refrenari. Non tamen semper in hoc iudicio arbitrio iudicis dãdum est. Quid enim si manifestum sit restitui non posse, veluti si seruus dolo malo traditus, defunctus sit, ideóque protinus condemnari debeat in id quod intersit actori?

IN edicto Prætoris erat, quæ dolo malo facta esse dicentur, Si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur, iudicis arbitrio restituantur quanti eæ res erunt, intra annum, quo primum experiundi potestas erit in eum, qui dolum fecerit, de dolo iudicium dabo. Nunc declarari hæc lex ita poterit.

Quæsitum fuit à Paulo, quomodo verba Prætoris intelligenda sint, vt arbitrio iudicis res restituantur. Respondeo, restitutionem comprehendi sub arbitrio iudicis, vt iudex in primis condemnet reum, qui dolum commisit, ad rei restitutionem, & si is non restituat, iudex condemnabit eum quanti ea res erit.

Declaratio textus.

In secunda parte, dicet quis, quare in Prætoris edicto, etiam in actione quod metus causa, non est adiecta certa quantitas, in qua condemnaretur is, qui ad arbitrium iudicis rem non restituit? Respondeo, ideò, vt posit iudex, ratione contumaciæ rei, tanti reum condemnare, quanti actor in litem iurauerit, iudex tamẽ refrenare debet iusiurandum actoris sua taxatione.

In tertia parte dubitari posset, an semper arbitrium iudicis dandum sit, si quis non restituat? Respondeo, non, semper dandum: nam si manifestum sit restitui seruum non posse, quia mortuus est, condemnari debet is, qui dolum intulit, in id quod intersit actoris, ista est sententia & intellectus huius legis.

Ex hoc texto colligitur partes iudicis esse, vt priùs condemnet eum, qui dolum in re adhibuit ad rei restitutionem. facit l. qui restituere. ff. de rei vendicat.

Secundò,

Quanti ea res est, quid denotet.

Secundò, si is non restituat, debet condemnari, quanti ea res erit: hîc iacet huius l. difficultas, quia verbum, quanti ea res est, significat veram rei æstimationem, l. inter hæc verba. ff. de verbor. significat. & tamen hic condemnatur quanti in litem actor iurauerit. Respõdet glo. tripliciter tex. intelligendum. Primò, vt impropriè ponatur hoc verbum, quanti ea res est. Secundò, vt suppleatur quanti ea res est, videlicet æstimata. Tertiò, vt propriè accipiatur, & actor habet duplex remedium. Vnum, per quod iuret in litem: alterum, per quod interesse tantùm verum petat, & hæc approbatur à Bar. & interpretibus.

Ego autem puto hunc text. intelligendum propriè, videlicet vt priùs iudex condemnare debeat ad rei restitutionem, quam si pars non fecerit, iudex condemnabit quanti ea res est, quanti æstimabitur lis id temporis, quo non fit restitutio: nam aduertendum est quòd si debeat æstimari domus quanti ea res est, tunc verè æstimabitur, quanti verè valet, & ita loquitur d. l. inter.

Interdum debet aliquid æstimari quãti ea res est, & tunc refertur non tãtùm ad rem principalem, sed ad totam litem & contumaciã factam à parte in nõ restituendo, vt hîc. Vnde si iudex condemnauerit ad restitutionem domus dolo acquisitæ, & is condemnatus eam non restituat, debet, quanti ea res est, nunc æstimari, eò quòd non restituitur domus, sed videamus, quanti ea res est, videlicet vt possit pars iurare in litem, & iudex taxare ex officio suo, quãti litem æstimauerit, & ita debet intelligi iste text. qui decepit interpretes, putantes iudicem debere æstimare, quanti ea res erit, scilicet principalis in qua est adhibitus dolus, & tunc iste tex. esset sibi contrarius, qui quidem tex. dicit debere fieri condemnationem quanti ea res erit, id est, quanti æstimabitur ea res, scilicet illa lis nõ facta restitutione per cõtumaciam.

Rei appellatio.

Et sic verbum, ea res, hîc denotat generaliter, non solùm rem principalem, sed etiam contumaciam rei non restituentis, & sic ad litis æstimationem refertur, vt declarat text. quod est notandum, ideò intelligetis multa iura per hoc.

Nec refragatur quod tũc non denotat veram rei æstimationẽ. Respõdeo, imò semper æstimatur verè res: nam quando refertur ad rem certam, veram rei æstimationem significat. Si verò respiciat litem, vel interesse, & tunc etiam vere id quod interest significatur, quod iuramento præcedente, & taxatione iudicis apparuerit, vt hîc. & in l. qui restituere. ff. de rei vendic.

Ideò autem.] Ex hoc text. colligitur, quare interesse non est taxatum, seu contumacia non restituentis. Respondeo, ideò, vt possit ratione contumaciæ actor iurare in litem, & iudex posteà pro contumacia, & rei qualitate taxare, qui quidem iudex potest etiam iuramentum refrænare: nam si pars iurauerit nolle carere domo pro mille aureis, iudex hoc taxabit, & olim nõ erat de iure Digestorũ certa taxatio, vel quantitas vt hîc, sed de iure C. hodie taxatum est id quod interest, vt duplum non excedat, l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest, vbi abundè scripsi intelligi de interesse singulari.

Interesse hodie duplum nõ excedit.

In isto textu tamen, non est taxata quantitas ad quam iudex debeat condemnare, & licèt in actione quod metus causa, ad quadruplum fieri debeat condemnatio, tamen non est certa quantitas: nam duplum & triplum non potest certa dici quantitas. l. certum. ff. si cert. petat. dixi in d. l. vnica.

Aestimatio eius quod interest quãdo fieri debeat.

Non tamen semper, &c.] Ex hoc text. colligitur dolosum non semper ad rei restitutionem condemnandum, nec arbitrium iudicis super hoc versari, vt quando res non potest restitui, quia est perempta, non culpa dolosi, tunc æstimabitur id quod actoris intererit, & sic protinus reus condemnari debet, id est, omnino & statim. Vnde (vt dictum est) iudicis hîc non interuenit arbitrium, quia præcisè condemnat ad id quod interest, & non ad rei restitutionem: & si res non restituatur, ad id quod pars iurauerit, taxatione iudicis priùs tamẽ interueniente.

Praxis Frãciæ, de sententia contra dolosũ.

Hodie verò praxis Franciæ solet in vna sententia condemnare ad rem si extet, vel ad eius æstimationem communem, & si dolosus rẽ habeat, auferetur ab eo res, nec recipietur volens æstimationem soluere. Si verò perempta sit, tunc ad veram rei æstimationem veniendum erit, & rarò venimus ad hoc iuramentum in litem, vt scripsi in interpretatione l. vnicæ. C. de senten. quæ pro eo quod interest profe.

SVMMARIA.

1 *Pondus commune, & mensura assueta assumi debet, si de alia conuentum non sit.*

2 *Vendens modios vini, censetur vendere secundum vsitatum & communem illius loci modium.*

3 *Emptor sciènter maiora pondera commodatò accipiens, furti tenetur.*

Item is qui commodat. ibidem.

4 *Pondera iusta & mensura olim in Ecclesia seruabantur, hodie verò in Curia.*

§. De eo qui sciens, &c.

Casus huius textus.

SPecies facti est, Emi decem sextarios olei, vel mellis, cùm venditor detulisset, ego põdera, quæ vicinus habebat, rogaui mihi cõmodatò tradi, quæ sciens falsa esse tradidit, deinde venditor appendit oleum, vel mel: quæsitum fuit, quæ actio detur, Trebatius dicebat actionem de dolo dandam.

In secunda parte Iurisconsultus ait: Si vicinus commodauerit maiora põdera, potero repetere id quod amplius datum est, condictione indebiti. vt docet glos. vel furtiua.

Si autem commodauerit minora pondera, potest emptor agere ex empto, vt reliqua merx detur ad verum pondus.

Sed si ea conditione oleum, vel mel venditum fuerit, vt illis põderibus traderetur, cùm ille vicinus affirmasset habere pondera æqua, causa decipiendi emptorem, tunc de dolo dandam actionem. Vlpian. consentire videtur in eũ, qui æqua ea esse affirmauit.

Quidam tamen in text. habent, commendauit falsa pondera, dicens esse vera, si sciens hoc fecerit de dolo contra eum agitur: quia dolo facit, commendans falsa pondera.

Sed si maiora põdera commendauit, repeti potest quod amplius datum est: si minora commendauit emptor, reliquum actione ex empto cõsequi potest: nisi conuentum fuerit, vt his ponderibus merx traderetur, eò quòd vicinus affirmasset vera esse, & iusta pondera, tunc cùm emptor non sit in dolo, nec venditor, & ratione conuentionis non potest agi alia actione: ideò de dolo datur contra eum, qui com-

mendauir falsa, vel maiora pondera, hoc videtur iste text. dicere.

Pōdera falsa quæ dicantur. Ex hoc tex. colligitur falsa pondera esse, quæ sunt maiota vel minota, quàm sint veta, & æqua, & vocantur dolosa, etiam per Propheram Amos 8.e. & hæc prohibuit Deus Leuit. 19.c. in fi. his verbis: Statera iusta & æqua sint pōdera, iustus modius, æquúsque sextarius. & Prouerb. 16. cap. Poodus & statera, iudicia Domini sunt, & statera iniqua non dicuur statera, nec modius iniquus. l. Paulus respondit, vbi scripsi ff. de verb. signific.

Princeps mensuras communes omnibus constituere debet. Videndum est ad quem spectet pondera & mensuras constituere, & breui putarem ad Principem pertinere pōdera, & mensuras communes omnibus præbere. l. modios. vbi etiā not. Rebuf. pattuus meus. C. de suscep. & Archa. lib. 10. vbi sic scribitur: *Modios aeneos vel lapideos cum sextariis, atque ponderibus per mansiones, singulásque ciuitates iussimus collocari.* & l. fin. de frumen. Alex. lib. 11. ibi, *Et tesseræ designentur, & nostræ pietatis nomine censeantur.*

De eadem re. Er postquam à Principe institutæ sunt, ad dominos locorum spectat alias mensuras, vel pondera, si quis indigeat, cum illis æquare, & curare, vt in illis nulla fraus fiat, & vbi non sunt domini, spectat ad magistratum illius loci. l. iubemus. C. de defensor. ciuitat. Et extant in hoc regno Franciæ Constitut. Reg. in tit. *des aulnes & aulnages.*

Signū Regis ponderibus & mensuris imponendum. Et in his ponderibus signum Regis & Principis debet imponi, etiam dum æquātur à magistratibus, qui illa pondera, vel mensuras probant, & æquant, l. stigmata. C. de fabricen. libro 11. & l. ij. de frumen. Alexan. ibidem. etiam vidi imponi signum domini loci, qui illa pondera & mensuras æquabat, sed à parte inferiori.

Quæro, si diuersa sint poodera, & mensuræ. quibus mensuris debeat fieri? Et notandum est priùs hæc diuersa pondera venisse ex diuersitate dominorum: solebant enim domini olim diuersa habere pondera, & mensuras. Comes Tholosanus in suo territorio pondera & mensuras speciales suis subditis tondere solebat. Et Burgūdi etiam à Duce eorum accipiebant: nuoc quia Rex effectus est dominus istorum locorum, ipse solus hæc constituere potest, licèt remanserint quædam mēsuræ ex antiquis, quas Principes tollere noluerunt. Vnde Imperatores rescripserunt: *Quibus mensuris aut pretiis negotiatores vina compararent, in contrahentium potestate esse: neque enim quisquam cogitur vendere, si aut pretium, aut mensura ei displicuerit: præsertim si nil contra consuetudinem regionis fiat.* l. Imperatores. ff. de contrahen. emption.

Pondus, de quo conuentum est, appendendum. 1 Ideò, si diuersa sint pondera in ciuitate, vel mensuræ. debet appendi secundùm pōdus, vel mensurari ad meosuram, de qua conuentum est, vt hîc. Et si nihil dictum fuerit, tūc pondus assumemus, & mensuram communem, & assuetam. c. ex parte. de censi. & d. l. Imperatores.

Vnde quando quis vendit modium vini in ciuitate Tholosana, intelligetur de vsitato & communi modio, licèt sit ibi modius maior, qui dicitur mensurari ad mensuram Comitis Tholosani, sed ille ne-
2 glectus est, & non vsitatus, sicut alius: ideò qui vendit modios vini, censetur vendere ad communem & frequentem vsum, & non ad alium. argu. l. si seruus plurium. in fin. ff. de legat. 1.

Pōdus loci contractus assumendū. Si verò agatur de ponderibus diuersorum locorum, vel de mensuris, tunc fieri pondus & mensura debet in loco contractus, & vbi venditur, & in illo foro. l. septem. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. Doct. in cap. 1. de empt. & vendit. Vnde si hîc Parisiis vendantur centum sextaria frumenti, debent mensurari mensuris huius loci publicis. c. 2. vbi Doct. de empt. & vendit.

Si tamen quis venderet hîc centum sextaria frumenti, quę promitteret tradere Lugduni, mensurari debent ad mensuram Lugduni, quia ibi videtur quis contraxisse, in quo vt solueret, se obligauit. l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. Vnde quia maius est poodus hîc, si conueniam Lugduni, vt pro singulis centenis dem aureum pro delatiooe mercium ad ciuitatē Parisiensem, si ibi ponderentur, inspicietur illud pondus, si autem hîc, istud pondus erit inspiciēdum.

Mensura loci vbi prędia sita sūt inspiciēda. Hoc procedit in rebus mobilibus. Si verò decem iugera terræ vendiderim, debent intelligi de mensura loci, vbi prędia sita sunt. l. si prædium. C. de prædus minor. l. si seruum. §. fin. ff. de actio. empt.

Item, non debet quis diuersa poodera, vel mensuras habere: hoc enim prohibuit dominus. Deute. 25. c. in fin. dicens: Noo habebis in sacculis diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor: pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam Domious Deus tuus dederit tibi: abominatur enim Deus eum, qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam. & Prouerb. 2. scribitur: Pondus & pondus, mensura & mensura vtrumque abominabile est apud Deum.

Diuersa pōdera à magistratu frangenda. Et istas mensuras, vel varia pondera debet magistratus frangere, nec permittere euiquam diuersa habere. Item quæritur. §. *Si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi iusserit.* ff. loca. aliàs daret materiam delinquendi à iure prohibitam. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. Luc. de Peo. in l. modios. col. 3. C. de suscep. li. 10. & ista sūt mixti imperij, vt docet Guid Papa. 10 decis. Delph. q. 490. Mēsuræ.

Deceptus in pondere, vel mēsura quomodo agere debeat. Quomodo puniantur hi, qui alios falsis mensuris deceperint? Respondeo, faciam casus sequentes, vt materia hæc distinguatur. Primus casus, Emptor deceptus in pondere, vel mensura, potest agere ad id, in quo est deceptus. Vnde si quis emerit modios decem vini, aut centum libras olei, si desiot viginti libræ, eas emptor petere poterit, & si venditor maiori mensura, vel pondere deceptus fuerit, poterit quod amplius dedit, repetere per istum tex. & l. si seruum. in fi. ff. de actio. empt. Petrus de Bella Pertic. in q. 387.

Falsum ponderis. Secundus casus, Qui falsa pondera, aut mensuras tenet, ex cōstitutiooe Diui Adriani pœna falsi coërcetur, l. penul. in fin. ff. de fal. intellige, siue ea corruperit, vt docet text. siue eas diminuerit, vel plumbum, aut quicquam addiderit, vt pondus iustum inæquale redderetur.

Mensuras falsas penes se habens. Tertius casus, Adulterinas stateras, vel meosuras conficiens, pœna eadem legis Corneliæ punitur. in l. annonam. in fi. ff. de extraord. criminib. ibi, *Qui trutinam annonam etiā statera adulterina.* de quibus D. Traianus edictum proposuit, quo edicto pœnā l. Corneliæ in eos statuit, proinde ac si lege testamentaria, quòd testamentum falsum scripsisset, signasset, recitasset, damnatus esset, & D. Adria. eum qui falsas mensuras habuerat, in insulam relegauit. l. penul. ff. de fal.

Quartus

Quartus casus, is apud quem inuentæ sunt falsæ mensuræ, debet relegari per illum text. & in d. l. penul. quando probaretur eum illis mensuris vel ponderibus vsum fuisse, & aliquẽ decepisse: alioqui falsum, sine damno proximi, non punitur. l. damus licentiam. vbi gloss. C. de fals.

Pœna ad duplũ pro fraude in mensura facta.

Quintus casus, si venditor, aut emptor in mensura fraudem fecerit, aut eam corruperit, ad duplum punitur, quanti ea res est, id est, quanta est deceptio. Nam si venditor de decem libris olei deceperit emptorem, ad 20. libras puniendus erit. d. l. penul. quæ sic dicit: ***Si venditor mensuras publicè probatas, vini, frumẽti, vel cuiuslibet rei, aut emptor corruperit, dolóve malo fraudem fecerit, quanti ea res est eius duplo condemnatur, decretóque Diui Adriani præceptum est in insulam eos relegari, qui pondera, aut mensuras falsas aut breuiores in computatione fecissent.*** Ergo intelligi debent prædicta de ponderibus publicè probatis, seeus si de aliis priuatis, per illum tex.

Sextus casus, est in l. *in Dardanarios propter falsum mensurarum modum ob vtilitatem popularis annonæ, pro modo admissi extra ordinem vindicari placuit.* ff. de pœn. Dardanarij dicuntur à Dardano scelesto viro, q. artes iniquas, maximè super annona adinuenit, & propolæ, seu teuẽditores annonæ, qui annonam vexant, fortè miscendo corruptum cum incorrupto, vel falsum mensurarum modum cõficiunt, vel aliàs annonam corrumpunt, Dardanarij vocãtur. l. *annonam attẽtare & vexare, vel maximè Dardanary solẽt, quorum auaritia obuiam itum est, tam mandatis, quàm constitutionibus. Mandatis denique cauetur ita, præterea debebis custodire, ne Dardanarij vllius mercis sint.* ff. de extraord. crimin. & isti fraudantes annonam, in falsa mensura extra ordinem puniuntur. Panor. in c. 2. dicit pœnam arbitrio iudicis imponẽdam quod est verum.

Dardanarij qui vocentur.

3 Septimus, si Titius commodauerit maiora pondera emptori, furti tenetur, & emptor, si sciuerit. Nõ enim ex voluntate venditoris accipit, cùm erret in pondere. l. si quis vxori. §. si maiora. ff. de furt. Ergo id quod plus solutum est, condictione furtiua repeti poterit. vt docet Accur. hic. vide Bal. consi. 155. Quæritur. in primo vol.

Mutãs iusta pōdera.

Octauus, de iure canonico, si quis iustas mẽsuras, & iusta poodera causã lucri mutare præsumpserit, 20. dies in pane & aqua pœniteat. c. 2. de emp. & vendi. & ita inueni in integra Decretali, licèt nos habeamus in nostris libris 30. dies. sed corruptum, vt puto.

Nonò, ad curam & solertiam defensorum ciuitatis spectat, ne exactores grauent maioribus mensuris & ponderibus possessores. l. penul. C. de defenso. ciuit. Vnde exactores iustis ponderibus & mensuris vti debent, & olim Comitis sacrarum largitionum cura erat, vt ista iusta pondera & mensuræ in ecclesia seruarentur. §. eos. 2. in authen. de colla. colla. 9. melius est tamen vt in Curia custodiãtur, vt dicam. Hodie in Frãcia ad iudices vectigalium pertinet cognoscere de his exactoribus, & in consequens, an iustæ sint mensuræ, sed extra exactiones publicas præsides locorum, Bailliui, seu Seneschalli cognoscũt. l. fin. C. de suscep. lib. 10. vide te Ioannem Raynaud. in tract. suo de mensur. vbi alia tradit. His nunc contentus ero.

§. Dolo, alij habent, Si cuius dolo, &c.

Species facti huius textus.

Hic §. declarat illa verba Prætoris, *nisi arbitrio iudicis restituantur*, quæsitum fuit in isto text. Constitui Procuratorem ad prosequendum litem, is eam non est prosecutus intra annum, & sic perit instantia, vel intra triennium, qua actione possim experiri aduersus illum Procuratorẽ: Respondet Trebatius dandum iudicium de dolo.

Sed per hanc actionem, quid restituetur, nónne lis in statum pristinum reducetur? Respondeo, nõ: ne lex circunscribatur, sed actor tantùm consequetur, quanti eius interfuit processum non esse prosecutum.

Ratio decidendi.

Dubitatio erat, an restitui in integrum debeat is, cuius processus perit per l. properandum. in fi. C. de iudi. Respondet hic tex. contrarium, dicit, ne lex circunscribatur: nam lex non haberet locum, quia semper quis vellet processum restitui, & sic nũquam legitimo tempore periret lis, ideò est introductum, vt is, cuius dolo factum est, condemnetur ad id quod interest actoris, id non esse factum. Vnde si aduersarius debebat centum aureos, & periit processus, amplius illa centum prosequi non possum, sed agam ad illa centum consequẽda, actione de dolo, & ille processus erit tempore exclusus, hoc declarat Caius in l. iij. §. penul. ff. de aliena. iudi. his verbis: *Ex quibus apparet quòd Proconsul in integrum se restituturum pollicetur, vt actione hac, officio tantùm iudicis consequatur actor, quantum eius interfuit, alium aduersarium non habuisse, fortè si quas impensas fecerit, aut si quam aliam incommoditatem passus erit, alio aduersario substituto.* Et sic impensas, & omnia alia damna consequi poterit, per illum tex.

Ex hoc text. colligitur, quòd quandiu quis restitui potest, non datur actio de dolo. pro hoc tex. in l. prima. §. idem Pomponius. 2. suprà. eodem. ideò cum hodie an:io pereat in Parlamento instantia, & vulgò dicunt *subanné*, quia hoc potest restitui per literas Regias, non solet agi contra Procuratorem. Idem si instantia pereat trieonio, etiam dantur literæ restitutionis ex causa, iuxta illam cõstitutionem notabilem. d. l. properandum. in fin. Et quando Procurator non appellauit, etiam dominus appellare poterit, & releuari, vt quotidie videmus, & scripsi in tract. de restitut. in integr. 2. tomo Commentar. ad Constit. Regi.

Dominus potest appellare, licet Procurator negligat.

Sed vidi magnum dubium in eo, cuius bona licitabantur, qui constituit Procuratores ad opponendum, & interim dominus quærebat pecuniam, vt satisfaceret. Procurator autẽ permisit labi dilationes, nec monuit dominum, qui dominus tamen ad eum creditorem misit, vt adhuc intra sex mẽses ipse posset offerre pecuniam, tamen ista bona venũdata sunt vili pretio vltimo offerenti pretium, & decretum est interpositum, nunc dominus vult restitui, cui denegatur restitutio, num agere poterit cõtra istum Procuratorem? Respondeo posse, per istum text. actione de dolo, vt omnia soluat, sed si non est soluendo, gl. dicit hic, vt lis restitui debeat, tamen vidi restitutionẽ denegatam: nam imputari sibi debet is, qui talem Procuratorem elegit, vt de socio dicitur in §. fin. de societa. in Insti. & ita fuit repulsus dom. de Haan à venditione interposita decreto Senatus, & reiectus ab impetratione literarum, in forma ciuili impe-

Eligens Procuratorem negligentem.

tratarum. istum text.sing.& notand.dicit Barb.consil.57.col.9.in 3.vol.& Anto.de Burgos in c.vlt. in fi. de emptio.& vendit.

LEX XXXV. VLPIANVS LIB. XXX. AD EDICTVM.

Si quis tabulas testamenti apud se depositas, post mortem testatoris deleuerit, vel alio modo corruperit: hæres scriptus habebit aduersus eum actionē de dolo. Sed & his, quibus legata data sunt, erit de dolo actio.

Iste tex.est facilis in verbis, vt qui deleuerit tabulas testamenti, de dolo actione teneatur, etiam legataris de dolo actio erit, sed antinomia est valde difficilis, quæ adducitur per Accurs. in qua se extricat sicut mus in pisce, & multas solutiones præbet, quæ omnes non conueniunt text. sed præsagiunt, ideò ego dicerem constituendos esse casus sequentes.

Primus, si instrumentum testamenti seu tabulæ fuerint depositæ in vita testatoris apud aliquem, & is custos eas deleuerit, actione depositi tenetur, quia in deposito malè versatus fuit, ideò depositi tenetur, & ita loquitur lex, qui tabulas. ff. ad leg. Aquil. vbi dicit teneri depositi, & ad exhibendum, & sic non est inconueniens quem pluribus actionibus teneri cū actione de dolo, vt suprà probatū fuit in 7. quæstione. Et tunc non agetur actione de dolo, quandiu aliæ competent, quia est subsidiaria & licèt interuenerit dolus in aliquo actu, tamen ob hoc nō agitur de dolo, si alia supersit. l. prima. & l. elegāter. suprà. l. prima. §. si rem depositam. ff. depos.

Actio de dolo, competēs cum aliis actionibus.

Secundus casus, qui tabulas testamenti apud se, depositas post mortem testatoris deleuerit actione de dolo conueniri potest, ita loquitur iste text. Et ratio diuersitatis reddi potest inter primum casum, & istum, quia ante mortem testantis nullum ius quæsitum est hæredi: nam testamētum mutare potuit vsque ad mortem. l. iij. ff. de adimē. lega. & l. prima. C. de sacrosanct. eccle. nam testamentum morte confirmatur. l. cùm hic status. ff. de dona. inter virum & vxo. c. cum Marte. de celebrati. missa.

Ideò dolo facit is, qui post mortem testantis delet testamentum, vel mutat in præiudicium hæredis, & legatariorum, ideò de dolo erit actio, quia alia non datur hoc casu.

Tertius casus, si quis tabulas testamenti apud se depositas causa damni dandi, vel iniuriæ faciendæ, deleuerit, vel publicauerit, iniuriarum, vel Aquiliæ tenetur. l. si quis testamentum. ff. ad leg. Aquil. l. prima. §. si quis tabulas, deposit. quod est verum quoad hæredes, & legatarios, quorum commodum æstimari potest, & quibus testamenta penè sunt chirographa, ideò sicut chirographa æstimari possunt, ita & hæc testamēta quoad eos, secus quoad testantem, cuius interesse æstimari nō potest, ideò Iuriscon. ibidem ait: incertum esse quomodo fiat & ineatur testantis æstimatio, qui hoc nō respicit interesse pecuniarum. argum. l. planè. 2. §. fin. ff. de lega. primo. l. cùm etiam. de reb. cred. Doctor. in l. ab eo. C. de fideicom.

Quartus casus, si quis furti faciendi causa deleuerit id, quod est in instrumēto scriptum, furti tenetur, quia furtum animum furis exigit l. si quis testamentum. ff. ad leg. Aquil. nec furtum sine affectu furandi fieri dicitur. §. furtum. versiculo placuit. de obligat. quæ ex deli. nascun.

Furtū nō fit sine animo furandi.

Quintus casus est, qui testamentum amouerit, celauerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit, subiecerit, resignauerit dolo malo, l. Corneliæ pœna damnatur. l. ij. ff. de fal. idem si corruperit: corrupisse enim tabulas rectè dicetur, & qui eas interleuerit. d. l. qui tabulas. in fi. ff. ad leg. Aquil. Et per istos casus sublatæ videntur antinomiæ graues, in quibus interpretes hactenus valde insudarunt, scopum autem non attigerunt, aliæ huius tit. leges faciles sunt, nec explicatione egent.

Corrumpere tabulas, quis dicatur.

LEX XXXVII. VLPIANVS LIB. XLIIII. AD SABINVM.

Quod venditor, vt commendet, dicit, sic habendum, quasi neque dictum, neque promissum sit. Si verò decipiendi emptoris causa dictum est, æquè sic habendum est, vt non nascatur aduersus dictum promissumve actio: sed de dolo actio detur.

Notandum, esse delicta quædam habentia titulum delicti (vtar verbis Bald. consi. 15. Ad euidentiam. in primo vol.) vt furtum, & alia nominata.

Quædam verò sunt quæ nō habent titulum delicti, vt crimen stellionatus. l. iij. in prin. ff. de crimine stellio. quod est huius naturæ vt non intentetur, nisi ratione doli, & in subsidium competit criminalis accusatio, sicut in subsidium in ciuilibus cōpetit actio de dolo, & sic dolus punitur ciuiliter, per actionem doli, vel criminaliter, per stellionatum.

Crimen stellionatus quod nam sit.

LEX XXXVIII. IDEM LIB. V. OPINIONVM.

Quidam debitor epistolam, quasi à Titio, mitti creditori suo effecit, vt ipse liberaretur. Hac epistola creditor deceptus, Aquiliana stipulatione & acceptilatione liberauit debitorē, postea epistola falsa, vel inani reperta creditor quidē maior annis viginti quinque, de dolo habebit actionem, minor autem in integrum restituetur.

Iste casus est singul. secūdū Ludo. Roma. sing. 284. ad hoc, quòd si propter Procuratoris reuocationē pars damnum patiatur, poterit agere actione de dolo, hoc etiā est in addit. ad Dynū. in regula, Mutare. de regulis iur. in vj & Fulgos. notat istum text. pro his, qui faciunt Procuratores, & statim eos reuocant, vt teneantur de dolo suis aduersariis, de quo alibi dicam.

De-

De minoribus vigintiquinque annis. Tit. IIII.

Lex I. Vlpianus lib. XI. ad Edictum.

HOc edictum Prætor, naturalem æquitatem secutus, proposuit: quo tutelam minorum suscepit: nam cùm inter omnes constet, fragile esse & infirmum huiusmodi ætatum consilium, & multis captionibus suppositum, multorúmque insidiis expositũ, auxilium eis Prætor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captiones opitulationem.

LEx prima Vlpia. demonstrat quamobrem Prætor edictum de minoribus proposuerit, dicens esse secutum naturalem æquitatem: naturale enim est, vt subueniamus & tueamur eos, qui per ætatem se tueri non possunt: nam, quemadmodum ait Cice. lib. primo. Officin à natura datum esse tueri se, ita & suos: sic & alibi docet nos à natura impelli, vt plurimis prodesse velimus, inprimísque docẽdo, rationibúsque prudentiæ tradendis, atque vt tauris naturâ datum est, vt pro vitulis cõtra leones summa vi impetúque contendant, teste Aristot. sic & qui valent opibus, atque id facere possunt, vt de Hercule accepimus, ad seruandũ genus humanum naturâ incitãtur, & sic illa naturæ vis incitat ad tuendũ se, & alios, qui tueri se non possunt, vt hîc, & de hac naturali æquitate loquitur. l. prima. ff. de lega. præstan. scripsi in l. prima. suprà. de pact.

Natura vis ad quæ nos incitet.

Ideò Prætor hoc edicto suscepit tutelam, & protectionem minorum, quibus tueri se per ætatem nõ licet: nam palam est, & inter omnes constat, consiliũ minorum esse valde fragile, & infirmum, id est, non firmum, sed leue. Et sicut arundo huc, illúcque ventis impulsa regitur, ita & minores leuitate ingenij, &, quod ait Homerus, semper iuniorum hominum animi leues consilio, constantia & prudentia seruum regẽdi, & scribitur Prouerb. 12. c. Stultitiam colligatam esse in corde pueri, & virga disciplinæ eam fugabit.

Vnde tex. ait eos esse multis captionibus suppositos, & sic tuendos, multi etiam consanguinei ad hoc tendunt, vt eos decipiant, vt sæpius vidi.

Multorúmque insidiis, subiecti sunt minores: quidam enim, vt bona ab eis extorqueant, eos ad voluptates pelliciunt, vt deinceps ab eis amentur, & bona illorum per fas, nefásque consequi possint, & dicit gloss. insidias, extra contractus, captiones, in contractibus, possunt etiam insidiæ esse & in contractibus, quando quis dolo occulto tendit ad decipiendum minorem, & vt illi donet res, vel alio modo eum decipiat.

Quamobrem Prætor pollicetur hoc titulo illi auxilium aduersus insidias, & opitulationem aduersus captiones, vt deceptiones, quas in dies multi ipsis inferunt, sic & Diuus Seuerus Cuspino Rufino ait his verbis, *Omnem me rationem adhibere subueniendis pupillis, cùm ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo.* l. iij. ff. qui petant tutor.

Ex hoc tex. patet minorem restituendum esse, siue insidiosè & dolo deceptus sit, siue alio modo, etiã sine dolo, dummodò sit deceptus, quia Prætor hîc pollicetur non solùm auxilium contra insidias, & sic contra dolum, & fraudem, sed etiam aduersus captiones, intellige quascunque, quia indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de lega. 2. c. vt circa. de elect. in 6. inferiùs alia explicabuntur.

§. Prætor edicit. QVOD CVM MINORE, QVAM VIGINTIQVINQVE ANNORVM NATV GESTVM ESSE DICETVR, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM.

ISta est portio edicti Prætoris, sed inferiùs alia describitur. Notandum est ante Prætorem in fauorem minorum esse latam quandam legem. Lectorius enim tulerat legem, quæ eum qui adolescẽtem, aut furiosum cum suæ authoritatis, iurísque non esset, circũscripsisset, fraude, dolóve malo, iudicio publico persequebatur, vt docet Cicero lib. iij. Offi. & Iulius Capitol. in autho. Philoso. Verùm quia hæc lex tantum persequebatur decipientem, sed contractum factum non reuocabat, ob id Prætor statuit in fauorem minorum, vt causa cognita restituatur, & contractus factus reuocetur. Sed non minùs possunt publico iudicio hi hodie persequi (cùm lex Lectoria non sit correcta) qui minores decipiunt, & ad Procuratorem Regium hoc spectat, qui si negligens fuerit, redditurus est Deo optimo maximo rationem.

L. ex Lectoria etiam hodie locũ habet.

Primum verbum edicti est, quod, sed illud in titulo quod metus causa declaraui, itaque hîc non repetam.

Subiicitur, cum minore quàm vigintiquinque annorum, sed quare his pollicetur Prætor auxilium, & non aliis, vsque ad triginta annos? Respondet Vlpia. quia in hoc tempore completur virilis vigor, & hoc declarabitur in l. iij. infrà. nam cùm ante istam ætatem infirmi sint, vigor & firmitas animi completur, iudicium mentis augetur.

Et ideò, etiam hodie adolescentes auxilio curatorum reguntur, vsque in hanc vigintiquinque annorum ætatem, nec antè eis debet committi administratio bonorum, etiamsi rem suam bene gerant, ergo restituendi erunt, si anteà decepti fuerint.

Regula ergo est, vt administratio rei suæ non debeat committi minoribus vigintiquinque annis, ne lædantur, & ne contractus periclitẽtur, & ex vno latere tantùm, maioris, scilicet teneant. l. Iulia. §. si quis à pupillo. ff. de actio. empt.

Contractus cũ minoribus omis, cur nõ valeant.

Limitatur, nisi minor impetrasset ætatis veniam à Principe, per l. primã. & 2. C. de his qui veniam ætatis impetrauer. abundè tractaui materiam illius tituli in tract. de regest. baptismi. artic. primo. glos. prima. in 2. tomo Commentar. ad Constit. Regi. vbi nouem requisita conscripsi, & effectus veniæ ætatis.

Minor impetrãs ætatis veniam rectè contrahit.

Secundò, consuetudo huius patriæ reputat minores coniugatos maiores, si tamen lædantur, restitui poterunt. gl. & Doctor. in l. vnica. C. si de momentua. possess. fuerit appel.

Tertiò, quoad testamenta censetur maior in 14. anno.

anno.completo. l. qua ætate. ff. de testa. & fauore libertatis.in 18.& 20. anno. §. eadem.quibus ex causis manumi.licet.in Instit.& in alijs casibus à iure expressis.

Minor quando quis dicatur. Sciendum est, minores dici secundùm materiam subiectam,& ætatem à iure taxatam,vt minor infante.l.si infanti.C.de iure deliber. Minor 12.vel 14. annorum ad contrahendum matrimonium. §. primo. de nuptiin Instit.etiam ad ingrediẽdum religionem. c.primo,vbi gloss.2.quæst. prima.c. in præsentia. le probatio.etiam minor dicitur ante 17.annos, quoad postulandum. l. prima. initium.ff. de postul & ante vigintiquinque annos quantum ad istum titulum,& sic vbi taxata est ætas à iure, vel consuetudine, ante illam ætatem quis dicetur minor. vt abundè super hac taxatione ætatis scripsi in tracta.de pacifi.possessor.in prima limita.gloss.no.in c.sicut. 27. quæstion. prima.

Anni à die natiuitatis computandi. Deinde est in tex.natu,& ex eo colligitur annos computari à tempore natiuitatis, non conceptionis, & ideò facta est lex in hoc regno, vt curati debeant conscribere diẽ natiuitatis pueri,& annum, & mensem,ac nomen susceptorum, & quo nomine fuerit nuncupatus in baptismo, & alia quæ scripsi in tract. de regest. baptismi.atu. primo in 2.tomo Comment. ad Constit.Regi.

Alia edicti Prætoris verba partim fuerunt declarata in titulo quod metus caus. & alia dicentur inferiùs Deo iuuante.

Lex II. Idem lib. XVIII. ad L. Iuliam, et Papiam.

Nec per liberos suos rẽ suam maturiùs à curatoribus recipiant. Quod enim legibus cauetur, vt singuli anni per singulos liberos remittantur, ad honores Diuus Seuerus pertinere ait,non ad rem suam recipiendam.

HÆc lex tollit dubium,quod est:nam minores, etiamsi rem suam bene gerant, non habent ante vigintiquinque annos administrationem rerum suarum,quid si contraxerint matrimonium, & *Liberi non faciũt minorem sui iuris.* liberos habeant?Respondet tex.eos nõ recipere maturiùs rem suam administrandam à curatoribus. per liberos,id est,occasione liberorum,vel gratia liberorum,quia procreatio liberorum non reddit sapientes:nam & stolidi & fatui generãt, & liberos habent.

Et non obstat,quòd ratione liberorum remittantur munera patribus, hoc verum est, & pertinet ad honores,id est,munera,vt is qui tres habebat liberos immunis esset à ciuitatis custodia,qui verò quatuor, ab omnibus,vt docet Arist.in lib.2. Polit.c.7.Et hodie est statutum ab Imperatoribus in titul. de his qui numero libero.se excus.lib.10. ibi, *Numerus quoque liberorum excusat à muneribus personalibus*, intelligũt Doctores,& rectè de legitimis, quamuis iste tex. intelligi possit tam de naturalibus, quàm de legitimis, vt per liberos non recipiat quis maturiùs rerum suarum administrationem,quicquid Doctores scribant.

Et sic ex isto text. colligi potest, eum qui liberos habet,non suscipere rerum suarum administrationem ante vigintiquinque annos,siue liberi sint naturales,siue legitimi.

Cura minorum per matrimoniũ,de consuet. regni, finitur. Hodie tamen consuetudo generalis regni est, vt finiatur cura per contractum & cõsummatum matrimonium,ad hoc vt minor gerere possit maturiùs, & administrare bona sua:nam cui committitur persona vxoris gubernanda,& multò magis rerum administratio committi debet.l.prima. C.ne fideiusso. dotium dentur, & ideò de consuetudine regni non seruatur iste tex.

Item maior quatuordecim annorum, non habens curatorem,contrahere potest, & si læsus fuerit, restituetur,contractus tamen valebit.l.si curatorem. C.de in integr. restitut. minor autem tredecim annis potest cum tutore contrahere, & aliàs non valebit contractus,quicquid in contrarium dicat Benedictus in repeti c. Raynutius. in verbo, adiectæ. nu. 56.de testa.vbi allegat Ioannem Fabrum adducentem consuetudinem, sed non est ita in libro meo, & quamuis esset consuetudo, tamen (vt statim dixi) contraria inualuit consuetudo.

Minores coniugati restituantur. Si tamen minores,matrimonio coniũcti,lædãtur, restitui possunt per hanc legem,& ita seruatur, quia consuetudo eos fingit maiores quoad administrationem suorum bonorum,& quoad procreandos liberos,sed non quoad hoc, vt læsi non restituãtur,,quia verè restitui debent non obstante matrimonio, & prole suscepta, aliàs daretur afflictio afflicto: nam fortè satis est hic à sua coniuge duri capitis afflictus, quare alia afflictio ei dari non debet. l. Diuus. ff. de offi. Præsid.hoc firmat gloss. & Doct. in l.vnica.C.si de momenta.possessi fuer.appella.& tex. in l. prima. C. qui & aduersus quos in integ.resti. non postule. *Ampliatio est.* vbi ampliatur,etiamsi hic minor,diligens paterfam. fuerit,actibúsque publicis industrium se docuerit,vt lapsum eum verisimile non sit, etiam si fuerit decurio factus,vel Consul ciuitatis,tamen si probetur læ- *Doctor, minor, restituitur.* sus,restitui poterit,& per illum tex.dixi Doctorem restituendum,si læsus fuerit,quicquid dicat gloss. in l.professio.C.de muneribus patrimon.lib.10.vt alibi de hoc scripsi.

Lex III. Idem lib. XI. ad Edictum.

Denique Diuus Seuerus & Imperator noster, huiusmodi Consulum vel Præsidum decreta, quasi ambitiosa esse interpretati sunt.Ipsi autẽ perrarò minoribus rerum suarũ administrationem extra ordinem indulserunt:& hoc iure vtimur.

ISta lex continuat hanc materiam, vt minor non recipiat rerum suarum administrationem ante vigintiquinque annos, etiamsi per sententiam iudicum, seu decretum Cõsulum, ac Præsidum hoc illis permissum fuerit, quia talia decreta Diuus Seuerus & Imperator noster quasi ambitiosa interpretati sunt.

Imò ipsi Principes perrarò indulserunt extra ordinem administrationem rerum minoris.

Ex hoc text. colligitur alios extra Principem non posse minori concedere rerum suarum administrationem

Princeps cur extra ordinem iuris veniã ætatis nõ indulgeat.

tionem ante vigintiquinque annos,& Principes hoc non solent extra ordinem iuris concedere, qui ordo iuris ponitur in l.ij.c.de his qui veniã æta. impe. Igitur extra ordinem iuris non solet Princeps indulgere veniam ætatis, videlicet vt ante vigintiquinque annos quis rerum suarum liberam administrationẽ habeat,& vt alia seruentur posita in d.l.ij.& tunc nõ restituetur minor.l.prima.C.de his qui veniam æta. impetra.nc hi,qui cum eis contrahunt,principali authoritate circunscripti esse videantur,vt dicit illa lex & quot modis quid dicatur extra ordinem fieri,scripsi in l. pupillus. §. minus. ff. de verborum significatione.

Sententia ambitiosa quæ dicatur.

Secundò,ex hoc tex.colligitur à contrario, valere restitutionem minoris factam à iudice cum causæ cognitione, vt in l.in causæ. infrà eod. quia hîc tantùm prohibet iudici ne rerum administrationẽ minori concedat,quod si fecerit.illa sententia ambitiosa censetur, id est, per gratiam & nimiam importunitatem lata,ob id non valebit,imò talis iudex litem suam facit.l.filiusfa.ff.de iudic.& Vlpia.ait, *ambitiosa decreta decurionum rescindi debent.* l. ambitiosa. ff. de decre.ab ordi.faciend.

Minorum restitutio per iudices,fit causa cognita.

Ex his patet iudices posse restituere minorẽ cum causæ cognitione,& valere eorum sententias, vt patet in toto isto titul. & Imperator sibi reseruauit, ne aliquis concedat rerum administrationem minori, quia hoc est contra ius, & inferior legem superioris non potest infringere.clem.ne Romani. de elect. Et quia minores posteà non possunt restitui,ob id publicè interest, ne lædantur. vt in l. prima. suprà & hoc docet Bart.In l.non ambigitur.ff.de legib. vbi etiam dicit senatum hoc concedere non posse.

Adolescẽs ex statuto contrahere potest.

Potest tamen facere consuetudo, vel statutum quòd adolescens contrahat sicut maior.vt Bart. docet in 3. quæst. princip. in repe.l.omnes populi.ff. de iustit.& iure. Alex. & alij in l. moribus. ff. de vulga. Bal.in tract.statu.in verb.contrahere.

Fräciæ cõsuetudo de contractu maiorũ 14. annis.

Vnde est consuetudo in Francia, vt maior 14. annis reputetur perfectæ ætatis ad contrahendum sine curatore,sed si lædatur,restitui solet,hoc docet Ioan. Fab. in l.vnica. C. si vt causæ post puberta. adsit tutor.& sequitur Bened.in repe.c. Raynutius. in verb. adiectæ.nu.56.de testa.

§.Si quis cum minore contraxerit, & contractus inciderit in tempus quo maior efficitur: vtrum initium spectamus, an finem? Et placet (vt est constitutum) si quis maior factus comprobauerit quod minor gesserat, restitutionem cessare. Vnde illud non ineleganter Celsus epistolarum libro vndecimo & digestorum secundo tractat, ex facto à Flauio Respecto Prætore cõsultus: minoris annis vigintiquinque, annos fortè vigintiquatuor agens, iudicium tutelæ heredi tutoris dictauerat: mox factum, vt non finito iudicio iam eo maiore effecto vigintiquinque annis, tutoris heres absolutus proponeretur, in integrum restitutio desiderabatur. Celsus igitur Respecto suasit, non facilè hunc quondam minorem in integrum restitui: sed si ei probaretur calliditate aduersarij id actum, vt maiore eo facto liberaretur. Neque enim extremo, inquit, iudicij die videtur solùm deceptus hic minor: sed totum hoc structum vt maiore eo facto liberaretur. Idem tamen confitetur, si leuior sit suspicio aduersarij quasi dolosè versari, non debere hunc in integrum restitui.

VT materia huius text. intelligatur, faciam sequentes casus, vsque ad §. minorem. Primus casus est,si quis minor contraxerit, & cõtractus perfectus fuerit,tunc inspicitur dies perfectionis.l. si voluntate. C. de rescinden. vendit. nam eo tempore quo fuit contractus perfectus, videtur minor læsus, ideò illud tempus inspicitur. facit l.contraxisse. ff.de actio.& obliga.

Tẽpus contractus perfecto inspiciendum.

Ratihabitio contractum inualidum confirmat.

Secundus casus, si contractum factum in minori ætate, maior factus probet, non poterit in integrum restitui,vt hîc,sed contractus valebit à die approbationis.l.pupillus. §. item ipse. ff. de authon. tuto. & quædam est comprobatio expressa, altera tacita per quinquẽnij,vel decennij lapsum, de quibus in l.fin.ff. si maior fact.& de hac ratihabitione scripsi aresta in proœmio Consti. Regi. in gloss.5. in primo tomo Commentar. ad Consti. Regi. tamen ratihabitio tacita,quæ non approbatur à iure, non nocet, vt in hoc §.scio. vtpote,si quis minor se hæreditati paternæ immiscuerit,maiórque factus exegerit aliquid à debitoribus paternis, & sic videbatur comprobare aditionem, tamen posse hunc restitui in integrum, initio inspecto,ait Iurisconn.quia læsio cõtigerat tempore minoris ætatis,& idem in hæreditate aliena dicit hîc Vlpia.& in l.ait Prætor §. non solũ.& §.sed & si.infrà eodem.& §.si.ac l.non solum.§.restitutus.ibidem.oportet tamẽ probare hæreditatem onerosam. l.non solum. & l. quòd si minor. infrà eod. sic iudicauit Senatus Delphi.vt refert Guido Papa in decis. 141.Si minor.

Tertius casus, si læsio contingat in maiori ætate, non facilè maior restituetur, quia minor non est læsus,sed maior,qui maior non solet restitui ex sola læsione,nisi ex causa, de qua in titul. sequen probat l. prima.C.si aduersus rem iudic.

Cõnexitas actus inspicienda.

Vnde si minor vigintiquinque annis,agens tamẽ 24.conuenerit hæredem tutoris actione tutelæ,& sic cõtra eum iudicium tutelæ dictauerit, si hæres tempore maioris ætatis fuerit absolutus, non poterit in integrum restitui,nisi probatum fuerit aduersarium callidè fecisse,vt maiore effecto sentẽtia pronunciaretur,& hæres sic liberaretur,per hunc tex.quia hoc casu non videtur solo die extremi iudicij deceptus, sed hoc totum videtur vnum structum, vel obstructum. Alij habent, *id est hoc totum iudicium est connexum*.tam principium quàm iudicij finis.Et sic inspecta connexitate actus, minor restituetur:quia in minori ætate fuit deceptus,& non potest res iudicata ex vno eodémque iudicio in partẽ valere, & in partem non valere.l.in hoc iudicio. ff. famil. hercis. Ex leui tamẽ doli suspicione aduersarij minor non restituetur, sed oportet dolum probari, & sic ratione doli restituetur,

Dolus aduersarij probandus.

reſtituetur, non ætatis beneficio, quia poterat appellare poſt condemnationem, & ſic remedium eidem minori concedebatur ordinarium, ideò aliud non eſt tribuendum extraordinarium à iudice. l. in cauſæ. 2. infrà eodem. Si tamen fuerit abſolutus minoris aduerſarius ratione libelli à minore malè cõcepti, tempore minoris ætatis, vel alterius defectus ſic contingentis, reſtitui poterit minor. gloſſ. & Bart. hic. Ideò minor aduerſus ſententiam malè latam ex defectu prouenięte in minori ætate poterit reſtitui: diuerſum eſt, ſi tantum aduerſus ſentẽtiã bene latam, & in maiori ætate, ex qua eſt læſus, & eo caſu reijcitur, vt in hoc tex. & gloſſ. adducit iura, quæ poſſunt videri. facit l. prima. C. ſi aduerſ. rem iudicat. facit deciſ. Neapol. quæſt. 210. Multæ ſunt.

Principiũ quando inſpici debeat. Quartus caſus, ſi minor partim fuerit læſus in minori ætate, partim in maiori, reſtituendus erit. arg. l. ſi filiusfamilias. ff. de verb. oblig. gl. hîc. Vnde ſi fuerit contractũ cum minore ſub cõditione, quę euenit in maiori ætate, reſtituetur, & idem, ſi minor vendidit, & factus maior tradidit, quia ex neceſsitate præcedentis contractus tradere tenebatur. per §. pretiũ. de empt. & vendi. in Inſti. Et quando finis habet neceſſarium conſequens ad principium, inſpici debet principium, vt hîc. & Bart. intelligit in neceſsitate. præciſa. in l. prima. ff. qui potior. in pigno. habean. Idem tamen eſt in neceſsitate iuris, vt in traditione rei, quæ licèt præciſè fieri non debeat, per d. §. pretiũ. tamen ſi non fiat, ad id quod intereſt tenetur venditor. l. prima. ff. de actio. empti. Abũdè ſcripſi in interpretatione l. vnicæ. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.

Gloſſ. in verbo, ſi leuior, exponit, id eſt, leuis: poteſt tamen intelligi ſic, ſi leuior ſit ſuſpicio aduerſarij, quàm probari poſsit, tunc debet minor in integrum reſtitui.

Ex quo infert gloſſ. non eſſe ſtãdum leui præſumptioni, & non defertur ſacramentum in ſupplementum probationis offerenti talem præſumptionem, licèt deficiant aliæ probationes, vt in l. fin. ſuprà. quod met. cauſ. iſtam gloſſ. notab. hîc Bart. docet, & Lanfranc. in repet. l. admonendi. col. 25. in 3. concluſ. ff. de iureiur. Quod vbi adeſt præſumptio minor, ſemiplena probatione, non poteſt deferri iuramentum in defectum illius ſemiplenæ probationis. ſequitur Bar. & Iaſ. in l. ſi duo. col. 2. ff. de iureiur. & idem Iaſ. in repetit. d. l. admonendi. col. 34. nu. 85. ibidem.

§. Scio etiam illud aliquando incidiſſe: Minor vigintiquinque annis miſcuerat ſe paternæ hæreditati: maiórque factus exegerat aliquid à debitoribus paternis: mox deſiderabat reſtitui in integrum, quo magis abſtineret paterna hæreditate. contradicebatur ei, quaſi maior factus cõprobaſſet quod minori ſibi placuit: putauimus tamen reſtituendum in integrum initio inſpecto. Idem puto & ſi alienam adiit hæreditatem.

Minor læſus, maior factus reſtitutionẽ in integrum petit. ISτum textum ſingularem dicit Bened. in interpretatione c. Raynutius. in verbo, mortuo, primo. nu. 344. in fi. de teſtam. quod minor per aditionem hæreditatis læſus, poterit in integrũ reſtitutionem petere, etiamſi maior factus intra quadriennium reſtitutionis petendæ debita hæreditaria exegerit, tanquam hæres. & hoc probat Angel. hîc, & Ludouic. Roma. in l. damni. §. Sabini. ff. de damno infecto.

SVMMARIA.

1 *Dies cœptus quando pro completo habeatur. & ſeq.*
3 *Conditio, cùm erit 14. annorum, intelligitur de annis completis.*
4 *Supinum denotat actum, in quo aliquid fit.*

§. Minorem autem vigintiquinque annis natu, videndum an etiam diem natalis ſui adhuc dicimus ante horam qua natus eſt, vt ſi captus ſit reſtituatur. Et cùm nondum compleuerit, ita erit dicendum: vt à momento in momentum tempus ſpectetur. Proinde & ſi biſſexto natus eſt, ſiue priore, ſiue poſteriore die: Celſus ſcripſit nihil referre: nam id biduum pro vno die habetur, & poſterior dies kalendarum intercalatur.

ISte §. minorem, eſt valde corruptus in libris antiquis, ideò volui hîc ad verbum trãſcribere, prout inueni etiam in Pandectis Florentinis, & hîc declarantur verba iſta in edicto Prætoris appoſita (minore natu) quando dicatur minor natu, an requiratur tempus completum, vel non, & tempus completum eſſe debere dicit Iuriſcon. vnde natalis ſui dies & hora lapſa ſit. Neceſſe eſt, etiam dies quæ intercalatur, quia momento illo horæ, in qua natus eſt, perficietur tempus vigintiquinque annorum, nempe ſi Calendis Ianuarij hora ſexta noctis natus fuerit, poſteaquam ad illam horam peruenerit, erit vigintiquinque annis, ſed ſi natus fuerit in anno biſſextili, non refert ſiue priore die, ſiue poſteriore, quia ſemper inſpiciemus diem & horam, & illud biduum pro vno habetur, nam poſterior dies Calendarum intercalatur, id eſt, interſeritur in ſexto Calend. Februarij, & dicitur biſſextus, quia quolibet die cõputamus ſexto Calend. Martij & ſic dicitur biſſextus in l. cùm biſſextus. infrà. eodem. vbi alia explicantur, & tempus vigintiquinque annorum impletum eſſe debere, docet Iuriſcon. Paul. in l. minor vigintiquinque annis adito. infrà eod. *Tẽpus cõpletũ requiritur, vt minor natu dicatur.*

Gloſſ. hîc dicit quãdo tempus cœptum habeatur pro completo, & diſtinguit, quam diſtinctionem hîc probant Doctor. & plenè Chriſtophor. Porcus. in §. eadem. quibus ex cauſis manumitte. non licet, ego verò dico ſic.

Regula facienda eſt, quando conſtituitur alicui dies, menſis, vel annus, aut aliud tempus, illud tempus debet cõpleri, & completum dicitur, ſi dies poſtrema completa fuerit, nec inſpicitur de momento in momentum, niſi in caſibus à iure expreſsis, vt in hac l. iij. §. minorem. ff. de minori. *Tẽpus quãdo completũ dicatur.*

Vnde Iuriſcõ. ait, *In omnibus temporalibus actionibus, niſi nouiſsimus dies impleatur, non finit obligationem.* l. in omnibus. ff. de diuerſ. & temporal. præſcripti. Et hoc procedere in vſucapione tam triũ, decem,

vel

vel viginti, quàm triginta annorum dicimus, quicquid Accurs. Bart. & alij dicant. Nam iura allegata per eos probant cōtrarium, primò in vsucapionibus non à momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus, ideóque qui hora sexta die Calendarum Ianuariarū posidere cœperit, hora sexta noctis pridie Calēdarum Ianuariarū implet vsucapionem, & sic vides illum text. loqui in vsucapione, & non in præscriptione, vt interpretes dicūt, imò rationabile est, vt citius cōpleatur præscriptio, quę in longius tēpus producta est, quā vsucapio. Et sic fortiùs debet procedere in præscriptione triginta annorum, vt cœpta dies pro completa sit, quàm in triennij præscriptione. Nec refragatur quòd vna sit odiosa, & altera fauorabilis, quia hic non agitur de odio vel fauore, sed de tempore complendo, in quo non exigitur fauor vel odium, sed quod compleatur præstitutum tempus, vt fusiùs scripsi in meis no. interpreta. & sic interpretatur Vlpian. in l. prima. ff. de manumiss. sic dicens: *Placuit eum, qui Calēdis Ianuarijs natus est, post horam sextam noctis pridie Calendarum, quasi vicesimum compleuerit, posse manumittere.* Idem Vlpia. in l. qua ætate. ff. de testa. ibi, *Pone aliquē Calendis Ianuarijs natum testamentum ipso natali suo fecisse, decimoquarto anno, an valeat testamentum: dico valere. Plus arbitror, etiamsi pridie Calendas fecerit, post sextam horam noctis valere testamentum, iam enim compleße videtur annum 14. vt Martiano videtur.*

Et sic Iuriscon. tendunt ad hoc, vt completus debeat esse dies vltimus, sed Venuleius ait seruari, vt
1 etiamsi minimo momento nouissimi diei possessa sit res, nihilominus compleatur vsucapio, nec totus dies exigitur ad explendum cōstitutum tempus. l. in vsucapione. ff. de diuersis & temporali. præscrip. & Paulus ait, *Anniculus, non statim vt natus est, sed sexagesimo quinto die dicitur incipiente planè, non exacto die, quia annum ciuiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.* in l. anniculus. ff. de verb. signi. vbi scripsi, & Vlpia. ait, *Minorem vigintiquinque annis & eum accipimus, qui annum vicesimum quintum ætatis agit* in l. si maritus. ff. de adulter.

Et sic tam in vsucapione triennij, quàm in qualibet alia præscriptione tempus cōpletum esse debet, etiam licèt vltimus dies non sit completus, sed tantum cœptus, sufficit, quia de modico non curatur. l. scio. ff. de minori.

2 Limitatur, nō procedere nisi aliter sit declaratum à lege, vel constitutione, fortè cuiusdam ratione fauoris, vt in muneribus & honoribus. l. ad rem publicam. ff. de minorib. & honori. qui fauor non est in triennij vsucapione, quæ aufert rem alterius, & sic locupleratur quis cum aliena iactura. in l. nam hoc natura. ff. de condiṭ. indeb. facit quod scribit Chassa. in consuet. Burgun. in rub. *des iustices.* §. 8. gloss. *& le iour.* nu. 11. cum sequen.

Secundò, quando lex vteretur aliquo verbo denotante cœptum tempus, vt si dicat constitutum in vigesimoquinto anno, eo casu sufficit annū vigesimūquintū incœptum, quia in illo est cōstitutus, vt abundè scripsi in praxi beneficior.

Ideò putarem in singulis dispositionibus inspiciēda verba esse, & si exactum tempus respiciant, ita iudicetur, si cœptum, vt illud sequi oporteat.

Vnde Pomp. ait, *Si ita fuerit libertas relicta Stichus seruus meus, anno duodecimo postquam mortuus fuero, liber esto, verisimile est in principio duod cimi anni eū esse liberum, & postquam mortuus fuisset hoc sensisse, & inter hos sermones duodecimo anno. & post duodecim annos, multum interest, & ita loqui solemus.* ff. de manumiss. testa. per quem text. paret seruandam verborum differentiam, & hoc quando ita sensit testator, si tamen aliud disponens senserit, volūtas erit sequenda. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstrat. *Volūtas testatoris in verborum differentiis sequenda.*

Item, si dicatur vt intra annū recuperari res vendita posśit, vt in c. constituturs. de in integr. resti. Doctor. in l. dudum. C. de contrah. emptio. hoc in qualibet anni parte poterit, & nisi totus annus lapsus fuerit, nō erit exclusus aduersarius. l. annus. ff. de requir. reis. l. in omnibus. ff. de actio. & obliga. d. l. si ita libertas fuerit. in fi. ff. de manumiss. testa. vbi sic scribit Labeo, & refert Pomponius. *Si sic libertas relicta sit, Stichus intra annū postquàm mortuus fuero liber esto, statim cum liberum esse nam & si ita sit, scriptum si intra annum decem hæredi meo dederit, liber esto, statim soluendo, sine mora futurum.*

Item inspiciendum est, an lex dicat, nisi sit maior vigintiquinque annis, non poterit manumittere, vel alium actum facere, & tunc non censetur maior, qui totum non exegerit tempus. l. prima. ff. de manumiss.

Idem, si dicatur, cùm erit 14. annorum, tunc intelligimus, si cōpleuerit. l. si cui. prima ff. de lega. primo. 3
vbi sic Vlpia. scribit, *Si cui legetur, cùm quatuordecim annorum erit, vtimur certo iure, vt tūc sit quatuordecim annorum. cùm impleuerit, & ita Imperatorem decreuisse Martianus scribit.* l. si Titio. ff. quando dies lega. ced.

Idem, si lex dicat, cùm talis peruenerit ad decimū sextum annum, habeat decem, non habebit ea decē antequam compleuerit, non quando ingressus fuerit illum ipsum decimum sextum annum. l. *Nō putabam diem fideicommissi venisse, cùm xvj. annum ingressus fuisset is, cui erat relictum. cùm ad xvj. annum peruenisset, & ita etiam Aurelius Imperator Anton. nus ad appellationem ex Germania iudicauit.* ff. de conditi. & demōstra. l. si cui. prima. ff. de lega. primo. l. Seius Saturninus. & l. qui filium. ff. ad Senatuscon. Treb. & ista sunt notanda, quicquid Doctor. dicant.

Bar. hic notat de natura supini esse, quòd denotet 4
ipsum actū & ipsum opus, in quo aliquid fit, & ideò cùm text. dicit, natu, intelligitur ab alio momento, quo natus est, fallitur Bar. & Fulgo. quia dictio, natu, hic posita, est nomen, & ablatiui casus, quo vtitur sæpius Cicero & alij Rhetores, licèt, natus, quartæ declinationis rarò inueniatur, nisi in hoc casu: nam in Academ. Cice. ait aliquot annis minor natu. & in Tuscula. minor natu. & sæpius maiorem natu dicit, & sic doctrina Bartoli non respicit istum text.

SVMMARIA.

1 *Bonis paternis confiscatis, peculium aduentitium non censetur publicatum.*
2 *Vsusfructus propter delictum publicandus.*
3 *Proprietas non est dissipanda.*
4 *Peculium nullum confiscari potest propter delictum patris, sed bene ob filij.*

§. Sed vtrum solis patribusfamiliarum, an etiam &c.

Istum §. forrem & difficilem dicunt Bar. & alij interpretes, ob id expositione opus est, & in hoc tex. est dubium, an in integrum restituantur tam patresfamilias, quàm filijfamilias minores, quod non vide-

batur in filiisfamilias. Nã si his subueniatur, ergo & patribus eorum subueniri necessum erit, & sic tam minoribus quàm maioribus subuenietur, tamen dicit iste tex. subueniendum etiam filiisfamilias, si illorum intersit, vtpote si obligati sint. Vnde si filiusfamilias iussu patris obligatus sit, licèt pater in solidum conueniri possit ratione iussus, vt in titulo quod iussu, inferiùs patet: tamen filius quandiu manet in potestate potest conueniri, etiam inuito patre, in id quod facere potest, vel etiam emancipatus, aut exhæredatus, itaque si conueniatur ipse filius, auxilium restitutionis impetrabit, quod patri non prodetit, & sic maioribus non subuenietur, igitur si pater conueniatur, filius auxilium non postulabit, secus si filius, excepto mutuo, propter quod si conueniatur filius, restitutionem non petet, quia is ipse filius non potest super eo conueniri, cùm iuuetur Senatuscon. Macedoniano, ergo si auxilium restitutionis impetraret, iuuaretur eo pater, quod prohibet iste tex.

Filius super mutuo restitutionem nõ petet.

Colligitur ex § Sed vtrum, esse subueniendum minoribus, siue hi minores sint suæ potestatis, siue alienæ, & ideò si filij in sacris patris existentes lædantur, in integrum restitui poterunt, si ipsorum intersit: interesse autē dicitur, si ipsi filijfamilias obligati sint, per istū tex. nāque tunc sua interesse dicitur, propriã causam defendit. l. si Procuratorio. in fi. ff. quando appel. sit.

Secundo, maioribus subueniatur, etiam colligitur non esse per hoc edictum maioribus subueniēdum, quia hoc edictum fuit introductū minoribus, non vero maioribus, & nequaquam fuit Prætoris propositum maioribus in hoc edicto subuenire, ergo maioribus non subuenietur, licèt edictum tituli sequētis maioribus subueniat ex causa, nō tamē istud, nec sequitur, istud edictum nō subuenit maioribus, ergo maiores nunquam sunt restituendi, verum per hoc edictū, sed per sequens sic, quod est conscriptum in l. prima. ex quibus causis maio. inferiùs.

Item maioribus etiam subuenitur quando commune & connexum est negotium maioris cum minore. l. prima. C. si in communi eadémque causa in integrum resti. postul. Ideo si causam ego & minor habeamus contra alios, si restituatur, mihi quoque in connexis restitutio proderit. facit l. si communem. ff. quemad. seruit. amitta. Barba. in c. pridemiam. col. 10. de offic. delega. & Ias. in l. sed si plures. § filio. ff. de vulgar. Georgius Natban in repeti. c. quamuis. col. 53. de pact. & Anto. Bauer. in §. testes. col. 7. de testa.

Maioribus quãdo subueniēdum.

Tertio ex hoc tex. colligitur filio subueniendum, etiam si patris iussu cõtraxerit, sed obest l. *cùm mandato patris filiusfamilias, res patris administraffet, non habet beneficium restitutionis, nam & si alius ei mandasset, non succurreretur, cū eo modo potius maiori cōsuleretur, cuius damno res fit cessura.* infrà. eod. Respon. gloss. varie, sed Bart. (& melius) vt dicamus, si filius mandato, vel iussu patris contrahat, & nō se obliget, tunc filio non subuenitur, quia filij non interest, cùm non obligetur, & sic non poterit conueniri, nec restitui, sed si mandato patris contrahendo ipse se obligat, poterit restitui, si conueniatur, vt hîc docet text. & hoc declarat d. l. cum mandato.

Obiectionis solutio.

Quarto, sed an hoc auxilium, &c. Iste text. est casus singularis secundum Aufrer. in decis. Tholo. q. 196. ad hoc, quòd pater obligatus pro filio non potest opponere exceptionem, vt filius prius excutiatur, licèt alius fideiussor possit, quia habetet regressum contra principalem, quod pater non habet. per text. in authen. præsente. C. de fideiuss. & idem probat Barba. in c. peruenit. col. 2. in fin. de fideiussor. iste tamen tex. hoc non probat. Nam quando minor restituitur, interdum restitutio prodest fideiussori suo. vt in l. in causæ. infrà. eodem. dicetur. sed auxilium restitutionis minoris non prodest patri, cuius mandato vel iussu filius contraxit, vt in hoc text. patet, nec hîc agitur de excusione, ideò ego dicerem, quòd si pater obligaretur pro filio, si filius sit diues, vt excusionis exceptio sit admittenda, cùm cõtrarium iure non caueatur, vt non admitti debeat. Quid autem si filius velit seruare sua bona, & patrem pencilitari, num esset audiendus, nisi pater renuntiasset illi authen. præsente, sicut alius extraneus, alioqui pater dupliciter grauaretur, quod non est dicendum. Vide quæ scripsi in l. si ita. ff. de verb. signif.

Excussionis exceptio an patri sit admittēda cõtra filiū.

Quinto versiculo, si igitur filius, ibi, excepta mutui datione. Istum tex. singularē docet Roma. singul. 633. Regula. ad hoc quod minor non restituitur quando iussu patris recepit mutuum, sed ipse Roma. cupit ibi ferre rationem, quia in eo mutuo est magis priuilegiatus filiusfamilias, quàm in alijs, nam in eo iuuatur Macedoniano, & iussus patris facit perdere beneficium Macedoniani. l. tametsi, cum l. sequen. ff. ad Macedo. & de hoc fuit interrogatus quidam scholaris in examine, & nesciuit respondere, nec quidem aliquis Doctor ibi existens: ita refert Roma. nec ipse rationem assignat, sed Iason in l. singularia. col. 10. num. 29. ff. si cert. peta. dicit rationem, quia filiusfamilias obligatur ex omni cõtractu, præterquam in mutuo, etiam siue iussu patris & obligatur naturaliter & ciuiliter, & cum effectu. l. filiusfamilias. 2. ff. de actio. & obliga. Et ideò omnes alij cõtractus sustinentur in persona filij: ista ratio non respicit rem, nec ad rogatum respondet, ideò ego dicerem in mutuo non iuuari filium beneficio restitutionis, quia non potest conueniri tutus Senatusconsulto Macedoniano, ergo sua non interest, quia pater tantùm conuenietur, quando filius iussu filio mutuū recipit. per l. si tamen. ad Macedoni. Ideò filij non interest, vnde siue filiusfamilias receperit mutuū, siue iussu, vel consensu patris, si illud consumpserit, non potent conueniri, quia exceptione Senatuscon. Macedoniani se tuebitur. per totum titul. ad Senatuscon. Macedonianum, ergo nō est opus restitutione, postquam iure ipse est tutus, siue iussu patris mutuū receperit, & tunc pater tenetur, non filius, & sic non est opus, vt restituatur filius, quia ipso iure munitus est. l. in causæ. 2. infrà, eodem.

Filius quare in mutuo nō restituatur.

Versic. Proinde, & si sine iussu patris, &c.] Vult demõstrare iste tex. filiū non esse restituēdum, si pater conueniatur, nomine peculij, ex contractu filij, quem fecit sine patris iussu, nā licèt eo casu intersit filij habere peculiū, tamen magis interest patris, quia conuenitur in solidum, & filius tantum quatenus est in peculio.

Filius nomine peculij conuentus.

Nisi in aliquo casu, vbi separatur peculium à bonis patris, & peculiū spectat ad filiū, nā si bona patris propter debitum pecuniarium à fisco occupata sint, peculium separatur, & remanet proprium filio.

Idem in filiafamilias dicit, vt si in stipulatione dotis capta sit, quia fortè pater eam stipulatur sibi reddi, post duos annos, à soluto matrimonio, & sic filia interim nubere non poterit, vnde

Filiafamilias in dote capta.

vnde est decepta, vel pater voluit, vt alteri dos tederetur, quàm patri & huic pactioni filia consensit, in hoc et. à est circumuenta ideò restitui poterit, quoniam dos est ipsius filiæ propriũ patrimonium, hæc est summaria, & breuis ad tex. declaratio.

Sextò, collige ex versicul. proinde, magis enim patris quàm filij interest. istum text. allegat Bal. in marga. in verbo, iudex: q. 10. vt quotiens sunt duæ personæ, & vtriusque interest, illa persona inspicienda est, cuius principaliter interest, & nõ illa cuius minus, per istum tex. quem notabilem dicit ibi Bald. facit l. si quis nec causam. vbi interpretes. ff. si certum peta. & in l. de vno. de re iudic. ff. & Gomes. in regula prima. cancellariæ. qu. 3. §. legataris. vbi Bauet. de testa. in Insti.

Septimò, si patris eius bona à fisco propter debita occupata sunt, nam peculium eius ex constitutione Claudij separatur.] Bart. istum tex. alibi dicit se nescire esse, vt publicatis bonis patris, separetur peculium profectitium filij, quod non erit publicatum in eius præiudicium. istum text. etiã non esse alibi dicit Bald. in l. pen. C. qui bonis cedere possunt. & singu. Ioan. de Platea. in l. ij. C. de fide instru. & iure hastæ fiscal. lib. 10. & in l. intelligis. de castren. pecul. lib. 1. Albe. in tract. statu. in 3 parte. q. 12. versicul. sed quæro. Angel. & Iaf. in §. actiones. de actio. in Insti. Imola, & alij in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infec. Ratio videtur, quia hoc peculium cedere in legitimam filij. & quamuis confiscaretur cum bonis, tamen legitima filij esset detrahenda, nisi in casu læsæ maiestatis. l. quisquis. C. ad legem Iul. ma est. & in crimine hæresis, & quibusdam alijs, de quibus ibidem per Doctor. Igitur peculium etiam profectitium nõ cẽt pub'icatum, & quia hæc separatio, non in fraudem facta, facit, vt patet voluerit ea separata, non esse inter alia computãda, vt probatur in l. prima. ff. de separa. bono.

Peculium profectitiũ filij cur non publicetur.

1 Etiam non censetur proprietas peculij aduentitij publicata, si bona paterna sint confiscata, quia proprietas illorum bonorũ est filij. l. cùm oportet. C. de bonis quæ libet. & filius pro patre non tenetur. vt in titulo. Ne filius pro pa. quia delicta suos authores tenere debent. l. sancimus. C. de pœn. c. vnic. vt ecclesiast. benefi. Aufrer. in decis. Tholo q 1:0.

2 Quid in vsufructu, qui acquiritur patri, quandiu viuit, per d. l. cùm oportet? Bart. hic cogitandum relinquit, sed vsumfructum publicari quandiu viuit pater, docet in l. si postulauerit. §. iubet. per illum tex. ff. de adul. l. Statius Florus. in fi. de iure fisci. Masuet. in praxi, titul. de pœn. versic. item si bona patris, non enim quod ille non habuit, sed quod in ea re, quæ pignori data est, debitor habuerit, considerandum est. Vlpia. in l. iij. in fi. ff. de pignor.

Item potest quis vsumfructum vẽdere, & pignori dare, & sicut emptorem vsusfructus tuetur Prætor, cur non & creditorem tuebitur? eadem ergo ratione & debitori obijcietur exceptio. l. si is qui. §. vsusfructus. ff. de pigno. sicut enim potest alienari & obligari per contractum, sic per delictum.

Vsusfructus ad vitã alterius nõ ceditur.

Et quamuis vsusfructus nõ possit cedi alij, quàm proprietatis domino. l. si vsusfructus. ff. de iure dot. tamen quando confiscatur, non ceditur, vt fiscus perpetuò illum habeat vsumfructum, sed ad vitam patris tantùm, & illa alieoatio est necessaria, quæ videtur permissa. l. prima. ff. de fundo dotali. & cessio videtur tantùm prohibita, quia finitur vsusfructus morte. §. finitur. de vsufr. in Insti. & si cedi posset ad vitam alterius, duraret, ideò hoc fuit prohibitum, vnde dicit Vlpia. ff. de vsufr. & quemad. quis vtat. fruat. &c. in l. arboribus. §. *vsufructuarius, vel ipse fruicare, vel locare, vel vendere, vel alij fruendam concedere potest, nam & qui locat, vtitur, & qui vendit vtitur sed & si precariò alij concedat, vel donet, puto eum vti, atque ideò retinere vsumfructum*: sed si cedam vtumfructum, non illum retineo, ideo cedi non potest, vt superius dixit Iacobi. in d. l. si vsusfructus mouet quæstionem, an pater post delictum possit renuntiare vsufructui? & Cæpol. caut. 52. propter delictum. concludit posse, quod verum non putarem: nam post delictum, hoc fieret in fraudem fisci, & renuntiare censeretur. l. post contractum. vbi Doctor. ff. de dona. ante tamen delictum non præsumeretur fraus interuenisse.

Si tamen pater propter impositam pœnam, & sic per delictum moriatur, aut patria potestas pereat, tunc redibit ad proprietatem vsusfructus, quia cessat causa, ob quam ille vsusfructus datur patri. §. finitur. de vsufru. in Insti. l. prima. quibus modis vsusfruct. amit. ff. Doctor. in d. l. si finita. §. de vectigalibus. Et 3 tenebitur fiscus, si filius nil haberet, nisi proprietatẽ, alere filium, sicut pater tenebatur, ne proprietas interim dissipetur. l. si §. ipsum autem filium. C. de bonis quæ libet. & ita iudicauit Senatus Burdegalen. anno 1530. pro Gaucheno Alexandro contra Franciscum du Boys prout refert Boër. in decis. Burdegal. qu. 7. Alia fuit allegat tex. in l. ij. ff. de adimẽd. lega. quę nihil secum facit.

Peculium aduẽtitiũ.

Sed si bona filij publicata fuerint propter delictũ, an peculium aduentitium censeatur publicatum? & tex. in l. iij. C. de bonis damna. dicit non esse, in præiudicium patris, & in solatium filij amissi Bald ibi. Bar. & alij in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. Iason in d §. actiones. nu. 62. & seq uen. quia filio est interdicta omnis alienatio, sine patris cõsensu. l. si §. filius. C. de bonis quæ liber. ne quidem dare in solutum potest. Bal in l. penult. C. qui bonis cedc. poss. ergo delinquendo non alienabit in patris damnum. facit l. eum ancillis. à cõtrario. C. de incest. nup. licet filius non possit alienare peculium aduentitiũ, ne patrem vsufructu fraudet, &. vt calores iuueniles retineantur. d. §. filius. tamen delinquere potest, & qui delinquit, bona eius in consequens publicãtur. & iste text. dicit bona à fisco occupata, propter debita, non ratione delicti.

Peculium castrense.

Item, dum bona patris sunt publ . ata, peculium castrense, vel quasi non censetur publicatum, quia non est de bonis patris. d. l. iij. gloss. in l. prima. ff. de boo. damna. Deci. in l. ex pœnalibus. ff. de regul. iur. Ioan. Fab. & alij in §. fi. de noxal. in Insti. Soci. regu. 358. Sententia.

Itaque, si bona filij publicentur, peculium castrense, & quasi, erit confiscatum, vt docet Angel. in l. si filius. ff. de damno infe. aliàs nil publicaretur, quando filius delinqueret, & patri non fit præiudicium, sed soli filio, quia proprium patrimoniũ filij est. §. Pomponius. infrà. & pater in eis peculiis nil iuris habet & ideò executio etiam in illis fieri poterit, teste Guido. Papa in decis. Delphi. q. 526. Executio. & Paol. Cast. ĩ l. si filiofamilias. 2. ff. sol. matrim. & sic nullũ peculiũ confiscatur propter delictũ patris, quia principaliter 4

intereſt filij,ſed peculium caſtrenſe, & quaſi, ac proprietas aduentitij publicari poteſt, propter delictum filij, & ita debent conciliari opiniones contrariæ. vide Cæpol.cautel.52. Propter delictum.

Vnde duo hîc caſus fiunt. Primus eſt, peculium nullum publicari propter patris delictum, vt hîc.

Secundus caſus, peculium caſtrenſe, vel quaſi, publicari propter delictum filij. Iſtos caſus latiùs examinabo in interpretatione d.l.iij. C. de bon. damna. vbi do intellectum ad illam l.

Et ideò filij peculium caſtrenſe, vel quaſi, poterit ſaiſiri propter delictum filij, ſecus propter delictum patris, & ita concludit Senatus Burdegal. vt refert Boëri.in q.7. Alia fuit.licèt ibi valde confuſè procedat, non ſic diſtinguens, & iſta vidi ſeruari in forenſi iudicio, quicquid Doctor.in contrarium iactent, nã conſiderari debent iura antiqua, in quibus filiusfam. non habebat hæredem, & ideò pater ea occupabat iure peculij.l.ij.ff.de caſtren. pecul. at de iure nouiſſimo habet hæredẽ, & poteſt alienare peculium caſtrenſe, & quaſi, in quibus pater nil iuris habet. vt fuſiùs dicã (Deo iuuante) in d.l.ij. ideò de his hactenus.

Bona propter matris delictũ publicata. Vltimò publicatis bonis maternis, propter matris delictum, filij nihil poſſunt de illis bonis habere.l.de bonis C.de bonis dãnat. & ita intelligit Iaſ.in §.actiones.nu.65.de actio. & communiter Doctor. ſed hoc reprobaui in intellectu illius l.ſed vt intelligatur, filios nil debere habere de bonis deportatæ matris, acquiſitis poſt deportationem, ſecus de acquiſitis ante, gloſſ. vltima deſcribit duas quæſtiones. Prima eſt, an dos proprium ſit filiæ patrimonium, hoc traditur fuſiùs in l. doce ancillam. C. de rei vendic. l. in rebus. de iure doti. C. nunc iſta non tractabo.

Filia in dote instituta. Secunda quæſtio eſt, an filia in dote inſtitui poſsit. & tex.in c.Raynutius decidit poſſe. & gloſſ. hic dat conſilium, vt filia inſtituatur in dote, & in ti. Imperialibus, & valebit teſtamẽtũ, ſed poterit filia poſtea agere ad ſupplementum legitimæ.l. omnimodò. C. de inoffi.teſta. ſed teſtamentum, non erit nullũ, poſtquam erit inſtituta, etiam in vno nummo, & hanc gloſſ. docet ſingularem Lãfrancus. ad hoc, in c.Raynutius. col. 2 de teſta. & Barba ibi col.6. & in conſil. 2.col.6.in primo vol.ac conſil.38. Difficile.col.4.in 3. vol. & conſil.73.Magnanimus.col 8. in 4.volumine. & Iaſon conſil.25.in primo volumi.ac Benedictus in repeti.d.c.Raynutius.in verbo in eodem teſtamento.primo.nu.20. & ſequen. Ideò ſolent notarij ponere in fine teſtamenti, item teſtator iure inſtitutionis legauit omnibus & ſingulis, qui poſſent teſtamentũ querelare quinque ſolidos, &c. ſed hoc non prodeſſet, ſi ille non eſſet nominatus, qui ius teſtamentum rumpendi habet, vt alibi dixi.

§. Si quis minor vigintiquinque annis adrogandum ſe dedit, &c.

Arrogatus ſubdolè. Hic textus eſt facilis, & hoc habet, in arrogatione deceptus poteſt reſtitui, vt putà ſi à prędone fuerit arrogatus, & ipſe ſit locuples: nam prædonem eum dicimus, qui bona alicuius iniuſtè occupat, vt abundè tradidi in l.hoſtes.ff. de verbo.ſigni. Vnde ſi aliquis ſubdolè arrogauerit aliquem filiumfam. diuitem, vt eius bona diſsiparet, & deglutiret, is poterit reſtitui, & impetratis literis à Principe petet arrogationem nullam pronuntiari.

Idem, ſi à luxurioſo filia puella ſit arrogata, vnde Vlpia.ait, inquirendũ eſſe ne fortè turpis cauſa arrogandi ſit.l.nec ei permittitur. ff. de adop. nam pater qui lenocinium filiæ præbet, perdit patriam poteſtatem.l.ſi lenones.C.de epiſco.audien.

Arrogatio quãdo permittenda. Dubitationem facit ad huoc text. nam arrogatur is, qui ſui iuris eſt, adoptatur, qui eſt in patris, vel aui poteſtate.l.ij.ff.de adoptio. Et antequam quis arrogetur, Principis authoritas interuenit, vt ibi, ***Et eorũ duntaxat pupillorum arrogatio permittenda eſt his, qui vel naturali cognatione, vel ſanctiſsima affectione ducti adoptarẽt, cæterorum autem prohibenda.*** d.l.nec ei. vbi, primùm dicit excutiendum eſſe, quæ facultates pupilli ſint, & quæ eius qui adoptare eum velit, vt æſtimetur ex comparatione earum, an ſalubris adoptio poſsit pupillo intelligi, deinde cuius vitæ ſit is, qui velit pupillum redigere in familiã ſuam, ideò ſi iſta ſint obſeruata, cur iſte minor poſsit reſtitui, non video: nam interdũ & ditiorem permittitur adoptare pauperiori, ſi vitæ eius ſobrietas clara ſit, vel affectio honeſta, nec incognita, & ſatiſdatio in his caſibus dari ſolet.d.l.nec ei.in fi. Reſpondeo, iſta omnia ſeruanda eſſe fateor, ſi tamẽ iudex, ad quem dirigitur arrogationis reſcriptum, iſta non inquiſierit, vel quidam inquiſierit, ſed corruptus arrogationem permiſerit, poterit reſtitui filius. Quid enim ſi arrogator in principio iuſta affectione motus fuerit, nunc autem filij arrogati bona diſsipat? poterit vel ei interdici adminiſtratio, & ſi malæ vitæ ſit arrogator, arrogatio diſſolui per in integrũ reſtitutionẽ poterit, per iſtũ text.

§. Si quid minori, &c.

Spes legati à filio remiſſa. Si pater legatum filio factum, vt poſt mortem patris illud conſequatur, remiſerit, illi pacto cõſentiente filio, poterit reſtitui filius: ſua enim intereſt legatum non eſſe remiſſum propter ſpem legati, quod competit ei poſt mortẽ, habet enim filius ſpem, quòd poſt mortem patris legatum ſibi cõſequetur. Sed nõ videbatur reſtituẽdus, quia hoc iure quicquid quærebat filius, patri ſtatum quęrebat.l.placet.ff.de acqu. hæredi. Sed hoc non obſtante cõtrarium decidit iſte tex. eò quod poſt mortem patris legatũ eſt peruenturum ad filium, ideo reſtitui poterit, vt illud conſequatur, quia hîc non acquirebatur patri: nam poſt mortem tantùm dari debet filio, & ſic ſolius filij intererat, vnde reſtitui poteſt, ſi remiſerit pater illud ex ſuo conſenſu.

Hodie multò magis reſtitueretur, cùm aduẽtitia, quoad proprietatem quærantur filiis.l.cùm oportet. C.de bonis quæ liber. & ideò tam durante vita patris, quàm etiam poſt mortẽ reſtitutionem impetrare poterit filius in aduentitiis.

Minor nõ vſus iure cõmuni, etiã reſtituitur. Albericus poſt Guillel ait filiũ non eſſe reſtituendum, ſi intra annum non fuerit emancipatus ratione abſentiæ patris longæuæ, fortè qui erat abſens vltra mare, quia hoc caſu non eſt læſus ſui facilitate, ſed eſt iure communi læſus.l.fin.C.de in integrum reſtitur. ego tamen putarem eum reſtituendum, ſi læſus & minor ſit, nec eſt vſus iure communi: nam ſi maior ſic eſt inſtitutus, ſi intra annum emanciparetur impetraret literas à Principe, vel Cancellaria, vt poſtquã pater non poteſt (quia abſens) eum emãcipare, quòd Princeps eum mandet iudici emancipandum, & hoc iudex cauſa cognita faciet, imò ſine literis de iure iudex patris abſentiam ſuppleret, per l.bonorũ. C. qui admitti. ſed tutius in hoc regno eſſet literis vti, ideò minor, qui non eſt vſus iſto iure, eſt circumuentus, quapropter reſtitui poterit.

§.Sed

§. Sed & si ei legatum sit aliquid quod personæ eius cohæret, putà ius militiæ, dicendum est posse eum restitui in integrũ. interfuit enim eius non capi: cũ hanc patri non acquireret, sed ipse haberet.

Hic §. dicit minorem filiumfamilias posse etiam restitui, si legatum fuerit ei relictum quod personæ eius cohæreat, vt ius militiæ: interest enim filiumfamilias non capi, cùm hęc militia patri non acquiratur, ipse filius sibi eam habet. De ista militia, & quot modis in iure accipiatur, tradit Bald. & Iason in l. omnimodò. §. imputari. C. de inoffi. testa. scripsi in l. munus. prima. ff. de verb. sign. & hodie officia regia militiæ loco sunt in hoc regno.

§. Et si hæres sit institutus si à patre in diebus centum sit emancipatus: mox patrem debuerit certiorare, nec fecerit, cùm posset, qui eum emancipasset si cognouisset: dicendum erit posse eum restitui in integrum, parato patre eum emancipare.

Minor hæres, sub cõditione institutus.

Est etiam iste tex. facilis, sed valde vtilis. & vult, vt si filiusfamilias minor sit hæres institutus, si pater eum intra centum dies emancipauerit, & ipse filius intra centũ dies non fuit emancipatus, nec certiorauit patrem, qui eum emancipatet, dicit text. hunc filium restituẽdum, si paratus fuerit pater eum emancipare, vt hæreditatem consequatur, sed si pater nollet eum emancipare, à contactu hæreditatem non cõsequetur, nisi patris recusationem iudex suppleret. l. bonorum. C. qui admitti. quod facilè posset recusante patre.

Non faciẽs inuẽtariũ.

Idem dicit Bald. in minore, qui non confecit inuentarium intra tempus. iuxta l. fi. C. de iure deliberandi, vt possit restitui ad illud conficiendum, quia ad id in quo læsus est, restitui debet, vt constat in hoc titulo.

Pet istum tex. dicit Roma. singol. 91. pridie se lucratum fuisse sex ducatos, & consuluisse pro hospitali hærede instituto, si ibi intra annum Capellam ædificasset, quod si non fecerit, instituit tertiũ. Mortuo testatore transiuit annus, in quo non fuit ædicula constructa, pet istum text. poterit hospitale restitui, quia pius locus minori æquiparatur. Et postquã minor restituitur, sic & pius locus. hoc docet Bald. in l. pupillorum. C. de repud. hæredi. licèt ibi valde cespitet, nec adducit istum tex. hoc firmat Angel. consil. 168. Testator in omnibus. col. prima. in eo qui erat institutus sub conditione, ne aliqua bona alienaret, & si alienaret, vt bona venirent ad alium, vt si alienauerit vnam rem, tota priuari illa debeat hæreditate, nisi petat restitutionem, sed illa re priuari tantùm alienata dicerem, ne pœna delictum excedat, sic concludit Iason, in l. ait Prætor. 2. col. prima. & sequen. ff. de iureiur.

Hospitale restituitur, vt minor.

Idem etiam consuluit Aret. consil. 67. Diligenter. in 4. dubio, vt puella restitui possit contra priuationẽ hæreditatis, quę imminebat illi, si nupsisset contra defuncti voluntatem, licèt ipsa iam nupsisset. Quod limitat Barb. quãdo dolus immineret, quia dolo suo quis iuuari non debet. l. si legatarius. suprà. titul. proximo. Barba. consil. 32. Illud. col. 5. in 3. volum.

Restitutio puellæ contra defuncti voluntatẽ nubẽtis.

§. Pomponius adiicit, ex iis causis, ex quibus in re peculiari filiifamilias restituuntur, &c.

Hic tex. tollit vnum dubiũ, an pater possit post mortem filij restitutionem impetrare in peculiaribus casibus, in quibus filius minor eum postulare posset? non videbatur, quia restitutio minori non datur. d. §. sed vtrum. iste tamen tex. patri restitutionem dandam asserit, quia pater nomine filij post eius obitum restitutionem impetrat, non nomine suo, id est patris, sed filij minoris, ob id conceditur minori restitutio, quæ per maiorem hæredem, seu successorem, vel Procuratorem impetrare poterit, vt hic. Et licèt maiori non detur restitutio, per hoc edictum, tamen impetranti nomine minoris datur, vt hic. facit l. quæsitum. ff. de in ius vocan. l. lis nulla. de iudic. vbi filiusfam. pote st agere contra patrem alieno nomine, & inferiùs dicetur in l. minor autẽ. in fi. & l. seq.

Maiori, nomine minoris, datur restitutio.

Item, si filiusfam. habeat castrense peculium, poterit is ipse filiusfam. circumuentus minor in illo restitui, quasi fuerit captus in proprio patrimonio. & in prima parte Iuriscon. loquitur generaliter, videlicet ex quibus causis in re peculiari minor restitui potest, & pater quasi hæres poterit, licèt pater non sit hæres. l. ij. ff. de castren. pecul. sed est quasi hæres.

Minor in castrẽsi peculio deceptus.

Ideo, sicut hæredi minoris datur restitutio, vt infrà dicetur in d. l. minor §. fi. iuncta l. sequenti, sic & patri, qui quasi hæres habetur, occupando iure peculij bona filij. Et sic principium loquitur de re peculiari generaliter, quomodocunque sit peculiaris, vt patri detur restitutio, post obitum filij. & in 1. parte ait, an si filiusfam. habeat castrense peculium, & in eo lædatur, possit ipse filius restitui, & dicit posse, sed hic casus differt à primo, quia in primo dubitatur, an restitutio post obitum filij concedatur patri, si læsus fuerit filiusfam. in re peculiari, in secundo vero, an si læsus in castrensi peculio fuerit, ipse filiusfam. auxilium restitutionis impetret, quia in eo pro patrefam. habetur. Et sic videbatur pro maiore haberi, & non restitui. Respondeo tamen restitui posse, tanquã si læsus esset in proprio patrimonio, quamuis Accur. aliter dicat, contorquens text. qui sic, vt prædixi, intelligi debet: nam dictio (sin autem) diuersitatem facti denotat, non iuris. l. fi. §. sin autem. C. de aboli. Hic est facti diuersitas, quia sicut pater potest impetrare restitutionem nomine filij, in re peculiari: post eius obitum, quando filius posset, sic & filiusfam. per se in castrẽsibus poterit. & dicit text. (proculdubio) quasi sine dubio, velit dicere, quod multò fortiùs filius in castrensi restitutionem impetrabit, quam etiam pater impetrare nomine filij poterat, vt in prima parte habetur.

Patri quãdo restitutio post mortem filij detur.

Ex hoc text. colligitur post obitũ filij successores posse impetrare restitutionem in integrum, in illis casibus vbi minor posset, quia omnia iura transeunt in hæredes, & successores. l. prima. ff. ad Trebellianũ.

Secundò, cognitionem, potest colligi restitutionem minoris vocari cognitionem, quia causa cognita fit. l. in causæ. prima. §. causa autem. infrà. eod.

Tertiò, ex hoc tex. habemus filiumfam. minorem restituendum, si lædatur in peculio castrẽsi, quasi læsus in proprio patrimonio: nam sicut si lædatur in patrimonio proprio restituitur, ita & in peculio castrensi, quia in illo tanquam paterfam. habetur. l. ij. ff.

Minor est vt paterfamilias in castrensi peculio.

ad Macedon. sed non tanquam maior.

Idem est dicendum in quasi castrensi peculio. per l. pen. §. nec castrense. ff. de colla. bonor. Scripsi de his peculiis in l. paterfamilias. infrà. de verbo. signifi.

§. Seruus autem, &c.

Servus minor cur nō restituatur.

Hic §. est vltimus huius l. iij. & legitur cum duabus legibus sequen. & hoc dicit, seruum minorem nullo modo restituendum, quoniam inspicitur domini persona, qui sibi debet imputari, cur seruo suo minori rem suam commiserit, sed in §. proximo. & in §. vtrum, patri succurrendum propter filiumfamilias dixit, & sic videbatur in seruo, cùm filiofam. æquiparetur. l. cum filiofamilias. ff. de lega. primo. at non ita est, quia patri, nec quidem filio succurreretur, si patris negotia gereret, sed quando gerit negotia, in quibus filij minoris interest, vt est in peculio, tunc restitutio datur filiofam. minori, sed non prodest patri: at mortuo filio paret nomine eius impetrat restitutionem, si filius eam petere poterat, & non eam postulauerat, & sic debent ista intelligi.

Idem, si maior dominus commiserit seruo liberā peculij administrationem, nec quidem hoc casu restituetur dominus: nam quodcunque gerit seruus, domini voluntate gerere censetur, & ideò dominus restitueretur, non seruus, & sic maior dominus, & non seruus minor.

Ideò, ipse seruus gerit negotia domini, aut tanquam institor, vt per totum tit. de instito. actio. infrà. aut tanquam Procurator, vt si dominus mandet minori, vt negotia sua gerat, & tunc si malè ea gerat, imputari mandanti debet, nec poterit restitui mandans maior, sicut dicit Impera. in §. fin. de socie. Qui parum diligentem socium sibi assumit, de se quæri debet, hoc est sibi imputari debet, idem ipse ait in §. præterea. quibus mod. re contrah. oblig. vbi qui negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati imputari debet, ideò, si nomine Procuratorio minor circunscriptus sit, siue seruus, siue liber Procurator fuerit, imputari debet hoc domino, qui tali commisit sua negotia, idémque Marcello placet, vt Paulus in l. cū mādato. in fi. infrà. eo. docet.

Minor, nomine Procuratoris, non restituitur.

Lex V. Vlpianus lib. XI. ad Edictvm.

Si tamē is seruus fuit, cui fideicommissaria libertas debebatur præsens, & fuit captus, quum re mora ei fit, poterit dici Prætorem ei succurrere oportere.

Ista lex ponit vnum casum in quo seruo minori læso succurritur, vtpote, si fideicommissaria libertas præsens fuerit ei relicta, id est, si rogatus erit hæres statim post mortem testantis seruo minori dare libertatem, quod non fecit, sed longo tempore distulit, & interim institutus fuit hæres ab alio, quam hæreditatem (quia non erat manumissus) domino acquisiuit, ideò ad eam habendam restituetur, vt hîc: vnde colligere debemus seruum minorem non restituendum, quatenus commodum domini respicit, aliàs maior dominus restitueretur, quod prohibet tex. in §. sed vtrum. suprà. sed quando seruus minor scriptus est, in eo, quod sua interest, tunc restitui poterit, vt in hac l. constat, & mora hîc dicitur fieri in rem, quando circa libertatem dandam fit, etsi non detur tempore præstituto, licèt Alber. exponat, sine interpellatione & an à iure fiat, aliter glossa hîc docet. dicam in l. naturalis. ff. de præscrip. verb. si Deus voluerit.

Seruus minor quādo restituatur.

Lex VI. Idem lib. X. ad Edictvm.

Minoribus vigintiquinque annis subuenitur per in integrum restitutionem, non solùm cùm de bonis eorū aliquid minuitur, sed etiam cùm intersit ipsorum litibus & sumptibus non vexari.

Ista lex est vtilis minoribus: dicit enim succurri nō solùm minoribus, si minuatur aliquid de bonis eorum, verùm etiam si intersit eorum litibus & sumptibus non vexari, & dicit Accurs. hoc posse dici in hæreditate locuplete, quam minor vult repudiare, eò quòd multis molestiis est implicata, & onerata. allegat l. cum lege. ff. de arbi. quæ parum facit, quia ibi minor recepit auditorium, id est, causæ cognitionem, & tunc parum vexatur, sed partes litigātes vexantur, & ita loquitur ille tex. sed facit l. quia poterat. ad Trebelli. ibi, ***Cùm varia sint hominum voluntates quorundā negotia timētium, quorundā vexationē, &c.***

Ex hoc text. colligitur minorem restituendum, quādo aliquid diminuitur ex bonis eius, & sic etiam ex minimo restitui potest, ponderando verbum, aliquid, quod etiā minimum respicit. per gl. in clemē. vnica. in verbo, aut earū aliqua. de foro cōpe. etiamsi affectionem iustam haber in re maiorum. l. in emptionem. infrà. eod. soler tamen iudex iustum minoris damnum in restitutione respicere, vt dicetur in l. si ex causa. infrà.

Secundò, colligi potest ex hoc text. minorē restitui posse propter vexationē litis, & sumptuum, quod tamen dubitationem faciebat, quia in his minor vtitur iure communi, ergo non videbatur circunscriptus, sed respondet Prætor voluisse omnimodò succurrere minoribus circunuentis, circunuenitur maximè quis in litibus, & vexatur, & maior est animi vexatio, quàm bonorū, vt in Tusculanis plenè probat Cice. & per lites diminuitur patrimoniū, & quis efficitur pauper, in authē. vt differ. iudi. colla. 9. Et tria in his litibus maximè expetenda sunt, bonum ius, sumptus summi, labor & diligentia, & interdum cū his quis aliquando, raro vel iniuria, vel culpa, proh dolor! miserè atque infeliciter succūbit, l. si de communi. ff. si seruit. vendi. ob id seruum Dei nō oportet litigare. c. sicut. 2. q. 7. Et Esaias inquit, Non enim in sempiternum litigabo: si lites dilexissem, magno magistratu donatus fuissem, quem ob animi libertatē, & litium odium recusaui. Vide quę scripsi in procemio Concord.

Dubitandi ratio.

Ratio decidendi.

Idem in ecclesia læsa, Bald. hîc, qui allegat Archidiaconum in c. episcopus. 12. q. 2. nam fungitur iure minoris, vnde interdum ecclesia impetrauit literas restitutionis, vt repudiaret hæreditatem cuiusdam vsurarij, quam adierat, eò quòd vexabatur litibus & sumptibus pro restitutione facienda his, à quibus extortæ erant vsuræ, & fuerunt literæ comprobatæ.

Ecclesia læsa restituitur vt minor.

In

Minor quã do nõ reſtituatur.

In tranſactione etiam non reſtituitur minor, quia à lite diſcedit, & ſatis luctari videtur, licèt ſit læſus in ea, vt docet hic Accur. qui ſimpliciter verum non dixit: nam aduerſus tranſactionem reſtitutio peti poteſt, l. j. & per totum C. ſi aduerſus tranſaction. ſed ſi in minimo ſit in ea læſus, nõ reſtituetur: diuerſum eſt ſi in magno, & iudex conſiderabit dubium litis euentum, ſicut ſcribunt Doct. in decepto, vltra dimidiam in l. ij. C. de reſcind. vendit. & in cap. cum cauſa. de reſcind. veodit. & hoc docet hîc Alber. ſed iu minore facilior erit iudex ad reſtituendum.

Lex vii. Idem lib. xi. ad Edictvm.

AIt Prætor: Gestvm esse dicetvr. Geſtum ſic accipimus, qualiterqualiter, ſiue contractus ſit, ſiue quid aliud contigit. Proinde ſi emit aliquid, ſi vendidit, ſi ſocietatẽ coiit, ſi mutuam pecuniam accepit, & captus eſt, ei ſuccurretur.

HÆc lex declarat edictum Prætoris dicens: Quod geſtum eſt cum minore, &c. ſed geſtum quomodo intelligatur? Et reſpondet Vlpian. verus edictorũ interpres: Geſtum ſic accipimus, qualiterqualiter, ſiue contractus ſit, ſiue quid aliud cõtingat. Vnde ſi minor contraxerit, ſiue contractus ſit nominatus, vt quia emit, vel vendidit, ſi ſocietatem contraxit, & captus ſit, ei ſuccurretur, & idem in aliis contractibus. Idem, ſi mutuam acceperit pecuniam, & eam conſumpſerit ludendo, vel meretrici dando, non tenetur eam ſoluere, l. ſi quis cùm ſciret. ff. pro empt. etiamſi capiatur in contractu innominato: fortè ipſe dedit rem pluris, quã eſſet res, quam accepit, eidem ſubueniendum erit, vt ei reſtituatur res data, per iſtum textum qualitercunque geſtum ſit, & ipſe tenebitur reſtituere rem, quam acceperat: nam eo reſtituto cenſetur eius aduerſarius reſtitutus ad ſuam primæuam actionem, etiamſi hoc non fuerit dictum in ſententia reſtitutionis. per text. in l. j. & ij. C. ſi in communi, eadémque cauſa. &c. & ſi minor ſuam rem deſtruxiſſet, reſtituetur ad id, quod pluris erat res ſua, non ad totam rem. Dicit etiam text. (vt Doct. ſcribunt) in d. l. j. *ſiue quid aliud contingat*, ergo quicquid contigerit ex geſtione minoris, ſi captus ſit, reſtitui debet.

Minor conſumẽs luſu pecuniam.

Mouebat dubitationem l. Labeo. ij. in fine. ff. de verborum ſignificat. ibi, *Geſtum dicitur, ſine verbis factum*. Reſpondeo, hîc generaliter accipitur ex interpretatione Vlpiani, quamuis pro materia geſtum accipiatur, ſine verbis factum, vt ibi docui.

Sed dubitat Accurſ. nunquid eidem ſuccurratur, ſi beneficio Eccleſiaſtico renũtiauerit? & videri non eſſe ſubueniendum, quia in illis admittitur, vt maior, & agit & conuenitur, etiamſi ſit minor, c. ſi. de iudic. lib. 6. & quia renuntiando beneficium videtur potius exoneratus, quàm damnum paſſus. gloſ. in c. ex parte. de reſtitut. ſpoliat.

Ego verò dicerem eum minorem reſtituendum ad ſuum beneficium, ſi ſuaſionibus aduerſarij illud reſignauerit, & captus in ea reſignatione ſit, tum ne detur via decipiendi minores in his beneficiis, tum quia minores reſtituendi ſunt qualitercunque geſtum ſit cum illis, vel quid aliud cõtingat, per iſtum textum, ad hoc, quia non præſumitur quod ſponte renuntiauerit beneficium tot laboribus acquiſitum, quo viuere in poſterum debebat, cap. ſuper hoc. de renunciat. & quia non habet firmum iudicium: ideò lex reſiſtit, etiam fauore libertatis, l. ſi minor. ff. de ſeruis exportand. etiam eſt multis captionibus & inſidiis expoſitus, l. j. ff. de minorib. & iura generaliter loquuntur de minore decepto, ſi igitur in ceſsione beneficii deceptus ſit, cur non reſtitui debet? vt ſcripſi in praxi benefic. in tertia parte tit ratione perſonæ, & rei vitiatur reſignatio, maximè cùm amplior bona fides in beneficiis interuenire debeat, quã in aliis prophanis, ergo dolus plus reiiciendus, & acerbiùs puniendus in illis, quàm in aliis, vt notant Doctor. in §. actionum. de actionib. in Inſtit.

Minor in ceſſione beneficij deceptus.

Item iura Canonica admiſerunt reſtitutiones minorum & maiorum, prout ius ciuile diſpoſuit, in toto tit. de in integrum reſtitutio. & non limitarunt in beneficiis, ſed tantùm in matrimoniis, quia ibi conſenſus adeſt, qui ſemper poteſt ſuppleri, qui non poteſt ſic interuenire in renuntiationibus beneficiorum, vt in c. cùm locum. de ſponſal.

Nec refragatur quòd minor in beneficialibus reputetur maior, & ſic non reſtituitur. gloſ. tamen & communiter Doctores in l. vnica. C. ſi de momenta. poſſeſsio. fuerit appel. dicit, quem poſſe reſtitui, licèt conſuetudo vel lex faciat eum haberi pro maiore: ita, licèt Papa diſpenſauerit cum eo, vt beneficium obtineret, non tamen videtur diſpenſare cum eo, vt ſine cauſa illud reſignaret, quia ad recipiendum & tenendum erat diſpenſatus, non ad reſignandum, imò eo ipſo quod diſpenſauit cum eo ex cauſa ad retinendum illud, videtur prohibuiſſe, ne illud reſignaret, in praxi benefic. in diſpenſa. forma. & ita deciditur, vt ſcripſi in praxi beneficiorum, in diſpenſa. forma.

Reſtituitur quis, licèt habeatur pro maiore.

Nec obeſt, quòd ſit exoneratus reſignando: nam iſta ratio non valet, quia non eſt oneratus, quando Papa ſecum diſpenſauit, ſed is, qui cum eo diſpenſauit, aut ſaltem non ſicut is, qui ei contulit, alioqui diſpenſatio non prodeſſet, quod eſt hæreticum, quia Papa poteſt cum cauſa diſpenſare, c. non eſt. de voto. & quando repudiauit hæreditatem eſt exoneratus, & ſic non debebit reſtitui, quod eſt contra iura: & ſi plura habebat beneficia, & illis non poterat ſeruire, ſi vnum reſignet, proculdubiò non poterit reſtitui, quia captus non eſt, at ſi captus eſſet, poſſet, quia fortè non poteſt ex alio viuere, & iura conſiderant ætatem & læſionem.

Reſtitutio requirit ætatẽ & læſionem.

Nec me mouet, quòd læſa cenſetur Eccleſia. Reſpondeo, ſi minor ſit valde doctus & bonus, poteſt ſeruire Eccleſiæ, ob id ipſa non erit læſa Eccleſia, ſed completa ætate optimè reget illam Eccleſiam. Itaque interim eſt expectandus, quod cognoſci ex ſtudiis ſuis poteſt. cap. ex ſtudiis. de præſcriptio. Eccleſia nunquid eſt valde capta, à maiore ignorante, maligno, & diſcolo, & tamen non reſtituitur: ſic in hoc minore, quia imputandum eſt illi, qui beneficium dedit, & contulit, nec in hac reſtitutione minorum, conſideratur Eccleſia, ſed an minor ſit, & captus.

Ideò, concludendo dicerem minorem eſſe ad

beneficium resignanti dolo & suasionibus aduersarij restituendum, sine alteri facta fuerit collatio, quia resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, l. lex vectigali. ff. de pignorib. siue non fuerit alteri facta collatio, nisi in illa collatione duo interuenerint. Primum, quòd resignatio fuerit facta in manibus superioris. Secundum, quòd interuenerit causæ cognitio, videlicet quod expediat pupillo illud resignare. argum. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum. hoc expressè docet Nicol. Milius in repert. in verbo, minor. 14. annis. & sequitur Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, adiectæ. num. 62. de testam. & hoc casu agere poterit minor remedio reintegrandæ possessionis, non retinendæ. teste Ioanne de Selua. in tractat. de benefic. in iij. parte. quæst. 32. & sic conciliabuntur sententiæ contrariæ, videlicet vt non restituatur minor, quando causæ cognitio interuenerit, in resignatione: si verò non interuenerit, restituendus erit. Idem in officiis scribit Boër. in decisio. Burdegal. quæstio. 350. Minor. 14. annis. ideò collatores beneficia minorum per resignationem conferre non debent, nisi videant resignationis causam iustam, & eos audiant, & si resignatio fuerit facta non cognita causa, non valebit collatio, quod est notandum: quia sic & minori succurritur, & aliis contra dolum & fraudem partium.

Minor quãdo in resignatione restituatur.

SVMMARIA.

1 *Libellus debitoris quomodo formari debeat contra personam coniunctam ad solutionem agentem.*
2 *Debitor non potest cogi minori soli soluere, vt liberetur.*
3 *Iniustè iudicans, iniuriam parti facit.*
4 *Minor etiam contra solutionem sibi authoritate curatoris factam potest restitui.*
5 *Minori sine iudicis praecepto non soluendum.*
6 *Minor contra venditionem etiam iudicis decreto interpositam restituitur.*

§. Sed & si ei pecunia, &c.

ISte §. est not. qui docet quomodo gestum dicatur, cum minore, & respondet, si eidem solutum sit, & ipse pecuniam crediderit. Nempe si minor conueniat debitorem, adhibere debet curatorem, vt ei soluatur pecunia, aliter debitor non compellitur ei soluere, sed solet pecunia in æde sacta deponi, ne debitor vltrà vsuris oneretur, vel creditor minor perdat pecuniã, aut curatoribus solui debet, si sint. Poterit etiam debitore compellere minorem, vt curatores accipiat, in quorum præsentia ei soluat. Quid si iudex condemnauerit debitorem ad soluẽdum minori, siue curatoribus, & debitor soluerit, erit ne liberatus? & liberatum esse docet eum Iurisconsul. nihilq; illi imputandum, cùm compulsus sit ad solutionem, & postea minor, si pecuniam consumat, non restituetur propter authoritatem sententiæ. l. seruo. §. cùm Prætor. ff. ad Trebellianum.

Ex hoc tex. colligitur, debitore paterno, quòd debitor paternus non tenetur soluere filio, debita patris, & si soluat, non est liberatus, & si filiusfamil. minor eam pecuniam perdat, iterum poterit pater eam petere. l. *Filius paciscendo, vel debitum patris accipiendo nihil detrahit patris obligationi.* C. de pactis.

Debitor patris, soluẽs filio, non liberatur.

etiam dicit ibi glo. si filius posteà patri succedat, quia administrationem rerum non habebat viuo patre: ideo ipse filius eam pecuniam sibi in vita patris solutam petere poterit, vt inferiùs dicetur.

Vnde licet coniuncta persona possit agere pro coniuncta, l. exigendi. C. de procurat. tamen illi solui non potest, l. filiæ. & l. qui hominem. §. si nullo. ff. de solut. non his verbis, scribit Vlpian. in l. ij. ff. vt lega. nom. nec si fortè velit pater cauere, neminẽ amplius petiturum, compellendus erit hæres legatum, quod iam filius potest petere, alij, quàm cui debetur, exoluere, & si soluerit, non competit liberatio, sed creditor agit contra debitorem, & debitor contra eum cui soluit.

Vnde si praxi notandum est, quòd si coniuncta persona agat ad solutionem, concludet debitor, vt soluatur illi, cuius nomine agitur, nõ verò ipsi agẽti, aliàs malè concluderet, teste Bart. in l. vero Procuratori. §. j. ff. de solut. quod dictum notat Iacobi. in d. l. filius. C de pact. facit l. qui aliena. §. quanquam. ff. de negot. gest. 1

Filius tamen solutionem recipere poterit ex contractu ab eo celebrato super re patris. argumento l. quod seruus. ff. de posi. l. quod seruus. de solutio. quia ipse quæsiuit obligationem patri contrahendo: ergo & dissolutionem facere poterit. Non valeret tamen liberatio per filium facta, nec patri noceret, nec filio post mortem patris. per l. si seruus. ff. qui & à quibus. Bart. in l. filius. ff. de solut. nisi filius aliquid recepisset in vita patris, quia in eo obstaret filio exceptio. Bart. in l. cùm dominus. §. fin. ff. de pecul. lega. Iason in l. ij. §. j. nota. 7. ff. de solut. allegatur l. cùm vir. de vsucap. quando filius erat maior, vel si minor erat, & non consumpserat pecuniam.

Solutio filio facta per re patrum.

Procuratori etiam constituto ad contrahendum solui potest. per d. l. filiæ. & l. quod seruus. de solut. Idem in constituto ad vendendum, vt ei solui possit pretium ex illa venditione conclusum. Doctor. in l. eum qui ita. §. qui sibi. ff. de verborum obligatio. & Doctor. in §. venditæ. de rerum diuisio. Instit. hoc docet Alexand. in consil. 61. Viso processu. col. penul. num. 10. in 2. vol. nisi interuenisset factum domini, vtpote qui pecuniam debitam in iudicio petiit, & sententiam obtinuit, l. hoc iure. ff. de solutio. scribit Aufret. in decisio. Tholos. quæst. 122. per l. cum qui. §. qui sibi. ff. de verborum obligat. vbi Bart. nisi fuerit Procurator constitutus ad vendendum tantum, tunc à solutione recipienda reiicitur, l. j. §. igitur præposito. ff. de exerci. actio. etiam Procuratori litis non potest solui, l. hoc iure. ff. de solut. nisi haberet liberam causæ administrationem, Bart. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verborum obligatio. vt refert Mathesil. not. 30. incip. quod licet. & quando agit in bis casibus, debet de rato cauere, l. non solùm. §. sed interdũ. ff. de Procurat. si non habeat mandatum ad hoc speciale, & regulariter si debitor offerat se soluturum, sed iis qui petit, non habere sufficiens mandatum dicit, iudex solet decernere, vt solemnius mandatum intra tempus ab eo præstitutum exhibeat. An negotiorum gestorum solutionem recipere possit? decidit text. in l. filiæ. & ibi Bart. ff. de solut. vbi si illi ignoranter solutum fuerit, liberatur soluẽs, secus si scienter, & hoc probat Ludo. Rom. sing. 164. Tu scis. Ignoranter factum existimo, si bona fide existimãs eum habere mandatum, debitor soluerit.

Er

Filius iura patris cedens, sine mandato.

Et si filius receperit solutionem à debitore paterno, vel cesserit iura patris, non committit crimẽ falsi, vel stellionatus, sed aliud, quia non est aliqua lex, quæ hoc dicat, l. dissentientis. C. de repud. l. illam. de collat. & scire debebat debitor, vel cessionarius cum quo contrahebat. l. qui cum alio. ff. de regul. iur. nec debebat credere filio, nisi mandatum patris ostenderet: quia in his filij sæpius mentiuntur. l. si quis inficiatus. vbi pulchre Bart. ff. depos. l. qui hominem. §. si nullo. ff. de solut.

Nisi falsò assereret se patris Procuratorẽ, & tunc doli nomine puniendus venit. l. falsus. ff. de furtis. & l. falsus. C. illo tit. sic consuluit Bal. consil. 14. Filiusfa. in 1. vol. & interdum defendi filiumfam. contra Procuratorem Regium.

Debitor nõ liberatur soluẽdo minori.

Secundò, colligitur, vel à proprio, & hanc perdidit, &c. solutionem factam à debitore minoris ipsi non valere, & sic non erit debitor liberatus. Vnde si minor eam perdiderit, vel malè consumpserit, poterit integrum petere debitum, per istum tex. & proprius debitor dicitur, nõ paternus, sed is cuius emolumentum, vel damnum ad filium pertinebat, l. j. § in propria. ff. quando appel. sit. forte si habebat bona castrensia, vel alia bona.

Et ideò, si minor conueniat debitorem, adhibere debet curatorem, vt ei soluatur pecunia.] Nota minorem adolescentem posse conuenire debitorem etiam coram iudice, per l. primam. § fin. ff de administrat tutor. quamuis glos. ista contrà. per l. clarũ. C. de authorit. præstan. quæ loquitur in criminibus, & quando minor cõuenitur, hic verò quando agit contra debitorem, & sic ad rem non pertinet. d. l. clarum.

Cæterùm non ei compellitur soluere.] Bonus est hic textus ad hoc, vt debitor non cogatur soluere creditori, etiam postquam dies cessit, & ve-
2 nit: sed intelligitur in debitore minoris, qui minori soluere non cogitur soli, vt liberetur, sed debet hoc facere ad iudicis præceptum.

Sed hodie solet pecunia, &c.] Ex hoc text. colligitur bonum remedium pro minore, & eius debitore soluere volente, & vt sit liberatus, videlicet vt soluat pecuniam, & illa pecunia apud ædem sacram reponatur, ne illa pecunia à minore amittatur, & ne ille debitor ampliùs oneretur in solutione vsurarum.

Hodie verò nõ solet deponi apud ædem sacram, sed solet dari mensulariis, & trapezitis ad honestam lucri rationem, l. tutor qui repertorium. §. j. ff. de administ. tutor. & posteà debitor non curat si soluerit cum iudicis decreto.

Curatoribus solui, si sint.] Collige solutionem debitorum minoris fieri posse curatoribus si sint, aliàs cõpelli potest minor ad assumendum sibi curatorem, & compelletur per iudicem ordinarium, ne debitor soluens decipiatur, vel soluetur ei ex iudicis decreto.

Quid tamen si Prætor decernat soluendam, &c.] Colligitur debitorem minoris compulsum à iudice, vt minori solueret, etiam sine curatoribus, esse liberatum, quod est verum interuenientibus sequentibus. Primò quòd debitor allegauerit minorem esse creditorem, cui nollet soluere, timens ne fortè iterum peteretur ab eo post cõsumptionem pecuniæ à minore factam, aliàs si per contumaciam fuerit condemnatus, non habet locum, iste text. quia hoc non allegatur, & est in culpa non comparendo, vt docet Barba. consil. 26. Vbi. col. 1. vol. 3. nam si hoc allegasset, iudex non ita decreuisset.

Secundo, quòd iudex hoc decernat & pronunciet per sententiam, videlicet condemnando talem debitorem ad soluendum tali minori ibi decernat soluendam pecuniam minori.

Compulsus debitor quando dicatur.

Tertio, quòd debitor cõpulsus sit, ibi, Compulsus sit, & dicitur compulsus, quando ratione illius sententiæ factum est ei præceptum ab apparitore, vt solueret. de quo in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. l. nouissimè. quod falso tutore autho. gestum esse dicetur. l. fin. quod met. caus.

Idem dicerem, si non expectato præcepto Apparitoris, sed post iudicis sententiam solueret, cùm iste text. non requirat, nisi iudicis compulsionem, & ad hoc est singu. teste Aretin. consilio vigesimoquarto. col. 4. in praxi tamen est, vt post sententiam fiat præceptum per Apparitorem, vt plenè scripsi in tracta. de literis obligat. in 1. tomo Comment. ad Constit. Regias Gallicas.

Nisi fortè, quasi aduersus iniuriam appellandum quis ei putet.] Iste text. allegatur iudi-
cem iniuste iudicantem facere iniuriam parti: tamen 3
iniuriarum non agitur, sicut dicitur in eo qui superuacuè & temerè appellat, is iniuriam facere iudici dicitur, l fin. C. quando prouoc. non est neces. nulla tamen iniuria fit iudici, si rectè appelletur, l. & in maioribus. C. de appel. & interdum bonum faciens, iniuriarum tenetur. l. si seruus. §. & si puerum. ff. ad legem Aquiliam.

Quartò, non poterit restitui minor si dissipauerit hanc pecuniam, authoritate iudicis sibi solutam, ibi, auditurum non esse, & ratio est propter rerũ iudicatarum authoritatem. l seruo. §. cùm Prætor. ff. ad Trebel. l. si Prætor. de iudic. & ad hoc istum text. singularem dicit Guido Papa. singul. 95. Solutio.

Poterit tamẽ restitui minor aduersus solutionem
sibi factam cum authoritate curatoris, si illa pecunia 4
sit perdita facilitate minoris, text. in l. j. C. si aduers. solut. igitur bonum est ne quis soluat minori sine
iudicis præcepto, vt consequatur plenissimam libe- 5
rationem, vt Accurs. docet.

Quintò, nisi iste debitor appellauerit à iudicis sententia, tunc non liberaretur soluendo posteà, quia appellatio extinguit iudicatum, l. j. in fi. ff. ad Turpil. ideò post appellationem soluere non debebat.

Non teneretur tamen appellare semel condemnatus, sicut dicit de nominato, qui succubuit in prima sententia recredentiæ, aut pleni possessorij ad hoc, vt ei non computetur beneficium ad replerionem statutam. in §. volumus. de collat. in Concord.

Iustam litigandi causam habẽs, non cõdemnatur in expensis.

Sextò, licèt victus victori debeat condemnari in expensis. l. properandum. §. sin autem alterutra. ff. de iudic. tamen hic debitor, qui allegat eum esse minorem, & hoc facit, vt liberetur, & sibi prouideat, non debet condemnari in expensis, quia iustam habet causam litigandi, eo casu non cõdemnatur quis, in l. qui solidum. §. etiam. ff. de legat. ij. Scripsi in 3. tomo Commentariorum ad Constitut. Reg. tracta. de expẽsis. secus si debitor appellauerit, quia in causa appellationis dicerem eum condemnandum, quia contentus debebat esse prima sententia. & text. in l. sancimus. j. C. de administrat. tutor. dicit, *Iudicialis*

senten

ſententia, ſine omni damno celebrata. & ſic de prima, argumento l.boues. §.hoc ſermone.ff.de verborum ſignificatione.

Septimò non poterunt ſubſtituti opponere, vt iſti minori non ſoluatur, vt conſuluit Bald. conſil. 107. Quidam habens. in 1. vol. quia nullum ius præſens habent.

Debitor minori ſine tutoribus ſoluens non liberatur.

Vltimò ex prædictis faciam caſus ſequentes, quorum primus eſt, Debitor ſoluens minori ſine tutoribus, vel curatoribus, nullam conſequitur liberationem: contra gloſ. in l.obligari. §. pupillus. ff. de authorit.tutor.nam ſi plenam conſequeretur liberationem, vt dicit gloſ.poſtea minor nõ poſſet agere contra illum debitorem, & contra gloſ. facit text. in §. penult. quibus alienare licet.in Inſtitut.vbi dicit minorem poſſe adhuc petere, niſi pecuniam ſaluam habeat pupillus, vel locupletior factus ſit, & tunc doli exceptione ſubmoueri poterit.

Soluẽs minori, quãdo liberetur.

Secundus caſus, Soluens minori cum authoritate tutoris, vel curatoris, liberationem conſequitur, à qua reſtitui poteſt minor, ſi illam pecuniam perdiderit. per illum textum, ibi, *Et hanc perdidit, dicendum eſt ei ſubueniri, quaſi geſtum ſit cum eo.* §.at ex contrario. quibus alienare licet.in Inſtitut. vbi ſic habetur, at ex contrario omnes res pupillo & pupillæ, ſine tutoris authoritate rectè dari poſſunt: ideóque ſi debitor pupillo ſoluat, neceſſaria eſt debitori, tutoris authoritas alioqui non liberabitur: ergo à contrario, cum tutoris authoritate, liberabitur.

Tertius caſus, Soluens tutori vel curatori minoris, ipſo iure liberabitur.l.Lucius.ij.§.tutelæ.& §.fi.ff. de adminiſtrat tutor.

Differentia eſt inter ſecundum caſum & tertium, quia in ſecundo caſu reſtituitur minor, in tertio non, dicet quis, Nónne hoc eſt iniquum, vt poſtquam debitor cum authoritate tutoris pupillo ſoluit, iterum ſoluere cogatur? nunquid potiùs agere debebat, minor actione tutelæ contra tutorem, vel curatorem, & non contra debitorem? & hoc eſſe contra omnem mundi æquitatem teſtatur Paul Caſtr.in l.j. C.ſi aduerſ.ſolut. & hoc refert Iacobi.ibi, dicens ſolutionem non eſſe legitimè factam pupillo.

Authoris ſententia cur minor reſtituatur contra debitorẽ ſoluentem.

Ego dicerem in ſecundo caſu reſtitutionem dari, quia in culpa eſt debitor ſoluendo minori, qui non poterat compelli eidem ſoluere, vnde ſi ſoluat, & pecunia conſumatur à minore, reſtituitur, quia pupillus non poteſt agere contra tutorem, qui non recepit pecuniam, licèt ipſe ſit in culpa, eò quòd non recepit, & abſtulit à minore: ſed culpa debitoris præponderat: ideò agendum eſt contra debitorem per reſtitutionem, cùm hoc caſu nulla detur actio contra tutorem, vel curatorem. Diuerſum eſt in tertio caſu, in quo poteſt minor actione tutelæ agere contra tutorem, vel curatorem, qui recepit illam pecuniam, & permiſit, vt minor illam pecuniam conſumat, vel in ratione reddenda eidem non computabitur.

Quartus caſus, Debitor compulſus ſoluere à iudice, ipſo iure liberatur, vt hîc, & pleniſsimam liberationem conſequitur. d. l. ſancimus. & §.penult. quibus alien. licet. in Inſtit. quia dolo non facit, qui iuſſu iudicis aliquid facit, l.non videtur. ff.de regulis
6 iuris. & regula dolo. in 6. Poterit etiam minor reſtitui, ſi iudex in venditione interponat decretum, per l.ſi quidem. C.de prædi.minor. quia ibi non eſt compulſio iudicis, ſed voluntas partis, & iudicis authoritas, ac decretum, ob id minori ſuccurritur, ſecus ſi ſit compulſus, vt hic.

§. Non ſolùm autem in his ei ſuccurritur, ſed etiam in interuentionibus: vtpuià ſi fideiuſſorio nomine ſe, vel rem ſuam obligauit. Pomponius autem videtur adquieſcere diſtinguentibus, arbiter ad fideiuſſores probandos conſtitutus eum probauit, an verò ipſe aduerſarius. Mihi autem ſemper ſuccurrendum videtur ſi minor ſit, & ſe circunuentum doceat. Sed & in iudiciis ſubuenitur, ſiue dum agit, ſiue dum conuenitur, captus ſit. Sed & ſi hæreditatem minor adiit minus lucroſam: ſuccurritur ei vt ſe poſsit abſtinere: nam & hic acceptus eſt. Idem & in bonorum poſſeſsione, vel alia ſucceſsione.

Hic §. dicit minori ſuccurri in interuentionibus, ſi interuenerit & fideiuſſerit pro aliquo, ſe, vel rem ſuam obligando, ſiue probatus fuerit ab arbitro, ſiue à parte tantùm, ſemper ſuccurritur, ſi ſe minorem & circunuentum doceat.

Et ex hoc tex. colligitur minori ſuccurri, quando fideiubet pro aliquo, ſicut mulieri, vt per totum titulum ff. & C. ad Senatuſconſul. Velleian. ſed hîc per reſtitutionem, ibi à iure, ſcilicet Senatuſconſul. auxilio.

Etiã colligitur quòd poteſt in fideiuſsionibus quis obligare perſonam & bona, ibi, ſe, vel rem ſuam, & ideò fit hæc obligatio, quia pro debito regulariter perſona prehendi non poteſt, l.tertia §.tutores. ff.de ſuſpect.tutor. abundè ſuper hoc ſcripſi in tractat. de literis obligat. artic.ii.gloſ.3.in 1.tomo Commentariorum ad Conſtitut.Reg. vbi enumeraui caſus, in quibus quis pro debito prehendi poteſt.

Si minor ſit, & ſe circunuentum doceat.] Nota minorem duo teneri probare, ſe minorem, & circunuentum. facit l. nam & poſteà.§. ſi minori. ff.de iureiur. ideò fuit denegata reſtitutio in Parlamento Gratianopolitano Do. Clarimontis, eo quòd non probabat damnoſam fuiſſe hæreditatem, ſuper qua reſtitui volebat.

Reſtitutio quare denegata fuerit.

Sed videbatur contrà: nam eo ipſo quod minor fideiubet, malo videtur affligi, & capi. Prouerb.6.c. Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprius ſermonibus. & ibid. c.11. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo, qui autem cauet laqueos, ſecurus erit. Reſpondeo, ibi nõ probari minorem deceptum ex ſola fideiuſsione, ſed eſt captus, id eſt, obligatus verbis, & affligetur malo, ſi debitor non ſoluat, ſed ſi fideiuſſerit in rem ſuam, non reſtituitur, l.de die.§.j. ſuprà.qui ſatiſdare cogant. quod ſi fideiuſsio non teneat, non erit circunuentus: ergo non reſtituetur. vt in §. ſi quis. in authent. de leno. collat. 3. in dubio tamen præſumitur circunuentus, etiamſi pro patre & conſanguineo fideiuſſerit, vt docet Accurſ. hic, ſed tenendum eſt,

quòd

quod Imperator statuit in titul. de filiofam. minore. in l.j. vbi sic scribitur: *Filiusfam.si minor quinque & viginti annis pro extraneo fideiusit, in integrum restitutionem implorare potest, sed & si pro patre suo extitit fideiussor, eique dum suum functio non successit, in integrum restitutionem postulare potest.* Ergo si successerit patri in solidum, non restituetur, quia tanquam hæres tenetur, etiam de euictione, l.vendicantem.ff. de euiction. quod si tantum pro parte succedat, potest restitui pro illa parte, pro qua non successit, quia obligatio pro illa parte non est extincta. l. hæres. §. quod si stipulator.ff. de fideiussor.l.Stichum.§.quod vulgò.de solutionib.

Minor etiā contra confessionē suā restituitur. Notandus est vnus casus valde singularis, in quo minor restituitur etiam non probata læsione alia, vt si confessus fuerit delictum quod nō potest alio modo probari, sed satis lædi dicitur sua confessione. teste Angel.in l.certum.§.in pupillo. ff.de confessio. & hoc singulare dicit Hyppol.singul.445. Minor.

Alium casum cōscribit iste text. videlicet in iudiciis succurri minori, & hic casus (sicut equus Troianus) multos continet: nam si in dilationibus, in testium vel instrumentorum productionibus, aut aliàs circumuentus fit, eidem succurritur: imò etiā in hetmodiciis, vt dicetur in l.seq.§.si siue agant, siue cum eis agatur.

Sed & si hæreditatem.] Hic patet succurri minori, qui adiuit hæreditatem minus lucrosam, vt possit se abstinere ab hæreditate, si tempora largiantur, aliàs contra curatorem agere poterit, l.j.C.si tutor vel curator interuenerit Largiri tempora dicuntur, quando non est elapsum tempus, intra quod restitutionem petere potest.

Idem, si bonorum possessionem secundùm tabulas, vel vnde liberi, aut cognati, aut aliam agnouerit, vel hæreditatem fideicommissariam: & in hæreditate adita quomodo minori succurratur, dicitur hic, & in §.sequen. quod tractatum fuit in l.uj.suprà eodem.seruo autem non succurritur, vt se abstineat, quia necessarius est hæres. l.necessariis. ff.de acquir. hæred.& §.seruus.de hæred.quali.& differ. in Instit.

Vnde dicit Vlpianus, *Sciendum est necessarium hæredem seruum cum libertate institutum impetrare posse separationem, scilicet vt si non attigerit bona patroni, in ea causa sit, vt quicquid postea acquisierit, separabitur, sed & si quid ei à testatore debetur.* l.j. in fi. ff. de separat. at hic etiam seruo minori succurritur etiam si hæreditatem adierit, & hoc ætatis beneficio per istum textum, & sic conclusio sustineri potest per istum text. minori non esse succurrendum, si hæreditatem damnosam adeat: imo succurri certi iuris est, videlicet seruo non succurritur, sed libero, sic & interdum seruo, vt in vltimo casu dictum fuit.

Beneficij verbū latè accipitur. Aetatis beneficio.] Allegatur iste text. ætatem vocari beneficium, eò quòd ætatis ratione minori subuenitur, sic dicitur in l. Iulianus. ff.de in integr. restitut.& beneficium dixi accipi largè pro eo, quod bene facit alicui, vt beneficium manumissionis. l. manumissiones.ff.de iustit.& iure. Beneficium legis. in l.libertę.C.de oper.liber.& aliàs, vt scripsi in praxi benefic.in j.parte tit.quid sit beneficium.

Planè.] Ex hoc tex. patet enim, qui hæreditatem adiuit, si restituatur, teneri ad restituendum quicquid percepit ex hæreditate, si illud non periit ætatis infirmitate, & imbecillitate: nam si in hæreditate inuenit centum aureos, quos ludendo perdidit, eos restituere non tenetur: diuersum est, si ex illis emerit domum, vel aliam rem, quæ extet, tunc quicquid in rem eius peruenerit, restituere debet, vt plenè dicitur in l.quod si minor.§.restitutio.infrà eodem.

§. Hodie certo iure vtimur, vt & in lucro minoribus succurratur. Pomponius quoque libro vicesimo octauo scribit, & si sine dolo cuiusquam legatū repudiauerit, vel in optionis legato captus sit, dum elegit deteriorem, vel si duas res promiserit, illam, aut illam, & pretiosiorē dederit, debere subueniri; & subueniendum est. Quæsitum est ex eo quòd in lucro quoque minoribus subueniendum dicitur, si res eius venierit, & existat qui plus liceatur, an in integrum propter lucrum restituendus sit. Et quotidie Prætores eos restituunt, vt rursum admittatur licitatio. Idem faciunt & in his rebus quæ seruari eis debēt, quod circunspectè erit faciendum. Cæterùm nemo accedet ad emptionem rerum pupillarium, nec si bona fide distrahantur. Et districtè probandum est, in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, non esse minori aduersus emptorē succurrendum: nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum siue curatorum doceatur.

HOdie l. ait Prætor, suprà eodem præbet regulam, minori subueniendum esse, etiam si lucrū amplexus non sit.& l.seq. & l.& si sine. multa ad hanc rem adducit exēpla. Primum est, Quando minor repudiauit legatum sine dolo malo, & suasione alicuius, sed sua facilitate, potest restitui, vt non obstante repudiatione legatum consequi possit, quia captus est in lucro, legatum enim regulariter in lucro consistit.l.ab eo.vbi Doct.C.de fideicom.

Secundum est, Si optio seruorum, aut equorum legata fuerat, & ipse elegit deteriorem, restitui poterit, vt iterum eligere possit, quamuis serui electione legata, semel duntaxat optare possumus, l. serui. de legat.j. l.apud. & per totum de optio. legat. sed hic minori beneficio ætatis succurritur, maiori autem dolo inducto ad optionem alicuius actio datur. in l. si quis.§.j.vbi scripsi suprà, de dolo. *Minor in optione deceptus.*

Tertium, Si minor promiserit vnam, aut alteram rem, tenebitur tantùm vnam præstare, quam volet, l.iij. ff. de eo quod certo loco. si meliorem & pretiosiorem rem minor dederit, restitui poterit, quia lucrum amittit. docet Accurs. differre, quando quis promiserit duas res, & tunc ad vtramque tenetur, si copulatiuè, secus si alternatiuè.& licèt iste text. dicat, duas res promiserit, tamen declarat promissionem alternatiuè factam, & si vtramque soluisset, quam vellet, repetere etiam maior posset.l.pen.C.de condict.indeb.

Quartum exemplum est, Si bona eius vendita fuerint, etiam ad licitationem, & plus offerenti, est tamen

Restitutio aduersus licitationē. tamen qui nunc plus velit offerre, restituetur minor, vt rursus admittatur licitatio, & quotidie Prætores eos restituunt, & de hoc plenè scripsi in tractat. de præco. & licita. in 2. tomo Commentar. ad Constit. Regias.

Idem, faciunt in his rebus, quæ seruari eis debent, quod circunspectè erit faciendum.] Ego intelligo istum textum, vt si testator statuerit libros suos seruandos esse minoribus, si vendantur, restituentur minores ad consequendum hos libros iam venditos, quod circunspectè erit faciendum, id est, prudenter, & sagaciter: nam iudex videre debet an emolumentum possit habere minor in his libris, nécne. Nam si nullum possit commodum habere, quia fortè libri noui sunt meliores & vtiliores, ei certè non restituentur, licèt testator iusserit seruandos esse, & idem in aliis rebus dicendum erit, quæ minori seruari debent.

Cæterùm.] Iurisconsul. ait, Prætereà nemo accedat ad emptionem rerum pupillarium, etiam si bona fide distrahantur, ne fortè posteà auferantur res ab eo per minoris restitutionem. & iste text. monet emptores ne res minorum emant, & vtinam hoc consilium Iurisconsul. seruarent auari, qui per fas & nefas res acquirunt minorum, Ecclesiæ, & aliorum.

Minor in quibus non restituatur. Tamen hoc accuratè & strictè probandum, vt minor non restituatur in rebus, quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, vt in fructibus, nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum, siue curatorum doceatur.

Ex hoc tex. colligitur minori non esse succurrendum in fructibus, si fortè tanti non fuerit vinum, aut frumentum æstimatum, quanti fuit venditum in foro, non ob id restitutionem petet, quia vinum potuit accidum fieri, vel aliud vitium accipere. Idem in frumento dicendum est, quia hæ res sunt de his, quæ seruando seruari non possunt: sic loquuntur interpretes in l. vnica. C. si aduersus vsucap.

Nisi aut sordes doceantur, si per auaritiam, aut parsimoniam appareat tutorem, vel curatorem vinum, aut frumentum æstimatum accepisse, eodem pretio pro pluribus annis facto, restitui minor poterit. nam pretia rerum variantur secundùm varia tempora, l. pretia rerum. ff. ad legem Falcidiam. ideò non potuit fieri æstimatio plurium annorum, & ita vidi iudicari in Senatu. sed singulis annis æstimatio horum fructuũ fieri debet, vt plenè docui in interpret. l. vnicæ. C. de senteot. quæ pro eo quod interest. in glos. Subtilitatem. *Aestimatio fructuũ singulis annis facienda.*

Item euidens gratia est, Si modius frumenti in foro venditus sit decem aureis toto anno, & tamen modius frumenti minoris nō fuit æstimatus sex aureis. Certè de euidenti gratia apparet, & maximè in hoc regno, in quo apparet quanti venundentur singulis anni mensibus, & mercatibus in foro: ideò hoc casu restitui posset. De his verbis, sordes, & euidens gratia, dicam in l. si filiusfamilias. infrà, de iudic. & doceri ista euidens gratia, vel sordes potest per librum ciuitatis, aut per testes, sed in hoc regno per librum æstimationis, in quo est scripta æstimatio totius anni, & euidens gratia tutorum probatur, si quæ dixi probata fuerint, licèt tutor nō æstimauerit, sed alius, quia in vtilitatem tutoris cessit: ideò ille procurasse censetur. arg. c. constitutis. j. de testib. *Euidēs gratia vel sordes quomodo probanda.*

§. Restitutus autem, cùm se hæreditati misceat, vel eam adeat quam repudiauit: rursus restitui poterit, vt se abstineat, & hoc & rescriptum & responsum est.

HIc §. est notabilis, quòd minor restitutus, vt adeat, potest restitui, vt repudiet, si damnosam sentiat hæreditatem, & idem puto è contrario, quia deceptus est in eo quod adiuit, vel repudiauit: ergo in illo restitui poterit.

Ex hoc tex. patet restitutionem semel concessam iterum peti posse, nec refragatur l. ij. C. si sæpius in integrum restit. postul. vbi restitutio vltra semel non conceditur, quod est verum durante eadem causa, secus si noua accesserit. Nouam causam dico, nondum allegatam, & quæ nondum apparuerat, vt dico plenè in l. sylua §. noualis. ff. de verbor. signific. per d. l. ij. ibidem.

Vnde si minor impetrauerit literas super restitutione, & fuit ei restitutio denegata, & ipse à suis literis reiectus, non poterit iterum alias restitutionis literas impetrare, quæ si fuerint impetratę, non comprobabuntur, l. j. C. si sæpius. sed ipse poterit à denegatione restitutionis appellare, qui si non appellauerit, restitui poterit ad appellandum, quia in hoc læsus censetur. l. fi. d. tit. C. si sæpius. & c. fi. de in integr. restitut. *Minor à literis restitutionis reiectus.*

Docet tamen Hostiens. in summa tit. de in integ. restitut. §. quotiens. differentiam esse, an minor restituatur aduersus sententiam, & eo casu habetur, ac si lata non esset, c. cum ex literis. de in integr. restitut. an restituatur ad appellandum, & tunc sententia remanet valida, sed inquiretur an bene sit iudicatũ, & suspenditur prima sententia. per cap. venientes. de iureiurando.

Sed si minor acquieuerit, & renuntiauerit primis restitutionis literis impetratis, poterit restitui super hac renuntiatione, & cōcedetur eidē, vt possit prosequi restitutionē, non obstante renuntiatione. Sic vidi iudicari in Senatu Parisiensi, & intelligunt illum tit. C. si sæpius. vt post sententiam non recipiatur iterata restitutio, secus anteà, vt dixi. vide Capit. in decisio. Neapolit. q. 165. & Maurit. in tract. de restit. q. 132. & seq. vide etiam alia quæ scripsi in 2. tomo Commentariorum ad Constit. Reg. artic. fin. in fine tractatus restit. mino. *Restitutio iterata conceditur ante sententiã.*

§. Sed quod Papinianus, &c.

BAr. hunc §. fortē dicit, id est, difficilē: ideò illum declarabo sic. Pater instituit suum filium minorem natu hæredem, & si nollet hæres esse, substituit ei seruum, testatore mortuo minor repudiauit hæreditatem, vnde seruus fuit hæres necessarius & liber, sed minor posteà fuit restitutus, vt adiret hæreditatem: quæsitum est, an seruus remanere liber possit, licèt auferatur ab eo hæreditas? Respondeo, per restitutionem omnia videbantur retractari debere, l. quod si minor. §. restitutio. infrà eodem. sed hic contrarium dicit Iurisconsul. quia libertas semel data retractari non debet, l. & eleganter. §. seruus. ff. de dolo. sup. nisi ingratitudinis causa. l. ij. C. de liber. & eorum liberis. sed & si minor adierit hæreditatē, & posteà se abstinuerit ab ea seruus substitutus, non erit hæres, nec liber, secundùm sententiam Papiniani, hoc tamen non per omnia verum est. *Facti species.*

Vnde

Vnde Vlpian.huius l.author,ita distinguit Papin. dictum, non esse per omnia verum, substitutum seruum pupillo cum libertate non posse & liberum & hæredem esse: nam si hæreditas non sit soluendo, & minor se abstineat, post aditionẽ, etiam in extraneo pupillo, locum fore necessario substituto: nam substitutus seruus necessarius hæres erit, & vtiliter, ac liber.

Item declarat Vlpia. primum dictum Papiniani, quando minor repudiauit hæreditatem, & demum restitutus fuit ad eam, liberum nihilominus remanere seruum ait, licèt non remaneat hæres, sed tantùm liber, quando pupillus impetrat restitutionem, posteaquam abstentus fuit.

Et Vlpian.tacitè reprehendit Papinia. in eo. nam quando minor repudiauit hæreditatem seruus substitutus fuit hæres & liber, & quando fuit restitutus, remansit seruus hæres & liber, & dum minor fuit restitutus, actiones vtiles habuit, sed seruus sine dubio hæres mansit: nam qui semel hæres fuit, non desinit hæres esse, §. quos autem. de bonorum possess. in Instirut. Ideò quando minor repudiauit hæreditatem, substitutus seruus fuit hęres necessarius, quòd si posteà minor petat restitutionem, vt adeat, adire quidem poterit hæreditatem, & vtiles actiones habebit, ac si ei restituta fuisset hæreditas per Trebellianum, l.j.& per totum ff.ad Trebellian. sed seruus, qui semel fuit hæres directò remanebit hæres quoad nomen, & directæ actiones apud eum permanebũt. vt docet Angel.consil.168. in tertio dubio. sed pauci erunt emolumenti istæ directæ actiones, quia minor habebit commoda & emolumenta hæreditatis, & hoc est subtile.

Hæres semel directò remanet hæres.

Ex hoc §. casus colligo sequentes. Primus est, Quando minor est institutus, & seruus illi substitutus cum libertate, si minor, antequã adeat, repudiet hæreditatem, seruus erit necessarius hæres & liber: si tamen minor videat hæreditatem lucrosam, & restituatur, vt adeat, seruus nihilominus & hæres directò & liber erit: & tamen Papin. dixerat simpliciter liberum seruum remanere, quasi voluerit dicere non remanere hæredem: attamen Vlpianus ait etiam seruum hæredem manere, quia semel hæres fuit directò per aditionem, quam fecit: ergo non desinit hæres esse, per istam restitutionem, vt hîc, & hoc vult glos. in l. in substitutione. ff. de vulgar. sed minor actiones vtiles habebit, ac si restituta fuisset hæreditas per Senatusconsultum Trebellianum. l.j. ff.ad Senatusconsult. Trebellian. Doct. in l. post aditam C.de impub.

Item gesta per minorem non rescindentur, nec contractus, vt Iulia. scribit, in integrum restitutione postulata aduersus aditionem à minore factam, si quid legatis expensum est, vel pretia eorum, qui ad libertatem aditione eius peruenerunt, à minore refundenda non sunt. Quemadmodum per contrarium, cùm minor restituitur, ad adeundam hæreditatem, quæ antè gesta erunt per curatorem bonorum, decreto Prætoris, ad distrahenda bona, secundùm iuris formam constitutum rata esse habenda, Calphurnio Flacco, Seuerus, & Antoninus rescripserunt. l.in integrum. infrà, eodem. l. si mulier. ibidem.

Secundus casus est, Si minor institutus hæres sit, & seruus substitutus ei fuerit, & is minor adeat, ac demum abstineat, Papinian. ait seruum non esse hæredem, nec liberum, sed hoc non est indistinctè verum: nam conceditur ex benignitate, si non sit soluendo hæreditas, vt locus sit necessario substituto: non enim dicit iste text. quòd seruus sit hæres necessarius, sed vt quidam alius sit hæres, vt ait Accurs. qui quidem sit satisfacturus creditoribus, aut creditores serui nomine res hæreditarias vendent, §. licet. quibus ex causis manumitt. licet. ideò poterit hic seruus petere addici sibi bona libertatum cõseruandarum causa, §. si is qui. de eo cui liber. causa bona addi. imò ibi dicitur, Si post adiectionem libertatum conseruandarum causa factam in integrum sit restitutus, vtique non erit dicendum reuocari libertates, quæ semel competierunt, & hic seruus non erit hæres necessarius directò, sed vtiliter, ac si fuisset ei restituta hæreditas, & ista est glos. difficultas, etiam in extraneo.

Si verò hæreditas adita per minorem erat soluendo, sed eam, vt vexationem & lites vitaret, repudiauit post aditionem, tunc legitimi & proximiores succedent: l. si minor. ff. de acquirend hæredit. nam deficiente filio agnatus venit. l. fi. ff. de success edicto. l.j. §. si quis adita. ad Tertul.

Vnde quamuis cohæres post aditam hæreditatem nõ cogatur hæreditatis partem repudiatam amplecti, l. ex contractu. ff. de re iudic. tamen hoc non procedit in seruo necessario hærede, qui etiam post hæreditatem causa libertatis cõseruandæ acceptam, bona recipere, vt creditoribus soluat, tenetur. glos. & Doctor. hîc, & in dicta l. prima. §. si quis adita. facit l. cùm quasi. §. sed si quis. de fideicomm. liberta. Alia sunt magis subtilia, quàm vtilia, itaque ea missa facio.

Seruus hæres necessarius.

§. Item si non prouocauit intra diem, subuenitur ei, vt prouocet: finge enim hoc desiderare.

HIc §. docet minorem restituendum si non prouocauerit condemnatus, vt prouocare possit, & debet prouocare intra decem dies, computandos à die restitutionis, & comprobationis literarum, & posteà non auditur. vt docet Petr. Iacobi. in praxi. in libel. de constit pecu. versiculo, appellatio in scriptis. & Guido Papa consilio 182. incipiente, Nobilis. in principio.

Sed an sit in expensis condemnandus quando restituitur? allegatur text. in l. non est ignotum. C. de administr. tutor. & Bart. in l. si finita. §. & si fortè. ff. de damno infecto. Aufrer. in decisione Tholosan. q. 329. Dicatis minorem non esse condemnandum in expensis, si iustè impetrauerit restitutionem, & comprobatæ sint ei literæ restitutionis, alioqui contrà: & ita seruatur in Curiis Franciæ. dicam in l. in integrum. infrà, eodem. quia victus victori in expensis commendandus est. l. properandum. §. si alterutra. C. de iudic.

Minor restitutus, in expensis nõ condẽnandus est.

Et per istum textum potest minor restitui ad appellandum, si non appellauerit, & appareat ei expedire appellare: dicitur enim læsus, si non appellauerit, ideò iusta erit causa restitutionis. Bart. in l. finali.

C.in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. Barbat.conſilio 44.Illud.in tertio volumine. declarat an prohibita appellatione cenſeatur in integrum reſtitutio prohibita: imo licet etiam in ſpiritualibus habeatur pro maiore.cap.fin.de iudic.lib.6. tamen reſtitui poterit.per glo.in l.vnica. C.ſi de momentanea poſſeſſ.fuerit appellatum.

Minor appellationi ante ſententiã renuncians.

Si tamen minor ante ſententiam appellationi renunciauerit, ſtatim dicitur læſus, eò quòd iniuſta poteſt proferri ſententia: ideò non probata læſione alia reſtitui poterit, ſecus ſi poſt ſententiam non appellet, quia eo caſu non conſtat eum eſſe læſum, niſi probet ſe bonam habere cauſam, vt Bartol. & Iaſon firmant in l.nam poſteà.§.ſi minor. ff.de iureiurand. Auſre.in deciſione Tholoſ.quæſtione quinquageſimatertia.

Reſtitutio ſuper matrimonio.

Etiam ſuper matrimonio reſtitui poteſt, ſi fuerit confeſſus matrimonium eſſe,quod non erat,quamuis non probet confeſsionem eſſe erroneam, cap.ſecundo. cum gloſ.de reſtitut. in integr. libro ſexto.l. certum. §.minorem. ff.de confeſſ. & ibi Ang.& alij. ſed non reſtituetur aduerſus ſubſtantiam matrimonij, quando verè cõſtat eum contraxiſſe,etiam cum muliere vetula, quamuis leproſa, & Neapolitana,vt docet Specul.in titul.de reſtitut.in integr.in ſecunda parte.§.qualiter.verſic. quid ſi quis contrahat.quem ſequitur Alexand. conſilio 80. In cauſa. columna 1. in 7.volum.

Praxis Frãcia de literis Regiis ſuper reſtitutione impetrandis.

Notandum eſt quantum attiuet ad praxim Franciæ, non quæri, an tempus currat contra minorem, vel non currat, quia in vtroque caſu impetrantur literæ Regiæ ſuper reſtitutione, vt non obſtante lapſu temporis minor poſsit petere, vel rem,vel debitum, & ita ceſſant exactæ illæ ſubtilitates, poſitæ per Bar.& alios in d.l.fin.C.in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſ. & latè proſequitur Ioan.Franciſ.Balbus in tract. præſcrip.in ſexta parte principali.col.17.in 23.Caſu.

§.Item & in eremodiciis ei ſubuenitur. Conſtat autem omnis ætatis hominibus reſtaurationem eremodicij præſtari, ſi ſe doceant ex iuſta cauſa abfuiſſe.

ITem & in eremodiciis ſubuenitur minori,vtpote ſi cauſam non fuerit proſecutus per triennium, & ſic deſerta eſt inſtantia.l.properandum. C.de iudic. non obſtante hac deſertione reſtituetur, vt poſsit de integro cauſam proſequi.

Eremodicium,dictio Græca eſt,vt docet Catelli. Cotta in ſecunda parte memoralium.in verbo,eremodiciom, Latinitati donata,& eſt compoſita à dictione,ἐρῆμος,quod eſt deſertus, deſolatus, ſolitarius, & δίκη, quod eſt cauſa, vel iudicium. Alij mendosè cum aſpiratione, hermodicium, legunt: hoc etiam notat Budæ.in annotation. in Pandect. vnde ſi quis

Cauſa deſerta quando dicatur.

poſt litem conteſtatam non proſequatur litem per triennium, non poterit poſteà illam proſequi, quia deſerta eſt cauſa,l properandum.C.de iudic.ſed poterit minor agere contra tutorem,vel curatorem ad id quod ſua intereſt, qui ſi non fuerint ſoluendo, reſtituetur minor per §.final.ibidem. ſed hodie ſeruamus hunc §. in Francia, vt reſtituatur minor ad proſequendum proceſſum, in quo ſtatu erat, ante deſertionem,ſiue ſoluendo ſit tutor,vel curator, ſiue non.

Imò dicit text.in verſ.Conſtat, reſtitutionem in ermodiciis concedendã omnis ætatis hominibus, id eſt, ſiue minoribus, ſiue maioribus, ſiue fœminis, ſiue maſculis, ſiue ingenuis, ſiue libertis, & hoc ſi doceant ſe ex iuſta cauſa abſuiſſe,& ſic non potuiſſe proſequi cauſam, ſed eſt differentia inter minorem & maiorem, quòd minori ſuccurritur ſola ætatis ratione habita, maiori verò, ſi iuſta cauſa abſentiæ fuerit, vt conſuluit Alexand. conſilio quadrageſimoſecundo. In cauſa. in tertio volumine, & maximè ſi fuerit proteſtatus de impedimento. teſte Franciſco Curtio Seniore conſilio 24.Super eo.in ſecunda quæſtione.

Reſtitutio, quæ fit à Rege, in regno Franciæ.

Hodie in hoc regno Franciæ ſolet releuare partes Princeps tam ab interruptione, quæ fit non proſequendo cauſam per annum, vt docet Boër. in §.23. de iuriſdictione omnium iudicum. in conſuetud. Biturig. quam etiam à deſertione inſtãtiæ per triennium, vt in dicta l.properandum. etiam in deſertione in cauſa appellationis, vel ſi intra annum (vt debet) quis errorem non propoſuerit contra areſtum. vt docet Nicol.Boër.in deciſione Burdegalen.quæſtione 247. Nunc ad ſecundam. & ibi areſtum allegat. Plenè ſcripſi in tractatu de ſupplicat. & error. propo. in primo tomo Commentariorum ad Conſtitut.Regias.

LEX VIII. HERMOGENIANUS LIBRO I. IURIS ἐπιτομῶν.

MInor etiamſi quaſi cõtumax condemnatus ſit, in integrum reſtitutionis auxilium implorabit.

HAec lex tollit dubitationem, an ſi minor condemnatus fuerit tanquam contumax, poſsit in integrum reſtitui, & text.reſpondet poſſe,ſed dubitatio erat, quia illi non ſuccurritur, ſi quid doli commiſerit, l. ſequen. §. nunc videndum. ſed non poteſt dolo carere, qui magiſtratui non obtemperat. l. non poteſt dolo. de regulis iuris. gloſſa variis modis intelligit hunc text. tamen non bene aperit intellectum.

Dubitandi ratio.

Ego arbitrarer duo, vel tria hîc diſcutienda. Primum, an minor poſsit eſſe contumax. Secundum, ſi tanquam contumax fuerit condemnatus,an poſsit reſtitui?

Minor contumax quãdo dicatur.

Ad primum dicendum eſt, minorem legitimè citatum poſſe dici quaſi contumacem, & his verbis vtitur hic text. Nam ſi adultus fuerit vocatus authoritate tutoris, vel tutor, aut curator nomine minoris, tunc poterit contumax dici, ſi non compareat, vt in l. prima.ff.de adminiſtratione tutor.vbi Bartol. & Doctor. & in l. contra. ff. de re iudica. & an poſsit ad mulctam condemnari, & certè poterit, vt in l.vnica. ff. ſi quis ius dicent. non obtemperau. ſed ab illa ſententia reſtituetur, vt hîc.

Secundum

Secundum est, an minor condemnatus quasi contumax, possit restitui? Et per istum textum concludendum est, restituendum, siue lata sit sententia contra eum ratione contumaciæ, fortè ad exhibendum, vel restituendum rem, l. fi. §. iussus. ff. de appellat. siue ad dandum, vel soluendum decem, quia eadem ratio videtur in his, & iste text. generaliter loquitur, vt restitui possit.

Idem, si per contumaciam habitus fuerit pro confesso, iuxta l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrogat. actio. c. fin. de confess. lib. 6. & sic ferè semper restituitur in quacunque contumacia, si eadem subsistat ratio, quamuis glos. dicat contrarium.

Obiectio nis solutio. Non obest, quòd minor non possit restitui aduersus dolum, & contumacia dolus est, dicit Bart. non verus, sed præsumptus, & in minore hic dolus non præsumitur, l. vbi. suprà, de eden. & aduersus dolum præsumptum restituitur minor, vt in §. nunc videndum. diceturin l. seq. etiam licèt minor non restituatur aduersus dolum, tamen restituitur aduersus hãc sententiam, per istum text. docet Franc. Marc. decis. 74. in 2. parte.

Et sic docet hîc Bart. aduertendum, quòd si per dolum minor non paruerit iudici, ob id lata fuit contra eum sententia, ipse poterit restitui contra sententiam, non aduersus dolum verum, ideò cautus esse debet, quia si sententia lata fuerit contra eum ratione doli præsumpti, restitui poterit ad appellandum: si autem ratione veri doli, & tunc aduersus sententiam restituetur. l. post edictum. in fine. ff. de iudic. l. cùm & minores. C. si aduersus rem iudi. alibi fusiùs dicam.

SVMMARIA.

1. *Minor contra executionem ex causa iudicati factam non restituitur, & quare.*
2. *Venditio rerum minoris sine decreto nunquam valet.*
3. *Læsionis quantitas secundùm boni viri arbitrium iudicatur.*
4. *Ecclesia restituitur, licèt non sit enorme damnum.*

LEX IX. VLPIANVS LIB. XI. AD EDICTVM.

SI ex causa iudicati pignora minoris capta sint & distracta, mox restitutus sit aduersus sententiam Præsidis, vel Procuratoris Cæsaris, videndum an ea quæ sunt distracta, reuocari debeant: nam illud certum est, pecuniam ex causa iudicati solutam, ei restituendam. Sed si intersit ipsius, corpora potiùs habere, & puto interdum permittendum, id est, si grande damnum sit minoris.

Facti species. SI ex causa minor fuit ad centum condemnatus cum tutoris authoritate, cùm non haberet pecuniam captæ sunt eius res immobiles, venditæque, postea minor in integrum restitutus est, aduersus hanc Præsidis sententiam: quæsitum est, an ea, quæ vendita sunt, restitui minori debeant? De pecunia ex rebus habita minoris non est dubium, quin restituenda minori sit: tamen res venditæ non debent restitui, nisi minor patiatur graue damnum.

1 Et sic ex hoc text. patet, quòd licèt minor sit aduersus sententiam, & rem iudicatam restitutus, non tamen contra executionem factam ex causa iudicati, vt bona per hoc ei restitui debeant, quia per hoc fieret præiudicium non solùm venditori, sed etiam emptoribus, qui non fuerunt vocati, ob id sententia illis nocere non potest. l. sæpe, vbi omnes. ff. de re iudic.

Notat Iason per istum textum in consil. 63. Circa. columna sexta. in tertio volum. minorem non esse restituendum, nisi damnum sit enorme, hoc tamen mihi non placet, quia in l. aît Prætor. suprà eodem. dicitur minorem restituendum, quãdoquid gestum est cum illo: ergo pro quocunque gesto, siue magno, vel paruo, vt ibi dixi, & hoc etiam probat Alexand. consilio 61. Videretur. in secundo volumine, alioqui possent sic spoliari minores: nam vnus læderet in decem, alter in viginti, alius in centum, & sic bona eius in diuersis & minutis summis in nihilum redigerentur, & daretur materia decipiendi eos in partia summa, in qua non haberent aliquod auxilium. *Minor pro quocunque gesto restituitur.*

Etiam quia ratione affectionis restitui minor potest, l. si in emptione. infrà, eodem. multò fortiùs in paruo damno, quod magis nocet, & lædit, quàm affectio sola, & pro hoc est text. in l. minoribus. suprà, eodem. vbi sic scribitur: *Minoribus vigintiquinque annis subuenitur per in integrum restitutionem, non solùm cùm de bonis eorum aliquid minuitur, sed etiam cùm intersit ipsorum litibus & sumptibus non vexari.* Ergo ratione vexationis vitandæ restituitur, & sic pro modico damno etiam ponderando verbum, aliquid, quod modicum respicit, vt suprà sensi, & in repetit. authen. habita. C. ne filius pro patre. facit text. in l. non omnia. infrà, eodem.

Non obest iste text. quia hic maior rei fieret præiudicium, ob id minimum damnum non consideratur: nam res minoris, venditæ ob causam iudicati fuerunt ad licitationem, & plus offerenti: ideò præsumuntur rectè venditæ. Recuperãdo itaq; pecuniã illarum rerum, non videtur minor læsus: si tamen minor velit habere illas res, iam pro executione iudicati venditas, eas habere non poterit, nisi grande damnum sit minoris, si fortè res erant multò pluris æstimationis, quàm fuerint venditæ, & apparet gratiosam potius, quàm iustam emptionem factam. Facit quod scribit Vlpian. in l. penult. infrà, eodem. vbi sic scribitur: *Si res pupilli, vel adolescentis distracta fuerit, quam lex distrahi non prohibet, venditio quidem valet, veruntamen si grande damnum pupilli, vel adolescentis versatur (etiam si collusio nõ intercesserit) distracta per in integrum restitutionem reuocatur.* Et sic in hoc casu loquitur, aliàs regulariter contrà, scilicet restitutionem dari pro re, quæ non infert grande damnum. *Res vẽdita ad licitationẽ præsumuntur rectè vẽdita.*

Et sic patet Accursium & alios interpretes distinguentes non rectè sensisse, quia si ipse creditor vendat bona minoris, siue iudex, nunquam valebit venditio rerum minoris sine decreto, l. si prædium. & per totum C. de prædi. minor. ob id restitutione opus non est, l. siquidem. ibidem. sed quando venditio facta est cum decreto, tunc minor aduersus hanc venditionem, vt pecuniam repetat ex re, restitui po- 2 *Minor quã do aduersus venditionem restituatur.*

terit, sed si velit rem venditam recuperare eo casu non restituetur, nisi grande damnum interuenerit, & hoc propter rei iudicatæ authoritatem, præsumitur enim illum non læsum, nisi in pecunia, & non in rei æstimatione publicè facta: ideò non debet restitui, nisi enorme damnum interueniat, quod arbitrio iudicis, an sit grande, relinquendum censet Alexand. consilio 67. Videretur. in quinto volumine. argumento l. sed & si susceperit. §. primo. ff. de iudic.

Idem dico in Ecclesia, vt etiam debeat restitui, si enorme dispendium pateretur, etiam si non sit enorme, sed graue damnum, quod declarat Guido Papa in decisio. Delphin. q 170. Alia.

Et quamuis tex. in cap. cùm ex literis. de in integ. restitutio. loquatur de enormi damno, & in c. penul. de rebus Eccles. non alien. tamen etiamsi nõ sit enorme damnum, & Ecclesia (vt dictum est) restituetur, alioqui nil priuilegij haberet: nam quilibet restituitur ob enorme damnum, in l. secunda. C. de rescind.
3 vend. Ideo læsionis quantitas arbitrio boni viri iudicanda, vt consuluit Alexand. consilio sexagesimoseptimo. Videretur. columna prima. volum. quinto, quia in illis iuribus factum tale erat narratum Papæ, in quo erat enorme damnum: tamen licèt non
4 enorme damnum patiatur Ecclesia, restituetur, vt iam dictum est.

Et ista sententia seruatur in forensi iudicio, nisi apud illos, qui hæresi vestiuntur, qui parum habent honoris matri illorum.

Facit quod scribit Bald. & alij in l. j. C. si aduers. venditio.

§. In dotis quoque modo mulieri subuenitur, si vltra vires patrimonij, vel totum patrimonium circunscripta in dotem dedit.

IN hoc §. statuit Iurisconsul. subueniri mulieri, si vltra vires patrimonij dederit dotem, vel si totum patrimonium dederit, non tamen restituetur, quin matrimonium teneat, sed vt non teneatur vltra vires hæreditarias. Vnde Doctores hîc dicunt mulierem, quæ dedit totum suum patrimonium in dotem, esse restituendam per istum textum, si maritus non mereatur: ego contrarium teneo, quia mulier potest de iure omnia bona sua in dotem dare. l. mulier. ff. de iure dotium. ergo ob hoc non est circunscripta, & aliàs absurdum sequeretur, quòd puella diues nuberet alicui nobili, & daret ei omnia bona sua in dotem, & perfecto matrimonio restitueretur, & ille bonus maritus esset posteà sine dote, vel admodum parua, & mulier duri capitis, postea virum suum regeret cum suis bonis.

Mulier omnia sua bona in dotẽ dare potest.

Ideò ego dicerem, istum textum intelligendum, videlicet subueniendum mulieri in modo, id est, in quantitate dotis: posteà text. declarat, si vltra vires dotem promiserit, vt si habebat mille, promisit duo milia, tunc ipso iure, non valet promissio, nisi ad mille, & sic à iure ei subuenitur. l. siue generalis. ff. de iure doti. Et si curator sponte promiserit vltra vires pro filia, tenetur, nisi putauerit bona sufficere, & tanquam curator se obligauerit. l. cùm post. §. primo. ff. de administrat. tutor.

Secundus casus text. est, quando ipsa circunscripta, & decepta à marito promisit totum patrimonium. nam inducta fuit dolo à marito, vel ab amicis mariti, ad promittẽdum totum patrimonium, tunc ratione illius deceptionis illi subuenietur, non eò quòd totum patrimonium promisit, vel dedit, quicquid iactent Doctores, dicentes esse restituendam, si non merenti dedit, secus si merenti, Doctor. in l. vnica. C. si aduersus dotem. sed hoc est diuinare, ob id non restituendam eam consuluit Francis. Curtius consilio sexto. Præsupponitur in secunda quæstione. quod consilium est in fine tractat. feudo. Nam si valeat promissio dotis magna, facta à vetula iuueni, in cõpensationem virilis ætatis, & idem si detur nobili ampla dos ab ignobili, l. si voluntate. vbi glos. & Doctor. C. de dot. promiss. à fortiori in hoc casu, maximè secundùm eum si acceperit infectam peste, cuius parentes mortui erãt, nempe Celsus ait: ***Quæro quanta pecunia dotem promittenti adultæ mulieri, curator consensum accommodare debeat? Respondeo, modus ex facultatibus, & dignitate mulieris, maritique statuendus est, quousque ratio patitur.*** l. quæro. ff. de iure doti.

Promissio dotis magna quãdo valeat.

Et sic apparet dotem filiæ statuendam pro qualitate mariti & vxoris: nam maior dos nobili, quàm ignobili, dari debet, & filiæ mercatoris maior, quàm filiæ artificis, aut rustici. Si tamen modus excedatur, non restituetur filia minor, nisi ipsa circumuenta fuerit in illa constitutione, & ita debet intelligi iste text. & text. in d. l. quæro. est intelligendus, quando quis tenetur dotare puellã ex statuto fortè, vel aliàs, vt ista inspici debeant, vt docet Bart. in l. filiæ. ff. de legat. 3. & Iacob. in dicta l. quæro. at hodie in forensi iudicio in vno tantùm casu restitui possent, scilicet quando vltra dotem promisissent, vel dedissent, aliàs non: alioqui quotidie inuenirentur nouæ deceptiones in matrimoniis (licèt aliæ multæ, proh dolor! sint) quod non est permittendum cùm in matrimoniis tranquillitas, pax & requies esse debeat, quamuis plerumque tenebræ, & infinitæ lites inter coniugatos ac dissidia repetita intersint.

Minor filia quando pro dote non restituatur.

Animaduertendum est curatorem debere doti tradere res pupillæ, non illas vendere, nisi aliter nubere honestè ipsa non possit, vtpote filius mercatoris eam ducere vult. si pecuniam in dotem ferat, ex qua merces ipse emat, & deinceps se ex eis & vxorẽ alat, si magis expediat vxori argẽtũ dari, quia aliter matrimonium cõtrahere non possit, tunc officium curatoris est apud iudicẽ intrare, qui eum constituit, vt iterum ei, causa cognita, etiam viro absente, permittat rerum venditionẽ, & in dotem constituere, l. siue generalis. in fin. ff. de iure dotium. Ergo si maritus sit præsens, etiam debet consentire huic venditioni rei dotalis, per illum text. à contrario.

Venditio rei dotalis quãdo & quomodo facienda sit.

Etiam iste text. intelligitur tam de rebus mobilibus, quàm de immobilibus, vt mobilia æstimata dentur, immobilia verò (quia perire non solent) inæstimata dari in dotem possunt. l. si æstimatis. vbi Doctor. ff. solut. matrimonio. si verò minor mulier pacto deteriorem dotem fecerit, restitui poterit. l. minor. vlt. in fin. infrà, eodem.

Nec obest text. in l. iure. §. fi. ff. de iure doti. vbi sic scribitur: ***Si in dote dãda circumuentus sit alteruter etiã maiori 25. annis succurrendũ est, quia bono & æquo non conuenit, aut lucrari aliquid cũ dãno alterius, aut dãnum sentire***

Obiectionis solutio.

sentire pro alterius lucro, & illum textum intelligunt interpretes, quando deceptus est maritus, vel vxor in æstimatione, hic verò in modo, & quantitate dotis, tamen vtrobique, si in danda dote: ideò putarem dictum §. si. intelligendum, maiori etiam subueniendum, tam marito, quàm vxori, si alteruter deceptus sit in dote danda, quia fortè mulier vltra vires patrimonij dedit, aut fundum alienum, vel rem oneratam seruitutibus, reditibus, aut pensionibus, & tunc erit subueniendum marito decepto, sed in æstimatione rarò succurritur, quia soluto matrimonio res poterit restitui, sic æstimata, & sic non lædentur, nec maritus, nec vxor. l. si res æstimata. ff. de iure dotium.

SVMMARIA.

1 *Minor pro adulterio non restituitur.*
Nec pro iis, quæ commiserit contra legem, quæ lex pro adulterio punit. ibidem.
2 *Minoribus quando in delictis subueniatur.*
3 *Moderatio & leuatio pœnæ in impubere adhibenda.*
4 *Separatio thori debet iudicio Ecclesiæ fieri.*

§. Nunc videndum vtrum, &c.

ISte §. est valde vtilis & decidit, an minoribus subueniatur, si delinquant, vtputà si in re deposita, aut commodata in aliquo delinquant, fortè occidendo equum depositum, aut commodatum, & placet Vlpian. non esse subueniendum eis in illis delictis, etiamsi nihil ad eos peruenerit, aut si furtum fecerint, vel damnum iniuriâ dederint, non subuenietur illis.

Minor dãnum dans, quomodo restituatur.

Si tamen in eo, quod à iure ciuili statutum est, vtpote damnum dedisse inficiatus est, quod posteà probatum est, & ideò ad duplum tenetur de iure, certè restitui hoc casu dicit iste text. quia potest illud ius ignorare, sic tamen restituetur, vt pro confesso habeatur, & sic non tenetur, nisi ad simplum tantùm, etiamsi ipse potuerit transigere pro furto, & sic in transactione vitasset pœnam dupli, vel quadrupli. in hoc ei subuenietur, hæc est huius text. summa. Dubitatio erat, nempe in l. j. & in l. ait Prætor. statuitur minoribus subueniendũ, si quid gesserint, etiam videbatur, si deliquerint, quod remouet iste text. nam delictum omne tollit priuilegium. l. j. C. vbi Senator. vel claris.

1 Colligitur ex hoc tex. minori in delictis non succurrendum: nam nulla deprecatio adulterij pœnæ est, si se minor annis adulterium fateatur cõmisisse, sed nec si quid eorum commiserit, quę pro adulterio eadem lex punit: veluti si adulterij damnatam sciens vxorem duxerit, aut in adulterio deprehẽsam vxorem non dimiserit, quæstúmue de adulterio vxoris fecerit, pretiúmue pro comperto stupro acceperit, aut domum præbuerit, ad id stuprum, adulteriumue in ea committendum, & non sit ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit, l. auxilium. in fin. infrà eod. & quia malorum mores infirmitas animi non excusat, l. j. C. si aduer. delict. imò auxilium in integrũ restitutionis in exemptionibus pœnarum, seu in executionibus paratum non est, ideóque iniuriarum iudicium semel omissum, repeti non potest.

Sed & in sexaginta diebus præteritis, in quibus iure mariti sine calumnia vir accusare mulierẽ adulterij potest, denegatur ei in integrum restitutio, quod si ius omissum nunc repetere vult, quid aliud quàm delicti veniam, id est, calumniæ deprecatur? & cùm neque in delictis, nec calumniatoribus Prætorem succurrere oportere certi iuris sit, cessabit in integrum restitutio. d. l. auxilium. in princ.

Restitutio cõtra dolũ verũ nõ fit.

Intelligunt Bar. & cæteri istum tex. in dolo vero, vt minoribus non succurratur in eo, & dolus verus dicitur, quando est commissum delictum de iure gentium vel diuino prohibitum, prout est furtum, secus in dolo præsumpto, quod crescit ad duplum per inficiationem. §. ex maleficiis. de actio. in Instit. l. eum qui. ff. de iureiur. & Doctores sępius negligentiam delictum vocant in l. ij. C. si aduersus delictum. ob id se inuoluunt, vt vix aliqua ex eorum dictis, constet doctrina.

Ego dicerem minori in delictis non subueniendum per in integrum restitutionem, videlicet vt delictum habeatur pro non commisso, & quod minor restituatur in pristinum statum, sicut tendit iste titulus ac si delictum non perpetrasset, l. auxilium. infrà, eod. quia delinquendo non est læsus, sed ipse alios lædit, nec sui facilitate, sed dolo: ergo non restituetur per hoc edictũ: subuenietur tamen minoribus etiam 2
in delictis per alias leges, nempe si non ex animo delictum fecerit, id est, voluntatem delinquendi, & animum non habuerit, vt docet text. in l. j. C. si aduers. delict. quia voluntas & propositum distinguũt maleficia, l. verum. ff. de fur. & Diuus Adrianus in hæc verba rescripsit, In maleficiis voluntas spectatur, non exitus. l. Diuus. ff. de sicar. dicam in d. l. j. C. si aduer. delict. in meis no. interpret. & in d. l. auxilium. infrà.

Item minor pœna imponenda erit minori ratione ætatis, quàm maiori. l. auxilium. §. in delictis. inf. eod. vbi Tripho. Iurecon. sic ait: *in delictis autem minor annis vigintiquinque non meretur in integrum restitui (vtique in atrocioribus) nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit.* Ferè in omnibus pœnalibus iudiciis ætati, & imprudentiæ succurritur, l. ferè. ff. de reg. iur. c. j. de delict. puer. vnde minorem, etiã doli capacem, capite propter homicidium non esse puniendum asserit Bal. in l. si seuerior. C. de his qui notan. infam.

Minor propter homicidium, capite nõ puniendus.

Ratio ætatis in delictis habetur.

Et sic cessabunt omnia contraria, vt in delictis non succurratur minoribus per in integrũ restitutionem, & ista rubrica ponitur in materia restitutionum minorum, C. & hîc, in tit. de minoribus. sed minoribus æquum est subueniri, vt dixi, & quosdam in toto excusari, alios vt alleuietur delictum, & hoc per alias leges, quàm per in integrum restitutionem: ideò Iurisconsult. ait in l. aut facta. §. persona. ff. de pœn. in pœnis rationem ætatis habendam, siue in eo interueniat verus dolus, siue præsumptus, vt dicitur, siue consistat delictum in faciendo, siue in omittendo, quia non inuenitur in his facta à Iuriscon. differentia, sed tantùm, vt dixi.

Si verò non fuerit doli capax, nõ punietur, vtpote si infans sit, vt scribit Vlpian. in l. impuberem. ff. de furt. sic: *Impuberem furtum facere posse, si iam doli capax sit, Iulian. libro 22. Digestorum scripsit.* Item posse
cum impubere damni iniuriâ agi, quia & furtum ab 3
impubere fiat, sed modum (id est, moderationem & leuationem) in impubere adhibendam ait. Nam

in infantes id non cadere nos putamus, cum impubere, culpæ capace, Aquiliana agi posse. Item verum est quod Labeo ait, nec ope impuberis furto facto, teneri eum. idem docet Modest. de sicar. in l. *Infans, vel furiosus si hominem occiderit, legis Corneliæ non tenetur, cùm alterum innocentia consilij tueatur, alterum fati infelicitas excuset.*

Obiectionis solutio.

Non refragatur l. j. C. de falsa mone. vbi impuberes, etiam doli capaces, & criminis conscij, nullum debent sustinere detrimentum, ex fabricatione monetæ, facta in domibus eorum, quia in illis ignorantia præsumitur, quæ eos excusat, sicut in l. impuberem, excusantur ex ope præstita furto, sed non excusantur à furto per eos facto, vel à falsa moneta per eos fabricata, quia ista sunt delicta ex animo prouenientia sed ignorãtia excusat à fabricatione aliorum in domibus eorum, quicquid dicant Doct. in d. l. j. & Barbat. consil. 17. col. 4. in 2. vol.

Ergo & si potuit pro fure damnum decidere magis, quàm actionem dupli, vel quadrupli pati, ei subuenietur.] Ex hoc tex. colligit Bar. minorem restituendum, vt habeatur pro transacto, ex quo ipse dicit, Sic pluries feci fieri cautelam, quando minor litigat cum Ecclesia, quod fiat contractus concordiæ, & transactionis, postea in fine si ventat sentẽtia pro minore, bene quidem, aliàs restituetur, vt habeatur pro transacto. Et in hoc sit cautus aduersarius, quòd non patiatur istos tractus fieri, ita quod possit probari, & ad hoc istum textum singularem esse docet Ludouic. Rom. singul. 398. Volo tibi. & Francisc. Cremens. singul. 18. Obtinui. & Benedict. in repetit. cap. Raynutius. in verbo, mortuo. 1 nume. 23. de testa. & Cæpola in cautela 6. Quando aliquis.

Cautela pro minore cũ Ecclesia litigante.

Ego verò istam (quam dicunt cautelam) posse procedere in terminis, in quibus loquitur, videlicet in delictis, vt si minor pro furto potuerit transigere cum domino, dando decem, & posteà fuerit ad centum condemnatus, eo casu subuenietur, vt non teneatur, nisi ad decem, pro quibus potuit transigere.

In contractibus verò non procedit iste text. nisi pars, quæ voluerit transigere, remaneat in eadem voluntate post sententiam, alioqui in præiudicium partis valeret transactio, quod nullo iure cauetur, & quis non tenetur transigere, nec contrahere, l. sicut. C. de actio. & obligat. & imputari debet tutori, vel curatori, qui recusauit transactionem in contractibus: nam si ab ea discessum fuerit, non tenetur post sententiam illam reintegrare, sed si minor restituatur, hoc poterit fieri culpa tutoris, vel curatoris.

Transactio debet esse spontanea.

In delictis hoc ætati datur ratione pœnæ dupli, aut quadrupli, qua minor tenebatur ex augmento, quod datur ex legis dispositione, l. j. & seq. ff. de furt. & ideò auferri illud lucrum potest, per istum text. sed in contractibus ex cõuentionibus partium quæritur ius ipsis partibus, l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. nam quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli non potest, l. quod nostrum. ff. de regul. iuris. vnde noua res esset, vt quis compelleretur trãsigere pro modico, nunc post sententiam pro se latam, licèt olim obtulerit, fauore fortè patris pupilli, vel tutoris, aut litium fugiendarum, & etiam pupillus nunc fortè, est inimicus capitalis, & tamen coget eum ius remittere. Certè non esse iustum puto, sed imputabitur tutori, vel curatori, parti autem nequaquam.

Si mulier.] Hoc iure Digestorum licebat viro diuertere ab vxore, & vxori a viro, l. ij. & per totum ff. de diuort. ideò si mulier culpa diuerterit à viro, vel contrà, & posteà restitutionem petat, non est ei succurrendum, quia non est modicum delictum, diuertere: nam si minor adulterium commisit, ei non subuenitur, sic nec in diuortio.

Mulier cõtra diuortiũ non restituitur.

Colligitur ex hoc text. de iure Digestorum licitum esse diuortium, quod per hæc verba fieri solebat, *Res tuas tibi habeto, vel agito.* In sponsalibus vero his verbis vtebatur, *Conditione tua non vtar.* Caius in l. ij. ff. de diuort. & nullum diuortium ratum est, nisi septem ciuibus Romanis puberibus testibus adhibitis, l. nullum. ibidem. & eum qui sine causa vxorem repudiauit, Diuus Adrianus in triennium relegauit. l. Diuus. ibidem. De iure Codicis etiam sine causa non poterat vxorem maritus, nec è contra repudiare. l. consensu. C. de repud.

Hodie de iure diuino & Canonico non licèt vxorem repudiare extra causam fornicationis & adulterij, & tunc soluitur matrimonium quoad thorum, vt maritus eam adulteram in thoro suo, vel domo sua habere non teneatur, nec eam alere, sed non poterit maritus aliam habere durante vita istius vxoris, quia matrimonij vinculum durat, & hæc separatio iudicio Ecclesiæ fit, c. 3. de diuort. & mulier 4
perdit ob adulterium dotem, & conquæstus, quos gratia matrimonij habere posset. cap. plerunque. de donat. inter vir. & vxor. d. l. consensum. Petr. Gerard. singul. 48.

Maritus aliã vxorẽ non potest ducere, separato matrimonio.

Reintegrabitur tamen matrimoniũ, si posteà vir fornicetur, c. ex literis. de diuort. ideò sapientes viri in pectore cornua portant, nihil dicentes, fatui verò in fronte, quia omnibus notum crimen vxoris faciunt, vt dicit Felin. in c. 2. de calumniatorib.

Matrimoniũ quando reintegrandum.

§ Papinianus, &c.

HIc ponitur vnus casus, in quo non restituitur minor, si vendiderit se ad pretium participandum, quia hæc res non capit restitutionem, cùm minor statum mutet, quia de libero efficitur seruus.

Et sic ex hoc text. colligitur, restitutionem cessare in casibus, in quibus non potest interuenire restitutio, vt in libertate, de qua in §. penult. de iure persona. in Institut. Hodie inter Christianos non fit ista venditio, & si fieret possent consanguinei istum liberum vendicare, quia liber esset, non seruus, & illorum interesset habere liberum consanguineum. l. j. ff. de rei vendic.

Restitutio in quibus cesset.

Glossa ista reputatur singularis à Baldo in margarita. in verbo, monasterium. in hoc, quòd monachus liberatur à patria potestate, quia efficitur subiectus monasterio, & sic non potest in vtriusque potestate esse, vt docet idem Bald. in margar. in verbo, monachus. secunda quæstione. & Barbat. in tractat. de præstant. Cardinal. in prima quæstione. primæ partis. columna decimaoctaua. numero sexagesimo nono. Ego dicerem vtramque potestatem remanere, sed exercitium paternæ potestatis cessare quoad ea, quæ iuris sunt Dei, & monasterij. Doctor. in c. Iudæorum. de ætate & qualit.

Et sic si minor ingressus fuerit religionem, pater poterit enim reuocare intra annum à die xiiij. computandum, vel xij. Si autem filius maior fuerit, pater

Minor intrãs monasteriũ, an à patre reuocari possit.

non

non poterit eũ extrahere de religione, quia amplius non est in sua potestate, vt hîc: nam quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, teste Diuo Paul.c. licet. de reg.text.in c.primo.& sequen.20.qu.2. Bald.hoc asserit hîc, & in l.ij. C.de liber.exhibend.

§. Si in commissum incidisse vectigalis dicatur: erit in integrum restitutio. Quod sic erit accipiendum, &c.

Restitutio aduersus fiscum.

SI minor omisit professionem & declarationem fieri, ob id res ceciderit in cõmissum, poterit minor restitui, & hoc si ex imperitia acciderit, secus si dolo, quia volebat fraudem adhibere fisco, & nihil soluere de rebus suis, hoc casu nõ dabitur restitutio, ne materia delinquendi minoribus præbeatur, contra l.iurisgẽtium.§.si paciscar.ff.de pact.& istum tex. singularem ad hoc dicit Francis.Cremen.singul.29. quid si minor, quòd dolus in minore maximè non præsumitur, ideò qui dolum contra illum allegat, oportet quod probet.l.quotiẽs.§. qui dolo.ff.de probat.nisi tempore prohibito inuẽtus fuerit, vtpote noctu, quia eo casu animus fraudandi præsumeretur, arg.l.fitem.ff de sicar.& si illicita deferebat.l.cotem. §.dominus.ff.de public. vt arma inimicis.l.prima.C. quæ res exportari non debeant.

Pœna commissi pupillo remissa.

Item Imperatores Antoninus & Seuerus rescripserunt, pupillo remittere se pœnam commissi, si intra diem tricesimum vectigal intulisset. Papinia.in l. Imperatores.in fi.ff.de vectigal.

Ex hoc text. concludendum est minorem posse restitui, si omissa professione res suæ in commissum ceciderint, & res publicatæ & addictæ fisco fuerint.

Limita, nisi dolum adhibuerit, vt dixi, vel si intra 30.dies minor vectigal obtulerit, tunc excusatur à commisso, nec est opus restitutione, per d.l. Imperatores.de publica: quia ex ignorãtia præsumitur quòd res suas non fuerit professus, ideò si intra 30.dies soluerit vectigal, moram purgare dicitur, quod ei permittitur in d.l.Imperatores.§.fi. & scribunt Doctor. in l.& si post tres.ff.si quis cautionibus.

Mora solutione purgata.

§. Aduersus libertatem quoque minori à Prætore subueniri impossibile est.

Minori quomodo succurratur contra seruũ manumissũ.

SI minor dederit libertatem seruo, & sit deceptus, ei nõ subuenietur à Prætore, vt restituatur, libertatis fauore, tamen ex magna causa ei subueniri poterit à Principe, etiam dari potest actio de dolo contra seruum manumissum, qui dolo induxerit minorem ad eũm manumittendum, vel actio vtilis in factum, si dolus cesset, ad id quod minoris interest illũ non manumisisse, & hoc dicit l. verum.infrà eod.quę actio oritur ex facto manumissionis, etiam competunt actiones cõtra manumissum istum, si res domini occultabat, & supprimebat, & sic contrectabat, videlicet actio ad exhibendum, furti, & condictio furtiua.

In versiculo cæterùm, dicitur seruum non posse conueniri ex delicto commisso in seruitute, gl. duos excipit casus, Doctor.alios in l.eum actum. ff. de nego.gest.ibi videte eos.

Ex hoc §.aduersus, ibi, impossibile, iũcta l.seq. no. Principem posse facere id, quod est impossibile, sed videtur obstare l.impossibilis.& l.inter §.sacram. ff.de verb.oblig. Respondeo, Principem nõ posse facere id, quod natura impossibile est, vt cælum ascendere, minotaurum, vel rem sacram dare, id autem quod est impossibile de iure ciuili inferiori, Princeps facere potest.l.si stipuler. ff.de verb.oblig. gloss. not. in l.nemo potest.de regul. iur. libr.6. Vnde Princeps ex causa concedet minori restitutionem, vt libertas data pro non data habeatur.l.ij.C. de libertis & eor. liber.& hoc Paul.docet in l.seq.nisi ex magna causa hoc à Principe concedatur. Ex hoc text.cõstat Principem non debere aliqua concedere contra ius, nisi ex magna causa, videlicet vt id quod cõcedit sit bonum & æquum, quia non est positus ad destructionem, vt Diuus Paulus testatur, sed ad ædificationem, & si ea destrueret, quæ antecessores statuerunt, non constructor, sed euersor iustè approbaretur.in c. si ea.25.q.2.& licèt sit legibus solutus, & dominus legum, nõ tamen est dominus morum.l. Princeps.vbi dixi.suprà, de legib.

Magistratus in quibus restitutionem cõcedat.

Etiam ex hoc tex.colligi potest, restitutionem à Principe in magnis rebus concedendam, quamuis olim magistratus restitueret, & adhuc in Ecclesiasticis Curiis seruatur, vt in titul. de in integr.restitu. in Decre. tamen in casibus, in quibus restitutio est à iure prohibita, magistratus eam concedere nõ poterit, nisi Princeps hoc indulgeat, vt in libertate dicit iste text.& ideo in his restitutionibus semper nos recurremus ad Principem, & ipse concedit restitutionis literas.& hoc iure vtimur, quod his iuribus probatur. scripsi in tract. de restitut. in 2.tomo Commenta.ad Constit.Regi.& dicit Paul.Iuriscon.imperiali beneficio opus est.l.ij.ff.de rebus eor.

Sigillorũ Regis custodes.

Dubitatio est, an Cancellariæ Franciæ possint hanc restitutionem concedere: non posse concludit Chass.in consue.Burg.in rub. *des retraicts*.§. primo. tum quia Cancellarius non potest vti hac clausula, non obstante, & quia custodes sigillorum non habẽt illam potestatem, ego dicerem contrarium, quia custodes sigillorum habẽt Principis sigillum commissum, ergo omnia, sine quibus sigillo vti non possent, l.ij.ff.de iuris.om.iud.& istam derogationem non faciunt nomine proprio, sed regio: ideo non debet fieri differentia, siue Rex concedat, siue eius Cancellaria. Imò dicit Bald.in c.scripta.in fin.de fide instru. quòd ex quo custodia sigilli data est alicui, videtur Princeps ei dedisse talem potestatem, quam habet Cancellarius, alioqui non oporteret præficere Cancellariam in singulis Parlamentis, si nõ posset vti clausula non obstante: fateor tamen quod prohibita in ordinationibus regiis, permittere Cancellariæ non poterunt, nec vt generaliter in aliis Parlamentis istæ literæ concessæ ab vna Cancellaria possint exequi, vt alibi scripsi, nec ea quæ Principi reseruata sunt, tanquam capiti, concedere, vt regalia, in titul. quæ sint regalia. in feud. & no. interpretes in l. imperium. ff. de iuris.om.iudic.

§.Quid si minor, &c.

ISte § limitat § aduersus. suprà eodem, vbi aduersus libertatem subueniri est impossibile, quod est verum postquam data fuerit libertas, sed antea subueniri potest, etiam citra restitutionem à Principe impetratã, vnde si maior viginti annis seruum vendiderit, vt manumittatur intra certum tempus, si

læsus in hac venditione petierit restitui, antequam libertas competat, restitui poterit, postea verò non, etiam Scæuola dicebat constitutionem diui Marci ad Aufidium non complecti minorem xx. annis, sed maiorem, quæ cōstitutio ponitur in l. ij. C. si mancip. ita fuerit aliena. ibi, *Si ea lege præses seruum suum, sed naturalem filium suum venundedit, vt emptor manumitteret eum, & quamuis non sit manumissus ex constitutione Diuorum Marci & Commodi ad Aufidium Victorinum, liber est.*

Itaque ex illa constitutione si is, qui recepit seruū non manumiserit illum intra tempus præstitutum, statim elapso tempore seruus libertatem accipiet, quod est verum, si maior xx. annis voluerit sic libertatem dare, quia ipse manumittere potest. & sic alteri dare ad manumittēdum. §. eadem. quibus ex causis manumitt. licet. itaque lex illum facit liberum. sed si minor xx. annis vendat seruum, vt intra mensem manumittatur, si non fuerit manumissus, constitutio illa non faciet illum liberum, quia ille minor nō potest eum manumittere, nec alteri dare manumittendi potestatem, nā qui non potest per se, nec per aliū. per regul. iur. & ideo dicit hîc Sceuola, constitutionem illam non complecti minorem xx. annis.

Idem dicitur in §. item quæri potest. Si quis vendiderit seruum minori, vt manumitteret eū, & emptor ipse fuerit læsus, poterit ipse quidē restitui, antequam libertas seruo cōpetat, sed postquam dies manumissionis venit, non, quia voluntas maioris venditoris libertatem imponit ex potestate constitutionis, & quia hæc materia parum vsu venit in Curiis Franciæ, ideò ad aliam pertranseo.

§. Ex facto quæsitum est, &c.

Species facti.

FAcilis est tex. & dubitatur eo quòd Saluianus factus Procurator vrbis, beneficio Principis se excusauerat coram Prætore, à cura adolescentum administranda, quam habebat, & adolescentibus absentibus fuerat excusatus, postea adolescentes in integrum restitutionem petebant, eò quòd dictus Saluianus fuisset excusatus contra constitutiones, quæ neminem excusant à deponēda tutela, nisi sint absentes trans mare, vel nisi circa Principem sint occupati, sicut fuit indultum in persona Menandri Principis Consiliarij, & tamen Saluianus meruit excusationē, & eam obtinuit coram Prætore, ideò in integrum restitui coram eo minores petebant, verùm quia super hoc facto Arrius Seuerus Prætor dubitabat, retulit ad Principem Seuerū: at quia hic Arrius Prætor mortuus est interim, ob id Imperator successori Ventidio Quieto rescripsit, minores non esse in integrum restituendos, quia non erat contractum cum iis minoribus, ideò nō poterant restitui: nam cum illis nihil erat factum, sed quia hic Saluianus perperā fuerat excusatus, beneficio Principis concesso minoribus reductus est d. Saluianus ad administrationem curæ adolescentum.

Consilium ex facto petendum.

Colligitur ex hoc tex. ibi, ex facto quæsitum, quæstionem ex facto eliciendam, ad hoc vt consiliū super ea petatur. l. ex facto. supra, de nego. gestis. l. ex facto. de vulga. l. ex facto. ad Trebell. ex facto enim ius oritur. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil.

Istum tex. etiam allegat Alber, ad hoc, quòd si iudex de facto aliquid in lite fecerit, illud debet de facto reuocare, & sine causæ cognitione. allegat l. fin. in fi. suprà quod met. cau. & l. Imperatores. ff. de priuileg. credi. & quod factum est die feriata, reuocari etiā die feriata potest. glo. in l. minor. ff. de euicti.

Contrarium tamen in Curiis Franciæ seruatur, vt iudiciaria authoritas requiratur, & iuris ordo, aliàs iudex puniri solet à superiore, & si malè factum sit die dominico in iudiciis, non debet quis iterum in iudiciis reuocare, & sic perperàm agere, sed in extraiudicialibus hoc verum esse potest.

Ex hoc §. colligitur, beneficio Principis, quòd officia Principis concedi debent ex gratia Principis, & sic non vendi, alioqui nō daretur beneficio Principis, sed pecuniæ beneficio, quod hodie fit, vnde Senatus à senibus dici vix hodie potest, sed potius iuuentus, vel ἐγχεῖον παιδῶν, quia consilium Theodori sanctissimum nō sequatur, quod est in authen. vt iudices sine quoquo suffragio fiant. colla. 2.

Contra constitutiones. Colligitur excusationem & sententiam contra constitutiones, & contra ius, ac ordinationes, nō valere, quod esse verum docent interpretes, quando sententia lata est contra ius expressum in ea, vt quod minor quatuordecim testari possit, & tūc est ipso iure nulla, nec opus est appellatione, diuersum est, si fuerit sententia lata contra ius litigatoris. l. prima. §. contra constitutiones. ff. quæ senten. sine appella. rescin. Ias. plenè in l. penul. & fi. ff. de iusti. & iure. Sed in Francia in vtroque casu requiritur appellatio, alioqui non prouidebitur parti victæ.

Cum susceptam tutelam. Regula est, quòd potest quis ante susceptam tutelam in multis casibus excusari, vt per totum titulum de excusa. tuto. sed post tutelam susceptam nō potest quis deponere, nisi in certis casibus hîc enumeratis. Primus, videlicet quando quis est absens trans mare, idem si longa absentia fuerit, & non sit citò venturus, vt in l. si lōgius. ff. de iudic.

Absens quis tutelā deponere possit.

Secundus casus, quando quis est occupatus circa Principem, vt sunt consiliarij, ex quo text. patet consiliarium statim posse deponere tutelam, vel curam, quando ad officium assumptus est. gloss. addit idem in senatoria dignitate. per l. spadones. §. fere. & §. sequen. ff. de excusa. tuto. & idem dicendū est, si sit occupatus circa negotia Principis: nam videmus canonicum occupatum circa Episcopū, posse relinquere ecclesiam, in qua est præfectus. c. ad audientiam. de cleri. non residen. sic & qui erit in negotiis Principis occupatus.

Idem dicerem, si necessariò esset occupatus circa negotia publica patriæ, quia ista æquiparantur. in l. prima. ff. ad legem Iul. maiest.

Translatio domicilij quando à tutela excuset.

Addit & Accurs. alium casum, quando quis iussu Principis transtulit domicilium, & corruptè allegat. facit l. idem Vlpia. §. sunt & alij. ff. de excusa. tutor. vbi requiritur, vt domicilium trāsferat, ex rescripto & concessione Imperatoris, seu Principis sciētis cum tutorem esse, & expressè concedentis ei transmigrare, & horum alterutrum significātis literis, id est, exprimentis vnum & alterum in iis, alioqui non valebit translatio domicilij, nisi illa sit expressa.

Alius casus est, in quo post susceptam tutelā quis deponere eam potest, vtpote si tutor factus sit cæcus, mutus, surdus, furiosus, aut valetudinarius perpetuus: nam si ad tempus, non. Vnde vidi quendam

morbo

morbo Neapolitano affectum, tutela excusatum, & tutelã deposuisse, ne fortè pupillos inficeret, & quia morbus ille est perpetuus & cõtagiosus instar lepræ, à qua parum differt, istam gloss. singul. dicit Angel. in §.si.quibus modis tutel.fini.in Insti.alios casus docent interpretes in eod.titul.

Quia dubitabat ad Imperatorem Seuerum retulit.] Per istum tex. patet iudicem in casu valde arduo dubitantem referre debere ad Principem, vt hic, & hoc rarißimè fieri debet, nisi in nouis causis, in quibus decisione plena opus est, vt in hoc casu, & Doctor. scribunt in titul. de relationibus. C. alibi dicam.

Restitutio non fit in Francia, sine literis Regiis.

Nullas partes esse Prætoris.] Colligitur quędam esse, quæ non spectant ad Prætorem, nec ad inferiores magistratus, sed ad Principem tantùm, & ideò nos impetramus beneficium Principis, qui per literas hoc nobis concedere solet in Frãcia, & quamuis gloss. & Doctor. videantur velle Prætorem (qui istum perperam excusauit) posse minorem restituere, in Francia tamen sine literis à Principe impetratis hoc non fieret.

Neque enim contractum proponi cum minore.] Colligũt quidam minorem non posse restitui, nisi sit cum eo contractum, & contra illum, cum quo est contractum, sed gloss. in hoc text. dicit contractum esse, quia inter tutorem, & pupillũ quasi contrahitur. in §.tutores.de obliga.quæ ex quasi contra.& in sententia lata in excusatione quasi contrahitur.l.licet.§.idẽ scribit.ff. de peculio. Vos dicite Vlpia.hic verum dicere, videlicet dum iste Saluianus fuit excusatus absentibus adultis, nullus fuit contractus cum eis, neque negotium, vt Imperator etiam attestatur in d.§.tutores. sed distinguẽdi sunt casus: nam quando quis suscepit tutelam, aut curam, quasi contrahere videtur cum pupillis, vel adolescẽtibus, & ita loquitur d.§.tutores.sed de hoc casu nõ loquitur tex.iste.verùm de eo quod Saluianus excusauerat se à tutela: nõ enim agitur hic actione tutelæ, sed quia malè excusatus fuerat, & sic non erat contractũ cum adolescẽtibus absentibus: item licèt per sententiam, seu litis contestationem videatur quasi contractum, intelligi debet inter illos, qui in lite sunt, sed inter absentes non, & hic adolescentes erant absentes, ideò nihil censetur contractum cum minoribus absentibus, quicquid Accurs. canat hic, volẽs Vlpia. reprehendere, & per istum tex. dici minorẽ, vel aliũ qui non fuit in processu, non debere impetrare literas ciuiles contra arestum, quia postquam nihil gestum est cum illo, arestum non tangit illum, sed poterit in executione illius aresti se opponere, vt scripsi in primo tomo Commentariorum ad Consti. Regi. tractatu, de literis ciuilibus.

Per litis cõtestationẽ quasi contrahitur.

§.Sciendum est autem, &c.

DEclarat Iurisconsu.hic illa Prætoris verba, quæ res erit animaduertam, posita in edicto, in l. prima suprà.id est, considerabo, videbo, aduertam, intelligam, quæ res erit, an in illa re minor sit restituendus nécne, & Iurisconsu. docet ista verba duo significare, videlicet primò, minores non passim restituendos, secundò, etiam non restituendos sine causæ cognitione, de quo in l.in causæ.infrà.

Primò ergo non subuenitur minoribus indistinctè, & in omnibus casibus: nam si sobriè & rectè administrat negotia sua, non restituetur: non videtur enim circũscriptus esse minor, qui iure sit vsus communi.l.fi.C.de in integr.restitut.

Etiam occasione damni non datur restitutio, si fato ei acciderit, non inconsultè, quod etiam maiori accidisset. vnde dicit Marcellus, non restituendum minorem, si emerit necessarium ei seruum, & statim decesserit, quia non est captus emendo sibi rem necessariam, licèt mortalem, nec enim euentus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas, vt hic scribit Pompo. & quod casu eidem contingit. l. de fideicommisso. C.de transact. Ias.consi.131.in pręd.icta.col.2.in 4.vol.

Restitutio non datur propter dãnũ fato eueniens.

Idem Marcellus ait non esse restituendum minorem, si locupletem adierit hæreditatem, quæ deinde lapsa est, putà domus exustæ fuerũt, prædia chasmate perierunt, serui fugerunt, aut decesserunt, neque enim ætatis lubrico deceptus est adeundo hæreditatem locupletem, & quod fato contingit, posset contingere cuiuis patrifamilias quamuis diligentißimo, sed Iulia.ait in integrũ restitui posse. Vlpia. hic conciliat sententias vtriusque dicens posse quidem restitui, si in hæreditate multæ erant res mortales, vel multa prædia vrbana, id est, domus, quę facile incendio consumi possunt, secus ergo si vna tantùm domus, vel vnus seruus: nam eo perempto, nõ esset hæreditas facta non soluendo, vel si grande æs alienum apparet, quod non prospexit minor, vel si non emit vendidit mancipia, & alia bona mortalia, quæ perierant, certè his casibus restitui minorem posse, sed si damnum solo fato euenerit, non posse dicendum est, & ita conciliantur diuersæ Iurisconsul. sententiæ, & antinomia vitiæ.

Non possim.] Colligitur non esse indistinctè minores restituendos, sed hoc cũ causæ cognitione, de qua dicetur in l in causæ.prima.infrà, eod.

Secundò, qui sobriè rem suam administrant, non restituendũ minorẽ, si sobriè rem suam administrauerit, id est, prudenter, rectè & temperanter, id est, non prodigaliter, sed frugaliter, facit tex. in l.is qui.in prin.ibi, ***Filium si sobriè viuat patri curatorẽ dandum, magis quàm extraneum.*** ff.de tutor.& curat. datis ab his.

Minor cõtra sortem nõ restituitur.

Occasione damni non inconsultè accidentis, sed fato velit restitui.] Colligitur minorem non esse restituendum, si damnum fato patiatur, vnde si diuisio bonorum fiat cum minore per sortem, non poterit restitui, si per sortem obuenerit ei minor pars, æquata tamen per diuisores, per istum tex.in qua fortuna, & non facilitas decepit cũ, & vsus est iure communi, & sicut à sententia sortis, seu fortunæ non appellatur, quia non habet in mundo superiorem, teste Bal.in l.fin.in prin.C. communia de lega.ita non datur minori restitutio contra sortem damnum dantem, hoc scribit Philip. Franc. in rub. de appella.in Decreta.col.3.nu.6.cũ sequ. qui adduxit l.primam. C.de his qui se deferunt.& l.ij.C. quãdo & quibus quarta pars debet.lib. 10. allegat etiam Bald.in l.ait Prætor.§.planè. ff.de minor. sed non inueni in lib. meo Bal.hoc scribentem.

Restitutio propter dãnũ, ex æquatione partiũ, proueniens.

Posset tamen minor restitui, si damnum euidens pateretur ex æquatione partiũ, eò quòd vna sit multò maior altera, in eo autem præsumitur aliqua fraus inter æquatores, ob id vidi restitui quando notabile

patitur

patitur damnum in ista diuisione, quia non bona fide censentur æquatæ partes, vt fieri debebat, & sic in literis restitutionis debet fieri mentio illius inæqualitatis.

Minor cō silio sapiētum vsus, & læsus.

Incōsulta facilitas.] Ex tex constat minorem non esse restituendum, nisi damnum patiatur inconsultè, & sua facilitate, vel dolo & culpa aduersarij, & sic per istum tex. dicunt quidam, quod si cōsilio peritorum vsus lædatur, nō debet restitui, dicerem vix posse lędi minorem, si consilio peritorum vsus fuerit, si tamen etiam læsus fuerit, adhuc restituetur, quia periti errare potuerunt, vel quia ex tempore consuluerunt, lapsi sunt, vel speciem facti non planè retulit minor. facit quod cōsuluit Ioan. Auia. consil. 48. Circa præsentem.

Seruum sibi necessarium comparauerit, mox decesserit.] Nota debitorē nō teneri euictionis nomine, si res vēdita fuerit post traditionem per empta, & mox hic potest intelligi post traditionē, quia ante traditionem res empta, est in periculo vēditoris. l. prima. & per totum. ff. de pericu. & commo. rer. vendi. & C. illo titul. quia res perit domini periculo. l. pignus. C. de pignora. acti. & venditor antequam tradat, est dominus, nempe traditionibus & vsucapionibus dominia rerum nobis acquiruntur. l. traditionibus. C. de pact. Rationē assignat hic Iurisconsul. quia non est captus minor emendo sibi rem pernecessariam, licèt mortalem.

SVMMARIA.

1 *Incendium inter casus fato contingentes annumeratur.*
2 *Fuga seruorum æquiparatur morti.*
3 *In legis Falcidiæ ratione quæ comparentur.*

§. Si locupleti hæres extitit, & subitò hæreditas lapsa sit, putà prædia fuerunt quæ chasmate perierūt, insulę exustæ sunt, serui fugerunt, aut decesserunt: Iulianus quidem libro quadragesimo sexto sic loquitur, quasi possit minor in integrum restitui. Marcellus autē apud Iulianum notat, cessare in integrum restitutionem: neque enim ætatis lubrico captus est adeūdo locupletem hæreditatē: & quod fato contingit, cuiuis patrifamilias quamuis diligentissimo possit contingere. Sed hæc res adferre potest restitutionē minori, si adiit hæreditatem in qua res erant multæ mortales, vel prædia vrbana, æs autem, &c.

SVbitò.] Quod superiùs dixit, mox, hic, subitò, dicit, lapsa sit hæreditas, & ideò hoc dicit, quia si longo tempore possedisset, posset repellere creditores per præscriptionem, etiam interim habuisset lucrum ex hæreditate, ob id dicit, subitò, hoc est antequam vsus fuisset longo tempore hæreditate, & istæ dictiones, subitò, mox, incontinenti, respiciunt arbitrium boni viri, & secundum materiam, vt Bart. & alij scribunt in l. prima. §. primo. ff. de verborum obligation.

Prædia chasmate perierūt. Vi fortè fluminis, quia erant iuxta mare, vel flumina, ideò per alluuionem ad aliud prædium delata sunt. l. adeò. §. præterea. ff. de acquir. rer. dom. & §. præterea. de rerum diuisio. In Institut.

Vel erant in montibus, & delapsa sunt vi aquarum, adeò quòd non remansit nisi lapis in illis montibus, vt docet gloss. & Bar. in l. ij. ff. solu. matri. vbi ille dicitur non soluendo, quando res erant in loco periculoso, vt in montibus, vel iuxta flumen rapidum, facit tex. in l. prima. § sunt autē qui putant. ff. ne quid in flumi. publico, ibi, *Pone enim grande damnum flumē ei dare solitum, prædia eius depopulari.* Vnde. docet Bald. hic minorem restitui posse, qui emit molendinum in flumine, in quo molendina non longo tempore durant, sed sæpius destruuntur: nam ex hoc lædi dicitur, cùm citò perire possit, & antequā pereat, bonum est quòd restituatur: nam si posteà fato damnum contingeret, ideò non subueniretur illi.

Minor cōtra emptionem molēdini restituitur.

1 Insulæ exustæ sunt.] Ex hoc tex. patet incēdiū inter casus fortuitos numerari, licèt plerunque culpa inhabitantium eueniat. l. iiij. ff. de offic. præfe. vigil. ibi dixi.

Et sic insula hìc capitur pro domo, nā prædium comburi non potest, & dixi multa allegādo in l. impensæ. ff. de verb. signifi.

2 Serui fugerunt aut decesserunt.] Fuga seruorum & mors hic æquiparantur, & in ratione legis
3 Falcidiæ mortes seruorum, cæterorúmque animalium, furta, rapinæ, incēdia, ruinæ, naufragia, vis hostium, prædonum, latronum, debitorum facta peiora nomina, &c. Martia. in l. in ratione. ff. ad leg. Falcidiā.

Neque enim ætatis lubrico captus est. Quod superiùs dixerat, inconsultè, nunc, lubrico ætatis, dicit: nam sicut locus lubricus dicitur, in quo quis consistere nequit, vt supra gelu, sic & figuratè adolescentia dicitur lubrica, non firma, sed quæ facilè labitur. Cicero in Verrem ait. Aetas puerilis maximè lubrica, atque incerta. & pro Cælio, Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi, sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. & Salom. ait Prouerb. 30. Tria esse sibi incognita, & quartum penitus ignorare, videlicet viam iuuenis in adolescentia sua. & dicit tex. in c. omnis ætas. 12. q. prima. nihil incertius esse vita adolescentium, de qua etiam loquitur Philosophus lib. primo. Ethi. c. 3.

Et quod fato contingit, cuiuis patrifamil. quamuis diligentissimo posset contingere.] Ex hoc tex. colligitur minori non esse succurrendū, si damnum quod perpessus est, cuiuis cōtigisset, quia vsus est iure cōmuni. l. inter eos. §. pen. ff. de fideiuss. l. fin. C. de in integr. restitut. quod est intelligendum, quando minor præuidit illa omnia, quæ alius diligētissimus prospexisset.

Minor etiā iure cōmunis vsus, restituitur.

In hoc tex. æs autem alienum graue, quod non prospexit posse euenire: & sic licèt minor vsus sit iure communi, damnum alteri etiam contigisset, tamen restitui debet, si non præuidit ea, quæ euenire poterant, quæ diligentissimus paterfamilias præuidisset, & ita conciliari iura debent per istū text.

Vnde cū do. de Corbie & de Laigni minor esset in studio, ibi accepit mulam, & pro æstimatione promisit centum aureos, quando erit Præses primus Parisiis, coniugatus, aut presbyter, fuit postea conuentus, & in senatu condemnatus ad iustam mulæ valorem, prout tempore promissionis esse poterat, anno 1526. die 2. Aprilis, ante Pascha.

SVMMARIA.

1 & 2 Priuilegiatus quando contra priuilegiatum priuilegio vti possit.
3 Monasterium præfertur substituto priuato.
4 Aetatis beneficium est potentius, quàm Senatusconsultum Macedonianum.
5 Item quàm Senatuscon. Velleiani.

§. Item quæritur, &c.

Minor quādo aduersus minorē restituatur. HIc §. cum l. sequen. tres decidit casus. Primus est, an minor aduersus minorem restitui possit? Et Pompo. simpliciter, id est, sine aliqua distinctione dicebat non esse restituendum, Vlpian. tamen ait esse à Prætore inspiciendum, quis captus sit: nam si ambo decepti sunt, vtpote, minor minori pecuniā dedit mutuam, is, qui accepit, eam dilapidauit, vel perdidit, certè nō restituetur is, qui dedit, sed melior erit conditio eius qui perdidit.

Et sic ex hoc tex. colligitur, quòd si ex contractu facto inter duos minores, alter tantùm læsus sit, is ipse restituetur, vtpote minor vendidit minori domum pretio centum aureorum, domus tamen multò pluris est valoris eo casu minor venditor læsus restituetur, & idem è contrario, & hoc innuit iste text. tacitè, licèt expressè non decidat, hoc tamen docet Accurs. hîc, dicens restitutionem, in hoc prodesse, vt contractus pro nihilo habeatur, & pactiones in eo cōtentæ non seruentur, sed irritētur, & demum res vendicari poterit, quod non conceditur de iure communi.

Item, si ambo decepti sunt, tunc inuandus est is, qui de damno certat, & sic vidēdum est quando priuilegiatus vtatur priuilegio contra priuilegiatum.

Regula ergo ex hoc text. erit, quòd priuilegiatus non vtetur priuilegio contra priuilegiatum, vt de cō restituetur minor contra minorem, vt hîc, & in l. Aemilius. infrà, eodem. Bart. plenè in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles.

1 Limitatur, quando vnus esset potentiore priuilegio munitus. l. sed & milites, ibi, *coaequalitas enim bonoru militia fortior.* ff. de excusa. tuto. vt de mi ore si concurrat cum filiofamilias, vt hîc, & in l. si minor vigintiquinque annis filiofamilias minori pecuniam crediderit, melior est causa consumētis, nisi locupletior ex hoc inueniatur litis cōtestatæ tempore is, qui acceperit, infrà, eodem. vnde priuilegium fori mauis trahit ad se minus, & sic scholastici trahunt alios priuilegiarios ad suum forum, authē. habita. C. ne filius pro patre. nisi specialiter causa esset commissa à Rege, vt solet committi cōsiliariis supplicationum Parisiis, quia hi sunt præcipui, vt docet Lucas de Penna in l. penul. C. de silentia. lib. 12. & Matthæ. de Afflictis decisio. Neapol. 56. Fuit. *Scholasticorum priuilegium.*

2 Sed si priuilegia sunt æqualia & paria, tunc is, qui certat de damno vitando, præfertur, vt hîc, dum dicit, meliorem esse causam eius, qui dilapidauit, & perdidit, sic & iuris ignorantia non prodest acquirere volentibus, suum verò petentibus non nocet, Papin. in l. iuris ignorantia. cum l. sequen. ff. de iuris & facti ignoran. tex. in §. rursus. de actio. in Insti. Roma. consi. 179. Amplissimè. nu. 16. & sequen. Hyppol. singul. 99. Priuilegiatus. *Certans de damno vitando.*

Etiam erit melior conditio possidēris, per l. in pari causa. ff. de regul. iur. & d. l. si minor. infrà, eodem. glo. & Doctor. in l. priuilegia. ff. de priuile. credi. plenè Henricus Boic. in c. dilectus. 3. de præbend.

Item, si vnus sit in vna causa & specie priuilegiatus, præfertur ei, qui est in genere, in illa tamen causa, in qua non est priuilegiatus. l. vlt. ff. ex quibus cau. maior. & ibi, certat is, qui vult restitui, de damno vitando, ibi, *si aliquid damni.* Et ecclesia restituitur contra ecclesiam. c. auditis. de in integr. resti. quia solùm persona læsa reperitur priuilegiata, vt hîc, vnde si Ecclesia sit substituta alicui si sine liberis decedat, si ipse ingrediatur monasterium, substituta Ecclesia præfertur monasterio, quia ad hoc tendit testatoris voluntas, & expressa dispositio, & quia substituta Ecclesia est pia, sicut monasterium, licèt alij substituto priuato monasteriū præferretur, per text. in §. sed & hoc præsenti. in authen. de sanctiss. episcopis. colla. 9. & in c. in præsentia. de proba. Sed in hoc casu monasterium habebit legitimam & Trebellianicam, filio ingresso monasterium debitam, aut saltem Trebellianicam si erat extraneus, & sic non debet conqueri vtraque Ecclesia, quia per prædicta vbique prouidetur, & hoc æquum est, quicquid dicant Doctor in contrarium. *Restitutio Ecclesiæ.* 3

Præterea, si locus pius fuerit institutus hæres, & legatum alteri loco pio factum fuerit, etiam hæres non detrahet Falcidiam de legato facto alteri loco pio, quia ad hoc specialiter est locus pius priuilegiatus. & non hæres institutus. authen. similiter. C. ad leg. Fal. Barba. consil. 15. decis. 3. vol. primo. & sic debet semper considerari si quis in ea causa sit priuilegiatus: nam quidam in foro sunt priuilegiati, alij in debito, quod si agatur de priuilegio fori, respiciemus priuilegiatum in foro, si de debito agatur, debitorem in debito priuilegiatum respiciemus, & ista sunt in hoc maximè inspicienda. *Falcidia de legato loco pio facto non detrahitur.*

Secundus casus est, si minor contraxerit cum filiofamilias maiore, vtpote, ei mutuando, an filiusfamilias iuuari Senatuscon. Macedoniani exceptione aduersus minorem possit, quod videbatur, quia est introductum in odium creditorum, qui filiisfamilias mutuant, vt in toto titulo ad Senatusconsul. Macedonia. tex. tamen contrarium statuit, quia magis ætatis ratio, quàm Senatuscōsulti haberi debet, & sic potentius est beneficiū ætatis, quàm filijfamilias, per istum tex. & potentius priuilegium attendi debet, vt proximè dixi per d. l. si minor vigintiquinque annis. infrà, eodem. 4

Tertius casus est, si minor contraxerit cum aliquo maiore, qui remanserit minori obligatus in centum, pro qua summa apud minorem mulier intercessit, an Velleiano ipsa iuuari possit? Respōdeo posse, quia iure communi minor agere poterit in debitorē priorem, & si soluēdo sit, cogetur soluere, si verò soluendo nō fuerit, actio in mulierem dabitur, quia, vt prædictum fuit, magis habetur ratio ætatis, quàm Senatusconsulp, & quia minor agit de damno vitādo, vt Bart. docet in l. maritum. ff. solut. matri. & intelligo mulierem teneri, etiamsi debitor non esset soluendo tempore quo mulier promisit, quia læsus est minor, cùm hoc non sciuit, & quia imputetur mulieri, siue ipsa sciuerit, siue non, semper tenetur, cùm hic text. generaliter loquatur, & indistinctè mulierem teneri, si debitor nō sit soluendo, ergo quocunque tempore, quicquid dicat Hugo & Albe. hîc: nam potentius habet priuilegium fauore ætatis minor, quàm 5 mulier, *Mulier pro minore intercedens.*

mulier,ob ſexus fragilitatem,per iſtum tex.& in l.fi. in prin.ibi,*nec enim loco minoris vigintiquin.;ue annis circunſcripti, per omnia habenda eſt mulier*. ff. ad Velleian.

Et ſic eſt vnus caſus, in quo mulier obligari ex interceſsione poteſt, videlicet ſi obligetur pro paupere minore. Alios caſus tradit Accurſ.in l.prima.ff. ad Velleia.& non iuuatur tunc exceptione Velleiani mulier, maximè quando debitor ab initio non erat ſoluẽdo,quia eo caſu creditor deſiderabat fideiuſſorem idoneum,aliàs non contraxiſſet cum debitore, ne per iſtam mulieris interceſsionem deceptus fuiſſet,quæ deceptio in necem illius creditoris tendebat, quod reprobatur,vt docet Bar.hic,& dicetur in l.ſequen.& l.ſi decipiendi.ad Velle.infrà.

Lex xiii. Vlpianvs lib. xi. ad Edictvm.

IN cauſæ cognitione verſabitur, vtrùm ſoli ei ſuccurrendum ſit, an etiam iis, qui pro eo obligati ſunt, vt putà fideiuſſoribus. Itaque ſi cùm ſcirem minorem,& ei fidem nõ haberem, tu fideiuſſoris pro eo,non eſt æquum fideiuſſori in necem meam ſubueniri:ſed potiùs ipſi deneganda erit mandati actio.

IN l.verum.§.ſciendum.ſuprà dictum fuit ſubueniendum minoribus non paſsim,quod declarauit Iuriſcon.hactenus,ſed etiam ibi dictum fuit ſubueniendum minori cauſa cognita.iſta l. cum l. ſequen. vſque ad l.in pretio.§.nunc videndum. docet in quo conſiſtat illa cauſæ cognitio, & primò, verſabitur in cauſæ cognitione, an ſoli minori ſubueniendum ſit, an verò etiam fideiuſſori eius? Vnde ſi nolebam credere minori,niſi dediſſet fideiuſſorem, & is aliquem dederit,iſti fideiuſſori nõ ſubuenietur in necem creditoris,ſed nec ipſe fideiuſſor actione mandati vtetur aduerſus minorem,pro quo fideiuſsit, ſed eidem imputandum erit, cur pro eo promiſerit & fideiuſſerit.

Svmmaria.

1 *Minor non reſtitutus aduerſus fideiuſſorem, ſi pro minore ſoluerit,poteſt conueniri actione mandati.*

2 *Reſtitutio minoris etiã contra fideiuſſorem, non prodeſt fideiuſſori,in necem creditoris.*

3 4 5 & 6 *Minoris reſtitutio quibus caſibus fideiuſſori proſit.*

7 *Minor,locupletior factus,non reſtituitur.*

§. In ſumma perpendendum erit Prætori,cui potius ſubueniat, vtrum creditori,an fideiuſſori.Nam minor captus neutri tenebitur.Facilius in mãdatore dicendum erit,non debere ei ſubuenire:hic enim velut adfirmator fuit & ſuaſor vt cum minore contraheretur. Vnde tractari poteſt, minor in integrum reſtitutionem vtrum aduerſus creditorem, an aduerſus fideiuſſorem implorare debeat, & puto tutius aduerſus vtrumque.

VIdere & cõſiderare Prætor in his debet,an per reſtitutionem ſubueniatur potius creditori,an fideiuſſori:nam minor captus neutri tenebitur, creditori non,nec quidem fideiuſſori, imò nec mandatori,qui mandauit fideiuſſori,vt pro minore fideiuberet,quia eſt velut affirmator,& ſuaſor,vt cum minore contraheretur, ſed poterit minor in integrum reſtitui,tam aduerſus creditorem,quàm aduerſus fideiuſſorem,& hoc iudex diligenter examinare debet,vt docet Ancha.conſilio 330.Viſis.verſiculo, vel tertius.col.2.

Colligitur ex hoc text. beneficium regulariter, quod reo datur, fideiuſſori quoque prodeſſe, ſed ſi quis pro minore vigintiquinque annis circunſcripto fideiuſſerit,ſi deceptus in re ſit,tunc nec ipſe ante habet auxilium,quàm reſtitutus fuerit, nec fideiuſſori danda eſt exceptio.Iulia.in l. exceptiones quæ. ff. de exceptio. vbi datur hæc regula, vt exceptiones, quæ perſonæ cuiuſque cohærent, non tranſeant ad alios, *Exceptiones perſonæ cohærentes.* veluti ea,quam ſocius,habet in id, quod facere poſſit,vel parens patronúſue,& ſic non competunt fideiuſſori, ſic mariti fideiuſſor poſt ſolutum matrimonium datus in ſolidum dotis nomine conuenitur, quamuis prædictæ perſonæ non teneantur, niſi quatenus facere poſsint, vt docet text.in l. ſunt qui. cum l.ſequen.iuncta l.& ſi fideiuſſor.cum l.ſequen.ff.de re iudic.l.maritum.ff.ſolut.matrim.tamen fideiuſſores eorum in ſolidum tenentur, quia non eſt eadem ratio in fideiuſſore, quæ in principali:nam fauore perſonæ ipſi fuit indultum priuilegium, quod ad alios non transfertur,reg.priuilegium.de reg.iur.in 6.

Sed rei cohærẽtes exceptiones fideiuſſoribus etiã competũt,vt rei iudicatæ,doli mali,iuriſiurãdi,quod metus cauſa factum eſt, & ſi reus pactus ſit in rem, *Exceptiones cohærentes rei.* omnimodo exceptio competit fideiuſſori, interceſſionis quoque exceptio,item quod libertatis onerandæ cauſa petitur.vt in l.prima.ff. quarũ rerum actio non datur,etiam fideiuſſori competit, idem dicitur, & ſi pro filiofamilias contra Senatuſconſultum quis fideiuſſerit.d.l.exceptiones.& ſic concluſio eſt, quod exceptiones, quæ fauore perſonæ introductæ ſunt, non competunt fideiuſſori, quia perſonale priuilegium non tranſit ad alios.l.quia.ff.ſolu. matrimo.ſecus in exceptione rei cohærente, vt prædictum extitit.

Ex his colligendi ſunt caſus ſequentes. Primus eſt, minorem poſſe reſtitui tam aduerſus principalem debitorem, quàm aduerſus fideiuſſorem, quia eſt læſus in vtroque.

Secundus caſus eſt,Si minor non fuerit reſtitutus 1
aduerſus fideiuſſorem,& is pro minore ſoluerit, minor poterit conueniri, & ſoluere tenebitur actione mandati, niſi aduerſus fideiuſſorem quoque fuerit reſtitutus l. Marcellus. ff. de fideiuſſor. & d.l.exceptiones quæ.in fi.

Tertius caſus,Si minor fuerit reſtitutus etiã con- 2
tra fideiuſſorem,hæc reſtitutio non proderit fideiuſſori in necem principalis,vt hic, & compelletur ſoluere fideiuſſor,ſed non aget poſteà actione mandati, vt hic dicitur,& d.l Marcellus.

Quartus caſus,Reſtitutio cõceſſa minori,fideiuſſori

non

non prodest. d. l. prima. C. de fideiusso. minor. quod ibi limitatur in l. ij. quando dolus aduersarij interuenerit. Vnde cùm Titius vellet cum minore contrahere, dolo induxit Sempronium ad fideiubendum, eo casu restitutio minoris proderit fideiussori etiam aduersus partem, quæ eum induxit. l. ij. C. de fideiuss. minor. Bald. consil. 226. & sequen. in 2. vol. quia dolus non debet alicui prodesse. l. non debet. in fin. cum l. sequen. de dolo.

4 Prodest etiam fideiussori minoris restitutio, quãdo aliàs ipsa restitutio nullum afferret minori commodum, vtpote si minor non posset petere restitutionem contra fideiussorem, vt not. Doctor. in l. cùm filius familias. §. primo. ff. de verbo. oblig. & Iacobi. in d. l. prima. C. de fideiusso. minor.

5 Item, quando fideiussor potest habere regressum contra alium: nam tunc beneficiũ restitutionis concessum minori, proderit etiam fideiussori. l. minor vigintiquinque annis. ff. de Procura. facit l. de hæredi. §. 2. suprà, de pact.

6 Etiam quando fideiussor successisset minoris debitori principali, poterit ipse ex persona defuncti secũdum quosdam petere in integrum restitutionem. l. Stichum. §. quod vulgò. secundùm vnum intellectum. ff. de solu. dicam in interpretat. ad illam l.

Fideiussor causa repetendi pro minore intercedens. Præterea dicunt Bar. & Imol. in d. §. quod vulgo. prodesse restitutionem etiam fideiussori, quando minor compareret, & subiret defensionem pro eo, vtpote quia animo repetendi intercessit, sed Paulus & Cuma hanc Bart. sententiam improbant, & quòd minor non sit defensor necessarius, ob id non poterit prodesse minoris defensio in necem creditoris, vt docet ille tex. nam licèt fideiusserit quis animo reperendi, adhuc minor restituitur cõtra eum, si autem minor esset defensor necessarius, tunc defensio minoris prodesset fideiussori. vt in 2. limitatione dictum extitit. & probat l. idemque. §. generaliter. ff. mãda. Vide quæ scribit Iacobi. in d. l. prima. C. de fideiussor. minor.

Adhæc si pupillus contraxisset cum tutoris vel curatoris authoritate, vel fuisset locupletior ex contractu, teneretur fideiussor, & ipse minor fideiussori. l. si pupilli. in princ. ff. de nego. gest. quia æquum est nemine locupletiorem fieri cum aliena iactura. l. nã hoc natura. ff. de condict. indeb. l. iure naturæ. de re-

7 gul. iur. nec posset minor restitui, in quo est locupletior, quia non est læsus. l. quod si minor. §. primo. & l. non omnia. infrà, eodem.

Etiam super glossæ dubitatione non est insistendum, quia per restitutionem non extinguitur obligatio naturalis, nec ciuilis: nam restitutio non est modus tollendæ obligationis, de quibus in titul. quib.

Restitutio non extinguit obligationem. mod. tolli. oblig. in Institu. sed vtraque obligatio est inefficax ad agendum propter restitutionem. vt no. in d. l. Stichum. §. quod vulgò. ff. de solut. Ideò postquam principale debitum tenet, & sic fideiussor est obligatus, potest compelli ad soluendum, nec actione mandati aget contra minorem, propter minoris restitutionem l. Marcellus. ff. de fideiussor. & in hoc probatur text. vt suprà dictum extitit.

Nõ est æquum fideiussori in necem meã subueniri.] Colligitur restitutionem minoris non prodesse fideiussori, quia hoc non est æquum, & sic restitutio cùm ex æquitate proficiscatur, non datur contra æquitatem, aliàs beneficio Prætoris iniquitas fieret, & quis deciperetur, quod non probat l. prima. C. de his qui veniam æta. impetra.

Literæ restitutionis quid continere debeant. Et sic dum minor impetrat literas restitutionis, debet narrare tam debitum, quàm etiam fideiussionem, & in eis se læsum esse lubrico ætatis, ob id restitui aduersus vtrumque postulet, per istum text. Et vtrumque eodem iudicio conueniet, & peter literas à iudice comprobari, & iudex eas comprobabit, annullando tam literas debiti, quàm fideiussionis, alioqui mandati iudicio conuenietur minor a fideiussore, si contra eum non restitueretur. l. prima. C. de fideiusso. minor.

Necem meam.] Nota amissionem bonorum tendere in necem dominorum, quia sicut pecunia dicitur vita hominis, & secundus sanguis, gloss. allegatur in l. Aduocati. C. de aduo. diuer. iud. ita & mors dicitur amissio bonorum, vt hîc, in necem meam. Multa scripsi de his in proœ. Concorda.

Etiam allegatur, nemini subueniendum in necem alterius, id est, in perniciem, & peremptionem, meliùs est enim neutri subuenire, quàm si vnum lædas. Vnde Papa ait, ***Nos sumus vidnis in iustitia si. debitores. quod aliis iniustitiam facere non debemus.*** c. ex tenore. de foto compe. Ioan. de Ana. consil. 68. & pauperis in iudicio non misereberis. Exodi 23. Barba. consil. 36. & consil. 46. in 2. vol.

In summa notandum est minorem impetrare restiturionem debere, & contra creditorem, & contra fideiussorẽ, quia in vtroque læsus est, alioqui nil prodesset restitutio, cùm fideiussor ageret contra minorem, vt superiùs dictum fuit.

§. Causa enim cognita, & præsentibus aduersariis, vel si per cõtumaciam desint, in integrum restitutiones perpendendæ sunt.

Docet iste tex. quomodo intelligatur causa cognita, & respondet intelligendum Prætorem neminem restituere debere, nisi vocatis partibus, & præsentibus, aut per contumaciam absentibus, etiam vbi pars lædi potest, vocãda est. l. de vno. ff. de re iud. & Imperator sic ait in l. vnica. in fin. C. si aduersus dotem. ***Præses prouinciæ, præsente aduersa parte, examinabit.*** idẽ dicit Imperator in l. prima. C. de præd. minor. & in l. ij. in fin. C. si propter public. pensitat. sic dicit, ***Quæ omnia tractari conuenit præsente eo, quẽ emptorem extitisse proponis.*** Et iste text. dicit in integrum restitutiones perpendendæ sunt causa cognita, id est examinandæ sunt, & ponderandæ præsentibus partibus, aut earum Procuratoribus, vel per contumaciam absentibus, alioqui pro nõ facta habetur restitutio sine causæ cognitione, quia nullum esse, vel insufficiens esse, æquiparantur. l. quoniẽs. ff. qui satisd. cogan. Alber. docet in l. si curatorem. col. prima. C. de in integr. restitut. refert Guido Papa. in consi. 182. Nobilis. col. 2. versic. 3. Hoc probat Modestinus in l. etiam. §. si. infrà, eodem. vbi sic scribitur, ***Si ab hærede tate patris ætatis beneficio in integrum restitutus minor abstinuisset, nemine de creditoribus paternis præsente, vel ad agendum à præside euocato, an ea restitutio rectè facta videatur, quæritur, Herennius Modestinus respondit, cùm non euocatis creditoribus in integrum restitutionis decretum interpositũ proponatur, minimè id creditoribus præiudicasse.*** Et si aliqui fuit euocati, illis *Restitutiones causa cognita facienda.*

tantùm nocet, & ſic non facta eſt, quoad non vocatos reſtitutio.

Et in hoc iſte text. eſt valde notandus, declarans multa iura, quæ dicunt cauſa cognita aliquid faciẽdum, ſicut in l. pupillares. ff. quemad. teſta. aperiant. ibi, *Prætor pupillares tabulas aperiri niſi cauſa cognita non patietur* alibi Iuriſconſul. dicit, perpẽſo iudicio. in l. reſpiciendum. ff. de pœnis. & Imperator in l. ea quidem. C. de accuſ. annotandum eſt, vbicũque cauſa cognita aliqua facienda ſunt, hæc neque paſsim admittenda ſunt, neque diſtrictè deneganda, ſed à Prætore cauſa cognita temperanda. Vlpian. in l. ſed hæc neque. ff. de Procura. l. ſed ſi hac. §. Prætor. de in ius vocand.

Et ſic tres ſunt caſus, in quibus minor reſtitutionem petet aduerſus poſſeſſorem. Primus, quãdo emptor ſciebat venditorem cauſam habuiſſe, alios in textu legere oportet, & per Alexand. conſil. 7. incipiente, Videretur. col. 2. vol. 5.

Item dum Bar. petit, an in reſtitutione requiratur libellus? & reſpondet quando petitur principaliter reſtitutio, offertur libellus, lis quoque conteſtatur, & alia ſeruantur, quæ in aliis cauſis. c. ſi. de offi iudi. c. 2. & c. pen. de in integr. reſtitu. gloſſ. & Doct. in l. nam & poſtea §. ſi minor. ff. de iureiur. Nos verò in Francia literas reſtitutionis petimus coram iudice comprobari, &, vt vulgò dicitur, interinari, & interinando minorem reſtitui, ad illum ſtatum, in quo erat ante ſententiam, vel contractum reſcindi, rẽmque alienatam reſtitui, & aliàs prout caſus occurrit. Bald. in l. prima. C. ſi aduer. dotem. ſcripſi in tract. de reſtitu. in 2. tomo Commentar. ad Cõſtit. Regi. & dicam in §. ſequen.

Conſuetudo in Frãcia de literis reſtitutionis comprobandis.

Iſte tex. allegatur, paria eſſe quem præſentem, vel contumacem, quia ſicut contra præſentem procedi poteſt ad omnes actus iudiciales, ita contra cõtumacem, quia cenſetur præſens quoad ſuum damnum, vt plenè probaui in tract. de contuma. in 3. tomo Cõmentar. ad Conſtitu. Reg. & docet Bald. per illum tex. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. & in l. cùm fratrem. colum. vlt. C. de his quib. vt indig.

Contumax æquiparatur præſenti.

§. Interdum autem reſtitutio & in rem datur minori, id eſt, aduerſus rei eius poſſeſſorem, licèt cum eo non ſit cõtractum: vt putà rem à minore emiſti, & alij vendidiſti, poteſt deſiderare interdum aduerſus poſſeſſorem reſtitui, ne rem ſuam perdat, vel re ſua careat, &c.

Reſtitutio contra rei poſſeſſorẽ.

HIc §. docet minorem interdum reſtituendum etiam contra poſſeſſorem, vt ſi emeris à minore domum, quam alij vendidiſti, poteſt etiam aduerſus rei poſſeſſorem minor reſtitui, ne rem ſuam perdat, & ſic dabitur primo iudicium reſciodens contra illum, cui minor vendidit, vt reſcindatur illa venditio, & ea poſteà reſciſſa, actio in rem contra poſſeſſorem dabitur, & ita olim ſeruabatur, & iſta iudicia proſequebantur, nec ante finitum vnum, alterum in iudicium deducebatur. §. rurſus. de actio. in Inſti. & per iſtum tex. planè cõſtat iudicium eſſe reſciodens, & reſciſſorium, & quid ſit, licèt Doct. valde dubitẽt, qui non nouerunt praxim, Bart. tamen de his ſcribit in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. in tit. ex quib. cauſis. maio. infrà, l. necnon. §. exemplo. ibidem.

Et per hoc patet perperàm ſenſiſſe Iaſ. & alios in d. §. rurſus. de actio. in Inſtitu. aſſerentes ex reſciſſorio iudicio duplicem adeſſe actionem, inſtitutoriam ſcilicet, & reſtitutoriam. per tex. in l. quamuis. §. ſi cũ eſſem. ff. ad Velleia. ibi, *qua actione magis inſtituetur, quàm reſtituetur obligatio.* Et ſic vocatur actio inſtitutoria, quòd ſit à Prętore de nouo inſtituta, qua mihi, pro eius recuperatione, quam tamen primum nõ habueram, ſuccurritur, hoc non videtur verũ, quicquid dicat D. Ioannes Mauric. in tract. de reſtitu. in integrum: nam actio omnis, quæ à lege inſtituitur, diceretur inſtitutoria, & aliæ dicerẽtur datoriæ, quãdo à lege dantur, aliæ confirmatoriæ, quod eſt ridiculum, ideò & reſtitutoria vocatur, quod minorem ad ius priſtinum reſtituat, & ita ſcripſi in l. verbis legis. ff. de verb. ſignifi.

Hodie verò, vt circuitus vitetur, vtrumque cumulari ſolet in Francia, quicquid dicat Bart. in l. fin. C. ex quibus cauſ. maio. & Mauric. in c. 6. & hoc docet Guido Papa in deciſi. Delphi. qu. 43. An prætendens. Nempe dicanici concludere ſunt aſſueti, vt literæ reſtitutionis comprobentur, & comprobando reſcindatur venditio facta per minorem, qua reſciſſa reſtituatur dicto minori domus per eum vendita, in qua læſus fuit, vt plenè ſcripſi in tract. de reſciſsio. cõtract. artic. primo. gloſſ. 1. in 2 tomo Commenta. ad Conſti. Regi. & arti. 2. gl. 5. in fi. de reſtituuo.

Item iſte tex. eſt ſingularis, in quo reſtitutio competit minori ex Iuriſconſul. interpretatione, etiamſi nihil geſtum ſit cum eo, nec contractum, licèt in edicto Prætoris ſit, *Quod cum minore geſtum eſt.* l. prima. & l. ait Prætor. ſuprà, eod ſed videte quæ ſcribam in l. Aemilius. & l. etiam. 2. infrà, eodem.

§. Pomponius quoque libro viceſimooctauo ſcribit Labeonem exiſtimaſſe, ſi minor vigintiquinque annis fundũ vendidit & tradidit, ſi emptor rurſus eũ alienauit? ſi quidem emptor, &c.

HIc §. diſtinguit minorem non reſtituẽdum aduerſus poſſeſſorem, & emptorem ſecundum, ſi bonæfidei poſſeſſor ſit, & primus, qui contraxit cum pupillo, ſoluendo ſit: alioqui ſi primus emptor non ſit ſoluendo, agetur contra ſecundum, ſiue ſit bonæfidei poſſeſſor, ſiue non, ſiue ſciens, ſiue ignorãs, & hoc probat Paul. Iureconſul. in l. planè. ſequen.

Lex xv. Caivs lib. iiii. ad Edictvm provinciale.

SEd vbi reſtitutio datur, poſterior emptor reuerti ad auctorem ſuum poterit. Per plures quoque perſonas ſi emptio ambulauerit, idem iuris erit.

ISta lex ponit caſum notandum, quod vbi agitur contra poſteriorem emptorem, ille poterit agere, re cuncta, contra priorem venditorem & authorem.

Idem

Idem etiam dicendum erit, si primus vendiderit secundo, & secundus tertio, & tertius quarto, si per plures manus emptio ambulauerit, vt idem iuris sit, & ex hoc text. puto elicitum tex. in cap. si beneficia. de præbend. libro sexto. Et de verbo, ambulat, vt etiam metaphoricè respiciat res, scripsi in l. hæc verba, illi. ff. de verb. signifi.

Restitutio fit etiã cõtra secundũ emptorem.

Ex hoc text. colligitur, minorem posse agere non solùm contra eum, cui ipse fundum vendidit, verùm etiam contra alium emptorem, si primus emptor alteri vendiderit, quod verum est, si posterior emptor sciuerit emptionem à minore factam, quod potest probari, si primus emptor tradiderit illi instrumentum emptionis factæ à minore, vel si hoc ei est expressum in secunda venditione, & in instrumento secundæ venditionis, alioqui si posterior emptor ignorauerit, non agetur contra eum, si soluendo sit primus emptor, quia minor consequi à primo emptore fundi æstimationem poterit, vt hic, & consulit Alexand. consilio sexagesimoseptimo. Videretur. in 5. volu.

Minor quomodo ĩ Frãcia restituatur.

Nisi minoris intersit habere rem, tunc etiamsi soluendo sit prior emptor, agetur contra possessorem rei, per l. si in emptionem. & l. si res. infrà eodem. Et hoc firmat hìc Alber. Et ista sentẽtia seruatur in Forensi iudicio in Francia, vt minor semper restituatur & contra emptorem, & contra possessorem, siue primus emptor fuerit soluendo, siue non, & ita vidi iudicari, siue res fuerit vendita, siue donata, vel alio titulo in alium translata per primum emptorem, nisi à iudice fuerit vendita, tunc nisi grãde damnum minor consequatur, non restituetur cõtra possessorem. per l. si ex causa. suprà eod. propter rei iudicatæ authoritatem. l. seruo. §. cùm Prætor. ff. ad Trebel. Nam secundus emptor poterit, euicto prædio, agere contra primum, & ipsi succurretur hac via, & minor suã rem obtinebit, & in Francia facilius debet iudex restitutionem minori concedere, eò quod à Principe hoc conceditur minori per literas Regias, ideò voluntas Principis iusta sequenda est, licèt iudex ex sua potestate, hoc iure vetante, concedere non posset.

Restitutio ad instantiã peremptam.

Ideò hodie restituitur minor ad instantiã peremptam, etiam tutore vel curatore existente soluendo, licèt de iure cõtrà. l. si minoris. ff. de administra. tutor. l. properandum. in fi. vbi Doctor. C. de iudi. imò hodie in Francia in omnibus restitutionibus, quæ ipso iure fiunt, opus est rescripto, quicquid dicant Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. Diuus. de re iudic. Hoc docet Nicol. Boët. in decisionibus Burdeg. quæst. 247. nunc ad secundam. vide in l. Imperatores. infrà, eodem.

Notãdum est minorem teneri restituere pretium in quo factus est locupletior, antequam rem consequi possit. l. quòd si minor. §. restitutio. infrà, eodem. vbi dicetur. l. prima. C. de reputa. quæ fiunt in iudic. &c.

Pretiũ secundo emptori restituendum à minore, vẽ vendicãte.

Et tenetur minor pretium restituere ei à quo rem vendicat, & non primo emptori à quo prius habuit. probat l. iij. C. quòd met. cau. quia primus emptor à secundo emptore habuit pretium, ergo iterum illi non debet dari. l. bona fides. ff. de regul. iur. & abest istud pretium à secundo, ergo illi restitui debet. l. si emptor. ff. de rei vendica. l. si & rem. de peti. hæredi. l. venditor. de hæredi. vendi. & ista sententia est tutior, vt docent Gulielm. & Iacobus de Rauen. prout Albe. hic refert, & hæc seruantur in Curiis, quia primi emptoris nõ interest, postquam recuperauit pretium à secundo emptore.

SVMMARIA.

1 *Societas donationis causa non rectè contrahitur.*
2 *Extraordinarium remedium à iudice non dandum, quando ordinarium competit.*
Restringitur. 3. & *sequen.*
5 *Minor restitutionem petere potest, quamuis possit appellare.*

Lex xvi. Vlpianvs lib. xi. ad Edictvm.

IN causæ cognitione etiam hoc versabitur, num fortè aliqua actio posit competere, citra in integrũ restitutionem. Nam si communi auxilio & mero iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinariũ auxilium: vtputà, cum pupillo cõtractum est sine tutoris authoritate, nec locupletior factus est. Ita relatum est apud Labeonem, si minor circunscriptus societatem coïerit, vel etiam donationis causa, nullam esse societatem, ne inter maiores quidem: & ideò cessare partes Prætoris. Idem & Ofilius respondit: satis enim ipso iure munitus est.

HÆc l. prosequitur materiam causę cognitionis, videlicet vt minor non posit restitui nisi causa cognita, in causæ autem cognitione versari docet hic Vlpian. an alia actio detur minori, vel aliud remedium extra in integrum restitutionem: nam si minor iure communi iuuetur, non debet impetrare restitutionem in integrum, nec ei tribui extraordinarium auxilium, vtpote si cum minore fuerit contractum sine tutoris authoritate, & ipse non sit locupletior factus iure communi, agetur ad declarationem contractus, & nullum eum esse dicetur, ergo non est veniendum ad auxilium extraordinarium, & ad aliud quàm ad commune. extraordinarium autem vocat hîc auxilium, non commune, ordinarium verò, commune.

Minor societatẽ cõtrahens.

Quod si idem contraxerit societatem cum aliquo, etiam donationis causa, quia ipse minor posuit totum, & donabat partem alteri, vt essent deinceps socij, certè societas est nulla, etiam inter maiores, ob id non potest Prætor concedere huic minori restitutionẽ cùm iure cõmuni nullam posit dicere societatem, sic imitam: dicit etiam Offilius satis esse ipso
iure munitum minorem, & Vlpian. ait sic donati- 1
onis causa societas non rectè contrahitur. in l. societas. in fi. ff. pro socio.

Ex hoc text. colligitur, minorem non esse restituendum, si alia actio detur, de quo dicam infe-

rius, & multa ſcripſi in l. & eleganter. ſuprà, de dolo.

Secundò, cùm datur commune auxilium, non debet ei dari extraordinarium, de quo etiam infrà.

Auxilium iuris extraordinariū. Tertiò, per iſtum text. dicunt interpretes auxilium in integrum reſtitutionis extraordinarium eſſe, quia iuri communi pugnat, & contra ius commune competit. vt Bart. & alij ſcribunt in l. iij. §. primo. ff. de noui oper. nuntia.

A qua ſententia Zaſius in ſuis intellectibus diſſentit, cùm hoc remediū reſtitutionis ex æquitate competat. l. prima. ff. de in integr. reſti. & dicatur iuſtiſsimum, in l. prima. ff. ex quib. cau. maior. ob id nō poteſt eſſe contra ius commune, quod eſt ars boni & æqui. l. prima. ff. de iuſti. & iure.

Reſtitutio etiam contraius. Mauritius in tract. de reſtitu. in c. 2. his verbis conciliare nititur, vt hi optimè indicarint, qui reſtitutionem contra ius competere ſunt tutati, habita ad id conſideratione, quòd per eam contractus, qui iure communi ſubſiſtebant, caſſentur & annullentur.

Idcóque Zaſium verè, probè & rectè ſenſiſſe, non eſſe iuri communi pugnantem reſtitutionem, quia Prætoris edicto adinuenta ſit, ac Prætorum edicta ſub iuris communis formula includi, necnon in iure ſcripto clauſa eſſe, imò exiſtimarem moderniores illos nihil à Zaſio diſſentire, nec abnegaſſe reſtitutionem iuris communis eſſe, hæc ille Maurit. Doct. egregius.

Authoris opinio, an reſtitutio ſit contra ius. Ego verò putarem reſtitutionē nullo modo eſſe contra ius, quod ſex partibus conſtet. §. conſtat. de iure natur. in Inſtitu. & in his ſex partibus incluſa ſunt edicta Prætorum, inter quæ eſt materia reſtitutionum, ergo non eſt contra ius, imò ſecundùm ius, vt videmus in his titulis inſcriptum, nec poſſe dici contra ius, eo quòd per reſtitutionem reſcindantur contractus: nam per metum, dolum, falſum, & alio modo à iure reſcinduntur contractus, vt patet in illis titulis & ff. & C. ergo iſta erunt contra ius, quod non eſt verum, nec id quod à iure reſcinditur, dicitur contra ius. imo potiùs eo, quòd reſcinditur à iure, contra ius non eſt, nam multa reſcinduntur ex æquitate iuris, vel à iure ipſo datur reſtitutio. vt in l. ij. C. de reſcin. vendit. & non ſunt contra, ſed ſecundum ius reſciſſa.

Sed aduertendum eſt, quòd ex legibus datum eſt commune auxilium, & ordinarium pupillo, vt ſi ſine tutore contrahat, contractus ſit nullus. l. prima. ff. de autho. tuto. l. cum quidam de adminiſtra. tuto. C & l. in negotiis. ff. de regul. iuris. & tunc poſtquam minor eſt communi auxilio munitus, non datur ei reſtitutio: nam in §. ſequ. dicit, ***Satis enim ipſo iure munitus eſt***, & in §. Pomponius generaliter probandum eſt vbi contractus non valet, procerto ſe Prætorem non debere interponere, ſcilicet ad reſtituendum minorem: Prætor enim ſtatuit adiuuandi, ſupplendi, & corrigendi iuris gratia, l. ius autem. ff. de iuſti. & iur. ſed poſtquam eſt commune auxilium, nō oportet iuuare, vel ſupplere. ergo Prætor non vult reſtitutionem concedere, poſtquam ius ſufficit, nec armato alia præbere arma, hoc enim ſuperfluum eſſet.

Verùm, quia interdum ex lege non erat prouiſum minoribus contrahentibus authore tutore, quia eo caſu contractus valet, æquitate motus Prætor vnum auxilium, videlicet reſtitutionem adinuenit. l. prima. ff. de minor. quod tamen extraordinarium auxilium Vlpian. dixit, quia extra ordinem communis auxilij inuentum, & ſic intelligitur iſta lex in cauſæ. 2. ibi, ***nam ſi communi auxilio, & mero iure munitus ſit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium***, ſcilicet extra commune, vtputa, ſi cum pupillo contractum eſt, ſine tutoris authoritate, nec locupletior factus eſt, non valebit de iure communi contractus. l. Iulia. §. ſed cùm in facto. ff de actio. emp. ſed factus valet authore tutore, ſed ex æquitate, ſi læſus minor ſit, reſcindetur contractus, per reſtitutionem, eſt quod notandum.

Iſte text. allegatur per Accurſ. hîc perperàm dicentem, reſtitutionem non eſſe concedendam, ſi alia ſit actio minori, ſed in contrarium eſt tex. in l. etiam. C. ſi tutor, vel curator interuenerit. vbi ſic habetur: ***Etiam in his, quæ minorum tutores, vel curatores male geſſiſſe probari poſſunt, licèt perſonali actione à tutore, vel curatore ſuum conſequi poſſint. in integrum reſtitutionis auxilium eiſdem minoribus dari iampridem placuit.*** Et ſic patet reſtitutionem minori cōcedendam, etiam ſi aliquam actionem habeat. vt in d. l. prima. & maximè ſi ei plenius per reſtitutionem ſuccurratur, vt inferius dicetur. *Minor reſtituitur, licèt ei alia ſit actio.*

Nec obſtat iſte tex quia loquitur in Prætore, quā cognitionem ipſe habere debeat, antequam minorem reſtituat, certè debet diſpicere, an alia actione ſine reſtitutione ſit munitus: nam ſi minor commune auxilium habeat, & mero iure munitus ſit, id eſt, communi iure, puro, & liquido, non dabit ei reſtitutionem, vt, quando contractus eſt nullus, non debet eum reſtituere, quia minor eſt munitus communi auxilio, & ſic non probat hic tex. non dandum remedium extraordinariū quando ordinarium competit, ſed probat iſte text. minorem non reſtituendum, ſi commune auxilium habeat, & mero iure ſit munitus, quia hoc ſuperfluè ei concederetur, & ſuperflua ſunt reſecanda, vt Imperator fecit in prima conſtitutione. C. & quia Prætor inuenit remedium ſupplendi iuris gratia, quod in hoc caſu ſupplendum non eſt, cùm ſufficiat commune auxilium. *Obiectionis ſolutio.*

Regula ergo ex hoc text. elicitur, iudicem non debere illi auxilium extraordinarium impartiri, qui 2
habet ordinarium, tum ne ſuperfluis vtamur remedijs, tum etiam vt ſuo quiſque ſit contentus, & aliena non quærat.

Limitemus non procedere, quando vtilius eſſet 3
eidem minori reſtitutionem concedi. l. cum mandato. & l. Aemilius. infrà, eodem. dixi in l. in cauſæ. prima. §. Pomponius. ſuprà, eodem. gloſſ. & Doctor. in l. fin. C. ſi aduer. rem iudic. Alex. conſi. 207. Domine. in fin. vol. 7.

Secundò, ſi non eſſet munitus mero iure contra 4
vnum, ſicut contra alterum: contra illum enim, contra quem non eſt munitus, reſtitui poterit, vt intelligunt Doctor. l. etiam. C. ſi tutor. vel cura. interue. vel ſi vitaretur circuitus, & litium anfractus. l. in cauſæ. prima. §. Pomponius. ſuprà. vbi ſcripſi. Corne. cōſilio octuageſimoſeptimo. Circa primum. col. 4. in primo. volum.

Tertiò,

5 Tertiò, limito in Principe, qui potest restituere etiam si commune auxilium minor habeat. l. si ex causa. §. fin. cum l. sequen. suprà, eodem. nam iste tex. loquitur in Prætore, vt non tribuat auxilium extraordinarium, si cōmune competat, sed Princeps hoc facere potest.

Princeps restituit minorē, licet aliud auxiliū ei cōpetat.

Ideo, in hoc regno, cùm restitutiones petantur à Principe, si concessæ fuerint ipsis minoribus, debent à iudicibus comprobari, etiamsi alia habeant remedia, quia Princeps his vult plenius subuenire, & potest, ob id voluntas eius sequenda. l. leges. C. de legib. etiam quia bonum est plura habere remedia, & vtilius eligere. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. act. Panor & alij in c. ex parte. de rescrip. & Feli. in c. sign ficauit. de testi.

Et sic non videtur vera regula ab interpretibus hactenus mordicus defensa hic, quòd non competat remedium extraordinarium, vbi ordinarium competit, quia sæpius datur remedium extraordinarium à iure, vt in §. sequ. probatur, & Zasius probat. etiāsi ordinarium competat, vt quis plura habeat remedia, & possit sibi vtilius eligere. d. l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tributo. Doctor. in l. edita. C. de eden. & in regu. nullus pluribus. de regul. iur. in 6. Guido
6 Papa in consil. 114. Quia in causa. in fin Et minor restitutionem petere poterit, licèt possit appellare. glos. & Doctor. in l. fin. C. si aduer rem iudic. c. cum ex literis. de in integr. resti. Francis. Marc. 10 decisio. Delphi. q. 55. in 2. parte.

Sed quando quis munitus est communi auxilio & mero iure, ac sufficiente, tunc non ei dabitur à iudice extraordinarium, quia superfluum esset, & iudex non debet introducere superflua remedia, etiam quia iudex debet iudicare secundùm leges, & eas sequi, & auxilia à iure data amplecti, & alia non quærere. c. primo. de re iudi. quod si iudex aliud remediū daret, quàm à iure datum, videretur ius contemnere, & suo sensu iudicare, & prudētiæ suæ inniti, quod iura reprobant. c. ne innitaris. de constitu. Ideò istud videtur hic prohibitum, & per hæc tolluntur ea, quę abundè scripta sunt ab interpretibus, videlicet vt iudex non debeat dare auxilium extraordinarium, vbi adest commune, ne ius contemnat, sed lex ait, Princeps non est prohibitus plura remedia ordinaria, vel extraordinaria vni pro vna re cōcedere, imò illa, quæ concedit, videntur ordinaria, vt in l. iij. ff. nautæ caupo. l. omnes. 2. C. de anno. & tribu. libr. 10. quod potest probari in condictione: nam aliquando tres competere possunt. l. prima. ff. de condict. sine causa. l. prima. de condict. triti. facit l. prima. §. per hanc. vbi gloss. ff. de re iudic. l. prima. §. inde quæritur. de publica. alia tradunt interpretes in d. l. iij. de noui oper. nunciat. & gloss. & Doctor. in cap. 2. de offic. iudic.

Extraordinarium remediū quādo dādum non sit.

Ex prædictis etiam apparet falsam esse interpretum sententiam, dicentium officium iudicis esse auxilium extraordinarium, & id implorandum vbicunque deficit actio, & sic non competere, vbi ordinarium, & actio datur: nam nulla est actio, nec persecutio, in qua officium iudicis non interueniat, aliàs non proferretur aliqua ab ipso iudice sententia, vt plenè probaui in l. actionis. ff. de verborum significatione, quicquid dicat Guido Papa in Decis. Delphi. quæst. 362. Vtrum officium, quia non potest esse persecutio in iudicio, nisi officium iudicis interueniat.

Officiū iudicis quatenus extendatur.

Doctor. in §. primo. de actio. in Insti. nec distinguendum est, an sit nobile, vel mercenarium, vt interpretes distinguunt. in l. prima. ff. de iurisdic. omn. iudic. nam hoc esse superfluum, & extra ius inuentum, asserui in d. l. actionis verbo.

Nec obest l. quod si minor. §. fin. infrà, eodem. vbi sic Iurisconf. Paulus scribit: *Ex hoc edicto nulla propria actio, vel cautio proficiscitur, totum enim pendet ex Prætoris cognitione*, quia non probat, nempe ex hoc edicto Prætoris de minoribus, non oritur propria actio, neque cautio, quia dicitur in eo, *quæ res erit, animaduertam*, & sic Prætor debet animaduertere, an debeat minorem restituere, nécne, nō quòd propria actio detur ex restitutione, sicut ex mutuo, & ita loquitur ille tex. vt ibi dicam, sed si restitutio cum causa petatur, non poterit eam recusare iudex, vt dixi de officio iudicis in d. l. actionis.

Obiectionis solutio.

Etiam perperàm existimant Doctor. restitutionem in integrum competere ex solo iudicis officio: nam competit ex edicto Prætoris, de quo in l. prima. sed an minor sit restituendus nécne, in causæ cognitione est, quę causæ cognitio ad iudicem spectat, & ita debet intelligi hæc lex, & aliæ loquentes de in integrum restitutione minorum, etiam maiorum. in l. prima. ex quib. cau. maio. ad quæ non aduerterunt interpretes, & sic cessabit difficultas, an beneficium restitutionis possit cedi, & remitti, de quo non est dubitandum, cedi posse, & transmitti. l. quod si minor. in princ. & l. patri. infrà, eodem. quicquid Bar. & alij dicant in l. prima. §. vsufructuarius. ff. de noui oper. nuntiat.

Restitutionis beneficium cedi potest.

Et id docet gloss. singular. in verbo, competere. in fi. Rauen. etiam in verbo, exceptio, in Alpha, dicit exceptionem non tollere restitutionis in integrum auxilium, quam dicit singul. Alex. in l. admonendi. col. prima. ff. de iureiur. quòd sicut exceptio non impedit restitutionem, ita nec replicatio. Feli. in c. significauit. de testi. de ordinario & extraordinario iure & remedio multa scripsi in l. pupillus. §. munus. ff. de verborum significatione, quæ poterunt prò intellectu horum videri.

Restitutio nō tollitur per exceptionem.

§. Pomponius quoque refert libro vicesimooctauo, cùm quidam hæres rogatus esset fratris filiæ complures res dare ea conditione, vt si sine liberis decessisset, restitueret eas hæredi: & hæc defuncto hærede hæredi eius cauisset se restitututā, Aristonem putasse in integrum restituēdam. Sed & illud Pomponius adiecit, quòd potuit incerti cōdici hæc cautio etiam à maiore. Non enim ipso iure, sed per conditionem munitus est. Et generaliter probandum est, vbi contractus non valet, pro certo Prætorē se non debere interponere.

Species facti est, Quidā in suo testamento hæredem instituit, rogauitque eum, vt quàm plures res filiæ fratris daret, ea conditione, vt si filia decederet sine liberis, eas res hæredi eius restitueret, deinde hæres mortuus est, filia tamen hæredi hæredis promisit se restituturam eas res. Quæsitum fuit, an filia

Casus huius textus.

restitui possit, videbatur non posse, quia hæredis appellatione omnes cõtinentur successores, & tam hæres primus, quàm hæredis hæres. l. hæredis. ff. de verbor. sign. Azo tamen putat in integrum restituendam filiam, quia legatum (vt Accur. sentit) erat conditionale, vt hæredi restitueretur. quòd si hæres moriatur, fideicõmissum non transmittitur in successorem. l. vnica. §. sin autem aliquid. C. de cadu. tollen. Ergo cauendo successori hæredis, læsa est fratris filia, & sua facilitate, ob id restitui potest per istum tex. vel potest dici filiam grauatam restituere hæredi eius, & non hæredi alterius, vt dicit iste tex. ideò non extenditur ad hæredem hæredis.

Imo adiecit Pompo. hanc cautionem posse condici etiam à maiore, incerti. id est, conditione incerti, quæ datur ad ea repetenda quæ nõ sunt certa, sed cautio ista non est stipulatio, quæ ad certa tendat, sicut si promisisset duos seruos, ideò poterit hac conditione incerti repeti. vt in l. fin §. si quis in ius voca. non ierit. suprà, vbi dixi.

In versiculo, non enim, tollit dubium Iurisconsultus si quis dicat restitui nõ posse filiã, quia est iure communi munita, respondet nõ esse ipsã iure munitam, sicut quando nullus est contractus, vt suprà dictum fuit, ideò Iurisconsultus regulam præbet, tunc demum restitutionem competere, quando contractus valet, & non competere quando non valet.

Ex hoc text. colligitur iuncta gloss. legatum seu fideicommissum cõditionale in hæredem non transferendum. d. § sin autem aliquid. dixi in l. cedere diem. ff. de verb. signi. sic nec substitutionis spes, quia personam respicit. l. sed si plures in prin. ff. de vulga. l. si ex pluribus. de suis & legit. Alibi de his dicetur io suo proprio loco.

Minor ex promissione læsus. Nota ex hoc tex. minorem restituendum, si promiserit id, ad quod non tenebatur, quia ex sua promissione læsus est, & ex sua ignorantia & facilitate, ob id per restitutionem ei succurritur: nam ad hoc tendit Prætoris edictum, quod eum eo gestum est. vt in l. ait Prætor. suprà, eodem.

Et illud Pompo. adiecit.] Colligere possumus minorem restituendum, etiamsi auxilium aliud habeat: nam conditio incerti hic competit, ad repetendum illam promissionem, quam filia fecit, de restituendo bona hæredi hæredis, si ipsa decessisset sine liberis, quia ipsa nõ tenebatur restituere, nam conditionale fideicummissum expirauerat, ideò illam etiã cautionem repetere posset. l. prima. ff. de condict. sine cau. vbi sic ait Vlpian. *Qui autẽ promisit sine causa, condicere quantitatem non potest, quam nõ dedit, sed ipsam obligationem*, & agetur, vt instrumentum obligationis cancelletur, & annulletur, & sic cassum & annullatum, eidem promissori reddatur. l. dissolutæ. C. de condict. ex lege. scripsi in primo tomo Commentar. ad Consti. Regi. tracta. de liter obliga. gloss 9.

Minor quãdo restituẽdus sit, vel non. Sed in versiculo, non enim, regula colligitur, tunc demum minorem restituendum, etiam si auxilium habeat per exceptionem, si verò auxilium ipso iure minori competat, non est restituendus. & sic debet intelligi huius Lenam principium: nam ad id, quod non valet, non potest minor restitui, quia ipso iure auxilium ei competit, vt in cõtractu facto à minore sine curatore, sed si contractus factus sit cum curatore, valet quidem. licèt ipse minor possit exceptionem non iusti pretij, vel aliam opponere, tamen restitui poterit per hunc text. nam vbi contractus non valet, non debet se interponere Prætor ad restituendum minorẽ, ergo si valeat, licèt competat exceptio ad annullandum, tamen restitutio dabitur, & Princeps etiam si valeat contractus, concedit literas in Francia, vt annulletur contractus, quatenus de facto processit, vt alibi dictum fuit.

§. Idem Pomponius ait, in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire.

IDem Põponius ait in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus, se circumuenire, quæ verba declarat Paulus Iurisconsult. in l. item si pretio. in fi. ff. loca. sic inquiens, *Quemadmodũ in emendo & vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, & quod minoris sit, pluris vẽdere, & ita inuicem se circunscribere, ita & in locationibus quoque & conductionibus iuris est*, & ideo Hermogenes ita scribit, *sub prætextu minoris pensionis locatione facta, si nullus dolus aduersary probari possit, rescindi locatio non potest.* ibidem. l. & ideo.

Decipere aliũ nullo iure licitum. Istum tex. intelligunt Doctores licere decipere sine dolo, aliàs agi doli actione poterit, vt suprà de dolo patet, etiam bono viro non licet alium decipere, gl. in l. semper in contractibus. ff. de regul. iur. & de iure diuino etiam in foro conscientiæ, non licet aliquem decipere. sed naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, pro tempore, & loco, & hoc probat Panor. & alij in c. cùm dilecti. de empti. & vendi. & per Conrad. in tract. de contracti. q. 55. & sequẽ. & Pau. Calder. in repeti l. ij. col. 35. de rescin. vendi. alibi, si operæpretium fuerit, abundantiùs dicam, his nunc contentus.

§. Nunc videndum qui in integrum restituere possunt. Et tam præfectus vrbi, quàm alij magistratus pro iurisdictione sua restituere in integrum possunt tam in alijs causis, quàm contra sententiam suam.

Magistratus qui possint restituere. DOcet hic Iurisconsultus qui magistratus possit in integrum restituere, dicens præfectum vrbis restituere posse, & alios magistratus secundum suam iurisdictionem, nam si pedanei sint, non poterunt, quia sua non est iurisdictio. vt C. de peda. iudic. ideò text. dicit in l. vnica. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. *secundum ius suæ potestatis*, vel dicit Accurs. quilibet in sua iurisdictione, & inter suos subditos cognoscendo restituere potest, & intra quãtitatem, quæ in sua iurisdictione cõtinetur, quia eam non potest excedere, si restitutio pluris erat, quàm sua continebat iurisdictio. l. fi. ff. de iurisd. omn. iudi. & l. ij. C. vbi, & apud quem.

Item poterunt in integrum restituere tam in alijs causis, quàm etiam contra sententias latas à se ipsis, sed minor magistratus non restituet aduersus sententias maiorum, l. minor. infrà, eodem. & per text. notabilem,

notabilem, quòd sicut non potest minor magistratus restituere aduersus sententiam maioris, ita nec aduersus actum à priuato gestum, in quo authoritas superuenit. Vnde si Episcopus interposuerit decretum in alienatione rei Ecclesiasticæ, non poterit inferior Episcopo concedere restitutionem: Alexand. & Iason firmant in l. nam & posteà. §. si minor. ff. de iureiurand. poterit tamen iudex minor incidenter cognoscere, etiam pædaneus de restitutione, l. quotiens. C. de iudic. l. fin. C. vbi & apud quem. nisi illa causa fuisset agitata coram iudice superiore, vt per Doct. in d. §. si minor. & d. l. quotiens.

Inferior Episcopo nō restituit aduersus decretum Episcopi.

Et per istum textum probabatur praxis, quam olim iudices in patria iuris scripti habebant, vt lata sententia contra aliquem is impetrabat literas à Seneschallo, vt suis impensis sententia reuideretur, & interdum annullabatur in reuisione, & ista praxis seruabatur etiam in Delphinatu, sed hodie est correcta, & iudices maximi solent, vt Parlamenta, cognoscere per literas ciuiles, vel per supplicationem, quam propositionem erroris dicanici vocāt. authen. quæ supplicatio. C. de precib. Imperat. offer. de quibus abundè scripsi in primo tomo Commentarior. ad Constitut. Reg. Gallicas, tit. de supplicat. & erro. proposit.

Praxis vetus de reuidendā sententia correcti.

Lex xvii. Hermogenianvs lib. i. Ivris ἐπιτομῶν.

PRæfecti etiam Prætorio ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamuis appellari ab iis non possit. Hæc idcirco iam variè, quia appellatio quidem iniquitatis sententiæ querelam, in integrum verò restitutio erroris proprij veniæ petitionem, vel aduersarij circumuentionis allegationem continere.

ISta lex docet Præfectos Prætorio posse in integrum restituere aduersus eorum sententias, licèt ab illis non posset appellari. Rationem ponit, quia appellatio continet querelam iniquitatis sententiæ, in integrum autē restitutio erroris proprij, veniæue petitionem, vel aduersarij circumuentionis allegationem.

Et sic per istum textum patet minorem posse restitui etiam aduersus sententiam Præfecti Prætorio, sed istam l. non seruari in Francia affirmat Benedict. in repetit. cap. Raynutius. in verbo, si absque. secūdo. de fideicommiss. substit. numero 50. de testam. vbi dicit nunquam minorem audiendum per viam restitutionis in integrum aduersus arestum Curiæ supremæ, quia per ordinationes Regias prohibitum est venire contra arestum Curiæ, nisi per erroris propositionem: ergo alio modo non licet, quod quidem non est verum, quia contra aresta Curiæ etiam venimus per literas in forma supplicationis ciuilis impetratas, vt scripsi in tractat. de liter. ciuil. seu (vt dicunt) in forma supplicat. ciuilis Imper. vbi etiam alios modos scripsi, quibus, iure quis contra supremæ Curiæ arestum dicere potest: & maximè in integrum restitutionem potest minor contra arestum impetrare à Principe, & non ab alio, vt in l. seq. patet. §. primo. quia si à Principis sententia restituatur minor, fortiùs à sententia Curiarum supremarum, cùm non maiora priuilegia habebāt, quàm ipse Princeps. & pro hoc est text. in l. tertia. C. si aduers. rem iudic. in quo est quiescendum. Et ego sæpius vidi minores in integrum restitutos contra aresta Curiarum supremarum, quicquid in contrariū dicatur, & text. in l. vnica. in fi. ff. de offi. Præfect. Prætor. sic ait: *Subnixi sunt & alio priuilegio, ne à sententiis eorum minores ætate ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis Præfectis Prætorio restitui possint.* Et sic magistratus inferiores, sed Princeps, vel ipsi, possunt eos restituere minores.

Minor aduersus arestum Curiæ supremæ restituatur.

Et quamuis restitutio petatur, tamen executio aresti, & sententiæ Curiæ supremæ non impedietur pendēte cognitione in integrum restitutionis, etiam non data cautione in hoc regno, quamuis de iure cautio requiratur, in c. suscitata. de in integr. restitut. imò etiamsi nullum dicatur arestum, executio illius non impeditur propter Curiæ supremæ authoritatem, vt in l. fin. §. cùm Prætor. ff. ad Trebel. probatur. & hoc docet Guido Papa in decision Delphin. quæstio. 50. Quia hæc Curia. & sic non seruabitur l. vnica. C. de in integrum restit. postul. ne quid noui fiat, quia pendente cognitione in integrum executionis aresta executioni demandantur. Aliæ etiam minorum magistratuum sententiæ solent per modum prouisionis exequi, postquam iudex hoc protulerit, qui de restitutione cognoscit, sed hoc fit cautione data, quæ in aresti executione cessat: si tamen executio esset non retractabilis, non fiet pendente cognitione, vt Doct. ibi afferunt, in tribus sententiis conformibus, vt scripsi in §. finali. de frustr. appel. in Concord. post Doctor. in clemen. j. de re iudic.

Executio aresti non impeditur per in integrum restitutionem.

Lex xviii. Vlpianvs lib. xi. ad Edictvm.

MInor autem magistratus, contra sententiam maiorum non restituet. Si autem Princeps sententiam dixit, perrarò solet permittere restitutionem, & induci in auditorium suum eum qui per infirmitatem ætatis captum se dicat, dum ea, quæ pro causa sunt, dicta non allegat, vel ab Aduocatis proditum queratur. Denique Glabrionem Acilium, Diuus Seuerus, & Imperator Antoninus non audierunt incolaratè restitui desiderantem aduersus fratrem, post speciem in auditorio eorum finitam. Sed & Percennio Seuero contra res bis iudicatas in integrum restitui, Diuus Seuerus & Imperator Antoninus permiserunt in auditorio suo examinari.

CVm suprà dictum fuerit, quemlibet magistratum pro sua iurisdictione posse restituere, hic.

Minor quibus casibus non restituatur. textus addit, dummodò minor magistratus non restituat contra sententiam maioris, & in §. si autem. decciditur Principem, dum dixit sententiam, tarò permittere restitutionē, ætatis ratione sola inspecta: sed si minor se captum dicat, eò quòd non allegauerat ea, quæ pro causa sunt, id est, causam non adduxerat ad suam defensionem, quam si adduxisset, non fuisset condemnatus, tunc audiendus est minor.

Idem, si ab aduocatis proditum se esse dicat, vel, vt alij scribunt, si dicat se ab Aduocatis præuaricatum, vel proditum: vnde Diuus Seuerus, & Imperator Antoninus non audierunt Glabrionem Attilium incoloratè, id est, sine colore & causa restitui desiderantem aduersus fratrem, post causam in auditorio Principis finitam.

De eadem re. Si autem causa nō fuerit decisa in auditorio Principis, poterit minor restitui etiam contra res bis iudicatas coram aliis magistratibus, & ita Diuus Seuerus & Antoninus promiserunt Percennio Seuero.

Dum ea quæ pro causa sunt, dicta allegat.] Istum textum singul. notat Ludouic. Roman. singul. 113. Maior. ad hoc, vt si minor petat restitutionem à iudicis sententia, teneatur causam specialiter, *Læsionis articulus, in restitutione an exprimendus.* in qua læsus est, exprimere. Diuersum est, si petat à sententia lata in auditorio Principis, eo enim casu dicere sufficit se generaliter læsum, & est mirabile secundùm Bart. quòd in restitutione dicere sufficit se minorem, & læsum sui facilitate, nec est necesse exprimere articulum læsionis, sed id iste text. non probat, quia hic restitui minor desiderat, eo quòd non allegauit ea dicta, quæ erant pro causa instruenda, vel obtinenda coram Principe: nam præsumptio est, quòd Princeps non condemnauit minorem, nisi prius dixerit causam corā eo, & sic interpretes non intellexerunt illum versiculum, dicentem, Perrarò Principem restitutionem concedere minori aduersus sententiam, quam ipse dixit, & iterum inducere in auditorium illum minorem pro restitutione, dum allegat ea dicta non esse, quæ sunt ei profutura pro causa obtinenda, & dum omissa ea causatur, quæ causæ conductura erant. Hæc Budæ. in annotatio. dicens istum textum interuersum.

De eadem re. Et sic patet minorem in restitutione teneri causam, & articulum, in quo læsus est, exprimere debere, etiam coram Principe, ne sub inepto vagetur, quia fortè Princeps non concederet restitutionem, si causa allegaretur, vt hic patet: ideò est alleganda, & specialiter, & ita visus fetuat forensis, quicquid Doctor. iactent, nec obtinebit minor restitutionem, nisi alleget super quibus est læsus, & in illis articulis expressis, dicet se deceptum, & sui facilitate, vel dolo aduersarij.

Vel ab Aduocatis proditum quæratur.] Habent alij, præuaricatum, colligitur sententia contra minorem lata, ex proditione seu præuaricatione Aduocati, minorem restitui posse, etiamsi sit lata in auditorio Principis, quia sententia valet, alioqui non quæreretur de nouo de illa re, nec alia proferretur citra appellationem sententia, & tamen in l. j. C. de Aduocat. diuersо. iudicio. hoc dicitur, quam quia corrupta inueni, sic scribendum duxi: *Si patronum causa præuaricatum putas, & impleueris accusationem* (implere accusationem dicitur, qui probar ea, quæ in accusatione deduct) *non deerit aduersus eum pro temeritate commissa sententia, atque ita de principali causa denuò quæretur, quòd si non docueris præuaricatum*, scilicet Aduocatum, *& calumnia notaberis*, videlicet tu accusans, *& rebus iudicatis, à quibus non est prouocatum, stabitur*, & sic valet sententia contra minorem habentem defensorem, licèt eum malè defenderit, sed restitutio hoc casu petetur, cùm sententia teneat, secus si minor defensus non esset, tunc nulla est sententia. l. si Præses. C. quomodo & quando iudex.

Non audierunt incoloratè restitui desiderantem.] Colligitur non esse audiendum minorem petentem sine causa & colore restitui, maximè aduersus fratrem, post causam in auditorio Principis finitam: res enim iudicata instaurari non debet, nec illusoria esse. l. si Prætor. ff. de iudiciis. *Restitutio sine causa non admittitur.*

Contra res bis iudicatas.] Nota restitutionem dari, & faciliùs contra res bis iudicatas ab aliis iudicibus, quàm si in auditorio Principis semel esset finita, quia hoc casu tam solemnia præsumuntur interuenisse, quàm etiam iustitia causæ, & examinatio: ideò præsumitur pro illa sententia, nec obest l. Herennius. in fin. ff. de euict. & cap. in præsentia. de renunciat. vbi pro sententia præsumitur, verum vt sit iure lata, sed non est tanta præsumptio, sicut pro sententia lata in auditorio Principis. Etiam dicit Innocentius (nunc non recordor vbi) non præsumitur pro sententia lata à iudicibus, qui emerunt officia, quod est notandum, quia præsumitur potiùs lata per pecuniam, quàm bene lata, eoquòd vendere velint ea, quæ emerunt, quæ hodie posset habere locum, vbi sunt plurimi emptores, & venditores, etiam post tres sententias conformes restitui minor poterit, vt docet glos. & Doctor. in clement. prima. de re iudicat. & in l. vnica. C. ne liceat in vna eadémque causa. dixi in §. finali. de friuol. appellat. in Concorda. *Obiectionis solutio.*

§. Idem Imperator Licinio Frontoni rescripsit, insolitum esse post sententiam vice sua ex appellatione dictam, alium in integrum restitutionem tribuere, nisi solum Principem, sed & si ab Imperatore iudex datus cognoscat, restitutio ab alio, nisi à Principe, qui iudicem destinauit, non fiet.

IDem Imperator rescripsit Licinio Frontoni, rem esse insolitam, si sententia dicta sit in auditorio suo per appellationem, vt alius quàm Princeps restituat: imò si Imperator causam, & iudex datus sentētiam proferat, si ex illius sententia minor se captum dicat, alius à Principe non poterit eū restituere, qui eū iudicē designauit. Hæc est summaria huius §. declaratio.

Ex hoc §. colligitur Principem valde rarò concedere restitutionem contra sententiam à se dictam, quod tunc arbitramur, siue verbo (quod ratum est) protulerit eam, siue Cancellarius pro eo, siue in suo consilio primo, aut secreto fuerit pronuntiata, siue per alium eius mandato: nam qui per alium facit, perinde est, ac si ipse faceret: l. prima. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. omnia enim nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur, l. prima. §. omnia. de vete. iure enucle. & quia non est verisimile minorem per Principem (qui est maximè mi-

vocetur

norum & viduarum patet) læsum, cũ apud Hebræos vocetur Abimelech, id est, pater meus Rex, sed fortè illud nomen non est hactenus continuatum. De hoc verbo perrarò vide Vlp. in l.fi. suprà, de Senator.& in l. impuberibus. in fi.de suspect.tutor. & l.nam ad ea. de legib.suprà.l.ij.de re iudic.

Restitutio in Francia datur tantũ à Principe vel à sua Cãcellaria.

Vltimò, ex hoc text.colligitur non esse restituendum minorem condemnatum, siue sententia ex appellatione dicta, siue à iudicibus à Principe designatis lata fuerit, nisi ipse Princeps restituat. Et hodie hoc est commune in Francia, vt non detur restitutio, nisi à Principe, vel à sua Cancellaria, & ideo si Princeps concederet literas, essent, cum causa, comprobandæ minori.

§. Non solùm autem minoribus, verùm successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio, etsi sint ipsi maiores.

LEx minor, tollit dubium qui possint restituere: hic autem §. quibus in integrũ restitutio competat docet, & respondet non solùm minoribus restitutionem competere, verùm etiam minorum successoribus, licèt videretur hoc personale priuilegium, quod ad successores non transiret l. prima.ff. de constitut.Principum. regul. personale. de regulis iuris.in 6.

Sed Iurisconsult. contrarium vult, dicens, *Non solùm autem minoribus, verùm successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio.* Et quòd si successores sint maiores, etiam competere illis restitutionem dicit Iuriscon hìc.

Obiectionis solutio.

Nec obest, priuilegium personale non transire ad hæredes, quod verum regulariter, nisi hoc à lege concessum fuerit, vt hìc, & docet Bart.in l.quia tale. ff.solut.matrim. licèt ibi aliter distinguat, dicẽs hanc restitutionem, non tantùm personam læsi respicere, verùm rem & læsionem: ideò datur etiam contra possessorem rei, vt in l.in causæ.j.§.interdum.suprà, eodem.& ita concludit Matth. de Afflict.in decisin. Neapol.q.211.Pupillus.dixi in l.non solùm. suprà, de in integrum restit.

Notandum est tamen, quod si successores petant restitutionem, eam nomine minoris petere, & non nomine proprio debent, alias reiicerentur, & sic debent concludere minorem fuisse læsum, & potuisse restitutionem petere, & ipsi successerunt eidem, ideo eius nomine restitui petunt.

LEX XIX. IDEM LIB. XI. AD EDICTVM.

INterdum tamen successori plus, quàm annum dabimus, vt est edicto expressum: si fortè ætas ipsius subueniat: nam post annum vicesimumquintum habebit legitimum tempus Hoc enim ipso deceptus videtur, quòd cùm posset restitui intra tempus statutum ex persona defuncti, hoc non fecit.

ISta lex decidit intra quod tempus successor petere in integrum restitutionem debeat, & respondet intra annum, videlicet vtilem, in quo non computabantur festi dies, nec illi in quibus agi non poterat, vt declarant Doctores in §. rursus. de action. in Institut.

Annus vtilis quid contineat.

Minor successor.

Interdum etiam dabitur restitutio successori post annum, vtpote si minoris successor, sit etiam minor, tunc dabitur legitimum tempus huic minori ad restitutionem petendam, videlicet annus vtilis à vicesimoquinto anno suæ ætatis computãdus: hoc enim ipso deceptus videtur, si ex persona defuncti hoc non fecit, ideò poterit ex sua persona restitutionem petere, quam omisit in tempore præstituto, ex persona eius, cui successit.

§. Planè si defunctus ad in integrum restitutionem modicum tempus ex anno vtili habuit: huic hæredi minori post annum vicesimumquintum complerũ, non totum statutum tempus dabimus ad in integrum restitutionem, sed id duntaxat tempus quod habuit is cui hæres extitit.

HIc §. decidit dubium, an si minor mortuus fuerit intra annum vtilem, si parum restabat de vtili anno, an detur integer annus successori, respondet text. non dari totum statutum tempus anni vtilis, sed id duntaxat tempus, quod habebat is, cui hæres extitit: ideò si supererant sex menses defuncto, is minor successor post vicesimumquintum annum habebit illos sex menses, ad impetrandum illam restitutionem.

Notandi sunt casus sequentes. Primus est, Si maior successerit minori, annus vtilis datur maiori ad petendum in integrum restitutionem, per istum tex. Sed quia incertus erat iste annus vtilis, ideo in eius locum datur quadriennium. l. superuacuam. C. de tempor.in integrum restit.

Quadriennium in locũ anni vtilis concessum.

Secundus casus, Si minor non habebat ex quadriennio, nisi annum ad petendum restitutionem, maior ei succedendo non habebit, nisi annum, qui supererat, vel tantum tempus, quod minori competebat.§.planè.in hac l.& l.ea quæ.in fin.de tempor.in integr.restit.peteo.

Tertius casus, Si minor succedat minori, non solùm dabitur annus vtilis, vel quadriennium minori ex persona defuncti, verùm post tẽpus vigintiquinque annorum, habebit adhuc successor legitimum tempus, quod est hodie quadriennium. per d.l.fi.C. de tempor.in integ.restit.petend.

Quartus casus, Quando minor succedit maiori læso, nulla dabitur restitutio huic minori ex persona maioris, nisi in illis casibus, in quibus maior illam impetrare posset.l.j.& per totum ff.ex quibus causis maior.l.cum mandato.infrà, eodem.

Quintus casus, Si maior maiori succedat, & is poterat in integrum restitui, illud tempus dabitur successori maioris, quod supererat defuncto. per istum textum, & l.fin.C.de tempor.in integr. restit. petend.

Quadriennium scienti tantùm se læsum, currit.

Sextus casus, Istud quadriennium nõ currit ignoranti, per text.in c.j.de in integrum restit.libro 6.ibi, negligenter omiserit, & ignorans non dicitur negligenter omittere, vt in c.2. de concess. præbend. ideò hoc quadriennium ad petendum restitutionem, non

mihi

milti incipit currere, nisi quando scio me læsum. Ista est sententia Bal. in l. si falsam. C. si ex fal. instrumen. & Cardin. in clementina vnica. de in integrum restitut. Panor. in c. j. colum. vlt. de præscript. Alexand. consilio 1. in 4. vol. & Decius consilio 303. ac Hyppol. in l. qui falsam. num. 91. ff. de fals. & sic iudicatum fuit in Senatu pro magistris domus Dei Parisiis contra Abbatissam & moniales du port Royal, anno 1518. die 13. Aprilis post Quasimodo.

Septimus casus, Si minor fuerit læsus in tempore dilationis, fortè in octo diebus, certè successor restituetur ad illud tempus, & non vltrà, vt tantùm restituatur, quantum læsio abstulit, l. quod si minor. §. restitutio. infrà, eod. poterit tamen restitutionem petere à morte defuncti intra quadriennium. glos. & Doctor. in d. l. fin. C. de tempor. appellat. dicetur in l. Aemilius. infrà, eodem. Vide quæ scripsi in tractat. de restit. in 2. tomo Commentat. ad Constitut. Reg. Gallic. artic. 2.

Vltimus casus est, Quòd hæredi minoris non currit ipso iure tempus, sed datur restitutio, vt in glos. vltim. & in praxi: parum curatur an currat ipso iure, an per restitutionem, quia semper in vsu forensi petitur restitutio, vt in d. l. Aemilius. inferiùs dicetur.

Lex XX. Idem lib. XI. ad Edictum.

Papinianus lib. secundo Responsorum ait, exuli reuerso non debere prorogari tempus in integrum restitutionis statutum, quia abfuit, cùm potuerit adire Prætorem per Procuratorem, nec dixit, vel Præsidem, vbi erat. Sed quod idem dicit, id indignum esse propter irrogatam pœnam, non rectè. Quid enim cōmune habet delictum cum venia ætatis?

Facti huius legis species. Ista lex est difficilis, & perperàm à Doctoribus intellecta: ideò facti species hæc vera esse videtur. Minor exul læsus est in suis rebus, non petit restitutionem intra tēpus statutum, videlicet intra annum vtilem hoc iure, post tempus restitutionis petendæ reuersus est ad vrbem, vult petere restitutionem, vt prorogetur ei tempus anni vtilis, ad petendum dictam restitutionem, quam petere omisit absentiæ tempore, an possit ad hoc restitui? Quod videbatur, quia obstante absentia non potuit, sed respondet Papinian. non posse, quia poterat tempore sui exilij adire Prætorem per Procuratorem, qui petiisset intra statutum tempus restitutionem, non petiit, ob id illi imputetur, ideò ei legitimum tempus non prorogabitur, eò quòd abfuit.

Sed nunquid potuit minor adire Præsidem, vbi erat exul, & ibi petere restitutionem? Respondet Iulia. huius l. autbor. Papinian. hoc non dixisse, quasi velit dicere non potuisse, quia indignus est ob exilium per se petere, etiam quia in vrbe lædebatur, ob id corā Prætore vrbis hoc petere debebat. Quomodo enim potuit exul propter irrogatam pœnam restitui? hoc videbatur indignum Papiniano, sed nō rectè. Quid enim habet commune delictum cum venia ætatis, & sic cum restitutione? Nam minor si fuerit exul, & lædatur, poterit restitui, non quidem ratione delicti, sed læsionis, & non excluditur exul ab ætatis auxilio, vt non possit restitui, quia restitutio & delictum nihil commune habere dicuntur.

Colligunt Docto. ex hoc text. absentem ex causa necessaria non esse restituendum, si potuerit Procuratorem dimittere, quod tamen non probatur ex hoc text. nec est verum: nam iste text. loquitur in minore exule, qui non petiit restitutionem tempore statuto, an posteà possit? & iste text. dicit non posse, quia statutum tempus à iure non debet prorogari sine causa, l. ij. ff. de re iudic. sed nō est in exule causa, quia potuit Procuratorem constituere, qui suo nomine petiisset restitui coram Prætore, si hoc non fecerit sibi imputetur, & sic iste text. loquitur in casu, in quo exul vult restitui, vt restituatur, vult inquam restitui, vt prorogetur tempus, vt demum ipse petat restitutionem, quod non est concedendum.

Secundò, ex hoc text. elicitur, restitutionem peti posse per Procuratorem: requiritur tamen speciale mandatum ad hoc, l. illud. §. si talem. infrà, eod. vbi dicetur abundantiùs.

Tertiò, Nec dixit, vel Præsidem vbi erat.] Collige quem debere restitutionem petere coram iudice, in cuius territorio bona sunt sita, & vbi est læsus, non vbi ipse degit, si causa sit necessaria, videlicet exilij. Et quamuis de iure sit controuersum, an restitutio sit petenda coram iudice domicilij, vel rei. per l. quoniam. C. vbi & apud quem. & l. j. vbi in rem actio. & l. j. vbi de hæredit. agitur. tamen in hoc regno est in electione actoris, vt impetret literas restitutionis directas iudici domicilij defensoris, vel iudici rei sitæ, vt videtur statutum in ordina. Reg. in tit. *des Seneschaux*. ordin. 17. artic. 8. Scripsi in tract. de resciss. artic. 1. glos. 21. in 2. tomo Constit. Regiar. *Restitutio coram quo iudice petenda.*

Hoc non procedit quando quis haberet domicilium necessarium, tunc coram illo iudice restitutio non petetur, per istum textum quem limitarem, nisi ibi læderetur. argum. l. si longius. §. fin. de iudic.

Quartò, Indignum esse propter irrogatam pœnam non rectè.] Ex hoc tex. patet, delinquēti post irrogatam pœnam non esse auferendum priuilegium: nam beneficium ætatis minori exuli concedi debet, nec exiliū & irrogata pœna aufert illud beneficium, nec obest l. j. C. vbi Senato. in qua l. reatus excludit honorem & priuilegium: verum quidem quoad crimen, sed non quoad alia: nam si minor vellet restitui propter delictum, ex quo exul factus fuit, non potest, nec per se, nec quidem per Procuratorem, l. si ex causa. §. nunc vidēdum. suprà eodem. sed si lædatur in suis rebus, restitui poterit, vt hîc, quia semper minor est, & nil commune habet delictum cum ætatis venia, vt sequitur. *Exiliū non aufert beneficiū minori concessum.*

Quintò, Quid enim commune habet delictum cum venia ætatis?] Colligunt Docto. ex separatis non posse inferri quicquam necessariò: non sequitur enim, minor deliquit, ergo amisit ius petēdi restitutionem, in alio contractu separato à delicto, cùm ista sint separata, non bene ex separatis concludetur, l. fin. ff. de calūnia. & separatorum separata est ratio. d. l. fin. & l. si maritus. ff. de dona. inter virum & vxorem. & quorum sunt diuersa & separata nomina, & omnia separata esse debent. l. si idem. C. de codic. c. duo. 12. quæst. 1. quod separatum est, non debet

debet coniungi. l. Procuratoris. §. si plures. ff. de tribu. actio. Lucas de Penna in l. diffinimus. colum. 3. C. de agricol. & censit. lib. 11.

Sextò, colligitur, venia ætatis.] hic vocatur venia ætatis restitutio, quæ datur propter ætatem, alibi dicitur beneficium ætatis, in l. 3. §. 3. suprà, eodem. & l. tutor. de liber. lega. & dicitur venia, quòd veniam meteatur ob ætatem.

Venia ætatis quomodo apud Iurisconsult. accipiatur. Et aliò tendere videtur Imperator, in titulo de his qui veniam ætatis impetra. vbi loquitur de his, qui possunt impetrare à Principe veniam ætatis, ad gerendum sua negotia, hic verò de gestis restitutionem petit, & sic venia ætatis datur, vt quis restituatur ob læsionem, vel vt bona sua ante tempus administret, l. 3. & iij. suprà, eodem. & sic loquitur titulus de his qui veniam ætatis. de quo multa scripsi in tractat. de restitut. in 2. tomo Commentariorum ad Constit. Regias.

Quid enim commune habet delictum cum venia ætatis?] Colligite phrasim Iurisconsl. vt interrogãdo sæpius decidant, vt & in l. quid aliud sunt iura? ff. de verbor. signific. vbi dixi.

Notate istã phrasim Iurisc. Quid habet commune? & c alibi dixit, *Nihil habet commune possessio cum proprietate.* l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend possess. & accipitur hic, commune, pro connexo, vt scripsi in l. inter stuprum. in fine. ff. de verbor. signific.

Et ex his apparet regulam Doctor. non esse veram, vt ille non restituatur, qui potuit mittere Procuratorem, sed regula vera est, quòd minor etiam relegatus restitui potest, si læsus in bonis suis fuerit, per rationem text. quia nihil habet commune delictum cum venia ætatis, & quia ex edicto Prætoris subuenitur minori, in eo, quod cum eo gestum erit: l. ait Prætor. suprà, eodem. ergo etiamsi fuerit exul, l. sed & si per Prætorem. §. 3. quibus ex caus. maior. aliàs afflicto daretur afflictio. contra l. Diuus. ff. de offic. Præsid. sed & bis puniretur pro delicto, primò quia fuit exilio datus ob delictum, adhuc si perderet restitutionem duplici pœna puniretur, quod est à iure prohibitum. c. at si clerici. in fine. de iudic. l. 3. C. quando ciuilis actio præiud. crimin. Bar. in l. Prætor. §. 3. ff. de iniur. scripsi in §. mouemus. in glos. vlt. de collat. io Concorda. in quibusdam casibus quem duplici pœna affici posse. *Dupliciter pœna quis non afficiendus.*

Minor quibus casibus non restituatur. Ista regula limitatur in duobus casibus. Primus est, vt restitui non debeat, si lapsum fuerit tempus ad petendum restitutionem, vt in hac l. Papinianus.

Secundus est, Quòd minor non est restituendus, si velit restitui in eo, quod est læsus ratione delicti, l. si ex causa. §. nunc videndum. suprà, eodem. & d. §. 3. & sic extra istos casus & alios similes poterit restitui relegatus, tam de gestis ante exilium, quàm posteà: ex causa tamen, si maior sit, si autem minor, beneficio solo ætatis, & læsione, consideratis, restituetur.

Etiam relegatus non amittit ciuitatem, sed eam retinet, l. relegatorum. §. siue ad tempus. ff. de inter. & releg. imò ad tempus relegatis, neque tota bona, neque partem adimi debere rescriptis quibusdam manifestatur, & reprehensæ sunt sententiæ eorum, qui ad tempus relegatis ademerunt partem bonorum, vel bona. ibidem in §. ad tempus.

Etiam aduersus relegatos restitutionem faciendam Pompon. ait in l. sed & si per Prætorem. §. 3. ff. ex quibus caus. maior.

Item reprehenditur Accurs. hic, dicens exulem impropriè poni pro relegato, quia propriè relegatus exul dicitur, cùm exilium triplex sit, l. exilium. ff. de interd. & releg. videlicet aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorum interdicatur præter certum locum, aut insulæ vinculum, id est, relegatio in insulam. *Exilium triplex.*

Item notat Fulgos. ex isto text. quem restituendum ex imperfecta responsione, licèt verum dicat, adducit text in l. fin. §. 3. ff. ad leg. Rhod. de iactu. & per istum textum vidi condemnari cum alijs hæreticum, qui multa dixerat imperfecta, quia hoc solent hæretici, videlicet imperfectè loqui, vt non possint reprehendi, sed de imperfecto sermone argui poterunt, per istum textum. *Hæreticus ex imperfecto sermone condemnatus.*

Etiam hoc non videtur verum, vt exul & bannitus teneatur relinquere Procuratorem, qui respondere teneatur de contractibus & actibus gestis ante exilium, licèt hic text. ad hoc allegetur, sed non probat, tamen Bart. hoc firmat in l. si quis stipul. de in integr. restit. & in l. 3. de diuers. & tempor. præscript. & hoc sine dubio procedit in ciuilibus, secus in criminalibus. vt docet Alexand. consilio 71. Visis. col. vlt. in 2. volum. firmat etiam Bart hic, exuli non esse concedendam veniendi securitatẽ. quando per Procuratorem comparere potest, quod planè tractat Angel. in disputatione incipiente, Extra ciuitatem, col. 8. in 4. q.

Ego verò putarem eum non teneri relinquere Procuratorem, nisi hoc fuerit à iudice pronuntiatum, antequam discesserit, per l. sed & si. §. aduersus. infrà, ex quibus caus. maior. ibi, quia potuit Procuratorem relinquere, ergo non tenetur: nam verbum, potest, non inducit necessitatem. l. sæpe. ff. de officio Præsid. Vnde interdum audiui Procuratorem Regium requirere, vt antequam discederet exul, constitueret Procuratorem super contractibus iam factis, & iudex audiuit illum exulem, & is non contradixit, & sic fuit condemnatus, vt relinqueret Procuratorem, qui eum super bonis suis defenderet, & super contractibus iam factis, ne illi (quibus tenetur) habeant eum perquirere extra ciuitatem, quod est notandum. De his exulibus & bannitis sunt plures tractatus, maximè Nelli, qui plura ad hoc congessit. *Exul Procuratorem relinquere an teneatur.*

§. Si quis tamen maior vigintiquinque annis intra tempus restitutionis statutum contestatus postea destiterit, nihil ei proficit ad in integrum restitutionem contestatio, vt est sæpissime rescriptum.

Dubitatio est, Si minor petiit restitutionem intra annum vtilem, vel quadriennium hodie, & lite contestata destiterit, an prosit ei litis contestatio ad perpetuandam actionem? Respondet textus non ei proficere.

Sed quando videatur destitisse, in l. destitisse. infrà, eodem. dicitur, vt is destitisse videatur, non qui distulit, sed qui renuntiauit liti in totum.

Ex hoc text. colligitur in restitutione litem esse contestandam, hoc esse verum tradit Bart. hic, quando principaliter petitur, per §. finalem. de offic. iudic. in

in Inſtitut. & in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiurand.

Idem, ſi petat aduerſus omnes reſtitui, & ſic aduerſus perſonam incertam. autheo. ſi omnes. C. ſi minor ſe ab hæredi. abſtineat. Dom. de Rota deciſio. 9. Si petatur. in no.

Iſtum textum allegat Fulgoſ. ad hoc, quòd litis conteſtatio non perpetuat beneficium reſtitutionis in integrum: hoc tamen non eſt verum, quia generalis regula eſt, vt litis conteſtatio perpetuam faciat actionem, ſuper qua interponitur, l. nam & poſtea. §. ſi is qui temporali. ff. de iureiurand. ſed licèt ſit actio perpetua per litis conteſtationem, ſi ei renuntietur, non poterit iuuari litis conteſtatione, cui renuntiauit, vt hîc, & l. poſtquam. C. de pact. & ſic debet intelligi iſte text. quicquid Fulgo. canat. Alia dicam in tractat. de effectibus litis conteſtationis, & ſic poteſt allegari, quòd litis conteſtatio, cui eſt renuntiatum, nihil prodeſt.

Renūtiatio litis conteſtationis.

Lex xxii. Idem lib. xi. ad Edictvm.

IN integrum verò reſtitutione poſtulata aduerſus aditionem à minore factam ſi quid legatis expenſum eſt, vel pretia eorum, qui ad libertatem aditione eius peruenerunt, à minore refundenda non ſunt: quemadmodum per contrarium cùm minor reſtituitur ad adeundam hæreditatem, quæ antè geſta erant per curatorem bonorum decreto Prætoris ad diſtrahenda bona ſecundum iuris formam conſtitutum, rata eſſe habenda Calpurnio Flacco Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

HÆc lex duos caſus conſcribit. Primus eſt, ſi minor reſtituatur contra aditionem hæreditatis damnoſæ, quam fecit, ſi quis legata ſoluerit poſt aditionem, & pretium pro manumittendis ſeruis, non tenebitur illorum refundere pretium, licèt contrarium videretur in l. quod ſi minor. §. j. & ſequen. infrà, eodem. ſed ibi textus intelligitur minorem teneri reſtituere omnia, in quo eſt factus locupletior, ſed hîc ſoluendo legata à teſtatore relicta, non eſt factus locupletior. ergo illa reſtituere, vel pretiū refundere minor non debet, nec quiuis alius, vt docet Accurſ. etiam contractus facti eum authoritate curatoris, vel iudicis, & ſeruata iuris ſolemnitate à minore valebunt, nec reſcindentur.

Antinomia ſolutio.

Poſteà, vt pulchre ſcribit his verbis Iulianus de acquirend. hæredit. l. *Quotiens pupillus patri heres extitit, & abſtinuit ſe hereditate, quamuis patris bona ſub creditoribus fiant, tamen rata haberi debent, quæcunque pupillus bona fide geſſerit, & ideò ei qui fundum tutore authore à pupillo emerit, ſuccurrendum erit, nec intereſt pupillus ſoluendo ſit, nécne.*

Item quòd libertas teneat, nec ſit reſcindenda, ſcribit ita Papinian. infrà, eodem. in l. *Si mulier, poſtquam heres extiterit, propter ætatem abſtinendi cauſa in integrum reſtituta fuerit, ſeruos hereditarios ex fideicommiſſo ab ea rectè manumiſſos, retinere libertatem reſpondi.* vt ibi dicetur: legata tamen indebitè ſoluta repeti poterunt per conditionem indebiti à legatariis per eum, ad quem bona pertinent. l. iij. & l. ſequen. ac l. nec nouum eſt. ff. de condict. indeb.

Secundus caſus huius textus eſt, Si minor reſtitutus fuerit ad adeundam hæreditatem, illa quæ geſta fuerint interim per curatorem bonorum, ſententia & decreto iudicis, rata erunt, nec poterit minor ea improbare, quia non retractatur actus rectè conceptus, licèt peruenerit ad caſum, à quo incipere non potuit, per regulam iuris. & ſic per iſtum text. dicunt Doct. quòd geſta etiam à Prælato, qui poſtea remotus eſt, vel à curato, valent. plenè Doctor. per illum textum in l. Barbarius. ff. de offic. Prætor. Aretinus in d. l. quotiens.

Actus à Prælato, poſteà remoto geſti.

Requiruntur tamen ſequentia antequam actus geſti valeant. Primò, quòd illi actus facti ſint à domino, tempore quo ipſe verè adminiſtrabat, vel ab alio, qui pro domino habebatur, per iſtum text.

Requiſita, vt actus geſti ante reſtitutionem valeant.

Secundò, quòd ille, qui adminiſtrat iuris authoritate creatus ſit, & ſecundùm formam iuris, ibi, ſecundum iuris formam, & ideò ſi curator, vel tutor factus fuerit non iure, non valebunt geſta facta per eum: nam à falſo tutore facta, & geſta nequaquam valere poſſunt, vt eſt in tit. quod falſo tutor. author. geſtum. Reſpondeo, hîc requiritur quòd ſit conceptus ſecundùm formam iuris, ibi non, ſed à falſo, habito tamen pro tutore, valere, quia iſte text. loquitur de curatore bonorum, qui debet ſecundùm formam iuris creari, aliàs non valent geſta ab eo. l. ij. & per totum ff. de curat. bonis dand.

Tertiò, quòd ibi actus facti ſint bona fide, dicta l. quotiens. ſecus ergo, ſi dolo & mala fide, quia non valerent. l. tutores. ff. de condict. indeb. l. pupillus. quę in fraudem credit.

Quartò, quòd ſolēnitas requiſita à iure ad illum actum perficiendum interuenerit. Vnde ſi minor actum faciat, in eo requiritur authoritas tutoris, d. l. quotiens. ibi, tutore authore, & ſi res fuerit immobilis, quæ fuit vendita, requiritur iudicis decretum, l. ſi prædium. C. de præd. minor. nam ſi alio iure venderetur, non valeret actus, ratione fortè decreti omiſſi, & non eſſet ratus per iſtum text. qui actum valere præſupponit, & vt validum actum non vult infringere, ita nec actum ipſo iure inualidum, & nullum, validum atque efficacem facere.

Lex xxiii. Pavlvs lib. xi. ad Edictvm.

CVm mandatu patris filiusfamilias res patris adminiſtrat, non habet beneficium reſtitutionis: nam & ſi alius ei mandaſſet, non ſuccurreretur: cùm eo modo potiùs maiori cōſuleretur, cuius dāno res ſit ceſſura. Sed ſi in euentu damnum minor paſſurus ſit, quia quod præſtiterit, ſeruare ab eo cuius negotia geſſit, non poteſt, quia is non erit ſoluendo, ſine dubio Prætor interueniet. Si autem ipſe dominus minor ſit: Procurator

verò

verò maioris ætatis, non poteſt facilè dominus audiri, niſi mandatum eius geſtum erit, nec à Procuratore ſeruari res poſsit. Ergo & ſi Procuratorio nomine minor circunſcriptus ſit, imputari debet hoc domino, qui tali commiſit ſua negotia, idq; & Marcello placet.

Filiusfam. minor res patris maioris adminiſtrauit, & perperam, quæritur an poſsit reſtitui? & Paulus hic dicit illum beneficium reſtitutionis non habere, quia ſi alius ei mandaſſet, minori non ſuccurreretur, aliàs potius maior reſtitueretur, cuius dãno res eſt ceſſura. Quid ſi minor gerens patris negotia pecunias ſuas dedit pro patris negotiis, & pater non eſt ſoluendo, eo caſu reſtituendum minorem cenſet, quando ex euentu damnum minor ex adminiſtratione maioris habet, quia tunc læditur, & ob ſuam facilitatem. Si verò minor cõmiſit negotia ſua Procuratori maiori, & minor nomine Procuratorio circunſcriptus ſit, vix reſtituetur: agere enim contra Procuratorem poteſt, & imputari ipſi minori debet, qui talem curatorem elegit, ſicut de ſocio dicitur, in §.fin. de ſocietat. in Inſtitu. ſi tamen Procurator ſoluendo non ſit, minor reſtituetur, dixi etiam ſi Procurator ſoluendo ſit, minorem reſtituendum, vt lites vitentur, vt ſequitur.

Minor res maioris adminiſtrans non reſtituitur.

Notandi ſunt caſus ſequentes. Primus eſt, ſi minor adminiſtrat res maioris patris ſui, aut alterius, & lædatur, reſtitui non poteſt, per iſtum text. quia eo modo potius conſuleretur maiori, cuius damno res ſit ceſſura, vt dicit iſte text.

Limitatio eiuſdem.

Niſi ex euentu damnum minor paſſurus ſit, quia quod præſtiterit ſeruare ab eo, cuius negotia geſsit, non poteſt, quippe is non erat ſoluendo, ſine dubio Prætor interueniet. ibi, in verſi. ſed ſi ex euentu. quia hoc caſu minor læſus eſt, & ita intelligitur l.iij.§. ſed vtrum. ſuprà, eod. vt non reſtituatur minor ob bonorum patris læſionem, & ipſum patrem reſpicientem, ſecus ſi læſio filiũ reſpiciat, vt quia ſe pro patre obligauit, per illum textum, & iſtum, qui ſic conciliandi ſunt.

Minor etiam cõtra Procuratorem ſuum reſtituitur.

Secundus caſus, Si Procurator maior fuerit, & dominus rerum minor, difficile eſt, vt reſtituatur, quia agere poteſt contra Procuratorem, vnde cùm ſibi contra Procuratorem prouideatur iure cõmuni, non reſtituetur, l.in cauſæ.ij. ſuprà, eodem. niſi Procurator fuerit inops, & non ſoluendo. Hodie tamen quia duriores eſſent lites contra Procuratores, quàm contra alios, ſolet minor reſtitui & impetrare à Principe literas reſtitutionis, quæ comprobari debent poſtquam Principi ita placet, & bene ſic conſulitur minori, qui ſemper poſſet remanere in litibus cum vulpino Procuratore, & probat l.etiam. C.ſi tutor, vel curator interuenerit, quia hoc datur ei nouo iure per dictionem, etiam, ibi, in d.l. poſitam. nam liberum eſt minori contra Procuratorem agere, & tutorem, & ſi velit reſtitui etiam poteſt, quia iſte text. dicit, difficile: ſi tamen Rex concedat, non eſt dubitandum, quicquid dicat Accurſ. quia iudici difficile eſt reſtituere, ſed Principi non.

Tertius caſus, Maior ſuccedens minori reſtitui poteſt, ex perſona minoris. l.minor. §.fin. ſuprà, eod. vbi dixi. ſcribit Matthæ. de Afflict. in deciſio. Neapo. q.121. Litigatur.

Quartus caſus, Reſtitutio minoris in indiuiduis prodeſt, & maioribus, eiuſdémque litis conſortibus. gloſ. in l.vnica. C.ſi in communi eadémque cauſa. in integr. reſtit. poſt ſu Larg. l.ſi communem. ff. quemad. ſeruit. amitta. plenè Matthæus de Afflict. deciſione Neapol.123. Agitur.

Lex xxiiii. Idem lib. i. Sententiarvm.

Qvòd ſi minor ſua ſponte negotiis maioris interuenerit, reſtituendus erit ne maiori damnum accidat. Quòd ſi hoc facere recuſauerit: tunc ſi cõuentus fuerit Negotiorvm gestorvm, aduerſus hanc actionem non reſtituitur: ſed compellendus eſt ei cedere auxilio in integrum reſtitutionis, vt Procuratorem eum in rem ſuam faciat: vt poſſit per hũc modum damnum ſibi propter minorem contingens reſarcire.

In proxima præcedenti lege, dictũ fuit minorem reſtitui non poſſe, ſi mandato alicuius maioris negotia geſſerit, quia maiori potiùs ſubueniretur, quã minori: in iſta autem lege dicitur ſuccurri minori, ſi ſua ſponte, & ſine mãdato res alicuius adminiſtrauit, ne maiori per minorem damnum accidat: ſi tamen hic minor nolit in integrum reſtitutionem petere, poſteà conuentus actione negotiorũ geſtorum, non reſtituetur aduerſus hanc actionem, quin teneatur, vnde conuentus compelletur à iudice cedere auxilium in integrum reſtitutionis illi, cuius negotia malè geſsit, & Procuratorem in rem ſuam illum facere, vt iſte poſsit reſarcire damnum, quod minoris cauſa ſibi contigit.

Spõte, verbum quid importet.

Ex hoc text. colligitur, quem ſua ſponte facere aliquid, quando non habet mandatum ad hoc, ſed liberè hoc exercet. per iſtum text. & per totum titu. de negot. geſt. & facit text. in l.fin. ff. qui & à quibus. ibi, *Sponte ſua libertus patrono mercedem præſtiterit.* ſed Iuriſcon. in l.qui ratiatio. ff. de pignor. actione. dicit ſua voluntate, & ſponte fieri id dicitur, quod nõ coactè. l.ſed & ſi reſtituatur. ibi, *ſponte, vel coactus.* ff. de iudic. ſcripſi in l.munus.ij. ff. de verb.ſignific.

Secundò, ex hoc text. elicitur minorem reſtituendum, ne maiori damnum propter minorem accidat: nempe ſi minor ſine mandato maioris negotia ſua adminiſtrat, ſe obligat, & actione negotiorum geſtorum tenetur, quando ſponte, & nulla neceſsitate cogente immiſcuit ſe negotiis alienis. Vlpian. in l.ij. §. penul. ff. de negot. geſt.

Maior quãdo reſtituatur, etiam inuito minore.

Tertiò, patet ex hoc text. Quod ſi hoc facere recuſauerit, minorẽ recuſantem in integrũ reſtitui, ne alteri proſit, eſſe in dolo, & poſteà ſi cõueniatur, nõ reſtituetur: nam cùm maior patiatur damnũ ex perſona pupilli, debet reſtitui, & ſic per iſtum textum concluſio ſuſtineri poteſt, maiorem reſtitutionem petere poſſe, etiam inuito minore, & eſt caſus ſpecialis, licèt regulariter contrà. vt in l.patri. infrà, eodem.

Quartò, Compellendus est ei cedere. Ex hoc text. not. minorem compellēdum ad cedendum auxilium restitutionis, quo iuuare non vult, & sic inuito confertur beneficium, quia minor inuitus restituitur, contra l. inuito. ff. de reg. iur. Sed hoc procedit quando agitur de solo commodo inuiti: si verò agatur de commodo inuiti & tertij, tunc inuito conferri potest beneficium, vt ibi docet Dec. ideò quis pro alio inuito soluere potest, quia agitur etiam de commodo eius, qui pecunias recipit, vt not. in l. soluendo. ff. de negot. gest. & potest Medicus curare infirmum, etiam inuitum. glos. in summa. 83. dist. & c. qui emendat. 45. distin. Iason in §. tripli. de actio. in Instit. Roman. singul. 123. Iason & alij in l. seruus vetante. ff. de verbor. oblig.

Inuito quā do benefi- cium con- ferri possit.

Vt Procuratorem eum in rem suam faciat.] Not. bene illum text. eum dici Procuratorem in rem suam, quando cessæ sunt actiones, & auxilia alicui, quibus potest ipse iuuari in causa propria, quod belle declarat Vlpian. in l. si Procuratorem. in fine. ff. mandat. ibi, *Puto sufficere, si mihi hanc actionem cedas, & Procuratorem me in rem meam facias, nec amplius prastes, quàm consecuturus sis.* & text. in l. ij. in fine famil. hercisc. quamuis illum text. in d. l. si Procuratorem dicat sing. Aret. in consil. 125. & Bald. in c. ex literis. col. 2. de probat. & consil. 42. in 2. vol. sic Iason in l. 4 ff. de re iudic.

Procurator in rem suam quis dicatur.

Etiam not. Bald. ex hoc text. officium iudicis, per quod petitur in integrum restitutio, cedi posse, similiter in l. si minori. ff. de administrat. tutor. hoc tamen mihi non placet, quia cedi non potest, quod nobis non competit, l. traditio. ff. de acquir. rerum domin. sed officium iudicis non competit parti, sed iudici tantum, per quod iudicat, & actus ad suum officium spectantes agit: ergo non potest à parte cedi, quia licèt pars ius, quod habet ad petendū restitutionem cedere possit, vt hic, iudicis tamen officium, quod in ipso residet iudice, cedere non potest, aliàs cederet quod id se non spectaret, contra l. si vniuersæ. C. de legat. vbi Bart. & d. l. traditio. & si cederet officium iudicis, iudex officio suo amplius fungi non posset, quia illud non haberet, cùm iam cessum esset. ideò scripsi in l. actionis verbo. ff. de verbor. significa. ista esse diuersa, videlicet actionem, persecutionem, & officium iudicis, quia duo prima partem respiciunt, vltimum iudicem, & ideò nihil commune habent. vt in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess.

Officiū iudicis an cedi possit.

Et an illa restitutio cēseatur, an verò sit personale beneficium, dictum fuit in l. minor. in fin. suprà, eod. ibi videte.

SVMMARIA.

1 *Mercatores exteri non possunt expelli à dominis.*
2 *Minor sine manifesta deceptione non restituitur.*
3 *Princeps potest minorem restituere, licèt manifesta læsio non sit.*

§. Non semper autem ea, quæ cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda sunt: ne magno incommodo huius ætatis homines afficiantur nemine, &c.

ISte §. est vtilis, scribens regulam, videlicet an passim minores sint restituendi, & dicit non semper rescindenda esse, quæ cum minoribus gesta sunt, sed ad bonum & æquum sunt redigenda: rationem ponit text. ne minores afficiantur magno damno, eo quòd commerciū eis interdiceretur, & nemo vellet cum eis cōtrahere. Ideū, idem Paulus in l. verum. §. sciendū. ait non passim minoribus subueniēdū, &c.

In versicul. itaque, infert, quando minor sit restituendus. & quidem tunc est restituendus, quando est manifesta deceptio, aut tam negligenter versatus est in ea causa, vt ei succurri debeat, aliàs Prætor interponere se non debet.

Ex hoc text. colligitur, quando restituendus sit minor, quando bonum & æquum est restitui, id est, quando est vtile, vt dicit Accursius sed ista vtilitas debet inspici, tam ex persona minoris, quàm alterius, cuius restitutionis omissio afferret damnum illi, cuius negotia gessit, vt in princ. huius l. dictum fuit, de eo cuius negotia minor gessit. Hæc verba exponuntur in l. j. ff. de iustit. & iure. scripsi in l. bonorum appellatio. ff. de verbor. signific.

Restitutionis vtilitas cōsideranda.

Ne magno incommodo, &c.] Ex hoc text. patet incommodum fore alicui, quando prohibetur contrahere, & quando commercium prohibetur, sicut Barbaris commercium prohibetur cum Christianis, l. ij. & per totum C. quæ res vendi non possunt. etiam excommunicatis prohibetur commercium, in cap. excommunicatos. 11. q. 3. sicut Tantalo (vt Poetæ fingunt) vt per Horatium Satyra 1.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina.

Et sic Principes sine magna causa nō debent prohibere commercium, & illa prohibitio est odiosa, & sic maximè restringenda. Vnde Bald. in §. dominus. de forma fideli. ait, Dominos nō posse expellere mercatores exteros forenses, quia mundus est communis patria, sed ex causa poterit eis prohibere ingressum, maximè tempore belli. arg. l. Diuus. ff. de seruitut. rustic. præd. Bar. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdi. & relega. Boet. in §. j. in principio. consuet. Biturig. 1

Prohibitio commercij.

Et quædam sunt res, quæ in nullius bonis sunt, §. nullius. de rerum diuisio. quarum cōmercium apud homines non est, vt res sacræ, religiosæ, & sanctæ, l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. §. idem iuris. de inutil. stipul. & res quæ in publico vsu habentur, non sunt in commercio nostro, l. sed Celsus. ff. de contrahen. empt. l. quædam. ff. de acquir. rerum domi. & illa etiam legati, furiosi est. l. idem Iulianus. §. fin. ff. de legat. j.

Manifesta circumscriptio.] Colligitur minorem restituendum, quando deceptio est manifesta, & apparens, si autem non appareat de deceptione, non debet restitui. Oportet ergo quòd minor probet, & clatam faciat deceptionem: nam si de ea dubitetur, iudex non debet restituere, vt docet Bart. in l. de ætate. infra, eodem. & in l. admonendi. col. 3. ff. de iureiurando. vnde in literis solet mandare Princeps iudici, cui literæ illæ diriguntur, quòd si appareat de læsione, & aliis, quatenus sufficere debeat, vt minorem restituant. De hac clausula si constiterit, vel preces veritate nitantur, tradit tex. & ibi interpretes in l. fin. C. si contra ius. & in c. a. de rescript. 2

Aut tam negligenter.] Nota minorem restituendum, si negligenter sua gesserit negotia, quod non

Minores ex negligētia restituuntur.

non videbatur, quia Marcellus ait, non immeritò culpæ eorum adscribendum, qui negligentiores in officio fuerunt, l. Diuus. in fin. ff. de offic. Præsid. sed respōdeo ibi loqui de maioribus, & his qui in aliquo sunt officio: nam hi diligentes in officio esse debent, sed minores ex leuitate ingenij non ita: ideò illis succurri mandat. Et de hac negligentia & diligētia scripsi in interpret. authen. habita. C. ne fil. pro patre.

Prætor interponere se non debet.] Not.
3 Prætorem non debere restituere, nisi ex manifesta læsione, aut ex negligentia minoris, tamen Princeps hoc potest. l. minor autem. eodem. ibi, *Perrarò solet permittere restitutionem.* & facit contra iudices, qui licèt videant restitutionē concedi à Principe: tamen repellunt minorem, quod facere non debent: nam multa permittuntur Principi, quæ iudex facere non potest. l. Princeps. de legib. & suprà dixi. Vnde vidi interdum restitutum minorem ad accipiendum pecuniam hæreditatis, postea m distractam, licèt iste text. dicat repellendum minorem: tamen Princeps, qui minori hoc concedit, pleniùs ei prouidet, quàm iudex, quia adhuc finita non erat causa, vt statim dicetur in §. seq.

SVMMARIA.

1 *Princeps ius quæsitum non censetur tollere.*
2 *Minor quando post lapsum quadriennium etiam restitui possit.*
3 *Labores alterius sibi adscribere, furti species est.*

§. Scæuola noster aiebat: Si quis iuuenili leuitate ductus omiserit, vel repudiauerit hæreditatem, vel bonorū possessionem: si quidem omnia in integro sint, omnimodò audiendus est. Si verò iam distracta hæreditate, &c.

Minor qui repudiauit, vel omisit hæreditatem, aut bonorum possessionem, potest restitui, si omnia sint integra, secus si hæreditas sit distracta, & finita negotia, & multò difficiliùs minoris hæres restituetur. Hæc sit breuis summa.

Requisita, vt minor, à restitutione repellatur, hæreditate adita, vel omissa. Ex hoc §. requirūtur sequentia, antequam minor repellatur à restitutione. Primò, requiritur quòd ipse eam hæreditatem repudiauerit, vel omiserit: repudiare dicitur expressis verbis, omittere autem est permittere, & si cùm potuerit adire, noluit, vt declarat Papinianus in l. 3. ff. si quis omissa causa testa. & ego in l. alienationis. in fin. ff. de verb. signific.

Secundò, quòd sit per substitutum adita, vel accepta, quod patet, ibi, substituti. Idem putarem in aliquo consanguineo, cuius laboribus hoc fieret, dummodò ista interuenirent, quia hic non plus vult fauere substituto, quàm alij, qui requisita in text. fecerit.

Tertiò, quòd hæreditas sit distracta, ibi, Si verò
1 iam distracta hæreditate, quia ius videtur quæsitum, ideò Princeps ius non vult tollere quæsitum. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco pub. fiat.

Quartò, quòd negotium super hæreditate sit finitum, & sic quòd licitationes & decretum sit interpositum: si ergo ante decretum minor interuenerit, non dicitur finitum negotium, ergo recipi debet: nam finitum dicitur illud, quando nihil aliud superest agendum. l. penult. C. de his quibus vt indig. scripsi in l. tran sacta. ff. de verbor. signific.

Quintò, quod veniat quando parata est pecunia, ibi, paratam pecuniam. Et parata pecunia esse censetur, quando est præparata, vt eam accipere possit substitutus, vel consanguineus, nec est hic facta differentia inter substitutum consanguineum, vel creditores, cùm iure non sit cautum, & hic loquitur de substituto, qui aliis præfertur: tamen eadem est ratio in aliis, concurrentibus hic requisitis.

Sextò, quòd sit parata laboribus substituti, ibi, laboribus substituti, vel consanguinei, vt dixi, quia hic nullū est speciale fauere substituti potiùs, quàm alterius. Alex. consil. 67. Videretur. in fin. vol. 5.

Septimò, in suo hærede, additur hoc in l. fin. C. de repud. hæredit. vt si res hæreditatis sint venditæ eo tempore, quo minor erat, tunc non denegatur minori adire hæreditatem, & res recuperare, & creditoribus paternis satisfacere, etiam postquam causa erat finita, & parata pecunia: sed si tempore maioris ætatis sint venditæ hæreditariæ res, non auditur restitui volens, quia dum vendebantur res, opponere se debebat. *Minor etiam causa finita quando restituatur.*

Octauò, additur in d. l. final. quando res non sunt alienatæ, vt minor possit venire, etiam post lapsum quadriennium, & adhuc datur ei triennium, vt pleniùs dicam in nouis interpretationibus ad illā legem. 2

Omnia in integro sint.] No. minorem ita restituendū ad hæreditatem repudiatam rehabēdum, recuperandumque, vt consequi possit quæcunque integra esse censentur, quando scilicet res non sunt alienatæ, nec distractæ, & omnibus rebus in suo statu manentibus, d. l. fin. de repud. hæred. & mandatum re integra finitur, l. mandatum. C. mandat. quando autem res censeatur integra, scripsi abundè in l. sylua. §. integra. ff. de verbor. signific. *Integra res quando dicatur.*

Laboribus substituti.] Not. quem non debere labores alterius occupare, sed quemlibet per se debere laborare, & non in labores alterius venire, & ideò librum ab alio factum nullus debet suo nomini adscribere, alioqui furti species est, vt dicit Iason in proœm. actio. in Institut. ibi, occultatorem laudis alienæ esse parem furi. & Vlpian. ait. paria esse, substrahere, vel negare rem alicuius. l. hæreditatum. quæ aliàs incipit, computatio. in fin. ff. ad leg. Falcid. Bald. in margar. in verbo, negatiua. q. 6. Zaz. in l. ij. in verbo, quæstores. de orig. iur. 3

Multoque parciùs ex hac causa hæredem minoris restituendum esse.] Not. quòd faciliùs datur restitutio minori, quàm eius hæredi, quamuis in l. minor. §. finali. suprà, eodem. dictum fuerit hoc priuilegium restitutionis dari etiam hæredibus, & successoribus minorum: tamen in hoc casu distractionis hæreditatis repudiatæ parciùs subuenietur hæredi, quàm minori.

Hodie, dictante lege Regia, quæ est in tractat. de restitut. art. 1. potest minor vsque ad 35. annos completos petere restitutionem ex contractibus, vel actibus, in quibus fuerit læsus, sed vltrà non, & ideò non poterit petere hæreditatem, quam repudiauit post illud tempus, etiamsi non fuerit distracta, quia illud tempus succedit in locum triennij præstituti, in d. l. fin. C. de repud. hæred. & quia ibi negatur restitutio post illud tempus, & generaliter omnia remedia ratione ætatis ei denegantur: ergo & illud remedium, d. l. fin. quod est notandum.

§ Si seruus,&c.

Dominus quatenus pro seruo teneatur.

EX hoc §. habemus dominum teneri pro seruo in eo,quod ad eum peruenit ratione actus gesti cum minore, & illud restituere tenetur, & idem in filiosfamilias cēset. Dubitatio videbatur,vt dominus non teneatur pro seruo, nec pater pro filio, vt in tit. ne filius pro patre. sed iste text. dicit teneri tantùm de eo quod ad ipsum peruenit, vt restituere teneatur, quod suum non est, & ministerio serui ad eum peruenit. l.j.ff.de vi & vi arma. Dolo autē dominus facere videtur, qui cùm habeat restituendi facultatem,restituere non vult, Vlpian. in l.in bonæfidei.in fine. ff. de pecul. nam iniquissimum idem existimat dominum ex furto serui locupletari,l iij.§.ex fortuna.ibidem. imò etiam dicit Bald. in l.j. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur.filiosfam. & seruos posse restituere, etiam sine patris, dominiue consensu,rē malè acquisitam in foro conscientiæ, & omnia ablata per seruum & famulum dominus restituere tenetur,quę ad eum peruenerint. c.j & per totum 4.q.6.

Vxor quando non potatur conquęstibus.

Idem in vxore,vt in ablatis per virum cōquæstus non habeat, sed si quicquam receperit, restituere teneatur, l.quod seruus. ff.de acquirend. possessio.c. conquæstus. vbi Barbat.de foro compet. quia inhonestatum rerum non contrahitur societas.l.nec prætermittendum.& l quod autē ex furto.& l.si fratres. §.socium.ff.pro socio.abundè Ioan.Lupus in repetit. cap per vestras. §.65. de donat.inter vir.& vxor.

Sed si aliquid nō peruenerit ad dominum, tamen filiusfam.vel seruus decepit aliquem minorem dolo, pater vel dominus tenebitur quatenus est in peculio, vt hîc,& in l.licèt. §.si opem. ff.de pecul.l.ex contractibus.de actio.& obligat.

Sed si nihil sit in peculio, vel non tantùm, vt satisfieri possit,& dolus serui interuenerit,tūc erit verberibus castigandus, aut noxæ dandus, sed in cuius electione erit? Respondet glos.in domini potestate, dicas tamen contrarium: nam quando actio noxalis respicit rem, vt hîc, dominus tenetur rem, vel æstimationem reddere, aut pro noxa seruum dare. l.miles.§.decem.ff.de re iudic.§.j.& per totum.de noxal. in Instit. Si verò seruus teneatur pro delicto, tunc in arbitrio domini est, vel offerre seruum castigādum, vel eum dare pro noxa. Vlpia.in l.sed si vnius.§.cùm seruus.ff. de iniur.sic scribit: *Cùm seruus iniuriā fecit, maleficium eum admittere palam est: igitur meritò sicuti ex cæteris delictis, ita ex hoc iniuriarum noxalis actio datur, sed in arbitrio domini est, an velit eum verberandum exhibere, vt ita satisfiat ei, qui iniuriam passus est: neque enim erit necesse domino vtique eum verberandum præstare, sed dabitur ei facultas præstandi seruum verberandum, aut si de eo verberibus non satisfiat, noxa dedendi, vel litis æstimationem sufferendi.*

Sed, quomodo castigabitur, ad domini voluntatem,vel alterius partis?Respondeo,non,sed ad arbitrium boni viri,id est,iudicis,ibid.§.Prætor ait. imò si verberibus affectus est, non poterit postea agi. per illum tex.quem docet singularem Roma.singul.14. Quod non valens. dicens punitionem corporalem cedere loco solutionis:ideò qui cessit bonis,cùm aliqua castigatione est liberatus, nec poterit conueniri, si postea peruenerit ad pinguiorem fortunam.per illum text.Hoc scribit Iason in §.fin.de actio.in Instit. facit glos.in c.sicut dignum.§.eos.de homicid.Felin. in c.ad liberandum.de Iudæ.

SVMMARIA.

1 *Venditione rescisso,minor quid restituere teneatur.*
2 *Fructus ab emptore fundi à tempore litis contestatæ minori restituendi.*
3 *Scientia minoritatis à quo & quomodo probanda.*
4 *Minor cur pecuniam ex mutuo receptam non restituere teneatur,si consumpserit.*

§. Restitutio autem,&c.

Minor circumuentus in vēditione.

DOcet hic §. quomodo restitutio facienda sit, dicens sic: Ita est facienda,vt quilibet ius suum integrum habeat. Vnde si minor in fraudem venditionis circumscriptus sit, restituetur ipsi minori fundus cum fructibus, & ipse pretium venditori reddet, nisi venditor dederit pretium minori, cùm ipse sciret minorem perditurum, eo casu minor non restituet pretium,sicut quando quis mutuat consumpturo minori, sed parcius & rarius est in venditione, vt minor non teneatur restituere pretium, quia æs alienum ei soluitur, id est, tanquam debitum, quod facere necesse est, at cedere non est necesse. Vnde si origo contractus sit infirmanda, si necesse fuerit pretium soluere,vt in venditione,certè emptor in damno esse non debet:ergo debet ei restitui pretium datum venditori.

Restitutione facta minori, quid faciendum.

Ex hoc text.æqua regula colligitur,quòd vbi restitutio est facienda, vtraque pars ius suum recipere debet,& vna pars non debet esse in damno,& altera in lucro: ideo cùm minor restituitur, ipse pretium receptum restituet, & altera pars illud, quod habet ea causa, & per istum text. reprobaui communem Doctorum definitionē, vt restitutio sit in pristinum statum repositio: nam status non continet rei restitutionem, & alia quæ restituere oportet, & repono significat iterum pono in statum pristinum,& tamē restitutio in locum suum ponit. ideò dixi in tract.de restit.in 2.tomo Commen.ad Constit.Reg.in princ. restitutionem esse ad rem,& ius pristinum reductionem, per istum text. vel restitutio est ad pristinam causam reductio.l.quęsitum.§.ex hoc.ff.de precario. vide alia in d.tract.& Vlpian ait, *Quemadmodum succurritur suprascriptis personis ne capiantur, ita & aduersus ipsas succurritur, ne capiant.* in l. item ait Prætor.§.j.ff.ex quibus caus.maior.

Itaque.] Ex hoc text.colligitur minorem teneri 1
restituere pretium, quod habuit ab emptore,quādo petit rem venditam sibi restitui, ne locupletior sit ex re alterius, & ne aduersarius in damno sit, aliàs non esset in integrū restitutio. vt docet Impe.Anto.in l.j. C.de senten.passis. ibi, *Vt autē scias quid sit in integrū restituere, restituo te honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris.* Vnde si minor restituatur ad bonorū possessionem omissam, tenebitur conferre bona, quæ habuit à suo patre,sicut alij.l.fi.C.si omissa hæred.

Emptorem fundum cum fructibus reddere.] Not.emptorē fundi minoris teneri restituere non solùm fundum, sed etiam fructus. Sed, à quo tempore? Iste text. videtur innuere à tempore ven-
ditionis,sed hodie seruatur,vt fructus tantū reddan- 2
tur à tempore litis contestatæ: per l.cùm fundus.ff. si cert.peta. nam postquā pars aduersa habet bonam fidem,& titulum,debet lucrari fructus vsq; ad litem cōtestatam. per l.si fundum. C.de pactis inter empt. & vendit. & ita vidi seruari in Curiis Franciæ.

Nisi

Nisi si tunc dederit, cùm eum perditurum non ignoraret.] No.minorē non teneri ad restitutionem pecuniæ receptæ ab emptore, quando ipse eam consumpsit, & emptor sciebat illum minorem eam esse consumpturum. facit l.verum.§ penul. suprà, eod. sed pugnare videtur, quod Iulian. scribit

Antinomia conciliatio.

l. *Si quis cùm sciret venditorem pecuniam statim consumpturum, seruos ab eo emisset, plerique responderunt eum nihilominus bona fides emptorem esse, idq́; verius est. Quomodo enim mala fide emisse videtur, qui à Do. emit?* ff.pro emptor. sed illa lex intelligitur in maiore: iste verò text. in minore circunscripto, cui ætatis beneficio subuenitur. Quis autem tenetur scientiam

3 probare? Respondeo, minor, quia in dubio præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur, l. verius. ff. de probat. regul. ignorantia. de regu. iur. in 6. ideò ex fama probabitur, si fortè fama erat hunc iuuenem prodigum, leuem, & inconstantem, multa expendentem, & consumentem, tunc emptor non ignorabat eum pecuniam consumpturum, vel ignorare non debebat. Nempe Accurs. hîc affirmat paria esse, si non ignoraret, vel ignorare non deberet. l. seruus. ff. quod vi, aut clam. & Pompon. ait, scire & scire debere, æquiparari, in l. quod te. ff. si cert. pet. ideò cùm hîc qualitas scientię in emptore requiratur, probāda est, vt dictum fuit suprà, in l. in causæ. § interdum. suprà, eod. & in l. ex maleficiis. ff. de actio. & oblig.

Requisita, vt minor ex venditione restituatur.

Et sic ex hoc text. requiruntur sequentia. Primò, quòd minor vendiderit rem suam, ibi, in vendendo fundo, constat.

Secundò, quòd sit deceptus, ibi, circunscriptus restituetur: nam deceptio attenditur in edicto posito in l. j. suprà, eodem.

Tertiò, quòd pretium ei fuerit datum, non verò tutori, alioqui tutor tenetur, vt dictum fuit in l. verum. § fin. suprà, eodem.

Quartò, quòd emptor sciret minorem perditurum, ac cōsumpturum pecuniam, ibi, perditurum non ignoraret, vel ignorare non deberet.

Quintò, quòd illam pecuniam minor perdiderit, aliàs tenetur restituere id, in quo est factus locupletior. l. ait Prætor. § penult. suprà, eodem.

Consilium ergo Iurisconsul. Pauli, quisquis sibi bene prospectum cupit, accipiat in l. & si sine. § j. suprà, eod. dicentis: *Nemo accedat ad emptionem rerum pupillarium, nec si bona fide distrahantur, ne in hos labyrinthos incidat.*

Minor pecuniam cōsumptā, sibi creditā, nō restituit.

Sicuti.] Not. minorem non teneri restituere pecuniam sibi creditam, quam ipse consumpsit: si verò non consumpserit, tenetur, & quatenus habet. Maior autem tenetur, nisi mutuauerim ei ad certum vsum prohibitum, vt fortè daret scorto, tunc si petam, obstabit exceptio, per illum text. in l. si quis cùm sciret. ff. pro empto. Diuersum est, si credidero consumpturo, non tamen ad certum vsum: nam iste tenetur, & contractus factus cum isto valet. per l. si cùm dotem. § j. ff. solut. matrim. & ibi pulchre Alex. & Aret. consil. 81. Alibi fusiùs dicam.

Sed parcius in venditione.] No. quòd minor magis tenetur ad soluendum pretium receptum ex venditione, quàm ex mutuo, quia debitum ei soluitur ratione rei venditæ, quòd necesse habebat emptor soluere ad complendam emptionem, & ad rem venditam consequendam, l. Iulia. § offerri. & l. ex empto. ff. de act. empt. l. curabit. C. illo tit. hoc ergo emptor necesse habebat facere, videlicet soluere pretium: 4
ergo si soluit ex necessitate, debet illud pretiū, quod ex necessitate emptor soluit, recipere, secus est in mutuo, quòd necesse ei non erat: ideò sibi cauere debebat, antequam ei crederet, & sic emptor habet necesse soluere pretium, quia æs alienum est, & debitum, sed credere & mutuare non est necessarium, vt sequitur.

Ex quo apparet restitutionem competere, etiam quando minor est læsus in pecunia, & sic in mobilibus, & ita frustra disputant Docto. an rescissoria detur pro rebus mobilibus, quia etiam pro iuribus dabitur, vt etiam concludit, Ioan. Nauar. in tractat. de restit. in 1. parte. c. 7.

Mutuū nō fit per contractum.

Credere autem non est necesse.] Istum tex. not. Doct. ad hoc, vt non teneatur quis mutuare, sed idem videtur in quolibet alio contractu, l. sicut. C. de actio. & obligat. vbi liberum est contrahere, vel non contrahere: ergo non est necesse, vt dicit iste textus. Respondeo, verum esse ab initio liberum esse contrahere, vel non, sed postquā quis contraxit, id, quod causa contractus promissum fuit, hoc est debitum, tanquam æs alienum, vt dicit iste text. sed credere non tenetur quis, nec fit mutuum per contractum. l. sed re. l. rogasti. § si tibi. ff. de rebus credi. & § j. quibus mo. re contrahitur obligat.

De iure etiam diuino tenetur quis mutuare proximo in eo casu, quo donare teneretur, & in casu necessitatis. Deuter. 15. c. & Matthæi 5. & Luc. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. scribit Conrad. in tract. de contract. q. 19. post S. Thomam in 4. senten. dist. 15. ac Angel. Claua. in verbo, mutuum. in fine. in sua summa. sed de iure ciuili non est necesse credere, id est, mutuare. imò dicit Lucas de Penna in l. j. col. 3. C. de agri. & mancip. lib. 11. si vis amittere amicum, mutua ei tuum, & si velis habere inimicum, quod de malis intelligendum est: nam bonus vir reddet quod sibi datum erit, sed rarus est.

Notat etiam Bart. ex hoc text. magis fauendum esse ei, qui aliquid ex necessitate facit, quàm ei, qui facit ex voluntate. & suprà l. proxi. ac l. cùm postulassem. in fin. ff. de dam. infect. vnde Paulus ait in l. de die. § tutor. ff. qui satisd. cogan. *Tutor & curator, vt rem saluam fore pupillo caueant, mittendi sunt in municipium, quia necessaria est satisdatio.*

Sed pugnat illud, non esse succurrendum ei, qui in necessitate temerè se ponit, l. de die. in fine. ff. qui satisd. cogan. l. ij. § si quis tamen. si quis cauti. ideò tres tutelæ affectatæ non excusant, vt quis non suscipiat quartam. § item tria. de excusa. tutor. in Instit.

Obiectionis solutio.

Respondeo, fatendum est, non esse ei succurrendum ita, qui voluntariè, in onus non necessarium se iniecit, quominus illud impleat onus, quod voluntariè suscepit, & ita loquuntur iura pugnantia. & l. si fideiussor. § si necessaria. ff. qui satisd. cogan.

Si tamen quis contrahendo illaqueatus est, certè magis succurrendum est huic arctato, qui necesse habet implere contractum, quàm si nullus esset contractus, & quàm si voluntariè daret, vel crederet pecunias. Vnde ære alieno obstrictus, donans bona in fraudem creditorum, non posset bonis cedere, secus si soluat quibusdam creditoribus, quia hoc facit ex necessitate contractus. vt Docto. asserunt in § fin. de actio. in Instit. maximè Iason. Opus tamē magis meritorium est in vouente, quàm in alio, quia vouens

dat fructum & arborem, quod non facit is, qui non vouit, & sic illa necessitas est meritoria, de qua Theologi, & glo.in verbo, seipsum. in clem.vnica. de reliq.& venera.Sanctor.

§.Ex hoc edicto nulla propria actio,&c.

Restitutio officio iudicis petēda. EX hoc colligût Doct.restitutionem petendam officio iudicis, non iure actionis. Sciendum est edictum Prætoris non introduxisse actionem peculiarem, nec propriam ad restituendum minorem,ne interdiceret ei commercium, vt in §.j. suprà visum fuit. Nullus enim contraheret cum minore voluisset, si Prætor annullasset omne illud, quod gestû fuisset cum minoribus: ideò arbitrio Prætoris reliquit, an bonum & equum sit,vt ibi,& totum illud ex cognitione iudicis pendet. Nec Prætor dixit, sicut in actu metu gesto, videlicet, *Quod metus causa gestum est, ratum non habebo*, tunc enim & actio propria esset, sed in hoc edicto minorum dixit, *Quod cum minore gestum erit, qua res erit animaduertam*, & sic Prætor cognitionem restitutionis reliquit iudici.

Et sic Prætor, in hoc casu non introduxit hanc actionem, sicut redhibitoriam ad infringêdam venditionem, l.redhibere.& per totum ff.de ædil.edicto. l.ij.C.de ædi.actio.quia ibi potest cõstare de vitio rei venditæ,sed hic nõ potest cõstare de læsione minoris,antequã sit:ideò Prætor noluit propriã actionem introducere,sed in cognitione ius dicêtis esse voluit.

Obiectionis solutio. Nec obest text.per Martia.inductus in l.in causæ. ij.in princip. ibi, *Nam fortè alia actio possit competere, citra in integrum restitutionem.* Ergo actio datur pro in integrum restitutione. Respõdeo,hic dictio alius non denotat similitudinem, sicut regulariter. vt in l. si fugitiui.C.de seruis fugit.& in clem.i.de rescriptis. quod probat iste textus, dum dicit, Nam si communi auxilio & mero iure munitus sit, non debet illi extraordinarium tribui auxilium, & sic extraordinariũ auxilium competit,quod est restitutio, & non actio, sed qui habet aliam, id est, aliquam actionem, non debet in integrum restitui, quia actione ordinaria iuuare se potest, verumtamen rescissa alienatione à minore facta, actio in rê competit, l.in causæ.j.§.fin.sup.eod. sed ad rescissionem, ex edicto Prætoris non datur propria actio:maximè quia iudicium rescindens, & rescissorium ob hoc dantur.§.rursus. de actio.in Instit. & suprà vidimus in l.in causæ.j.§.interdum.

Ergo satis est prouisum minori per iudicium rescindens, & rescissoriũ: ideò non erat introducenda alia noua actio. Item nulla cautio introducta est à Prætore, vt is, qui cum minore contrahit, teneatur cauere, se restituturum rem minori, si in ea læsus fuerit, quia rarò aliquis cum minore sic contrahere vellet,& sic ei commercium interdiceretur.

Bar.reprehenditur. Nec placet quod Bar. & alij dicunt, officium iudicis nobile dari ad restituendum minorem: non enim video quod ius nobilitauerit istos iudices, qui minores restituunt, potiùs quàm alios, & quod isti sint nobiles,alij ignobiles: vnde puto dicendum,ius petendi restitutionem minoribus concessum esse per illud edictum Prætoris, positum in l. j. suprà. & sic cùm minor habeat persecutionem, iudex necesse habet impertiri officium suum,alioqui punietur, si negligens esset in suo officio,l.Diuus.ff.de offi.Præsi. Scripsi in l.actionis.ff.de verb.signific. & sic concludendo dicendum est,restitutionem petêdam ex edicto Prætoris, & faciendam ex eius cognitione,si bonum & æquum ei videatur, nõ quòd ex solo iudicis officio fiat:nam si edictũ non esset,Prætor non restitueret,ideò in Francia ex Principis indulgentia restitutiones fiunt,non ex solo officio iudicis, nisi in literarum comprobatione, an videlicet ita sit sicut minor Principi narrauit. *Restitutiones in Francia fiunt ex Principis indulto.*

Totum enim.] Ex hoc tex. patet restitutionem pêdere ex Prætoris cognitione: nam,vt dixi Prætor voluit, vt iudex animaduerteret, an æquum & bonum esset, ideò eius arbitrio & cognitioni reliquit, vt superiùs conclusum fuit.

LEX XXV. CAIUS LIB. IIII. AD EDICTUM PROVINCIALE.

ILlud nullã habet dubitationem, quin si minor non debitũ soluerit ex ea causa,ex qua iure ciuili repetitio non est danda,sit ei vtilis actio ad repetêdum:cùm & maioribus vigintiquinq; annis iustis ex causis dari soleat repetitio.

COlligitur ex hoc text. minorem posse repetere indebitum,licèt iure ciuili maiori nõ esset dãda repetitio, vt si maior soluerit indebitum sciêter,non repetit,quia donare videtur, l.j.ff.de condict. indeb. tamen minor repetere poterit, quia in eo cessat illa præsumptio,cũ non possit donare,quod est perdere, l.filiusfamilias.ff.de donat.& ætatis fauore hoc statuitur,& sic limitatur l.j.in minore. etiã hæc lex procedit in indebito,quę per inficiationem crescit,vt illud minor repetat, licèt maior non posset.l.ea quæ.C.de condict. indebit. Ibi enim naturaliter debitum solutum, non repetitur, si à maiore solutum fuerit, l.naturaliter.ff.de condi.indeb. sed Vlp.sic scribit: *Interdum persona locum facit repetitioni, vtputa si pupillus sine tutoris authoritate, vel furiosus,vel is cui bonis interdictum est, soluerit: nam in his personis generaliter locum esse repetitioni non ambigitur.* l.interdum.ff.de condict.indeb. facit l.indebito.C.si aduer.solut. Alij casus traduntur in quibus repetitio non est in maiore, in l.j.C.de condict.indeb.sed minor restituitur etiãsi ex causa iudicati soluerit indebitum, etiamsi post transactionem, vel iuramentum, & 10 aliis ferè casibus conscriptis per Accursio l.eleganter.in fine.ff.de condict.indeb. *Minor indebitũ sciêter soluens, repetit.*

Ratio traditur in tex. quia etiã maioribus ex iustis causis dari solet repetitio, à fortiori & minoribus, vtpote si soluant vltra Falcidiam. per l.error. C. ad leg. Fal. & in l.j.ff.ex quibus caus.maior.vel si metu, vt in titul.quod met.caus.

Nullam dubitationem.] Ex hoc text.colligi potest legê faciendam,etiãsi nulla dubitatio sit.Idem est in l.Diuus. ff.de tutor.& curat.dat.ab his. sed hoc est intelligendum quando nulla erat dubitatio apud Iurecon.sed erat dubitatio apud alios.l.inter omnes. ff.qui satisd.cogan. iuncta glos. & interdum fieri lex potest ad euitãdum dubitationem, si qua esse posset. l.quod Labeo.ff.de Carbo.edict. De hoc plenè scripsi in l.inter publica.ff.de verbor.signific.

Danda sit ei vtilis actio.] Doct.putant illam esse actionem datiuam, quando in l.dicitur dandam actionem,quod reprobaui in l.sæpe.ff.de verb.signi. & in l.iurisgentium.suprà.de pactis.

Vtilis

Vtilis actio.] No.quod cōdictio vocatur actio: nam condictiones actiones vocantur personales.§. sic itaque. de actio. in Instit. & quare dicatur vtilis actio, abundè scripsi in l. cùm Prætor. ff. de verborum significatione.

§.Si talis interueniat iuuenis, cui præstanda sit restitutio: ipso postulante præstari debet, aut Procuratore eius cui idipsum nominatim mandatum sit. Qui verò generale mandatum de vniuersis negotiis gerendis alleget non debet audiri.

IPso postulante præstari debet.] Not. contra Doctor. sententiam restitutionem non dandam minori, nisi eo postulante, vel eius curatore, & sic nō ex officio nobili, vt dicunt, quod sine petitione impartitur. Bart. in l. prima. ff. de iurisdi. omn. iudi. & officium iudicis etiam regulariter nō datur, nisi postulatum fuerit. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. & est tex. similis. in l. patri. infrà eodem.

Præstari debet.] Quod iudex tenetur restituere minorem, quando bonum & æquum est, sicut quando conceditur actio, & non est aliud officium iudicis in hoc edicto, quàm sit in aliqua actione. c. fi. de offi. iudic. Alioqui ex natura petitionis officium denominaretur, vt nobile aliquando rusticum, aliàs mercenarium, siue famulitium, quod est ridiculum: nam iudicis officium residet in sua persona quousque iudex est, nec mutatur sicut Protheus, ideò non est amplius, vel minus in vna actione, quàm in alia. d. c. fi. de offi. iudi. nisi à iure ei plus tribuatur, vt in arbitrariis, & bonæ fidei iudiciis. l. prima. & per ... rum. ff. de eo quod certo loco. §. præterea. de actio in Insti. Et sicut officium apparitoris seruit cuilibet executioni, & tamen est idem officium, ita & iudicis officium seruit cuilibet actioni, & iustæ petitioni partis, & ideò est latissimum. l. prima. ff. de iurisdi. omn. iud. & tamen idem est iudicium, & officium, & non variatur pro actione proposita.

Officiū iudicis nō mutādum est.

Cui idipsum nominatim mandatum sit.] Ex isto text. notant interpretes restitutionem non esse concedendam Procuratori, eam petenti nomine minoris, nisi speciale habeat mandatum ad illam petendam. tex. in c. coram. in fi. de in integr. resti. & Ioā. de Ana. consil. 48.

Procuratori sine speciale mandato nō dāda restitutio.

Et sic Procurator generalis non potest petere restitutionem in integrum, quia agitur de retractando facto domini, quod fieri non debet sine eius mandato, sine magna causa. l. si hominem. ff. manda. quia voluntas præsumitur durare pro facto, quod dominus gessit. Bald. hîc. & quia contra ius commune petitur. l. in honorariis. §. sed cùm rescissa. ff. de actio. & obliga. alias Bald. scribit rationes in l. vnica. C. etiam per Procura. in fi. vbi dicit illum tex. intelligendum, in Procuratore habente speciale mandatum. Aufre. in Decis. Tholos. q. 55.

Ideò, non sufficeret constituere Procuratorem ad petendum in integrum restitutionem, sed oportet exprimere causam, & personam, vt docet Bart. in l. generali. per illum text. ff. de ritu nupti. Sed fallitur Bart. nam ille text. loquitur in matrimonio, in quo oportet, vt persona cum qua quis vult matrimoniū contrahere, placeat, ideò expresio personæ requiritur. ibi. c. fi. de Procura. lib. 6. Sed in petenda in integrum restitutione sufficit cōstituere Procuratorem ad petendam eam ipsam in integrum restitutionem sine alia expresione, per istū tex. qui dicit, idipsum nominatim mandatum sit, & postquam nominata est in integrum restitutio, nominatim ei mādatum est, & sic tex. huic satisfactum est, & in c. coram, de in integrum resti. dicitur requiri speciale mandatum, ergo non requiritur singulare, nec indiuiduum, vt in tali causa, & hoc firmat Bal. in l. vnica. C. etiam si per Procura. & sic regula est, ad restitutionem petendam requiri speciale mandatum.

Procuratoris cōstitutio ad petēdam in integrum restitutionē.

Limita, nisi incidenter restitutio peteretur, tunc sufficeret generale mandatū. l. fin. C. vbi & apud quē in integr. restitut. agi debe. gloss. & Doctor. in c. suscitata. de in integ. restitut.

Mandatū generale.

Secundò, etiam sufficit cōstituere Procuratorem ad transigendum, supplicandum, & generaliter ad alia omnia faciendum, &c. quia paria sunt, aliquid nomine proprio exprimere, aut ea demonstratione quæ vice nominis proprij fungitur. l. certū. ff. si cert. peta. & huius est sententiæ Aegidius Bellamera. decisi. 31. Mandatum. generale. & Panor. in c. suscitata, & in c. coram. de in integr. resti. expresse Cassado. in decis. prima. de Procura. maximè quia in praxi non requiruntur istæ iuris subtilitates, vt in c. dilecti. & c. examinata. de iudi. vbi Doctor. nec obstat hîc text. quia in præmisso casu non habet simpliciter generale mandatum, cùm generale tribus dicatur modis, vt docet Bart. in l. prima. ff. de vulgar.

Demōstratio vice nominis proprij fungēs.

Tertiò vitiatur, in habente officium publicum, vt in Syndico ciuitatis, vel vniuersitatis, qui ex potestate generali data poterit restitutionem petere, cùm in hoc casu tantum valeat generale mandatum, quantum speciale. argu. l. si duo. ff. de administra. tuto. l. fi. §. fideiussores. ff. de muner. & honor. nec potest facilè congregari vniuersitas, vel ciuitas ad dandū quotidie nouum mādatum, ideò hæc generalis potestas sufficit. l. præses. vbi Doct. C. de transact.

Syndicus potest sine mandato speciali restitutionē petere.

Quartò, etiam procedit in habente officium priuatum, si sua intersit, vt in collegij Syndico. arg. l. vlt. C. vbi & apud quem. sic decidit Aufret. in Decis. Tholos. quæst. 55. & in parte etiam in l. patri. infrà, eodem.

Quintò, etiam ætatis venia à Principe impetrata, vt quis negotia sua administret, nō potest in iudicio peti, vt comprobetur per Procuratorem, sed per se minor hoc facere debet. l. ij. C. de his qui veniam æta. impet. quia ibi nō agitur de restitutione impetranda, vt hîc, sed de ea impetrata comprobanda, & ibi agitur de venia ætatis impetrata ad rerum administrationem concedendam, hîc ad rescisionem actus gesti, & ad læsionem reparādam, quicquid dicant Doctor. potest tamen Aduocatus has literas veniæ ætatis, præsente impetrante petere, vt comprobentur, & sic vidi obseruari in iudiciis.

Cōprobande venia petitio à minore facienda.

Vltimo, hæc l. quod si de speciali, præbet cautelā, si de speciali mandato dubitetur, petens debet cauere dominum, & adolescētem rem ratam habiturum. ita probatur etiam in l. prima. C. de Procura. & per totum tit. ff. rem rat. habe.

Si verò dubitetur de mandato defensoris, id est, eius contra quem petitur restitutio, ipse debet satisdare iudicatum solui, vt si condemnatus ministerio suo fuerit dominus, ipse iudicatū soluet, vt per totū

titulum.ff.iudi.ſolui.etiam de rato cauere debet, vt dicit gloſſ. per l. non ſolum. §. eſt & alius.ff.de Procurat.

Lex xxvii. Caivs lib. iiii. ad Edictvm Provinciale.

PAtri pro filio omnimodò præſtáda reſtitutio eſt, licèt filius reſtitui nolit: quia patris periculũ agitur, qui de peculio tenetur. Ex quo apparet, cæteros cognatos vel affines alterius eſſe conditionis: nec aliter audiri oportere, quàm ſi ex voluntate adoleſcentis poſtulent: aut eius vitæ ſit iſte adoleſcẽs, vt meritò etiam bonis ei interdici debeat.

Reſtitutio non datur vi.

EX hoc text. regula datur, videlicet vi non eſſe dandam reſtitutionem etiam conſanguineo, etiam ſi ex minoris voluntate ipſi poſtulent dictam reſtitutionem, & minoris nomine, quia inuito non confertur beneficium. l. inuito. ff. de regu. iur. & quia non debent venire contra voluntatẽ eius, vt dictum fuit ſuprà in l. illud. eodem.

Reſtitutio non datur niſi poſtuletur.

Et per iſtum text. reprobatur doctrina interpretũ, dicentium ex nobili officio concedi reſtitutionem, & ſic non petente minore. Sed hic tex. dicit contrarium, nec aliter oportet quenquam audiri, quàm ſi ex voluntate adoleſcentis poſtuletur, dicit etiam tex. in l. iiij. § *hoc autem iudicium nõ datur, niſi poſtulatum fuerit.* ff. de damno infect.

Limitatio eiuſdem.

Limitatur iſta regula in patre, nempe hîc Caius ait, patri pro filio omnimodò præſtanda reſtitutio eſt, licèt filius reſtitui nolit, ratio aſsignatur, quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur, ergo eo caſu, vbi non teneretur inſpecta ratione, non poterit exercere ea, quæ ſpeciale mandatũ requirunt: alibi tamen dicam.

Secundò, limita, quando filius eſſet prodigus, vt meritò bonis interdici debeat, vt dicit iſte text. tunc cognati, & amici petere reſtitutionem poterunt, & illum defendere. l. item ait. & l. ergo. ff. ex quibus cau. maior.

Tertiò, idem dicerem in aliis perſonis, quæ curatorum ope iuuantur, vt furioſi, amentes, & ſimiles id genus. l. Fulcinius. §. planè. ff. ex quib. cau. in poſſeſ. eat.

Quartò, vitiatur quãdo renderet in damnum alterius, ſi minor non peteret reſtitui, vt quando negotia ſponte ſua geſsit alterius, & perperã. vt in l. quod ſi minor. in prin. ſuprà, eodem.

Antinomia conciliatio.

Quintò, gloſſ. oppooit. l. iij. §. ſed vtrum. ſuprà, eodem. & valde titubat. Vos dicite patri omnimodò reſtitutionem eſſe concedendam, ſi nomine filij eam petat, quia ſua intereſt quoad peculium, ſed iſta reſtitutio à parte petita nõ proderit patri, ſed filio minori. d. l. iij. §. ſed vtrum. nam iſte text. dicit patrem petere poſſe reſtitutionem pro filio, ergo non pro ſe ipſo patre, ne maioribus proſit, & ita poſſunt iſta iura conciliari.

Ex quo apparet cæteros cognatos, vel affines, alterius eſſe conditionis.] Colligitur cõſanguineos minoris nõ habere illa iura, & priuilegia, quæ pater habet in filio: nam pater ex cauſa famis filium ſuum liberum vendere poteſt. l. ij. C. de patrib. qui filios diſtrax quod nõ poſſunt alij cognati, & alia iura videte in l. ſi quidem. ſuprà, quod met. cau.

Singularem iſtum tex. dicit Bal. in Marga. in verbo, coniuncta perſona. q. . quòd vbi requiritur mandatum ſpeciale, coniunctus non accipitur pro coniuncto, per iſtum tex tam de iure canonico, quàm ciuili, & Roma. ſingu. 61. Tu audiuiſti. limitat in patre per iſtum tex. ad hoc ſingul. vt idem ſcribit Bald. in c. nonnulli. col. vlt. de reſcrip & Iaſon in l. iuſiurãdum quod ex conuentione. §. Procurator. 3. no. de iureiur. ff.

Coniuncti quando pro coniunctis reſtitutionẽ poſſint petere.

Etiam coniuncta perſona non poteſt agere pro coniuncta, quando aliquis ad hoc haberet mandatũ, & ſic contra mandatum, vt hîc: quia curator adoleſcentis habet mandatum generale, ergo coniuncta perſona non poterit petere reſtitutionem. l. exigendi. & l. maritus. C. de Procura. & ibi Doctor. etiam iſtum text. ſingularem tradunt Doctor. ad hoc, vt licèt coniuncti non poſsint reſtitutionem petere pro coniunctis, limitatur tamen quando cõſanguineus erat minor. & prodigus, quia agitur de damno illorum, vt ſi moriatur hic prodigus, ei ſuccedant conſanguinei, & ſic reſtitutionem nomine minoris & prodigi petent.

In hoc tex. duplex funiculus attenditur, videlicet conſanguinitas, & prodigalitas, & licèt curator datus fuerit tanquam minori non tamẽ tanquam prodigo. l. qui habet. vbi Bar. ff. de tutel. Ideò, quia alium non habet, qui petat reſtitutionem, illi tanquam prodigo, permittitur hîc conſanguineis reſtitutionẽ pro eo petente, & maximè quia illorum intereſſe poteſt, cùm illi ſuccedere aliquando poſsint, ſi moriatur.

Notandum eſt, quod quamuis cõſanguineus agat pro cõſanguineo, & illius actus exerceat, & ille actus ſic factus valeat, tamen actus geſtus regulariter non prę iudicat conſanguineo, niſi is ratum habeat. tex. in l. uj. §. j. vbi Bart. ff. iudi. ſol. & in l. j. C. quibus res iudi. non no. iſta ergo, quæ gerunt conſanguinei pro conſanguineis, valent quoad commodum cognatorum, ſed non quoad damnum, ſi conſanguineus ratum nõ habeat.

Actus per conſanguineũ geſtus, an præiudicet conſanguineo.

Cognati qui dicantur, declarat Iuriſc. in l. non facilè. & l. Iuriſconſultus. ff. de gradi. & declaraui in l. in vulgari. ff. de verbor. ſignific. & per iſtum textum patet cognatorum nomine non venire affines, cùm dictio, vel, inter diuerſa ponatur. l. ſæpe. ibidem.

Curator minorum.

Bonis ei debeat interdici.] Ex hoc tex. iuncta gloſ. colligitur curatorem minorum poſſe petere reſtitutionem aduerſus contractus factos per minorem ante interdictionem, quia ipſe generale & plenũ mandatum, æquipollens ſpeciali habet, & quia tenetur vtilitatem minoris procurare. l. fin. C. de adminiſtrat. tutor. & quando adminiſtrat res pupilli, loco domini habetur. l. qui fundũ. §. ſi tutor. ff. pro empto. & dominus petere poſſet, ſic & eius curator. vt ſuperiùs dictum fuit, licèt etiam conſanguinei poſsint.

Curator maioris.

Quid in maiore Ludo. Roma. in ſing. 223. Fuit interrogatus. dicit idem in curatore maioris, vt in integrum reſtitutionem pro maiore prodigo poſsit petere, ſi iuſtam cauſam habeat. l. j. & l. necnon. ff. ex quibus cauſ. maior.

Et per iſtum tex. docet Ludouic. Roman. in l. non

ſolùm.

Solutio cõiunctæ personæ facta, an debitorẽ liberet.

solùm.ff.solut. matrim. solui posse coniunctæ personæ, quando debitor erat prodigus, alioqui non, per illum text. & in l. vero procuratori. vbi Doct.ff. de solut. tamen Alex. firmat cõtrarium in d.l. non solùm. dicens istam l. loqui in restitutione in integrum, quæ potest peti à coniuncto, quia potest esse fauorabilis minori, sed solutio alteri facta, non æquè: ego tamen putarem per solutionem factam coniunctæ personæ prodigi debitorem non liberari, nisi pecunia perueneri in rem prodigi. l. sed si lege §. si minor. ff. de petit. hære. l. quoriens. de solut. quod est no. quia sic conciliantur contrariæ sententiæ.

§. Si pecuniam, &c.

Restitutio quando incidēter peti dicatur.

EX hoc tex. colligitur minori conuento ad pecuniam mutuã, quam dissipauit, dari exceptionẽ: nam postquam proconsul denegare debet contra eum actionem, ergo & exceptio, si conueniatur, datur, & tunc restitutio incideuter peti dicitur. vt in c. suscitata. de in integ. restit. l. metum magna. § ex hoc edicto, suprà. Quod met. caus. & aliqui in tex. habẽt, Proconsul denegare actionẽ debet, alij, Prætor, sed vtrũque, quia generaliter accipitur pro iudice, & prætore, vt dicit gl. in l. j. ff. de aliena. iudi. videlicet vt iudex denegare actiõnẽ debeat cõtra minorẽ, qui dissipauit illam pecuniã mutuò acceptam, & verbum, dissipare, accipitur hìc pro, disperdere, atq; consumere Sic in l. si cùm dotem. §. sin autem in sæuissimo. ff. solut. matr. l. j. §. itaq; si quis testa. liber. esse iussus fue. & de iure diuino etiam tendit in abusum: vt de filio prodigo, qui patris substantiam dissipauit. Lucæ 15. & de iure canonico in c. fi. de fideiuss. c. quia sæpe. de elect. lib. 6.

Sed quantum ad expositionem, vt proconsul exponatur pro prætore, non facilè consentirem, quia prætor edicebat in vrbe, & aliorum magistratuum erat ista seruare edicta. Vnde cùm proconsul mittebatur in aliquam prouinciam, is habebat supremam iurisdictionem, vt in l. obseruare. l. solent. & l. nec quicquam. ff. de offic. proconsul. ideò ad eũ spectabat, vt ista edicta in sua obseruarentur prouincia, itaque iura dicunt proconsulem hoc debere facere, cuius maximè interest. l. j. de alienat. iud. ibi, *Omnibus modis proconsul id agit, ne cuius deterior causa fiat ex alieno facto.* facit d. l. nec quicquam, *etiam omnia proconsul agit, vt qui contraxit cum eo, qui in aliena potestate fuit, &c.* l. prima. ff. quod cum eo.

Secundò, quod si egenti, patet minorem conuentum ad reddẽdum pecuniam mutuam, liberari, si cedat actiones aduersus illum, cui mutuauit: nam Accur. tradit regulam istam, quandocunque quis tenetur ob hoc, quod actionem habet, tunc illam cedendo, liberatur, per l. quod debetur. in fi. ff. de pecul. ibi, & in omnibus. quod idcirco teneri dicimus, quia habẽt actionem, delegatio pro iusta præstatione est, & ibi gloss. adducit alia iura ad hoc conuenientia, & maximè istum tex.

Idem dicit, si ad rem teneatur quis restituendam, vel dandam, vt cedendo actionem liberetur, quando cedens culpa caret. l. j. §. si post litem contestatam. ff. si quadrup. & l. si vt certo. §. idem Labeo. commod.

Tertiò, in versiculo prędium, in primo casu statuitur vt si minor ex pecunia mutua emerit prædium pluris, quàm oporteret, cogitur venditor pretiũ cum vsuris reddere minori, & is tenetur reddere prædiũ cum fructibus, quibus locupletior factus, est, & posteà ista pecunia recepta à venditore prædij restituetur creditori, qui eam mutuauit minori, ne creditor, qui mutuauit minori, sit in damno, sed suam pecuniam à iuuene consequi possit.

Minor locupletior factus, fructus restituet.

Secundus casus est, si minor emerit ex sua pecunia prædium, pluris quàm esset, & restituatur contra istam emptionem, cogetur vt in prædicto casu venditor reddere pecuniam cum vsuris minori, & is ipse cogetur reddere prædium cum fructibus, quibus factus est locupletior, ergo non fructus omnes restituet minor, sed illos, in quibus factus est locupletior. locupletior autem dicitur, quãdo fructus ad eum peruenerunt, & ipse tantùm in suam vtilitatem consumpsit, & erat tantum de suo consumpturus. l. sed & si. §. quod autem ff. de peti. hæredi. Doctor. in l. ex pœnalibus. ff. de regul. iur. Decius in §. actiones. col. 7. de acti. in Insti.

Et sic patet, restitutionem faciendam tam ex parte minoris, quàm maioris, vt plenè scripsi in l. quod si minor. § restitutio. suprà, eodem.

Ex quo scilicet simul intelligimus.] Nota ex illo tex. responsionem vnam posse seruire pluribus quæstionibus, nempe quia Iuriscõsul. hic vno responso respondet quæstionibus duabus suprà propositis, probat etiam text. ibi, vt tamen hoc, & superiori casu, &c.

Vsuras, &c.] No. casum, in quo vsura permittitur de iure ciuili, sed an permittatur hodie? quod videretur, quia in compensationem fructuum datur: nam sicut minor restituit fundum cum fructibus, ita & emptor pretiũ cum vsuris, seu interesse, inuicem habita compẽsatione, per l. curabit. C. de actio. empt.

Sed hodie cùm non fiat restitutio in Francia fructuum, quando extat titulus, nisi à tempore litis contestatæ per l. cùm fundus. ff. si cert. peta. vt superiùs fuit dictum certè nec pretium cum vsuris restituetur, sed sufficiet restituere solùm pretium, & ita seruant Curiæ Franciæ, etiam supremæ.

Vsura, quæ percipi potuit, reddẽda minori.

Percepit, aut percipere potuit, reddat.] No. vsuram reddendam, non solùm quam percepit venditor, sed etiam quam potuisset percipere, hodie tamen vsuræ sunt de iure diuino prohibitæ, vt Lucæ 15. Mutuum date, nihil inde sperantes, & de iure canonico. c. primo. de vsur. in 6. & in Decreta. Sed Iurisconsul. Paulus ait in titul. de rei vendi. in l. *Fructus non modo percepti, sed & qui percipi honestè potuerunt, æstimandi sunt.* l. si nauis. §. fin. ibidem. & gloss. hìc in verbo, cum fructibus, addit etiam, quos percipere potuit, sicut & in vsuris.

Sed cõtra istum tex. & gloss. pugnat l. si cùm fundum. de rei vendic. C. vbi titulus excusat possessorẽ à fructibus, qui percipi potuerunt, quia censetur bonæfidei ratione tituli, & tamen hic tenetur, respondet Ludo. Roman. singul. 528. Tu habes, per hoc esse singulare, & speciale in re minoris, vt illam possidens teneatur, & ad restitutionem illius rei, & ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt. Hoc etiam probat idem Roma. consil. 454. & Francis. Cremen. singul. 134. Tuscis. Iaso. in l. apud Iulianum. §. fructus. ff. de leg. j. Alios casus speciales tradit gl. licèt hodie nõ seruetur, vt dixi in l. sed & partus. ff quod met. caus.

Minor quãdo fructus restituat.

Quartò, ex diuerso, si minor prædium minori pretio quàm oporteret vendiderit & restituatur emptor, debet prædium cum fructibus restituere, adolescens

lescens verò pretium, sed in quātum est locupletior factus: nam si ducentos aureos receperit, & dissipauit centum, alia centum restituet. Nec ait hic text. de vsuris pretij, quoad minorem, vt teneatur, sicut in proximo versiculo suprà, dictum fuit in maiore.

SVMMARIA.

1 *Noua collatio non requiritur in renunciante beneficio per metum.*

2 *Minor liberans vnum ex reis debendi, aduersus vtrumque restituitur.*

3 *Item quid leuitate iuuenili promittens, officio iudicis restituitur.*

§. Si minor annis vigintiquinque sine causa debitori acceptum tulerit, nō solùm in ipsum, sed & in fideiussores & in pignora actio restitui debet. Et si ex duobus reis alteri acceptum tulerit, in vtrunque restituenda est actio. Ex hoc intelligimus, si damnosam sibi nouationem fecerit, fortè si ab idoneo debitore ad inopē nouandi causa transtulerit obligationem, oportere eum in priorem debitorem restitui.

Minor debitum sine causa remittens. Colligitur minorem restituendum, si sine causa debitum remiserit, non solùm aduersus debitorem, verùm etiam aduersus fideiussorē, & pignora, si ea habebat, vt actio restitui ei debeat; nam restitutio est in pristinum statum positio. vt d. l. quod si minor. §. restitutio. dictum fuit. Ergo reus non obstante acceptilatione reponetur in obligationem primam, sic & fideiussor, & si pignora restituta erant ratione acceptilationis restituentur minori, vt plena sit restitutio.

Obiectionis solutio. Nec restagatur l. qui. res §. aream. ff. de solut. vbi actio semel extincta nō reuiuiscit. Respondeo verū, ipso iure, sed per restitutionem sic, vt hic l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. Alioqui non prodesset restitutio: nam quod læsio aufert, reddit restitutio, vt dictum fuit.

Vnde text. in c. si verò. primo. de iureiur. & ibi Panor. & Feli. notant, quòd per restitutionem omnia in
1 pristinum statum restituuntur, adeò, quòd renuntiās beneficio per metum, non indiget noua collatione, licèt communis opinio sit in cōtrarium, vt noua collatio requiratur post resignationem, vt per Doctor. in c. venerabilis. de excep. plenè scripsi in tract. de pacifi. possessor.

Secundò, in versiculo, & si ex duobus reis,
2 etiam censet restituēdam actionem aduersus vtrumque, si minor alterum liberauerit, & accepto tulerit vni, nam Iabole. ait in l. ij. de duobus reis. ff. *Cum duo eandem pecuniam aut promiserunt, aut stipulati sunt, ipso iure singulis in solidum debetur, & singuli in solidū debēt, ideóque petitione & acceptilatione vnius tota soluitur obligatio ex duobus quoque reis, promittēdi, eiusdem pecunia, si alter iurauit, alteri quoque prodesse debebit iuramentum.* l. in duobus. §. ex duobus. ff. de iureiur. ideò in vtrunque restituetur actio.

Minor liberans debitorē diuitem. Tertiò, si minor animo nouandi liberauerit debitorem diuitem, & transtulerit ad alterum reum debendi obligationem, oportebit minorem in obligationem prioris debitoris idonei, restitui: nam in eo minor læsus esse censetur, quod inopem pro idoneo accepit, & idoneus hic dicitur, qui est sufficiens ad soluendum debitum, & in alia materia quis idoneus dicatur, scripsi in l. probrum. ff. de verbor. signific. vbi abunde videbis.

Fulgosius ait alium casum hic Iurisconsul. omisisse, videlicet si minor promiserit leuitate iuuenili, 3
quo casu rescindetur promissio illa officio iudicis, secundum Bar. vel Fulgos. ille ait partem cogi accepto ferre minori, nisi eo casu, vbi sunt fideiussores. l. iiij. ff. de libera. lega. Praxis Franciæ seruatur, vt petatur cancellari instrumentum promissionis, & irritari, & sic nullum & cassum minori reddi, & ita concedit Princeps in suis literis restitutionis, & postea iudex literas approbando irritat instrumentum obligatorium, illudque cassat & annullat iuxta formam literarum, vt scripsi in tracta. de literis obliga. artic. primo. in primo tomo Commentar. ad Constit. Regi. Gallic. *Praxis Frācia de promissionis minorum instrumēto.*

§. Aduersus eos quoque, &c.

Iste §. declarabitur in l. etiam. infrà. ibi vide.

LEX XXVIII. CELSVS LIB. II. DIGESTORVM.

Cvm minor, quàm quinque & viginti annorum, aduersus eum, cum quo tutelæ egit, restituitur: non ideò tutori contrarium tutelæ iudicium restituendum est.

Intelligit gloss. istum text. & Doctor. vt si minor restituatur aduersus tutorem, vel curatorem, vt iudicio tutelæ experiatur, fortè tamen post acceptilationem ab eo factam, in hac restitutione, non restituetur contraria actio tutelæ tutori, sed pugnat l. prima. & 2. C. de transact. vbi si minor restituatur, restituitur & aduersarius ad veterem actionem. Accurs. & Doctor. se extricant ab hoc contrario, sicut mus in pisce. Primo, dicunt imputandum esse, quod nō appellauit, quando minor fuit restitutus per sententiā, sed appellatio fuisset iniusta, eo quòd actio contraria non debet restitui, vt hic dicitur, ideò hoc non placet: vnde dicit tutorem ex alia causa actionem remisisse, quàm minorem, hoc nihil est dicere, vel aduersus coniunctam personam restituitur, non verò aduersus extraneum, sed iustius esset restitui aduersus extraneum, quàm contra cōiunctam personam, quia ius fauet cōiunctis, vt in l. proxima dictum fuit. & facit l. prima. & sequen. ff. de libera. cau. *Obiectio.*

Imò sic intelligendo, ista lex videretur continere iniquitatem, videlicet vt minori subueniri debeat in necem tutoris, vt nō possit ea repetere, quæ exposuit pro minore, tamen minor ab eo peter, vt vidimus in l. quod si minor. & l. patri. suprà, eodem eui iniuriæ atque iniquitati Doctor. non respondent: nam actio tutelæ datur pupillo contra tutorem, vt reddat rationem & reliqua præster. l. prima. & per totum. ff. de tute. & ratio. distra. Actio autem contraria tutelæ, datur tutori ad recuperandum ea, quæ pro pupillo exposuit. *Actio tutela contraria.*

expoſuit. l. prima. & per totum. ff. de contra. & vtili. actio. tute. §. tutores. de obliga. quæ ex quaſi contra. naſ. in Inſti. Si ergo reſtituatur actio pupillo, ergo & tutori reſtitui debet, alias eſſet ioquū, & non diceretur reſtitutio: nam teſtituto minore æquum eſt illius aduerſarium reſtitui, vnde ſi minor fuerit reſtitutus, vt non obſtante publicatione teſtium poſsit producere teſtes, idem quoque licebit aduerſario. vt per Bart. & alios. in l. prima. §. nuntiario. ff. de noui ope. nuntia. Iacobi. in l. prima. C. ſi aduetſus tranſact. Ideò ego dicerem hic non ſubuenitt tutori aduerſus pupillum, videlicet per reſtitutionē, quia hic tutor meroiure communi munitus eſt, ob id reſtitutionis auxilium ei præſtandum non eſt. l. in cauſæ. 2. ſuprà, eodem: ſruſtra enim confugeret ad extraordinarium remedium cùm ordinario ſit & munitus & tutus: iure communi duo ſiquidem habet remedia. Primū, quia eius arbitrij eſt, vtrum compenſare, an petere ſumptus velit. quod ſi non petierit, ei eſſe imputandum, ait Vlpian. in l. prima. § prætereà. ff. de contra. & vtili. actio. tute. vbi plus ait idem Vlp Quid ergo ſi iudex compenſationis eius rationem non habuit, an contrario iudicio experiri poſsit, & vtrique poteſt, ſed ſi reprobata eſt hæc reputatio, & acquieuit, non debet iudex contrario iudicio id reſarcire, ſed imputetur ei, qui non appellauit poſt reprobatam compenſationem: nam agenti poſteà obſtat exceptio rei iudicatæ. l. ſi autem. §. ſi ff. de nego. geſt. l. quod in diē. in fi. de compenſa. Nempe ſi minor reſtitutus fuerit ad actionem tutelæ, poterit agere contra tutorem, & tutor poterit compēſationem opponere ſumptuum, quos fecit in rebus pupilli, quod ſi omiſerit, poterit actione tutelæ contraria agere: nam licèt actio tutelæ ſit extincta, non tamen actio cōtraria, ideo dicerem, quod ſi per acceptilationem vtraque actio eſſet extincta, tunc vtraque actio reſtituenda eſſet. per d. l. primā. C. ſi aduet. tranſact. & l. quod ſi minor. §. reſtituno. ſuprà, eodem. quod eſt valde notādum, quia Doct. hic nō poterunt hæc alloqui, quod probatur ex natura correlationis, ſeu negotij. l. ß. ff. de acceptil. & l ſi. C. de indict. vidui. tollen. etiam ſi in reſtitutionis ſententia pro minore lata iudex nihil dixerit, adhuc vtrique reſtitutio fiet, vt Bal. & alij ſcribunt in l. ſi. C. ſi aduer. tranſact.

Obiectionis ſolutio.

Tutor minore reſtituto, duo habet remedia.

Etiam, annixa actio quæ reſtituitur, ſit directa vel vtilis, non diſputo, quia in praxi nullius eſt vtilitatis, cùm effectum eundem habeat vtilis, quæ & directa.

Lex xxix. Modestinvs lib. ii. Responsorvm.

Etiamſi à patre, eodémque tutore authore, pupillus captus probari poſsit, curatorem poſtea ei datum, nomine ipſius in integrum reſtitutionem poſtulare, non prohiberi.

Caius in l. patri. in fin. ſuprà, eodem. ſic ſcribit: *Aduerſus eos quoque reſtitutio præſtāda eſt, quorum de dolo agere non permittitur, niſi quadam perſona ſpeciali lege excepta ſint.*

Ex his ergo iuribus patet reſtitutionē dari filio aduerſus patrē, & liberto aduerſus patronum, licèt doli actio aduerſus eos nō detur. l. nō debet. ſupr. de dolo. Vnde intelligunt quidam non dari reſtitutionem aduerſus parentes ratione doli, ſecus ſi ratione ætatis fuerit à patre deceptus. vt d. l. etiam.

Reſtitutio aduerſus parentes.

At refragatur l. fin. C. qui & aduet. quos. vbi ſic ſcribitur: *Sācimus nullo modo neque aduerſus parentes vtriuſque ſexus, neque aduerſus patronū, vel patronam dari reſtitutionem: nam perſonarum reuerentia omnem eis excludit reſtitutionem, cùm proculdubio ſit, etiam ipſas perſonas cauere, ne quid ſua opinioni contrarium exiſtat.*

Obiectio.

Et ſic per illam legem iſtam corrigi quidam dicunt, cùm reuerentia perſonæ excludat omnem reſtitutionem, & ſic tam nomine doli, quàm ætatis, aut alia ratione, maximè quia filij cauere debent ne repugnent voluntati, & opinioni patris: nam dicitur in §. ſed & quod ſancitum. in authē. de nup. colla. 4. noli contradicere parentibus, etſi iuſta dicas.

Ego dicerem hunc tex. non corrigi, ſed io ſuo tantùm caſu procedere, vt videlicet filius non poſsit petere reſtitutionem aduerſus patrem ſolum, quando pater contraxit cum filio ſuo, vel aliquid egit cū illo.

Solutio.

Sed ſi pater contraxerit cum filio ſuo minore, & ipſe tutor fuerit ſui filij, & eo patre tutore, & authore captus fuerit, tunc reſtitutionem concedendam illi dicit iſte tex. quia inſpicitur hic perſona tutoris, qui decepit eum, quæ quidem tes eſt peſsimi exempli: nam quamuis reuerentia patris excludat reſtitutionem, non tamen tutoris, & ſic inſpicietur illa tutoris qualitas in reſtitutione, & nominabitur in literis, & ſi probata fuerit læſio, Princeps prouidere debet, & ita videtur conuenire. §. fin.

De eadem re.

Nec hoc caſu doli metuo habebitur, vt ea ratione minor reſtituatur, ſed læſionis re ipſa. vt in l. ſi quis cùm aliter. ff. de verb. oblig.

Ex quo apparet filium non reſtituendum aduerſus patrem, quia non eſt veriſimile quod pater circūueniat filium, nec mater, cùm plus ſuos hi filios diligant, quàm ſeipſos. l. iſti quidem. ff. quod met. cauſa. Limitatur, ſi illi fuerint tutores, vel curatores, inſpecta iſta ſiquidem qualitate, reſtitui poterunt, per iſtum tex. quem vidi in praxi ſeruari.

Filius quādo aduerſus patrem reſtituatur.

Secūdò, vitiatur ex magna cauſa, vt pote propter enorme damnum. l. ſi ex cauſa. ſuprà, eodem. & in d. l. fin.

Tertiò, limitatur, quando pater plures haberet filios ex diuerſis vxoribus, tunc quia vltima coniunx ſolet peruertere patris ſenſum, erga priores filios, ideò eos ſæpius vidi reſtitui in foreuſi iudicio, ſi pater quicquam agat in illos, ſicut ſæpius ius eos iuuat. in l. hac edictali. & per totum. C. de ſecund. nupt.

Vltimò, quando à Principe ex cauſa, etiam minori, reſtitutio fuerit conceſſa, vt d. l. ſi ex cauſa. cum l. ſeq. ſuprà, eodem. & quamuis d. l. fi. excludat omnem reſtitutionem, tamen non excludit reſtitutionem à Principe conceſſam, vt docet text. iuncta gloſſ. in l. poſtquam liti. vbi Doctor. C. de pact. & ita ſeruatur in Francia: nam ſi probetur patris circunuentio, reſtituetur filius minor, ſed eſt præſumptio pro patre, quod filium ſuum non circunſcribet, ideo opus eſt, vt filius probet hanc patris impiā circunſcriptionē.

§. Ex cauſa curationis condemnata pupilla aduerſus vnum caput ſententiæ reſtitui volebat: & quia videtur in ceteris litis ſpeciebus.

speciebus.releuata fuisse, actor maior ætate qui adquieuit tunc temporis sententiæ, dicebat totā debere litem restaurare. Herennius Modestinus respondit, si species in qua pupilla in integrum restitui desiderat, ceteris speciebus non cohæret, nihil proponi cur à tota sententia recedi actor postulans audiendus est.

ACcurs. docet istam pupillam cōdemnatam finita tutela, sed tunc non diceretur condemnata ex causa curationis, vt dicit text. sed ex causa tutelæ, ideò dicit condemnatā contra curatorem, hoc nihil est dicere, vel ex causa cuiusdam curæ, quam pater eius fecit, hoc est, præsagire, ideò ego dicerem pupillam condemnatam ex causa curationis, id est, curæ & administrationis bonorum, & si obiiciatur iudicium tutelæ, non datur, nisi finita tutela. l. nisi. ff. de tutel. & rati. distrah. sic nec actio contraria. l. prima. §. finito. ff. de contra. & vtili. actio. Respondeo, si quis pro tutore administrauerit negotia pupilli, statim potest conueniri. l. prima. §. cum eo. ff. de eo qui pro tuto. & ipse etiam, si quid legitimè impenderit, conueniet Procuratorem ex causa curationis. l. prima. §. sed si pro tutore. ff. de contra. & vtili. act. rute. Etiam potest intelligi, Titium suscepisse curam hæreditatis pupilli, & multa in hac hæreditate exposuisse, demum egit contra pupillam, quæ fuit condēnata ad centum pro multis capitulis gestis, quæsitum est, si pupilla læsa sit in vno capitulo, & restitui velit in illo, an possit, quod non videbatur, quia sententia est indiuidua, ideò tota debet restaurari lis. Contrarium scribit Modestinus hic, si capitulum illud non cohæret cæteris capitulis, & speciebus, aliàs contrà, & iste casus probatur in l. debitor. suprà. de nego. gest. & potest intelligi in omnibus casibus, in quibus pupilla ex causa curationis conueniri, & condemnari potest.

Species facti.

Dubitandi huius textus ratio.

Curatio enim potest accipi, vel pro cura adolescentis, vt in l. minor. infrà, eodem. l. cui. de postul. l. iurisperitos. §. primo. de excusa. tuto. vel pro iniunctione muneris. l. fi. ff. de mune. & honor. l. fi. ff. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. aut pro cura hæreditatis, seu alterius rei administrand. l. debitor. ff. de nego. gestis. scripsi in l. quibus. ff. de verborum significatione.

Colligitur ex hoc tex. minorem posse restitui aduersus vnum articulum sententiæ, si ille articulus non cohæret alteri, vtpote si condemnata pupilla fuit curatori ad decem ratione vnius debiti, ad alia decē ratione frumenti, si pupilla desideret restitui quoad decem debita ex causa frumenti, poterit, quia non cohæret alteri articulo, seu casui, seu speciei, & ita intelligitur iste tex.

Obiectio. Nec refragatur l. io hoc iudicio. ff. famil. hercisc. vbi sic Paulus ait: ***Quia non potest vno iudicio res iudicata in partem valere, in partem non valere.*** Accurs. dicit hūc text. in disiunctis intelligendū, contrarius autem, in coniunctis.

Solutio. Ego verò dicerem illum text. vel alios nihil obstare, quia sententia non potest pro parte valere, pro parte non, vt in d. l. in hoc iudicio, sed quādo sententia valet tota, an possit minor contra partem sententiæ restitui: & respondet hic tex. posse. Nam licet ab initio testamentum in totum valere debeat, nec potest quis intestatus, testatúsue esse, Ius nostrum. ff. de regul. iur. tamen postea potest testamentum pro parte valere, & pro parte non. l. circa. ff. de inoffi. testa. Sic & sententia debet ab initio in totum valere, sed postea potest pro parte rumpi, vt hic, & pupilla in qua parte grauata fuerit, restitui: quod est verum, quando illi articuli non cohærebant: nam si cohærerent, in totum sentētia rescinderetur, vide tex. in l. si tutor post pubertatem. ff. de tutel. & rationi. distrahen.

Quando autem dicantur capitula cōnexa, vel separata declarat gloss. hic & Bar. fusiùs in l. Aurelius. §. idem quæsit. ff. de libera. lega. Iason in l. non solū. §. sciendum. ff. de noui oper. nuntia. Soci. in l. non vtique. de excep. Felin. in c. cùm inter. col. 4. de re iudi. Boër. in Decis. Burdegal. q. 164. & 339.

§. Si hæreditate patris, &c.

HIc §. fuit declaratus in l. in causæ. prima. §. causa. suprà, eodem. allegatur tamen sententiam latam absente parte, & non vocata, non valere, illique non præiudicare. facit l. de vno. ff. de re iudi. l. ea quæ. C quomodo & quando iudex. *Sententia, absente parte lata, non valet.*

Vnde consuluit Bald. consil. 1. Si egressæ. in 4. vol. sententiam pro minore ætate prolatā, nemine cōuocato, non valere, & ideò proinde cognoscendum, ac si nil esset iudicatum, per istum text. quia licet in datione curatoris nemo sit citandus, tamen si ætas in dubium reuocetur, de ea est cognoscendum. per l. iij. §. pen. ff. de bonor. possess. & l. primam. C. quorum bonorum.

SVMMARIA.

1 *Legatum petens, censetur restitutionem repudiare.*
2 *Præteritus potest supplementū legitima petere, quāuis legatum petierit.*
3 *Patria potestatis & emancipationis hodie nō est differentia.*

LEX XXX. PAPINIANVS LIB. III. QVÆSTIONVM.

SI filius emancipatus non accepta cōtra tabulas possessione, post inchoatam restitutionis quæstionē, legatum ex testamento patris maior vigintiquinque annis petisset, liti renūtiasse videtur: cùm etsi bonorum possessionis tempus largiretur, electo iudicio defuncti, repudiatum beneficium Prætoris existimaretur.

SPecies facti talis esse potest. Filius emancipatus minor à patre suo præteritus, vel exhæredatus fuit relicto sibi aliquo legato in testamēto, ob id ipse filius poterat bonorum possessionem contra tabulas intra tempus à iure præstitutum petere, sed non petiit, verùm factus maior petiit se restitui ad petendā bonorum possessionē, & inchoata restitutionis quæstione petiit legatum in testamento patris sibi relictum, quæsitum fuit, an possit prosequi restitutionis causam, quod videbatur, quia inchoata per contestationem *Huius legis species facti.*

stationem restitutio, facta est perpetua. l. nam postea. §. fin qui temporali. ff. de iureiur. sed hic contrarium statuit. Ratio est, quia petendo legatum, videtur renunciare liti motæ super restitutione, & rationem etiam ponit Papinia. quia si ipse maior intra tempus petendæ bonorũ possessionis elegisset legatum petere, censeretur repudiare beneficium Prætoris, id est, restitutionem, fortiùs si legatum accepit pendente & inchoata lite. 1

Decidendi ratio.

Ex hoc tex. colligitur emancipatum, qui petiit legatum, videri renunciari liti motæ: nam duobus modis quis liti renunciat, expresse, & tacite, expresse, quando verba sunt renũciationis expressa, de quibus in l. postquam liti. C. de pact.

Renũciatio litis tacita.

Tacitè, quando legatum est relictum alicui in testamento, si is legatum accipiat, testamentum quoque approbare videtur, vt hic, & inferiùs alia iura adducam, sic & gratiæ suæ renunciare videtur, qui aliud beneficiũ incompatibile adeptus est. c. gratiæ, de rescrip. & de hac tacita renunciatione plenè scripsi in praxi beneficiali. in tertia parte. titul. de tacita renuntia.

Sed, vt habeatis perfectè materiam, super qua gl. & Doctor. valde titubant, ego conscribam casus sequentes. Primus casus est, quicunque lite pendente super restitutione, vel testamento, petit legatum in testamento relictum, liti renunciare videtur. ita loquitur iste tex. sed, an possit posteà agere contra testamentum? aduertite ad sequentia.

Testamentum patris, quod rumpere potest, approbãs.

Secundus casus, qui potest testamentum patris rumpere, & post illius mortem illud approbat, non poterit posteà illud infringere, nec contra venire. l. penul. ff. de inoffi. testa. nam quod semel approbaui, reprobare non possum. l. Pomponius. prima. ff. de neg. gest. l. in arenam. C. de inoffi. testa. Plura scripsi de hac variatione in ratione dubitandi ad l. quod iussit. ff. de re iudi. in eius l. interpretatiõe. imò scribit Iurisconsul. Paulus. ff. de inoffi. testa. ita, *Si exhæredatus petenti legatum ex testamento aduocationem præbuerit, procurationemue susceperit, remouetur ab accusatione: agnouisse enim videtur, qui tale iudicium defuncti approbauit.* Si ergo Aduocatus postulando pro testamento, vel Procurator defendẽdo testamentum, videtur illud approbare, multo fortiùs is qui legatum suo nomine petiit.

Tertius casus, hodie siue præteritus, siue exhæredatus petierit legatum in testamento relictum, non poterit posteà testamentum infringere, licèt gloss. dicat non habere locum in præteritis, sed tãtùm in exhæredatis, & Bart. dicit hodie emãcipatum posse dicere testamentum nullum. per l. fin. C. de liber. præter. & Fulgos. putat Accurs. sententiam veram, sicut Deus est in cœlis: dicatis tamen eum sequitur.

Præteritus petẽs legatum.

Quartus casus est, præteritum dici illum, qui nõ est institutus, neque exhæredatus. §. eadem. de hæredi. quæ ab intest. defer. in Instit. Ideo hodie præteritus potest dicere testamẽtum irritum quantum ad institutionem, cætera námque firma permanent. authen. ex causa. C. de liber. præter. & hoc fatẽdum est, sed si præteritus petierit legatum ex testamento relictum, ex bono & æquo tuebitur voluntatem testatoris. l. filio præterito. ff. de iniusto testa. Nam clausula decreti, & nullitatis semper intelligitur, si is vti ea velit, in cuius fauorem actus fit nullus. l. proinde. ff. si certum peta. Ioan. Monachus in c. statutum. de præben. in 6. scripsi in verbo, ipso iure. §. si quis verò. de colla. in Concorda.

Quintus casus, filius exhæredari non potest, nisi causa exhæredationis in testamento fuerit expressa, & ab hærede probata. authen. non licet. C. de liber. præterit. §. aliud quoque. in authen. vt cùm de appella. cognos. colla. 8. Et si hoc factum nõ fuerit, fatendum est testamentum irritum, sed si filius legatum agnoscat, & testamentum approbet, illud non poterit posteà irritare, imò Marcellus ait, *illud notissimũ esse, eum, qui legatum perceperit, non rectè de inofficioso testamento dicturum, nisi id totum alij administrauit*, id est, restituit, & libere ex voluntate testantis dedit. l. si pars. in fi. ff. de inoffi. testa.

Sextus casus est, si filius præteritus legatum petierit ex testamento relictum, non prohibetur petere 2 supplementum legitimæ. l. si quando. §. illud. C. de inoffi. testa. quia etsi testamentum valeret, posset petere. l. omnimodo. C. eo titul. fortius quando testamentum est irritũ d. l. omnimodo. & ibi interpretes.

Acceptans semel legatum.

Septimus casus est, si filius exhæredatus, vel præteritus, semel acceptauerit legatum, in testamento relictum, non poterit posteà agere, vt iure institutionis ei detur legitima, sed illud sibi cõputabitur in legitima, postquam hoc approbauit. §. aliud quoque. in authen. vt cùm de appella. cognos. Et suppleri ei fieri poterit in pecunia etiam filio inuito. vt docet Guido Papa in Decis. Delphin. qu. 487. Pater. licèt legitima ex substantia patris dari debeat. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. licèt si non approbasset testamentum, debuisset ei relinqui legitima iure institutionis. d. §. aliud quoque. & Doctor. in authen. nouissima. C. de inoffi. testam.

Octauus casus, tam emancipatus, quàm in testamento præteritus testamentum nullum dicere potest, per d. authen. ex causa. generaliter loquentem, 3 idque quoniam hodie ferè nulla est differentia patriæ potestatis, & emancipationis. §. nullam. in authen. de hæredi. ab intest. venien. colla. 9. quicquid dicat Accurs. hic.

Nonus casus, minor qui accepit legatum, vt seruũ manumitteret, si legatũ reddere paratus sit, seruum, qui pluris est, manumittere nõ tenetur. l. si minor viginti quinque annis seruum. infrà, eodem.

Vltimò gloss. dicit præscriptionem annalem non currere minori ipso iure. de quo in l. prima. C. in quibus caus. in integrum resti. non est necessa. suprà dixi, ideò cùm non sit materia huic nostræ conueniens, eam missam facio.

Lex xxxi. Idem lib. ix. Responsorum.

SI mulier postquam hæres extitit, propter ætatem abstinẽdi causa in integrũ restituta fuerit, seruos hæreditarios ex fideicommisso ab ea rectè manumissos, retinere libertatem respõdi. Nec erunt cogendi viginti aureos pro libertate retinenda dependere, quam iure optimo consecuti videntur. Nam etsi quidam ex creditoribus pecuniam suam ante

restitutionem ab ea recuperassent, cæterorum querela cōtra eos, qui acceperunt, vt pecunia cōmunicetur, non admittetur.

Libertatis fauor. HÆc lex tria conscribit. Primum, si filia minor adiuerit hæreditatem, & fideicommissariam seruis dederit libertatem, si postea videas eam damnosam, abstinuerit, & in integrum restituta fuerit, an libertates datæ teneant? & respondet tenere, postea quam illi rectè manumissi sunt, sed isti manumissi, an cogātur viginti aureos præstare illi, qui bona defuncti obtinebit, sicut manumissi alij tenerentur post ruptum testamentum per querelam, & respōdet, nō esse cogendos dependere illos viginti aureos pro libertate, quam iure optimo cōsecuti sunt, hoc probat Iurisconsul. ratione sequenti: nā si creditoribus suisset ab illa filia solutum, ante restitutionem, non reciperetur querela contra istos creditores, si qui vellent illam pecuniam repetere, sic nec in libertate data, quę magis est fauorabilis. l. libertas. ff. de reg. iur.

Ex hoc text. patet, libertatē datam per hæredem, licèt postea hæreditate abstineat, non reuocari. l. & elegāter. & l. si dolo. suprà, de dolo. vbi dixi, & l. etsi §. sed quod. suprà, eodem. quia nō est nouum, vt quæ semel vtiliter constituta sunt, durent, licèt ille casus extiterit, à quo initiū capere non potuerunt. l. in ambiguis. §. primo. ff. de regul. iur. & idem dicitur in regu. factum legitimè. illo titul. lib. 6. sed valde pugnat

Obiectio. tex. in l. Papinianus. in fi. ff. de inoffi. testa. vbi ipso iure libertates non valent, quando testamētum annullatur per querelam. Doctor. hîc multa dicunt, quæ non videntur vera, nec verisimilia, sed valde confusà,

Solutio. quia miscent plures materias. Ego vero putarem intelligendum reuocari libertates datas, sine dispositione testatoris, sed quæ datæ sunt ex testatoris dispositione, sic rectè, non reuocātur vt hîc, dum dicit tex. ex fideicommisso ab ea rectè manumissos retinere libertatem. Itaque vt totius materiæ cognitio præbeatur, faciendi sunt casus sequentes.

Libertates quādo nullæ sunt, datæ ex testamento. Primus, quando hæres factus ex testamento valido dedit libertatem sine testatoris dispositione, si testamentum posteà nullum pronuntietur, vel irritum, ipso iure libertates datæ non valent, & ita intelligitur d. l. Papinianus. §. si ex causa. ff. de inoffi. testa. quia hæres poterat interim cogitare de filio vel alio, quod forte annullaret testamentum, ob id non debebit dare libertates, nec dissipare bona hæreditatis. Imò præsumitur quòd dederit in fraudem filij, qui querelā proponere poterat intra quinquennium, & vt ipsum fraudaret his seruis, ob id libertates ipso sunt iure nullæ, annullato testamento, & datæ ex animi sententia, ipsius hæredis.

Secundus casus, libertates directæ, vel fideicommissariæ, quæ ex dispositione testantis debebantur, non competunt, si testamentum irritum dicatur. l. si autem. ff. de inoffi. test.

Tertius casus, Libertates datæ ratione testamenti, & dispositionis, siue directæ fuerint, siue fideicommissariæ, intra tēpus, quo annullari testamētum potest, retractātur. d. l. Papinianus. §. fi. iusi ei qui adierit hæreditatem, denūtiatum fuerit à prætertito, vt non adiret, ne libertates competerent. Nam eo casu libertates tenerent. & de dolo conueniri posset is, cui nūtiatio facta est, quia damno affecit hæreditatem. l. virilis. §. si adierit. ff. de lega. præstan

Quartus casus, Libertates à testante siue directæ fuerint, vel per fideicommissum decretæ, si post tempus à quo annullari testamentum de iure non potest, ab hærede datæ fuerint, reuocandæ non sunt per restitutionem, sed viginti aurei à singulis manumissis præstandi sunt. d. §. fi. cum l. sequen. vnde dicit Imperator in l. fi. C. de petit. hæredi. *Sin autem libertates, vel à possessore, vel à petitore fideicommissariæ petantur, vel directa ipso iure competere dicantur, annale tantummodo spacium expectetur à morte testatoris numerandum, & si quidem hæreditatis petitionis iudicium intra id spatium terminum accipiat, secundū euentum iudicij, & libertates, vel effectum habeant, vel euanescant, sin autem tempus annale emanauerit, tunc libertatis fauore & humanitatis intuitu competant quidem directa libertates, ex fideicommissariis autem in libertatem serui eripiantur.* Et sic ipso iure post tempus cōpetunt libertates directæ, fideicōmissariæ non, sed dādæ sunt. vt in l. cū verò. §. apparet. ff. de fideic. liber. *Libertates quando reuocandæ nō sunt, data ex testamēto.*

Quintus casus, libertates datæ ex dispositione testantis ab ipso vero hærede, valent, nec reuocantur per in integrum restitutionem, vt hac l. si mulier. nā hîc testator rogauerat hæredem, vt manumitteret Titium, is hæres eum manumisit, rectè manumissus est. Ergo libertas valet, & tenet, nec postea reuocari poterit; nam aduersus manumissum nulla in integrū restitutio locum habet. l. & eleganter. in prin. suprà de dolo. & semel data sententia pro libertate retractari non debet. l. si dolo. ibidem.

Sextus casus, aduersus libertatem, iure præstitam nō restituitur minor, nisi ex magna causa l. si ex causa. in fi. cum l. sequen. suprà, eod. vbi scripsi. & poterit minor læsus damnum, quod subiit ex datione libertatis, petere ab eo, qui eum circumuenit. l. prima. & per totum. C. si aduers. liberta. vbi si manumissus circumuenit minorem, agendum erit contra manumissum, sed libertas tenet. quamuis gloss. dicat aduersus iam competentem non restitui, imò si nō fuerit præstita libertas, restituitur, sed postquam est præstita, non: quia, vt dixi in l. si ex causa, libertas est fauorabilis, ibi alia scripsi, & per hæc cessabunt contraria per gloss. adducta. *Minor aduersus libertatem, quādo restituatur.*

SVMMARIA.

1 *Tria requiruntur, vt quis falsi puniatur.*

2 *Aetas vigintiquinque annorum dicitur perfecta ætas ad gerendum negotia, & sua, & aliena.*

3 *Minoris fauore interdum sententiæ non statur.*

LEX XXXII. PAVLVS LIB. I. QVÆSTIONVM.

MInor vigintiquinque annis, adito Præside, ex aspectu corporis falsò probauit perfectam ætatē. Curatores cum intellexissent esse minorē, perseuerauerunt in administratione: medio tempore post probatam ætatem, ante impletum vigesimumquintū annum, solutæ sunt adolescenti pecuniæ debitæ, eásque malè cōsumpsit, quæro, cuius sit periculū? Et quid si curatores quoq; eo modo in eodē errore perseuerassent, vt putarēt maiorē esse, & abstinuissent se ab administratione, curationē et restituissent? an periculū tpis,

quod

quod post probatam ætatem intercesit, ad eos pertineat? Respondi, hi, qui debita exsoluerunt, liberati iure ipso, non debent iterum cōueniri. Planè curatores, qui sciētes eum minorem esse, perseuerauerunt in eodem officio, non debuerunt eum pati accipere pecunias debitas, & debebunt hoc nomine conueniri. Quòd si & ipsi decreto Præsidis crediderunt, & administrare cessauerunt, vel etiam rationem reddiderunt: similes sunt ceteris debitoribus: ideóque non conueniuntur.

Species facti prior.

ISta lex duos ponit casus. Primus est, Si minor ex aspectu fuerit probatus maior coram Præside, & curatores perseuerauerint in administratione curæ, medio tempore creditores soluerunt illi, qui maior probatus fuit, an sint liberati? Et liberatos esse respōdet tex. sed curatores tenētur, quia postquam erant in administratione, non debebant pati illum minorem accipere pecuniam, & consumere, ideo periculum pecuniæ spectat ad curatores, in versiculo Planè, &c.

Altera eiusdē textus.

Secundus casus istius tex. est, si curatores post decretum Prætoris falso interpositum super ætate, pro minore administrationem curationis reliquerint, & postea minori soluta est à creditoribus pecunia, liberantur creditores ipso iure, ideo non poterit ipse minor restitui, nec contra creditores, nec contra curatores, quia non subuenitur minori, si maiorem se dixerit, vt in tit. Si minor se maiorem dixe. à fortiori, quando se dixit, & falsò probauit, & decretum iudicis super hoc fuerit interpositum, vt hîc: & tam creditores quàm curatores sont in bona fide, ideò plenissimam liberationem sunt cōsecuti, vt fuit dictum in l. ait Prætor. §. permittitur. suprà, eodem. Itaque, si falso errore ductus minor se maiorē probauerit, restitui potest, secus si per malitiam, aut decipiendi animo. l. j. & ij. & per totum. C. si minor se maio. dixer.

Iste tex. communiter est corruptus in libris antiquis, in versiculo, & quid si curatores quoque in eodem errore perseuerassent, vt putarent maiorem esse, & abstinuissent ab administratione, curationem etiam restituissent, an, &c. ita esse debet.

Ex aspectu corporis.] Ex hoc tex. cōstat ætatem probari posse ex aspectu corporis, tamen iste tex. dicit falso probari, quia interdum puer, vel puella ex aspectu corporis videtur excedere vigintiquinque annos, & tamen nondum est eius ætatis, & aliū, qui tamen verè excesit, ex aspectu corporis iuniorem diceres, ideò possumus dicere hanc probationē fallacem. Vnde Bar. nouam considerationem præbet in l. de ætate. infrà, eodem.

Probatio per aspectum corporis, quādo fiat.

An probatio per aspectum fieri posit, per istum text. patet posse & in §. fi. de gradi. in Insti. & l. testiū. C. de testi. imò videtur præferri omnibus aliis probationibus, teste Ludouico Roma. consil. 104. Pater reuerende. in fi. & ista est quæ fit per rei euidentiam. docet Hyppol. Marsil, in tract. de proba. fol. 20. versi. Modò restat deuenire.

Tota difficultas est, an probatio per aspectum fieri posit? Respondeo probationem per aspectum in rebus, quæ aspectu discerni possunt, fieri posse, & plenè probare. Vnde si dubitetur an castrum sit in tali territorio, hoc per aspectum discernetur, & si dubitetur de fundo, an sit de iurisdictione loci, iudex in rē præsentem veniet, & pars omnē rem subiiciet oculis, & hominum, & iudicis, qui super hoc discernet. l. si irruptione. ff. finium regun. etiam si nūmularij iudicent falsum aureum ex aspectu, credi illis debet, & plane probant l. prima & sequ. C. de pondera. & auri illa. lib. 10. & si minor se castratum, vel valetudine detentum fuisse dixerit, poterit per visum probari ex aspectu. l. spadonum. ff. de verborum significatione.

De eadem re.

In illis verò in quibus probatio certa esse non potest in aspectu, illa probatio per aspectum non probabit, vt hîc, quia falli conspicientes possunt: ideò si quis per aspectum vteri mulieris grauidæ velit dicere esse masculum, eò quod antè magis geritur quàm pòst, vel quia mămilla dextra est amplior, certè hoc falli sæpius potest, ideò illa probatio non recipitur ad plenam probationē, sed ad præsumptionem, si dicatur puellam esse grauidam, vel corruptam, mulieribus credetur, per aspectum iudicantibus. l. prima. ff. de ventre inspici. c. proposuisti. de proba. potest tamen probari contrarium, quia sæpe manus & oculus obstetricum fallitur. c. causam matrimonij, de proba. videre plenius de hac probatione per Bart. in l. de ætate. infrà. & per Hyppoli. in d. rubri. de proba.

Probatio per præsumptionē.

Et sententia lata ex aspectu nunquam transit in rem iudicatam, quin posit probari contrarium. Bald. hîc & Iaco. in l. si minorem. C. de in integr. restitu. Vnde Bar. consi. 92. In quæstione. col. 2. dicit inane & fragile esse iudicium ex aspectu, & soli iudici esse permissum de ætate iudicare, non tamen iudicio eius stari, sed posse probari contrarium, vt hîc: vnde solent iudices, quando quis dicit se minorem, & petere curatorem, ex tempore interrogare testes palàm, an videatur ex aspectu minor, qui si dicant eum minorem ex aspectu, iudex illi curatorem dabit, & ita solet fieri in Curiis. sed quādo agitur principaliter de ætate, oportet quod minor eam probet. l. si minorem. C. de in integ. restitu. dicam in l. de ætate. infrà, eodem.

Etiam testis depone̅s separatim de ætate ex aspectu non probat, nisi dicat rationem concludentem, etiam si non fuerit interrogatus, vt docet Innoc. in c. cum causam quæ inter archiepiscopum. de testib. refert & sequitur Alex. consil. 29. Clarissimè. col. prima. in 7. volum.

Nisi notoria sit ætas, fortè septem annorum vel decem, tunc ex aspectu probatio plena fit, & tunc nō fallit, sed quando est proxima ætati vigintiquinque annorum falli testis & aspectus possunt. vt no. Doct. in d. l. si minorem. C. de in integr. resti.

Falsò probauit.] Nota, quod probans falsò aliquid non committit falsum, nec falsi punitur, si ipse decipiatur in probatione, & habeat bonam fidem. vt docet Bald. hîc. probat l. prima. & fin. C. si minor se maior. dixe. ibi, *falsi opinione*. Et antequam aliquis 1 falsi puniatur, requiruntur tria copulatiuè. Primum, immutatio veritatis, & dolo facta, ac vt alij noceat. §. primo. in authen. de instru. caute. & fide. colla. 6. & gl. in l. damus. C. de fal. vbi alia addidi in codice meo antiq. sed hîc nō interuenit dolus, ergo probans falsò non punitur.

Perfectam ætatem.] No. ætatem vigintiquinque annorum dici perfectam, quia id temporis conceditur ei adminiſtratio rerum ſuarum. l. ij. & ſeque. ſuprà. eodem. eſtque habilis ad honores & munera. l. ad rempublicam. ff. de muneri. & honor. & ferè ad
2 omnia munera, nec amplius ei obſtat ætas, & ſic dicitur perfecta ætas ad gerendum negotia, & ſua & aliena. videte quæ ſcripſi de hoc in l. rei. prima. §. fin. & l. ædificia. §. primo. ff. de verb. ſignifi.

Curatores cōtra ſententiam res pupilli adminiſtrantes.

Perſeuerauerunt in adminiſtratione.] No. ſententiam iudicis non excuſare, ſi contra veritatem iudicauerit, ſed obſtare videtur. l. ingenuū. ff. de ſtatu homi. vbi ſententia pro veritate habetur, verum eſt, quando quis illi acquieſcit, ſed ſi illi non ſtetur, vt hic, illa ſententia non prodeſt, vt ſi illi renunciatum ſit expreſsè, vel tacitè, ideò curatores non poſſunt iuuari ſentẽtia præſidis, ſi ipſi in adminiſtratione curæ pupilli permanſerint, quia ſententiæ renunciaſſe videntur, vt docet Decius in l. res iudicata. ff. de regul. iur. ideò tenẽtur, quia verè curatores ſunt, & pro tutore & pro curatore tenetur, qui nō eſt tutor, nec curator fortius & hi curatores, qui in adminiſtratione rerum pupillarium remanſerunt, vt in titu. de eo qui pro tutore vel cura. negotia geſsit. imò etiam falſus tutor & curator tenetur. l. prima. & per totū. ff. quod cum falſo tutore authore geſtum eſſe dicetur.

Ante impletum vigeſimumquintum annum, &c.] No. vigintiquinque annos eſſe debere completos antequam minor ſuarum rerum habere poſsit adminiſtrationem. l. ij. ſuprà, eodem. Et licèt annus cœptus quandoque pro completo habeatur, tamen non in hoc caſu, vt dictum fuit in l. iij. §. minorem. ſuprà, de minor.

Malè conſumpſit.] Ex hoc text. patet conſumere in bono poſſe & in malo intelligi, alioqui Iuriſconſul. non dixiſſet malè, niſi ad vberiorem expreſſionem, vt ſcripſi de hoc plenè in l. cùm in teſtamento. ff. de verb. ſignifi. & gloſſ. probat. in l. ſi minor vigintiquinque annis filioſa. infrà, eod.

Error iuris quando excuſet.

Si curatores in eodem errore perſeueraſſent.] Colligi poteſt errorem prouenientem ex prætoris decreto excuſare errantem. facit l. Barbarius Philippus. ff. de offi. Præto. vbi dixi. facit l. prima. C. de teſtam.

Abſtinuiſſent ſe ab adminiſtratione, curationem etiam reſtituiſſent.] No. curatorem nō teneri de eo, quod poſt reſtitutam curam & adminiſtrationem fit. l. fin. C. de peri. tuto. l. à tutoribus. §. primo. ff. de adminiſtra. tuto. & l. ita autem. in fin. ibidem.

Qui debita exoluerunt.] Ex hoc tex. apparet ſoluentes creditori poſt maiorem ætatem, vel poſt ſententiam ſuper maiori ætate latam, liberari. l. ait Prætor. §. permittitur ſuprà, eodem. quia ſententia pro veritate habetur. l. ingenuum. ff. de ſtatu homi.

Curatores in adminiſtratiōe perſeuerantes, poſt ſententiā pro minore latam.

Planè, &c.] No. curatores teneri pro pupillo, qui recipit pecuniam à creditoribus, & poſtea eam malè conſumpſit, etiam ſi lata ſententia fuerit pro minore, vt maior ſit, & ſic ſine appellatione fauore minoris ſententiæ non ſtatur, quando ipſi curatores perſeuerant in adminiſtratione, quia tacitè renuntiare
3 cenſentur ſententiæ, vt ſuperius dictum fuit.

Lex xxxiii. Abvrnivs Valens lib. v. Fideicommissorvm.

SI minor vigintiquinque annis ſeruum ſuum, qui pluris eſt, quàm in teſtamento ei legatum ſit, manumittere rogatus fuerit, & legatum acceperit, non cogendum libertatem præſtare, ſi legatum reddere paratus ſit, Iulianus reſpondit. Vt quemadmodum maioribus liberum ſit, non accipere, ſi nolint manumittere, ſi huic reddenti legatum, neceſſitas manumittendi remittatur.

Facti ſpecies.

QVidam in teſtamento legauit decem minori, rogauitque eum, vt ſeruum ſuum manumitteret, is minor legatum accepit, & non vult manumittere ſeruum, quæſitum eſt, an cogatur? quod videbatur, poſtquam legatum acceptauit, & ſic onus. per l. ſi filius. ſuprà, allegatam, contrarium tamen ſtatuit hic Iuriſconſul. fauore minoris, ſi legatum reddere paratus ſit, quod probatur per ſimile: nam maior non tenetur manumittere ſeruum, ſi nolit legatum accipere, ſic non tenebitur minor ſi acceperit, & paratus ſit illud reddere: in hoc enim ſuccurritur minori ætatis beneficio, vt etiam poſt legatum acceptum, reddendo illud, non teneatur ad onus, quod erat legato impoſitum, vt pulchrè docet Sceuola. in l. tutor. ff. de libera. lega. vbi Accurſ. alia adducit iura conformia.

Fauor ætatis.

Si verò maior pecunia accepta rogatus ſit rem propriam, quanquam maioris pretij æſtimaretur, reſtituere, non eſt audiendus legatarius legato percepto, ſi velit computare, videlicet vſque ad pecuniam, quam accepit, non enim æquitas hoc probare patitur, ſi quod legatorum nomine percepit legatarius, offerat. l. Imperator. § primo. ff. de lega. 2.

Vnde licèt quis non poſsit grauari in plus, quàm in teſtamento acceperit. §. primo. de ſingul. rebus per fideicom. relict. tamen ſi detur legatum alicui, ſi hoc fecerit, vel dederit, quamuis amplius ſit onus, quàm legatum, tenetur is, qui legatum accepit. l. Mæuia. ff. de manumiſſ. teſta. & acceptando legatum, onus illi impoſitū accipere videtur, cùm in poteſtate ſua fuerit repudiare legatum, ſi onus recuſabat. & per hoc ſoluta ſunt contraria allegata per gloſſ. in d. §. primo. & hæc materia tractatur in l. planè. 2. §. fin. ff. de lega. primo. & in l. ab eo. C. de fideicom. Benedi. in reperi. c. Raynutius. in verbo, ſi abſque. in 2. num. 16. & ſequ. de teſta. & Vincen. Hercula. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad leg. Falcid.

Cōtrariorū ſolutio.

Lex xxxiiii. Pavlvs lib. i. Sententiarvm.

SI minor vigintiquinque annis filiofamilias minori pecuniam credidit, melior eſt cauſa conſumentis: niſi locupletior in hoc inueniatur litis conteſtatæ tempore, qui accepit.

IStius legis principium declaratur in l. verum. in fi. ſuprà, eodem.

Gloſſ.

Gloss. tamen dicit non esse locupletiorem minorem, si luserit pecuniam, & amiserit excepto vno nummo, & cum illo nummo recuperauerit reliquã summam, quod non placet, quia pecuniam creditam habet, vel saltem in illius locum aliam, & quando minor habet aliam rem pro pecunia, dicitur in illa ex bono & æquo locupletior. l. patri. §. si pecuniam. & §. sequen. suprà. eodem. & omne id quod habet ratione rei restituere tenetur. l. quod si minor. §. restitutio. suprà, eod. & æquum est minorem teneri de illa pecunia, quam habet ratione mutui sibi facti, ideò Angel. Clausul. in verbo, ludus. §. 8. dicit in conscientia eum, qui amiserat in ludo centum cum aliquo, si ludat iterum cum illo, & recuperet, compensationem facere posse, nec teneri ad restitutionem. allegat Panor. in c. filius. de testa. & in c. ex parte. iu fi. de censib. non tamen ibi inueni.

Minor habens aliam rem pro pecunia, dicitur locupletior.

Secundò, Accurs. dicit consumptionem in bonos vsus, & in malos fieri posse, & si consumptio fuerit in bonis vsibus facta, fortè vt ipse minor se alat, tunc repeti potest pecunia, secus si exposuerit eam ad vinum extraordinarium, fortè pro conuiuiis faciendis iuuenibus, aut ad alios vsus, etiam bonos, sed non necessarios sicut de impensis dicitur in l. Impensæ. ff. de verbor. signific.

Pecunia in bonos vsus cõsumpta, à minore repeti potest.

§. Minores si in iudicem compromiserunt, & tutore auctore stipulati sunt: in integri restitutionem aduersus talem obligationem iure desiderant.

Si in iudicem tutore authore minores compromiserint, & promiserint stare sententiæ illius iudicis, latæ in vim compromissi, poterunt in integrum restitutionem petere aduersus istã obligationem, quia poterat à sententia iudicis minor appellare, sed à sententia arbitri minimè hoc iure, nec agere de euictione, si res per compromissum euincatur. l. si dictum. §. si compromissero. infrà, de euict. Ideò minor lædi censetur compromittendo, & sequendo quodammodo extraordinariũ compromissi auxilium, cùm haberet ordinarium iudicium. De hoc dicam abundè in l. si pupillus. infrà, de arbit.

Minor cõpromittendo, cẽsetur lædi, & restituitur.

SVMMARIA.

1. *Minor ob rem minimam non restituitur: secus ob mediocrem læsionem.*
2. *Restitutio etiam propter vicinitatem fit.*
3. *Minor dicitur læsus, propter affectionem ad rem, quã cauere debet.*
4. *Res maiorum suorum prohibetur vendi.*
5. *Minor etiam restituitur propter alienationem prædij in loco salubri sitam.*

LEX XXXV. HERMOGENIANVS LIB. I. ἐπιτομῶν.

Si in emptionem penes se collocatam, minor adiectione ab alio superetur, implorãs in integrum restitutionem, audietur, si eius interesse emptam ab eo rem fuisse approbetur: veluti, quòd maiorum eius fuisset, ita tamen vt id quod ex licitatione accessit, ipse offerat venditori.

Minori vendita est domus, vel alia res sub pacto adiectionis in diem, vt si alius obtulerit meliorem conditionem, ab ea discedatur, interim ista emptio est collata penes minorem, alius adiecit meliorem conditionem, fortè decem, superatus est minor, aliique fuit vendita ipsa domus. Quæsitum est, si intersit minoris, an is ipse in integrum restitui possit? Respondet tex. posse, & interesse minoris videtur, veluti si domus fuisset maiorum suorum, debet tamẽ minor offerre id, quod ex licitatione accessit, id est illa decem, quibus minor in licitatione superatus fuit.

Facti species.

Dubium videbatur: nam postquam res est vendita per licitationem, non potest repeti, nisi grande dãnum immineat. l. si ex causa. supra, eodem. quod non videtur hic. Respondeo, ibi loquitur in re minoris distracta, hic vero in emptione rei alienæ collata apud ipsum minorem, id est, in sua potestate. Nam ipse poterat emere illam cum illa accessione pretij, si voluisset, sed passus est se vincere licitando, & sic non erat minoris domus, quicquid Doct. dicant nempe iste tex. vtitur verbo. penes se, videlicet minorem, collocatam, & penes te, amplius est, quàm apud te: nam apud te est, quod qualitercunque à te tenetur, penes te est, quod quodammodo à te possidetur. l. penes. vbi etiam dixi. ff. de verb. signifi. & sic minor eam rem possidebat, donec alius meliorem conditionem afferret.

Obiectionis solutio.

Notat Bald. ex hoc text. quòd pari pretio primus emptor superat alium licitantem, facit l. necesse. infrà, de in diem adiecti. & si hoc ius superandi minor admisit, restituitur, si prætendat singulare interesse, etiam affectionis, istud tamen dictum Bald. non est verum: nam hic minor fuit superatus, eo quòd alius attulerit maius pretium, & hoc probat iste tex. in fin. dum dicit, minorem audiri, si offerat pretium quod ex licitatione accessit, ergo non erat par pretium, sed maius, aliàs minor nullum pretium offerre deberet, si par pretium dedisset, nec probat hoc ille text. in l. necesse, allegatus per Bald. sed sententia Bal. videtur probari in l. eum qui. §. melior autem conditio afferri videtur, si pretio sit additum, sed si nihil pretio addatur, solutio tamen offeratur facilior pretij, vel maturior, melior conditio afferri videtur, sed ille text. loquitur de meliori conditione, quæ dicatur, hic loquimur autem quãdo minor est superatus in pretio, an postea offerendo dictum pretium quo superatus fuit, restitui possit, & concludit posse, ideò nõ loquitur de re sua, id est, minoris.

Minor in licitatione superatus.

Etiam notat Bald. quòd propter illud interesse, affectionis minor fingitur enormiter lædi, aliàs non haberet in integrum restitutionem. per l. scio. ff. de in integr. resti. hoc etiam probat Barba. consil. 13. Clementis imm. col. 2. in primo vol. sed hoc non videtur verum, quòd minor non restituatur, nisi enormiter 1 lædatur. vt dixi in l. prima. suprà, codem. nisi in casu. d. l. si ex causa. vbi dixi. suprà, eodem. ob id aliud est

Minor etiã propter interesse affectionis restituitur.

lædi in re minima, vt pote in obolo, & tunc non fit restitutio, aliud in re maxima, & est enormis læsio, alia est res media, & si in illa lædatur, restituetur tamen, vt superius fuit conclusum in d. l. si ex causa. Nec enormiter ob hoc dicitur lædi minor propter affectionem, quia res fuit maiorum suorum, sed sufficit, quòd sit læsus dum caret re, quæ suorum fuit maiorum, & quæ dicatur, declaraui in l. appellatione parentis. ff. de verborum significatione.

De eadem re. Interesse emptam ab eo rem fuisse approbetur.] Colligitur minorem posse restitui si non emerit rem, quã emere sua interesse putabat, vt quia erat maiorum, & hoc esse mirabile docet Accurs. sed facit l. lex quæ tutoris. C. de administr. tuto. ibi, *Nec domum verò vendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut videre reuulsas, fatis est lugubre.* facit l. prima. §. sed si rem. ff. si quid in fraudem patro. ibi, *Veruntamẽ hoc interesse sua non esse venũdatam, inq, hoc esse fraudem, quòd venerit possessio, in quam patronus habeat affectionẽ, vel opportunitatis, vel vicinitatis, vel cæli,*
2 *vel quòd illic educatus sit, vel parentes sepulti.* Et sic apparet minorem restituendum etiam ratione vicinitatis. vt probat l. si cui. ff. de legat. 2. l. cùm seruus. manda. & ex prædictis causis, oportet saltem probare vnam, alias succumberet, per istum text.

Et sic istum text. singularem dicunt interpretes, maximè Benedictus in repeti. c. Raynutius. in verbo, in eodem testamento relinquens. primo. numero 34. de testa. quod propter rei affectionem, quæ fuerat maiorum suorum, datur minori restitutio, sine aliqua læsione. exẽplo Nabot, de quo 3. Regum 21. c. & in c. Achab. de pœniten. dist. 5. hoc tamen non placet, quod sine læsione minor restituatur, quia læsio hic duplex videtur, prima quia res empta fuerat
3 maiorum suorum, & erat in potestate sua eam habere, tamẽ dimisit, eo quòd alius adiecit ei pretium, & sic læsio adest, quicquid dicatur, sicut fuit dictum superiùs, quando potuit transigere super furto minoris, de minori summa. l. si ex causa. §. nunc videndum. suprà. eodem.

Vnde Anton. de Burgos in c. primo. col. 5. de emptio. dicit tex. istum singularem, in quo minor restituitur ratione affectionis, hoc etiam docet Boër. in additio. ad Dynum in regula, mora. de regul. iur. in 6. sed vt dixi non est sola affectio, sed læsio, eò quod minor caret re maiorum suorum, aut sua.

Minor potest res maiorum suorũ pro legitima eligere. Etiam per istum text. infert singula. Barba. in c. Raynaldus. colum. 143. de testa. minorem posse eligere domum, vel aliam rem pro sua legitima, quando illa res fuit maiorum suorum, & institutus erat extraneus hæres. argumento huius text. de quo Doctot. pleuè docent in l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam. & in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam.

Restitutio propter rẽ maiorũ suorum distractam. Infert etiam de Ripa. in tract. de peste. in vltima parte istum text. habere etiam locum in re minoris, quam si vendiderit, concedetur ei restitutio, si fuerit maiorum suorum, & quamuis iste text. de hoc nõ
4 loquatur, tamen iustum est, quia talis res prohibita est vendi. l. lex, quæ tutores. §. nec domum. C. de administra. tutor.

Plus dicens concedendam minori restitutionem
5 aduersus alienationem prædij siti in loco salubri, & si magis expediebat minori, prædium alibi situm, in loco fortè pestilenti, alienare, & pro hoc potest allegari text. in d. l. prima. §. sed si rem. ff. si quid in fraudem patro.

Adhæc si consanguineus vendiderit rem quamcunque, minor illam iure retractus habere poterit intra annum, quod si non habuerit, posteà restitui minor poterit, per istum text. quia emptio collocata erat penes se, & ipse eam omisit, ideò restituitur iure poterit, eò quòd maiorum fuerit. per text. in cap. constitutus. de in integr. resti. & hoc expresse docet Chassa. in consue. Burgun. in titul. *des retracts.* §. primo. in prin. alibi dicam, Deo fauente. *Restitutio ĩdicionis, in re retractus.*

SVMMARIA.

1 *Minor aduersus crimen, à se confessum restituitur.*
2 *Propter obiectione omissas non restituitur.*
3 *Aduersus defensiones omissas, etiam latis contra eum sententiis, restitui potest.*
4 & 5 *Item propter allegationem à tutore, curatore vel aduocato omissam, restituitur: secus si ab eius Procuratore omittatur.*
6 *Alter verò in vtroque obseruatum inuenitur.*
7 *Minor in detrimentum suum quid confitens, etiam non probato errore, restitui potest.*

LEX XXXVI. PAVLVS LIB. V. SENTENTIARVM.

Minor vigintiquinque annis omissam allegationem, per in integrum restitutionis auxilium repetere potest.

Istam legem variè intelligit gloss. & Doctor. ego verò generaliter intelligerem, videlicet vt si minor quicquam allegare, & pro se adducere omiserit, si ob hoc læsus fuerit, potest hoc omissum repetere, id est reassumere, per in integrum restitutionem, & iterum allegare id, quod omisit. *Minor aduersus omissam allegatioñẽ restituitur.*

Accurs. hanc intelligit legem in minore, qui exceptionem dilatoriam omisit opponere, fortè non tenebatur soluere ante decem annos, illam exceptionem allegare omisit fuit condemnatus, poterit restitui, vt illam allegare possit, & ea se iuuare. l. exceptionem. C. de proba. dummodò non venerit iam tempus. vt Doctor. tradunt in c. exceptionem. de exceptio. l. cedere diem. ff. de verbo. signific.

Item, non poterit se iuuare exceptione declinatori iudicij, quæ dilatoria dicitur. l. exceptionis. ff. de excep. Innocen. in c. coram. de in integr. restitut. quia is iudex potuit sicut alius et iustitiam præbere. Iason in l. & eleganter. §. si quis. ff. de condict. inde. & ita iudicauit magnum concilium Neapol. vt docet Antonius Capit. in Decis. 13. In causa.

Idem, si omiserit allegare exceptionem peremptoriam solutionis, pacti de non petendo, vel aliam, restituetur. l. peremptorias. C. senten. rescindi non posse. Angel. in §. appellantur. de excepti. in Instit.

Siue

Siue in ciuili, siue in criminali, de ciuili probatum e ...it, in criminali probatur in l. si maritus. ij. § præ-
1 scriptiones. ff. de adult. Ideò si ipse minor confessus fuerit crimen, quod alio modo probatum non erat, restitui poterit, vt dictum fuit in l. minor autem. suprà, eodem.

Minor omittès probationem.

Præterea, si minor omiserit probationem, restituetur, in quo casu maiori non succurreretur, videlicet post publicationem. autheotica qui semel. C. de testi. c. fraternitatis. vbi Doct. de test. Aufrer. Decisi. Tholosan. quæstione 248. Oportet tamen probare se habuisse testes, quos non produxit, & eos producere est paratus, vt Bart. & alij dicunt in l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiurand. sed aduersus probationem necessariam omissam, etiam læsione non aliter probata, restituetur, quia eo ipso quod omisit probare, læsio apparet. c. auditis. & c. suscitata. de in integrum restit. vbi Panormitan. & alij, & Aufrer. in Decisio. Tholosa. q. 53. Iason pulchre in l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiurand. idem si omiserit probare intra terminum sibi præstitutum, vt docet hic Bald.

Idem dicit glos. si omiserit probationes legum adducere ad causam suam pertinentium. allegat l. minor autem magistratus. §. si autem Princeps. suprà, eodem.

De eadem re.

Intelligatis, si omitteret allegare legem municipalem, vtpote statutum, vel consuetudinem: alioqui necessaria nõ esset restitutio, quia leges allegari semper in causa possunt, etiam in causa appellationis, vt docet Bald. hic. & licèt non fuerint allegatæ leges, vel iura, tamen iudex potuit in his, quæ iuris sunt, supplere. C. vt quæ desunt Aduocatis, partium iudex suppleat.

2 Idem dicendũ est, si minor omiserit aliam quancunque facti allegationem, quæ seruire (si allegata fuisset) potuisset suæ causæ, vt si articulos omisit dare probatorios, vel alios, aut alia, quæ ad causa faciunt, adducere, teste Aufrer. per istum textum in decisio. Tholosan. q. 53. vbi dicit non restituendum propter obiectiones omissas, quia sunt odiosæ. idem tenet Specul. in tit. de in integrum restit. §. 2. versic. sed pone in Ecclesiam. quod non procedit in obiectionibus contra testes, quas si fecisset, non succubuisset. Doctor. in c. fraternitatis. 5. col. de testi. plura adducit Guido Papa in statu. si quis per literas. in verbo, omni allegatione cessante.

Et si hæc restitutio petatur ante latam sentẽtiam, incidenter petetur, non dato libello, nec aliàs solemniter. per c. fin. de offic. iudic. secus post sententiam. l. j. suprà, eodem. Ego dixi in hoc regno Franciæ, siue

Praxis Frãcia de literis restitutionis Regiis.

petatur incidenter, siue principaliter, semper impetrãtur literæ Regiæ restitutionis, & vocatur pars aduersa, cõtra quam restitutio petitur, & ipsa (si sibi expediat) oppugnat literas, & iudex postea pronunciat literas esse comprobandas, vel nõ, & minorem restituendum ad eum statum, in quo erat ante omissam allegationem, vel contra pronuntiat: ista est praxis Franciæ in Curiis obseruata.

3 Etiam aduersus omissas defensiones restitui minor poterit, per istum textum quem ad hoc adducit Aufrer. suis in dictis decisio. q. 53. etiam si tres latæ fuerint sententiæ conformes contra eum, vt idem docet Aufrer. quæstio. 54. sed pendente in integrum restitutione sententiæ illæ mandabuntur executioni, si illa executio sit retractabilis, alioqui contrà, vt nor. Doctor. in clemen. j. de re iudic. per c. suscitata. de in integrum restit. restitutio tamen non dabitur, nisi constet de iniustitia dictarum sententiarum, vt est in decisio. Rotæ. 2. io no.

Allegatio omissa, quatenus accipiatur.

In text. dicitur, omissam allegationem, sed à quo erat omissa, cùm minor non possit stare in iudicio, vt in titu. qui legitimam person. habent standi in iudic. Respondeo, omissam vel ab ipso minore in 4
casibus, in quibus in iudicio stare potest. vt in d. tit. probatur, vel ab ipso curatore, seu tutore, vel Aduocato eius, quia hic text. generaliter loquitur, & qui per alium facit, perinde est, ac si minor ipse faceret, l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. quia damnum & detrimentum ipse minor ob hoc pateretur.

Si tamen minor litiget per Procuratorem, & is 5
omiserit aliquid allegare, nõ restituetur minor, quia Procurator est voluntarius administrator, sed tutor vel curator est necessarius. vt docet hic Bart. quem sequitur Aufrer. in decisio. Tholos. q. 45.

Cautela pro Aduocatis minorum.

Ideò cauti debent esse Aduocati minorum, vt ipsi non litigent per Procuratores constitutos cum sacramento, quia per iuramentum amittent restitutionem, per authen. sacramenta. C. si aduers. vendit. & ista est communis interpretum sententia.

Ego verò in vtroque vidi seruari contrarium: 6
nam siue minor læsus fuerit per se, Aduocatũ, Procuratorem, tutorem, vel curatorem, semper restitui solet, vt docet Panormit. in c. cùm venissent. num. 7. de in integrum restit. etiam si iurauerit, & approbauerit omnia cum iuramento, quia habita iuramenti dispensatione, eidem prouideri solet. quicquid dicat Bartol. & alij: nam ego quotidie ista in Curiis vidi obseruari.

Vltimò, vidi dubitari, an minor restituatur, si di- 7
xerit aliquid quod suæ causæ noceat? Certè restitui poterit, etiam non probato errore, licèt maior non restitueretur, nisi errore probato l. certum. §. in pupillo. ff. de confes. vbi etiam Doctor.

SVMMARIA.

1 *Minor quoad furtum non restituitur.*
2 *Neque in criminibus aliis, quæ partis interesse respiciunt.*
3 & 4 *Minor delictum sponte vel in tortura confitens, an restitui possit.*
5 *Pretium pro comperto maleficio non licet accipere, vt quis taceat.*
6 *Contra leges non est faciendum, quibus quis se vult defendere.*

Lex XXXVII. Triphonius lib. iii. Disputationum.

Auxilium in integrum restitutionis in exemptionibus pœnarum paratum non est. Ideòque iniuriarum iudicium semel omissum, repeti non potest: & in sexaginta diebus præteritis, in quibus iure mariti sine calumnia vir accusare mulierem adulterij potest, denegatur ei in integrum restitutio, quia ius omissum si nunc repetere vult, quid aliud

quàm delicti veniam, id est, calumniæ deprecatur? & cùm neque in delictis, nec calumniatoribus Prætorem succurrere oportere, certi iuris sit: cessabit in integrum restitutio. In delictis autem minor annis vigintiquinque non meretur in integrum restitutionem (vtique in atrocioribus) nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit, &c.

Ista lex variè legitur in text. sic, videlicet, Auxilium in integrum restitutionis in exemptionibus pœnarum paratum non est. Alij libri antiqui habent, executionibus pœnarum, & vterque intellectus sustineri poterit. Primò, vt in exemptionibus pœnarum non succurratur minori, vt si delinquat, sit à pœna exemptus, & immunis, & hoc probat hæc lex, ibi, In delictis autem, &c.

Si verò legatur, in executionibus pœnarum, etiam intelligi poterit minori non subueniri in executionibus pœnarum, id est, in prosequutionibus faciendis contra alios: nam si affectus iniuria fuerit, vel vxor sua commiserit adulterium, & is ipse minor non egerit intra annum iniuriarum, vt debet, l. si non conuicij. C. de iniur. §. fi. c. illo tit. in Instit. postea agere non poterit, nec pœnæ executionem petere: nam iniuriarum iudicium semel omissum reperi nō potest, per hunc text. & si hic minor non accusauerit vxorem adulterij intra sexaginta dies vtiles, non poterit restitui, vt eam posteà accuset. Nam ait Triphonius, Quod ius omissum, & sic nunc repetere vult, quid aliud quàm delicti veniam, id est, calumniæ deprecatur? Et sic, neque in delictis commissis à minore oportet Prætorem succurrere minoribus, vt pœna exempti sint, neque ipsis calumniatoribus: nam calumniari videtur, qui extincta crimina suscitare cupit, sicut qui falsa crimina intendit. l. j. ff. ad Turpil. & sic dicit versic. Et cùm neque, &c. cessabit in integrum restitutio, &c.

Iniuriarū iudicium omissum, nō repetitur.

In delictis.] Concludit Iurisconsul. minorem nōn mereri in integrum restitutionem, & certè in atrocioribus maximè cessabit: vnde si minor se fecerit adulterum, nulla est deprecatio pœnæ adulterij, imò etiam si quid commiserit, quod lex pro adulterio puniat, vtpote si adulterij damnatam minor sciens duxerit vxorem, aut si eam deprehensam in adulterio non dimiserit, vel si quæstum de vxoris adulterio fecerit, vel pretium acceperit pro cōperto stupro, aut domum præbuerit ad committendum adulterium, vel stuprum, concludit Iurisconsul. vt nō sit excusatio ætatis ei, aduersus præcepta legum, qui dum leges inuocat, contra eas committit. Ista est text. breuis declaratio.

Minor in quibus non restituatur.

Ex hoc text. colligitur auxilium restitutionis esse denegandum minori, si ipse velit crimen tempore extinctum repetere, & prosequi: ideò post annum non poterit actione iniuriarum experiri, quia is, qui omissum crimen repetere vult, nihil aliud quàm calumniam deprecatur, vt in hoc text. etiam quia hoc tendit in necem, & damnum alterius. l. in causæ. supra. eodem. & ad vindictam. l. sepulchri violati. in fine. ff. de sepulchr. violat. ibi, *Sed magis ad vltionem pertineat.*

Idem, si crimen adulterij extinctū tempore suscitare velit, & adulterum accusare de nouo, ei non debet in integrum restitutio cōcedi, vt alteri noceat: nam hoc odiosum est, & sic restringendum. l. cùm quidam. ff. de liber. & posthum.

Cōtrouertit hic Accur. in verbo, sine calumnia, sed vos dicite, maritū posse iure suo adulterij agere intra sexaginta dies, sine calumnia, per l. miles. §. sexaginta. ff. de adult. sed si post lapsos illos sexaginta dies agere velit tanquam extraneus, poterit, si confidat accusationi, id est, se probare posse accusationem veram, & adulterium commissum, & eo casu calumniam, nec illius notam timere debet. l. iure mariti. C. de adult. Extraneus verò, sine calumnia, vel calumniæ nota non potest iure mariti agere, & sic calumniæ periculum non euitare, & in hoc defertur marito, & sic intelligitur, & conciliatur text. in l. is cuius. §. fin. ff. de adult. quicquid ibi dicat glos. & Doctor.

Maritus agit adulterij intra 60. dies.

Idem in aliis criminibus dicendum erit: nam crimen falsi viginti annis pręscribitur. l. querelam. C. de fal. c. cùm venerabilis. de except.

Nec me mouet distinctio glos. & Doct. nam non videtur vera, ideò dixi in d. §. nunc videndum. per istum textum minorem non iuuari in delictis restitutione in integrum beneficio ætatis, tum quod nil gestum est cū minore, sed ipse gessit, quia deliquit, & delictum excludit priuilegium. l. j. C. vbi senat. & cla. c. secun. in fin. 2. q. 7.

In delictis cur minor non restituatur.

Et si minori daretur in integrum restitutio in delictis, minores inuitarentur ad delinquendum ex leuitate iuuenili, quod est maximè illis cohibēdum, l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. & hoc potiùs tenderet in perniciem iuuentutis, quàm ad releuandum illam, cùm iuuenes sæpius sint stolidi, & faciles ad delinquendum, c. omnis ætas. 22. q. 1. & possent interficere iudices, ac alios magistratus, & quia, vt dixit iste text. non merentur exemptionem, in quo delinquunt.

Existimarem tamen multas leges deferre minoribus in delictis, non vt restituatur minor in pristinum statum, ac si non deliquisset, sed miseratio ætatis inducet ad alleuiandam pœnam, per hunc text. ibi, Nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit. Ergo non ad remissionem pœnæ, sed ad mediocrem pœnam imponendam, vel ad conuertendum in pecuniariam, quæ fuisset corporalis, sicut ratione sexus etiam defertur, ne ipsi incidant in certum crimen, vt in l. j. §. si accusationem. in fine. ibi, meritò. Itaque dicendum est omnes, excepta muliere, & minore, nisi abolitionem petierint, in hoc Senatusconsulto incidere.

Quod minor pœna imponatur minori, quàm maiori, scribit Martian. in l. hac lege. ff. ad legem Iul. pecul. his verbis, *Diuus Seuerus, & Antoninus quendam clarissimum virum iuuenem, cùm iuuentus esset arcalam in templum deponere, ibique hominem includere, qui post clausum templum de arca exiret, & de templo multa subtraheret, & se in arcalam iteram referret, conuictum in insulam deportauerunt.* Et tamen pœna sacrilegij in maioribus est capitis, vel furcæ. l. sacrilegij. j. & ij. ibidem.

Nec

Nec refragatur l. vnica. ff. ad legem Iul. de ambitu ibi, *Qua lege damnatus, si alium conuicerit, in integrum restituitur, non tamen pecuniam recipit.* Respondeo, ille text. non loquitur de minore plus quàm de maiore, sed lex indulget condemnato ad centum aureos eum infamia ex lege Iulia de ambitu, vt in integrum restituatur quoad suam famam, si alium reum conuicerit: nam fiscus habet centum aureos ex illo conuicto, & pecuniam conuincentis, & hic in integrum restituitur, quoad suam famam, in præmium conuictionis, sicut interdum lex libertatem concedit pro præmio, vt in toto titulo C. quibus ex causis serui qui pro premi. libe. accep. & aliquid etiam pro iudicio criminis. in l. iiij. §. si iudicium. ff. de condict. ob turpem cau. l. solent. de præscrip. verb.

Obiectioni solutio.

Item non obstat iste text. ibi, Vtique in atrocioribus minoribus non succurrendum, sed in alus delictis minoribus, secus. Respondeo, hoc argumentum à contrario non procedit, quia in principio huius legis loquitur in delictis simpliciter: ergo
1 de omnibus, etiam de furto, quod non est de atrocioribus, intelligit textus huius legis, cui textui est alius conformis, in l. si ex causa. §. nunc videndum. suprà, eodem. vbi minori non succurritur quoad in integrum restitutionem, quæ est Impossibilis in delictis: nam facta pro infectis haberi non possunt, l. in bello. §. facta. ff. de capti. & hæc restitutio reponit rem in pristinum statum, quod in delictis vix fieri posset. l. quod si minor. §. restitutio. suprà, eod.

Ideò, nec in atrocioribus, nec in minimis etiam delictis, minor poterit petere in integrum restitutionem, & quæ dicantur atrocia, glos. & Docto. declarant in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic. & dum prosequar materiam criminalem, ea distinguam.

Sed gratiam delicti, sicut maiores, à Principe, & facilius impetrare poterunt minores, & quotidie videmus, quia non debent esse in hoc deterioris conditionis, quàm maiores, quibus veniam delicti Princeps ex causa concedit. in l. prima. & per totum ff. ad Turpil.

Vtique nulla deprecatio adulterij pœnæ est.] Colligunt quidam ex hoc text. gratiam non dari adultero, & hoc probat text. iste, quia hoc tangit interesse partis, quod Princeps remittere non potest. l. rescripta. & l. quoties. C. de precib. imper. offer. glos. & Doctor. in l. fin. C. de in ius vocan. nisi quoad infamiam l. & si crimine. C. de adult.

Princeps de adulterio non restituit.

In criminibus læsæ maiestatis, & hæresis nulla est deprecatio. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. l. j. & l. Manichæos. C. de hæred. nec concedi gratiam vidi sacrilegis, seu maleficis.

Nec virginum raptoribus, aut aliarum mulierum parcere decet. §. neque autem. in authen. de manda. Princip. collat. 3. & in l. vnica. C. de raptor. virgin.

Neque homicidis, vt ibi, quod est intelligendum quando quis per industriam hominem occiderit, ille tuu. iri gratia non debet, cap. j. de homicid. vbi dicit etiam, vt est in Exodo, extrahendum eum ab altari, vt moriatur, & quando hoc facit Princeps damnat se, & eum, cui gratiam concedit, & iudices, qui gratiam comprobant. Hoc probatur 1. Regum c. 15. vbi Saul parcendo Regi Achab indignationem Domini accepit, priuatúsque regno fuit, ad quod vtinam aduerterent Principes: nam Diuus scribit Ambrosius de offic. Nóune cùm quis vni indulget indigno, ad

Homicida de industria non debet restitui.

prolapsionis cōtagium prouocat vniuersos? facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi. cap. est iniusta. 23. q. 4.

Ista crimina non merentur veniam, quia de industria fiunt, & ex propria malitia, etiam (vt dictum fuit) respiciunt partis interesse, ob id non datur gratia, sicut nec pro furto, aut falso commisso. a

Vnde Imperator his verbis ait, in §. deinde. versi. non permittas. in authen. de manda. Princip. collat. 3. *Non permittas*, inquit, *priuilegiis aliquibus vti nocentes, sed illud solùm eis auxilium obseruabis, vt vndique pars eorum, quæ eis inferuntur, & innoxij videantur, homicidia autem, & adulteria, virginúmque dereptiones, & inuasiones, & oppressiones, ita cum vehementia corrigas, puniens delinquentes secundum nostras leges, vt paulatim supplicium eorū omnes facias saluos.* Aliæ sunt personæ, quæ nō iuuantur Principis venia, quas conscribam in tract. de abolit. seu gratiis. in Constit. Reg. & ferè in nullo casu liberatur in Francia condemnatus ad mortem, etiam si constaret de innocentia, sine de Principis literis. l. j. in fin. ll. de quæstio. quamuis ibi Hyppolit. conscribat aliquos casus, tamen in praxi non prosunt. facit pro praxi ista, text. in l. Diui. ff. de pœnis.

Si se minor annis adulterium fateatur commisisse.] Ex hoc text. colligitur credi confessioni minoris, & nō restitui ob suam confessionem, sed Diuus Seuerus rescripsit confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. in l. j. §. Diuus. ff. de quæstion. sed Accurs. dicit ibi non perseuerasse in cōfessione, quam tertius fecit propter tormenta, hic sic: ideò vt hoc facilè intelligatur, facetem casus sequentes.

Minor quãdo propter suam confessionem restituatur.

Primus casus est, Si quis confiteatur delictum commissum esse à minore, illi creditur ac si deposuisset contra maiorem, & minor non poterit restitui, quamuis dicat se læsum, quia probatio æqua facienda est contra maiorem & minorem. per totum titul. ff. & C. de probat. nec inuenitur minor in hoc priuilegiatus. l. nō est necesse. ff. de probat. vbi Doct.

Secundus casus, Si quis minor confiteatur se perpetrasse delictum, ei non semper creditur, vt in l. j. §. 3 primo. ff. de quæst. vbi sic scribitur: *Si quis vltrò de maleficio fateatur, non semper fides ei habenda est: nonnunquam enim aut metu, aut qua alia de causa in se confitentur, & extat epistola diuorum fratrum ad Voconium Saxam, quà continetur liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem de innocentia constitisset, &c.* & d. §. Diuus Seuerus. ibidem.

Tertius casus, Si minor confessus est delictum 4 spōte, vel in tortura, poterit illam confessionem reuocare prætextu erroris. l. certum. §. penultim. ff. de confess. & hoc si probauerit se errasse, teste Specul. in tit. de in integrum restitu. §. j. versic. sed nunquid Ecclesia. Hyppo. plura adducit in l. j. in fi. ff. de quæst. ego putarem restitui posse, etiamsi non probaret se errasse, dum tamen modò hoc alleget, quia errasse præsumitur, si aliter crimen non probetur. & text. in d. l. certum. generaliter loquitur, dicens: *Minorem à confessione sua restituendum:* ergo non probato etiam errore, aliòqui nullum haberet priuilegium minor in hoc, cùm maior, errore probato, hoc posuit. l. de ætate. §. qui iusto errore. ff. de interroga. actio. & in tit. C. de erro. Aduocat.

Quartus

Processus contra minorem. Quartus casus, Confessio & processus factus contra minorem non habentem curatorem, non valet, etiam in criminalibus, l.clarum. C. de author. præstan. nisi fortè habeat Procuratorem legitime constitutum. l.cùm & minores. C.si aduers. rem iudic. vbi Bald.dicens idem operari Procuratorem constitutum minori, sicut tutorem, vel curatorem. & Hyppolit. in l.de minore.circa.fin.prin. ff.de minor.

Ista tamen non seruantur in regno Franciæ, saltem in Parlamento, vbi processus valebit, teste Benedict in repetit. c.Raynutius.in verbo, si absque.2. de fideicommiss.numero 50.de testam. Solet tamen Curia Parlamenti, si quis dicat se minorem, vel si ex aspectu ei appareat talem, dare curatorem minori, videlicet Procuratorem suum, & ita seruatur, vel Aduocatum, aut alium pro Curiæ arbitrio.

Minor cur à crimine incestus excusetur, nō ab adulterio. Ex hoc text. patet minorem non excusandum ab adulterio, quominus puniatur, sed à crimine incestus excusatur ratione illiciti matrimonij, aliàs nō, quamuis crimē incestus sit grauius adulterio. ff.de adulte. l.si adulterium cum incestu.§.stuprum.& §.fratres. Denique Imperatores Claudiæ crimen incestus pet ætatē remiserunt, sed distrahi coniunctionē illicitam iusserūt, cùm aliàs crimen adulterij, quod pubertate delinquitur, non excusetur ætate:nā mulieres in iure errantes, & incesti crimine non teneri, suprà dictum est, cùm in adulterio commisso nullam posit habere excusationem, & sic mulier ignorans consanguinitatē, & sic errans, excusatur à crimine incestus: sic & minor quando contraxit matrimonium, quia præsumitur ignorare vinculum necessitudinis, aliàs matrimonium non contraxisset, sicut si fine matrimonio incestum committeret, quia eo casu non excusatetur, & ita conciliari iura contraria possunt.

Non excusatur etiam minor, si adulterij damnatam sciens duxerit, vt hic. Idem, si reduxerit Imperator in l.castitati. ibi, *Qui autem adulterij dānatam, si quocunque modo pœnam capitalem euaserit, sciens duxerit uxorem, eadem lege ex causa lenocinij punietur.* & l.siue metu.C.de adult.

Sciens] Dicit tex.quia ignorans non delinquit, Lex maleficiis.§.longè minus. ff.de actio.& obligat. & idem dicit d.l.castitati.& l.siue metu.

Lenocinij crimen. Idem dicit text. Si in adulterio deprehensam vxorem non dimiserit: nam crimen lenocinij contrahunt, qui deprehēsam in adulterio vxorem in matrimonio detinuerunt, non qui suspectam adulteram habuerunt, l.ij.C.de adult. & l.ij.§.item in eum, qui in adulterio deprehensam retinuerit. ff. eod.quod hodie non seruatur. vt docet Accur.nam quos Deus coniunxit, homo separare non potest. c.inter.de transla.Episcop.

Quæstúmue de adulterio vxoris fecerit.] Vnde Vlpian.ait.ff.de adulte.l.ij.§. *Lenocinij quidem crimini lege Iulia de adulter. præscriptum est, cùm sit in eundem maritum pœna statuta, qui de adulterio vxoris suæ quid acceperit.* Et sic adulteri multi sunt viles homines, qui recipiunt aliqua officia, vel beneficia à Principibus, vel à Prælatis ea causa, aut quid aliud, quod declarat Marcellus in l.mariti.ij. ff.de adulter. his verbis: *Tunc autem puniendus est maritus, cùm excusare ignorantiā suam non potest, vel adumbrare patientiam prætextu incredulitatis: quæstum etiā ex adulterio vxoris suæ facere videtur qui quid acceperit, vt adulteretur vxor: siue enim semel, siue sæpius acceperit, non est eximendus: quæstum enim de vxoris adulterio, ille facere propriè existimādus est, qui acceperit aliquid, vt vxorem pateretur adulterari quodam genere meretricio, quod si patiatur vxorem suam delinquere, non ob quæstum, sed ob negligentiam, vel culpam, vel quandamque patientiam, vel nimiam credulitatem, extra legem positus est.* ibidem.

Pretiúmue pro comperto stupro acceperit.] Idem, si pro adulterio comperto, nec interest vtrum maritus sit, qui accepere, an alius quilibet, d. l.mariti.ij. §.plectitur. ff.de adulr. etiam per istum 5
textum non licet accipere pecuniam pro comperto alio maleficio, vt quis taceat. & id docet Vlpian.in titul de adulter.l.ij. versic. *Cæterùm qui patitur vxorem suam delinquere, matrimoniúmque suum contemnit, quique contaminatione non indignatur, pœna adulterij conflagitur, aut qui domum præbuerit ad stuprum, vel adulterium in ea committendum.* & Papinian.ff.de adulter.sic ait l. *Qui domum suam præbuerit, vt stuprum, adulteriúmue cum aliena matrefam. vel cum masculo fieret, sciens, cuiusque conditionis sit, quasi adulter punitur.* Appellatione enim domus habitationem quoque significari palam est. & Vlpian. ait, ibidem, *Et si amici quis domum præbuerit, tenetur.* Sed & si quis in agro alieno, vt stuprum fieret, causam præbuisset, comprehendi debet, sed & si in domum aliquam soliti fuerint cōuenire ad tractandum de adulterio, etsi eo loco nihil admissum fuerit, verùtamen videtur is domum suam, vt stuprum adulteriúmue committerētur præbuisse, quia sine colloquio illo, adulterium non committeretur.

In fin.nota, non licere facere contra leges, quibus 6
quis iuuari vult, & quas pro se adduxit. glossa allegat alia iura. vide tamen Bald. & Iason. in l.non dubium. C.de legib.

SVMMARIA.

1 *Venditor legem commissoriam eligens, postea variare non potest.*
2 *Factum sine conclusione sufficit apud Principem proponere.*
3 & 4 *Minor ex contractu patris non restituitur.*
5 *Restringitur.*
6 *Minor quomodo contra solutionem pensionis emphyteuticæ restituatur.*

LEX XXXVIII. PAVLVS LIB. I. DECRETORVM.

Æmilius Larianus ab Ouinio fundum Puteolanum lege commissoria emerat, data parte pecuniæ: ita vt si intra duos menses ab emptione reliqui pretij partem dimidiam non soluisset, inemptus esset. Item si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus, intra priores duos menses Lariano defuncto, Rutiliana pupillaris ætatis successerat, cuius tutores in solutione cessauerunt, vt venditor denuntiationibus tutoribus sæpe datis,

datis, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat pupilla in integrum restitui desiderabat, victa tam apud Prætorem, quàm apud Præfectum vrbi prouocauerat. Putabam bene iudicatum, quod pater eius, non ipsa contraxerat, &c.

Facti species huius legis.

SPecies facti est, Aemilius triginta aureis Puteolanum fundum sub hac lege commissoria data pretij tertia parte emit, ita, vt si intra duos menses reliqui pretij partem dimidiam, videlicet alia decem non soluisset fundus inemptus esset, item etiam si finitis his mensibus reliquum pretium, videlicet alia decem, quæ restabant non soluisset, similiter inemptus esset fundus. Mortuus est Aemilius intra duos priores menses, Rutiliana sua filia pupilla, quæ ei succesit, hæc decem non soluit, nec eius tutores intra duos priores menses, nec quidem reliquum pretium intra alios duos menses soluerunt, venditor factis denũtiationibus tutoribus d. pupillæ, vt pretium soluerent, post annum, dictum fundum Telemacho vendidit, pupilla vult in integrum restitui, quod pecuniam non soluerit præstituto tempore: quæsitum fuit, an restitutio concedenda illi sit? non esse concedẽdam videbatur, eo quod pupilla victa apud Prætorem, & Præfectum vrbis fit, quæ tamen prouocauerat, & Paul. ait se putare rectè iudicatum, si inspiciatur, quod pater cõtraxerat, non ipsa pupilla, & sic patris inspecta persona, pupilla non debet restitui: tamen Imperator Anto. pupillæ restitutionem non denegauit, eò quòd dies committendi in tempus pupillæ incidisset, quamuis pater contraxerit: nam per eam stetit, ne legi venditionis pareretur, cum ipsa non obtulerit pretium, nec intra primos duos menses, nec quidem intra alios duos. Etiam alia ratione fuit motus Imperator, quia venditor denuntiando tutoribus, vt soluerent, post tempus petendo pretium, videtur à lege commissoria discessisse, videlicet vt inemptus sit fundus: ergo si emptio valida erat, non poterat venditor alij vendere.

Decidendi ratio.

Neque me mouet.] Alij habent, nec me mouere, sed in idem reincidit, & iste versic. videtur difficilis, sed sic fortè intelligi potest, videlicet, dicet quis, Domine Imperator dies legis commissoriæ transit, id est, illi quatuor menses, intra quos solui debebat pretium. post conuentionem factam, & emptionem: ergo fundus inemptus erit. Et sic pupilla non est restituenda, cùm iustè fuerit facta venditio Telemacho. Respondet, non me mouet, & dat simile, si debitor dederit pignus creditori, & voluerit, si intra mensem, pecunia soluta non fuerit, quod pignus remaneat, & sit creditoris, si post mensem, & sic finita die solutionis, ac post mortem debitoris, creditor vendiderit pignus, quod ex lege commissoria retinere poterat, legi commissoriæ renuntiare videtur, licèt transijsset dies. Sic, & hoc casu venditor, postquam transit dies solutionis pretij, si petierit pretium, videtur legi commissoriæ renuntiare, & sic tenebat emptio: ideò restitui poterit pupilla, & præcipuè, quòd tutores (qui non petierant restitutionẽ pro pupilla) suspecti pronuntiari erant, iste videtur facilis intellectus ad istam legem.

Ex hoc tex. intelligitur, quæ sit venditio facta sub lege commissoria, videlicet vt res sit inempta, si pretium non soluatur, vel reliqua pretij pars, & interim emptio tenet, sed resoluitur sub conditione, si pretium non soluatur. l. j. ff. de lege commisso. & Marcellus lib. 20. dubitat, *Commissoria vtrùm tunc locũ habeat si interpellatus non soluat, an verò si non obtulerit, & magis arbitror offerre eum debere, si vult se à legis potestate soluere, quod si non habeat cui offerat, posse eum esse securum.* dicimus ex l. iuj. in fin. ff. eodem.

Vēditio sub lege cōmissoria facta, quæ dicatur.

Intelligendum est resolui, si id venditor voluerit, quia id venditoris causa cauetur: nam si aliter acciperetur, exusta villa in potestate emptoris, futurum esset, vt non dando pecuniã inemptum faceret fundum, qui eius periculo fuisset: nam legem commissoriam, quæ in venditionibus adijcitur, si volet venditor, exercebit, non etiam inuitus. l. ij. & sequen. ff. de lege commisso.

Itaque statim atque commissa lex est, statuere venditorem debere, vtrùm commissoriam velit exercere, an potius pretium petere, nec posse, si commissoriam elegerit, postea variare. Idem dicit Scæuola: *Si post statutam diem, reliquæ pecuniæ venditor legem dictam non exercuisset, sed partem reliqui debiti accepisset, videri recessisse à commissoria.* l. de lege. in fi. de leg. commiss. Imò Hermogenes sic ait l. *Post diem commissoriæ legi præstitutum si venditor pretium petat, legi commissoriæ renuntiare videtur, nec variare, & ad hanc redire potest* ibidem. Igitur ista est ratio ad istum text. nam postquam venditor petierat pretium à tutoribus, renuntiare videbatur legi commissoriæ, & sic volebat inemptum esse fundum, ideò non potuit variare, & illum vendere Telemacho, & sic pupilla Rutiliana poterat restitui, vt solueret pretium comprehensum in venditione. 1

Data parte pecuniæ.] Colligitur partis appellatione non venire dimidiam, sed refragatur l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verborum signific. vbi partis nomine & portionis venit dimidia, quod regulariter obtinet, sed hic text. intelligitur, quando pars certa in l. exprimitur, vt hic, vel quando colligi potest, non intelligi de dimidia: nam hic dicit reliqui pretij partem dimidiam, ergo non erat dimidia pars totius pretij soluta, licèt text. dicat, data parte pecuniæ, intelligi debet ex sequentibus: nam hic diuisio fuit tripartita, vt dixi in expositione text. Plura de hoc scripsi in d. l. nomen filiarum. quæ videri ibi poterunt, nec ea repetam.

Partis appellatio.

Denunciationibus tutoribus sæpe datis.] Ex hoc text. colligunt quidam denuntiationem esse faciendam minori, seu tutori, licèt ipso iure maiori tempus curreret: nam licèt Aemilio tempus omnimodò cucurrisset, tamen pupillo seu tutori denuntiatio erat facienda: nam qui in alterius locum succedunt, iustam habere ignorantiæ causam dicuntur. l. qui in ius. ff. de regul. iur.

Nec obstat quod scribit glos. in verbo, restitui, videlicet non esse opus restitutione, cùm iure communi conceditur, l. si peremptorem. & l. post diem. infrà, de lege commisso. Respondet, in fin. plus consequi per restitutionem, quàm per actionem ex illo contractu, quia & fructus etiã à bonæ fidei possessore repetit, l. quod si minor. §. restitutio. & l. patri. §. idem. suprà, eod. vel volebat restitui contra possessorem, hoc diuinat.

Obiectio.

Ideò, ego dicerem istam pupillam desiderare restitutio

Solutio.

stitutionem, vt & iure communi tuta, faciliùs illam consequeretur, nec est inconueniens (vt dixi in l. in causæ. ij. suprà, eodem) & quia iudices denegauerant restitutionem, Imperator eam concedit, dicens maximè esse concedendam, non obstāte iudicum sententia, eò quòd post diem pretium petendo, quo placuerat esse commissum, à lege commissoria recessisse videbatur.

Interpellatio quando debitorē in mora constituat.

Glos. in verbo, restitui, dicit singul. Bald. hic, quam refert Bolog. ad hoc, quòd interpellatio facta debitori, non constituit eum statim in mora, sed cum aliquo modico interuallo cōmoditatis prouidendi solutioni. & Bald. in margarit. in verbo, interpellatio. in fin. & eam etiam dicunt singularem Alex. & Vincent. in l. j. §. item si ita. ad legem Falcidiam. & Alexand. consilio 79. Viso. numero 2. in 2. volum. Barbat. in c. ex literis. col. 8. numero 30. de constitut. Iason in l. cum qui. §. fin. in fine. de verborum obliga. Dec. in l. quod te. colum. 3. si certum petat. Georgius Natan in repet. clem. sæpe. col. 55. de verbor. signific. dicit ad hoc singularem, vt si data sit potestas arbitro prorogandi compromissi, intelligitur quod possit prorogare tanti quanti iustum videretur bono viro, quod magis intellectu quàm locutione percipitur. arg. l. ratum. ff. de solut.

Potestas prorogādi cōpromissi quatenus accipiatur.

Item istum textum singularem dicit Matthæ. de
2 Afflict. in decisio. Neapo. 3. ad hoc, quòd in consistorio Principis sufficit factum proponere sine conclusione, & hoc esse verum testatur Innocen. in cap. 1. de libell. oblat. sed non video planè probari in hoc text. Doct. in l. edita. C. de edendo.

Sententia Iurecōsul. non semper standum.

Putabam bene iudicatum.] Not. non esse standum sententiæ Iuriscons. si reprobata sit ab Imperatore: neque Paul. approbat sententiam iudicum, qui denegauerant restitutionem Rutilianæ, quam tamen Imperator concessit, & sic multa conceduntur ab Imperatore, quæ ab inferioribus nō cōcederentur, vt fuit dictum in l. si ex causa. in fi. cum l. seq. suprà, eodem. Sed hic conditores dicunt Paulum prima facie dixisse bene iudicatum, sed quando rationes Imperatoris audiuerunt, retractasse sententiam, & inclinasse in sententiam Imperatoris, per rationes allegatas in fine.

Quod pater eius, non ipsa contraxerat.]
Colligitur dandam non esse restitutionem minori
3 ex contractu patris, habetur in l. cum mandato. sup. eod. nisi aliquid gestum fuerit cum minore, & ita sub multis verbis dicunt Doct.

Vt hæc materia perfectè intelligatur, quæ apud Doctores valde confusè traditur, & ob id perperam hactenus intellecta fuit, tria vel quatuor hic sunt separanda, & tractanda. Primum, an minori succurra-
4 tur ex contractu patris, vel alio actu sui prædecessoris? Et super hoc ego dicerem nō esse succurrendum minori, quando læsio fuit tempore sui prędecessoris, & actus fuit perfectus, & consummatus, vt, si intra annum pater poterat fundum habere iure retractus conuentionalis, vel tanquam proximus, si annus sit elapsus in vita patris, vel prædecessoris, filius minor nunquam admittetur, nec restituetur, tum quia pater contraxit, non filius: & pater læsus fuit, non filius, & maiori non subuenietur, l. iij. §. sed vtrum. suprà. & quia nihil gestum cum minore est, vnde consuluit Ias. consilio 161. Statutum. in 2. vol. spoliatum restituendum etiam contra minorem, non obstante statuto ciuitatis, quia nihil actum cum maiore erat, sed cum minore, qui spoliauerat, nec hoc casu ratio ætatis haberi debet. glos. & Doct. in l. cum filiusfamilias. §. in hac. ff. de verborum obligat. Vnde si minor promiserit de bonis testatoris, & eo cōsentiente, valebit promissio, nec poterit minor restitui, quia non est læsus de bonis alienis promittens, & altero videlicet domino consequente. Bal. in l. j. in fi. C. de pact. Idem in sententia, si tempore latæ minores fuerint, vt restitui possint, secus si maiores. l. j. C. si aduersus rem iudica. scripsi in l. iij. §. j. suprà.

Spoliatus etiā contra minorē restitui potest.

Si vero læsio venerit tempore minoris ætatis, tūc læso minori succurretur, licet pater contraxerit, & 5
ita hic poterat pater intra duos menses soluere pretium, & fundus nō fuisset inemptus intra illos duos menses post cuius mortem etiam minor, vel eius tutor poterat offerre pecuniam, & quia eam non obtulit, lapsum est tempus, & ideo minor postquam fundus fuit inemptus, restituitur hic, quia læsio cōtingit minori, licèt pater contraxerit. probat l. etiam. infrà, eodem.

Vsucaptum amisit.] Ergo ibi priusquam nasceretur vsucaptum amisit. Diuersum fuisset si pater amisisset, quia filius etiā minor non fuisset restitutus.

Minor restituitur aduersus retractum.

Idem, in retractu dato proximo intra annum, vt si ipse minor poterat rem extero venditam iure proximi rehabere, & omiserit, restitui poterit, per cap. constitutus. de in integ. restitut. secus si annus fuerit lapsus tempore prædecessoris.

Idem in pacto de retro vendendo. vt in l. ij. C. de pact. inter empt. & vendit.

Restitutio pro emolumento omisso.

Et sic in hoc text. restituetur, vt possit soluere reliquum pretium, prout poterat tempore mortis Aemilij patris sui, & quia omisit acquirere fundū, quem poterat acquirere, pro quo emolumento omisso minor etiam restituitur, l. non omnia. infra, eod. sic & hic restitui eum voluit Imperator.

Idem dicemus, si pater emphyteota cessauit à so- 6
lutione pensionis per triennium, vt postea si moriatur, non possit restitui minor, sed si ante triennii decessērit qui tēpore poterat minor hæres illā soluere pecuniam, & vitare commissi pœnam, si non soluerit, restitui poterit, per glos. vlt. & Doctor. in l. ij. C. de iure emphyt. vbi Iason istam dicit communem esse opinionē, post Lud. Rom. consil. 166. Viso. vlt. q.

Restitutio posthumi.

Idem dici debet, si præscriptio cōpleatur in posthumo, siue nato, vt etiam posthumus restituatur, sicut si natus esset, & ita docet text. in l. etiam. infra, eodem. quæ negotium dedit Doct. dicentibus nihil gestum esse hoc casu cum minore, sed salua eorum reuerētia læsio euenit tempore, quo est in vtero: ergo gestum est cū eo, videlicet, quia ipse amisit fundum, quem habebat: ideò restitui poterit, l. non omnia. inf. eo. suo enim tempore completa est præscriptio, non verò tempore sui prædecessoris, nec hoc videtur mirabile, quod sic currat præscriptio, & compleatur, postquā erat incœpta cum defuncto, quicquid dicat Ias. in l. cùm filiusfamilias. §. in hac. ff. de verb. oblig.

Glossa & Doctor. reprehenduntur.

Secundo, infertur perperam glos. & Doct. sensisse in l. si cum militantibus. C. de restit. milit. vbi in pœna conuentionali dicunt militi, ratione absentiæ, non subueniri, sicut nec minori. per hanc l. si læsio contigerit suo tempore, nam & militi subueniri vidi, & gl. in d. l. si cum militantibus. nō hoc dicit, sed si miles distraxerit per pactum res suas, non reuocat, sic nec minor

minor venditionem pignoris factam, à suo prædecessore. l. ij. C. si aduers. vend. pignor.

Tertia difficultas est, vt ista l. conciliettur cum l. vltim. C. in quibus causis. vbi non currit præscriptio contra minorem, hic secus. Istam legem loqui in præscriptione conuentionali dicit Bar. & alij hîc, legem verò fin. in præscriptione legali. Sed hoc nunquam mihi placuit, quia in præscriptione vtraque nihil est, nec magis cum minore gestum est in conuentionali, quàm in legali: ideò dicunt minorem non restituendum fauore ætatis, sed ex clausula generali. allegant l. cùm filiusfamilias. §. in hac. ff. de verbor. oblig. vbi Ias. dicit esse valde singul. & literis aureis scribendum, sed cùm non sit verum, esset potius abolendum, quàm scribendum. Ideo ego dicerem istam legem habere locũ siue in præscriptione legali, siue conuentionali, vt si compleatur præscriptio contra maiorem, non concedatur minori restitutio, secus si compleatur cum minore, quia eo casu minor læsus est, & non maior, vt hîc. Nam pater Aemilij fuit mortuus intra duos menses, intra quos debebat soluere dimidiam partem reliqui pretij, eò quòd omisit illud emolumentum, restitui poterit, tam in legali præscriptione, quàm in conuentionali.

Conciliatio legis vltima cũ ista.

Quartò, videndum est, an currat præscriptio contra minores. Et breui respondeo, currere per istum tex. sed ista restitui solent. Ista est communis sententia, & est vera de iure Digestorum.

Praescriptio contra minores.

Quam limitant Doct. quando incœpta non esset contra maiorem, quia tunc non curri. per l. fin. C. in quibus caus. in integ. restit. per verbum, ab initio.

Ego verò dicerem, præscriptionem non currere de iure Codicis contra minorem, siue sit cœpta contra maiorem, siue non, quia in vtroque est eadem ratio text. vt intacta iura minoribus seruentur.

Item text. in d. l. fin. dicit, *In omnibus casibus, in quibus vetera iura currere præscriptiones aduersus minores concesserunt, eas ipso iure non currere.* Ergo siue fuerint cœptæ, siue non, non current, cùm in omnibus casibus velit extendere, & qui totum dicit, nihil excludit, l. Iulia. ff. de lega. j. l. à Procuratore. C. manda. & quia vetera iura (maximè cœptas) præscriptiones currere contra minores voluerunt, vt est ista: ergo & de cœptis loquitur præscriptionibus, & de alijs, & præcipuè, quia de alijs non dubitabatur, vel parum, & quoniam ibi vetera corrigit iura.

Non refragatur d. l. fin. sic dicens: *Sancimus fauore imperfectæ ætatis exceptionem non numeratæ pecuniæ ab initio minoribus non currere.* Ergo intelligitur secundùm Doct. de præscriptione antequã sit cœpta: ego verò intelligo ab initio ætatis imperfectæ, vt hęc præscriptio, si cœpta sit, non currat contra minorem, ab initio suæ imperfectæ ætatis, & ab initio quo successit, donec compleuerit perfectam ætatem, & probat hoc text. ibi, Ne dum in integrum restitutionem expectamus, aliquod emergat obstaculum, per quod minor huiusmodi beneficio vti non possit, vel substantia eius subuertatur, si cœpta præscriptio contra minorem curreret. Obstaculum enim emergeret, dum expectatur restitutio, & subuerteretur substantia minoris. Et sic non debet currere præscriptio minorum quandiu expectatur restitutio, quod est vsque ad 25. annos, vt dixi in d. l. fin. sed doctrina interpretum potest intelligi, non succurrendum minori in præscriptione conuentionali, inita & completa cum maiore, secus si cum ipso compleatur, quæ hodie non potest compleri, cùm non currat. per d. l. fin.

Obiectiones solutio.

Ex hoc infertur currere præscriptionem minori de iure Digestorum, siue incœpta esset cum maiore, siue inciperet ab eo per iura prædicta.

De iure verò Codicis, præscriptio non currit contra minorem, etiamsi fuerit cœpta contra maiorem. Vnde si patri erat data facultas reemendi prædium intra biennium, & post annum moriatur, non curret præscriptio minori suo filio, donec fuerit perfectæ ætatis, & tunc (nisi intra annum egerit) completa erit præscriptio, sine aliqua restitutione, vt plenè dixi in d. l. fin. C. in quibus caus. in integ. restit.

Hodie, quia praxis videbat incertas & dubias super hoc sententias, amplexa est certiorem opinionem, vt minor restitutionem petere soleat, siue cœpta fuerit præscriptio, siue non, in Curijs secularibus regni: & hoc fit ad vitandum opiniones, & vt securius minoribus prouideatur, vt probat l. vni. C. si aduers. vsucap. sed in Curijs Ecclesiasticis ius seruari solet. Guido Papa in decisio. Delphin. q. 31. incipiente, Secundum statutum.

Restitutio minorũ contra præscriptiones in Francia.

§. Id quod dicitur, &c.

Iste §. est facilis, decidens, vt si filiusfam. existens in potestate patris omiserit aliquid, per quod lędatur. si posteà emancipetur à patre, nõ succurrendum esse ei, in his, quæ patri acquirere potuit: si verò sibi omiserit acquirere, ipse restitui facilè poterit. Et ratio est, quia si restitueretur in his, quæ omisit acquirere patri, maior restitueretur, & non minor, quod prohibet l. iij. §. sed vtrum. suprà, eodem. vide text. & ibi interpretes in l. si ad resoluendum. C. de prædijs & alijs reb. minor.

Decidendi ratio huius textus.

SUMMARIA.

1. *Sententia interlocutoria quando vim diffinitiuæ habeat.*
2. *Tempus impedito non currit, siue facto aduersarij, siue facto iudicis.*
3. *Iudices in quibus pendente appellatione possint ad executionem procedere.*
4. *Sententia quomodo à iudicibus appellationum pronuntianda.*

LEX XXXIX. SCÆVOLA LIB. II. DIGESTORUM.

Intra vtile tempus restitutionis apud Præsidem petierunt in integrum restitutionem minores. De ætate sua probauerunt, dicta pro ætate sententia, aduersarij, vt impedirent cognitionem Præsidis appellauerunt ad Imperatorem: Præses in euentum appellationis cætera cognitionis distulit. Quæsitum est, si finita appellationis apud Imperatorem cognitione, & iniusta appellatione pronũtiata, egressi ætatem deprehendantur, an cætera negotia implere possint, cùm per eos non steterit, quo minus res finem accipiat? Respondi, secundùm ea,

quæ proponerentur, perinde cognosci, atque si nunc intra ætatem essent.

Facti species.

HÆc lex variè est à Doctoribus nostris interpretata, ego illam sic intelligo, & pono facti speciem, vt faciliùs intelligi possit. Minotes durante minori ætate apud Præsidem petierunt in integrum restitutionē, probauerúntque se in ætate ea esse, in qua poterant restitui, Præses pronuntiauit idem, scilicet eos minores esse in ea ætate, in qua poterant restitutionē petere, à qua sententia, aduersarij (vt impedirēt cognitionem Præsidis) ad Imperatorem appellarūt, Præses distulit (ob reuerentiam appellationis) cognoscere de restitutione, & de cæteris aliis negotiis cognitionis, donec pronuntiatum super appellatione esset. Interim durāte appellatione minores facti sunt maiores, & egressi sunt minorem ætatē, demū pronuntiata est appellatio iniusta, & remissum fuit negotium cognitionis ad Præsidē: quæritur, an isti maiores facti in integrum restitutionem petere possint? Non videbatur posse, quia maior restitutionem non petit beneficio ætatis, & isti erant maiores, sed cōtrarium statuit hîc Scæuola, & ratio est, quia per eos nō stetit quominus res finem acceperit, id est, quominus durante ætate minori, ipsi restituti fuissent, ergo istis maioribus, factis nō debet imputari, si in minori ętate non fuerint restituti, ideò perinde Præses cognoscere poterit de ista restitutione, atque si nunc intra ætatē essent, de cuius cognitione fuit prohibitus per appellationem.

Interpretes post gl. intelligunt tēpus vtile pro anno vtili, sed Iurīscō. expressisset annū, si de eo voluisset intelligere, imò si ita intelligeremus, tex. esset sibi cōtrarius, dum dicit, Minores de ætate sua probauerūt, & ibi, dicta pro ætate sententia, & ibi, egressi ætatem, si durāte appellatione egressi sunt ætatē minorē, ergo primo dum petierūt, erant in illa ætate, vnde ego intelligo vtile tēpus, id est, accōmodū, & consentaneū: nā tempus minoris ætatis, & anni vtilis, quo restitutio peti debet, est accommodum & consentaneum ad petendam restitutionem, ideò dicitur vtile, & per totū istum tit. vt plurimū, videmus minores petere restitutionem, & in anno vtili maiores facti sunt, sed datur illis iste annus, vel hodie quadriennium. l. fi. C. de tempu. in integ. resti. Et sic putarem differre annum vtilem ab vtili tempore, quia annus vtilis à maiori ætate incipit, & non computantur in illo anno dies quibus agere minor potest, §. rursus. de a tio. in Insti. l. j. ff. de diuer. & tēpo. præscr. sed vtile tempus est, quando minori accommodum est ad agēdum, sicut est ætas imperfecta, intra quod est vtile agere fauore ætatis, & etiam annus vtilis. l. fi. C. in quibus causis in integ. restitut. &c. Et ita cessabunt difficultates gl. & interpretū, & sic in hoc textu minores erant eo tempore, quo apud Præsidem petierunt restitutionē, quicquid dicant Doctores, supplentes minores quondam, vnde plus conuinet tempus vtile, quàm annus vtilis, & sic nō potest iste textus exponi, cognitionis cætera, id est, executionis, quia nil erat exequendū hîc, sed erat cognoscēdum, an minores deberēt restitui super his negotiis, in quibus ipsi petebant restitutionem, licet Accurs. sic intelligat in primo intellectu. Secundus etiam intellectus gl. nō valet, quod isti essent restituti, vt actionē amissam præscriptione possent intēdere, quia sententia tantū de ætate dicta fuerat, & non de restitutione, nec de præscriptione, ideo hic intellectus contra tex. directè loquitur.

Vtile tēpus quomodo hic accipiatur.

Glossæ intellectus suppletur.

Tertius intellectus est imperfectus, nisi suppleatur, vt dictū fuit, in facti specie, nec datur hîc restitutio post 30. annos, vt dicit glo. quia hic egressus erat tantùm ætatem minorē, sed esto quod esset in 30. anno, adhuc restitutionē petere posset, si per eum nō stetit quominus peteret: nā regula est, quod per me nō stat, mihi non est imputandū. l. in iure ciuili. ff. de reg. iur.

Item dicit Accur. non debebat iudex iudicare de incidenti, id est, de ætate. Respondeo, imò optimè iudicatum fuit, quia postquam allegabatur ab aduersariis minores esse maiores, & sic nō posse petere restitutionē: ij minores ætatē probauerūt, & iudici apparuit adhuc minores esse, & eos esse intra vtile tempus restitutionis, quod quidem iudex pronuntiauit: nam de qua re cognouerit iudex, de eā pronuntiare tenetur. l. de qua re. ff. de iudic.

A sententia interlocutoria quando appellari possit.

Postremu, ista glo. dicit nō licere appellare ab interlocutoria ante sententiā, l. ante. C. quorū appel. nō recipiār. quod limitat, nisi causam ferè totā determinet, & istā gl. dicit sing. Alex. in l. v. col. 2. ff. de verbo. oblig. & consi. 182. In causa. in 6. vol. & Geor. Nathan in repet. cle. sæpe. §. & quia. de verb. sig. col. 21. ad hoc 1 ꝙ sententia interlocutoria, decidēs vnū articulū substantialem negotij, dicitur habere vim diffinitiuæ, & ideò poterit appellari ab illa, sicut à definitiua, scripsi in interpre. l. quod iussit. in præfat. nu. 42. & seq. ff. de re iud. In tex. ibi, aduersarij, vt impedirēt cognitionē Præsidis, iūcto fine tex. colligitur nō currere instantiā, vel tempus ei, in quo culpa cessat, & quādo alter ex litigantibus litē protelat, vel actum. Idē probat Tripho. de excus. tuto. in l. *Si cùm ipse institueret, vt proferret excusationē, mora cōtradictionis impeditus est, quomin⁹ decreto liberetur, excusationē r:ctè probari.* facit l. petendæ. C. de tempo. in integ. restit. petend. & l. fi. C. de adul. vbi tēpus non currit impedito per dilationē aduersarij. text. iuncta gl. ibi. in c. venerabilis. de iud. sic consuluit Alex. consil. 71. Videtur. in 3. vol.

Instantia quādo non currat.

Ergo à contrario, si potuit pars facere, siue impediatur facto aduersarij, vt hîc, siue facto iudicis, vnde instantia non currit, impedito facto iudicis. l. properandum. §. sin autem vtraque. vbi Doct. C. de iudic. glos. & Doctor. in c. pen. de iud. l. in omnibus causis. vbi etiam Decius, ff. de reg. iur. 2

Ergo à cootratio, si potuit pars facere, vt intra tempus vtile inchoaretur restitutio, eidem non succurretur posteà, à ratione cessante, vt plenè scribit Alex. consil. 62. Egregiè. in 6. vol. quod est repetitum consil. 223. ibid.

Impedimētum quomodo probandum.

Et sufficit probare impedimentū, etiamsi nō probetur eo factū, vt impediret cognitinnē iudicis, quod ratione impedimenti præsumitur fecisse, vt sibi prodesset. arg. c. cōstitutis. de testi. & sufficit ꝙ per minores nō steterit, quominus intra tēpus vtile nō egerint.

Iudices, pēdēte appellatione, nō debent procedere ad executionē.

In euentum appellationis cætera cognitionis distulit.] Ex hoc text. colligitur iudices, à quibus est appellatum, non debere procedere post appellationem, sed debēt differre negotium in euentū appellationis finitæ, & hoc bene seruatur in Francia, in qua omni appellatiooi defertur propter reuerentiā superioris, nisi lege Regia cautū sit, vt, nō obstante appellatione iudices procedant ad executionem, vt in sententiis executoriis, & prouisionalibus, 3

vtpote

vtpote latis in materia alimentorum, dotium, & in aliis quas abundè tractaui in 1. tomo Commenta. ad Constit. Reg. Gallic. in tract. de senten. prouisio. & tract. de exec. executor. vbi dico in præfat. duos latrunculatores fuisse reste suspensos, eò quod post appellationem ad Senatum executionem fecerant, scripsi etiam in tract. de appella. in 3. tomo, Commen. ad Constit. Reg. Gallic.

Iniusta appellatione pronuntiata.] Nota
4 quomodo iudices appellationum debeant pronuntiare sententiam, videlicet bene appellatum, aut iudicatum, vel male: iustè appellatum, seu iudicatum, vel iniustè: idem probat l. qui Romæ. §. penult. ff. de verb. oblig. Leos. C. de appel. ideò sententia Bailliui, in qua non fuerat dictum bene vel male iudicatum, seu appellatum, fuit annullata in Senatu Paris. licèt fuerit in ea dictum, *Pronuntiamus emendando sententiam primi iudicis*. & hoc anno, id est, 1543. die 15. Decembris. de quo scripsi in interpret. l. quod iussit. in præfat. num. 16. & sequen. ff. de re iudicata. possunt tamen iudices addere aliquid sententiæ, postquam dixerint bene vel malè iudicatum, & emendando sententiam, vel illi addendo, diximus, &c. argum. l. item quamuis. ff. communi diuidund.

§. Vendentibus curatoribus, &c.

Minor quã do contra emptorem non restituatur.

EX hoc text. colligitur minorem nõ posse restitui aduersus emptorem, qui rem meliorem fecit, nisi maluerit omnes expensas, quas bonæ fidei emptor fecerit in melioratione restituere: ratio est, quia habet actionem cõtra curatores, qui illum fundum vendiderunt, & hoc quando sunt idonei, aliàs aget contra emptorem recta via: quæ quidem restitutio nihil aliud est, quàm in statum pristinum positio, l. quod si minor. §. restitutio. suprà, eo. & minor esse in lucro non debet, in necem alterius, l. in causæ. §. suprà, eod. & ideò restituere tenetur quatenus factus est locupletior. l. patri. §. idē ex diuerso. sup. eo.

Hodie in hoc regno Franciæ vterque conuenitur, & aduersus vtrumque petitur restitutio, & rescissa emptione condemnatur emptor ad restituendum rem minori, & hoc fit, vt vnâ sententiâ vterque condemnetur, aliàs opporteret posteà habere aliam sententiam contra emptorem, vt superiùs scripsi in l. cum mandato. §. 5.

Ex hoc §. colligit Bal. ibi, bonę fidei emptor, &c. emptorem rerum pupillarium dici bonæ fidei emptorem: sed refragatur tex. in l. & si sine. §. cæterùm. suprà, eod. vbi prohibet Paul. Iurecons. vt nemo accedat ad emptionem rerum pupillarium, nec etiam si bona fide distrahantur: ergo is qui emet contra ius, vel eius prohibitionem possessor erit malę fidei, quia contra iura mercatur. l. quemadmodum. in fin. C. de agricol. & censit. lib. 11.

Malæ fidei emptor quã do quis præsumatur.

Respondeo, dicerē istum emptorem, cum decreto iudicis esse bonæ fidei emptorem, sed sine decreto non, per tex. & ibi glos. in l. 3. C. de fide instru. & iure hastæ. fiscal. lib. 10. vbi est gl. sing. in verbo, mala fide secund. Ias. §. item si quis in fraudem. nu. 45. de actio. in Instit. ad hoc quòd, quando venditio non concipitur cum ordine, & solemnitatibus à iure requisitis, præsumitur cõtrahentes esse in mala fide. vide Alexand. consil. 53. nu. 18. in 3. vol. & quæ addidi in d. l. 3.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum conuentionale non habet paratam executionem.*

2 & 5 *Instrumentum garentigiatum, vel sigillo Regio, aut alio authentico signatum, habet executionem.*

3 *Missio in possessionem conceditur à iudice ex instrumento testamenti non raso.*

4 *Notarius dicitur habere iurisdictionem in volentes.*

LEX XL. VLPIANVS LIB. VI. OPINIONVM.

MInor annis 25. cui fideicõmissum solui pronuntiatum erat, cauerat id se accepisse: & cautionē eidem debitor quasi creditæ pecuniæ fecerat, in integrum restitui potest: quia partam ex causa iudicati restitutionem, nouo cõtractu ad initiū alterius petitionis redegerat.

EX hoc text. habemus, quòd si condemnauerit iudex debitorem fideicommissi, ad soluendum illud fideicõmissum minori, & ipse illam pecuniam se accepisse cauerit instrumēto publico, vel priuato, licèt debitor eidem minori instrumētum publicum tradiderit, in quo se pecuniam ex fideicom. debitam quasi creditam & mutuam, promittebat illam reddere minori, an posset minor ipse restitui? Non videbatur, quia nil amittit: cētum siquidem pono debita ex fideicom. & centum erant ei promissa ex mutuo, tanquam credita. ergo vbi non est læsus, non restitui debet. Respondet Vlp. eum restituendum: nam maximè læsus censetur, quia sententia habebat paratam executionem, illa promissio pecuniæ nõ habet, nisi petitionem: ideò quia paratam executionem ex nouo contractu pecuniæ creditæ, redegit ad initium alterius petitionis, ob id lęsus cēsetur, & sic restituendus: nam perfectum erat negotium per sententiam, & oporter nũc eum minorem venire ad initium petitionis, & vocare in ius aduersarium, & litibus vexari. Ideò læsus censetur, & sic restituendus.

Minor quã litercũque læsus restituatur.

Cauerat id se accepisse.] Colligitur minorem restituendū, quando dicit se accepisse, quod nõ accepit, quia acceptilatio donationis instar est, l. Modestin⁹. ff. de dona. l. si quis obligatione. vbi Dec. ff. de reg. iur. & ipse donare nõ potest, vt superi⁹ satis dictū est.

Accepisse.] Sing. hũc tex. dicit Rom. in sing. 16. Quod si cõfiteor, dicens: Si cõfiteor me habuisse centum nomine dotis, quę mihi debes, & posteà illa ipsa centū mihi promittas reddere, & dare, præsumitur facta confessio sub spe futuræ numerationis. Bal. in l. si absentis. col. pen. nu. 9. C. si cert. pet. idem si cõfitear habuisse centū, & posteà recepi quinquaginta, ex illa summa, præsumitur me non recepisse alia quinquaginta, l. ab Anastasio. C. mandati. nam sicut particularis solutio facta post cõfessionem de recepto inducit præsumptionem de alia parte, sic promissio facta post confessioōe de accepta summa, quam habuisse cõfessus fuit, & hoc probat in dote Lud. Rom. consi. 445. Consultatio. col. 1. dicens ita nos facere solere, vt primò procedat confessio de dote recepta, secundò promissio de soluendo, & ex eo quod cõtrà fieri solet promissio, inducitur probatio non receptæ dotis, vel summę, l. sufficit. ff. de sponsal. & idē cõfirmat Corn. consil. 52. Quotidianus. col. 1. vol. 1. & Ias. consil. 122. In causa. vol. 1. ac etiā Cur. Sen. consil. 55. Super duobus. nu. 20. quod est vtile pro thesaurariis, qui dum rationes reddere volunt, exigere solent acceptilationes, &

Promissio post confessionē quid importet.

quia non valent statim soluere, dant instrumentum obligatorium, vel chirographum, vel antipocham, in qua illam pecuniam promittere solent, & vocatur vulgo, *cõtrelettre*, & prohibetur thesaurariis, ne hoc faciãt in Const. Reg. tit. *des thresauriers*. Ord. 7. quod est notandum, vt confessio de recepto, & promissio de soluendo facta eadẽ die, vel postea præsumantur sic facta, videlicet spe numerationis futuræ.

Instrumenta publica quam vim habeant.

Quia partam ex iudicati causa.] Istum tex. singularem notat Alex. in l. si cùm dotẽ. §. eo autem tempore. ff. solut. matr. ad hoc, quòd instrumenta publica, de iure non habent executionẽ paratam, sed agendum est actione cõpetenti, & probatio fiet per instrumentũ siue illud instrumentũ pro minore factũ fuerit, vt hic, siue pro maiore Ecclesia, vel alio, etiãsi ageretur de pecunia credita, vt hic, nec quidẽ fauore dotis, vt in d. §. eo autem tempore. nam Iurisc. ait, si quas petitiones habes, actionibus experiaris. l. extat. ff. quod met. caus. vnde Imperator ait: *Nimis properè iudex pignora Marcellæ capi, ac distrahi iussit, ante rem iudicatam: prius est ergo, vt seruato ordine, actionem aduersus eam dirigas, & causa cognita, sententiam accipies.* l. j. C. de executio. rei iudic.

Instrumentum iuramento firmatum.

Excipiuntur quidã casus. Primus est, quando iuramentum interuenit in instrumẽto, & tũc executionem habere instrumentũ firmat Bal. in l. ij. in fi. ff. de iureiur. miraturq; quare cõsuetudo hunc modũ non inuenerit, q̃a iuramẽtũ vim sentẽtiæ habet. l. 4. §. si ex cõuẽtione. ff. de re iud. idẽ docet Bar. in l. j. C. de reb. cred. & l. post rẽ. ff. de re iud. & Ias. cõfirmat in l. item si quis postulãte. col. pen. de actio. in Instit. & in d. l. ij.

Iuramenti iudicialis effectus.

Ego putarem nõ habere executionem, nisi fuerit iuramentum iudiciale, & litis decisorium: nam illud tum ratione sententiæ, tũ iuramenti, hanc executionẽ obtinebit, cũ de hoc Iurecon. dicat, in d. l. ij. iusiurandum speciem transactionis continet, maioremq; habet authoritatẽ, q̃ res iudicata: alia autẽ iuramẽta aliò tendunt: nã quoddam ad confirmationẽ contractus tendit, auth. sacramenta puberũ. C. si aduersus vend. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso vbi scripsi quod non potest operari confirmationẽ & executionem, vt faciat vltra intẽtionem eorũ, qui illud inter-
1 posuerunt, l. non omnis. ff. si cert. petat. Ad hæc, iuramentum ex cõuentione partiũ, à Prætore inductum est ad actionẽ, vel exceptionem, nõ ad executionem. l. iij. & l. ait Prætor. & l. nam postea. ff. de iureiur. vbi sic habetur in §. *Iureiurãdo dato. vel remisso. reus quidem acquirit exceptionem sibi, aliisque actor verò actionem acquirit.* Actio autem est ius persequẽdi, nõ tantùm exequẽdi, §. j. de actio in Instit. ergo vbi acquiritur actio, non regulariter erit executio, l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. & hoc seruatur in praxi, vt instrumentum publicũ, in quo quis iurauit restituere centum, quæ causa mutui acceperit, non habeat execu-
2 tionẽ, nisi fuerit garẽtigiatum, vel sigillo Regio, aut alio authentico sigillatum, de quo inferiùs dicam.

Instrumentũ depositi.

Secundus casus est in instrumento depositi, quod quidem executionẽ paratam habere, cõmunis interpretum sententia affirmat, per l. pen. C. deposit. sed ille tex. hoc nõ videtur probare: nam licet tex. dicat ibi, vt depositarius reddere depositum illicò modis omnibus cõpellatur, & quàm celerrimè, sine aliquo obstaculo. requiritur tamẽ iudicis cõdẽnatio. Et hoc videtur probare tex. dũ dicit, *Legitimæ actiones integræ ei reseruẽtur.* Sed à quo, nisi à iudice reseruarẽtur?

Condemnatio iudicis in deposito necessaria.

Præterea potest depositarius, illud depositum amisisse casu. l. j. ff. & C. depos. & si fieret executio, hoc esset iniquum. Adhæc Imperator in l. iiij. ibidem. dicit condemnationem necessariam, ibi, *Ex qua condemnatione facta.* facit l. si is qui. vbi actio cõpetit. & in l. sequen. dicitur, *Petere potestis apud Rectorem prouinciæ.* & in l. *Qui depositum non restituit suo nomine conuentus & condemnatus.* ibidem. ergo requiritur condemnatio, sed tex. in l. penult. C. ibidem. intelligi debet reddẽdum depositũ, postquam de eo apparet, §. planè. Insti. de testa. milit. & facta à iudice condẽnatione, ideò etiã praxis recepit, vt condemnatio fiat à iudice, alioqui instrumentũ non exequetur, si nõ sit Regio vel alio authẽtico signatum sigillo, vel garentigiatũ: quia non est singulis permittendũ, quod per magistratũ publicè fieri possit, ne occasio sit maioris tumultus, l. nõ est singulis. ff. de reg. iur. nisi in deposito authoritate iudicis alicui facto: is enim depositarius, etiã in carcerẽ detruditur, quia iudex dando illi depositũ, condemnauit eũ ad restituendũ, toties quoties requisitus fuerit, quod si non restituat, executio in eum fieri poterit, vt scripsi in tracta. de liter. oblig. art. 6. glos. 3. in 1. tomo Commen. ad Constit. Reg.

Instrumentum testamenti non habet executionẽ paratam.

Tertiũ casum dicunt in instrumento testamẽti, q̃ probãt per l. fi. C. de edict. D. Adriani tollend. etiã iste casus nõ est recipiendus simpliciter: nã ex testamẽto agitur, & tres actiones hæredi cõpetunt, in l. 3. C. cõmunia. de leg. quæ frustra concederentur si executio fieret, vnde d. l. fi. dicit mittendũ in possessionẽ eum, 3
qui habet instrumentũ non vitiatum, nec rasum, aut cãcellatum, neque aboletũ Sed à quo: à iudice, qui si non sit contradictor, viso testamento pronuntiabit eum in possessionem mittendum: si verò fuerit contradictor, tunc agetur, vt ibi scribitur, & sic ibi non est executio simpliciter facienda, quicquid scribant quidam Doct.

Instrumentum sententiæ arbitri.

Quartum casum dicunt in instrumẽto sententiæ arbitri, q̃ post omologationẽ partium executionem habet. l. nõ distinguemus. §. quæsitũ. ff. de arbit. l. cum anteà. C. illo tit. hoc tamen non solet exequi sine iudicis permissu, & solet offerri supplicatio iudici, vt instrumẽtum illud exequi permittat, quod permittit iudex, nisi pars opponat, quæ postea ab ipso auditur, vt pleniùs scripsi in 3. tomo Commentar. ad Constit. Reg. tract. de arbitris.

Fideiussoris instrumentum.

Quintus casus est in instrumento fideiussoris, qui iam soluit debitum, vt executionem habeat in debitorẽ, pro quo soluit, per l. vlt. in fi. C. de vsuris rei iud. & hoc docet ibi Bal. sed ille tex. loquitur in tempore dato iudicatis, vt prosit etiam fideiussoribus. Ideò dicendum est fideiussorem iudicij habere executionem paratam, contra suum debitorem, ratione condemnationis, & obligationis factæ in iudicio, vt docet tex. iuncta glos. in cap. vnicn. de iniur. lib. 6. & Spec. in tit. de executio. senten. §. sequitur. versic. quid si sententia. & Bart. in l. j. ff. iudicatum solui. diuersum est in fideiussore contractus. l. Græcè. § & post litem. ff. de fideiusso. l. præsenti. §. adducientes. C. de his qui ad Eccles. confug.

Instrumentum ratione computationis factum.

Sextus casus est, in instrumento computationis facto inter partes, vt docet Bartol. in l. ij. col. penult. C. de iure fisci. lib. 10. Boër. in decisio. Burdeg. q. 295. Compositio. tamen in Francia si instrumentum non esset sigillatum, vix mandaretur executioni, nisi ex permissu iudicis.

Septimus

Instrumentum Notarij quando executionē paratam habeat.

Septimus casus est, quando in instrumento Notarius fecisset præceptum parti, ad soluēdum tempore inter partes conuento, quod solet Caturci fieri, quando Notarij apponunt, ***monitus & condemnatus per nos***, quia Notarius dicitur iudex cartularius, & habete iurisdictionem in volentes, l.j.ff.de iud. & etiam
4 hac praxi Itali vtuntur, vt docet Corne. consilio 95. Viso processu.vol.4. & Panor. consil.71. Videtur. in 2.vol. de quo plenè scripsi in tract. de literis oblig in præfatione quæ est in 1.tomo Commen.ad Constit. Regias.

5 Hodie in hoc regno Franciæ vix alia instrumēta habent executionem, si non sint sigillata, sigillo Regio, vel alio authentico, & illa, ratione legis Regiæ, exequi solent, vt abundè docui in d. tract. de literis oblig.art.1. & 2. ac per totum. & maximè artic.6. vbi hos casus plenè tractaui, & alios.

Sed vidi dubitari, si minori post sententiām instrumento garentigiato, vel sigillato sigillo Regio, fuerit promissa pecunia, tanquam credita, an restitui possit? non videbatur, quia læsus non censetur: nam istud instrumentum habet executionem, sicut sententia, vt dictum fuit, nec redigitur hoc debitum ad initium alterius petitionis. Respondeo, dicerem contrarium: nam licèt instrumentum sigillatum sigillo Regio habeat executionem, tamen multas recipit oppositiones, quas non recipit sententia, vt scribit Anton.de Barzis in tract.de garentig. & ego in d. §.j. tract.de liter.oblig. Ideò interest minoris litibus non fatigari, vt l. minoribus.suprà, eo. & longè diuersum est, habere instrumentum sigillatum, vel sententiam: nam ex instrumēto sigillato ad initium ferè alterius petitionis petitio minoris redigitur, si opponat pars etiam interest minoris, quia (vt Accur. dicit) vsuræ currunt in sententia post quatuor menses, quod non est in mutuo, & maiores etiam currunt vsuræ, vt l. fi. C.de vsuris rei iudicatæ. & longè faciliùs est cōtra instrumentum venire, quàm contra sententiam. l.j. C.quando prouoca.non est necesse. l.iiij. §.condemnatum.ff.de re iudic.

Vsura rei iudicatæ.

Nouo contractu.] Hic nouus dicitur contractus de recenti factus, vt abundè docui in l.sylua. §. noualis.ff.de verb.signific.

§. Prædia patris sui, &c.

CAsus, Pater ex administratione tutelæ debebat centum, & ista debens mortuus est, filius minor eidē successit, & cùm videret tutelare debitū patris, prædia patris sui inconsultè in solutum dedit, postea videns se læsum voluit restitui, quæsitū est an possit? Respondet tex. rem esse reuocandam ad suam æquitatem: nam æquum est vt minori reddantur sua prędia, quæ inconsultè dedit, & fructus percepti ex illis prædiis computabantur cum vsuris pecuniæ, quam constiterit deberi ex ipsa tutela.

Ex hoc tex. colligitur minori succurrendum esse, si rem suam in solutum dederit pro debito patris, si læsus sit, glos. dicit in solutum dationem factam cum decreto: sed si cum decreto facta sit, quomodo inconsultè? Nam in decreto magnum consilium interuenire solet, antequā interponatur, l.magis puto. §.non possum. §.de rebus eorum, &c. postea glos. dicit intelligi de vrbanis, quæ sine decreto poterant alienari tempore huius legis, vt in l.lex quæ tutores. C.de administ.tutor.

Minor in solutū rem suam dans, pro debito patris.

Ego intelligerem, etiamsi sine decreto dederit: nam inconsulte dicitur dare, si non interuenerit decretum, sed si interuenerit, etiam inconsulte dicitur dare, si fortè ipse alia habebat bona, quæ non tanti erāt reditus, & expediebat illa potius alienare, quam ista prædia, quia ista vtiliora erant pupillo, quam alia, ideò in his læsus fuit: nam inconsultè fecit ob læsionem, sicut dicitur in l.verum §.sciēdum.suprà, eodem. vbi inconsultè facilitati succurritur, & iudex ista non perquisiuit, licèt inquirere debuerit, etiamsi prædia dedisset sine decreto in solutum, inconsultè fecisse dicitur, quamuis non teneret datio, l.si minor. C. de præd. minor. quæ dubitatio erat in hoc tex. postquam minor patri successerat, tenebatur debita patris soluere, & præcipuè istud tutelare, ob id si ille satisfecerit, maximè quia currebant vsuræ, videtur vsus iure communi: ergo non debet restitui, l.fin.C. de in integ.restit. tamen iste tex. decidit contrarium. Ratio est, quia æquum est, vt si minor læsus sit, quia prædia pluris erant, vel alio modo, vt restituatur, computatis scilicet expensis cum reditibus. Nec obest quòd venditio firma est, si data fuerit datio in solutum, ex Prætoris decreto, l.fin. C.de præd.minor. quod quidem fac sic esse, tamen succurritur minori, si læsus sit, vt hîc, nec refragatur, quia contractus factus à minore, sine decreto, in re immobili sit nullus, ex quo ipse non obligatur, etiam naturaliter. l. si ad resoluendum. C. de prædiis & aliis reb. minor. Bar. in l.cùm lex.ff.de fideiusso. & in l.prima. de nouatio.

Minor quādo inconsultè prædia in solutum dare dicatur.

Tamen ille contractus tenet contra maiorem, vnde minor potest cogere maiorem ad complendum talem contractum, & ipse paratum debet se dicere ad solemnitatem necessariam adhibendam. l. Iulia. §. si quis à pupillo.ff.de actio.empt. Mathesil. nota.156. incipiente, Nota quòd si minor. probat Iaf. in l.cùm hi. §.eam transactionem.ff.de transact. facit l. & eleganter. sup.de dolo. vbi idē dixi de contractu inito per dolum, vt non teneat respectu eius, cui illatus est dolus, secus ratione dolosi: & sic iste text. dicit reuocandam rem ex æquitate per in integrum restitutionem, licèt actus non valeat, vt videlicet omnia in pristinum statum reuertantur. l. prædiorum. C.de prædiis minor. &c.

Contractus dolo initus.

SVMMARIA.

1 *Dilatio actori data, est vtrique parti communis.*
2 *Vxor, si non vocetur domina à marito, non potest conqueri.*
3 *Renuntiatio restitutionis à minore facta, in genere non valet, secus in specie.*

Lex XLI. Ivlianvs lib. XLV. Digestorvm.

SI iudex circunuento in venditione adolescenti, iussit fundum restitui, eúmque pretium emptori reddere, & hic nolit vti hac in integrum restitutione, pœnitētia acta: exceptionem vtilem aduersus petentem pretium, quasi ex causa iudicati adolescēs habere poterit:

quia vnicuique licet contemnere hęc, quæ pro se introducta sunt, nec queri poterit venditor, si restitutus fuerit in eandem causam, in quam se constituerat: & quam mutare non potuisset, si minor auxilium Prætoris non implorasset.

Facti species.

Minor dicens se læsum in venditione fundi, petiit restitui coram iudice, qui fundum minori restitui iussit: ea tamen lege, vt ipse pretium ab emptore receptum, redderet, postea minor vidit vtilius esse sibi pretium habere, & fortè alium fundũ emere, quam eum, quem vendiderat: quæsitum fuit, an minor isti possit sententiæ renuntiare? Et Iulianus respondet, posse: quia vnicuique licet contemnere, quæ pro se introducta sunt. Quid si aduersarius minoris agat ad pretium? poterit se exceptione vtili minor tueri, quam habebit ex causa iudicati, nec meritò venditor, idest, emptor, si fuerit per pœnitentiam minoris restitutus in illam causam, in qua ipse se constituit, conqueri poterit. Ipse enim se constituit emptorem fundi minoris, si ergo minor facit, vt remaneat emptor, nihil iniuriæ illi infert, & maximè, quia ipse emptor maior non potuisset mutare propositum, & recedere à venditione, si minor auxilium Prætoris non implorasset, videlicet restitutionem, igitur si illo auxilio petito minor nolit vti, non cogetur.

Minor potest sententiam pro se latam contemnere.

Et hic nolit, vti hac in integrum restitutione.] Iste text. allegatur, quòd minor potest sententiæ latæ pro eo renuntiare, & eam contemnere, quia licet vnicuique, &c. per istum tex. & idem dicit Iulian. ff. de bonis liberto. l. in seruitutem. §. *Si petierit in seruitutem, & obtinuerit, mox cognita veritate passus sit in libertate morari, non debet ei obesse: maximè si habuit iustam causam errandi.* facit l. penul. C. de pact. vbi licet priuilegio in fauorem suum introductu renuntiare, l. si quis in conscribendo. C. de episcop. & cleric. sic & minori licebit, quia ætatis miseratio non debet eum deteriorem maioribus reddere. vt in l. j. suprà eod. diximus.

Ratio etiam altera est, quia quod fauore alicuius introductum est, nõ debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. glo. vlt. in c. nihil est quod. de electio.

Restrictio eiusdem.

Limitemus non procedere, quando ista renuntiatio fieret in fraudem iuris quæsiti alteri, Bald. hîc in 2. lect. per l. quoniam. C. de natur. liber. vnde naturalis datus Curiæ, & sic legitimatus post mortem patris, non poterit renuntiare bonis patris, vt munera patriæ relinquat, quia ius per receptionem illius erat quæsitum patriæ. facit l. j. & ij. & ibi not. ff. de acquir. hæredit.

Maior aresto Curiæ nõ potest renuntiare.

Secundò, non procedit in aresto Curiæ, cui non poterit maior renuntiare, propter rerum iudicandarum authoritatem, l. serun. §. cùm Prætor. ff. ad Trebellian. & ne aresta & sententiæ supremorum iudicum sint elusoria, l. si Prætor. ff. de iudic. &, vt authoritas Curiæ sartatecta seruetur, & ita iudicauit Curia suprema Burdegalen. vt refert Boërius in decision. Burdega quæstione quadragesima octaua. Quæritur an proximior.

Eiusdem limitatio.

Quod limitarem, nisi in aresto diceretur, si parti bonum videatur, vel si velit, vel, Gallicè, *si bon luy semble*, tunc arestum dat facultatem: ergo illo casu pars renuntiare poterit. Vnde cùm quidam cornutus maritus arestum contra vxorem adulteram obtinuisset super bonorum separatione, & omnes conquæstus essent mariti, & ipsa in monasterio resideret, nisi bonum videretur marito eam reconciliare, hoc casu maritus eam conciliare sibi poterit, l. si vxor. §. sed & si ea sit. & l. quæsitum. in fine. ff. de adult. sed non poterit eam reconciliare antequam verberata sit, si hoc erat statutum, ne arestum ludibrio sit, vt docet Boër. in dicta decisio. quæstione 298. Sed alia. &, vt puniatur ex suo peccato, alioqui in potestate Cornelij satui esset arestum & iudicium Curiæ irritum facere, quod non est permittendum: sed veniat maritus (si velit) ante condemnationem, aliàs patiatur condemnationis executionem. Etiam arbitrarer, quando arestum esset latum omninò in fauorem vnius partis, quod tunc illa pars renuntiare posset, per istum textum, alioqui quod in fauorem vnius introductum esset, in odium eius retorqueretur, quod non est dicendum, vt superiùs scriptum fuit, secus si in vtilitatem vtriusque partis tendat, vt in cap. Raynutius. de testamen. facit cap. ex parte. 5. de rescript. in fine. vbi not. Doctor. in appellante, an in præiudicium appellati renuntiare appellationi quis possit.

Transactio super lite pendente quãdo permittatur.

Adde, etiam cuilibet liberum esse transigere, & componere super lite pendente coram iudicibus inferioribus, etiam eis inuitis, l. j. & per totum ff. de transact. nam, quando partes sunt concordes, quid ad iudicem? l. j. §. inde. ff. de noui oper. nuntiat.

Tamen, quando causa & processus pendet in Curia suprema, non est liberum partibus propter Curiæ authoritatem transigere, nisi apposita fuerit clausula, *sub bono placito Curiæ*, & non aliàs: & illa clausula est conditionalis, quod si non placeat Curiæ, nil censetur factum, vt docet Iason in l. secunda. colum. penult. C. de iure emphyteo. & aliter transigentes solent ad mulctam condemnari, vt docet Aufret. in stylo Parlamen. arest. 53. Item nota. & 57. & 96. scripsi in procem. Concorda. in verbo, summas.

Idem dicit Bartol in dilatione noua data reo, vt si 1
ea vti nolit, nec actor poterit, l. penultima. C. de tempor. appellat. sed in hoc aduertendum est, quòd dilatio quando datur actori est communis vtrique parti, l. petendæ. C. de tempo. in integrum restitut. petend. l. finali. C. de fruct. & litium expensis. & ideò altera pars illi renuntiare non potest in præiudicium alterius, cui ius est quæsitum, siue detur dilatio minori, poterit vti & maior, quia illud ius commune est, & dilatio est communis, ideò non poterit maior ei renuntiare, nisi beneficio restitutionis fuerit ei data dilatio, videlicet post dilationes communes: & ita intelligi potest sententia Bartol. & Iason. in l. si arrogator. ff. de adopt. & iste text. intelligitur in sententia, non in dilatione: ideò iuri mihi competenti, liberum quidem mihi est, illi tantum renuntiare: secus tamen dicendũ puto, si cõmune sit ius cum alio.

Ideò tenendum, quòd iuri mihi tantùm competenti licet renuntiare, nec tu vti potes illo iure, contra me, si tantùm in fauorem meum detur, & si mea causa tantùm habeas, l. amicissimos. C. de excusatio. tutor. & ita intelligitur doctrina Bartoli in l. si post mortem. §. primo. ff. de bonorum possessio. contra rab. & Riminald. in l. posthumo. numero 2.

C. illo

2 C. illo titulo. vnde infert Bartol. vxorem non posse queri, si maritus eam non vocet dominam, quia hoc marito causa habet, & illius iure, quo non potest vti contra maritum, secus contra tertium, nisi ipsa vxor iure suo haberet, ratione scilicet Ducatus, vel alia ratione: ideò nobiles & Principes solēt vxores suas vocare dominas ratione honoris aliunde quæsiti, quia sunt filiæ Regum, vel Principum, & Ducatum, & Baronias habent.

Minor restitutioni in integrū renuntians læditur. Item quamuis minori liceat sententiam pro eo latam contemnere, vt hîc: tamen non valebit renuntiatio restitutionis petendæ, nec potest minor restitutioni in integrum renuntiare: nam eo ipso læderetur, vt docet glos. & Doct. in l. si intra. C. de in integ. restit. Bal. in margar. in verbo, minor. 11. facit l. interdum. l. ait Prætor. & l. & si sine. suprà. eodem: nam ea facilitate qua induceretur quis minor ad contrahendum simili, & ad renuntiandum restitutione, & ad eam non petendam inuitaretur. & traheretur quod permitti non debet, l. j. suprà, eodem. & ita præcluderetur via minoribus, vt nunquam restituerentur, quod esset absurdum, cùm eis sic à iure beneficium indultum auferretur, contra reg. iuris l. cum. de regul. iuris. in 6. Bald. consil. 96 Pupillus. col. vlt. in 5 vol.

Prælatus beneficio restitutionis renunciās. Imò etiam Prælatus non poterit renuntiare beneficio restitutionis, in præiudicium Ecclesiæ, vt docet Angel. consil. 187. Sic punctus col. penult. facit etiam quod scribit consil. 245. Quia omne. & non obstante hac renuntiatione poterit restitutionem petere, sed in literis restitutionis debet facere mentionem istius renuntiationis, & quod ea non obstante, ei agere permittatur, & solet permitti, etiam si iuratum fuerit non petere restitutionem, habita tamen prius iuramenti dispensatione, & ita in Curiis seruatur.

Obiectionis solutio. Nec refragatur iste text. in quo minor potest renuntiare sententiæ restitutionis, si videat sibi vtile esse: nam illa sententia restitutionis non impedire debet pupilli vtilitatem, & sic in specie valet renuntiatio, non autem in genere. Minor igitur non impetrabit restitutionē, quia per hoc excludi posset, etiam si sibi vtile esset, cùm non posit prævidere, an si iterum conueniatur, aliquando restitutio sibi prosit, quod in sententia lata, & in casu speciali dignosci
3 potest. Itaque renuntiatio in specie valet in casibus fortuitis, quæ non valet in genere, in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. nam qua facilitate, inconsulta scilicet induceretur ad contrahendum, etiam induceretur ad renuntiandum restitutioni, vt dicunt Doctor. de exceptione non numeratæ pecuniæ. in l. si ex cautione. C. de non numerata pecun. Ioannes Andr. & alij in c. si diligenti. de foro compet. dicunt hic minorem renuntiare ipso facto, nolendo scilicet vti restitutione sibi à iudice cōcessa, quod tamen potest, vt inferiùs dicetur. Ergo dicetem non renuntiare hic restitutioni petendæ, sed sententię, per quam minori competit restitutio. Vnde si vtilius sit minori non vti illa sententia restitutionis, ea non vtetur, sed sibi dabitur exceptio vtilis tanquam iudicati: nam directa exceptio competit ei, pro quo est iudicatum, si iterum cōueniatur, vt l. j. & per totum ff. de excep. rei iudicatæ. vtilis verò ei, pro quo iudicatur, & non vult iuuari illa sententia, vt hîc, si aduersarius vult, cogere eum potest ad ea vtendum sententia, & sic regulariter minor potest renuntiare sententiæ restitutionis, non autem restitutioni petendæ.

Limitemus, non procedere, si renuntiaret restitutioni petendæ, factus maior, etiamsi in illo quadriennio, in quo se restitui cupit, petere posit. & hoc dicit tex. in l. si intra. C. de in integ. restit. l. doli exceptio. ff. de noua. l. fin. C. de repud. etiam poterit ratum habere contractum factum in minori ætate, l. j. & per totum. C. si maior factus. glos. in d. l. si intra. C. de in integr. restit. etiam si renuntiaret intra ætatem, cui succurri solet, videlicet à vicesimo quinto anno, vsque ad vicesimum nonum.

Potest etiam tacendo renūtiare, videlicet si factus maior non petat, & sic omittat per quinquennium, l. fin. C. si maior factus. sed facultatem petendi restitutionem, sibi tollere non potest. glos. hîc, & in d. l. fi. & Vital. Camba. in tract. Clausula. renuntia. c. an beneficio restitutionis in integrum renuntiari posit.

Sed cum iuramento valebit renuntiatio: quippe qui illud iuramentum contractum firmat, in authen. sacramenta. C. si aduersus vend. hoc docet Felin. in c. si diligenti. numero 15. de foro compet. sed adhuc habita dispensatione iuramenti, non prohibetur restitutionem petere, si læsum se probet in magna re, quam arbitrio iudicis relinquo. vt scripsi in l. si ex causa. suprà, eodem. *Renūtiatio iuramento firmata à minore.*

Sed dubitabatur, an quis renuntiare appellationi interponendæ posit? Angel. in consil. 187. Sic punctus. cōcludit liberum esse cuipiam appellationi renuntiare: ego autem, vt hæc materia nota fiat, facerem casus sequentes.

Primus casus erit, quòd possunt partes conuenire, ne à sententia iudicis, coram quo causa pendet, appelletur. Vlpian. in l. j. ff. à quibus appella. non licet. §. *Si quis ante sententiam professus fuerit, se à iudice non prouocaturum, indubitatè auxilium perdidit.* l. fin. C. de tempor. appel. poterit tamen à Principe, si grauetur, releuari, & restitui, vt appellet, quia hæc conuentio debet intelligi, si æquum arbitratus sit, & rectè iudex iudicauerit. l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. liberto. Socin. consil. 22. in 4. vol. *Renūtiatio appellationis.*

Secundus casus, non possunt partes renuntiare appellationi interponendæ, quia hoc tangit ius superioris, cui non possunt partes renuntiare, c. venientes. de iureiurando. aloqui in potestate esset partium, Principis & alterius Superioris, iudicium & authoritatem eludere & tollere, quod nō possunt, nec etiam partes, vt ibi dicitur & in l. fin. ff qui satisd. cogan. & iniquitas primi iudicis non corrigeretur, quæ per appellationem corrigitur, l. j. ff. de appel. & fauore publico est introducta appellatio, clem. pastoralis. de re iudic. & quia iudices induci possunt ad malè iudicandum.

Tertius casus, potest Princeps in quibusdam casibus prohibere appellationem, vtpote ne tertiò prouocare liceat, vt in titulo, ne in vna eadēmque causa liceat tert. prouoc. & in tributis, & sumptibus litis, etiam non licet prouocare, vt patet ex titul. quando prouoc. non est necesse. & etiam in aliis casibus quos enumerant Doctor. in rub. de appellat. in Decret. *Princeps appellationem quādo prohibere posit.*

Quartus casus, potest quis interpositæ appellationi renuntiare, nisi fiat præiudicium appellato, vel consorti, seu alteri. l. j. C. si vnus ex pluribus appellauerit. Scripsi abundè in tractat. de appellat. in tertio tomo Commentariorum ad Constitution. Regias. articulo 15.

Lex xlii. Vlpianus lib. xi. de offic. Proconsulis.

Præses prouinciæ minorem in integrum restituere potest, etiam contra suam, vel decessoris sui sententiam: quod enim appellatio maioribus interposita præstat, hoc beneficio ætatis consequuntur minores.

Ista lex est facilis, cæterùm vtilis, ex qua duo colligi possunt. Primum, quòd Præses prouinciæ restituere potest, non solùm contra sententiam, quam ipse protulit, verùm etiam cõtra sententiam sui prædecessoris, licet iudex posteaquã semel dixit sententiã, iudex esse desinat. Et hoc iure vtimur, vt iudex, qui semel vel pluris, vel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit: semel enim siue male, siue bene functus est officio, l. iudex. ff. de re iud. & hoc dicit gl. in appellatione. vel etiam ibi prohibetur iudici, ne mutet sententiam, quam semel protulit: sed si minor restitui desideret aduersus illam sententiam, ius facultatem iudici restituẽdi illum, tribuit, & restitutio alio nouo iure procedit, quæ minori datur ratione ætatis, & illam non potest denegare iudex: sed vt cognoscat de eo, quod est iam cognitum, vel hoc corrigat, prohibent iura, vt plene scripsi in l. quod iussit. ff. de re iud. nec regulariter potest quis suam, neque prædecessoris sententiam retractare, nisi post restitutionem, vt hic, & l. j. C. senten. rescindi non posse.

Iudex, semel sententiam proferens.

Secundò, notanda est regula, quam text. ponit, videlicet, quod minores per appellationem consequi possunt, hoc minores beneficio ætatis consequentur. Nempe, si maior condemnatus fuerit iniquè, si velit, vt sententia ei non noceat, opus est vt appellet, & per appellationem annullabitur illa sententia: nam pronuntiabitur iniusta, vt dictum fuit in l. intra. suprà. quod ergo præstat ista appellatio maiori, scilicet vt sententia non noceat, hoc præstabit restitutio minoris, vt in titu. C. si aduersus rem iudica. poterit etiam appellare minor, vt docet Accurs. per l. si pater. C. quando prouoca. non est necesse. sed tutius est, vt restituatur, vel si non appellauerit, restituetur ad appellandum, vt suprà dictum fuit in l. & si fine. §. item si non prouocauit. tamen si prohibita fuerit appellatio, restitutio non prohibetur. clem. j. de re iud. l. j. C. si de momenta. possess. Barba. consi. 44. in 3. vol. Socin. consil. 299. Capio. col. 2. in 1. vol.

Restitutio minorum præstat id, quod appellatio maiorum.

SVMMARIA.

1 *Maiori quando rerum suarum administratio concedatur, postquam ei fuit interdicta.*
2 *Libellus ad probandam ætatem an interuenire debeat.*
3 *Aetas maior quomodo probetur.*
4 & 5 *Probatio minoris ætatis fit per obstetrices, per consanguineos, vel vicinos.*
6 & 7 *Item per patrinos, vel alios qui baptismo interfuerunt.*
8 & 9 *Necnon per aspectum, aut scripturam curati.*
10 *Aetas in actu iam perfecto præsumitur.*

Lex xliii. Macer lib. i. de officio Præsidis.

De ætate eius, qui se maiorem annis vigintiquinque dicit, causa cognita probandum est: quia per eam probationẽ in integrum restitutioni eiusdem adolescentis in aliis causis præiudicatur.

Minor petebat sibi committi rerum suarum administrationem, dicens se maiorem: quæsitum fuit, an sit ætas probanda, & quomodo? Respondeo probandam, & causa cognita, id est, præsentibus aduersariis, vel contumacibus, vt in l. in causæ. § causa. suprà, eodem. rationem postea ponit tex. quia per istam probationem præiudicabitur restitutioni huius adolescentis: nam si probauerit se maiorem, & fuerit ei commissa rerum suarum administratio, vt in l. j. suprà, eod. non poterit restitui, etiam in aliis causis: nam si vendiderit aliqua bona, & in illis fuerit læsus, non iuuabitur ætatis beneficio, sed sibi præiudicabitur postquã fuit maior probatus.

Aetas minorũ causa cognita probanda.

Nec puto faciendam distinctionem vnius casus, aut alterius, quia hæc lex cùm generaliter loquatur, habebit locum in omnibus casibus illi conuenientibus, etiam vltra casus positos per glos. & Bar.

Siue agatur principaliter de ætate, vt suprà dixi in eo, qui rerum suarum administrationẽ petebat, siue incidẽter, vt in c. fi. de offi. iudi. vtpote si electus erat ad dignitatem in qua requiritur annus 25. l. ad Rempublicam. ff. de munerib. & hono. opponebatur contrà, eum non esse habilem ratione ætatis, ipse vult probare se maiorem, hoc causa cognita fieri poterit, quia si probatus fuerit maior, obtinebit dignitatem, nec poterit restitui, sed conuenietur in aliis causis tanquam maior.

Et poterit etiam maior principaliter agere, vt administratio rerum ei cõcedatur, eo quòd ab eo tempore, quo fuit ei interdicta rerum suarum administratio, tanquam furioso. vel prodigo, venit ad suam mentem, & hoc probare poterit, vel alia impedimẽta ab eo sublata esse, & sanos mores recepisse. l. j. ff. de curat. furiosi. 1

Sed quæritur, quomodo, & quando super ætate testes examinari debeant? Respondendum est, eos esse examinandos regulariter post litem cõtestatam, sicut in aliis causis, l. ij. de feriis. quia lite non contestata regulariter nõ recipitur testium probatio, vt in titul. vt lite non contesta. non procedatur ad testium recep. vel ad sententiam definitiuam.

Testes super ætate quãdo producendi.

Limitatur, quando quis non posset agere, nisi probatione ætatis facta, tũc ante litem contestatam examinatio testium, & probatio permittitur, quia ista litem contestatam præcedunt. Bar. hîc. nu. 2. allegat d. l. ij. de fer. & l. ij. C. de bon. posse. cõtra tabul. quæ iura nequaquã probant, tamen doctina Bar. vera videtur.

Non solet dari libellus ad probandam ætatem, vt docet hîc Bar. post gl & Doct. in l. nec quicquã. §. vbi decretũ. ff. de offi. Procon. & Spec. in tit. de offi. iudi. §. j. ego tamen vidi offerri libellum, quando quæstio principaliter super ætate agitabatur: nã hoc fieri debet causa cognita, vt hîc. Ideò libellus, & alia iudicij solẽnia, interuenire debent, in hac probatione ætatis: debet autẽ citari aduersarius nominatim, si certus sit, 2

alioqui

alioqui per proclamationem.l.in causæ.j.§.causa.sup. eod.l.si omnes. C. si minor se ab hæredit. absl.iii.l.si eo tempore.C.de remisio.pignor.

Aetas tribus modis probatur.

Quot modis autem probetur ætas, Bar.hic docet: probari, scilicet, duobus modis. Primò, per testes, secundò per aspectum: ego addo tertium modum vi-
3 delicet per scripturam.

Primò dicit Bar.facilè ætatem maiorem probari posse: nam testis dicet se vidisse illum, & cognouisse, sunt vigintiseptem anni completi, ergo ille est maior vigintiquinque annorum, & hoc ad excusationem minorum seruire potest, vt in l.prima.& per totum.C.qui ætate se excusant.libr.10. Alex. consil. 29.Clarisime.in 7.volum.

Probatio ætatis, per obstetrices.

Aetas verò minor difficiliùs probari solet, & primò per obstetrices probatur, quæ tẽpore partus interfuerunt, & viderunt puerum exeũtem de ventre,
4 & hæc probatio est valde certa.l.iij.§.duæ.de Carbo. edic.ff.ibi, ***Finge esse annum obstetricem, vel ancillas, quæ veritatem pro partu possunt insinuare***, sed istæ non semper interueniũt, ideo alia probatio quærenda est.

5 Probari potest etiam per consanguineos & vicinos, qui dicent puerum tali tempore esse natum, & pro ratione, dicent adfuisse ibi, & esse consanguineos, vel vicinos, qui præsumuntur scire facta consanguineorum, & vicinorum.l.filium. ff. de his qui sunt sui vel alie.iuris l.de tutela.C.de in integ.rest.l.si vicinis. C.de nup.Bart.in l.prima.ff.si certum peta. Feli. in c. literis.de præsumptio.col.2.c.præsens.20.q 3. & meliùs probatur per consanguineos & domesticos, quã per extraneos, quia verisimile est, quòd sunt magis certi, quàm extranei.d.l. de tutela. & l.etiam matris. ff.de probat.l.consensu. C.de repud. Carol. Ruinus. consil.194.In hac causa.col.prima.vol.primo.

Testis quomodo pro ætate deponere debeat.

Item possunt, pro ratione dicere, talis ætatis esse, quia eum sciunt natum tempore pestis magnæ, quæ fuit tali anno, vel ante, vel post, vel tempore aduentus Imperatoris, aut Regis, vt docet Bald.consil.118. Testes.col.vlt.in 4.vol.& idem, si dicant natum tali die, quo natiuitatis die, vel anno fuit facta magna solennitas, vel instructa Ecclesia, seu factæ aliquę campanæ. Bald.in l.ij.C.de tempo.appellat.col.prima.

Non valeret tamen ratio testis, si diceret talem esse ætatis vigintiquinque annorum, quia ego sum talis ætatis, & tamen ipse maiori statura erat, cùm in scholis eramus, quia sunt quidam maioris staturę, & tamen erunt minoris ætatis, vt docet Alex.consil. 29.Clarisime col.4.nu.10.in 7.vol. sicut dicit Ioan. And.de Iacobo de Castello, qui putabatur esse corã Papa genibus flexis, & tamen rectus erat, de quo in procem.Sexti.in gloss.A multis.

6 Per susceptores (quos vulgus vocat patrinos) potest etiam ista ætas probari. Bar.consi.92.In quæstione.col.3.quia isti melius scire possunt, cũ de illorum actu agatur.

7 Item per presbyterum, qui eum baptizauit, & per clericum, qui eum adiuuabat, & per alios testes, qui baptismo interfuerunt, ob id solent campanæ pulsari, vt multi adsint. Alex.d.consi.29.in 7.vol.

Etiam testimonium patris & matris super ætate admittitur, vt interpretes asserunt, per l.etiam. C.de proba.c.fi.§.testis idoneus.4.q.3. vbi gl. Bar.in d.consi. 92.In quæstione.col.2.Dec.in c.cũ dilectus.de accus.

Patris seu matris de filij ætate professio.

Ego tamen putarem testimonium patris & matris reiiciendum, maximè si agatur de commodo filij.per l.parentes.C.de testib.sed professio matris, seu patris, id est, apud acta denunciatio, facta de filio sibi nato, bene recipietur.l.etiam.ff. de proba nam cùm veteres profiteri tenerentur liberos suos, illa professio parentum recipiebatur, & si diuersæ fiebant professiones, in arbitrio iudicis residebat, cui crederetur. l.cùm de ætate. ff. de probat. & ista professio præcipiebatur à lege, quia id tẽporis nemini professio nocebat, sed quando causa ætatis est introducta, tunc testimonium matris non recipitur, saltem ad probationem pro filio. Aliud enim est testimonium, aliud professio, & sic puto ista distinguenda, licèt Doctor. ea non distinguãt. sed gloss.in d.l.etiam matris. dicit matris testimonium recipiendum, sed non probare, quam gloss. probat Lanfranc. in repe.c. quoniam. in verb. testium depositiones. colum. 30. de probatio. sed in vacuum reciperetur, & frustra, si nõ probaret, Vnde dicẽdum est professionem patris, & matris recipiendam, & probare, si non fuerint contrariæ professiones, & non probetur contra, sed testimonium patris & matris super ætate reiiciendum. Nam si filius esset in Episcopũ electus, & impugnaretur eius electio, ratione ætatis, nunquid pater & mater deponent eum minorem? quod nec puto, ideò illi deponere de hac ætate non debent, sed profiteri sic. gloss. & Doctor. in c.cum nobis olim. de elect. Etiam duo testes deponentes de affirmatiua, videntur melius & certius deponere quàm de negatiua. gloss & Doct. in l.diem proferre. §. si plures. ff.de arbitr. Bal. in l.cùm te minorem.C.de probatio.

Secundò, probatur per aspectum, vt scripsi in l. 8
minor 25. annis, edito Præside. suprà, eodem.

Tertiò, probatur per scripturã curati: nam in hoc
Francię Regno solent curati habere libros, in quibus 9
scribunt nomina baptisatorum, & mortuorum, & quo die, anno, & hora baptizatus, quibus susceptoribus, seu patrinis, & aliis testibus, nobilibus, seu magnis viris pręsentibus, vt extat Cõstitut.Reg. Scripsi regu. in trac. de regestis seu libris baptis. vbi scripsi abundè de professione, quæ apud veteres fiebat, & de aliis probationibus ratione ætatis, quæ quidem ætatis probatio per instrumẽtum etiam fieri quãdoque dicitur, per gloss.in l.ij.ff.de excus.tutor. Salicet. in l.si minor.C de in integ.restitut.

Præsumptio annorum.

Item liber patris, in quo scribebat ætates, & natiuitates filiorum suorum, facit præsumptionem circa numerũ annorũ, vt in addit.ad Bar.habetur, in d.cõsil. 91. & Carol. Ruin.consil. 31. Intentio. in fi.vol.4.

Item dicit Herennius in l.ij.ff.de excusa.tuto ætas autem probatur aut ex natiuitatis scriptura, aut ex aliis demonstrationibus legitimis.

De eodem.

Etiam per instrumentum matrimonij probatur ætas, quia præsumitur filius natus post instrumentum matrimonij, & hoc per locum à cõmuniter accidentibus, quia matrimonium inter personas honestas, consueuit (vt plurimum) præcedere festiuos amplexus, ergo ita præsumitur, quia ita est consuetudo: sunt verba Bald.in l.neque natales.col.pen.nu. 8.C.de proba.& per confessionem etiam fit ista probatio ætatis, vt inferiùs dicetur.

Aetatem probare quis teneatur.

Nunc videndum est, cui incumbat onus probandi ætatem. Respondeo, illum teneri ætatem probare, qui illam allegat ad suam fundandũ actionem, seu exceptionem, seu intentionem. Vnde scribit Imperator.C.de proba. ***Cùm te minorem quinque, & viginti***

annis proponas, adire prouinciæ Præsidem debes, & de ætate tua probare.

Et qui cõtractuo, ratione ætatis suæ minoris, petit rescindi, debet probare se minorem, quia ætas est causa suæ intentionis. l. si minorem. C. de in integ. resti. sic consuluit Bar. consil. 91. In quæstione. gloss. in c. presbyter. 78. dist. & qui petit rescindi cõtractum, vel sententiã tãquam latam contra minorem, debet ætatem probare. d. l. cùm te minorem. C. de proba. vbi Bald.

Item si quis petat sibi curatorem dari, dicens se minorem, si pars eum negat minorem, oportet vt ille, qui curatorem petit, probet se minorem. d. l. si minorem. & Bal. consil. 2. Si egressæ. in 4. vol. siue ætas allegetur negatiuè, siue affirmatiuè, contra gloss. istã siue conditionaliter, vel aliàs. vt docet Bald. in d. l. cùm te minorem. C. de proba. ac in l. si minorem. de in integr. restitut.

Impugnãs electionem minoris. Item si quis impugnat electionem factam de minore, debet probare ætatem, cùm se in illa fundet. c. dudum. primo. de elec. idem in professione. c. ad nostram. de regula. Ioan. And. in regula. infamibus. de reg. iur. in 6. in Mercur. Panor. in c. fi. de præsumptio. & dicit Bald. consil. 418. Pronuntiatio. in 2. vol. quòd quãdo minor ætas proponitur in modũ alicuius beneficij consequẽdi, vel excusationis, vel exceptionis, ille, qui se excusat, debet probare. l. nã postea. §. si minor. ff. de iureiu. l. pen. C. si minor se mai. dixer. Vnde qui vult succedere ei, qui decessit in pupillari ætate, oportet quòd probet eam ætatem, & sic illum in ea ætate decessisse. Bald. consil. 19. Factum tale. in 5. vol.

10 Limita in actu iam perfecto, pro quo cõfirmando non tenetur quis probare ætatem requisitã ad illum actum, quia præsumitur, vnde sufficit probare testamentum factum, licèt non probet eum, qui illud fecit maiorem quatuordecim annis fuisse. per tex. in l. qua ætate. ff. de testa. & ad hoc est text. sing. in c. in præsentia. vbi Imol. & alij, de proba. alioqui sic impugnari possent omnes actus: nam probato actu, præsumitur ætas ad ipsum idonea, ideò si probetur matrimonium, vel professio, pręsumitur ætas idonea ad illos actus, & qui vult actum impugnare, oportet quòd hoc probet, postquã est præsumptio pro actu, vnde, si allegetur datio tutoris nulla, quia is erat maior, oportet quòd allegans probet, quia pro actu iudicis præsumitur. Floriæ in l. cum de ætate. col. prima. ff. de proba. Alexand. consil. 85. Viso. numer. 9. in 2. volum.

Limita, quando iudex transtulisset onus probandi in aduersarium, fortè quia ex aspectu pronuntiasset. l. minor. suprà, eodem. Salicet. in d. l. si minorem.

Effectus probationis ætatis. Quarto, quis sit effectus probationis ætatis? Respondet tex. quia probatio ætatis præiudicat minori in aliis causis, sed non aliis personis, non auditis, nec citatis, ideò probare illi poterunt contra: nam res inter alios iudicata, aliis non nocet, vt per totum illum titulum. C. & dicit Paulus Iurisconsul. ff. de iureiurand. l. quia non debet alij nocere, quod inter alios actum est.

Limita, quando illa probatio esset facta causa non cognita, & non citatis partibus, per istum tex. à contrario. ibi, causa cognita, l. etiam. in fi. suprà, eodẽ. sic consuluit Bald. consil. 2. In Dei, &c. si egressæ. in 4. volum.

Secundò, quando per dictionem (circa) testes deposuissent, tunc nil probarent, per tex. in c. attestationes. de desponsa. impuber. Alex. consi. 19. Clarissime. col. 3. in 7. vol. scripsi in tract. nominatio. in q. 1. in fi. quædam & notanda, ideò diligenter legenda.

Tertiò, confessio super ætate nõ præiudicat quoad alios absentes, vt dicit gloss. ist. l. quę est vera, quoad plenum præiudicium facit tamen iudiciũ, etiam, quoad alios. l. si duo. ff. de iureiurand. ibi, *multum tamen fidei, & authoritatis, &c.*

Item dum gloss. dicit sententiam super ætate facere ius, quam glos. reprehendit Bar. intelligite illam sententiam facere ius in consequens, vt si per iudicis sententiam pronuntiatus fuerit Titius maior, valebunt contractus facti cum aliis ab illa sententia: nam postquam est maior, ergo cõtrahere potuit. l. prima. suprà, eodem. & sic sententia facit, quoad hoc ius, & habetur pro veritate l. ingenuum. ff. de statu homi.

Nec obest, quòd possit postea probare se minorẽ, & deceptum fuisse, in illa falsa probatione: quia sententia semper facit ius, donec probatum fuerit contra illam, & tunc non dicetur sententia, saltem non nocebit post restitutionem, siue ille fuerit in iudicio, siue non: hoc autem semper nocet, nisi probatum fuerit cõtrarium, & restitutus fuerit minor, vt in edicto Prætoris paret, in quo restitutione opus est. *Sententia quatenus ius faciat.*

Si tamen dolus minoris interuenerit in probando ætatem, tunc non iuuabitur ætatis auxilio. C. si minor se maior. dixerit, quia nil habet commune delictum cùm ætatis venia. l. auxilium. suprà, eodem.

Aduertendum est etiam ad istum text. dicentem, & aliis causis præiudicatur, esse intelligendum, quando probata fuerit maior ætas: nam tunc in aliis causis poterit contrahere, & ita probat ille text. ibi, qui se maiorem vigintiquinque annis dicit, causa cognita probandum est.

Sed si quidam se probauit minorem alio anno, & nunc vult dicere, & probare se minorem per illam eandem sententiam, hoc quidem certè illi non proderit, quia probationes factę in vno iudicio, non probant in alio, in his præcipuè quæ solo cursu temporis mutantur, vt in ætate. l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excusat. tuto. l. ij. ff. de fer. l. siue possidetis. C. de proba. gloss. & Doctor. in d. l. si minorem. C. de in integr. restit. Bald. in l. ij. C. quando prouoc. non est necesse.

Poterit tamen probare ex illa sententia illum fuisse minorem, id temporis, quo sententia prolata fuit, & probationes factæ ad hoc tendunt, non ad aliud tempus. d. l. siue possidetis. C. de proba. & l. cùm te. ibidem.

LEX XLIIII. VLPIANVS LIB. I. OPINIONVM.

NOn omnia, quæ minores vigintiquinque annis gerunt, irrita sunt: sed ea tantùm, quæ causa cognita eiusmodi deprehensa sunt, vt ab aliis circunuenti, vel sua facilitate decepti, aut quod habuerunt, amiserint: aut quod acquirere emolumentum potuerunt, omiserint: aut oneri, quod non suscipere licuit, se obligauerint.

In hac

IN hac l. exponit Accurs. irrita, id est irritanda. allegat l. quòd si minor. §. non semper ea, quæ cum minoribus geruntur, rescindēda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda, & hoc dicit ea ratione Accurs. quia si irrita & nulla sunt, non esset opus restitutione. l. in causæ. 2. §. primo. ibi, *nullam esse societatem, & inter maiores quidem & ideò cessare partes Prætoris.* & §. Pomp quoque. ibi, *Et generaliter probandum est, vbi contractus non valet, pro certo se Prætorem non debere interponere.* suprà, eodem. vel dicere possumus esse irrita, respecto futuro euentu, videlicet per restitutionem, & quoad effectum, vt dicitur de appellatione. in l. prima. in fi. ff. ad Turpilia.

Rescissio contractus cū minore. Sed ea tantùm, quæ causa cognita huiusmodi deprehensa sunt.] Iurisconsul. nūc declarat quando irrita sint ea, quæ minores gesserunt, dicens eos rescindenda sunt, quæ deprehensa sunt, id est comperta esse huiusmodi, vel eiusmodi, videlicet vt rescindi debeāt, & hoc causa cognita, vt dictum fuit, in l. in causæ. prima. suprà. Rationem assignat Paul. Iurecon. in l. quod si minor. §. primo. supra, eodem. non semper rescindenda esse ea, quæ cum minoribus geruntur, ne magno incommodo huius ætatis afficiantur, nemine cum his contrahere volente, & quodammodo commercium eis interdiceretur.

Vt ab aliis circunuenti.] Quod superius Iurisconsultus in genere dixerat, nunc sigillatim, more boni oratoris exprimit, & meliùs quàm alibi docet, sed quæstio est quando minores restituendi sint. Respondeo, quando ab aliis sunt circūuenti. Si ergo minor alios decipiat, eidem nòn succurretur, vt patet ex l. si alterius. C. si minor se maiorem dixerit. sicut dicitur in muliere. l. si decipiendi. ad Velleia. ff. intelligite, succurrit minoribus circunuentis, siue dolo aduersarij, siue nō, sed sua facilitate decepti sint, quod apertè declarant Imperator. in variis titulis de in integrum restitutio. quod probatur in l. prima. quæ incipit, minoribus. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est. ibi, *innumeris parētum meorum, ac meis rescriptis continetur.*

Quod quidem ius restitutionis minoribus ipsis competere iure ipso intelligendum est, in iis casibus in quibus se esse captos probare possunt, & id etiā si aduersarij dolus non possit probari, quod procedit fauore minoris ætatis, dolo malo, & alterius calliditate circunuentæ.

Vel sua facilitate decepti.] Potest enim minor sua facilitate aliquando decipi, non alicuius circunuentione, si fortè donauit nō instigatus ab aliquo, vel vendidit alicui, qui valorem rei nesciebat, fortè minori. l. verum. in fi. suprà, & sic circunuētio requirit factum partis aduersæ, nō autem facilitatem minoris solam, vel inconsultam facilitatem vocat Vlp. in l. verum. §. sciendum. suprà, eod. & in hoc text. dictio, vel, accipi potest, pro veluti, q̄a post genus enumerantur species. sic in l. illicitas. in princ. ff. de offic. Præsid. scripsi in l. verbum, oportere. ff. de verb. sign.

Aut quod habuerunt amiserint.] Facit ad hoc l. patri. §. si pecuniam. suprà, eod. vnde Imperator ait, *Minoribus in his, quæ vel prætermiserunt, vel ignorauerunt, innumeris authoritatibus cōstat esse consultum.* l. penul. C. de in integ. restitu. Ex hoc tex. cōstat succurrendum minori, quando amittit id, quod habuit, vt, si fortè domū, vel prædium, quod possidebat, vendidit modico pretio, quod postea in malos consumpsit vsus, vt dictum fuit. suprà, in l. verum. in fi. & l. patri. §. primo. & rem amisisse videtur, qui aduersus deuitatorem, nullā eius rei persequendæ actionem habet. l. Labeo. prima. in fi. ff. de verb. signifi. ergo si rem possit vendicare, non dicitur eam amisisse, & sic non restituitur. l. in causæ. 2. suprà, eodem. & amissa res dicitur perdita, vt plenè docui in d. §. fi. l. Labeo. vbi tractaui quot modis res dicatur amissa, & vtilitates, quæ inde oriuntur. Et iste textus procedit, siue minores amiserint id, quod tenebant, & possidebant, siue actionem ad rem persequendam: nam qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iur. vnde si minor actionem remiserit, restitui poterit, quia amittit, quod fictè habebat, & potest etiam iste tex. intelligi, licèt minus sit habere actionem, quàm rem. l. minus. ff. de reg. iur. tamen læditur etiam minor, dum actionem amittit. Limitatur iste tex. quando chasmate, & casu minor rem amisit, quia tunc restitui nō potest aduersus eū, qui eum læsit. l. verum. §. sciendum. suprà, eod. *Minor læsus, quando non restituatur.*

Aut quod acquirere emolumentum potuerunt, omiserint.] Accurs. adducit l. primā. C. si vt omissa hæred. facit tex. in l. Aemilius. in fi. ibi, *minoribus succurri in his, quæ omisissent.* suprà, eod. vnde Imperator statuit in l. prima. & 2. C. si vt omissa hæredit. *Minores vigintiquinque annis non tantùm in his. quæ ex bonis propriis amiserunt, verùm etiam si hæreditatem sibi delatam non adierint, posse in integrum restitutionis auxilium postulare iam dudum placuit.* Imò etiam, *ad bonorum possessionem in paternis rebus omissam, minores in integrum restitutionis admitti beneficio iampridem placuit.* Et sic quādo potuerunt acquirere hæreditatem, vel alia bona, quæ omiserunt acquirere, ob id restitui poterunt etiam maiores. in l. cum quidam. ff. de acqui. hæred. scribit etiam Iurisconsul. Paul. sic: *Minor vigintiquinque annis omissam allegationem per in integrum restitutionis auxiliū repetere potest.* suprà, eodem. vbi pleniùs scripsi.

Onus quod minor non debeat suscipere. Aut sese oneri, quod non suscipere licuit, obligauerint.] Vt si maior viginti annis minor tamen vigintiquinque temerè auditorium receperit, & cognitionem causæ tanquam arbiter, succurrendum ei est ex lege Iulia. vt scribit Callistra. in l. cum lege. in fi. ff. de recep. arbitr. Idem, si legatum acceperit, vt manumitteret seruum, qui pluris erat, quàm legatum, tunc etiam succurri vult Furnius Valentius, in l. si minor vigintiquinque annis seruum. suprà, eod. & idem omnibus in aliis casibus, in quibus obligatur ad aliquod onus, quod suscipere non tenebatur, & poterat illud onus recusare, tunc restituendus erit, vt hic dē pro vxoris onere, de quo superiùs scripsi. Addendū etiam (cùm intersit illum minorem litibus & sumptibus non vexari) esse restituendum. l. minoribus. suprà, eodem. vbi dixi.

De eodem. Etiam cùm diminuitur aliquid de bonis minoris, d. l. minoribus. suprà, eodem. & generaliter dicēdum est minoribus ratione ætatis succurrendum, vbi miseratio ætatis hoc exposcit. l. auxilium. suprà, eodem. In hoc text. probatur meliùs quàm alibi, quando minor sit restituendus, vel an sit restituendus, & Ias. dicit non esse restituēdū, si vnum ex his, quæ iam dicta sunt, non insit, in consi. 63. Per reformationem. in 2. quæst. volum. 3.

LEX XLV. CALLISTRATVS LIB. I. EDICTI MONITORII.

ETiam ei, qui priusquam nasceretur, vsumcaptum amisit, restituendam actionem Labeo scribit.

Praescriptio contra minorẽ, & posthumũ.

EX hoc tex. patet contra minorem, imò etiam contra noo natum currere præscriptionem, & hoc intelligatis de iure Digestorum, siue cœpta esset siue non, quicquid dicant Doctor. sed si præscriptio complebatur in persona minoris, eo quòd per complemẽtum præscriptionis is ipse lædebatur, ob id restitui poterat, secus si præscriptio esset cõpleta tempore prædecessoris. vt plenè explicaui in l. Aemilius. suprà, eodem.

De iure autem Codicis noo currit præscriptio contra minorem, siue cœpta fuerit contra maiorem, siue non, per l. fi. C. in quibus caus. in integr. restit. non est necessa. vt abundè scripsi in d. l. fi. siue fuerit præscriptio introducta per statuta, ordinationes, aut aliter, quia nulla præscriptio regulariter eo iure currit contra minorem, quicquid dicant Bar. & ceteri, nec refragatur quod nihil gestũ sit cum minore, & edictum Prætoris dicit, *Quod cum minore gestum est*. l. j. suprà, eodem. Respoodeo, satis gestum est cum minore, quando contra eum est præscriptum: nam amisit, quod habuit, & id sufficit, vt restituendus sit. l. non omnia. suprà, eodem. & edictum Prætoris non dicit, *quod gessit minor, sed quod cum minore gestum est* impersonaliter, ideò à quocunque gestum fuerit, minor restituetur, & ita probat Lait Prætor. suprà, eod. ibi, *Gestum sic accipimus, qualitercunque siue cõtractum, siue quod aliud contingat*. l. in causæ. prima. §. interdũ. supra, eodem. & ideò cessant difficultates gloss. & Doctor. hìc, fusiùs tamen ista tractaui in l. Aemilius. suprà, eodem, ibi videri poterit: nam ista lex ampliat & declarat edictum Prætoris, habere etiam locum in posthumo, qui si lædatur, cùm pro nato habeatur, l. qui in vtero. ff. de sta. ho. poterit natus restitui, & sic non est tam mirabile, sicut dicit Ias. in l. cùm filiusfamilias. §. in hac. col. 2. ff. de verb. oblig.

§. Imperator Titius Antonius rescripsit, eum, qui fraude tutoris aduersarium suum diceret absolutum, & agere cum eo ex integro vellet, licentiam habere prius cum tutore agere.

Fraus tutoru nõ nocet minori.

EX hoc tex. colligitur, minorẽ posse restitui contra eũ, qui fuit absolutus fraude tutoris, & super hoc facio casus sequẽtes. Primus si tutor petebat domum pupilli, non probauit per fraudem pupilli esse, ob id reus absolutus fuit. Dicit iste tex. posse minorẽ ex integro agere contra aduersarium ad domum, nec poterit obiici illi exceptio rei iudicatæ, quia ab illa restitutus fuit minor.

Secundus casus, potest minor post absolutionis sentẽtiam agere cum tutoribus, vel curatoribus, qui per fraudem, passi sunt minorẽ succumbere, vt hìc, quia ij deliquerunt, fraudem adhibendo.

Fauore litiũ pupillis succurritur.

Tertius casus, si tutores, vel curatores passi sunt trienoium elabi, & sic instantiam esse peremptam, nempe fauore litium introductum est, vt agatur cõtra tutores, vel curatores, aut contra hæredes, vel fideiussores eorum, vt id, quod ioterest pupillis refundatur, sed si nõ sufficiat pupillis tutorum, & aliorum substantia, tunc in quo fuerunt detrimẽtum perpessi, restitutionis auxilium eis superest. l. properãdum. io fin. C. de iudic.

Quartus casus, quandiu primus emptor soluẽdo est, agere minor contra eum debet, & postea contra alium. l. in causę. prima. §. interdum. cum l. seq. suprà, eodem. quia minor cum eo & gessit & contraxit.

Quiotus casus, datur electio minoribus, vt agant, vel contra tutores, vel curatores, seu cõtrahentes, aut bonorum possessores. l. fi. C. si tutor vel cura. interue. & hìc, dum dicit, licentiam habere, prius cum tutore agere. Nam verbum, licentia, liberam voluntatem & potestatem denotat. l. imperium. in fi. ff. de iuri. om. iud. l. fructuarij. si vsusfru. peta. l. si actor. de Procura. De hoc abundè scripsi in l. licet inter gesta. ff. de verbo. signi. & hodie hoc iure vtimur, vt dixi in l. sed vbi. suprà, eodem. & vide quæ scripsi in l. in causæ. 1. suprà, eodem. Et quia potius interest agere contra rei possessorem, quàm cõtra tutorem qui fortè est peruersus, & litigator, ob id eligat minor cõtra quem agere velit (vel etiam contra vtrumque experiri proponat) & vno electo, nõ præiudicat sibi, quominus possit agere contra alium, in eo quod non potuit obtinere contra primum. d. l. fi. & l. si minoris. ff. de admi. tutor.

LEX XLVI. PAVLVS LIB. II. RESPONSORVM.

EVm, qui ex sua volũtate minorem annis in iudicio defendit, & condemnatus est, ex causa iudicati posse conueniri: nec eius, quem defendit, ætatem ad restitutionem impetrandam ei prodesse: cùm causam iudicati recusare nõ possit. Ex quo apparet, nec eum, cuius nomine condemnatus est, auxilium restitutionis propter eam sententiam implorare posse.

Maior propter ætatẽ minoris nõ restituitur.

ISta lex duo decidit. Primum est, vt defensor minoris, qui sine mandato, & sua voluntate defendit minorem, si condemnatus fuerit, non poterit actione iudicati cõueniri, nec quidem restitutionem poterit etiam impetrare propter ætatem alterius.

Secundum est, quòd minor non poterit quidem restitutionem suo nomine impetrare contra victorẽ, quia ei non tenetur, sed defensor: nam dicit Vlpia. *Sed & si defensor meus satis dederit, in me ex stipulatu actio non datur, quia nec iudicati nomine agi potest*. l. si Procurator meus. in fi. ff. de Procu.

Offerre se liti, quis dicatur.

Et sic ex hoc tex. colligitur minorem non posse restitui, si defensor cõdemnatus sit, quia vltrò se obtulit, & sibi imputet. Idem etiam ait Vlpia. si quis se liti obtulerit, in ipsum actio dabitur. Obtulisse autẽ videbitur se liti, qui iudicio pro domino se obtulit, ergo tutor, vel curator in eadem cõditione noo sunt, nec Procurator. l. iiij. ff. de re iudic.

Limitatur, quãdo defensor bene gesserit: nã eo casu minor teneretur, & sic (si læsus esset) posset restitui.

Iam

liam tamen. §. in hac. 2. ff. iudica. solui. l. si pupilli. de nego. gest.

Si verò Procurator fuerit condemnatus nomine minoris, & eò læsus sit minor, restituetur. l. cũ mandato. §. fin. autẽ. suprà, eodem. l. si minor. de Procura.

Idem, si tutor vel curator fuerit nomine minoris condemnatus: nam tunc teneretur minor, ne officia sint eis damnosa, quod esse non debet. l. sed si quis. ff. quemadmo. testa. aperiant, & hoc modo restituetur minor. l. & cũ in minores. C. si aduersus rem iudica. alia scripsi in l. iij. §. sed vtrum. & l. cum mandato. suprà, eodem.

Lex xlvii. Scaevola lib. i. Responsorum.

Tutor vrgẽtibus creditoribus, rem pupilli bona fide vẽdidit, denuntiante tamen matre emptoribus, quæro, cùm vrgentibus creditoribus distracta sit, nec de sordibus tutoris meritò quidpiam dici posit, an pupillus in integrum restitui potest? Respondi, cognita causa æstimandum: nec idcirco, si iustum sit restitui, denegãdum id auxilium, quòd tutor delicto vacaret.

Dubitatio ad legem. Dubitatio huius legis erat, quia tutor vendidit rem pupillarem iustè, vtpote, quia vrgebat æs alienum, & tunc res minoris iure vendi potest. l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eo. item bona fide vendidit, & res bona fide vẽdita propter minimam causam inempta fieri non debet. l. res. ff. de contrab. emp. Ad hæc non accedebãt sordes tutoris, ergo minor nõ poterat restitui, sed cõtrariũ statuit hic Scæuola, si iustum iudici videatur, & causa cognita. Et sic vult, vt minor non simpliciter restituatur, sed causa cognita, videlicet si videatur iudici minorẽ læsum fuisse, quia minoris fuit res adolescentis vendita, quã esset, tunc restitui minor poterit, & non est ei denegandum auxilium restitutionis, licèt delicto tutor careat, vel vacaret delicto, vt quidam in tex. habent, alij, caret. Etiam denuntiatio matris potest inducere *Emptio rerum pupillarium.* quemquam ad restitutionem: nam nemo debet accedere ad emptionem rerum pupillarium, nec quidem si bona fide distrahantur. l. & si fine. versf. cæterum. suprà, eodem. tamen si iure venditæ sint, valet quidem alienatio, sed non ideò minus, minor hoc casu restituendus erit.

Duo ergo colliguntur hic. Primum, minorem restituendum, etiamsi contractus fuerit bona fide initus, nec enim, vt dicit tex. denegandum est auxilium minori, quòd tutor delicto vacet, seu careat, sed sufficit eum minorem lęsum sua facilitate, vt sępius superiùs dictum fuit.

Secundum est, quòd denuntiatio matris facta eis, qui tenere volebant res minorum, non cõstituit eos in mala fide, sed refragatur l. si fundũ. C. de rei vendi. vbi denuntiatio facta, ne quis emat, facit malæfidei emptorem, sed hoc verum est vbi denuntiatio erat facta à domino, hic verò à matre, quæ ius denũtiandi non habebat, sed ad tutorem spectabat, qui loco domini est. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empto. & denuntiatio facta ab his, quorum interest, facit aliquem malæfidei possessorem. l. ait Prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in fraudẽ cred. de hac denuntiatione alibi dixi, his nunc contentus ero, postquam reiecero te ad Bar. & ad alios in l. nõ solùm. §. morte. ff. de no. oper. nunna. & Francis. de Ripa in c. cùm M. nu. 160. vers. Octaua conclusio. de Consti.

§. Curator adolescentium prædia communia sibi & his, quorum curam administrabat, vendidit, quæro si decreto Prætoris adolescentes in integrum restituti fuerint, an eatenus venditio rescindenda sit, quatenus adolescentium pro parte fundus communis fuit. Respondi eatenus rescindi, nisi si emptor à toto contractu velit discedi, quòd partem empturus non esset.

Hic §. decidit no. casum, vt si cõmunis, cum curatore, fundus minoris venditus fuerit, & demum minor restituatur, venditio rescindetur pro parte tantùm minoris, & non pro alia parte maioris, nisi emptor à toto contractu discedere voluerit, eo quod partem non emisset.

Ex hoc text. colligitur venditionem vno pretio factam posse rescindi pro parte, quod tamen fit speciali quodam iure, videlicet per restitutionem, licèt aliàs regulariter, secus si vno pretio facta sit venditio. l. quod si vno. ff. de in diem adiectio. *Ius restitutionis.*

Adhæc si ita contractum fuerit, vt partem nollet quis emere, tunc in totũ rescindetur, d. l. quod si vno. vel si emptor non emisset partem, vt hic, & præsumitur, quòd emptor non accepisset partem. l. si quis aliam. de solu. & sic puto standum suo iuramento in hoc, arg. l. thesaurus. ff. ad exhibẽd. quia de voluntate sua & animo agitur, & tunc iuramento partis statur. c. vt circa. in fi. & c. nulli. in fi. de elec. in 6. gloss. in §. sed iste. de actio. in Insti. & probabitur per indicia & coniecturas, sicut dicitur de dolo. in l. dolum. C. de dolo. *Iuramento partis quãdo stãdum sit.*

Sed si plures venditæ res fuerint, & pro qualibet constitutum sit pretium, plures erunt venditiones. l. cùm eiusdem & l. si plura. ff. de ædil. edic. Cotse. in singul. incipien. Vẽditio. & quælibet poterit retrahi, vel super ea disponi, si verò pretium vnum pro omnibus statutum fuerit, regulariter vna venditio dicetur, dummodo facilè res separari non possint, vt in pari mularum, vel boum: nam si vnus bos, vel mula vitiosa sit, redhiberi vtrumque debet, Lædiles. 2. §. si forte. ff. de ædil. edic. quia cùm vno boue arare non posset, & ad arandum, vnum bouem tantùm non emisset. l. si rem tibi. §. si cùm vnũ bouem. ff. de præscrip. verbis.

Si tamen in pluribus rebus manifestum sit, non nisi omnes quem empturum, vel venditurum fuisse, tunc etiam, si in singula capita pretium constitutum fuerit, vna emptio erit. l. cùm eiusdẽ. ff. de ædil. edic.

Idem censuit senatus in reditu, vt non posit ab vno redimi pro parte, nisi totus redimatur, ita fuit dictum die 8. Februarij, anno 1546. in magna classe, cõtra vnum hæredem testatricis cuiusdam quæ reliquerat Ecclesiæ pro anima tres modios frumenti, quos *Reditus pro parte non potest redimi.*

quos volebat posse redimi pro trecentis libris, & vnus ex tribus hæredibus, offerebat centum, sed reiectus fuit, nisi omnes redimerēt illud totum. per iura suprà adducta, alia dixi in l. etiam prima. §. primo. suprà, eodem.

§. Item quæro, emptor vtrum à Seio & Sempronio pupillis pretium cum vsuris recipere deberet, an verò ab hærede curatoris. Respondi hæredes quidem curatoris teneri: verùm in Seium & Semproniū pro parte qua eorū fundus fuit, actiones dandas: vtique si ad eos accepta pecunia pro eadem parte peruenisset.

Species facti. POne Seium & Sempronium pupillos, & sie impuberes, vendidisse, cum authoritate tutoris, & iure, Titio fundum communem cum curatore, postea mortuo curatore restituti sunt pupilli, vt partem fundi recuperarent, ipsi tenentur restituere pretium. Quæsitum est, an vsuras pretij accepti restituere similiter tenéātur? Et tex. respōdet teneri, vnde si emptor vult totam restituere rem, & hæredes curatoris, & ipsi hæredi, vsuras restituere tenentur singuli, pro cuiuslibet parte: nam postquam emptor ad fructus fundi tenetur, sic & emptores ad vsuras pretij, vt dictum fuit in l. quod si minor. §. restitutio. & l. patri. §. prædium. suprà, eodem.

Gloss. in verbo, pupillis, exponit pro adolescētibus, quia pupillo, id est, impuberi non datur curator, sed tutor. gloss. multa prægiendo dicit. Ego putarē curatorem etiam dari pupillo hoc iure. l. iij. §. liberti. ff. de suspectis tutoribus. vnde Pompo. ait, *Solet etiā curator dari aliquando tutorem habenti, qui magis administrator rerum, quàm curator esse intelligitur.* l. so let. ff. de tutel. & in Pandec. Flor. est verbum, adolescentibus, non, pupillis, & ita cessant difficultates.

Ex hoc tex. colligitur non esse plus deferendum minori, quàm maiori, quàm restituitur: nam Prætor ei fauet, vt restituat eum in pristinum statum, attamē ipse tenetur restituere pretium acceptum ab emptore, & sicut emptor fructus restituit, ita & pretij vsuras minor restituere tenetur. l. patri. §. prædiū. suprà, eodem. vbi dixi nos hoc iure non vti: nam emptor lucratur fructus rei, & minor vsuras pretij non repetit, & sic fit hodie in iudiciis compensatio istorum, quæ vidi semper ita seruari in curiis Franciæ, quia regulariter restitutionem facere vult (vt debet) Princeps, scilicet sine iniuria alicuius. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco publ. fiat. c. quàuis. de rescrip. lib. 6. Lucas de Penna in l. vnica. C. de his qui in exilium dati. libr. 10.

LEX XLVIII. PAVLVS LIB. I. SENTENTIARVM.

MInor se in id, quod fideiussit vel mandauit, in integrum restituendo, reum principalem non liberat.

Fideiussore liberato, nō liberatur reus. ISta lex est facilis, & tria tollit dubia. Primum est, si minor pro aliquo fideiusserit, vel mandauerit credi pecuniam alteri, & in integrum restitutus fuerit, an liberatus sit reus principalis? Quod videbatur, cùm vnum sit debitum, sed tamen contrarium hic decidit Paulus, quia ista separata sunt: potest enim esse principale debitum sine fideiussione, sed non fideiussio sine principali debito. l. generaliter. & l. Græcè. ff. de fideiussor. etiā si accessoria obligatio sublata sit, nō ob id & principalis. l. cùm principalis. ff. de reg. iuris. quoniam debitore liberato, per consequentiam ipse quoque fideiussor dimittitur, sed non e contra. l. si fideiussor. suprà, de dolo.

Et notāda est phrasis Iurisc ōsul. ibi, se restituendo, quòd minor dicitur se restituere, quādo procurat, vt restituatur, & restitutio illius non prodest fideiussori, vel ei pro quo mandauit, quod limitat Accurs. quando in rem suam fideiussisset, vel mandasset, vt pote, domum vel equum sibi emi, vt fuit dictū in l. in causæ. prima. suprà, eodem. & si dolo minoris hoc factum fuerit, ille dolus non proderit. l. itaque. in fin. de dolo.

§. Minor ancillam vendidit, si eam emptor manumiserit, ob hoc in integrum restitui non poterit: sed aduersus emptorem quanti sua interest actionem habebit.

TOllit dubium iam decisum in l. si ex causa. in fi. suprà, codē. vbi Vlpia. dicit, Aduersus libertatē quoque minori à Prætore subueniri impossibile est. Vnde si minor vendidit ancillā, & emptor eam manumiserit, restitui nō poterit, vt ancilla in seruitutem redigatur, quod quidem fit fauore libertatis, sed aduersus emptorem, qui minorem decepit in illa venditione ancillæ, poterit minor agere quantum sua interest, & hoc dicit gloss. quando interuenit circunuentio, non aliàs. l. si res. §. primo. ff. de iure dot. vel si dolo manumiserit, quia sciebat minorem velle eam petere, aliàs quasi mortua esset ancilla, liberatus erit emptor. l. si mihi alienum ff. de solu. nec refragatur l. *Si is cui mortis causa seruus donatus est, cū manumisit, tenetur conditione in pretium serui, quoniam scit id fieri condici posse, si conualuerit donator.* ff. de donat. causa mortis. per quem text. Iacob. & Alber. dicūt emptorem videri esse in dolo manumittendo, quia sciebat minorem restitui posse. Respondeo, contrarium est in donatario causa mortis, & in emptore, quia donatarius non habet rei dominium, nisi post mortem: nā donatio hæc morte confirmatur. l. cùm hic status. ff. de dona. inter virum & vxor. at in emptorem, traditione facta statim translatum est dominium, §. primo. & 2. de emptio. & venditio. in Insti. ideò hic donatarius non poterat hanc manumittere, quia adhuc ancilla nō erat eius, sed in emptore diuersum est, nec debebat existimare minorem velle restitui post datam libertatem seruo suo, quia patri suo (fortè) & sibi tam egregiè seruierat, argumēto l. inter. §. sacram. ff. de verb. oblig. & quia ipse emptor rem emerat iusto pretio, ideò in bona fide erat, quod nō potest esse donatarius causa mortis, nec quicquam facit l. in causæ. §. Pompo. suprà, eodem. quamuis ipsi ad suam velint trahere sententiam. *Obiectionis solutio.*

Et puto dandam minori actionem in factum facta restitutione, vel ex edicto Prætoris, sed in Francia impetrat minor literas, quæ si comprobatæ fuerint à iudice, in factum, iudican, actio dabitur.

§. Mulier

§. Mulier minor vigintiquinque, &c.

Mulier læsa in pacto restitutionis dotis.

TOllit dubium, si mulier pacta fuerit dotem sibi restitui post tres annos, & tamen annua, bima, trima die restitui dos debebat, id est, primo anno tertia pars, & 2. altera: reliqua, anno tertio (& in hoc conditio dotis facta est deterior) an mulier restitui possit, vt reuocetur pactum? Respondet text. posse, etiamsi tale pactum fecerit, quod nunquam maioris ætatis facta, pacisceretur pro dote, & sic quod non reuocabit primum pactum, quo dotis cõditio deterior facta fuit: nam in eo dicitur læsa, eo quòd non potest pacisci contra primum pactum: nam per vltimũ derogaretur primo. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.

Duo ergo ex hoc tex. colliguntur, primum, mulierem posse restitui, quando dotis conditio facta est deterior, vt abundè dixi in l. si ex causa. §. dotis. suprà, eodem.

Secundum, minorem restituendum esse contra pactum, quo læsus est, si dictum fuerit non posse aliter pacisci: nam eò dicitur læsus, ideò restituetur, vt illud pactum reuocetur, & de his clausulis derogatoriis tractat Bar. in l. si quis. in prin. ff. de lega. 3.

Lex xlix. Vlpianvs lib. xxv. ad Edictvm.

SI res pupillaris vel adolescẽtis distracta fuerit, quam lex distrahi non prohibet: venditio quidem valet, verumtamen si grande damnum pupilli vel adolescentis versatur (etiamsi collusio nõ intercessit) distractio per in integrum restitutionem reuocatur.

CErtum est prædia vrbana, vel rustica pupilli prohibita esse alienari, nisi vt id fieret, parentes testamẽto, vel codicillis cauerint: vel fortè æs alienũ, (quod ex aliis rebus non possit exolui) adiit. l. prima. & l. magis. & per totum. ff. de rebus eorum. Ergo hoc iure res mobiles minorum non erant prohibitæ alienari, licèt secus de iure Cod. vt in l. lex quæ tutores. C. de admi. tutor. vnde ista lex intelligi potest, vt si res pupilli mobiles, quæ non prohibentur hoc iure distrahi, venditæ sint, valebit venditio, tamen si in illarum venditione minor grande damnum sentiat, restitui poterit, & distractio, per in integrum restitutionem, reuocabitur, etiamsi collusio, vel fraus, in venditione nõ intercesserit, quia magnum damnum facit, vt retractetur venditio, & sic per istum tex. patet, minorem non restitui ad res mobiles, non prohibitas vendi, nisi grande damnum interuenerit, quia possessio rerum mobiliũ vilis & abiecta est. l. si rem. ff. de acqui. posse. & in his non curatur de modico. l. scio. de in integ. restit. & maximè quia hoc tendit in præiudicium emptionis factæ authoritate iudicis, ideò non facilè reuocari debet, sed sumendo argumentum à contrario, in rebus prohibitis alienari, vt in immobilibus, etiamsi non grande damnum interuenerit, competit minori restitutio, nisi authoritate, & decreto iudicis, eæ res distractæ fuerint. l. si ex causa. suprà, eodem. vbi alia scripsi, & ibi videri possunt, ne plura.

Vẽditio rerum mobilium minoris de iure C. nõ valet.

Lex l. Pomponivs lib. ix. ἐπιστολῶν.

IVnius Diophantus Pomponio suo salutem. Minor vigintiquinque annis nouandi animo intercessit pro eo, qui temporali actione tenebatur, tunc cùm adhuc supererant decem dies: & posteà in integrum restitutus est, vtrùm restitutio, quæ creditori aduersus priorem debitorem datur, decem dierum sit, an plenior? Ego didici ex tempore in integrum restitutionis tantumdem temporis præstandum, quantum supererat, tu quid de eo putas, velim rescribas. Respondit, sine dubio, quòd de temporali actione, in qua, &c.

ISta est lex vltima, in qua Iunius interrogat per epistolã Pompo. de minore, qui fideiussit in actione temporali ante decem dies, quàm finiretur illa actio, an si finito actionis tempore restituatur minor aduersus priorem debitorem, pro quo fideiussit, an etiam & ipsi creditori decem dies restitui debeant, qui supererant tempore fideiussionis, & hoc verius esse respondet Pompo. Ideò si prior debitor dederit pignus, illud etiam manet obligatũ, sicut anteà erat, antequam minor fideiuberet.

Itaque si quis vendiderit vitiosum equum, debet emptor intra sex menses redhibitoria agere, vel quantò minoris, intra annum. l. ij. C. de ædil. actio. volebat quidem emptor ante decem dies, quàm finiretur altera actio, agere, at minor intercessit pro venditore animo nouandi, posteà finito tempore, minor restituitur, & sic non tenetur ipse, sed dubitatur nunquid venditori restituentur illi decem dies, quibus poterat agere ante minoris fideiussionem, & hìc Iurisconsul. ait, verius esse, quia si minor restituatur, restitui etiam debet aduersarius eius, vt dictum fuit in l. quod si minor. §. restitutio. suprà, eodem. Ideò iustum est, vt omnia in pristinum statum deducantur, in quo erant tempore, quo is minor se obligauit.

Et sic colligitur, quòd si minor restituatur contra suam obligationem, restituitur & creditor in veterem suam obligationem, alioqui non esset plena restitutio, vt habetur in d. §. restitutio.

Restitutio debet plena esse.

Hoc verum, nisi in fraudem creditorum, hoc factum fuerit, l. si Titius, in fine. ff. de fideiuss. tunc censetur indignus propter fraudem commissam, ne ex sua fraude emolumentum sentiat. l. itaque. ff. de dolo. nam restitutio in integrum concessa minori non prodest aduersario, si dolo aduersarij læsio intercesserit. tex. sing. in l. qui res. §. huic applicatur. ff. de solu.

Læsio dolo aduersarij cõtingens.

Intelligimus minorem teneri ex sua intercessione, vtpote authoritate tutoris, vel curatoris facta, vel fortè erat adolescens, iuxta ætatem maiorem, & non habebat curatorem, & sic valuit sua intercessio. l. si curatorem. C. de in integ. resti. nam & alia multa potest minor facere sine tutore, & curatore quæ scribit Alberic. in tractatu statutorum, in 4. part. q. 90. Dominus Hubertus. Laus Deo, & Beatę Virgini Mariæ.

FINIS.

NOVVS

NOVVS ET VTILIS INTELLECTVS AD L. SI DEBITORI, DE IVDICIIS, A D. P. REBVFFO, DE Monte-pessulano Iurium Doctore & Comite, magno auditorum concursu applausúq;, subtili ac docto dicendi & disserendi genere, explicatus Tholosæ.

***

ILlumina Domine seruum tuum, & doce me iustificationes tuas, vt quæ dicam veritati & iustitiæ consona sint.

AGgredior hanc l.si debitori.ff.de iudic.quæ licèt in tex.videatur facilis: mea tamen sentētia fuit nostris interpretibus difficillima, ab eísque (vt arbitror) perperam intellecta: ita vt in sole caligare dicantur, quod vt faciliùs intelligi posit, singula legis verba breuiter enucleabo.

SVMMARIA.

1 *Debitori alieno, suo nomine, actio non edenda. Restringitur. ibidem.*
2 *Velle non dicuntur, stultus & furiosus, & id genus homines.*
3 *Sententia in confessum valet, etiam super libello inepto.*
4 *Etiam omisso ordine iudicij.*
5 *Recollectio testium quando facienda.*
6 *Executio sine sententia fit in confesso de crimine notorio.*
7 *Debitori condemnato & confitenti se paratum soluere, quando dilatio danda.*
8 *Præceptum in confessum ante litem cōtestatam, debet fieri à iudice ordinario.*
9 *Litigans vsque ad finem causæ post appellationem motam, & vicissim appellationi cedens, qua pœna in Francia mulctetur.*
10 *Appellanti quando tempus ad soluendū non detur.*
11 *Tempus vendendi pignora quódnam sit.*
12 *Princeps, vt debitor nunquam soluat, non concedit.*
13 *Neque vt soluat per decem annos.*

LEX XXI. VLPIANVS LIB. LXX. AD EDICTVM.

SI DEBITORI meo velim actionem edere, probandum erit: si fateatur se debere, paratúmque se dicat soluere: audiendum eum, dandúmque diem cum competenti cautela ad soluendam pecuniam, neque enim damnum magnum est in mora modici temporis. Modicum autē tempus hic intelligēdum est, quod post condemnationem rei indultum est. *Dictio. Si, quid importet.*

SI.] Primum omniū in hac lege est dictio, si, quæ propriè facit conditionem, gloss. in l. prima. ff. de conditio. & demonstra. l. secunda. C. de condit. insert. omitto multa quæ docet Alber. in verb. si. & an differant si, & cum, Bart. & alij post eum, tradunt, in l. Titiæ textores. §. primo. ff. de legat. primo. cum aliis, quæ nunc missa facio, cùm multa scribat Bonifac. in clement. prima. colum. secunda. de præbend. & quia accinctus sum itineri, non possum longiora de hoc verbo dicere.

Debitori.] Subsequitur postea in hac lege verb. debitori, certum est quòd debitor est is, à quo inuito exigi pecunia potest. l. debitor. ff. de verbor. significa. vbi scripsi. Ergo hæc lex non habet locum in debitore conditionali, vel in diē, cùm eis ante diem actionem non posim edere: nec posit exigi pecunia ab eis ante conditionem, vel diem: imò volens ab illis exigere non obtineret, sed duplicarentur induciæ temporis restantis in obligatione in diem. per §. hodie. Institu. de excepr. & l. iustas. C. de iure fisci. lib. 10. licèt hoc in praxi non seruetur: sed ad impensas plus petens condemnari solet, deinde etiam quia appellatione debitoris, non venit debitor cōditionalis l. creditores. vbi pleniùs scripsi. ff. de verborum signific. gloss. in l. prima. §. non solum. ff. vt lega. seu fideicom. seruan. causa caueat. & in §. sub conditione. Instit. de *Debitoris nomine, quid significetur.*

verborum obligat. Bart. & alij in l. prima. in fin. ff. si cert. peta.

1 Meo.] Ideò dicit text. quia alieno debitori non possum meo nomine actionem edere, nec illum conuenire, cùm non sit mihi debitor: nisi iure cesso agerem, vt in l. tertia. C. de noua. & delega. vel procuratorio, vt per totum titulum de Procurato. vel si essem coniunctus per l. exigendi. C. de procurat. & in alijs casibus à iure expressis. sed iste text. loquitur de meo debitore, vt patet hic.

Velim.] Dicit quia nemo inuitus agere, vel accusare compellitur, C. vt nemo inuitus agere vel accus. exceptis quibusdam casibus ibidem descriptis.

2 Intelligite, si velim & possim: nam infans, stultus, furiosus, & id genus homines non dicuntur propriè velle: quia duo sunt ex quibus humanorum actuum constat effectus, videlicet voluntas & potestas, quorum vnum si desit, nihil est quod explicari queat. Bald. in c. cùm contingat. col. 4. numero 10. de iureiur. plenè scripsi de hoc in gl. subire voluerit. in §. primo. de collatio. in Concordat.

Actus humani ex duobus constant.

Actionem edere.] Is dicitur actionem edere, qui libellum offert. l. edita actio. C. de edēd. & etiam qui demonstrat qua actione experiri velit: vt reus sciat vtrum cedere, an cōtendere vlterius debeat. l. prima. ff. de edendo.

Edere actionē quid sit.

Aliquādo edere est componere aut facere, vt edere librum. Cicero de Diuinat. Vnū librum Diogenes edidit, eius auditor Antipater duos. vel, Edere nomen, est dare. Liuius ab vrbe condita, Vt redimendi potestas fieret, iussit nomina edere. Et alijs multis capitur modis, vt est videre per reuerēdissimum Cardinalem D. Adrianū, in suo libro de sermone Latino. & ego plenius in l. boues. §. fi. ff. de verborum significa. scripsi.

Probandum erit.] Id est, approbandū, vel considerandum erit, si debitor fateatur se debere l. qui repudiantis. § fi. infrā, de inoffi. testa. ibi nō idem probandum est. l. si finita. §. si fortè. ibi, probādum est, de damno infect. l. ij. §. si non propter. ff. si quis cautio. l. si quis cùm totum. §. fin. ff. de except. rei iudica. l. ait Prætor. §. præterea & seq. quæ in fraud. cred. ff. & Iurisconsul. sæpius vtitur hoc verbo, probandum, pro approbandum. l. prima. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligatio. l. prima. quando appell. sit. in fin. princip. & alia iura notant, quæ omitto, nec est intelligendus hic tex. quod is, qui fatetur se debere, probare debeat: nec contra eum est probandum, postquam fatetur: quia nullæ sunt partes iudicis in confessum, nisi in condemnando. l. proinde. §. fi. ff. ad leg. Aquil. Hyppol. sing. 101. & vbi reus fatetur se debere, nō est opus iudicio. l. si reus. ff. de procurat. Et alibi dicitur valere sententiā latam in confessum, iudicio etiam minus legitimè instituto, vel super libello inepto, cap. Pisanis. de restit. spoliato. vbi etiam Inno. & Panor. plenè tradunt, & Iacob. hic refert. quia vbi habemus confessionem, non curamus de ineptitudine libelli, nec de ordine iudicij Bald. in l. ij. in fin. C. de re iud. & in l. prima. §. in initio. col. vlt. ff. de offic. Præfect. vrb. per d. c. Pisanis. & ibi not. Panor. vlt. not. & Petrus. in c. dilecto. col. 3. de appella. Et vbi confessio non est, ibi necessaria est disceptatio fori, quam iudicium vocamus, teste Bald. in rubr. de iudic. in fi. lecturæ primæ. & licèt contestatio litis sit nulla: tamē confessio facta in illo processu remanet valida, Bald.

Probandū nō est contra confessum.

3

4

Confessio nis effectus.

in auth. offeratur. col. vlt. C. de litis contestat. nam confessio non requirit tractum iudicij Innocent. in c. qualiter. 2. in fin. de accusa. Panor. in c. per inquisitionem. col. vlt. de electio. & in c. at si clerici. de iudicus, licèt regulariter per litis contestationem factam coram iudice incompetenti præscriptio non interrumpatur. l. si patet. C. ne de statu defunct. gloss. 2. & ibi Doctor. in cap. vt debitus. de appella. & idem asserit Bald. in d. l. si parer in citatione nulla. & Paul. in l. prima. in princ. ff. de ferijs. & in processu nullo, ita concludit Bal. in authēt. offeratur. col. vlt. C. de litis contest. Dec. in d. c. vt debitus. colum. 5. tamen confessio, omisso ordine iudiciario, valet. cap. primo. de accusa. vbi Perus. & alij plenè notant, Panor. & alij in c. at si clerici. nor. 2. de iudic. vbi plenè Barba. col. 4. & seq. & ideò notat ex hoc text. Doctor. quòd si actor velit offerre libellum, & reus fateatur debitum, non erit tunc ordinariè procedendum: sed summariè & extraordinariè per viā præcepti, hoc tamē non probatur ex hoc tex. vt inferius dicetur. Et quando reus confitetur ante litem contestatam, libello non oblato, non fertur sententia definitiua: sed præceptū de soluendo fit cōfitenti. gl. in c. dudum. 2. de elect. & in cap. nos in quemquam. 1. quæst. 1. Si verò confessio fiat ad libellum post litem contestatam, tunc fertur sententia in confessum. Bart. & alij in l. vnica. C. de confess. Specul. in tit. de senten. §. species. vers. est quoque. in secunda parte. Et sola confessio sine præcepto (quod fit per viam cōtentiosæ iurisdictionis) non sufficeret. Aufret. in Decis. Tholos. qu. 350. Item an confesso, &c. quia non potest quis seipsum condemnare. l. vnica. C. ne quis in sua caus. iud. Panot. in c. ex parte. de confes. præceptum tamē à quo non fuit appellatum, impedit litis contestationem, sicut exceptio rei iudicatæ. c. primo. de lit. contest. lib. 6. & Dom. de Rota in Decis. 541. Vtrum præceptum. in antiquis.

Præscriptio quādo per litis cōtestationē non interrumpatur.

Præceptū de soluendo, quando fiat, & quid operetur.

Intellige tamen supradicta in causa ciuili: nam confessio in causa criminali nō est sufficiens ad condemnandum cōfitentem, quando processus est nullus: sed recollectio testium debet fieri. gloss. in l. si filium. de libera. caus. C. Guido Papa Decis. Delphina. quæst. 120. Dominus. sed Bart. distinguit in l. si confessus ff. de custod. reor. & Angel. in tract. de malefic. in gl. comparent inquisiti. versi. Quæro an confessus, &c. plenius prosequuntur Doctor. in d. cap. at si clerici. de iudic. vide Socin. consilio octauo. Vtis. col. 3. volum. primo. 5

Condemnatio ex confessione in causa criminali.

Etiam in criminalibus cōfessus est per sententiam condemnandus. d. l. si confessus. ff. de custod. reo. nisi crimen sit notorium: quia tunc ad executionem procedi potest, sine alia sententia. text. in l. ictus fustium, & ibi gloss. ff. de his qui notansa. Innocen. in c. ex parte. de verbor. significa. Aufret. Decis. Tholos. 350. Petrus de Bella Pert. quæst. 110. Tamen de consuetudine regni Franciæ, etiam si crimen sit notorium, requiritur condemnatio, vt semper vidi in forensi iudicio seruari. 6

Vsus forensis in Frācia de confesso in criminalibus.

Paratúmque se dicat.] Istum tex. notat sing. Roma. sing. 450. Tu habes ad hoc quòd licèt condemnatus dicat se paratum soluere, tamen adhuc non perdit beneficium dilationis indultæ causa misericordie, quia indultum à lege beneficium nemini est auferendum. regula indultum. de regul. iur. libro sexto.

Voluntas ab cuius secūdum eius interpretanda.

Intellige

Intellige, quando diceret simpliciter se paratum:
7 quia tunc intelligi debet in termino iuris. Nam voluntas alicuius est reducenda ad ius.l.si duo.ff. de acquir.hære. Et sic pro personę qualitate, & debiti quãtitate iudex æstimabit, l.ij.ff.de re iud. vel si diceret se paratum in termino iuris, vt fieri solet. Nam quando quis dicit se paratũ aliquid facere, intelligi debet pro materia, habita dilatione, nõ incontinenti.l.inde Neratius.§.fi.ff.ad leg. Aquil.& l.his cõsequenter.§.pen. ff.famil.ercisc.& l.vnde quæritur.ff.commod.& l.fideiussor impetrauit.in princip. ff.de fid. secus si diceret se paratũ nunc soluere, quia habeat pecunias ad manum, tunc nõ daretur dilatio, ait glo.hîc, per l. debitoribus.ff.de re iud.& l.si domus.§. in pecunia. ff. de lega.j.facit l.Iulianus.§.proinde si post litẽ.ff.ad exhibend. nam postquam debitor vult, quid aliud agere Prætor debet, præterquam hoc, vt controuersias partium dirimat, à quibus si sponte recesserunt, debebit id ratũ habere.verba Vlpiani in l.j.§.inde quæritur.ff.de noui operis nũtia. & quia cessat causa miserationis, ideò cessare debet dilatio, quæ ob hoc datur.arg.l.quod dictum.ff.de pact. & c. cum cessante. de appellatio.vnde ait Iuriscõsul. *Fideiussor, quod pro parte eius sit, si soluere mihi paratus est, non debet mihi in eum dari iudicium, neque enim æquũ est, aut iudicio obstringi, aut ad inficiationem compelli eum, qui sine iudice dare partem suam paratus est, quoniam nõ plus aduersarius eius per iudicem ab eo consequuturus est.* l. ex dicatis solui.ff.iudica.solui.facit l.quidã.ff.si cert.pet.

Dilatio debitori quãdo non concedenda.

Audiendum eum, &c.] Audiendus est, qui confitetur, & sic litigare nõ vult: quia boni viri execrantur lites.l. item si res.§.fi.ff. de alienat. iud. mut. cau.fact.ob quas lites quis efficitur pauper, authen. vt differen. iudic. in princ.colla. 9. dixi in procemio Cõcordato. & in quibus casibus audiẽtia denegetur, scribunt Bart.& alij in l.j.§.in operis.ff.de noui oper. nũtiat.Barb.consi.5.col.9.vol.4.& Ruger.nota, in c.j. in fi.de caus.posses.& propr.

8 Dandúmque diem cum competenti cautela ad soluendam pecuniam.] Dubitatur à quo hic dies dari debeat, Respõdendũ est à iudice ordinario. Nam præceptum in confessum, quod fit ante litem contestatam, non datur à iudice delegato, cũ litis contestatio coram eo interuenire debeat. text.in l.si reus paratus.ff.de Procurato.nec potest ab obseruatione iudicij absoluere.Bal.in l.cõsentaneum. col. 5.nu.29.C.quomodo & quando iud.

Iudex ordinarius cõstituit diẽ ad soluendum.

Idẽ in arbitro dicit Bal.in l.j.C.de except. rei iud. refert Roma.sing.189.Quæro, an.& Catellian. Cotta in 2. parte memorabium. in verb. litis contestatio. vers.item quæro, &c. Ego vidi cõseruatores vti hoc præcepto aduersus confitentes coram eis, licèt sint delegati.c.fi.de offic. delega. in 6. sed supradicta intelligi possunt in delegato vnius causæ: secus in delegatis ad vniuersitatem causarum, & in primis etiam non esset peccatum magnum hoc vti præcepto.

Delegati an possint vti præcepto aduersus cõfitentes corã eis, ad soluendum.

Secundò quæro, cùm hic text.dicat, dandum diem, quot dies dentur? Quidam vnum diem dari dicebant, per l.eum qui calendis. ff.de verb. obligat. & quia singularis numerus in vno verificatur, & vno contentus est, pluralis duobus. c. pluralis locutio.de reg.iur.lib.6.

Alij verò cõmuniter Doctores dicũt decem dies dandos confitenti.gl.hîc, & omnes Doctores.in l.debitoribus.ff.de re iud.& dicit Spec. in tit. de sentẽtia. §.vt autem.versiculo, nunc dicamus.in 2. parte. præceptum cõcipi sic debere, Ego talis iudex, audita cõfessione tua præcipio tibi N.vt des & soluas, hinc ad decem dies, centũ aureos solares, quos ex causa mutui te debere tali N.cõfessus es, &c. Vide ibidem per eum, Iudices nostri condemnant sequẽdo rei confessionem, & ista est communis interpretum iuris sententia, cui non facilè acquiesco.

Oppono, istud videtur iniquum: vt illi, qui mouetur bono genio, & fatetur debitum, non sit dandum nisi tempus decem dierum, & illi qui inficiatus est debitum, & litigauit vsque ad sententiam, prolixius tempus dandum sit, videlicet quatuor mensium per l.ij.& l.fi.C.de execut.rei iud. & sic melioris conditionis erit malignus & litigans, quàm bonus, contra l. Seruius.ff.quod vi, aut clam, & c.eũ qui. de præbẽd. lib.6.& tamen cõfitens non debet esse deterioris cõditionis, quã negans. tex. in c.Odoardus. de solutio. Sic & Hæreticus nõ debet esse conditionis melioris, quam Catholicus, c.si Hæreticus.2.q.7.plenè scripsi in c.j.de præscriptio.illi tex.dãdo nouum intellectũ, vltra Doct.Christ.Porc.in §.omnis.de verb.oblig.in Institu.respondet ideò dari longius tempus illi, qui vsque ad sententiam litigauit, nẽpe, quia in vno grauatur, videlicet, quia cogitur subire iudicium, postquam negauit, & litem prosequi, vsque ad sententiã inclusiuè, l.si reus.ff.de procurat, secus autem in eo, qui est confessus, qui non cogitur subire iudiciũ, sed hoc est simpliciter verũ. vt in d. l. si reus.habetur, & per Fel.in c.cũ te.nu.8.de re iud.nam is, qui negauit, potest postea agnoscere bonã fidem, & cedere liti. l. postquã. C.de pact.ergo nõ cogitur subire iudicium.

Obiectio.

Solutio.

Item is, qui litigauit, grauatur in eo, quia in expensis cõdemnatur. l.properandum. §. sin autem alterutra.C.de iud.quod non est in confitente.gl. & Doct. in l.quidam. ff. si certum peta. Ias. in §. sic itaque. de actio.in Instit.sed hoc fit ex dolo litigantis, ideò non debet releuari: imò si extra iudicium fuerit debitum petitum, si posteà cõfiteatur in iudicio, adhuc in expensis condemnabitur. per l.quidam Hyberus. ff. de seruitutib.vrba.prædior.vbi scripsi, & hoc tenet Ias. in d.§.sic itaque.& in l. vinum. ff.si certũ peta. & sic vterique in expensis cõdemnantur, ex culpa eorum, ob id non merentur releuari.

Eiusdẽ cõfirmatio.

Alij dicunt imputandum esse confitenti: nam dãnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet. c, damnum.de regu.iur.lib. 6. sed ista solutio est cõtra iura, & non tollit difficultatẽ, ac præbet materiã malignandi, & debitum inficiandi, ob id reprobatur argumento l.cõuenire.ff.de pact. dota. alioqui semper quis litigaret vsque ad finẽ causæ, vt prolixius tẽpus haberet. vide in Ordinat. Reg. Francisci publ. anno 1539. art. 12. vbi idẽ ferè absurdum videtur: nã 9
litigans vsque in finem, debet cõdemnari in emenda sexaginta librarum, & volẽs cedere appellationi cõdemnatur in octoginta libris, sed ibi (fortè) is, qui litigat & succumbit, maiorem subit mulctam: quia ad sexaginta libras Parisienses condemnatur, quæ Regi applicantur, & triginta libras parti tradere tenetur vltra expensas, ad quas condemnari debet, vt ibi elucidaui, & sic cessat absurdum.

Alij, vt Ias.in l.si domus. §. in pecunia.not.j. ff. de leg.j. quem sequuntur recentiores, sic diluunt cõtrarium, videlicet, quòd eò datur cõfitenti breuius tempus, quàm litiganti: quia lex præsumit confitentẽ esse

paratum ad soluẽdum, saltem magis quàm eum, qui litigauit vsque ad sententiam, quia nesciebat se debere, & sic nunquã decreuerat soluere, probat hoc per l. si. ff. de ferus. vbi actori non dantur nisi duę dilationes ad probandum, quia debet esse paratus, reo autem tres. facit l. purè. §. si. ff. de doli except.

Dilationes ad probandum quot dentur.

Obiectio. Nec refragatur secundum eum, quòd si lex præsumat eum paratũ solutioni, ergo nullum terminũ debet habere. vt l. debitoribus. ff. de re iud. & suprà dictum extitit, quia, respondet, quòd lex non præsumit eum statim paratum solutioni, sed magis quàm eum, qui litigauit: nam & si aliquis paratus sit, tamen non debet venire eum sacco paratus. l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solutionib.

Responsio Iasonis.

Authoris sententia Iasonis reprobatio. Hæc solutio Ias. mihi non satisfacit. Primò, quia nullo iure probatur, quòd lex præsumat cõfitentem esse paratum ad soluendum: nam multi cõfitentur, & tamen ne nummum quidem habent: sed habere sperant, vt experientia docet, & præsumere contra eum, qui bona fide agnoscit debitum, vt sit paratus, præberet materiam inficiãdi, vt prolixius quis tempus haberet, & sic materiam delinquẽdi, quod si lex hoc præsumeret, esset contra iura, quod quidẽ tex. hîc dicit, paratum se dicat, ergo lex nõ præsumebat hoc, & quàuis in hoc tex. reus diceret se paratũ, tamen adhuc debet dari tempus, vt hîc patet, nec faciunt iura allegata pet eum, quia loquuntur in actore & reo, sed hîc tantùm in reo cõfitente loquitur, qui bona fide, paratum se, dicit soluere.

10 Item post appellationem desertam, appellanti nõ datur tempus ad soluendum, vt probatur ex. in l. quoniam. in verb. mox. C. de appel. gl. in l. ij. in verb. executioni. de tempo. appel. Alex. consil. 61. Etsi puto in 3. vol. eo quòd longo tempore litigauit.

Authoris solutio. Quare puto aliter hunc tex. intelligendum, videlicet vt tantum tempus dandum sit confitenti, quantum inficianti. per l. debitoribus. ff. de re iudic. ibi, *Hi, qui fatebuntur se debere, aut ex re iudicata necesse habebunt reddere, tempus ad soluendum detur.* Ecce ergo quomodo tam confitentes quàm condemnati ex re iudicata æquiparantur, & sic illud tempus, quod iudicatis datur, & confitentibus dabitur: nam in lege xij. tab. tam confessis, quàm iudicatis triginta dies assignati erant per hæc verba. *Aeris confessi, rebúsque iure iudicatis, triginta dies iusti sunto: post deinde manus iniectio esto, inque ius ducito, in iudicatum faciat.* Et declarat Aulus Gellius lib. 20. c. primo, sic dicẽs, Confessis igitur æris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati, conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent, eósque dies decemuiri iustos appellauerunt, velut quoddam iustitium, id est, iuris inter eos quasi interstitionem quãdam, & cessationem, quibus diebus nil cũ his agi iure posset, post deinde, nisi dissoluerant, ad Prætorem vocabantur, & ab eo, à quo erãt iudicati, abducebantur, neruo quoque, aut compedibus vinciebantur, vide ibi reliqua. & Cæl. Rhod. antiq. lect. lib. 7. c. 22. sed hodie quod tempus concedatur, dubitant quidam, gloss. tamen & Doctor. hîc dicunt confitenti dãdos decem dies. per l. promissor. §. primo. ff. de constitu. pecu. Ego verò puto arbitrio iudicis relinquendum, per istum tex. dicentem, dandum diem, videlicet per iudicem, & arbitrio suo. l. si legatum. ff. de oper. pub. & l. prima. ff. de iure deliberan. hoc etiam probat hîc Vlpianus, vbi interpretatur modicum tempus esse intelligendum, quod post

Tẽpus quod detur cõfitentibus ad soluendum.

condemnationem reis indultum est, sed reis cõdemnatis indulgetur hodie tempus arbitrarium: ergo & confessis. Hoc docet Vlpianus in l. certum. §. si. ff. de confess. ibi, *Confessi vtique post confessionem tempora quasi ex causa iudicati habebunt.*

Tẽpus arbitrariũ ad soluendum.

Item hoc suadetur ex dicta l. debitoribus. ibi, *Aut tempus ad soluendum detur, quod sufficere pro facultate cuiusque videbitur* & in l. ij. ff. de re iud. probat etiam bellissimè tex. in l. si domus. §. in pecunia. ff. de legat. primo. vbi sic dicitur, *In pecunia legata confitenti heredi modicum tempus ad solutionem dandum est nec vrgendum ad suscipiendum iudicium, quod quidem tempus ex bono & æquo Prætorem obseruare oportebit,* & sic est arbitrarium, facit lex si cùm dies § si. ff. de arbitr. & l. si quis liberatam §. planè. ibi, modicum tempus. vbi glo. dicit, ad arbitrium suum. ff. de petitione hæreditatis. & sic confitenti datur tempus arbitrarium ad soluendum, vnde cessant amaritudines supradictæ: nã iudex confitenti dare poterit vnũ mensem ad soluendum, aut quatuor, vel aliud tempus pro qualitate personæ, debiti & quantitatis: sicut daret condemnato. & pro hoc est tex. formalis in l. certum. §. si. ff. de confess. vbi confessi vtique post cõfessionem, tempora, quasi ex causa iudicati, habebunt: vnde dicũt Doctores hîc & in d. l. certũ. hoc esse de iure, sed de consuetudine decem tantũ dies dantur. Ego dico consuetudinẽ in regno Frãciæ esse iuri conformem, aliàs crederẽ non valere: quia inuitaret ad litigandũ, & sic ad delinquendum, contra l. iurisgentiũ. §. si paciscar. ff. de pact. & si iudex videat maiorẽ inesse miserationem confitenti, maius tempus dabit, quàm litiganti, & ita cessabit contrarium.

Verus ad d. l. debitoribus, intel lectus. Nec obest tex. in l. debitoribus. in fi. vbi, *duo menses dantur condemnato ad soluendum,* prout glos. ibi & omnes Doctores firmãt, sed parcãt mihi, tot tãtique doctissimi iuris interpretes: nam in hoc decipiũtur, cùm primò iudex debeat cõdemnare debitorem ad soluendum intra tempus arbitrandum per eum, intra quod si debitor non soluerit, capiuntur pignora. Quod si debitor is posteà intra duos menses nõ soluerit, vel pignora sua non redemerit, vendentur, & sic de iure Digestorum nullum tempus certũ datur condemnatis ad soluendum, sed est in arbitrio iudicis, tempus tamen vẽdendi pignora est certũ, videlicet duo menses, per dictam l. debitoribus. & hic est sensus germanus ad hanc legem, & ad d. l. debitoribus. qui tamdiu fuit sepultus, vt vix cum à tenebris excutere potuerim Laus Deo Optimo Maximo.

Tẽpus arbitrariũ ad soluẽdum.

Obiectionis solutio. Nec obstat l. à Diuo Pio. §. in vẽditione. vbi pignora capta debẽt mox distrahi. Respõdeo, secũdũ Bar. & alios, ibidẽ illũ texi. debere intelligi mox, scilicet post duos mẽses, vt nũ corrigatur d. l. debitoribus.

Alia obiectio. Nec refragatur tex. in l. ij. ff. de re iud. vbi sic dicitur, *Qui pro tribunali cognoscit, non semper tempus iudicati seruat.* Ergo tempus est præstitutũ. Respõdeo, quòd iudex nõ semper seruat tẽpus iudicati, videlicet idẽ tẽpus, quòd tãtũ tẽpus detur vni, quãtũ datur alteri, sed nõnunquã prorogat tẽpus iudex pro causæ qualitate & quãtitate, si enim magno numero pecuniarũ agatur, protogabit, coarctabit verò, si de paruo, vel de alimentis agatur, vel si pauperi dandũ sit illud tempus prorogatum.

Responsio.

Antinomia eiusdẽ. Nec obstat lex 4. si se nõ obtulit. §. si quis eõdemnatus. illo tit. de re iud. vbi si iudex minorẽ diem statuerit tempore legitimo, repletur ex lege, & sic datur hoc

hoc iure tempus legitimum, aliàs non posset suppleri, quod virtute iudicis deest. Respondeo, si iudex condemnauerit debitorem ad soluendum mille aureos intra septē dies, ex lege suppletur ei tēpus, sed quod? Respondeo, illud quod iudex superior arbitrabitur, & sic licet à lege dicatur suppleri tempus, hoc intelligetur, si pars appellauerit ab illa termini coarctatione, alias nō. arg. c. cū secundū leges. de hæret. lib. 6.

Cōciliatio.

Eiusdē cōfirmatio.

Intellige, vt per Panor. & alios in c. quod ad consultationem. de re iudicata, vbi dicunt suppleri, si sine causæ cognitione iudex abbreuiauerit terminum quatuor mensiū, secus si cum causæ cognitione, imò vos intelligite, quòd si pro quantitate, & qualitate causæ iudex non assignauerit competentem terminum, suppletur à superiore, vt superiùs dictum fuit.

Praxis Frāciæ de tempore ad soluendū arbitrario.

Et hoc recepit praxis regni Frāciæ, vt iudices præstituant condemnatis ad soluendum tempus, quod arbitrantur, à quo potest pars, ex causæ qualitate & quantitate, si tempus nō sit sufficiens, & legitimum, appellare, si non appellauerit, nec soluerit intra tempus, per iudicem præstitutum, capientur pignora, & postea vendētur, nec expectātur, in practica hodierna, illi duo menses, sed pro stylo Curiarum: nam Parisiis expectantur septem dies, & postea pignora distrahuntur in loco publico, in aliis verò locis triduū, plus minúsue temporis datur, secūdùm stylum Curiarum, nec debet intelligi text. quòd iudex debeat prorogare ita demum, quando prius non assignauit tempus duorum mensium, aliàs non, quia in l. ij. hoc non dicitur, nec illa lex 2. debet intelligi per illam l. debitoribus. posteà sequentem. quia l. ij. est Vlpian. l. debitoribus, Callistrati, vel ibi loquitur de legitimo tempore vendendi pignora, & sic exequutionis, vt pote si iudex condemnauerit reum ad soluendum, intra mensem, & posteà eo non soluente intra illud tempus, iudex exequi velit sententiā, & statim vendere pignora, non poterit, sed expectabit adhuc duos menses, antequam pignora vendat, & si iudex ampliorem numerum dederit in sua definitione, id est, in sua sententia, vt si condemnauit ad soluendum intra quatuor menses, tunc non poterit exequi sententiam statim post quatuor mēses, sed adhuc duos expectabit menses ad vendendum pignora, vt dictum est: nam illud tempus vendendorum pignorum est legitimum, id est, à lege datum & præstitutum.

Alia adhūc legē obiectio.

Nec me conturbat l. intra. ff. de re iud. vbi intra dies constitutos à iudice ad soluendū, non potest agi iudicati, quia spacium dierū datum à iudice ad soluendum, datur in fauorem rei, vt interim quærat sibi pecunias, & illud tempus à iudice datum dicitur per legem constitui in fauorem iudicatorum, & cōdemnatorum, non tamē debet intelligi, quòd illud tempus constituatur à lege, sed per legem constituitur in fauorem iudicati, id est, per legem statuitur, quod in fauorem cōdemnati cedat. & ita debet ille tex. intelligi, idē intelligi debet l. ij. ff. de diuers. & temp. præscript. & ibi gl. vbi dicit in tempore constituto iudicatis, ergo est constitutum. Respondeo, esse constitutum, postquam iudex cōdemnauerit reum ad soluendum, sed antè non erat tempus certum constitutum à lege. l. tempus. ff. de re iud. l. prima. ff. iudic. sol. sed pro quantitate, vt in d. l. ij & sic debet intelligi l. si cum exceptione. §. quatenus. ibi, *Si intra tempora iudicationis moriatur*. ff. quod metus causa, licèt aliter Doctor. intelligant. & l. in fideicommissi. in prin. de vsur. ibi, *legitimo tempore. quod condemnatis præstatur*, nam tempus a iudice cōstitutum, dicitur legitimum tempus, quia est lege confirmatum. l. legitima. ff. de pact. dixi in l. lege. ff. de verbo. signifi.

Responsio.

Rursus alia ad eandem obiectio.

Nec obstat tex. in l. fi. §. fi. C. de vsur. rei iudi. ibi. *Et cùm antiquitas pessimo exemplo reis quidem condemnatis laxamentum duorum mensium præstabat*, quia ibi fortè nō intelligitur de antiquitate Digestorum, sed de alia antiqua iuris prudentia, de qua in §. sed cùm antiquitas. Instit. de hæredita. quæ ab intesta. defer. & Doctores ibidem non declarant de qua antiquitate loquatur, nec allegāt legē Digestorum, & potuit ibi loqui de alio iure, quàm Digestorum.

Solutio.

Alia responsio.

Vel si intelligatur de antiquitate iuris Digestorū, possumus dicere, quòd ius Digest. præbebat laxamētum duorum mensium condemnatis ad vēdendum pignus, sed non ad soluendum, & sic concordabit cum isto textu. & hoc suadetur ex illo tex. dicente, condemnatis præstabat laxamentum duorum mensium, & sic non præstabat in cōdemnatione duos menses, quia tempus erat arbitrarium, sed ipsis condemnatis dabat duos menses ad luendum pignora pro executione rei iudicatæ capta, vel ad vēdendum illa. facit quod scribit Paul. in l. j. ff. iudica. sol. sic qui stipulatione iudicatum solui post rem iudicatam statim dies cedit, sed exactio in tempus reo principali indultum differtur, ergo illud tempus datur a iudice reo ad soluendum, & non à lege, & exactio differtur tam rei, quàm eius fideiussoris & Procuratoris.

De eadem re.

Præterea iura canonica dicunt quadrimestre cōdemnatis regulariter dari, nullum verbum dicunt quod duo darentur menses de iure Digestorum, vt patet in c. quod ad consultationem. de re iud. & illi textui dedi nouum intellectum vltra Doct. vide intellectus iuris canonici, facit c. quærēti. de officio delega. ergo non dabantur duo menses ad soluendū de iure Digestorū (nec me mouet l. ij. C. de vsur. rei iudic.) vbi vult condēnatos ad vsurarū solutionē centesimarum cogendos post quatuor menses, sed inde non sequitur ante quatuor menses eos conueniri nō potuisse, quia creditori electio data erat vtrū mallet eos conuenire statim ad summam debitam, vel si lapso quadrimestri die eos ad centesimas vsuras conuenire cuperet, vt ibi.

Fisci prærogatiua.

Item speciale est in fisco, vt in maioribus summis non plus, quàm tres menses, in minoribus verò non plus, quàm duo menses prorogentur. tex. in l. in fraudem. §. fiscalibus. ff. de iure fisci. Ergo in aliis hoc nō procedet, & sic habetis intellectum ad multas leges, ex quo patet quod de iure Digest. nullū tempus iudicatis, vel confessis certum dabatur ad soluendum, sed erat arbitrarium, verùm ad luēdum pignora capta pro rei iudicatæ executione, dabantur duo menses. d. l. debitoribus, & à quo tempore condēnatus ad fructus teneatur, decidit Boér. Decis. Burdegal. quæ. 45. Quoniam per arestum.

Cum competenti cautela, &c.] Alibi idē dicit Iurisconsul. in l. Quāuis. ff. de pigno act. Hic probatur debitorē gratia (vt dicunt) miserationis compelli ad satisdandum, cum fideiussoribus, vel pignoribus de soluēdo, aduenīete termino: esset enim iniquum, si pendente dilatione debitor fugeret, & res suas forsan exportaret. l. si lōgius. §. primo. suprà, eo. Ideò cùm creditor non possit iudicati actione agere

Cautio, pẽdente dilatione, à debitore facienda.

intra constitutum tempus. l. intra. ff. de re iud. ob id cauere tenetur, vt hîc, & nisi caueat, vel bonis cedat, potest capi & incarcerari secundum Bart. hîc. quod est verum, quando laboratet inopia. Panor. in d. c. quod ad consultationẽ. nu. 22. vbi ad hoc dicit istũ tex. singularem. Idem, si haberet dilationem anni, vel quinquennij à principe ad soluendum, præstabitur de iure, etiam tũc cautio. l. vniuersa. C. de precib. imperat. offerend. Panor. in d. c. quod ad cõsultationem. nu. 23. & post eum plenè Felin. col. 6. nu. 9. cum sequ. scripsi in tract. de dilatio. annalib. & quinquennalib. hodie cautionem non dari.

Vsus forensis de cautione nõ danda.

Obiectio.

Nec refragatur, quòd oemo conuentus nomine proprio, satisdare tenetur de iudicato soluendo. §. fi. Instit. de satisda. quia debet intelligi, lite pendente: secus si finita. Nam per sententiam finitur satisdatio de iudicio sisti. tex. singularis in l. Græcè. §. & post litem. ff. de fideiussorib. ideò lite finita habebit locum satisdatio iudicatum solui.

Solutio.

Debitor in termino cõuentionali, nõ cogitur satisdare.

Nec obstat l. in omnibus. infrà, eodẽ. quæ loquitur in termino conuentionali, intra quem nõ potest cogi debitor ad satisdandum, nisi noua suspicionis causa superueniat. l. si creditores. ff. de priuileg. cred. quia est imputandum creditori, qui illam dedit dilationẽ, & sibi non cauit, secus in dilatione legali, quæ gratia miserationis conceditur, cùm detur præter voluntatem creditoris, & ideò nihil potest sibi imputari. l. si cùm militi. §. primo. ff. de compensa. facit l. si constante. §. quoties. ff. soluto matr. Hodie tamẽ in Francia, in forensi iudicio, seruatur, vt ista cautio non exigatur, siue dilatio detur iudicato, siue confitenti, à iudice, siue à Principe: tunc enim solet describi in literis Regis moratoriis, quòd recepta cautione tam ab impetrãte, quam super hoc dare poterit, hoc modo, *Receüe caution dudict impetrãt, selle qu'il pourra dõner.*

Vsus forẽsis in Frãcia de cautione à debitore non præstanda.

Obligatus, sub instrumento, an habeat dilationẽ ad soluendum.

Quæro, an obligato sub instrumẽto, sigillo regio sigillato, vel garentigiato, dentur decẽ dies, vel quatuor menses ad soluendum. Respond. Cùm obligatio sit pura, statim poterit fieri executio, insequendo tamen consuetudinem regionis. l. eum, qui calendis. ff. de verbo. obliga. Et quia in contractibus nõ datur tempus, gratia miserationis, teste Anto. de Cauaro in tract. de execut. instrumen. quæst. 42. & dixi in tracta. meo de literis obligator. regio sigillo, &c.

Dilatio legalis.

Item dubitari potest, si iudex assignet quadrimestre condemnato, an censeatur dilatio legalis, vt, post tempus soluente reo, mora possit purgari? quod videtur per l. si cùm dies. §. fi. cũ l. seq. & l. Celsus. ff. de arbitr. & hoc expressim decidit Bar. in l. si arrogator. in fin. ff. de adopt. & Ias. ibi post eum confirmat, vos eos videte.

Sequitur in tex. Neque enim magnum damnum est in mora modici temporis.] Ad hoc allegatur iste text. quòd in mora modici temporis
12 non est magnum præiudicium, & sic Princeps dilationem ad soluendum, quæ non est magni præiudicij, cõcedit: secus, vt debitor nunquam soluat. l. quotiens. C. de precib. Imper. offer. quia exceptiones peremptorias, quæ magnum afferunt præiudicium, non tollit. c. ex parte. 2. de offic. delega.

Minor ad exceptiões dilatorias non restituitur.

Hinc infertur quòd minor quidem restituitur ad exceptiones peremptorias, non ad dilatorias, quia nõ adferunt magnum præiudicium. Bal. in l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. per l. scio. ff. de in integrum restitut.

Tertiò infertur à contrario, quòd ad lõgum tempus differre, est magnum præiudicium, quod etiam Princeps non potest concedere, videlicet, vt non soluatur per decem annos, sed per quinque annos et à iure conceditur vltra non vidi concedi, vt nota. in d. l. quotiens. & Felin. in c. constitutus. col. 4. versicul. considera. & c. 2. de rescrip. cùm magnum præiudicium inferre non debeat, & multò minus iudex, vt hîc: nam sunt paria ista (dicit tex.) auferre, & ad longum tempus differre, & in c. si super. de offic. delega. & facit l. cum hi. ff. de transact.

Quarto, si longius spatium intercessurũ erit, quo minus iudex datus iudicare possit, mutari eum Prætor iubet, secus si modicum spatium, quia tũc expectandus erit. l. si longius. suprà, eod. & idem dicunt Paul. & Iacobi. ibi, in Aduocato & Procuratore, & Bart. in l. sed si vnius. § fin. ff. de iniur. Tolerabilius enim est interdum iudicem, qui semel cognouerit, tantisper expectare, quam iudici nouo rem rursus iudicandã committere. l. penult. in fi. ff. de vaca. mun.

Quintò, modicum damnum æquo ferre animo, quis debet. l. si merces. §. vis maior. ff. locati. Gomes. in regul. cancell. de non tollend. ius quęsitum. quæst. 10. gl. sing. in c. cũ olim. de cõsuetud. vbi alia addidi.

Mora in soluendo quando cõstituatur.

Sexto, post interpellationem debet dari modicũ tẽpus ad soluendũ, antequã quis cõstituatur in mora. gl. sing. in l. Aemilius. in verbo, restitui. ff. de minorib. Alex sequitur in l. j. §. itẽ si ita. col. 2. ff. ad l. Falci.

Fauor libertatis.

Vltimò, notate vnũ casum sing. in quo nec modicũ tẽpus datur, nec etiã vllũ tẽpus, fauore libertatis. tex. in l. fi. §. j. ff. de libero homine exhib. ibi, *Nec modicum tẽpus ad eũ non exhibendũ dandũ quoniã præteriti facti pœna præstanda est:* alia specialia libertatis fauore numerãtur in l. libertas. ff. de regul. iur. in fine textus sic habet, Modicum autem tempus hîc intelligendum est, quod post condemnationem reis indultum est. Ex hoc textu paret, quòd tantũ temporis debet cõfitens habere, sicut negans, vt & suprà probaui, & modicum quando dicatur, gl. in l. si quis libertate. in fi. ff. de petitio. hæredita. docet, licèt allegetur alia gl. reputata singularis, & approbata in autho. præterea. C. vnde vir & vxor. dicens, arbitrio iudicis relinquendũ. gl. melior in l. si cũ dies. §. fin. de arbitris. l. traiectitiæ. in fi. de actio. & oblig. & gl. in c. statutũ. §. insuper. de rescript. li. 6. scribit, de modicis & minimis Corsetus in tractatu de potestate reg. vbi ponit casus in quibus de minimis iura curant, & in quibus non.

Reus, vnde dicatur.

Reum hîc à re dici nõ est vobis ignotũ, vt etiã loquitur gl. in l. j. ff. de duob. reis, & à reatu, id est, crimine: & interdũ exprimitur reus criminis, vt scripsi plenè in l. iudicasse reum. ff. de verb. signific.

Vltimò notandũ est, quòd ab executione inchoatur, cõtra id, quod habetur in l. j. C. de executione rei iudica. sed respõ. in tracta. de literis obliga. art. 6. gl. 2. tomo primo Commenta. ad Consti. Reg.

Alia nũc (auditores beneuoli) missa facio, finẽ huic imponẽs interpretationi, peregrino itaq; vestro Rebuffo, dabitis veniam, si vestris non respõderit votis. Multò nãque plura, si libros meos habuissem, & viator nõ extitissem, daturus vobis erã. Hęc, qualiacumque sint, petitiõibus importunis ferè vestris quasi per transennã denegare nolui, quorum nomine Deo optimo maximo, ac Beatissimæ virgini Mariæ, omnibúsque cælicolis perpetuò gratias agam. Valete.

NOVVS

NOVVS ET SVBTILIS,

INTELLECTVS D. P. REBVFFI AD l. Imperatores. De priuilegiis credit. vel de bonis auth. iudic. possidend. quam in Montispessulani Ciuitate, anno 1538. & die mensis Sept. 18. explicauit.

SVMMARIA.

1 *Creditor cognatus habetur potior, cùm bona debitoris veneunt.*

2 *Mutuans ad rei refectionem specialiter, quibus priuilegiis gaudeat.*

3 *Creditores gratis mutuantes præferuntur fæneratoribus.*

Ampliatur. ibidem.

4 *Solutio vni creditorum facta per gratificationem, omnibus communicanda.*

5 *Litera Regia in Francia in omnibus ferè casibus, etiam à iure communi concessis, impetrantur, & quare.*

6 *Et in aliis, & in quibus præter, vel vltra ius caueri nobis cupimus.*

LEX XXX. PAPYR. IVSTVS LIB. XI. CONSTITVTIONVM.

Imperatores Antoninus & Seuerus Augusti rescripserunt, eos, qui bona sua negant iure venisse, præiudicio experiri debere, & frustra à Principe desiderare rescindi venditionem.

Apud Græcos venusto quodã more receptum fuisse legimus (celeberrimi auditores) vt si quid faustè & fœliciter nuntij adferrent, coronati aduentarent, ipsique etiam ciues, fœlici accepto nuntio, in communis signum lætitiæ, coronati incederent, ouantes, gratantésque, quod à me non magnoperè videbitur alienum, si vobis nuntium (vt spero, iudicabitis) bonum attulero: quandoquidem intellectum huius vtilissimę l. Imperatores, tandiu sepultum, velut quoddã iure postliminij breui restituam, & in perpetuæ amicitiæ signum loco coronæ, vobis relinquam. Eum igitur (auditores dilectissimi) attendendi suscipite animo, & in scriniis vestræ mentis reponite, quòd si (vt arbitror) feceritis, pignus perpetui erga me amoris, habebitis.

Hæc lex est Papirij Iurisconsulti, qui quatuor responsorum libros reliquit: alij tamen erant Papyrij, de quibus est videre per Titum Liuium ab vrbe condit. lib. 8. & seq.

Et primò præmittendum est, pro huius legis claræ explicatione quotuplex est priuilegium. Iuris interpretes duplex esse affirmant, reale scilicet, & personale. Reale primò dici autumãt, quod rei cohæreat, vnde immunitas locis, aut ciuitatibus sic data videtur, vt ad posteros transmittatur, l. forma. §. quamquam. ff. de censib. cap. 1. & 2. & 5. quæst. 1. Alex. consil. 86. In causa. col. 1. vol. 1. & quomodo dignoscatur an sit reale, vel personale, tradit Alexand. consilio 86. & consil. 71. Circa. volum. 6. plenius Dec. in consil. 262. In causa. post glo. in c. tua. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. capit.

Secundò reale dicitur, quod alicui in re concedi soleat, vt ius hypothecæ, quod quidem rem sequitur, vt patet ex l. eos. C. qui potior. in pig. habeantur: vbi sic habetur: *Fos, qui acceperant pignora, cùm in rem actionem habeant, priuilegiis omnibus, quæ personalibus actionibus competunt, præferri constat.* & de his etiam loquitur titul. ff. & C. qui potio. in pignor. habeantur. *Priuilegiũ reale, duobus dicitur modis.*

Personale priuilegium duobus etiam consideratur modis. Primò, quòd personæ cohæreat, & personis detur, & cum personis amittatur: ideò neque ad alium dominum prædiorum, neq; ad hæredem, vel qualemcumque successorem transit, vt si fortè detur alicui priuilegium, vt Doctores creare possit. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. & l. in omnibus causis id obseruatur. vbi Deci. ff. de regu. iur. de quo etiam loquitur regula, Priuilegium personale, de reg. iur. in 6. glos. in c. si gratiosæ. in verbo, perpetuò. de rescript. eod. lib. 6. *Priuilegiũ personale, quot modis accipiatur.*

Secũdò dicitur priuilegium personale, quod personali actioni cohæreat, de quibus personalib. act. est §. omnium. de act. in Instit. & prouenit ratione contractus, seu quasi, ex quibus alia actio priuilegiata descendit, & interdum competit ratione personæ: quia cùm bona debitoris veneunt, potior habetur creditor cognatus, in cõparatione extranei pluribus volentibus emere. l. j. suprà, eodem. & not. Bart. in consil. 9. Viso testamento. & in emphyteosi idem tradit Bart. in d. l. j. & Alex. consil. 161. Visis narratis. in 7. vol. Decius consil. 131. Reuocatur. & Ias. in l. j. num. 12. C. de iure emphyteu. Imò ex consuetudine generali re vendita, datur cognato proximiori ius retractus, tempore præstituto, §. Titius. si de feudo 1 *Cognatus proximior habet ius retractus in re debitoris vendita.*

defuncti contentio sit inter domi.& aqua.vassal.not.
Dom.Igneus in l.dudum C.de contrahen.emption.
& in tractat.de iure protomiseos. per Matthæum de
Afflictis,& per consuetudinarios, hæc describuntur
in rub.de consuet.retractus.

Priuilegiũ personale, ratione causæ.

Aliquando ratione causæ competit priuilegium
personale , vt l. secunda. & l. priuilegia. isto titulo.
vbi primò satisfaciendum est ei , qui sumptus fecit
in re funeraria, l.penultima. ff. de religios.& sumpt.
funer. & l.finali.§.in computatione. C. de iure deli-
ber. & hæc expensa , tanquam respiciens publicam
vtilitatem , præfertur alijs , etiam habentibus taci-
tam hypothecam anteriorem , etiam in dote : secus
in expressa. l.at si quis. §.primo,& sequen.& l.penul-
tima. ff de relig. & sumpt.funer. de Ripa in l.secun-
da.in fine princip. suprà,eodem. Bartol. in l.prima.
in 4. oppositio. ff. soluto matrimonio. Antonius de
Fauo. in tractat. de pignor.& hypothec. in secundo
membro quintæ partis. numero vicesimo octauo.
Idem concludens in expensa infirmitatis,cùm in hoc
Bald. teste, æquiparentur l.restituenda.C.de petitio.
hæred. & Iason in dicto §. in computatione. & octo
requisita in hac actione funeraria scribit Ioannes
Andræas in addition. ad Specul. in titulo de se-
pult. §.primo. versiculo , porrò qui funus. vbi licet
videre.

Aliud ratione rei.

Quandoq; competit priuilegium ratione rei,vt in
eo, qui domino, vel operarijs , domino tamen man-
dante, mutuat ad nauem, vel domum reficiendam:
habet enim priuilegium hoc personale potentius in
illa re triplex ius. Primum , vt res refecta censeatur

Priuilegij personalis ius triplex.

mutuanti tacitè hypothecata.Secundum,quod cre-
ditor mutuans in refectionem, præferatur in hypo-
2 theca illius rei refectæ creditori, alij etiam anteriori
tempore. Hæc probantur in l. interdum. cum glos.
ff.qui potio. in pignor.habeant.Tertium, quia præ-
fertur hic creditor,omnibus creditoribus in actioni-
bus personalibus. l. quod quis. & l. proxima. infrà,
eodem. l.creditor.prima. ff.si certum petat. Alberic.
in rubric.suprà,eodem. Intellige, quando specialiter
mutuauerit ad illius rei refectionem , secus si gene-
raliter ,quamuis ex hoc res refecta fuisset . l. si ven-
tri. §. primo. ibi , *ob restitutionem* , *&c.* vbi de Ripa
supra , eodem. & quando fuit conuersa in refectio-
nem,secus si in alios vsus.l.quod si seruus.§.sed si sit.
ff.de in rem verso.Etiam requiritur quòd reparatio-
nes extent, glossa in l.prima. ff.de cessio.bon. & pro
ea quantitate, quæ fuit conuersa, & non vltra , quia
illa pecunia versa , fuit causa saluandi rem , dicta l.
interdum. & l.finali.ff.de exercito.actin. & qui dicit
non fuisse conuersam, probare hoc debet dicta l.fin.

Res refecta pecunia mutuata, quatenus obligetur.

Et pro sorte est obligata res refecta,nõ pro interesse,
vel pœna. Paul. in l. & ideò. ff. de compensa. refert
Ripa in dicta l.si ventri. §.Diuus.suprà, eodem. Ne-
gusan.etiam sex modis restringit in tract.de pignor.
secundo membro quintæ partis. numero decimo-
quinto. vide locum. Ex his, inquit Imperator in §.
furti.Instit de obligat. quæ ex delict. nascun. melius
est pignori incumbere , quàm in personam agere,
quia plus cautionis est in rem , quàm in personam. l.
plus cautionis. ff.de reg.iur. ideò semper interest pi-
gnus habere, l.itaque. §.fin. ff.de furt. at inter hypo-
thecarios,qui prior est tempore,potior est iure,regu.
qui prior. de regulis iuris. in 6.quam regulam ornat
viginti ampliationibus , & totidem limitationibus
Anton. de Fauo. in tractat. de pignor. & hypothec.
in 2. membro. 5.partis. & de Ripa in dicta l.priuile-
gia.hoc tit.

Creditores qui in personalibus præferantur.

Sed , vt ad hunc titulum tandem redeamus , in-
ter creditores priuilegiarios in personalibus tenen-
dum est , priuilegiaris prius satisfaciendum , quàm
priuilegium non habentibus, l. tertia. ff.quod cum
eo. quia prius habenda est ratio priuilegiorum. l. ex
facto. in fin. ff. de pecul. *Eorum ratio creditorum prior
est, quorum pecunia ad creditores priuilegiarios perue-
nit.* vtor verbis Vlpiani in d.l.si ventri.§.penultimo.
suprà,eodem.

Si sint æquè priuilegiati , præfertur is , qui poten-
tius habet priuilegium, vt mulier his,qui rem depo-
suerunt, l.assiduis.C.qui potior.in pigno.habeantur.
Bart. in authen. quas actiones. C.de sacrosanct. Ec-
clesiis. & in decilio. Neapolitan. quæstione 56. Fuit
dic. & nisi in re deposita, quã apte omnia poterit de-
ponens, si exter, vendicare, dicta l.si ventri. §.in bo-
nis. suprà , eod. quia rei vendicatio est supra omnes
personales actiooes. l.planè. §.sed si dedi. ff.de tribu.
actio.l.depositi nomine.ff.de peculio.

Si paria habent priuilegia , vt opponentes aiunt,
tunc concurrunt,etiam si diuersis temporibus depo-
suerint. glos.& Doctor. in d.l.priuilegia. hoc titulo.
& text.in l.si hominem. §.si.ff.deposit.Si vero fuerint 3
plures creditores , illi, qui gratis mutuauerunt, præ-
ferendi sunt fœneratoribus, text.in d.l.si ventri. §.in
bonis. vbi de Ripa not.3.suprà, eodem. dicens etiam
in re empta ex pecunia vsurarij præferri creditores,

Priuilegia æqualia quomodo cognoscantur.

qui gratis mutuauerunt , quod est notandum. Co-
gnoscuntur autem æqualia esse priuilegia ex causa:
nam si causæ priuilegiorum sunt pares , dicuntur
æqualia,si dispares,dicuntur inæqualia.Bar.in auth.
quas actiones.C.de sacrosanct.Eccles.& Ripa in d.l.
priuilegia.col.2.

Occupans, potior quis dicatur.

Inter creditores non priuilegiarios melior est oc-
cupantis conditio, si vigilauerit vt sibi satisfiat,ante-
quã bona debitoris possiderẽtur,l.summa.ij.respõso.
ff.de pecul. l. pupillus.infr.quæ in fraudẽ creditorũ. 4
postquã creditores cœperũt bona debitorum possi-
dere, omnia iura paria sunt facta , d.l. pupillus. si vni
solutum fuerit per gratificationẽ, vtroque creditore
instante,tunc omnibus communicari debet.l.si non.
§.primo. suprà. titul. proximo. His ad præfationem
tituli iactis fundamentis prosequor reliqua , propius
huius legis materiam tangentia,sed cum his poterit
quisque intelligere hunc titulum de priuileg. credi-
torum.sub titul.de rebus authoritate iud. possidend.

Hoc summarium Bart. non debet à Principe im-
petrari , quod iure communi conceditur , nnn com-
prehendit totum text. sed tantùm vltimam partem:
ideò ego sumo sic. Is qui bona iure vendita negat,
præiudicio experiri debet, non vero à Principe ven-
ditionẽ rescindi impetrare. Et sic iste tex.duas habet
partes,prout duo dicta tradit,secũda ibi,Et frustrà.
Et ne deinceps circa res tenues vos remorer , aggre-
dior glos. huius legis , postea secundum nouum in-
tellectum, speciem siue casum (vt communius dici-
tur) ad hanc legem effingam , & quamuis de Ripa
leges huius tituli fermè omnes interpretatus fuerit,
hanc quasi desperatam , & difficillimam reliquit.
Quamobrem dum sua scripta ad manus nostras
perue

peruenerunt, non potui non admirari, & intellectum iam in præclata ortus mei patria, huic legi assignatum, non confirmare, atque non omittendum esse, mei muneris & officij, sine certa explanatione existimaui.

Glos.2.& Doctores intelligunt hunc textum dupliciter. Primò in actore dicente sua bona non iure, vendita, quamobtem agebat rei vendicatione illi prǽiudicante venditioni, quæ tamen de facto tenuit.

Hic intellectus contradicit verbis huius text. quæ habent prǽiudicio experiri debere, & exponere præiudicio, id est, rei vendicatione, non est bene exponere, quia text. dixisset si voluisset, rei vendicatione, & non, præiudicio. Et diuersitas nominum, rerum diuersitatem inducit, l.si idem. C.de codicil. & quia in iure non probatur præiudicium accipi pro rei vendicatione: imò est differentia inter præiudicium & actionem rei vendicationis, in l.j.j.ff.de rei vendicatione. vbi dicitur, *Per hanc actionem non petuntur liberæ personæ, sed præiudicijs, vel interdictis experiundum est.* Quare hunc intellectum esse refutandum reor, licèt glos. in l.fin. ff.si liber. ingen. esse dica. in eodem errore persistat, vt hîc.

Præiudiciũ differt à rei vendicatione.

Secundus intellectus est Martini, quem etiam gl. 2.tradit, qui intelligebat hunc textum in reo venditore, cuius bona sunt vendita non seruatis solemnitatibus requisitis, & possesio illorum bonorum postea rediit ad eum, tunc contra emptorem agentem excipit is reus, cuius bona sunt vendita exceptione præiudicati, scilicet quòd venditio non valeat.

Etiam hic mihi nõ placet, quia tex. dicit, experiri debere: & sic in actore loquitur, qui propriè dicitur experiri, l.vnica. ff.de condict.ex lege.c.pastoralis.de causa poss.& proprietat. l.inter tutores. & l.si duo.ff. de administrat.tutorum. licèt etiam quandoque reus dicatur experiri, glos. in c.1.de iudic. l. cùm utiles.ff. de alien.iud.cap.qui generaliter. de Procurat.in 6. in hoc est impropriè, glos.in c penult.de re iudic. & in dubio non debemus verba impropriè accipere. l.iij. §.hæc verba.ff.de neg.gest.

Actor propriè dicitur experiri, nõ reus.

Item, quòd possesio peruenerit ad eum, cuius bona sunt vendita, non fit in hoc text. aliqua mentio: ergo hic intellectus est diuinatiuus, qui à iure improbatur, glos. in l.non iustam. C.ad Trebellian. & quamuis iuris interpretes primam interpretationem pedetentim sequantur, audite (quæso) quid super hac re sentiam, omissis aliis interpretationibus tam glos primæ, quàm Doctorum.

Ego verò hunc textum aliter posse intelligi arbitror, & primò defecerũt Doctores in hoc verb. præiudicio, quòd aliquando pro nocumento capiatur, vt, Nõ faciet præiudicium Titio, id est, non nocebit, l.penult.ff.de ma.testam. & l.j.ff.ne de sta.defunct. l. sæpe.ff.de re iudic. l.j. §.eleganter. & §.Iulianus. ff.de liber.agnoscen. l.si defensor. in princ.ff.de interrog. act. & alibi non paucis in locis, sed de his hactenus, cùm hîc non sic accipiatur. Reuerendiss. Cardinalis Adrianus in lib. de sermone Latino multa congessit ad hoc testimonia, tu igitur (nisi grauetis) eum videto.

Præiudiciũ pro nocumento.

Interdum prǽiudicium vocatur iuris responsum, seu iuris decisio & constitutio, & tunc dicitur res, quæ cùm statuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod sequantùr, vnde responsa prudentum, edicta Prætorum, constitutiones Imperatorum, ac leges, præiudicia appellari possunt: quia in his sunt propositæ res, & decretæ, quas iudicaturi sequi possunt, teste Ascon.Pædian. & Hegendor. in sua Dialectica legali.libro 4.circa finem. in argumen. à præiudicio. igitur quod à iure statutum est, hoc iudices sequi debent, §.sed & quod Principi.cum duobus §§.seq. Insti.de iure nat.gent.& ciuili.& l.leges. C.de legib. vnde sententia contra leges non valet, l.j. §. item.ff. quæ sententiæ sine appellat. rescind. nec etiam contra Canones.c.1.de re iud. & iudices ad seruandum leges iuramento adiguntur, l.rem nõ nouam. iuncta authent. hodie. C.de iudiciis. & authentic iusiurand. quod præsta.ab his.collat.2.sed hic verb. præiudicio, non sic accipitur.

Præiudicia iuris decisiones appellantur.

Aliquando verò dicitur præiudicium, præcedens iudiciũ, siue examinatio. vt 1.ad Timoth.5.c. Manus nemini citò imposueris, & nihil sine præiudicio facies. quod, in summa 24.dist. exponit glo. id est, præcedenti iudicio, & hoc iudicium præcedens Cicero actio.1.in Verrem. sic explicat, Primùm causam inimici tui subleuabis, de quo non præiudicium, sed plane iudicium iam factum putarut. Vide Iurisconsulti præiudicia pro cognitionibus causarum (quas ob legitimas rationes præcedere oporteat, si fortè cum aliis concurrant) accipiunt, vt non admodum referat, quam ob causam præcedant, modò sic iuris exigat auctoritas, propter iudiciorum ordinem, & sic accipitur hîc: nam venditio non iure facta prius rescindi debet, quàm res empta vẽdicetur. Aliquando tamen, & multoties capitur pro sententia interlocutoria, quam vim definitiuæ habere nostri aiunt: & potest dici interlocutoria præiudicialis, vt per Claudium Cantiunculam in Topicis iuris. argum. à præiudiciis. etiam de hac potest intelligi text. in l. sed & hæc. §.non solùm.ff.de Procurat. vbi præiudicium dicitur, quasi præiudicandum sit, id est, antea de eis iudicandum, quàm aliæ actiones, ab eodem, aduersus eundem, intententur, apúdque eundem iudicem.

Præiudiciũ pro iudicio præcedẽti.

Itẽ pro sententia interlocutoria, habẽte vim definitiuæ.

Exemplum tradit Laurent. Valla in Rauden. sic, Duobus Scribis de officio contẽndentibus, quia lis in longum protrahitur, Rex iussit interea dum sententia feratur, alterum officio fungi, quasi iudicans, nũc se pro eo sentire, penes quem esse vult rem, de qua agitur ex hoc præiudicio nimirum tacitè exhortans iudices ad iudicandum pro eo, pro quo præiudicium factum est, quod quidem valde coadiuuat possidentem, & obest excluso. Hæc ille. Hac sententia maximè (quam recredentiam Practici vocant) frequentius vtuntur Curiæ huius regni in beneficialibus, vt adiudicent habenti apparentiorem titulum, & clariorem, & sæpius Curiæ Parlamẽtorum Franciæ videntes rem protrahi in longum tempus, vni adiudicant rem per modum, vt dicunt, prouisionis, de quo fusiùs dicam in tract. meo prouisio.

Solent etiam prouisiones hæ per Curiam concedi, in causis alimentorum, dotium, medicaminum, & aliorum casuum descriptorum in Ordin.Reg. vbi abundè prosequor, & solent hæ sententiæ, non obstantibus oppositionibus & appellationibus, mãdari executioni, vt ibidem cernere est.

Sententiæ prouisionales.

Aliquando præiudicium dicitur cùm quadam lite præuia præiudicatur, vt petenti hæreditatem oppo

Actiones præiudiciales.

opponitur illegitimitas, quandoq; vel seruitus: primò enim de his cognoscendum erit, quia in eis praeiudicium verti ur aliis rebus sequentibus, & sic intelligitur rub. C. quando ciuilis actio praeiudicat criminali. vbi plenè Azo. in summa illius tituli elucidat, sic debet intelligi §. praeiudiciales. Insti. de actio. vbi plenè Ias. & alij, text. in l. fundum. cum seq. ff. de except. l. fi. ff. si libert. ingenuus esse dicat.

Praeiudiciales expensae, quae dicantur. Aliae dicuntur expensae praeiudiciales, quibus non solutis praeiudicatur ei, qui eas debet: vt nō audiatur non refusis expensis, etiam in aliis causis coram eodem iudice, Bald. in l. consentaneum. col. 5. versicul. item nota. nu. 31. C. quomodo & quando iudex. imò ille iudex potest mādare aliis iudicibus, vt eum non audiant, donec moram purgauerit. Bald. in c. cùm venissent. col. 3. de iudic. Ias. in l. sancimus. in 2. nota. C. de iudic. per glos. in l. sed & si. §. sed & si. in verbo, decreto. ff. ex quib. caus. maior. si tamen reus processerit in causa ad vnum actum, etiam cum protestatione de expensis, desinent esse praeiudiciales, quia postquam non tenebatur non refusis expensis procedere, si contrarium faciat, sibi praeiudicat, teste Masuer. in sua practic. rubric. de expens. versic. item expensae, &c.

Praeiudicium ratione contingentiae. Aliquando ratione contingentiae dicitur praeiudicium, quod tribus modis cōtingit, vel ratione actionis generalis, vt tutelae & negotiorum gestorum: vt si coram vno iudice super vna re te conuenire actione tutelae velim, & alios coram alio, non potero, l. nulli. C. de iudic. decisio. Neapol. quaest. 354. in causa. vel ratione pluralitatis personarum, & eiusdem facti, vt ff. de quib. reb. apud eundē iud. agatur. hoc etiam habet in criminalibus locum, quando plures vnum crimen commiserunt, inter quos eit vnus clericus, tunc omnes ad iudicem Ecclesiasticum remittentur. Iason in d. l. nulli. col. 1. in forensi tamen iudicio vidi contrarium seruari, vt laicus coram suo iudice puniatur, clericus coram suo iudice Ecclesiastico, vel quando duo iudicia competunt ad eandem rem, licet diuersis mediis, vt possessorum & petitorum, de quibus in cap. 1. & 2. & c. cùm Ecclesia. de caus. poss. & proprietat.

Item pro exceptione. Interdum praeiudicium pro exceptione ponitur, vt in rub. de except. & in l. generaliter. vnde rei iudicatae exceptionem, rei praescriptionem vocat Papinian. in l. iudicatae. ff. de except. rei iudicat. scripsi in tract. except. quaest. 2.

Aliisque multis modis apud Rhetores accipitur, vt per Quintilia. lib. 5. Insti. Orato. & per Trapezuntium Rhetor. libro 2. & per glos. in l. vt euidenter. 1. quaest. 1.

Facti species huius legis. Huius legis casus sic fingi potest. Debitoris bona sunt, non iure tamen, vendita per creditores, quaero qua actione possit debitor experiri? Respondet text. praeiudicio experiri debere, id est, iudicio praeiudicante illi vēditioni, videlicet vt agat ad rescindendū venditionem, vel praeiudicio, id est, anteiudicio & praecipitato, videlicet, vt prius agam ad rescisionem venditionis, & posteà facta rescisione res meas vendicabo. probatur in l. 3. ibi, *Rescissa venditione male fide facta, easdem res recipies* C. de fide instrument. & iure hastae fiscal. lib. 10. Secundò dubitatur, an à Principe debeat debitor impetrare rescriptū, vt illa venditio rescindatur, & rex. respondet non debere.

Ratio dubitandi. Dubitatio ad istum textum est, quia postquam bona sunt vendita, videbatur quòd creditores essent tuti, cùm venditio perfecta nequeat retractari. C. quando liceat ab emptio. discedere. Contrarium hic statuitur, ratio decisionis est, quia venditio non iure *Decisionis ratio.* facta, rata non habetur, l. ratas. C. de rescind. venditio. & pro non facta censetur, l. quoties. ff. qui satisd. cogant. l. iiij. §. condemnatum. de re iudic. & sic, vt faciat ad titulum, creditores nullum habent priuilegium in hac re, non iure vendita, licèt nulla habeant priuilegia, vt suprà declaratum exutit, & ista est vera huius legis sententia.

Antoninus & Seuerus.] Alciatus, olim collega meus apud Bituriges, lib. dispunctio. 3. c. 8. in fin. dicit Aelium Verum vna cum Antonino imperasse, & sic legendum, *Diui Verus & Antoninus*. cui assentit Nebrissensis in Lexico iuris ciuilis. in verbo, Antoninus. Ego verò insequor Pium Anton. in fine annotationum suarum ad leges de ordine Imperat. vbi *Alciati lectio reprehenditur.* dicit post Diuum Iulianū occisum, Seuerum imperasse, vna cum filio Antonino nomine Caracalla, & sic legendum puto, Antoninus & Seuerus, &c. cùm ij ambo regnauerint: & ita habetur in legibus, quas omnes corrigere deberemus, si sentētia Alciati vera esset.

Ibi, dum text. dicit, bona. not. quòd licèt remedium legis secundae non detur pro mobilibus, vt patet in l. ij. C. de rescind. venditio. & scripsi in tract. de rescis. contr. hoc etiam admisit consuetudo Curiarum Gallicanarum, vt in stylo Parlamenti est videre, in prima parte. rubric de actio. personali. §. fin. & Masuer. cōfirmat rub. de emptio. §. item pro mobili. facit l. si ea lege. C. de vsur. quae est de iure Canonico correcta, teste Decio consil. 123. Perleċtis. col. 1. idem dicens, videlicet legem secundam, non habere etiam locum pro temporali locatione, & venditione fructuum, secus in perpetua, l. item si pretio. §. fi. ff. loca. quia mobilium vilis & abiecta est possessio, l. rem mobilem. ff. de acquir. possess. & communius in his agitur de modico, pro quo non curat lex rescindere contrarium, l. scio. ff. de in integ. restit. tamen remedium huius legis pro mobilibus dabitur: nam illud remedium datur ad rescindendam venditionem iure factam, hoc ad rescindendam non iure factam, & hoc probat iste text. vtens hoc verb. bona, nec video consuetudinem regni huic sententiae cōtrariam: sed quotidie video bona mobilia non iure vendita repeti.

Sed intra quod tempus debeat, ad huiusmodi venditionem rescindendam agi dubitabatur. Quidam dicunt officio iudicis intra quadriennium. cap. cum causa. & ibi glos. de emptio. & venditio. sed haec opinio refellitur per Doct. ibi, & in d. l. ij.

In hoc Franciae regno quidam putant agi debere intra decem annos, per ordinat. regiam Ludouici Pij rub. *des rescisions des contracts*, vbi statuit omnes restitutiones siue rescisiones contractuum, & distractuum, deinceps debere spatio decem anuorum *Praescriptio contractuum, siue distractuum restitutionum.* praescribi, & posteà agi non posse, & sic, secundum eos, non audiretur quis post decem annos in hoc regno, etiam ex hac causa. Ego verò putarem hoc remedium annis triginta tantum, sicut aliae personales actiones, praescribi posse, glos. in d. l. ij. & c. cum causa. de emptio. nec habet locum in hoc casu ordinatio,

tio,cũ dicat, *Toutes rescisions fondees sur dol & fraude, &c.* [Omnes rescisiones super dolo & fraude fundatas,&c.] & sic limitat.Item dicit, *Es cas cy apres declarez.* [In casibus posteà hic declaratis.] Ergo in casibus ibi non declaratis non habet locum, vt dico in tract.de rescisio. contractuum.

Putarem tamen, quòd tertius emptor præscriberet, per longum tempus, cum bona fide & titulo:nec sibi obesset mala fides authoris, id est, primi emptoris, si secũdus emptor ignorauerit alienationem non iure factam.authen.malæ fidei.C.de præscrip.longi tempo. Ioan.Francis.Balbus in tract.de præscript.in 4.parte.4.partis.princ.q.26.

Not.ibi, negant, iuncta glos.quòd negans bona iure vendita, hoc non debet probare, cùm per rerum naturam factum negantis, probatio nulla sit.l.actor. C.de proba.c.bonæ.j.de elect.c.quoniam.de probat.

Negans quod factũ, quandoque probat.

Nec refragatur l. j. C. de fide instrument. & iure hastæ fiscal.lib.10. vbi is, qui dicit venditionem non iure factam, probare debet : quia debet intelligi quando in instrumento apparet solemnitas, tunc negans hoc probat, cùm stetur instrumento, l. cum precibus. C.de probatio.secus si in instrumento nihil appareat: quia tunc solemnitas non præsumitur, nisi probetur. Albei. hic, etiam quia negatiua nihil ponit:ideò à reo non probatur. Bald.in l.peremptorias. num.36. & in l.si quidem. in princ.C.senten.rescindi non posse.

Bona quando iure non dicantur vendita.

Nota ibi, iure, &c. iuncta glos. quòd qui negat bona iure vendita, præiudicio experiri potest, vt hic dicitur, sed ad glos. elucidationem quæro, quare negabat iure vendita? Glossa respondet, quia bona defendebantur, & Prætor ait bona eius, qui non defenditur, possideri vendíque posse : ergo si defendatur iure, vendi non possunt, l.Fulcinius. § j.suprà. quib. ex causis in possess.eatur. & defendi is demum videtur, qui boni viri arbitratu defenditur, & ideò non potest videri boni viri arbitratu litem defendere is, qui actorem frustrà lo efficit, ne ad exitũ controuersia deducatur, l.pen & vlt.ff.de Procurat.& sic debet intelligi quando iure defendebatur reus, & tamen bona eius sunt vendita, tunc negat iure vendita, vel quia is, cuius bona sunt vendita, latitabat: tamẽ dicit glos. fortè in hoc secundo casu valet venditio, sed per restitutionem in integrum resc.inditur, l.si finita. §.si forte. ff.de damno infect. vbi dicitur Prætorem non debere festinare ad decernendum, vt iubeat possidere bona eius, qui reipublicæ causa abest, aut ex alia iusta causa, sed & si decreuerit, in integrum restitutionem indulturum. Sic & quando quis latitat, & bona eius venduntur, in integrum restitutionem petere potest, quod verum intelligerem, quando latitaret sine fraudatione, quia tunc non sunt iure vendita : secus si latitet fraudationis causa, videlicet vt fraudet creditores, d.l.Fulcinius. §.j. & seq. & §. sed is qui.nam malitiis est tunc obuiandum, l.in fundo.ff.de rei vendica.c.sedes.de rescript. hodie etiam fortè si fraudationis causa, dũmodò fraus nõ probaretur, per literas Regias solutis expensis releuaretur.

Latitãs bonis eius vẽditis, restitui potest.

Alij dicebant, vt Mart. quòd quis negabat iure vendita, eò quia erant vendita fortè ob tributa : tamen non seruatis solemnitatibus, & ista potest esse vera per tex.in l.j.C.de fide instrumen.& iure hastæ fiscal. lib. 10. vbi venditio non valet, si non fuerint seruatæ solemnitates. Et quando est omissa solemnitas in aliquo actu, actus est nullus, nisi solemnitas fuisset leuis, vel non necessaria, l.j.§.fi.ff.de ventre inspic. declarat Alexand. in l.filiusfamilias. §. Diui. col.3.ff.de leg.1. & Felin.in c.exhibita.col.1 de iudic. plenius Albert.Brunus in tracta de forma & solemnitate actus in rub. quotuplex est forma. & abundè per totum tractatũ residuum glos. j. suprà reprobaui, non insisto vltrà in hac glossa, sed prosequor text.

Itẽ nota ibi, præiudicio, &c. quòd priùs agendum est remedio rescindente, quàm rescissorio : & sic priùs debet venditio rescindi, quàm res peti, & vendicari.§.rursus. Instit. de actionib. l.ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus caus. maior. & rescisso testamento per querelam, datur petitio hæreditatis. l.qui de inofficioso. ff.de inoffic. testamen. Socin.consil.134.Visa petitione.col.2.vol.1.

Iudicium rescindens, & rescissoriũ in Francia simul intẽtantur.

Hodie tamen practica iusta & sancta in hoc Franciæ regno inualuit, vt iudicium rescindens, & rescissorium simul prosequantur : concludit enim actor ad rescisionem venditionis non iure factam, & ad dictæ rei venditæ restitutionem sibi faciendam, arg. l.sin autem. §.j. ff.de rei vendica.l.quæsitum.ff.de peculio. & hoc est introductum, vt lites abbreuientur, & circuitus euitetur.teste Berber.in viatorio iuris.in 4.parte.rubr. de rescisso. & Guido. Pap. in Decisin. Delphin. quæst.143. post Specula. in tit. de in integr. restit.§.3.versic.sed nunquid in eodem libello.

Iudex iudicij rescindentis & rescissorij.

Sed quis erit iudex vtriusque iudicij? Videtur quod iudex loci, in quo sita est res, arg.l.qui proprio. §.item quæritur.ff.de Procurat.alioqui iudex domicilij, si alibi esset res, non posset suam mandare sententiam executioni, & sic esset elusoria. contra l. si Prætor.ff.de iudiciis. & facit rub.C.vbi in rem actio exerceri debeat.vbi res debet peti coram illo iudice, in cuius iurisdictione sita est.

Arrestũ, quo iudex domicilij rei potuit cognoscere.

In contrarium fuit iudicatum in hoc supremo Senatu, vt iudex domicilij rei posit cognoscere : quia iudex iudicij præparãtis, est iudex iudicij præparati, Bald.in l.ordinarij.C.de rei vendica. nec erit sententia eius elusoria, quia sententia poterit mandari executioni per iudicem, in cuius territorio est res sita, ad literas iudicis domicilij.

Frustra, &c.] Nota quòd frustra impetratur quod iure communi conceditur, l.vnica. C.de thesauris.libro 10. sed hodie in hoc Franciæ regno alio 5
iure vtimur : nam in omnibus ferè casibus, etiamsi à iure communi concedatur principale beneficium, impetramus & literas Regias, argum.l.ille à quo.§. tempestiuum.ff.ad Trebel. & hoc Regis remedium implorandum esse testatur Bald. in l.si frater. C.qui testamenta facere possunt. quod non deficit iustè supplicantibus, l.ij.ff.de his qui sunt sui, vel alie.iur. & non est mirum de hac impetratione, quia plus timeri solet quod à Principe conceditur, glos in c.j.de rescript. & in multis casibus impetratur à Principe, quod à iure communi conceditur, maximè ad tollendum dubium, c.quia in causis. de Procurat. c.ex tuarum.de authnr. & vsu pallij. Lucas de Penna in l. vnica.col.3. C.de castren.omnium Palati.pecu.lib. 12. Chassan.in §.j.in glos.vltim.rub.*des successions*.in consuetud.Burgund.& puto ex eo introductã regni Franciæ practicam: quia cùm leges (vt leges) in hoc non seruentur regno, licèt aliquid à iure concedatur, dubitabant practicantes an in hoc regno haberet locum: ideò recursum habuerunt ad Principem nostrum,

ſtrum, qui hoc declarat per literas, quod eſt notandum, vel vt pecuniæ ad ſigillum perueniant, aut ex inſcitia impetrantium, primæ tamen iuſtius eſt adhærere ſententiæ.

Venditio nulla ſine literis Regiis in Francia non reſcinditur.

Et ſic, quoad hoc, finis huius legis non ſeruatur
in hoc regno, quia ſine impetratione literarum, non
reſcinderetur per iudices etiam venditio nulla, qua-
tenus de facto proceſsit, nec nulla declararetur, fal-
tem in patria Franciæ conſuetudinaria. Idem in con-
tractibus factis dolo: etiam ſi dolus daret cauſam
cõtractui, vel metus, vel in quibus quis eſt deceptus,
vltra dimidiam iuſti pretij, ſemper impetrantur li-
6 teræ Regiæ, & in omnibus caſibus in quibus caueri
nobis volumus præter, vel contra ius, vt dico abun-
dantiùs in noſtris, ad Ordin. Regias, Commentariis.

Iſta tamen pro complemento huius legis, & per tranſennam dicta notanda ſunt. Maiora (dilectiſsimi auditores) dixiſſem, ſi meo ingenio, meiſq; libris in præſentiarum vti potuiſſem, quibus omnibus viſendæ charisſimæ matris cauſa careo. Interim oro vos, vt æqui boníque conſulatis, quicquid eſt huius rudioris fœturæ, quod facilè aſſecuturum me ſpero, ſi Socratis aureum dicterium in mente habueritis, qui cùm ab amico admoneretur, quòd hoſpites excepturus admodum tenuem feciſſet apparatum, Si boni ſint, inquit, ſatis erit: ſin minus, plus ſatis. Cùm igitur omnes boni ſitis, ſatis erit vobis: maiora propediem editurus, ſi mihi præſtent diuturnioris vitæ curricula ſuperi, quibus non quas debeo, ſed quas poſſum habeo, & habiturus ſum gratias in perpetuum.

Elegãs Socratis dictum.

FINIS.

NOVVS

NOVVS AC PERVTILIS INTELLECTVS L. SI QVIS PRO EO. ff.de fideiuss. quam quidem D. P. Rebuffus apud Bituriges,anno 1533.& die mensis Sept.18. dum suum ab illis discessum parat,interpretatur.

***

SVMMARIA.

1 *Iuramentum pactum non vestit.*
2 *Promissio iudicialis obligat aliquem.*
3 *Via periuriis non aperienda.*
4 5 & 6 *Iuramentum errore,metu,vel dolo factum, non producit actionem.*
7 *Quando in peiorem exitum dicatur vergere.*
8 *Fideiussor pro non obligato non accedit.*
9 *Fideiussor pro alieno facto,intelligitur fideiubere omni modo quo valere potest.*
10 *Fideiussor promittendo pœnam,ad quam debitor non tenebatur,obligatur.*
11 *Iuramentum omne, quod sine detrimento salutis æternæ seruari potest, de iure Canonico seruandum.*
12 *Statuto ob causam publicam inducto non potest renunciari,etiam cum iuramento.*
13 *Matrimonia quomodo apud Babylonios tractari solita.*
14 *Iustitia & æquitas debent omni iuramento inesse.*
15 *Legis transgressor dicitur, qui contra legem facit, etiamsi verba in rem dirigantur*
16 & 17 *Conuentio de re pignorata quando valeat.*
18 *Contractus nobilium statuto prohibitus, iuramento non firmatur.*
19 *Iuramentum super testamento sine solemni numero testium quem effectum habeat.*
20 *Reuocatio causa mortis duplici ex causa.*
21 *Ordo in notoriis non seruatur.*
22 *Fideiussor in casibus, quibus non tenetur, vt fideiussor, iurando se obligat tanquam principalis.*
23 *Venditio in absentia, sine organo facta, iuramento non confirmatur.*
24 *Societates inter virum & vxorem, licèt inæqualitatem contineant, iuramento firmantur.*
25 *Contractus per nimiam reuerentiam factus, censetur excludere consensum.*
26 *Iuramentum capit eandem conditionem, quam contractus, super quo interponitur.*
27 *Contractus factus inter patrem & filium, dominum & seruum, an iuramento firmetur?*
28 & 29 *Causa finalis duplex.*
30 *Lex ciuilis in quibus Canoni cedat.*

LEX LVI. PAVLVS.

SI quis pro eo, qui libertus non esset, & operas præstiturum se iurasset, fideiusserit: non tenebitur. Item si filius à patre, vel seruus à domino stipuletur, nec fideiussor acceptus tenetur: quia non potest pro eodem & eidem esse obligatus, ex diuerso ergo patre à filio, vel domino à seruo stipulato, fideiussor acceptus tenetur. Si numos alienos quasi tuos mutuos dederis sine stipulatione, nec fideiussorem teneri, Pomponius ait: Quid si consumptis numis nascatur condictio? fideiussorem puto obligatum fore: in omnem enim causam acceptus videtur, quæ ex ea numeratione nasci potuit. Pro furti actione fideiussor accipi potest, item pro eo, qui in legem Aquiliam commisit diuersa causa est popularium actionum.

CVm patres suas gratis filiis hæreditates, ac Doctores auditoribus scientiam per manus relinquere soliti sint (doctissimi viri) hæc mente mea reuoluens, piaculum, nisi munere aliquo ante meum (qui fœlix & faustus sit) discessum vos donarem, commisisse viderer, eamque consuetudinem in contemptum ducere. At quænam in præsentiarum munera darem, animi pendebam, non Cyclopis (quod absit) donum: non Midæ, nec Tantali talenta offerre in animo erat: nec enim poteram, sed plusquam Zopyri donis, ipsis videlicet priuilegiis maximis, nostro iam marte compilatis, vos honestare decreueram. Verùm, vt adagio dicitur, Iupiter, haud, quicquid animo conceperit, illud extemplò quidem perficit, verùm illud esto: aliquado tamen, Deo fauente, ea scholasticorum priuilegia in apertum proferam. Vos interim semel atque iterum rogans, vt lubentes nostram suscipiatis operam, & xenia discessus nostri.

Itaque, vt mei memores sitis, interpretationem ad l. si quis pro eo ff. de fideiuss. pignus perpetui erga vos amoris, vobis relinquam, eam benigno suscipite animo. Accepit & glebam (vt parœmia dicitur) erro, & quantæ vtilitatis, subtilitatis, ac emolumenti vobis hæc futura sit, vestrum posthac erit iudicium, verumtamen (vt reor) operæpretium non pœnitendum, si benignas patientésque accommodaueritis aures, ex his nostris xeniis facietis.

Dei Optim. Maxim. inuocato præsidio. Hæc lex, licèt sit in text. facilis, tamen in ea tractatur plenius, quàm alibi, materia iuramenti confirmatorij actus inualidi per Bart. cuius vestigia hîc sequemur, pro intellectu cuius, & totius materiæ præmittendum est, quòd iuramentũ quoddam est litis decisorium, quod præstatur ad litis decisionem, vt l. j. C. de reb. cred. & per totum tit. præcipuè in l. j. ff. de iureiur. vt si oeges te debere centum quæ peto, ego defero iuramentum, quod si accepres, & iures, lis decisa cēsetur: nam maximum remedium finiendarum litium in vsum venit iurisiurandi religio, d. l. j. ff. de iureiuran. & hoc trifariam partitur: quoddam enim est voluntarium, alterum iudiciale, aliud necessarium, glos. in rub. ff. de iureiuran. & in d. l. j. c. fin. illo tit. vbi dicitur iuramentum voluntarium esse, quod à parte parti defertur, extra tamen iudicium, de quo loquitur l. iusiurandum quod ex conuentione. ff de iureiuran. Iudiciale, quod à parte parti in iudicio, & hoc iuramentum producit actionem, l. actori. & l. j. C. de reb. credi. Necessarium autem est, quod in defectum probationis iudex defert, l. admouendum. ff. de iureiur. & l. in bonæ fidei. C. eodem. & ista ibidem iuramenta fusiùs tractantur: sed quia hic de alio loquimur, ob id ad illud accedamus.

Iuramentũ litis decisorium.

Quoddam iuramentum est promissorium, seu introductorium obligationis, vt quando obligatio, quæ non erat, mediante iuramento introducitur, & de iure ciuili sunt duæ opiniones. Prima fuit Citramontanorum nostratum: altera Italorum, videlicet Vltramontanorum. Discutiamus vtramque opinionem. Prima opinio habet, quod ex iuramento promissorio, de iure ciuili non oritur actio, vt, Iuro facere domum. Iuro dare decem: ex his enim iuramentis nulla oritur actio secundum Bartol. & alios Vltramontanos, quod sic probatur: Iuramentum est quædam asseueratio, addens vinculum religionis simplici assertioni. Proinde iuramentum non includit consensum, per quem iurans se velit obligare: sed eius essentia cōsistit in hoc, vt addatur vinculum religionis. Hæc igitur est causa, quare ex iuramento de faciendo vel dando aliquid, non oriatur obligatio, quia actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si certum petat.

Ex iuramento promissorio an oriatur actio de iure ciuili?

Ex hoc non oriri actionem, probatur.

Secundò, sic probatur, speciale est in liberto, vt ex iuramento præstito causa libertatis, obligetur, l. vt iurisiurandi. ff. de oper. libert. ergo in contrarium ius commune erit. Ius singulare. ff. de legib. l. j. ad municipal. & §. sed & quod Princip. Instit. de iure natu. gent. & ciuil.

Tertiò, iuramentum fuit inductum, vt per illud finis litibus imponeretur, l. prima. ff. illo titulo. & vt incredulis faciliùs credant, cap. & si Christus. de iureiurando. ergo non fuit repertum ad vestiendum pactum, & sic non inducit obligationem, nec actionem, quia inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium effectum, l. legata inutiliter. ff. de legat. primo. nec obligationes ex obligationibus oriri debent. l. iuij. §. ait Prætor. ff. de re iud.

Quartò, iuramentum venit ad pactum, vt quoddam accessorium: igitur illud non potest vestire. l. ex pupillari. ff. de vulg. Regul. cùm principalis. de regul. iuris.

Quintò, nulla lege cauetur, ob id erubescimus. l. dissentientis. C. de repud. l. illam. & ibi Iason. C. de collatio. §. consideremus. in fine. de triente & semis. collatione 3. in authen.

Sextò, quia ius ciuile considerauit, quod proni sunt homines ad malè seruandum iuramentum, & per consequens faciles esse ad periuria. Et ideò vt tolleret materiam periurandi, voluit quod non obligaretur quis iuramento, vt sic videntes homines quod iuramentum non esset species obligationis inducendæ, se de iuramento non intromitterent, nec inducerent alium ad iurādum, ex quo viderent tale iuramentum non habere effectum. facit l. j. & ij. C. de indict. viduita. Imol. in dicto cap. cùm contingat. col. 9.

Et ista fuit sententia glos. iuris ciuilis hîc, & in d. l. vt iurisiurandi. & hîc Barto. & Bald. in l. prima. col. secunda. C. de operis libert. & in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & ibi hoc tenet Salic. & Ias. Angel. in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact. & Imol. in cap. cùm contingat. col. decimaoctaua. numero 30. de iureiurando. vbi dicit istam communem sententiam, & eam communem Italorum dicit Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione. colum. penultima. ff. de iureiurando. cum aliis multis, quæ (ne lectorem prolixitate fastidiam) de industria omitto.

Contrariam sententiam tenuerunt Galli nostri, quòd ex iuramēto promissorio oriatur actio, etiam de iure ciuili, quod sic comprobabimus: nam si iuramentum tendens ad confirmationem contractus inualidi, & sic indirectè ad obligationem inducit obligationem & actionem, vt in dicta autheor. sacramenta. ergo multò magis debet inducere, quando actus est validus, & tendit directè ad obligationem, vt est iuramentum promissorium, quod lex vult seruari, etiam si per minorem fiat: multò fortiùs si per maiorem fiat promissio. vt dicta authent. sacramenta.

Ex iuramento promissorio oriri actionem, rationibus comprobatur.

Secundò allegatur text. melior iuris, in l. si quis maior. C. de transact. vbi veniens contra transactionem iuratam, perdit actionem ex promissione iurata ortam, sed de iure ciuili non oritur actio ex pacto nudo, l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff. de pact. ergo fuit orta ex iuramento, & illum text. ponderauit Anton. de Butri. in d. c. cùm contingat.

Actio ex promissione iurata.

Tertiò, quando lex remittit iuramentum, vult tamen id fieri, vel dare ad quod tenebatur, l. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de conditionib. instit. multò fortiùs vult fieri quando est iuratum, & si non fiat, dat actionem: quia in d. §. quoties. dicit compellendum, ergo per actionem. arg. l. statuas. ff. de acqui. rer dom.

Quartò, lex debet esse iusta & honesta, c. erit autem. 3. dist. l. j. ff. de iustit. & iure. & l. iustitia. §. primo. sed non esset iusta & honesta, si iuramentum etiam promissorium non seruaretur: imò esset contra ius diuinum. Numerorum cap. 30. sic habetur, Si quis virorum

virorum se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promiserit implebit, & contra iuramentum ius ciuile non potest disponere, vt nota. in c. j. de constit. quia inferior legem superioris tollere non potest. clem. ne Romani. de electon.

Ius ciuile nō dispensit contra iuramētum.

Quintò, obligatio est iuris vinculum, quo necessitate quis adstringitur, §. j. Insti. de obliga. sed si iuro dare centum necessitate adstringor ad ea dandum: & est iuris vinculum, c. quanto. de iureiur. ergo est obligatio orta, & sic actio: imò, etiam iuramentum per vim præstitum obligat. glos. in c. authoritate. 15. q. 6. fortiùs libere præstitum.

Sextò, summa est ratio, quæ facit pro religione, l. sunt personæ. ff. de religio. & sumpt. funer. sed iuramentum est religio. l. j. ff. de iuteiur. ergo, &c.

Septimò facit text. in c. vnico. de no. for. fidel. vbi vassallus iurans domino fidelitatem, adstringitur ad seruandum ea, quæ promisit. Et licèt speciale dicant esse quidam in vassallo, fateor quòd ratione speciali, id est, feudi, debetur ipsi domino à vassallo fidelitas, & sic specialitas stat in forma fidelitatis, non in eo quòd iuramentum sit specialiter obseruãdum: nam ab omnibus obseruari debet, c. ego N. de iureiurand. & à scholaribus iudicibus, & aliis, frustrà iuraretur, in authen. iusiurand. quod præstatur ab his. colla. 2. & c. 1. de iureiur. in 6.

Octauo, iuramentum de iure ciuili habet exequutionem paratam, Bart. in l. ij. ff. de iureiur. & Ias. in §. item si quis postulante. Instit. de actio. & Petruc. in 22. effectu iuramẽti. Ergo & fortiùs poterit actionem producere, quod est minus, & scripsi in repetit. l. quod iussit. ij. not. ff. de re iudica.

Iuramentū parit paratam executionem.

2 Nonò, iuramentum & iudicium æquiparantur, l. qui iurasse. ff. de iureiur. sed promissio facta in iudicio obligat, l. cùm ostendimus. §. fin. ff. de fideiuss. tutor. etiam sine causa. glos. in l. j. ff. de interrogato. actio. ergo idem est in iuramento. Bal. in rubr. C. de rer. permuta. Roman. consil. 373. In casu proposito. Barbat. consil. 25. col. 9. vol. 1. de Petruc. in tractat. de virib. iuram. in 7. effectu.

Decimò, superfluè introduceretur iuramentum hoc promissorium, si non produceret actionem, cùm aliud non inducat, nec operetur, & nihil superfluitatis est in iure, in proœmio Instit. & in prima constitutione. C. & ludibrio esset, quod non debet. arg. l. si Prætor. ff. de iudic.

Vndecimò, iuramentum est à lege approbatum, nisi in certis casibus à iure expressis, l. non dubium. in fin. C. de legib. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. j. sumendo arg. à contrario, ergo ex eo oritur actio. l. legitima. ff. de pact. l. vnica. ff. de condict. ex lege. & hoc etiam tenuit Panor. in c. cùm venissent. in fine. de institut.

Duodecimò, probatur in l. si duo. §. ij. & seq. & l. duobus. §. fi. ff. de iureiur. vbi dicitur dari actionem, licèt Doctores dicant esse in iuramento necessario, & iudiciali: tamen idem videtur etiam in iuramẽto promissorio, cùm lex velit iuramẽta seruari, & non reperiatur contraria decisio de hoc iuramento, nisi in quibusdam casibus, ergo producet actionem: regulariter enim ciuilia puniuntur periuria, l. si duo. §. fin. ff. de iureiur. l. Lucius. ff. de his qui not. infam. & qui vult iuramenta seruari, & non distinguit de quibus: ergo etiam omnia promissoria vult seruari, quæ non seruarentur si nullam producerent obligationem & actionem, ideò debent eam producere.

Decimoquartò, nõ obligatur quis ex iuramento, quando non est ritè interpositum: ergo ex ritè interposito obligatur, l. seruũ testamento ff. de manumiss. testa. sed ex obligatione oritur actio, l. licet. §. j. ff. de Procuratorib. & sic ex iuramento promissorio.

Decimoquintò, non valeret actus omni modo meliori quo posset, quod esset contra l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg ij.

Decimosextò, inter ciuili promissa debent seruari, l. vnica. C. de suffrag. ergo & fortiùs iuramentum promissorium.

Decimoseptimò, iuramentum habet vim transactionis, & maiorem authoritatem, quàm res iudicata, l. ij. ff. de iureiur. sed ex sententia & re iudicata oritur actio, l. miles. §. qui iudicari. & l. iuj. ff. de re iud. ergo & ex hoc iuramento, cùm maiorem habeat authoritatem.

Iuramentū potentius, quam res iudicata.

Postremò facit l. fin. ff. qui satisdare cogan. vbi ex causa licitum est venire cõtra id, quod est iuramento promissum: ergo nisi subsit causa debet seruari etiam iuramentum promissorium.

Non obstant argumenta in contrarium suprà adducta. Et primò, quòd iuramẽtum sit quædam assertatio, quæ non includit consensum. Respondeo, quòd non præsumitur quis iurare, quod mente non cogitarit, & sic in quo non consensit, atq; l. Labeo. ff. de supell. legat. imò non dicitur quis iurare indeliberatè, seu incõsultè. Alex consil. 27. Viso. col. 3. in 1. vol. Do. de Petruc. in tract. de virib. iuramenti. in 13. effectu. & iuramentum à mente iurantis regitur, l. fin. C. de non numera. pecu. c. veniens. de iureiu. c. clericus. illo tit. & c. iuramenti. 22 q. 5. imò iustum est, vt qui iurat, seruet iuramentũ, & ista est iustitia naturalis, & nota. Qui enim aliquid iurat, ideò iurat, quia habet intentionẽ obseruandi, alioqui non iuraret, vt Dauid Psalm. 147. Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ, & sic non operatur vltra intentionem.

Respōsio ad argumenta contraria.

Secundum non obstat, videlicet speciale esse in liberto Respõdeo, verum esse vt obligetur ad operas, quæ libertatis causa imponuntur: ideò ea libertate deficiente, tãquam materia, cessat obligatio & actio, text. in d. l. vt iurisiurandi. vt enim obligatio contrahatur, libertum esse oportet, qui iuret, & libertatis causa iurare, quæ si non adsit, non oritur obligatio. l. ij. ff. de oper. libert. ibi, *Hoc edictum Prætor proposuit, coarctandæ persecutionis libertatis causa impositorum.* Ergo si operæ non imponantur causa libertatis, non debentur: quia tam materia, ex qua promittuntur operæ, scilicet ipsa libertas, deficit, quàm causa ex qua à Prætore pollicita est actio. l. certum. §. si quis absente. ibi, *Nec qui iurat, de operis obligatur.* ff. de confess. l. in liberto. ff. de solutio. vbi in liberto antiquior contractus operarum esse non potest, sine quibus libertas ei data non esset.

Iuramentū deficiente materia, propter quā iuratur, nō obligat.

Item facit l. operæ. ff. de oper. liber. vbi dicitur operas causa libertatis impositas deberi nõ posse, nisi patrono, cũ proprietas earũ, & in edentis persona, & in eius, cui eduntur, cõsistat. Itaq; in eo operę tales sint, vt nullũ obligent, nisi libertum. Si ergo iureiurando promittuntur, non ob hoc debebuntur: vides ergo, quòd hoc non est quin ex iureiurando oriatur actio, sed quia deficit materia, ex qua imponuntur, & hoc probo per d. l. operæ. & l. seruus. illo tit. vbi, qui non

est libertus, si promittat per stipulationē operas, non obligatur, non quin ex stipulatione oriatur actio, §.j. Instit. de verbor. obligat. sed quia deficit materia, vt dixi, facit l. si plagij. ff. de verb. obl. l. multum. & seq. ibid. sic etiam iuramentū non introducet obligationem, nec actionem deficiente materia habili ad obligationem, facit text. in l. pen. ff. de obseq. vbi sunt ista verba, *Nullum ius libertatis causa impositorum habet pater in filio emancipato: quia nihil imponi solet liberis. Nec quisquam dixerit iureiurando obligari filium manumissori patri, vt libertum patrono: nam pietatē liberi parentibus, non operas debent.* En ergo operas deberi à liberto, causa tā magni boni, videlicet libertatis, quia deficiente, non oritur actio, nō quòd iuramentū non producat actionē: sed quia defecit materia, d. l. operę. & l. liberti. C. illu titu. vbi operæ officiales semper sequuntur auctorē suum, & seruitus non potest imponi Ecclesiæ iam constructæ & liberæ, c. significatum. de præbend. vbi Decius, sic nec operæ liberto. & sic intellectus peculiaris & niridus datur, tam ad d. l. vt iurisiurandi, quàm ad hanc l. & l. fin. ff. de liberal. causa. & quia in illis casibus leges prohibent actionē dari: aliquì dicit text. in l. fi. ff. de liberali caus. seruū non aliter, quàm liberū obligari. & postea subdit sic, *Ideò autē solet iusiurandū à seruis exigi, vt hi religione adstricti posteaquam suæ potestatis esse cœpissent, iurādi necessitatē haberent, &c.* Ecce ergo quòd iuramētum obligat & adstringit, ac necessitatem iurāti imponit.

Obiectionis solutio. Tertium non obstat, quòd iuramentum est introductum, vt esset finis litiū, quia verū est iuramentum esse litis decisiuum, de quo proximè dixi, & loquitur d. l. j. C & ff. de iureiurando. secus in iuramento promissorio, vt in c. j. & c. debitores. & c. quāto. de iureiur. c. j. illo tit. lib. 6. nec vnum & idem iuramentum inducit contrarium effectum: imò ducit effectum ad quem introductum est, postquam iuramentum litis decisiuum producit actionem, licèt ad hoc non tendat, fortius in hoc iuramento obligatorio.

Non obstat aliud, quòd iuramentum venit accessoriè ad pactum, & sic non producit actionem: quia text. est in contrariū in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. vbi iuramentū dicitur habere clausulam, vt valeat omni meliori modo, quo potest. Et quando dicatur accessorium, vel principale declarat Bal. in §. item sacramentum. col. 2. de pace iuram. fir. vbi dicit quòd si in actu substantiando sit necessarium, dicitur principale: sed si in actu protegendo, ne rumpatur, dicitur accessorium, allegat l. controuersia. ff. de transact. nec cessato principali, censetur ruptum iuramentum, quod in illo actu interuenit, licèt sit accessorium. glos. in c. cùm non deceat. de electio. lib. 6. De Petruc. in d. tract. effectu 31.

Principali facto irrito iuramentum non censetur irritum.

3 Responsio ad aliam obiectionem. Nec obstat ratio Imol. quia secundum eam, via aperiretur periuriis, quod est prohibitum in c. clericos. de cohabita. cler. & l. ij. C. de indicta viduita. tol. & in concernentibus periculum animæ præsumere debemus in partem tutiorem, c. iuuenis. de sponsal. c. vnico. de scrutinio in ord. fac. imò si producatur actio ex iuramento, cogitabit quis iurando promittere, si non obligaretur, via aperiretur periuriis. Item in quibusdam casibus lex sustulit iuramentum interponendum, secus in interposito, l. quæ sub conditione. ff. de condit. instituitionum. & l ij. suprà allega. ergo in aliis casibus non frustra disputaretur de iuramento.

Nec obstat quòd nullo iure cauetur: quia imò vt in d. l. Actori. & in dict. legibus suprà allegaris, quæ licèt Doct. dicant loqui in aliis: tamen generaliter loquitur, nec est lex prohibens ex iuramento promissorio actionem non oriri, quando est materia habilis, & est ritè interpositum, & istius sententiæ fuit Magebesil. no. 56. Nota nouā. & Fel. in c. j. col. 4. de pact.

Iuramentū ritè interpositū obligat.

Amplia procedere, etiam secundum cōmunem, quando in pacto nudo interuenit iuramentum, tunc vestitur, & ex illo oritur actio, per d. l. si quis maior. C. de trans. Bar. hic in 6. mēbro. Panor. in c. cùm venissent. col. vlt. de institu. Salic. in d. l. si quis maior. & Do. de Petruc. in tracta. de virib. iuram. in 13. effectu. dicens esse communem, & sic sequendam tanquam veritati consonā, licèt contrariū teneat Bal. in §. item sacramenta. col pen. de pace tenend. & iuram. fir. in feud. & l. cùm antea. col. vlt. C. de arbit. dicēs nudum non posse vestire nudum, attamen cùm saltem sit geminatum pactum, producetur actio, Ias. in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff. de pactis. nec dicitur nudum, vt suprà dixi. glos. in d. §. j. Instit. quib. modis re contrah. obliga. & in d. l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pactis.

Pactū iuramento vestitū parit actionem.

Fallit, quando esset nudum à consensu, vt in pacto simulato: nam postquam non habet consensum, non habet speciem, nec formam. Bald. in l. j. C. de oper. libert. & infrà dicitur.

Rursum amplia etiam in vltimis voluntatibus: nam si testator in minus solenni testamento leget centū, & iuret se præstare velle, debetur & inducitur actio, l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff de leg. 3. & d. l. cùm pater. §. filius matrem. de leg. 2. quia leges interpretantur legata ab intestato repetita, ne testator periurium incurrat, Alber. in d. l. vt iurisiurandi. sed cùm bonum sit argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus, ergo etiam procedet in contractibus. l. quæ de legato. ff. de legat. 1.

Testamentum minus soline iuramento firmatum.

Tertiò amplia, quando iuraret vterque, vt iuro dare decem tibi, & tu iuras dare librum mihi, tunc quia resultat contractus innominatus, iuro, vt iures, oritur actio, Bal. in d. §. item sacramenta. col. pen. de pace tenend. & iura. fir. in feud. quem refert, & sequitur Cremens. sing. 119 Ex iuramento. & Ias. consil. 5. Strenui milites. col. 5. in 3. vol. & cons. 173. Circa. col. 7. vol. 4. hæc tamen ratio non satisfacit, quia secundum eā sequeretur, quòd si primò fine conuentione iurasti mihi dare decem, & ego gratis promittam dare vestem, postea cùm non resultet contractus innominatus, non oritur actio, non videtur verum, argum. de donatione facta vxori per maritum, quæ non valet, l. j. ff. de donat. inter vir. & vxorem. tamen si mutuo sibi donent, valet, l. quod autem. § si vir. ff. illo tit. sic & hic debet valere, licèt non resultet contractus innominatus.

Iuramentū resultat ex contractu innominato.

An habeat locū in promissione facta per fidem? Vide quæ plenè scripsi in artic. 2. rubr. de citationib. in stylo Bituricen.

Quartò amplia, vbicunque aliàs præcederet obligatio naturalis: quia tunc iuramentum etiam de iure ciuili super ea præstitum induceret obligationē, arg. l. j. §. debitum. ff. de constitu pecu. vbi constituens se soluturum id, quod tātùm naturaliter debebatur, obligatur efficaciter. facit auth. siue à me. C. ad Velleian. Anchar. & Imol. in d. c. cùm contingat. Panor. in c. cùm venissent. de institut.

Iuramentū præcedente obligatione naturali obligat.

Primò

Iuramentũ promiſſoriũ quādo non obliget.

4 Primò fallit, quando errore promiſiſſet: nempe, error efficit, vt tale iuramentum actionem non producat, cap. quantò. de iureiur. nam iuramentum ad incognita non porrigitur, c. debitores. c. veniens. & c. penult. de iureiuran. & nihil eſt tam contrarium conſenſui, quàm error. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iudic.

Secundò fallit etiam vi. authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. gloſ. not. in c. authoritatem. 15. q. 6. c. quamuis. de pact. lib. 6.

5 Tertiò fallit, quando metu quis promiſiſſet, c. ſi verò. & ibi Panormit. de iureiuran. c. ad aures. quod metus cauſ. l. ij. C. illo titulo. gloſ. in d. cap. authoritatem. 15. quæſtione 6. & hoc quando contractus eſſet nullus. contra Philip. de Peruſ. in c. 2. de pact. lib. 6. Marſ iol. penult. num. 76. verſic. nec iſtis obſtat. ff. de quæſtion. per gloſſ. ſing. in authen. ſi qua mulier. C. ad Velleian. vbi iuramentum non confirmat contractum ipſo iure nullum.

Quartò fallit, quando materia eſſet inhabilis, vel deficeret, vt dixi ſuprà in liberto iurante alij, quàm patrono operas daturum, vel in ingenuo operas promitteote.

6 Quintò fallit, quando dolo, vel aſtu, Bolog. plenè conſil. 44. Pro tanto. col. 4. & ſequen. Socin. conſilio 281. col. penult. & ſeq. in 1. volum. aliàs ſequeretur, quòd per ius ciuile tolleretur ius diuinum, & quòd paſſum eo iure ciuili homines iurarent, & ſic erit concluſio, quòd ex iuramento introductorio (quod vocant) obligationis, ſeu promiſſorio, orietur actio, contra communem, & hoc traditur in verbo, iuramentum. in 4. q. 8. in ſumma Syluestri, & ſequuntur Theologi, maximè Thom. in 2. 2. quæſtio. 89. & ſic Galli, qui ſemper fuerunt religionis amantes, vt per Iulium Cæſarem lib. 6 Commentar. vbi Galli Druides commemorantur, & ſumma eſt religionis ratio: d. l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.

Sextò fallit, quando vergeret in diſpendium ſalutis æternæ, c. ſi verò. & c. cùm contingat. de iureiur. & dicitur vergere in diſpendium ſalutis, quando iurator aliquid quod eſt mortale, vel veniale peccatum. c. & ſi Chriſtus. de iureiuran. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcat. ff. de pact.

Secundo, quando verteretur in peiorem exitum.

Tertiò, ſi iuramentũ eſt indifferens, id eſt, quando ſe haberet ad bonum & malum: vt ſi quis iurat rectori obedire, intelligetur in licitis & honeſtis. l. non videtur. §. qui iuſſu. ff de reg. iur. c. 1. de reg. iur. lib. 6.

Quartò, non ſeruatur iuramentum, quando excludit opus ex charitate faciendum, vt ſi quis iuret, quòd non faciet eleemoſynam, vel nihil ex charitate dabit. Panormitan. in cap. ſi verò. columna tertia. de iureiurando.

Quintò, quando excluditur opus de genere bonorum, vt quando quis iurat quòd nunquam erit Epiſcopus, vel religioſus. c. qui Epiſcopatum. 8. q. 1. vel iurat non doctoran. Bal. in tracta. ſtatu. in verbo, iuramentum. q. 6.

7 Sextò, dicitur vergere in peiorem exitum quādo eſt indifferens, neque meritorium, neque demeritorium: niſi tamen in aliquo caſu efficeretur demeritorium, vt ſi iurarem non loqui tecum: ſi viderem te peccare, te corripere teneor, licèt iurauerim. Arch. in c. ſi aliquid. 22. q. 4. vide 17. caſus, in quibus iuramentum promiſſorium non obligat, per Angel. de Clauaſio ſua ſumma. in verbo, iuramentum. in §. 5.

Iuramentũ promiſſorium an de iure Canonico pariat actionem.

Quæritur an de iure canonico oriatur actio, Inn. in c. nouit. de iudic. & in cap. cùm veniſſent. col. 2. de iuſtit. teoet, quòd non, quia non debet tradi differentia inter ius Canonicum & ciuile, niſi expreſsè innuatur, cap. 1. de oper. noui nuntia. ſed non reperitur differentia: ergo iuri ciuili ſtabimus, fatetur tamen quòd poteſt cogi ad obſeruationem per viam denunciationis Euangelicæ. d. c. nouit.

Secundò, vbi verba diriguntur ad iudicem, oritur officium iudicis, glo. ſing. in l. ſi ſoror. C. de colla. ſed verba diriguntur ad iudicem. c. fin. de foro compet. lib. 6. vbi text. vult, quòd iurans cogatur per iudicem Eccleſiaſticum ad obſeruantiam iuramenti: & iſta eſt communis opinio, & verior, teſte Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. in fin. princip. ff. de iureiuran.

Contrarium tenet Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Panor. in d. cap. cùm veniſſent. & ibi Imol dicit eſſe communem opinionem Canoniſtarum, & Bart. hic. Primò, quia ius Canonicum dicit, omne iuramentum, niſi vergeret in diſpendium ſalutis æternæ, eſſe ſeruandum. c. cùm contingat. de iureiuran. cap. quamuis. de pact. lib. 6. poſtquam dicit obſeruandum, ergo oritur actio, & exceptio. l. ſtatuas. ff. de acquiren. rerum dom. gloſ. in verſicul. cuſtodiatur. in d. authen. ſacramenta. C. ſi aduerſ. vend. & c. 1. de pact.

De eadem re.

Secundò, vltra Bart. probatur ſic: Vbicunque oritur obligatio, ibi & actio oriri debet. l. licet. §. ea obligatio. ff. de Procurat. Iaſ. & alij in Inſtitut. de actio. in princ. ſed ex iuramento obligatio de iure Canonico oritur, text. in c. qui ſacramento ſe obligatur. 22. q 4. & c. omne. 22. quæſt. 1. text. in clem. Romani. col. 3. de iureiuran. ibi, *Et quòd nunquam feceris iuramentum, propter quod foret ad iuramentum fidelitatis obligatus.* & ibidem col. penult. ſub prædicto ſuæ obligationis iuramento, &c. aut regula, non eſt obligatorum à contrario. de reg. iur.

Eiuſdem cōfirmatio.

Tertiò, poſtquam ex pacto nudo oritur actio illo iure, fortius & ex iuramento, cap. 1. de pact. & quod oriatur actio, eſt gloſ. ſing. in c. quoties cordis. 1. q. 7. & communiter Doct. in d. c. 1.

Poſtremo facit c. per tuas. in fin. de arbit. ibi, *Quia iuramento potuit ſeipſum perſonaliter obligare.* & iſtam opinionem æquiorem & veriorem puto. quā tenet Barbat. in rub. de iureiur. in clem. col. pen. & ſeq. & Fortu. in d. c. 1. num. 25. de pact. & iſta eſt communis, teſte Corſeto in tracta. de iureiur. q. vlt. quem ſequitur Ioan. de Selua in tractat. de iureiur. in 3. parte. q. 1. vbi hanc concluſionem limitat 24. modis, quos ibi videre poteris.

Non obſtant argumenta contraria: quia poſito pro conſtanti, quod ex iuramento promiſſorio, de iure ciuili oriatur actio, fortiùs de iure Canonico, nec refragatur, quòd imò officium iudicis oriatur, quia quoddam eſt, quod etiam deſerunt actioni, Bat. in l. 3. ff. de iuriſd. om. iud. & ſic de illo poteſt intelligi, vt ait Innoc.

Officiũ iudicis actionis deſeruiens.

Et per hoc infertur, quòd perperàm ſenſit hic Bar. dum generaliter dicit iuramentum non obligare etiam naturaliter, per hunc textum, alioqui poſſet fideiuſſor adeſſe, l. j. & l. ſtipulatus. ſuprà, eodem. quod non poteſt, vt hic: ſed hoc ex eo eſt hic, quia deficit materia, vt ſuprà declaraui, & etiam, quia lex prohibet, aliàs ſecus.

In quantum Bartol. dicit hîc, quod ex iuramento facto Deo non obligor: loquitur contra text. in cap. debitores. de iuretu. ibi, *Cogendi sunt Domino reddere iuramentum.* & Matth. c. 5. Reddes autem Domino iuramenta tua. Ideò dico, quòd quando iuro dare Deo centum, tunc videtur Deus acceptare, & ministri Ecclesiæ habebunt, l. si quis ad declinandam. C. de Episcop. & cleric. & sic potest intelligi Bartol. Aliquando iuro præsenti dare decem, & videtur acceptare, & sic est consensus duorum, saltem tacitus, l. qui ad certum. ff. loca. c. qui tacet. de reg. iur. lib. 6. aliquãdo iuro me dare absenti, & loquitur l. certum. §. si quis. ff. de confess. Item absentia partis repletur præsentia Dei. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudiciis.

Iuramentũ Deo factũ.

Secundò, probatur postquam de iure Canonico secundũ eum, oritur actio, ergo & obligatio naturalis: quia alioqui ius Canonicum non diceret illud seruandum, prout dicit in c. j. & per totum titulum de iureiuran.

Tertiò postquam oritur obligatio naturalis de iure Canonico, ergo & de iure ciuili: quia ius naturale est immutabile, §. fin. Instit. de iure natur. gent. & ciuil. & iure naturæ teneor obseruare iuramentum: ideò cùm lex naturæ sit immutabilis, cuius est interpres & sator Deus, teste Cicer. nõ erit alia lex naturæ Romæ, alia hîc, sic nec alia de iure Canonico, alia de iure ciuili, ergo idem erit in vtroque casu.

Item dum dicit, quòd iurando nõ promitto parti, sed Deo, loquitur contra tex. in cle. vnica. de iureiur. vbi ponitur forma iuramenti Imperatoris, videlicet, *Iuro coram Deo & Beato Petro, me de cætero protectorem, procuratorem & defensorem fore summi Pontificis, & huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in omnibus necessitatibus, & vtilitatibus suis, custodiendo, & conseruando possessiones, honores, & iura eius, &c.* En ergo, quomodo promitto parti, teste Deo, & coram Deo: alioqui pars non posset promittere iuramentum, vt facit, c. ij. de sponsal. l. remittit. ff. de iureiuran. glos. in verbo, sententia. l. j. ff. de fer. nec parti acquireretur aliquid ex iuramento.

Parti quomodo iurã do promittatur.

Item est text. in l. cùm quis decedens §. codicillis. ff. de legat. 3. ibi, *Patruo suo iurani.* & sic potest quis iurare præsenti se daturum, & absenti. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess.

Tertium est iuramentum actus inualidi confirmatorium, de quo plenè infrà dicetur.

Ratio dubitationis huius principij erat ex l. si quãdo. §. fin. ff. de oper. libert. vbi pro liberto iurante potest quis fideiubere: ergo videbatur etiam pro alio, cùm non aliter obligetur libertus, quàm liber. Contrarium hîc statuitur in alio: quia postquam alius non obligatur, ergo fideiussor non potest accedere obligationi, quæ non est, quia iam liber est, l. in contra. sup. eod. & l. fideiussor obligatur. illo tit. nec admitto quod dicit Paul. hic, cõ fideiussorẽ non teneri, quòd principalis teneretur Deo, & fideiussor parti, & hoc non potest esse, l. obligari. ff. de fideiussor. secus quando libertus iurat patrono, quia tunc iuramentum habet vim promissionis factæ parti, dic vt suprà dixi.

Decidendi huius text. ratio.

Summarium Bar. sup. reprobaui in eo, quod dicit generaliter iuramentum non posse inducere obligationem: ideò ego sic sumo, Pro non obligato non po-
8 test accedere fideiussor. Primum not. etiam suprà fuit in præfatione elucidatum.

Secũdò notat Bar. quòd in obligatione facti potest accedere fideiussor, si principalis sit obligatus: nam hîc ideo non tenetur fideiussor, quia principalis non tenebatur.

Fideiussor in obligatione facti.

Oppono, quòd fideiussor tunc non possit obligari, quia factum vnius, non est alterius: unò eiusdem hominis diuersa facta sunt inspecta varietate temporis, l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. §. j. & in auth. de instru. cautel. & fid. colla. 6. ergo aliud videretur fideiussor promittere, quod non valeret. l. si ita fideiussorem. suprà, eod.

Oppositio.

Respondeo, pro declaratione facias casus sequentes. Primus est, fideiussor simpliciter fideiubere pro 9
alieno facto potest, & intelligitur fideiubere omni modo, quo valere potest, l. quoties. ij. sup. de verbot. obli. l. cùm filius. §. j. eod. tit. l. cùm ostẽdimus. §. fi. de fideiuss. tuto. tum quia curabit principalẽ debitorem factum adimplere, tum etiam quod si principalis non faciat, fideiussor tenebitur, per iura prædicta.

Responsio.

Secundus casus est, quando in fideiussione promittit ipsum interesse ratione facti, & tũc valere dubium non est, l. stipulatus est opus. de fideiusso. Bal. in margat. in verbo, fideiussio. in 23. q. nec videtur promittere rem diuersam: nam principalis etiam videtur promittere interesse, si alius non faciat, l. stipulationes. §. Celsus. ff. de verbor. obliga. secus in obligatione dandi. d. l. si ita fideiussorem.

Fideiussor promittẽs interesse ratione facti.

Tertius casus est, quando promitto factum perfectum, tunc valet, vt, promitto dare librum scriptum à tali scriptore: eo enim casu potero facere quod per ipsum fiet, & postea dabo. l. continuum. §. si ab eo. ff. de verbor. oblig.

Quartus casus est, quando promitto factum non perfectum, vt promitto & fideiubeo quod ille faciet domum, & tunc non valet: quia factum alienum omnino promitto, l. sicut. de fideiusso. potest tamen 10
fideiussor promittere pœnam, ad quam non tenebatur debitor principalis, & ad eam obligatur, quod est singulare, secundum Angel. & Imol. ibi.

Factũ alienũ promitti non potest.

Quintus casus est, quãdo promittit se curaturum quod principalis faciet, & valet, l. inter stipulantem. in prin. ff. de verb. obli. & an fideiussor liberetur per mortem principalis, vide Panor. consil. 90. Circa primum. in 1. volu. tenentem, quod sit liberatus, & plenissimè Hyppol. Marsil. in rub. suprà eod. q. 20.

Fideiussor quis morte debitoris liberetur.

Sextus casus est, quando promisit se facturum id quod principalis promisit, & valet, si sint eiusdem peritiæ, l. nemo. ff. de duob. reis. aliàs non: quia diuersum videtur promittere, d. l. si ita. de fideiusso. quod est notandum: nam per hos casus plena & facilis redditur materia.

Nunc superest videre, quando iuramentũ habeat confirmare actum inualidum, & hîc Bar. plenissimè tractat, & alibi nõ inuenitur prout ipse asserit, describendo decem casus in quibus iuramentum hoc, an valeat, discutit.

Primus casus est, quando contractus est cõtra bonos mores, tunc nõ validatur iuramẽto. per reg. non est obligatorium. de reg. iur. lib 6 quia iuramentum nõ est institutum, vt sit iniquitatis vinculum. c. inter cætera. 22. q. 4. c. 1. de consuet. lib. 6.

Iuramentũ nõ cõfirmat cõtractum cõtra bonos mores.

Quæro, qui dicantur boni mores? Respondeo, qui congruunt rationi naturali: mali verò, qui à ratione dissentiunt. Vnde dicunt Theologi, quod est contra ius

Boni mores de quibus intelligantur.

ius naturale, peccatum est, Thomas in secunda secũdæ quæstione 162. artic. primo. & q. 158. artic. 14. & prima secundæ. q. 21. art. primo. probatur in c. primo. de cõsuetu. lib. 6. vbi illud, quod fit contra ius naturale, inducit periculum saluns æternæ: & sic peccatũ est. Fortu. in tract. de vltimo fine iuris canon. & ciuilis. numero 256. & Feder. consil. 140. Punctus. circa finem.

Aduertendum est quòd quidam sunt boni mores naturales, id est, de iure canonico, alij sunt boni mores ciuiles. Primo casu, contra bonos mores dicitur, quando inducit peccatum: vel homines ad peccandum. Bal. & alij in l. pacta quæ contra. C. de pactis. Bal. in l. pactum quod dotali. 19. q. de collatio. l. non dubium. 17. opposit. de legib. & sic intelligitur d. reg. non est obligatorium, non de bonis moribus ciuilibus. Alex. consil. 21. Attentis. col. 4. in 3. vol. Decius consil. 655. Viso. col. 3. Felin. in c. si diligenti. cortela. vlt. limitatione 6. de foro compet.

Boni mores ciuiles concernũt honestatẽ publicam.

Illud dicitur contra bonos mores ciuiles, quando artificio iuris ciuilis inductum est. Felin. in c. si diligenti. numer. 30. de foro compet. vnde quicquid est improbum, vel inhonestum, dicitur contra bonos mores ciuiles. Ias. in d. l. pacta. notab. 2. Alex. consil. 7. Viso. col. 3. vol. 6. Ias. in l. ex ea. §. primo. not. 2. ff. de verborum obligat. vel illud, quod est contra honestatem publicam. l. item apud. §. sed quod adiicitur. ff. de iniur. Ioan. Riminald. in l. pacta quæ cõtra. col. prima. C. de pact.

Et si statuto vel consuetudine cautum sit, quod factum contra bonos mores non valeat, debet intelligi de naturalibus. §. singulorum. Instit. de rer. diuis. Thom. in prima secũdę. q. 100. artic. primo. & Paul. ad Roma. 2. c. Gentes, quæ legem nõ habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt. & Dauid Psal. 40. Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Potest etiam intelligi & de bonis moribus ciuilibus, cum statutum intelligi, declarari, & restringi secundum ius ciuile debeat. l. omnes populi. & ibi Bar. ff. de iustit. & iure.

Iuramentũ non firmat pactũ futuræ successionis.

Ex quo infertur, quòd pactum futuræ successionis, per quod inducitur votum captandæ mortis alicuius, non firmatur iuramento: quia est cõtra bonos mores. l. fi. C. de pact.

Pactum de non succedendo firmatur iuramento.

Nec refragatur c. quamuis pactum. de pact. lib. 6. vbi iuramentum valet super pacto de nõ succedendo, quia cõsiderare debemus quoddam esse pactum de non succedendo, & istud bene firmatur iuramento. d. c. quãuis. Benedic. in c. Raynutius. in vers. duas. num. 193. cum seq. de testa. quia hoc introducit ius ciuile propter inconueniens, quod poterat sequi: quod est, si filius videret se successione priuatum propter suum pactum, non curaret præstare obsequia patri, vt debet. Ideò, vt filius incitetur ad obsequia præstanda patri, & ad viuendum honestè, noluit ius ciuile, quod dictum pactum valeret: tamen ius canonicum fauore religionis statuit contrarium. Imol. d. c. cùm contingat. col. 25.

Quare pactũ de succedendo, nõ valeat.

Aliud est pactum de succedendo: & istud nõ valet etiam cũ iuramento, quia inducit votum captandæ mortis: & istud est cõtra bonos mores naturales, id est, de iure canonico, & sic non firmatur iuramento. c. oe captandæ. & c. detestãda. de concess. præbendæ. libr. 6. & etiam quia auferret libertam testandi facultatem, contra l. primã. C. de sacrosan. ecclesiis. Itẽ frater malignaretur fratri succedere debẽti: sicut cogitur, Genes. 27. vbi sic dicitur, Oderat ergo Esau Iacob, pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde suo, Veniẽt dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum, &c.

Simile pactũ priori.

Idem dicendum est in pacto, de certo modo hæreditate disponenda, sine cõsensu illius de cuius successione agitur: quia cùm videatur inducere votum mortis captandæ, censetur contra bonos mores: ideò non valet. not. in d. l. fin.

Pactũ auferẽs liberã testamẽti factionem.

Secundò infertur, quòd pactum per quod aufertur libera testamenti factio, est contra bonos mores: ideo non firmatur iuramẽto. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. oblig. Bar. hic intelligit de iure ciuili, sed de iure canonico, cùm iuramentum possit seruari sine detrimento salutis æternæ, venit seruãdum, alioquin est periurus. Imol. in d. c. cùm contingat. in primo membro. valebit tamẽ actus, cùm iuramentum tendat contra substantiam actus, qui est vt testamẽtum dicatur vltima voluntas, quæ sic nõ diceretur, nisi esset reuocabilis. Ideò iuramentum non impedit reuocationem, licet faciens contra iuramẽtum sit periurus. gloss. in c. fi. de Procurat. lib. 6. vbi multa addidi, glo. 10. c. vltima voluntas. 13. q. 2.

Tollẽs quod matrimonij libertatem impedit.

Tertiò infertur, quod pactum per quod impeditur libertas matrimonij, est cõtra bonos mores. l. Titia. ff. de verborum obligat. nec firmatur iuramento. c. Gemma. de sponsa. Aufrer. in Decis. Tholosan. quæst. 191.

Pactũ adulteræ cum adultero.

Quartò. pactum factum cum muliere adultera, de contrahendo post mortem sui viri cum adultero, non valet, nec firmatur iuramento: quia est contra bonos mores naturales: & inducit votum captandæ mortis. Aufrer in Decis. Tholos. q. 382.

Iurans occidere, vel adulterari nõ obligatur.

Quintò infertur, quòd conuentio turpis non firmatur iuramẽto, nec valet. l. generaliter. & l si plagij. ff. de verb. oblig. & sic qui iurauit occidere, vel adulterari, non tenetur: imò magis placent transgressiones, quàm obseruationes iuramenti. §. primo. in authen. Scenicas §. non solùm si fideiussores, &c. colla. 5. Fedet. consil. 140. Punctus. & c. Angel. in §. æquè. colum. 3. Instit. de except. quod eis permittitur. C. de nupt. ideò magis placuisset Deo reuocatio iuramenti Herodis filiæ facti, quàm executio in Ioannem. c. actione. 22. quæst. 4.

Iurans occidere patrem.

Sextò infertur, quòd qui iurauit occidere patrem, non obligatur. c. primo. & per totum. 22. qu. 4. & est variatio melior, quàm executio. c. magnæ. 22. q. 4.

Iurãs vxorem expellere.

Septimò, qui iurauit vxorem, & liberos sine filios expellere. c. quintauallis. de iureiur. c. inter. 12. q. 4.

Iurans non alere patrẽ, vel filios.

Octauò, qui iurauit non alere patrem, vel filios, non obligatur, quia contra bonos mores est. Alexan. cõsil. 7. colum. 3. vol. 6. allegat Bald. in d. l. pactum. q. 19. text. in l. conditiones. ff. de conditio. instit. c. cùm quidam. §. fi. ff. de iureiur.

Nonò, non valet iuramẽtum, vt non agatur cum vxore rerum amotarum: quia per illud inuitarentur mulieres ad furandum & delinquendum. l. conuenire. ff. de pactis. dotal. l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pact.

Absolutio iuramenti dolo præstiti.

Decimò iuramentum dolo, vel metu præstitum, non valet de iure ciuili. authen. sacramẽta puberum. C. si aduersus vend. de iure verò canonico obligat: sed potest peti absolutio, gloss. & Doctor. in d. c. si verò. & ista est communis opinio Canonistarum.

Iuramentū non firmat promissionē rei non existentis.

Vndecimò infertur, quòd nō valet promissio beneficij non vacantis, quomodocunque fiat. c. detestanda. & c. seq. de concess. præbendæ. lib. 6. nec firmatur iuramento, cùm sit contra bonos mores: quia inducit votum captandæ mortis. not. in c. 2. de concess. præbend.

Absolutio iuramenti quādo non petenda.

Duodecimò infertur, quod quando iuramentum est contra bonos mores naturales, non requiritur absolutio, vt quis veniat contra: quia iuramentum non est obligatorium. vt d. regula. & hoc expressè firmat Panor. in qu. . incipien. Stante statuto. col. 14. vers. Tertius est casus. & ad elucidationem illius regulæ vide abundantiùs per Lucam de Penna in l. uj. col. 4. de præ . us curial. lib. 10. Angel. in §. æquè. col. 3. cum seq. de exceptio. in Institu. & Christupho. de Castellan. in sua prima disputatione. col. 4. in 2. conclus. & Feder. de Senis, cōsi 140 Aegidius Bellamer consil 3. Alex. consil. 7. num. 9 in 6. vol Decius consil. 655. ad cautelam tamen melius est absolutionem petere. c. cùm quidam. in fi. de iureiur. Alex. in l. stipulatio hoc modo. col 3. ff. de verbor. obligat. vide Ioan. Berber. in viatorio iur. rubr. de donatio.

Iuramētū non firmat cōtractum inualidum ob publicā vtilitatē.

Secundus casus, quando contractus reprobatur fauore publicæ vtilitatis principaliter, tunc nō confirmatur iuramento. l. ij. & l. quemadmodum. C. de agricol. & censitis. c. si diligenti. de foro competenti: quia non esset seruandum, si adferret damnum priuato fortiùs quando vtilitati publicæ. c. sicut. & c. intellecto. de iureiur. & quia non debet esse iniquitatis vinculum. c. inter cætera. 22. qu. 4. sequitur Aufrer. Tholos. Decis. q. 38. . gloss. in verb. iureiurando. in tit. de pignorib. quæ ad cultum diuinum.

De eodem.

Ex quo infertur, quòd iuramētum interpositum super alienatione rerum, quæ sunt ædibus adfixæ, nō firmat contractum prohibitū propter publicam vtilitatē principaliter: ne vrbs deformetur ruinis. l. cætera. ff. de legat. primo & l. senatus. de contrah. empt. in Ordina. Regia Philippi Pulchri, prima: dicēdum est tamen, quòd postquam à iure canonico nō reperitur improbatum, & cum eo iure omne iuramentum, quod potest seruari, sine detrimēto salutis æternæ, sit seruandum. d. c. cùm contingat. hoc etiam erit seruandum: quia in aliquibus casibus licitum est detrahere adfixa domui . vt nota. in d. l. cætera. & per Soci. in tract. fallentia. regula 221. Legari. ergo iuramentum videtur quòd possit hoc operari. Imol. d. c. cùm contingat. col. 17. & hoc respectu iurantis, sed respub. si videtit ex hoc subire detrimentum, poterit contradicere, & non obstante iuramento prohibere, ne res sic tradatur, vt notatur in rub. C. de operis publ. facit l. si quis in graui. §. verum. ff. de Senatusconsul. Syllanian.

11

Pactum de instātia litis prorogata, iuramēto firmatū.

Secundò infertur, quòd pactum per quod prorogatur instantia litis, non firmatur iuramento, quia contra publicam vtilitatem l. properādum. C. de iudic. sed de iure canonico non videtur contra publicam vtilitatem, cum eo iure non sit præfixa instantia in causa principali, nota. in c. penult. secūdum vnum intellectum, de iudic. Ergo iuramentum seruari debebit, cùm sine detrimento seruari possit. c. li verò. de iureiur. Iacobi. contra Bart. in d. l. properandum. ita tenet.

Pactum de opus nouū nunciando, in causa publica.

Tertiò, non firmatur iuramento pactum, ne opus nouum nuncietur in causa publica, l. iusgentium. §. si paciscar. ff. de pact. dicerem etiam hoc iuramētum seruandum: quia licèt is qui iurauit, nō nunciet, alius poterit nuntiare, & hoc tenent Paul. & Ias. in d. §. si paciscar.

Quartò, infertur, quòd si statuto caueatur, vt debitor frumenti liberetur soluēdo decem solidos pro corbe, vel sextario frumenti, vt ciuitas abundet frumento: cùm tale statutum sit ob publicam vtilitatem principaliter tum inductum, tali statuto non poterit renunciari, etiam cum iuramento. Bart. hic. dic tamen, quòd postquam potest seruari sine detrimento salutis æternæ, venit seruandum secundum ius canonicum. hoc tenet Alex. consil 17. Viso. numero 9. in primo. vol potest tamen peti absolutio secundum eum ibi Corne. consil. 78. Quanquam. vol. primo. 12

Alienatio seruiadscriptitij.

Quintò infertur, quòd si alienetur seruus adscripticius, non tenet alienatio, etiam cum iuramento: quia videtur esse prohibitum propter publicam vtilitatem principaliter, videlicet ne cultura agrorum deseratur. tex. & ibi gloss. in l. ij. C. de agrico. & censit. lib 11. tamen, quia non reperitur iuramentum à iure canonico improbatum, potéstque seruari sine detrimento salutis æternæ, ideo seruādum est: quia poterit locari fundus colendus alteri: vel abj emere, vel locare ad colendum poterunt dictum fundum: quia multi sunt fundi in quibus nō sunt illi adscriptitij, maximè in hoc regno, tameo cultura ob hoc non deseritur. Imol. in d. c. cùm contingat. col. 7 De istis seruis vide gloss. in co suetud. Burgundiæ. in rubr. *des mains mortes*. per Chassan.

Potestas iuramenti à Canonibus dependet.

Nec obstat c. si diligenti. quia ibi loquitur, quando actus nedum est improbatus ob publicā vtilitatem, verùm etiam, quando est expressè à canonibus improbatus, vnde in fine tex. dicitur, quòd iuramētum seruare non potuit, quia cōtra statuta canonica, aliàs ergo remanere debet, quod quidem iuramentum etiam contra publicam vtilitatem appositum, est seruandum: quia potest seruari sine detrimento salutis æternæ: fallit, quando est à canonibus expressè improbatum à quibus iuramenti potestas dependet.

De eodem.

Nec obstat secundum, quòd habeat præiudicium iuri reipub. quia non præiudicat, sed potius præiudicat dispositioni factæ propter publicam vtilitatem: quod non videtur esse prohibitum: nam firmat iuramentum contractū super re dotali initum, licèt propter publicam vtilitatē fuerit prohibitus, etiam melius est remp. pati, quàm hominis animam damnari, cùm sit præferenda quibuscunque rebus, etiam vtilitati publicæ. l. sancimus. C. de sacros. eccles. Imò maior est vtilitas publica, Theologicè loquendo, in seruando iuramentum, quàm alia reip. vtilitas: vt in Euangelio, Gaudium est in cœlis super vno peccatore, &c. Et sic, de duobus malis maius, videlicet damnatio animæ est fugienda. c. duo mala dist. 13. & c. nō solū. 2. q. 4. & maior est amissio vnius animę, quàm omnium corporum. c. si habes. 24. qu. 3. Et etiam ius ciuile, licèt reputet aliquid contra publicam vtilitatem principaliter, non per hoc sequitur quòd de iure canonico illud etiam debeat reputari contra publicam vtilitatem, nisi hoc exprimatur, vt patet de prorogatione instantiæ. Imol. in d. cap. cùm contingat. columna 17.

Eiusdē cōfirmatio.

Nec refragatur, quòd ius canonicū videatur approbare dispositionem iuris ciuilis, quando non prohibet, cap primo. de noui oper. nuntia. quia hoc verum est, quādo actus nō est iuratus, sed quādo est iuratus &,

& ius ciuile non obseruat, non videtur ius canonicum approbare illum actum. notatur in d. cap. si diligenti.

Nec ius ciuile poterit iuramenta improbare, cùm sint iuris diuini: Reddite iuramenta vestra Deo. Marth.5.& c.& si Christus.de iureiur.c.magnæ. de voto. & c.si peccatum.22.q.1.sed seruabit iurans suum iuramentum, quod si esset detrimento publicæ vtilitati? Respond.impediet ne seruetur, vt suprà dixi: quia illud iuramentum non impedit rempub. nec ligat. Et sic non obligatur in foro Cæsareo pars quæ iurauit ad seruandum prædictum iuramẽtum, licèt anima ligetur, vt in fine istius legis dicetur.

Iuramentũ quomodo actũ inualidũ de iure canonico cõfirmet.

Tertius casus est difficilior cæteris, quando actus improbatur à lege, ratione vtilitatis priuatæ principaliter, & publicæ secundariò, tunc iuramento confirmatur, secundum ius canonicum.d.c.cùm contingat.& c.licèt mulieres.de iureiur.lib.6.gloss. in verb. iureiurando.in tit.de pignor.cult.diui.in prag. sanct. Soci.consi.279.Visa donatione.col.prima.vol.2.tum quia cõtinet æquitatem, qua nulla est maior, quàm salus animarum.l.sancimus.C.de sacrosan. ecclesiis: & quia sine interitu salutis æternæ seruari potest.

Alienatio rei dotalis iuramento firmata.

Ex quo infertur, quòd alienatio rei dotalis, quæ principaliter ratione vtilitatis mulieris est prohibita, ne careat dote, & sic non posit nubere, & secundariò fauore publico, ne impediatur liberorũ procreatio, vtque ciuitas hominibus impleatur liberis. l. prima. ff.solut.matr.l.lex Iulia.ff.de fund.dota.l.prima.§.& cùm lex.C.de rei vxor. actio. tamen firmatur iuramento. d. c. cùm contingat. Guido Papæ in Decis. Delph.qu.190.In honorariis. Aufrer.Decis.Tholos. quæst.382.Item fuit quæsitum an iuramentum, &c. Alex.cons.Viso instrumento, &c.vol.primo. & consil.32.Consideratis.in 2.vol.& consil.21.Attentis.col. 4.vol.3. nam vir sine dote inuenit vxorem nobilem & generosam, ac pulchrã, & virginem, quæ est prima dos, inuenit certè pellem pro pelle, ob id matrimonium non prohibetur.

13 Imò, apud Babylonios matrimonia sic tractabãtur, quotannis stato die locóque puellas suas congregabant: formâ præstantiorem plura offerenti despondebant: deformiorem autem minore dote accepturo nuptui dabant, dotémque ex accepta, in formosioris collocatione, pecunia persoluebãt, ita ex in deformibus deformium dos parabatur. teste Fulgo. lib.2.de instit.antiq.

Aduertendum est tamen, quòd licèt illa capitula, non dicant contractum confirmari, sed solùm dicant iuramentum esse seruandum tamen contractus remanet validus, quasi iurando liceat alienare. gloss.in authen.sacramenta.in verbo. obseruari. C. si aduersus vendi.quod est magni effectus, vt infrà dicetur.

Iuramentũ confirmat cõtractum à lege prohibitum. Restrictio.

Ex quo infertur, quòd si lex prohibeat contractũ, seu alienationem tãtùm, vt in l.Iulia.ff. de fundo dota non alie.confirmatur iuramento.d. cap. cùm contingat.

Si verò lex præciperet personæ, & diceret, mulier nõ alienet: vel, quòd aliquis non emat, tunc talis cõtractus iuramento non confirmatur, quod sic probat hîc Bart.qui facit contra præceptum legis constitutæ ab habente potestatem, peccat mortaliter: quia scriptum est, qui non obedierit Principi morte moriatur.c.2.de maior & obed. ergo prohibitus ne alienet, alienando, vel aliàs recipiendo, peccat mortaliter. Iuramentum ergo interpositum super obseruatione peccati mortalis est nullum, quia ita demum debet seruari, si non vergat in dispendium salutis æternæ c.si verò.de iureiur. Calde.consil.9. An iuramentum.rub.de iureiuran.

Vltra Bar.facit, quia in hoc iuramento deficit vnũ 14
ex tribus comitibus, videlicet iustitia, quæ omni iuramento debet inesse.c.animaduertendum.22.qu.2. & c. & si Christus. de iureiur. & quia iuramentum nõ ad hoc inductum est, vt sit iniquitatis vinculum, vel cuiuscunque criminis, nec iuramentum ad hoc fieri debet, vt iniusta iuratio suorum bonorum sit iniustè iurantibus spoliatio, & accipienti æterna damnatio.c.inter cætera.22.qu.4.

Alienatio rei dotalis cum iuramento.

Prætereà Bar.inducit dictum Hostiri.allegatum per gloss.in d.c.licet.vbi si vir iurat alicui se non alienaturum fundum dotalem, posteà alienat cùm iuramento, non valet alienatio, secus si nulli per d. gloss. sing.secundum Bald.in c.veniens.in fi. de iureiuran. Barba.in repetit. c. Raynaldus. col.93. de testamen. Alexand.in l.Mæuia.§.fi.ff.solut. matr. & consil. 16. Ponderatis.3.vol.Ias.in l.duobus.§.fi.ff.de iureiur. & l.non solum.§.morte.col.7.de noui operis nuntia. & in §.si quis postulante.numero 11. Institu. de actio.& Georg.Nat.in repet.c.quamuis.col.5.de pact. libr.6. & Thomas Parpal.in repetit. l. si quis maior. col.18. C.de trã sact.Benedict.in repet.c.Raynutius.in verb. duas habens, num.290.de testam.

Aduerte tamen quòd gl.in d.c.licèt. format quæstionem in muliere, quæ iurauit non alienare dotem, nec alienanti consentire, nisi certo modo, & iudicis authoritate, quod longè diuersum est, teste Luc. in l. ij.C.de agrico.& censit. lib. 11. vnde Guido Papæ in suis Decisio.q.546.Testis.& q.593. Testis.Bal. consil. 133.in vol.primo.Fel.in c.cùm M.col.penul. de cõstitut.Cæpola cautela 171.Hyppolit.in rubr.ff.de fideiussor.q.28.Chass.in §.16.in glos.*ne peut*.in consuet. Burgũd.rubr.*des droicts*.& quibus casibus valeat secundum iuramentum, de Petrucia in 8.effectu.

Lex prohibitiua an iuramẽto cõfirmari possit.

Insuper subdit Bar quòd si fideiussor pro conseruanda dote detur, contra tit.C.ne fideiussor dotium dentur, non confirmatur iuramento talis prohibitio, quia dirigitur in personam, videlicet ne mulier accipiat: ne vir det, ergo si fecerit, est factum contra præceptum legis, & ita tenet glos.in d.l.prima.dicens illi legi non posse renuntiari etiã cum iuramento: nam si mulier se cõmisit marito, ne perfidiæ causa in connubio oriatur, cur exigi debet ista satisdatio? dicit l. ij.ibidem.& hoc sequitur Bald.distinguendo tamen, consil.487.Considerandum.vol.3.

De eadem re.

Contrarium tenet Paul.hîc, videlicet, quòd confirmetur iuramento & allegatur, licèt hoc nõ dicat, Ioan. Andr.in addit. ad Specul. in tit. de instrument. edit.§.porro.circa fi.& Bald.in l.antiquæ.in fin.C.ad Velleia.Sali.in d.authen.sacramẽta. Alex.in l.si constante.§.quoties.col.3.ff.solu.matr.Ias.in proœ. actio. num.21.& seq.Corne.consil.6.col.5.in primo volu. & consi.36.Videtur.D.de Petruc.in d tracta de viribus iuramenti.in 30. effectu. quia licèt legi prohibitiuæ non posit renuntiari pacto simplici, vel stipulatione: secus tamen si iuramento. Doctor. in d. c. cùm cõtingat. Vital. in tract.clausul.fol 215. in paruo vol. Iacobi.in l profectitia.§.primo.col. 2. ff. de iure dot. Soc.consi.81.Super.col.2.vol.3.Ioan. Lupus in repet. c.per vestras.5.not.de donatio. inter virum & vxor.

Eiusdem decisio.

Et ista sunt valdè notáda propter statuta diuersa & consuetudines, vt semper inspici debeat an prohibeant contractum, videlicet vt nō alienetur fundus dotalis, vel an prohibeant personas, vt mulier in potestate viri nullum contractum possit facere, & tūc non cōfirmatur iuramēto, ista est doctrina Bar. (quā sequitur Angel. hîc) in d. authen. sacramenta. sed Paul. hîc contrarium tenuit, dicens se pluries contra Bar. cōsuluisse, & hanc opinionem Pauli ferè tenent omnes canonistæ & legistæ, teste Alex. cōsi. 27. Viso. col. penult. in primo volu. quia etiam si verba diti-
15 gantur in rem: tamen contra faciens videtur dici legis transgressor. l. non dubium. C. de legib. & sic videtur debere incurrere peccatum inobedientiæ, per id quod habetur in c. generali. de electio. lib. 6.

Confirmatio eiusdē.

Item facit text. in tit. quibus alien. licet. in princip. in Instit. & l. lex Iulia. ff. de fundo dota. vbi prohibitio fundi dotalis dirigitur in personam mariti, & tamen firmatur iuramento. c. cùm contingat. & c. licet. de iureiur. lib. 6. idem habetur in d. authē. sacramenta. iuncta l. fi. ff. de rebus eorum. & l. non solùm. C. de prædiis minor. l. prima. & 2. ff. ad Velleian.

Item facit l. quisquis. §. præterea. C. de postul. Guido Papa. q. 190. in honorariis. & multos hinc inde citat Andr. Tiraquel. in tracta. de legib. connubia. in gloss. 2. in fi. Corne. consil. 6. vol. primo. & Barba. consil. 53. col. 5. vol. 4. Ias. dicit doctrinam Bart. falsam, in l. is cui. col. penult. ff. de verb. oblig.

Obiectionis solutio.

Nec obstat l. non dubium. vbi non valet contractus, nec iuramentum, verum est de iure ciuili: secus de iure canonico, vel intellige, quādo cōtractus esset nullus, quia sit contra bonos mores naturales, vel ratione turpitudinis. Bald. & Ias. ibi. & Dec. consil. 345. Visis. col. vlt. vide Iacobi. col. 5. d. authen. sacramenta.

Item doctrina videtur verbis imposita, & non rebus, contra c. commissa. de electio. lib. 6. l. ij. C. communia de lega. Luc. in d. l. ij. & Ancharan. in repet. c. primi. de constitutio. quia verba collata in rem, concernunt potius personam, quàm res c. tāta. de excessib. prælator. Panor. in qu. 2. incipiente, Statuto. col. 5. & sequent.

Prohibitio legis quatenus extendatur.

Item sufficit legislatori prohibere, quod fieri non vult, qualitercunque: nec distinguitur personaliter, aut impersonaliter. l. non dubium. C. de legib. fortior est prohibitio in rem, quàm in personam. l. aut qui. §. fi. ff. quod vi aut clam. & æquè punitur delictū prohibitum personaliter, & impersonaliter. l. vnica C. de superindict. lib. 10. nec debet inspici cum quo lex loquatur: sed in quem dispositionis effectus dirigatur. l. cùm pater. §. donationis. ff. de lega. 2. glos. in l. prima. C. ne fideiusso. dot. dentur. quæ dicit, quòd si quis prohibetur dare, alter prohibetur recipere. l. prima. C. de cupress. libr. 11. nec obstat doctrina Bart. quòd qui venit contra præceptum legis, peccat: quia vetum est, quando comprehenderetur actus, sed actus iuratus non comprehenditur in lege, vel statuto faciente mentionem de aliquo actu. gloss. in c. cùm nō deceat. de elect. libr. 6. & ita peccaret quis veniendo contra præceptum, siue in rem, siue in personā. Alex. consi. 27. in fi. vol. primo. Hanc opinionem in quibusdam casibus veram tradunt moderni. in c. cùm contingat. de iureiur. vbi eos vide.

Iuramentū in cōtractu, odio creditoris prohibito, seruādum.

Quartus casus est, quando contractus in odium creditoris prohibetur, tunc iuramentum appositum in ipso contractu est seruandum. c. significante. de pignor. vbi pactum legis commissoriæ est in pignoribus reprobatum odio creditorum, qui rem magni valoris pro modico emerent, & in fraudem vsurarū hoc fieret. Guido Papa. consil. 81. Ad decem. Iacobi. in l. pactum inter hæredem. col. 2. ff. de pact. tamen si iuramentum ibi apponatur, est seruandum: non tamen pactum confirmatur, secundum Innocentium ibi. Feder. consil. 140. Punctus quæstionis. Aufrer. d. Decis. Tholos. q. 18. Guido Papæ consil. 79. Viso ad plenum & consil. seq. Intellige reprobari, quando fit conuentio, vt creditor habeat rem pignoratam, si in 16
termino pecunia mutuata non restituatur, secus si pactum fiat, quod creditor eam habeat iusto pretio. tex. sing. in l. si fundus. §. fin. ff. de pignorib. Corneus consil. 50. in primo vol. & de Petrucia in d. tract. in 9. effectu. & C. de pact. pignor. per totum.

Item intellige, quando illud pactum apponitur 17
statim: secus si ex interuallo. l. Titius. ff. de pignorat. act. Bar. si bene memini, in l. fin. C. de pactis pigno. Barb. consil. 72. col 7. & seq. in quarto vol. Corrad. tract. de contract. q. 86.

Pactum de soluēdo vsuras.

Istud est magni effectus: quia simulàtque obseruaui pactum meum, sum absolutus à iuramento, ideo remanebit res apud creditorem sine causa, igitur poterit petere ille, qui iurauit, quòd absoluatur, vel liberetur à iuramento, si remanet obligatus, vel agere poterit condictione sine causa contra creditorem, dat exemplum Bart. quando quis iurauit se soluturum vsuras, quod pactum est odio creditorum prohibitū. Si ergo istud pactum potest impleri, soluendo impleatur, & posteà repetatur, si non haberet implementum: vt si iurasset se non repetiturum, & si nō potest impleri, petet debitor se absolui (à superiore) à iuramēto. c. debitores. de iureiur. c. tuas. de vsur. sic fuisse iudicatum Gratianopoli testatur Guido Papa in Decision. Delphin. quæst. 6. incipiente, Pactum legis.

Iuramenti vinculū nō transit ad hæredem.

Alius effectus, vbicunque non firmatur contractus iuramento, quamuis iurans possit cogi ad obseruantiam iuramenti, tamen mortuo iurante non cogitur eius hæres ad obseruantiā iuramenti: quia vinculum iuramenti est personale, & non transit ad hæredem, vt vbi defunctus necesse habuisset petere relaxationem iuramenti, hæres eius non tenebitur. Innocen. Ioan. Andr. & alij in c. veritatis. de iureiur. hoc expresse tenet Bald. in l. iij. C. plus valere quod agitur. & authen. ei qui. col. penult. & seq de bonis auth. iud. possid. Alex. consil. 129. Videretur an fi. vol. 6.

Filiusfamilias renuncians Macedoniano cum iuramento, an soluere teneatur.

Secundò infertur, quòd si filiusfamilias renuntiaret cum iuramento Macedoniano, quod est introductum in odium creditorū. l. prima. ff. ad Senatuscon. Macedonia. posset ratione iuramenti soluere, & posteà cōdicere, vel posset se petere absolui ad cautelā, secundum Bar. hîc, quem sequitur Anto. & Imol. in d. c. cùm contingat. quando essemus in loco vbi frequentaretur, quòd filij inducerentur ad occidendos parentes: nam tunc per iuramentū quoad effectum non tollitur ipsa exceptio. Ideò filiusfamilias soluēs, videtur soluere timore iuramenti, & sic posset dici quòd soluendo impleuit contractum, & postea datur repetitio, secus si sponte soluerit, nō interueniente iuramento. Imol. in d. c. cùm contingat. col 65.

De eadem re.

Hoc non videtur de iure procedere: quia si filiusfamilias soluat pecuniam, quam mutuò recepit, eam non potest repetere, cū sit obligatus. l. qui exceptionē.

ff. de

ff de condict.indebit.& ibi vide Iaf. & Alex.confil. 129.in fin.vol.6.

Eiufdē cōfirmatio.

Fortius, si iuramentum interuenerit, quod potest sine detrimento salutis æternæ seruari, c.si vero. de iureiur.Felin.in c.si diligenti.col.penul.de foro compet.Imò in foro conscientiæ teneretur filiusfamilias, non obstante Macedoniano ad soluēdum, quod pro necessitate accepit.Innoc. in c. quia plerique. de immunita.eccle.ergo iuramentum illud tēdens ad sartam tectámque conscientiam, erit seruandū, nisi creditor esset in dolo, vel culpa. Roma.in l. sequitur.§.si viam.ff.de vsucap.Anto.in additio.ad Vbert. de Bonacurso.rubri.de perempt.except.in verb. Macedoniani,in fin.

Obiectionis solutio.

Nec obstat, quòd istud videtur contra bonos mores: quia filiusfamilias potest insidiari vitæ parētum. Respond.quòd quandoque filij licèt occasionaliter insidientur vitæ parentum: tamen ex quo illud quod iurat, de se est licitum, non debet attendi talis occasio ad inualidandum tale iuramentum.notatur per glo. in d.c.si verò.Imol.in d.c.cùm cōtingat.col 42.vers. item etiam non obstat.Corne.consil 6.In hac. col. 5. volum.primo.

Vsuræ quādo omni iure sint improbata.

Item notandum est bonū arg.de vsuris quæ sunt omni iure improbatę ad pecuniam filiofamilias mutuatam, quòd iure tantùm ciuili prohibetur creditorum odio: quia filij, vt possent creditoribus suis soluere, ante diem patrios inquirebant in annos, vt dicit Ouid.& refert glo.in l.si C.de pact. Vsuræ iure diuino prohibentur, igitur iuramentum.

Præterea creditor recipiendo vsuras, peccat mortaliter, & debitor qui soluit: quia lucrū prohibitum recipit, & subtrahit alienum, sed creditor à filiofamilias recipiēs pecuniam, quam mutuauit, suum recipit, & ideò alienum non subtrahit. Itaque is, qui aliquid promittit per pactum Symoniacum, cum iuramento, non tenetur tale iuramentum seruare. Ioan. de Imol.in d.c.cùm cōtingat.refert Do. de Petruc.in d.tracta.de viribus iuramenti.in 37.effectu.

Officiales, durāte eorum officio, prohibētur emere.

Idem dicit Bart.in omnibus contractibus prohibitis odio vnius partis tantùm, vt in officialibus, qui prohibentur emere durante eorum officio, propter metum impressionis.l.si per impressionem. C. quod metus caus.l.principalibus.& seq.ff.si certum peta.l. non licet.ff.de contrah.empt.l.prima.C.de contract. iudicum.& l.quisquis si certum petat.l.fin.Si quis alteri vel sibi, quod dicit esse notādum ad statuta, quæ
18 sunt in ciuitatibus, prohibentia emere vni personæ tantùm, vt nobiles facere certos contractus, vel magnates: vt si postea faciant, etiam cum iuramento, nō firmatur contractus iuramento & hoc sequitur Angel.hic.

Magistratus in Frācia nō prohibētur cōtrahere.

Hodie in Francia, cùm officia sint in ea perpetua, magistratus vendere non prohibentur, nec emere, nec alio modo iustè contrahere: vt vidi seruari Tholosæ, fuit enim aresto prohibitum, ne habentes officium iudicaturæ possint ipsi, nec vxores, aut domestici, conducere fructus beneficiorum.

Iuramentū firmat cōtractū prohibitū, fauore debitoris, vel minoris.

Quintus casus est, quādo contractus prohibetur fauore debitoris, tunc iuramento confirmatur: vt fauore minoris.d.authen.sacramenta. quia minus malum, minori contingit in obseruando contractum, quàm si ad pœnam æternam inuitaretur ob peccatum mortale, quod aliàs incurreretur propter contractus transgressionem. Panot.in disput.2. incipien. Statuto.& in cap. debitores. in vlt. dist.de iureiur.& renunciatur iuri in fauorem introducto, quod est licitum.l.penult.C.de pact.

Cōtractus fideiussionis à muliere iuramento firmatus.

Idem in contractu fideiussionis facto à muliere, cum iuramento.d.c.cùm cōtingat.nam Senatusconsult.Velleia.non iubet mulieres non intercedere, sed solùm dicit, quòd si intercedant, nō teneantur, secundum Bart. sed potior ratio est: quia potest mulier etiam sine iuramento aliquando renuntiare, & consequēter se obligare.authen.matri & auiæ. C. quando mulier tut.offic.sing. auth.siue à me. ad Velleian. fortiùs se iuramēto ligare.sic cōsuluit pulchre Alex. consil.146.Viso themate.vol.7.

Confirmatio alienationis rei dotalis.

Item alienatio rei dotalis confirmatur iuramento. c.cùm contingat.de iureiurand.plenè Christoph. de Castella.in disputat.incipiēte, Statuto ciuitatis Pap. & sic de aliis casibus.

Obligatio naturalis quādo ex cōuentione oriatur.

Sextus casus est, quando lex sibi non assistit: tamē non reprobat, vt l.stipulatio.§.alteri.ff.de verb.oblig. quia tunc ex tali conuentione oritur obligatio naturalis, vt ibi. Idem in pacto nudo de iure canonico, & tunc talis cōuentio validatur per appositionem pœnæ, & per iuramentum. l.nuda.C.de cōtrahen. stipulatione.gloss.sing.in c.quoties.q.7.sic consuluit Bald. consil. 114. Super primo.vol.5. Corne. consil.317.In præsenti.col.2.vol.primo.Alex. consil. 185.In causa. col 3.vol.6.& quādo dicatur lex resistere, plenè Ioan. Imol.in d.c.cùm cōtingat.col.76.de iureiur.post Bar. & Doctor.in d.l.cùm lex.infrà, eodem.

Debitor ratione iuramenti potest capi.

Item, licèt debitor pro ciuili debito non possit inuitus detineri, præsertim si bona possident. l. ob æs alienum.C.de actio.& obliga. tamen si debitor detentus iurauerit non recedere, aut ab initio se obligauerit cum iuramento ad detentionem & carcerationem, donec satisfactum fuerit, obligatur hoc iuramento, & ratione iuramenti poterit capi & detineri. tex.in c.ex rescripto.de iureiurand. Ioan. Fabri.in §. fi Instit.de iure person.& §.fi.de actio.sequitur D. de Petrucia in 17.effectu iuramenti.

Actus deficiens ratione probatoriæ solennitatis.

Septimus casus, quando actus deficit ratione solennitatis probatoriæ, tunc iuramentum non supplet illum effectum Bar.hîc: quia fauorem publicum respicit, cui renuntiari non potest.l.ius publicum. ff. de pact.l.nemo.de lega.primo. Et dicitur solēnitas probatoria, quæ occasione probationum inducitur, sicut solennitas testium, & plerumque scripturæ, & inducitur ob publicam vtilitatem, propter euitādas fraudes l.hac consultissima.C.de testa.& l.si vnus ibidē. & l.contractus.C.de fid.instru.& in casibus numeratis per gloss.in c.primo.de censibus.lib. 6. vbi numerat casus, in quibus de solennitate probatoria requiritur scriptura. l. maximis. C. de nupt. Bald.consil. 414.Casus talis.& consil.seq.in 3.vol.Soci. consil.97. Abundè.colum.3.vol. primo. vbi dicit, quòd stante statuto, vel consuetudine, non probetur contractus, nisi duo notarij fuerint rogati, tūc etiamsi iuramentum fuerit appositum, nō probatur contractus, nec iuramentum. Panor. in d.c. cùm contingat.col. penult.quia sicut non probat contractum, sic nec iuramentum. l.fi. C.de non numerata pecun. si tamen aliter constaret de iuramento, putà per testes, compellendus esset iurans seruare iuramentum, &, deficientibus probationibus, tenetur in foro animæ & conscientiæ: quia statutum non annullat obligationem in fauorem publicum, sed probationem. Ergo

sufficit,

sufficit, quòd aliter de facto constet. facit c. sicut. de probatio. Panor. in d. l. cùm contingat.

Iuramētū super actu aliquo quid importet.

Notandum est, quòd iuramentum appositum super aliquo actu importat idem ac si diceretur, si non valet isto modo quo agitur, valeat omni modo quo valere potest. Et ideo si super testamento iuratur, &
19 ibi non est solennis numerus testium, perinde erit ac si diceret testator, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. tex. in l. cùm pater. §. filius matrē. ff. de lega. 2. qui textus singularis est secundùm Baldum in margar. in verb. codicillus. in 8. q. & verb. iuramentum. q. 12. Matthæ. notab. 56. Barba. consil. 16. col. 3. in fi. in 2. vol. & consil. 43. col. fi. ibidem. & consi. 55. col. penult. ibidem. & Curt. consil. 76. num. 16. Roman. consil. 517. Barba. in additio. ad Bal. in tit. de cōtrouer. feud. apud pares term. Ias. in §. item si quis in fraudem. num. 14. Instit. de actio. Benedict. in repetit. c. Raynutius. in verb. testamentum. in 2. num. 19. & in 3. num. 2. & seq. de testamen. de Perrucia in d. tract. de virib. iuramenti. in 4. effectu.

Probationis defectus non suppletur iuramēto.

Ex quo infertur, quòd iuramentum non supplet defectū solennitatis probatoriæ: nec probatio ob hoc defectiua iustificatur, & sic si in instrumēto non apponatur nomen Principis, licèt iuramētum interueneri, non valet instrumentum. not. Barba. in rub. de fide instrumento. ex quo sequitur quòd iuramētum non supplet probationis defectum, nec probationem iustificat, & sic confessio debiti facta super causa, quę de iure est, inualida & indiscreta vocatur, l. cùm de indebito. §. fi. ff. de probatio. iuramento assertorio veritatis non confirmatur, in quo asserat talem confessionem indistinctè esse veram. Certè per adiectionē iuramenti nō iustificatur illa informis probatio, quæ ex tali confessione indiscreta sumebatur: quia confessio indiscreta, propter adiectionem iuramenti, nō magis asserit causam propositam in libello esse verá, quàm prius: nec magis deducit ipsam in lucem probationis, cùm per ipsam confessionem non probetur causa in libello proposita. Ideò absoluetur reus, non vi exceptionis: sed ratione intentionis non probatæ: quia non probatur per illud iuramentum: nam probatio necessariò debet concludere. c. in præsentia. de probatio. l. neque natales. C. illo tit. de Petruc. in 7. effectu iuramenti.

Iuramentū promissoriū quādo aliquem obliget.

Si verò esset iuramētum promissorium, per quod confitens iurando promittat dictam confessionem indiscretam habere ratam, & omnia in ipsa contenta tenere, vt sæpius notarij ponunt: hoc in casu debitor, ratione talis iuramenti promissorij, poterit adstringi per censuram Ecclesiasticam ad obseruantiá talis iuramenti: vt dixi suprà de iuramento promissorio. Roma. consi. 373. In casu proposito. & Ioan. Baptista in repet. l. admonendi. col. 26. ff. de iureiurand. Do. de Petruc. in d. tracta. 17. effectu. & Hyppolit. in l. prima. §. præterea. ff. de quæstio. & in l. penult. num. 63. ibidem. & in rubr. de probat. fol. 12. versic. & vltra promissa.

Iuramentum firmat cōfessionem in vltima voluntate.

Fallit in vltima voluntate, in qua propter iuramentum, confessio præsumitur esse vera. l. cùm quis decedēs. §. codicillis. ff. de lega. 2. & in auth. de iureiur. à mor. præstito. collat. 5. gloss. sing. in l. prima. C. de falsa cau. adiect. leg.

De eodem.

Quia nōn præsumitur suæ salutis immemor, maximè in morte, l. fi. C. ad l. Iul. repetund. ideò illud iuramentum facit cessare fraudem & suspicionem, & sic probationem illud iuramētum facit: quod secus est in contractibus, quia propter iuramentum non infertur, causam in libello actoris expressam, necessariò esse veram, vt suprà dixi.

Testatoris voluntatis declaratio iuramento firmata, quid importet.

Hinc infertur, quòd donatio causa mortis facta coram duobus testibus, in qua requirūtur quinque, l. fi. C. de donat. cau. mort. confirmatur iuramento: quia iurans facit eam transire in donationem inter viuos: si tamen vi contractus donationis inter viuos valere possit, & vis, & natura verborum hoc importent. l. vbi. ff. de donatio. caus. mortis.

Ideò nuuiter dixi, si vis & natura verborum hoc importent: vtpote, quia iuramentum fuit declaratorium voluntatis donatoris, donator etenim iurauit se velle præstari id, quod donauit: vel iurauit se habere ratam & gratam donationem, & tunc, quia nō valet vt donatio causa mortis, valebit tamen vt valere poterit, per d. §. filius matrem. & sic tanquam donatio inter viuos propter declarationem voluntatis testatoris. sic consuluit Aret. consil. 74. Diligēter. col. 2. vbi dicit, quod si iurās promiserit omnia & singula in donatione, seu in instrumento donationis contenta tenere, & obseruare, & eis non contrauenire aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto, per ista verba dicit irreuocabiles factas donationes causa mortis, nisi ex interuallo hæc clausula, vtpote in dicti instrumenti fine ponatur. Dec. consil. 305. Iuridicam. colum. 2.

Donatio causa mortis propter iuramentū nō reuocatur.

Si verò vis verborum & natura hoc non importat, vtpote, quia iuramentum non est declaratiuum voluntatis ipsius iurantis: sed est iuramentum promissorium de non reuocando donationē causa mortis, tunc propter iuramentum non transfertur hæc causa mortis donatio in contractum inter viuos: sed ex pœnitentia donatoris non poterit reuocari l. si alienam. §. fi. ff. de donatio. caus. mort. verùm ex iuris dispositione reuocabilis remanebit, videlicet si donatarius præmoriatur: nā donatio causa mortis habet duplicē, sui natura, reuocationē. Vnā expressam, 20
quæ fit ex pœnitētia donatoris. l. qui mortis. ff. de donatio. caus. mor. alteram tacitam, quæ fit ex iuris dispositione, scilicet quando donatarius præmoritur donatore. Instit. de donatio. §. primo. l. iij. & ibi glo. ff. de donatio caus. mortis. & l. nō omnes. si certum pet. vnde licèt de donatione causa mortis tollatur vnus modus reuocationis, videlicet quòd non reuocatur per pœnitentiam, vel quòd non possit reuocari, erit irreuocabilis in casu expresso: tamē in alio casu omisso, erit reuocabilis, & remanebit sub dispositione iuris communis. arg. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. l. si extraneus. ff. de condict. cau. da. & probatur etiam, quia licèt donatio in omnibus casibus non sit reuocabilis, in vno tamen erit l. Senatus. §. mortis causa. & ibi not. ff. de donatio. caus. mortis. Bal. consil. 108. Domina Ioanna. in 3. volum.

Donatio causa mortis, in donationem inter viuos translata.

Si verò in donatione causa mortis tollatur omnis modus reuocationis, vt quia donator dicit nolle in aliquo casu reuocari, & sic loquitur vniuersaliter negatiuè, tunc donatio causa mortis necessariò transfertur in donationem inter viuos, ac si mentio mortis facta nō fuisset. & ita loquitur d. l. vbi. ff. de donatio. caus. mort. & l. si alienam. §. fi. ibidem. & l. Senatus. §. mortis. in fi. vbi ponuntur nedum verba indefinita: sed & vniuersaliter negatiua: videlicet, *& nullo casu reuocentur*, quæ verba generalia negatiua necessitatē

faciunt

faciunt transferendi donationem causa mortis in speciē donationis inter viuos, quæ donatio inter viuos, appellatur pura & absoluta: donatio verò causa mortis, reuocabilis.l. senatus. §. donatio. ff. de donatio.caus.mort. & §.mortis causa per quem datur intellectus ad d.l.vbi. Et sic quando non fuerit adhibitus numerus testiū iure requisitus in donatione causa mortis, donator poterit eam per pœnitentiam reuocare, non obstante iuramento de non reuocando, cùm non transeat in speciem donationis inter viuos: sed remanet donatio causa mortis, ergo reuocabitur, nisi viuuersaliter negatiuè fuerit appositū iuramentum, vt suprà dixi, arg. c. ad nostram. in 3 de iureiur.
21 vbi ille, qui iurauit in omni casu seruare ordinem iudiciarium, non tenetur in notoriis: quia natur[...]st in eis, quòd ordo non seruetur, sic & iurando non venire cōtra donationem, poterit per pœnitentiam reuocare, cùm natura ipsa sit reuocabilis, & propriè non dicitur reuocandu venire contra donationem, sed si diceretur eam non fecisse, vel illud non donasse, vel non comprehendisse illam rem, tunc venire contra dicitur, quod est notandum, & hæc sequitur Benedict. in d.c. Raynutius. in verb. testamentum. 4. num. 27. & seq. de testa. vide quæ ple[...] sc[...]psi in l. alienatū. §. donatiunis. ff de verbo. signifi. vbi [...]ltra omnes distinxi quomodo possint hæ donationes cognosci.

Venire cōtra donationē quādo quis dicatur.

Octauus casus est ratione defectus solennitatis formalis, vt in stipu[...]atione, in qua debent esse verba ex vtraque [...]rte, si ex vna tantum fuerint, non valet stipulatio, [...] prima. ff. de verb. oblig. nec etiam confirmatur iuramento, vt sit stipulatio, prout agebatur: quia deficit forma, quæ dat esse rei. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhibendum. sed iurando valebit in vim pacti nudi, & sic prout valere poterit, vt d. §. filius matrem. suprà, dixi.

Iuramentum nō cōfirmat actū propter defectum formæ inualidum.

Et ideo dicit Bar. [...]ic[...] quòd in toto titul. de fideiusso. cùm diximus fideiussorem non teneri, quando intercessit in duriorem causam, vel quando promisit aliud, vel quandu principalis non tenetur. l. Græcè. §. illud. & seq & l. fideiussor obligari. in princip. &
22 §. primo. suprà, eodem. tamen in istis casibus iurando tenetur, non vt fideiussor, quia deficit forma fideiussionis, sed vt principalis promissor, actione ex stipulatu fideiussoria conueniretur, quoniam iurando videtur velle teneri eo modo, quo potest, & sic videtur velle donare. l. j. ff. de cōdictione indebiti. de Petruc. in 6. effectu. Bal. cōsi 495. vol. 3. Alex. cōsi. 32. in fi. vol. 4. Hyppolit. in rubr. ff. de fideiussor. q. 38. nu. 291.

Fideiussor quando nō teneatur.

Intellige, nisi esset defectus circa cōsensum: tunc si deficiat consensus in totum, vel est certo modo limitatus, vel ce[...] conditione, eodem modo intelligitur iuramentum, non enim se extēdit, nisi vsque quo est cogitatum & consensum. l. si C. de non numer pec. l. fin. ff. qui satisda. cog. l si [...]bertus. de oper. liber. l. fin. ad municipal. nam iuramentum non prob[...]ret consensum. l. si per errorē. ff. de iur[...] ct. om. iud. nec iurans ignorās videretur donare [...] cuius per errorem. [...] ff. de regu. iur.

Iuramētū non extendit se vltra, quàm est consensum.

Pro notitia eorum, quæ tradit hic B[...]r adue[...] dum est, quòd duplex reperitur i[...] actil[...]s fo[...]n[...]. quædam necessaria seu substant[...]alis, q[...]c[...] in[...] ci-dentalis. Necessaria est, quæ de esse rei e[...], & si[...]e q[...]a res esse non potest, & hæc forma d[...]citur subst[...] lis, quæ dat esse rei, & eam in esse co[...]seruat. l. I[...]u-nus. §. sed & si quis. ff. ad exhibendum. Et hæc dicitur triplex. Prima dicitur, sine qua actus esse non potest, & hæc forma substantialis, à Iureconsultis dicitur solennitas intrinseca, sine qua licèt actus esse verus possit, tamen sine ea valere non posset. l. cùm hi. ff. de transact. l. quæcunque. §. fin. de publicia. in rem act. vel dicitur intrinseca: quia per se non recipit formam, sed inest vt interrogatio & responsio, ad stipulationem: institutio, ad testamentum: stipulatio, ad fideiussionem. Albertus Brunus in tracta. de forma & solen. actus. rubr. quotuplex est forma. vers. aliam etiam fieri, &c.

Forma necessaria dat esse rei.

Solennitas intrinseca qua a Iureconsult. dicatur.

Secundò dicitur forma substantialis, solennitas extrinseca, de qua in l. sciendum ff. de verb. oblig. gl. in c. si fortè. de elect lib 6. Et dicitur extrinseca, quæ per se requirit formam, vt in authoritate tutoris, qui est actus separatus, & per se formatus. Bald. 10 d. l. sciendum. licet ibi dentur aliæ declarationes.

Extrinseca solenitas per se requirit formā.

Tertiò dicitur forma necessaria, solennitas probatoria. l. si vnus. C. de testa. & suprà dixi in proximo casu.

Solennitas probatoria.

Altera est forma accidentalis, quæ adesse, vel abesse potest citra subiecti corruptionē, vt dicunt Philosophi, & est introducta ad verum esse, & actus ortum, & hæc potest dici actus formalitas, seu specialitas, cuius formæ defectus non vitiat. l. prima. & ij. C. de formul. & impetra. subla l. prima. §. fi. ff. de ventre inspiciend. vnde tamen Albert. vbi. suprà, circa fi.

Forma accidentalis defectus actum nō vitiat.

In forma substantiali intrinseca dicendū est prout suprà dictum est, quòd non confirmatur iuramento, vt valeat prout agitur: sed in vim pacti sic, quia iuramentum potest seruari sine dispendio salutis æternæ, & ideo si stipulatio fuerit facta ex interuallo, nō valet. l. continuus. l. quæ extrinsecus. & l. prima. §. si quis. ff. de verb. obligat. firmatur iuramento tamen, vt in vim pacti valeat.

Secundò infertur, quòd donatio facta absenti, vel venditio, sine organo epistolæ, vel nuntij, licèt non valeat (quia nullus reperitur, qui hoc recipiat) glos. in l. id quod. C. de sacros. eccles. l. consensu. ff. de actin. & oblig. l. prima. manda. tamen non firmatur iuramento, vt valeat, sicut agitur, sed in vim pacti sic.

Iuramētū donationē, absente factā, non firmat.

Tertiò infertur, quòd absens, qui posteà consentit, 23
& ratam habet donationem, vel venditionem, in absentia, sine organo factam, nō potest donatorem, vel alium via actionis constringere ad obseruantiam iuramenti, cùm enim contractus ex eo iuramento non fuerat confirmatus, non potest producere actionem: sed saltem officio iudicis compellitur iurans, censura Ecclesiastica, ad obseruantiam talis iuramenti, cùm dictum iuramentum possit seruari sine detrimento salutis æternæ.

Item dùm in d.c. si verò. & d. c. cùm contingat. dicatur generaliter iuramentum licitum debere seruari, debet intelligi de obseruātia cū effectu, videlicet vt officio iudicis cogatur iurans, vt suprà dictū extitit.

Quartò infertur, quòd trāsactio facta nullo dato, vel retento, non valet. l. trāsactio nullo. C. de transac. nec confirmatur iuramento, propter defectū formæ, [...] valeat tanquā transactio, sed in vim pacti nudi, sic tradit Bar. in l. si quis maior. in fin. C. de transact. de [...] truc. in d. tractat. de virib. iuram. in 4. effectu.

Iuramentū non firmat transactionem, ob defectum formæ.

Restat videre de forma substantiali extrinseca, [...]a sic facienda est regula, Contractus, seu actus p[...]c[...]ans ex defectu formæ necessariæ, & solennitatis extrinsecæ, confirmatur iuramento.

Iuramentū confirmat actū ex defectu formæ necessariæ.

Alienatio iuramento cõfirmata.

Ex quo infertur, quòd si pupillus doli capax alienauerit prædium sine authoritate tutoris, vel curatoris, vel sine decreto iudicis, iuramento cõfirmatur talis alienatio: quia supplet tales solennitates. d. auth. sacramenta. & Bald. in l. ij. q. 9. C. de rescind. vend. & de Petruc. vbi suprà, in 8. effectu iuramenti. facit c. in præsentia. de probat.

Secundo infertur, quòd talis iurans potest compelli via actionis ad seruandum tale iuramẽtum cùm contractus sit validus & per iuramentum confirmatus. gloss. & Doctor. in d. authen. sacramenta. in verb. obseruari. secus quando contractus est inualidus, vt suprà dictum extitit.

Iuramentũ non firmat cõtractum prohibitũ ratione materiæ.

Nonus casus est, quando contractus prohibetur ratione rei, vel materiæ, super qua interponitur, vt si contrahatur super re, de qua non est commercium, tunc non validatur iuramento, nec iuramentũ obligat, quia videtur continere impossibile de facto, vel de iure. allego l. idem Iulianus §. fi. licèt Bart. alleget l. apud Iulianum. §. primo. de lega. primo. l. inter stipulãtem. §. sacram. de verb oblig. & quia iuramentum, vel consensus priuatorum non potest supplere defectum rei. ita hic Bar. Aduertendum est, quòd sicut in operationibus artificialibus & mechanicis, ad hoc vt fiant, & in esse producantur, requiritur præexistentia & habilis materia, super qua contrahatur & disponatur. d. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obliga. l. insulam. de præscript. verb vnde causa materialis in cõtractibus est res, quæ per partes principaliter in contractum deducitur, vtpote in contractum emptionis. Causa materialis est res, substantia, & pecunia, l. pacta. ff. de cõtrah. empt. & similiter materia dicitur in aliis contractibus illud, quod in eis principaliter deducitur, & ex qua, cum aliquo, fit aliquid. arg. l. si conuenerit. 2. §. si quis. de pignor. act. l. adeò. §. voluntas. de acquir. rer. dom. & per Philos. in 2. Physico. & ibi commentator Burleus multa ponit de materia & forma. in 3. tract.

De eadem re.

Quando quæritur, an actus peccans ratione materiæ, firmetur iuramento, faciatis tres conclusiones. Quandoque contractus, seu actus inualidus peccat ex parte materiæ turpis, aut ex parte materiæ impossibilis, aut ex parte materiæ impertinẽtis. Primo casu, non firmatur iuramento, vt supra fuit dictum.

Eiusdẽ cõfirmatio.

Secundo casu, contractus aliquando est inualidus ratione materiæ impossibilis, super qua contrahitur, & tunc talis contractus nõ confirmatur iuramento: quia iuramentum super impossibili præstitum, non valet. c. primo. & seq. de iureiur. lib. 6. quoniã impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de regulis iur. siue deducatur impossibilitas naturæ, vt si cœlum digito tetigeris, Instit. de inutilib. stipulationib. in princip. siue sit impossibilitas de iure, vt res sacra, l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. vel aliàs si stipuleris res quæ non est in nostro commercio, tunc etiã non firmatur iuramento. vt suprà dixi.

Iuramẽtũ an cõfirmet pactũ desicẽs in forma & substantia.

Quæro, an pactum contra naturam contractus intrinsecam & formalem, iuxta l. cùm precario. ff. de precario. confirmetur iuramento. Et videtur, quod non, quia tale pactum censetur impossibile: natura enim cõtractus impossibilis, super quo interponitur, non patitur ipsum simul cum principali valere. d. l. cùm precario. In contrarium videtur, quia iuramentum super tali pacto appositum, potest sine dispendio salutis æternæ obseruari, igitur obseruandum erit. per dictum c. si verò.

Responsio.

Respondeo: Aliquando quis iurauit super pacto tantùm, & tunc tale iuramentum facit transire pactum principale in naturam alterius contractus, secũdum quod pactum, super quo iuratur, melius valere & custodiri poterit, cùm iuramentum habeat vim clausulæ, si non valet actus vt agitur, valeat vt valere poterit l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. & suprà dixi.

Eiusdẽ solutio.

Aliquando quis iurauit super vtroque, scilicet pacto & contractu, & tunc si iurauerit generaliter dicendo, omnia supradicta rata & grata habere, & tenere, tale pactum contra naturam intrinsecam, non confirmatur iuramento generali: quia iuramentum non ex præsumpta voluntate iurantis facit tantùm relationem ad ea, quæ sunt iuris, & quæ interpretationem restrictiuã exigunt. c. ad nostram. de iureiur.

De eodem.

Quandoque quis iurat specialiter super vtroque sic, iuro habere dictum pactum, seu contractum ratum, & illud tenere, & tunc etiam istud pactum specialiter interpositum contra naturam contractus, nõ confirmatur iuramento, nec facit eum transire in naturam alterius contractus, quia iurans vult contractum valere vt agitur, quod est impossibile: ideò non valebit etiam alio modo, attamen iurans debet inquantum potest facere, ne veniat contra iuramentum, cùm possit seruari sine detrimento salutis æternæ. arg. d. c. cum contingat.

Hæres iurantis quãdo cõtra pactum excipere possit.

Et sic infertur, cùm hoc iuramentum non confirmet contractum, quòd mortuo paciscente, seu contrahẽte, qui iurauit, hæres eius excipiens contra pactum nullatenus repelli poterit. Primò, non vi exceptionis pacti, cùm de se fuerit nullum, nec fuerit (vt dixi) iuramentu cõfirmatum: & sic ex se nullam potest producere exceptionem, quæ passiuè transeat contra hæredes paciscentis.

De eadem re.

Secundo, non potest compelli hæres officio iudicis in vim iuramenti, cùm tantùm liget iurantẽ. c. per tuas de arbit. Innoc. in c. veritatis. de iureiuran.

C[ontra]ctus ex parte materi[æ] [impertine]ntis, iurame[nto confir]matur.

Terti[a] conclusio est, quãdo contractus est inualidus ex p[a]rte materię impertinentis, vt si promittatur factum alienũ: tunc talis contractus iuramẽto quidẽ firmatur, nõ quòd promissor factũ istud alienũ præstare teneatur, l. si non fortẽ. §. libertus. ff de cond[i]ct. indeb. sed vt iurans teneatur præstare diligentiã, vt factũ adimpleat, d. c. ex rescripto & ibi glo. vlt de iureiur. & ideò si iurauerim, quòd filia vel soror mea nubet tecũ, videor promisisse, ꝙ curabo vt eã habeas in vxorẽ, c. sicut ex literis. de sponsal. c[um] .de matrim. contra interdictũ Ecclesię cõtracto. c. [illegible] 32 q. vlt. l. qui autẽ. §. ;. ff. de constituta pecunia. Pa[n]or. in [c.] gemina. nu. 9 de sponsal. Ias. in § in personam. nu. 31. Instit. de a[c]tio. Dec. consil. 313. & con[si]l. 310. & licèt actus non valeat vt agitur, debet tamen valere, vt meliùs poterit. d § fi[li]us matr[em]. & vt sup[r]à d[i]ctum fuit.

Tra[nsa]ct[i]o super re certa, iuramẽto cõfirmata.

Et sic infertur, ꝙ transactio facta super lite, vel re certa. licèt fieri nõ deb[e]at, l. j. ff. de transact. vbi super re dubia & lite incert[a] fieri debet, tamen cõfirmatur iuramẽto, nõ vt valeat, prout transactio, ratione materiæ impertinẽtis: quia in transactione debet deduci (vt dixi) res i[n]certa, l. post rem. & l. fi. ff. de transact. & iuramentum nõ supplet defectum materiæ, vt suprà dictũ fuit, sed vt valeat in vim pacti, prout valere poterit. per d. §. filius matrẽ. Ias. & Iacob. in d. l. j. col. pen. Alex. in l. eleganter. in prin. ff. de condict. indebit.

Item

Et super alimentis futuris. Item transactio super alimentis futuris non valet. l.cum hi.ff.de transact.tamen iuramento confirmatur,secundùm Bar.hîc.licet contrarium videatur tenere in d.l.cùm hi. in princ.sed voluit ibi intelligere de iure ciuili:hîc de iure canonico. Nicellus concordia 82.Transactio.& de Petruc in 4 effectu.in fin.de virib.iuram.dic tamen vt nõ confirmetur sicut transactio:sed bene vt pactum,quicquid dicant alij.

Item super testamento, non visis verbis testamenti. Tertiò infertur,quòd licet transactio non valeat, non inspectis cognitisque verbis testamenti,l.de his. ff.de transact.tamen firmatur iuramẽto.Cuma.hic, & Alex.consil.tt.in 2.vol.& Corne. consil.6. In hac. col.3.& seq.vol.primn.Alex.consil.204. in 2. vol. de Petruc.29.effectu.& Doctor. in l. qui Romæ. §.duo fratres.ff.de verbor.oblig. Guliel. Benedic.in verb.si absque.in 2.oum.t33.cum sequ.de substitu. fideicom. quia iurans censetur in genere de omni remedio cogitasse,per quod posset rescindi actus. Bart. & alij in l. ij. C. de rescind. vend. poterit tamen peti absolutio.Iacobi,in d.l.de his.

Restrictio praecedẽtis illationis. Intellige,si specialiter fuit legis, & testamenti habita mentio:alias secus. Alex.consil.48.In causa. col. 3.vol.7.quia deficit consensus.& consil.118.Viso.col. 2.Soc.consil.214.col.5.& seq vol 2.licèt contrarium teneat Angel.consil.94.Cùm lis.in fio. Guido Papa consil.53.Nobilis.in fin.& consi.87.Pro declaratione. in fi.Roma.consil.403.Soci.consil. 282. & seq. vol.2. Tenuit primam.& consil.103.In casu. vol.3.Vital. de Cãba.in tracta.clausul.ful.205.vol.paruo. Dec consil.345.Visis.

Arestum Tholosanũ de eodem. Imò fortius,fuit iudicatum per senatum Tholosanum inter Dominum de Caluissone,& D.de Sancto Albano, eius fratrem, renuntiationem valuisse, quamuis verba testamenti nõ essent visa,nec cognita:eo quod descripta erant hæc verba in transactione, *Remitto tibi omne ius,quamuis vocatus essem per testamentum,aut contractum:& iure hac tenere,&c.*

Decimus casus est,quando actus prohibetur propter alias subditorum vtilitates. exemplum est in l. cùm hi.ff.de transact.

Pactũ renũtiationis successioni futura, iuramento firmatum. Item pactum per quod quis renuntiat successioni futuræ,l.pactum quod dotali.& l.pactum.C.de pact. & de collatio & istis casibus cõfirmatur iuramento. c.quamuis.de pact.lib.6.Ista nõ sunt prohibita,quia cõtra bonos mores,sed quia pro modico quis remitteret magnam successionem futuram,ideo lex volẽs vtilitatibus subditorum prouidere, hoc statuit, non principaliter,ob fauorem publicũ,de quo dixi suprà.

Donatio inter virũ & vxorẽ, iuramẽto firmata. Idem in donatione inter virum & vxorem, quæ prohibita est,ne vnus efficiatur ditior, alter pauperior,propter nimium amorem, quẽ habẽt inuicem, tamen firmatur iuramẽto.hoc tenet Bart.in l prima. ff.de donatio.inter vir.& vxor.& in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiur.& sic cum his est expedita doctrina Bart. quam communiter sequuntur legistæ, & quòd confirmetur hæc donatio iuramento,tenet idem Bar.in l.Seius & Augerius. & ibi addidi.ff.ad leg.Falcid.& ista est cõmunis sententia, secundum quam sæpius vidi iudicari. Guido Papæ in Decisiun.Delphina.q. 190.In honorariis. teste Iacobi.in l.profectitia.§.1.col.2.ff.de iure dot.Aret. cõsil.2.col.2.Ac fauet religioni.l.prima. ff.de iureiur. & summa dicitur opinio,quæ facit pro religione.l.sunt personæ.ff.de religio.& sumpti.funerum. Do.de Petruc in tract.de virib.iura.in 2.effectu. Corn. consil. 6.In hac,col.4.& seq.vol. primo. licet Do.Chassa.in consuet.Burg.in rubr.*des droicts*. §. 7. in gloss. verb. *supposé,que lesdicts contracts,&c.* teneat contra, quæ sententia potest saluari in iuramento assertorio quãdo maritus iurat habuisse dotem,quam non habuit: tunc quia est periurium,& falsum,ob id nõ firmatur iuramento. Bar.in l.cùm quis decedens.§. Titia.ff.de lega.3.plene Franc. Curtius consuluit in consi.95.Sacratissime, &c. Sed in practica idem in vtroque fit: nam impetrantur literæ regiæ rescissionis,habita dispensatione iuramenti,& periode posteà agunt, ac si nunquam iuratum esset.

Litera Regia in Frãcia pro dispensatione rescissionis iuramenti.

Promissio inualida ad vocato facta iuramẽto firmata. Item infertur, quod si pars promiserit aduocato suo dare pro vna causa vltra centum aureos,non valet.l.prima.§.in honorariis.& §. si cui. ff. de variis & extra.cognit.propter vtilitatem cliẽtulorum, qui de facili omnia bona,vel maiorem partem promitterẽt ac darent propter timorem litis,sicut infirmus medico ratione mortis l.medicus.ff.illo tit.gloss.in l. quisquis. §. prætereà. ff. de postuland. tamen iuramento firmatur, prout concludit latè Guido Pap. in Decis. Delph.d.q 190.In honorariis.

Item societates inter virum & vxorem non valẽt, quando continent inæqualitatem. gloss. in authen. Aequalitas & ibi addidi. C.de pact.conuent.Berber. in viatorio iuris.rub.de societa.col. 6. tamen firma- 24
tur iuramento,dummodò nõ versetur præiudicium tertij,filiorum scilicet primi matrimonij. l. hac edictali.C.de secũdis nupt. Do. de Petruc. in tracta. de virib.iura.in 2.effectu.Corne. consi.284.In præsenti. col.vlt.vol.primo.

Vndecimus casus vltra Bart.est, quando contractus est inualidus ex parte causæ efficientis.Præmittendum est,quòd causa efficiens dicitur faciens,& in esse rem producens, & est duplex, videlicet immediata & mediata.Mediata,dicitur remota causa,immediata,efficiens,seu propinqua, est consensus contrahentium,ex quo contractus fiunt, & in esse producuntur.l.consensu.& l.obligamur.§.cõsentientes. ff.de actio.& obliga.l j manda.l.sicut. C. de actio.& obligat.

Iuramentũ regulatur secundum sensum iurantis. Conclusio est,quod contractus seu actus inualidus ratione consensus,non cõfirmatur iuramentu,quia iuramentum habet consensum iurantis pro materia fundamentali, & secũdum illud regulatur. l.si.ff.qui satisd.cog.& l.fi.C. de non numera. pecunia.c.veniens de iureiur.Et vbi consensus deficit,nihil facit iuramentum, nec confirmat contractum, eodem defectu laborantem:quia deficit in tali iuramento vnum de tribus comitibus,scilicet iudicium. Barba consil.5 .Præclarè.col.penult.vol.2.

Contractus infãtis, vel furiosi. Ex quo infertur,quòd iuramentum non confirmat cõtractum infantis,vel furiosi,qui de se est nullus.l. in negotiis. ff. de reg.iur. l. Fulcinius. §. planè. quibus ex caus.in possess.eat. Oldrad. consil. 95. Ex forma.in fi.c.paruuli.2·.q.4.l.prima. §. furiosum. ff. de actionib.& obliga.Henric. Bohic,in c. debitores. in fin.de iureiur.

Item amẽtis & phreneticis. Secundò,idem infertur in amente, & phrenetico cùm furiosis æquiparentur. c. cùm dilectus. de successio.ab intesta.Bal.in l.ij.q.10. C. de rescind. vend. quid in amasius.decide per ea,quæ habentur in l.ij.§. initium.ff.de orig iuris.& Inst.t.de successio subla.& §.illud.in auth.quibus mod.nat. effic. legiti. Marcus

Contractus cũ amasia factus.

Anto.in §.item furiosi. col. 4. & seq. Institur. quib.
non est permiss.facere testa. Et dicerem, quòd cõtra-
ctus factus cum amasia non firmaretur iuramento,
secus cum alia,non sua causa,peti tamẽ posset abso-
lutio,etiamsi cum amica.

Iuramẽtũ, cõtractum ebrij nõ firmat.

Tertiò infertur,quòd cõtractus temulenti & ebrij
iuramento non firmatur,propter defectũ consensus.
c.sanè.15.quæst.prima.c.vnusquisque.22.q. 4. Lucas
de Penna.in l. prima.col.2. C.de erogatione milita.
anno.lib.12.Mar.Auto.in §.item furiosi.col.9. Instit.
quibus non est permissum facere testa.D.de Ripa.in
l.si.q.20.C.de reuocan.dona.Bened.in repet.c. Ray-
nutius.in verb.adiectæ.nu.84.de testam.

Cõtractus per errorẽ initus.

Quartò infertur,quòd contractus erroneus iura-
mento non cõfirmatur.l.si ex falsis.c.de transact. vbi
si quis credens se libertum,promiserit,& iurauerit se
daturum operas,non obligatur (licèt Bart. hic aliter
intelligat) Bald.in l.ij.q.9.C.de rescind.vend.

25 Idem dicunt ex contractu facto per nimiam re-
uerentiam,quæ videtur etiam excludere cõsensum.
l.prima.§. quæ onerandæ. ff. quarum rer. actio non
detur.gloss.& Doctor.in l.quemadmodum. de iure-
iur.dixi suprà,in præfatio. de metu.

Conditio tacita donationis omnium bonorum.

Quintò infertur,quòd donatio omniũ bonorum,
quæ ex præsumpta voluntate donantis habet con-
ditionem tacitam resolutiuam, si liberi posteà na-
scantur donatori, l. si vnquam. C. de reuocandis
dona.non confirmatur iuramento : quia dictum iu-
26 ramentum regulatur secundum consensum donan-
tis & iurantis,& capit tantam conditionẽ, sicut con-
tractus,super quo interponitur. Alber. in l.fin. C. de
non numera pecu.Bar.in l.Titia Seio. §. Imperator.
q.vlt.ff.de lega.2.latè de Ripa in 3 q.in interpretatio-
ne ad illam legem,& post eum Dom. Andreas Ti-
raquellus.

Iuramentũ non firmat cõtractum simulatũ.

Sexto infertur,quòd contractus simulatus iura-
mento non confirmatur:quia deficit consensus. glos.
singul.in l.emptione.C.plus valere quod agitur. latè
declarat Panor.in q.2.incipiẽte,Statuto.col.9. & seq.
vbi ponit quinque casus.& Imol.in d.c. cùm contin-
gat.in 6.membro. & illam gloss. dicit singul. Angel.
in §.primo.col.25.Instit.de exceptio. Felin.in c.si can-
rio.col.17.de fid.instru. Alex.in l.nemo. de lega. pri-
mo.& consil.89.in fin.vol.2.& consil.28. in 5. volum.
Bald.consil.289.in 5. vol.Corne.consil.135. volu. pri-
mo.Barba.consil.60.col.19.vol.3.& col.21.Soci. con-
sil.83.in 3.vol. Hyppol. sing. 474. Thom. de Ferra.
cautel.16.Vital.de Camba. in tracta. clausu. fol. 145.
Ias.in §.item si quis in fraudem.numer. 7 col.prima.
Instit.de actio.& in §.fuerat.num. 87. ibidem. & l.ij.
col.penult.ff.de iureiuran.Anton.de Burgos. in c. ad
nostram.& ibi Panor.de emptio.col.8. Chassa.in cõ-
suet. Burgund. rub. *des droicts*. §. 7. gloss. *suppost.*
numero 51.

Iuramentũ non confirmat arbitramẽtum iniquum.

Septimò infertur,quòd arbitramẽtum & renun-
tiatio habent in se implicitam cõditionem tantæ vo-
luntatis præsumptæ, scilicet quòd arbiter dolo non
arbitretur,vel quòd pars enormi læsione non læda-
tur.l.ita demum.& l.non distinguemus. §. cùm qui-
dam.ff.de arbitr.Bart.in l.societatem.§. arbitrorum.
& ibi addidi multa.ff. pro socio. & ideò non confir-
matur iuramento, quin iurans possit petere recur-
sum ad arbitrium boni viri.c.veniens.in gloss. man-
dato.de iureiur.Innoc. in c. quintauallis.illo tit. Etiã
si diceretur,siue æquè,siue iniquè arbitretur, adhuc
etiam iuramento non cõfirmatur:quia præberet ma-
teriam delinquendi.arg.l.si vnus.§ illud. ff. de pact.
c.quemadmodũ.de iureiur.Specula.in tit. de arbitr.
§ si.versic.item quid si compromissum.

Contractus per iracũdiã factus.

Octauo, contractus factus calore iracundiæ per
eum,qui erat in tanta ira,quæ animum à vero auer-
tebat,non confirmatur iuramento.gloss.in c. ex lite-
ris.de diuort.notatur in l.quicquid.ff. de reg. iur. per
Decium & Panor. in c. sicut ex literis. de iureiur. ira
enim impedit animũ, & sic consensum, debet tamẽ
peti absolutio ad cautelam,Syluest.in sua summa,in
verb.iuramentum.4.quæst.9.

Contractus ex parte inhabilitatis inualidus.

Aliquando contractus seu actus est inualidus ex
parte causæ mediatę efficientis,& remotæ,scilicet ex
parte personarum contrahentium,quæ sunt ad con-
trahendum inhabiles,quę quidem inhabilitas potest
esse duplex,prior est,quando contrahentes sunt in-
habiles propter legem,vel superioris inhabilitatem.
Posterior,propter iuris positiui dispositionẽ, & prio-
ri casu,quando personæ sunt inhabiles propter supe-
rioris authoritatem,vel propter legem,tũc talis con-
tractus non firmatur iuramẽto.l.non dubium. C. de
legib.quia peccat sic cõtrahens, vt suprà dictum est.
in 3.casu & ibi vide.

Eiusdẽ cõprobatur.

Ex quo infertur,quòd non cõfirmatur iuramen-
to contractus venditionis factę à Christianis,Barba-
ris,vel mutuum.l.ij.C. de commerc. & mercato. c.
ita quorundam.de Iudæis & Sarac.

Secundò,contractus venditionis factæ de cupres-
sis in luco Daphnensi existẽtibus, non firmatur iura-
mento.l.prima.C.de cupress.lib.11.

Contractus prodigi.

Tertio,contractus prodigi, cui est bonis interdi-
ctum non confirmatur iuramento,secundum quos-
dam,licèt contrarium teneat Bar.& cõmuniter om-
nes Doctor.in l.is cui.ff.de verb.obliga. Federi. con-
sil.31. Minori.& l j.q.10.de rescind.vend.quod intel-
lige,si capax sit consensus, & aliud intrinsecum non
obsistat. Aufre.q.498.& de Petruc.in 8.effectu.in fin.
Bald.consil.259.vol.2.& consil.seq.ac consil.37. vol.3.
ac consil. 287.vol.5 Dec.consil.274.

Inhabilitas inter personas cõtrahentium.

Quandoque contrahentes sunt inhabiles, propter
solam iuris positiui dispositionem, inhabilitatem
inducentem inter personas contrahentium : vtpote
inter patrem & filium : inter dominum & seruum.
Tunc dicas, quòd talis contractus factus inter tales
personas,non confirmatur iuramento,ita quòd ex eo
oriatur actio ciuilis,& effectus acquisitionis produ-
catur:quia impossibile est talem contractum, quan-
tum ad hoc,confirmari iuramento, cùm per dictum
iuramentũ inhabilitas ciuilis,& positiua contractus,
non tollatur.argu.reg.non firmatur.de regu.iur.libr.
6.& quia non inuenitur, quòd iuramentum habeat
vim emancipandi,vel manumittendi. de quibus In-
stitu.quib.mod.ius patriæ potesta. sol. & ff. & C. de
manum.seruorum.Igitur nõ confirmatur iuramen- 27
to,etiã ratione impossibilitatis, quoad hoc, sed quo-
ad obseruantiam facti bene firmatur, quia pater vel
dominus tenetur adimplere contractum prout iura-
uit:& potest cogi,cùm iuramentum possit,sine salu-
tis æternæ dispendio,obseruari, d. c cùm contingat.
& verus est cõsensus inter patrem & filium, & con-
tractus.l.frater.ff.de cõdict.indeb.& inter dominum
& seruum.l. si id quod.illo tit. ex quo consensu reci-
proco,

proco, scilicet oritur obligatio naturalis. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutionib. Igitur cùm talis contractus sit de iure gentium validus, iuramento confirmabitur. Guido Papa consil. 79. Viso, &c.

Ex quo eliciuntur quinque notabiles effectus. Primus est, quòd traditio rei promissæ facta filio, vel seruo, erit nuda, ex qua nullus acquisitionis effectus producetur, nec dominium rei per illam traditionē acquiretur, quia dictum inhabilitas durat post iuramētum: ideò impedit dominium trāsferri per traditionem, propter impossibilitatem acquisitionis, & quia titulus est inhabilis & inefficax de iure ciuili, ideò sola nuda traditione non transfertur dominium in accipientem. l. nunquam nuda. in princ. ff. de acq. rer. domin. & l. fi. §. illo. C. de necess. seruis. & l. si quis in testamento. de fideicommiss. libert.

Traditione nuda quam dodominiū non transferatur.

Secundus effectus est, quòd pater vel dominus nō potest adstringi ad implementum contractus, nec conueniri via actionis, cùm contractus in se, per iuramentum non confirmatus, adhuc in primario efficaciæ statu remaneat, nullam producens actionem, vt suprà dictum extitit.

Tertius effectus est, quòd pater officio iudicis, vel dominus, potest constringi ad implemētum contractus facti cum suo filio, vel seruo: quia officium iudicis bene cadit inter eos. l. lis nulla. & l. vix certis. ff. de iudic. gloss. sing. in l. prima. C. qui admitti. & sic per censuram Ecclesiasticam compellentur, cùm iuramentum possit sine salutis eorum dispendio seruari, & ipsi non possint cogi via actionis, vt suprà dictum est, ergo officio iudicis poterunt compelli.

Officiū iudicis habet locū inter patrē & filium, domi nū & seruū.

Quartus effectus est quòd si pater, vel dominus, post traditionem factam filio, vel seruo, alienauerit dictam rem in alium, licèt sit periurus, tamen transfertur dominium in alium accipientem dictam rem, quia iuramentum tantùm afficit personam, & non rem: ideò non impedit dominij translationem. Innoc. in c. dilecta. de excessibus prælato.

Iuramentū ad rem nō extēditur.

Item postquam dominium non erat translatum in filium, vel seruum, ergo penes patrem, vel dominum, illud scilicet dominium, quod transferre potuerunt, remanserat. l. traditionibus. C. de pactis. & l. quoties. C. de rei vendic.

Quintus effectus est, quòd si interim moriatur pater, vel dominus, ante videlicet traditionem, non poterit hæres cogi ad implemētum contractus. Primò, non via actionis, quia nulla orta est actio ex dicto contractu, vt suprà dixi.

Item, nec per officium iudicis, quia morte iurantis extinctum fuit iuramentum, tanquam personale. ergo hæres non tenebitur c. pertuas. de arbitr. Inno. in c. veritatis. de iureiur. si tamen pater, vel maritus in vita tradiderit rem filio, vel seruo, non poterit postea illam rem hæres repetere, & hoc propter naturalem obligationem ex dicto contractu ortam, quæ in hæredem passiuè transit, & solui impedit repetitionem. l. frater à fratre. & l. Iulianus. ff. de cōdict. indeb. & quia per mortem talis donatio confirmatur. l. fi. C. de donationibus inter vir. & vxo.

Naturalis obligatio impedit soluti repetitionē.

Duodecimus & vltimus casus est, quòd aliquando improbatur cōtractus ratione causæ finalis. Præmittendum igitur est quòd causa finalis dicitur dupliciter. Primò, dicitur causa finalis, ipsa videlicet finalis ratio, principaliter mouens aliquem ad contra-

Cōtractus inualidus ratione causæ finalis.

28

hendum, & disponendum, qua causa cessante, cessat contractus simul & dispositio. l. fi. ff. de hæred. institu. l. ij. de donatio. l. si pater. C. de hæred. instit. Et cōtractus seu actus inualidus ex parte huius causæ, non confirmatur iuramento: quia iuramentum eandem causam finalem & conditionem, quam habebat ipse contractus, recipit. l. final. C. de non numera. pecu.

Et ideò stipulatio dotis habet tacitam conditionem ad causam finalem, si nuptiæ sequantur. l. stipulationem. ff. de iure dot. l. si extraneus. ff. de cōdictione cau. dat. idem in iuramēto super ea interposito. c. quemadmodum. & ibi gloss. de iureiur.

Secundo modo, dicitur causa finalis, ipse finalis effectus, qui ex contractu, seu actu infertur, & ad quem cōtractus ordinatur & tendit. 29

Sciendum est, quòd contractus seu actus de iure, propter finem, octo modis improbatur.

Primò, fauore publicæ vtilitatis principaliter. Secundò, ratione publicæ vtilitatis secundariò. Tertiò, quandoque reprobatur fauore debitoris. Quartò odio debitoris. Quintò, propter particularem vtilitatem subiectorum. Sextò, quando est impedimentum tertij. Septimò, quando non interest contrahentium. Octauo, quando est contra bonos mores.

Octo modi improbādi contractū, propter finem.

Quia suprà expediti sunt omnes casus dempto sexto, ergo de illo videamus. Notandum est, quòd quando contractus seu actus improbatur, quia tendit in præiudicium tertij, non confirmatur iuramento, quia non operatur, nec obligat in præiudicium tertij. d. c. cùm contingat. in fi. & c. 1. de pact. lib. 6. gloss. & Doctor. in c. licet mulieres. de iureiur. lib. 6. l. fi. ff. ad municipal. Guido Papæ. consil. 81. Ad decem. qu. 4. Angel. Clauas. in sua summa. in verb. iuramentum. 5. quæst. 15.

Cōtractus, seu actus in præiudiciū tertij.

Primò infertur, quòd si pater iurauit non consentire filio agere volenti, non præiudicat tertio volenti agere contra filium. Specula. in tit. de act. §. primo. vers. sed quid si iurauerit.

Secundò infertur, quod si aliquis iurauit non ferre testimonium contra aliquem, tale iuramentum est temerarium, & sic non obligat in præiudicium tertij. c. intimauit. de testib. Hostien. in summa. de testib. §. & quem. vers. si quid. in fin. & Specul. eodem tit. §. de testium compulsione. vers. quid si quis iurauit. &c.

Iuramentū temerariū.

Tertiò, si quis iurauerit pro nullo fideiubere, & proximior sit in magno periculo constitutus: iurans tenetur, nō obstante iuramēto, fideiubere. Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de iureiur. Ias. in §. item si quis postulante. colum. 16. Instit. de actionib. sequitur Hippol. singul. 359. Iuramētum, & c. Panor. in sua disputa. 2. incip. Statuto, &c. col. 14. & in c. si verò. col. 2. de iureiuran.

Iurans non fideiubere, quando fideiubere tenetur.

Quartò, si donans renuntiaret l. si vnquam. C. de reuocand. donat. cum iuramento, non præiudicaret filius. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de instru. editio. §. porrò. in fi. & suprà dixi.

Vltimò quæro, an quis possit venire contra iuramentum sua propria authoritate, & quando, vel an requiratur dispēsatio superioris. Quatuor sunt casus.

Casus, quibus quis venire contra suum iuramētum potest.

Primus, quando constat iuramentum esse manifestè illicitum. Secundus, quando constat esse licitū. Tertius, quando est dubium. Quartus, quando iura-

mentum est temerarium. vide Panor. in quæst. 2. Staturo, &c. col. 14. & seq. ponentem octo casus: hos tamen prosequar tanquam necessarios. Primus casus est, quando manifeste constat iuramentum esse illicitum, vtpote quia cõtinet aliquod peccatum mortale, aut veniale, seu aliquod nocumentum saluti, vel ne intret religionem, & tunc poterit iurans venire contra, etiam propria authoritate nec indiget aliqua dispẽsatione. c. quod Dauid. & c. seq. & c. in malis. 22. q. 4. tolerabilius enim est non implere sacramẽtum, quàm permanere in stupri flagitio. c. non est obseruandum. ibidem. Petiit Herodes, qui iuramentum obseruauit: saluatus est Petrus, qui recusauit. c. actione. ibidem. tamen agere debet de hoc temerariu iuramento, pœnitentiam. c. ad audientiam. de sponsalib. Panor. in c. quanto. in gloss. absolui. de iureiuran.

Dispensatio superioris quando pro iuramẽto requiratur.

Secundus casus, quando constat sacramentum, siue iuramentum esse licitum, & tunc iurans non potest venire contra: sed requiritur dispensatio superioris, cum causæ cognitione facienda. not. in c. primo. de iureiurand. nisi necessitas vrgeret iurantem venire contra iuramentum suum, & non posset commodè haberi copia superioris. c. antecessorum. 11. quæst. 3. vtpote si quis iurauerit non recipere mutuum ab aliquo, certe si iurans non potest in eo loco venire, non tenetur illud seruare iuramentum, quia venit res ad causam, de qua si iurans in initio cogitasset, & præcisè iurasset, illicitum fuisset iuramentum. c. primo & 2. in 22. q. 2.

De eodem.

Idem si vtilitas Ecclesiæ immineret. c. olim in fin. de electione. c. exposuisti. & c. de multa. de præbẽdis.

Super iuramento dubio solus Papa dispensat.

Tertius est casus, quando est dubiũ, an iuramentum sit licitum, vel illicitum, vel an sit nociuum, vel non, & certè non poterit venire contra, propria authoritate: sed in hoc casu dubio solus Papa poterit dispensare. c. venerabilem. in fi. de electione. c. quanto. de iureiur. & Bohic. in c. si verò. primo. ibidem. Lucas in l. iij. col. 5. C. de prædiis curia. lib. 10. Hodie impetrantur literæ Regiæ ad rescindẽdum illum contractum, habita priùs dispensatione iuramenti à suo Episcopo, vel ab alio potestatem habente, & ita vidi practicari.

Praxis Franciæ de eodẽ.

Iuramentũ temerariũ.

Quartus casus est, quando iuramentum est temerarium simpliciter, & tunc est seruandum. c. qui sacramento. 22. quæst. 4. & dicitur sex modis temerarium, vt per Archidiaconum in summa. 22. q. 4. Si verò tale iuramẽtum est periculosum, tunc non veniet contra propria authoritate: sed requiritur absolutio. not. in d. c. venerabilem. Henric. Bohic. in c. quemadmodum. de iureiur. vide alios casus per Panor. in d. 2. disputa. col. 14.

Alius casus est, ratione approbationis factæ per clericos. Chassa. in consuet. Burg. in rub. *des successions.* § 7. in gloss. verb. *suppose que lesdicts.* circa fin. quod mihi non placet, tum quia multa per patientiam tolerantur, quæ si ad iudicium venirent, non tolerarentur, c. cùm iamdidũ. de præbend. tum quia dispensatio est facti, quæ non præsumitur, nisi probetur. l. fi. & ibi Ias. not. ro. C. de iure emphyteu.

Item, quando dispensatio requiritur, tolerantia non sufficit, quia aliud est tolerantia, aliud dispensatio, imo non censetur dispensatum, nisi sit verbũ, *dispensamus.* Cald consi. 8. de rescript. fusiùs alibi dico, hoc tamen non firmo.

Papa super quocunque iuramẽto dispẽsare possit.

Postremò, necesse est videre, quis possit dispensare super iuramento. Quare conclusiones sequentes faciendæ sunt. Prima conclusio, potest Papa super iuramento etiam licito dispensare, & ex causa remittere, vel relaxare in perpetuum, vel ad tempus. c. verum. de iureiuran. c. authoritate. 15. qu. 6. vbi dicitur, quòd in voluntariis iuramentis non dispensat sine causa, in aliis secus. Henr. Bohic. in c. quanto. in vlt. dist. de iureiur.

Dispensatio Archiepiscopi, & Episcopi super iuramẽtis.

Secunda conclusio, Archiepiscopus & Episcopus potest super iuramentis vi, metu, dolóue extortis, dispensare c. constitutus. de rescript. d. c. venerabilem, cap. peruenit. in primo. & cap. debitores. de iureiurando.

Est tamen differentia, quia ad Papam recurrendum est in factis magnarum personarum, vel multum dubiis. d. c. venerabilem. in fi. de electio. Panor. in d. c. quanto. de iureiur.

Dispensatio Abbatis, vel Prælatorum.

Tertia cõclusio, Abbas, vel alij Prælati inferiores, super nullis iuramentis possunt dispensare, nec aliàs, nisi in casibus à iure expressis. c. cùm illorum. de senten. excom c. 2. de eo qui furt. ord. recipit. Innoc. & alij in c. vlt. de transact. Bohic. in d. c. quãto. sicut nec in voto. c. primo de voto.

Dispensatio Principis secularis super iuramento admittatur.

Quarta conclusio: Princeps secularis non potest super iuramẽto dispensare. c. tua. de decimis. nec refragatur gl. in l. adigere. § quamuis. ff. de iure patron. quæ dicit legem habere vim apostolicam in remittendo iuramentum, quia illa gloss. refellitur: nam in hoc cùm tractetur de animæ periculo, lex ciuilis succumbit canoni. c. licet mulieres. de iureiur. lib. 6 vide 30
tex. & ibi Lucam de Penna in l. prima. C. qui militare non possunt. libr. 12. vbi Imperator solet indignos ad militiam sacramento soluere, quod ad commodum ipsius principaliter spectat, quod est notandum.

De eodem.

Aduertendum est, quicquid hactenus scripserint Doctores, quòd Princeps secularis non possit remittere iuramentum, nisi quatenus tangit illum. Ego puto considerandam in iuramento pœnam ciuilem & canonicam: vtpote pœnã animæ, & corporis ac bonorum, in quantum iuramentum tangit animam, arbitror Papam, vel Episcopos remittere & dispensare posse, prout superiùs dixi, & plene scribit Felin. in c. 2. de sponsal. quia Deus dedit Papæ & Ecclesiæ ministris potestatem relaxandi & remittendi peccata. Ioan. 20. Quorũ remiseritis peccata, &c. & quoad hoc intelligi debet rubr. de iureiurand. ob id Papa & Episcopus, quoad peccatum habent potestatẽ remittendi, commutandi, vel dispensandi super iuramento, vt superius dictum extitit.

Principes seculares super quibus dispensare possint.

Aliquando, & secundò, ex iuramẽto non seruato quis incurrit periurium & infamiam, atque priuatur actione, l. si quis maior. C. de transact. & alias pœnas ciuiles, vt ibi, quæ tangunt corpus & bona, & super hoc iuramento, quatenus concernit corpus & bona, infamiam ciuilem, vel aliam pœnam, applicandam Principi seculari, possunt Principes seculares dispẽsare, & iurisiurandi gratiam facere. l. fi. ff. ad municipal. & l. adigere. § fi. de iure patron. & iuramento soluere, in l. fi. ff. de re milit. & l. prima. C. qui militare non possunt. lib. 12 & alia iura ciuilia loquẽtia de remissione iuramenti, nam Principis est remittere pœnas, quas statuit. l. eas. ff. de capit. minut. ipse has pœnas induxit, ergo illas remittere potest. Quòd si quis

quis supplicauerit illi, antequam dispenset, istas incurrit pœnas. d. l. si quis maior. & sic debet intelligi decisio Guido. Pap. quæstio. 194. Princeps. alioqui si Princeps secularis non faceret gratiam iuramenti, dispensatus ab Episcopo, esset periurus de iure ciuili, & sic puniendus à iudicibus secularibus, cùm remissio iuramenti non inueniretur in suo foro. Curtius in d. l. si quis maior. in princip. docet Papam non posse dispensare contra effectum iuramenti à lege ciuili inductum, secus in effectu à iure Canonico inducto. allegat Paul. in consiliis. facit quod scribit Anchar. in c. sua. 1. in fin. de decim.

Item sic dispensatus ab Episcopo, non posset agere coram iudice seculari, quia actione priuatus, vel si ageret ex illa sola dispensatione Papæ, vel Episcopi vsurparetur iurisdictio secularis, contra c. nouit. de iudiciis. Adhæc nunquam opus esset adire secularem post dispensationem ab Episcopo obtentam: quia ratione causæ præparantis Episcopus esset iudex præparati, per regulam quam tradunt Doctores in l. ordinarij. C. de rei vend. & l. incerti. C. de interdict. sicut Papa non legitimat quoad temporalia. c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. cap. nouit. de iudiciis. Scripsi in Scholasticis priuilegiis. priuilegio 98.

Praxis in Francia de rescissione contractus iurati.

Quamobrem in praxi seruatur, vt qui rescindere vult contractum iuratum, vel alium actum à se gestum, & cancellationem instrumenti obtinere, vt impetret literas à Rege, vel à Principe seculari, vt hoc sibi liceat, qui concedit gratiam iuramenti, suas pœnas respiciens, verùm quia pars posset negligere animam, ob id dicit, nonobstantibus obligationibus, renuntiationibus, fide & iuramento vallatis, prouiso quòd à Prælato suo, vel ab alio potestatem habente, de huiusmodi fide, & iuraměto fuerit dispensatus. Et sic Princeps secularis videt animam ac corpus, & bona ligata propter iuramentum, ob id ipse remittit iuramentum quoad pœnam corporalem, quam incurreret agens si in periurium incideret. Verùm, vt seruet iurisdictionem Episcopo quoad animam, vult etiam quòd pars habeat ab Episcopo iuramenti dispensationem, & sic dicebant quidam, si Princeps vult, vt pars habeat ab Episcopo dispensationem, ergo non est dispensatus. Respondeo per prædicta, non esse dispensatum quoad animam: sed quoad facultatē agendi, & quoad pœnas ciuiles censetur à Principe dispensatus, & vt agere possit, & ista sunt notanda, super quibus multū laborauit Fortun. Garlia, in tractatu de vltimo fine iuris. num. 243. cum seq. sed scopum attingere non potuit.

Item lex aliquando iuramentum nullius momēti esse dicit in l. si quis inquilinus. §. fin. ff. de legat. j. in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. obligat. & l. si plagij. ibid. quia inquantum videt iuramentum esse contra bonos mores, non vult vt de iure ciuili incurrat pœnam ciuilem sic iurans: ideò quoad forum suum, illud iuramentum nullum dicit, sed quoad animam, illud Episcopo & Ecclesiasticis remittit, & quoad forum animæ: potest enim lex ciuilis Canoni adiungere pœnam, vt sæpius in rub. C. de sacros. Ecclesiis. & de Episc. & cler. ac de Episcopali audient. patet. & Doctores not. in c. cùm contingat. de iureiur. & in c. Ecclesiam sanctæ Mariæ. de constitut. Et illam pœnam solus remittet Princeps, & iuramentum nullum, quoad forum suum, pronuntiabit: & sicut est competens ad obseruationem iuramenti, c. licet. de iureiuran. in 6. ita poterit compellere partem, vt relaxet turpe iuramentum, c. j. de iureiuran. dixi in c. debitores. illo tit. Roman. singul. 492. Vbi iuramentum. Felin. in c. cùm sit. de foro compet. & c. j. de iureiur. & c. ij. de sponsalib. & sic patet intellectus ad multa iura, quæ perperàm hactenus fuēre intellecta. Laus Deo & Virgini Mariæ.

Princeps secularis quod iuramētum relaxare possit.

F I N I S.

INTELLECTVS NOVVS, ATQVE AVREVS, AD LEGEM VNICAM.

C. ex delictis defunctorum. in quantum hæredes conueniantur, authore Domino Petro Rebuffo.

***

SVMMARIA.

1 *Litis contestatio facit, vt actio ex delicto defuncti, in solidum contra hæredes transeat.*
2 *Citatio est de processu.*
3 *Restringitur.*
4 *Citatio inualida non facit quem contumacem, etiamsi non veniat.*
5 *Reus ratione libelli ineptè propositi, nõ debet puniri.*
6 *Lis pendere non dicitur, quando citatio non peruenit ad aures citati.*
7 *Vel quando fit à iudice incompetenti.*
8 *Lis contestata censetur, quando per reum stat, quo minus fiat litis contestatio.*
9 *Audientia potest contumaci per iudicem in omnè sua causa denegari.*
10 *Ignorantia affectata quæ dicatur.*
11 *Et quando præsumatur.*
12 *Princeps potest iudices propter negligentiã deponere.*
13 *Tempus non tantùm ignoranti, sed nec dubitanti currit.*
14 *Ignorantia iuris naturalis non excusat, & quare.*
15 *Lata culpa in perditione famæ non æquiparatur dolo, & quare.*
16 *Omißio signi crucis in inuentario, non vitiat inuentarium.*
17 *Vulnerans aliquem modicè, non est puniendus pœna statuta de vulnerante.*
18 *Bona fides de iure Canonico est omni præscriptionis tempore requisita.*
19 *Ratio legis ipsis verbis præferenda.*
20 *Bannitus non ritè condemnatus, non comprehenditur statuto puniente statutum.*
21 *Testamentum inualidum non subsistit, licèt habeat clausulam,* Irritans omnia alia testamenta prius facta.
22 *Testimonium testis contrariũ primo quando valeat.*
23 *Gabella de contractu inualido non soluenda.*
24 *Non condemnatum esse, vel non ritè, æquiparatur.*
25 *Non habere maritum, vel inutilem habere, idem est.*
26 *Confessio extra iudicium geminata præiudicat.*
27 *Actio ex nudo pacto oritur ratione geminationis.*
28 *Delictum propter geminationem grauiùs puniendũ.*
29 *Iustè fieri dicitur, quod fit per iudicem.*
30 *Iurans soluere alicui debitum, opponendo compensationem, censetur soluisse.*
31 *Exceptio dilatoria etiam post litis contestationem opponi potest.*
32 *Testator non potest ex mora, vel delicto cohæredis alium cohæredem punire.*
33 *Moræ purgatio non admittitur, vbi executio fit ipso iure.*
34 *Pœnitentia locus quando non sit in contractibus innominatis.*
35 *Purgatio moræ pro Iudæis & Hæreticis non admittitur.*
36 *Procurator bannitus potest reuocari.*
37 *Dominus quando in dubio Procuratorem reuocasse præsumatur.*
38 *Fideiussorem non idoneum accipiens, non potest eum postea reprobare.*
39 *Fructus à tempore moræ quando non veniant tanquam interesse, & quando veniant.*
40 *Libellus in obligatione dandi quomodo à tempore moræ formandus.*
41 *Reiterans accedere sermones hæreticorum, habetur hæreticus.*
42 *Decurio qui desiit esse, non potest torqueri, & quare.*
43 *Emptor quando in casum deficientis conditionis debeat fructus lucrari.*
44 *Hæredi ipsius adiecti solui non potest, & quare.*
45 *Adiectus cur nec nouare, nec acceptum ferre possit.*
46 *Procurator ex postfacto malus homo effectus, tacitè præsumitur reuocatus.*
47 *Actio in factum ex causa iudicati non habet paratam executionem.*
48 *Periculum interitus post moram debitoris, spectat ad ipsum debitorem.*
49 & 50 *Victus, si iustam litigandi causam habeat, non condemnandus est in expensis.*
51 *Officiales cogentes aliquem ad venditionem alicuius rei faciendam ipsis, qua pœna puniendi.*
52 *Christiani in Ecclesia delictum committentes, eius immunitate non gaudent.*
53 *Respub. cum minore concurrens in priuilegio præfertur ipsi minori.*
54 *Sententia contra Rempubl. minorem, vel Ecclesiam lata quomodo restituatur.*
55 *Causa malitiosè procurata & affectata non debet affectanti afferre commodum.*
56 *Absentes cum affectatione causa Reip. non debent vti priuilegiis absentium.*
57 *Per sententiam quomodo quasi contrahatur.*
58 *Actio in factum, oriens ex sententia, nascitur ex consensu ficto à lege, non ex tacito.*
59 *Sententia quomodo æquiparetur vltimæ voluntati.*
60 *Vel potiùs contractibus.*
Extensio de contractibus ad quasi contractus est regularis. ibidem.

Senten

61 *Sententia per subauditionem vnius verbi non est supplenda.*
62 *Procurator in criminalibus regulariter non debet interuenire.*
63 *Restringitur.*
64 *Officium iudicis tantùm petenti dandum.*
65 *Delictum causa pecuniæ factum, æstimatur enormius quàm factum sine pecunia.*
66 *Exemplum de homicidio.*
67 *Nūtio iurato de citationibus per eū factis credendū.*
68 *Statutum puniens homicîdam, extenditur ad homicidium fieri facientem.*
69 *Delictum dicitur verè committere, qui per alium committit.*
70 *Stipendia debent militibus solui propria manu, non per Procuratorem.*
71 *Stipendiary non debent per substitutum recipere stipendia.*
72 & 73 *Contumacia quando loco litis contestationis succedat.*
74 *Principis sententia regulariter sine citatione non subsistit.*
75 & 76 *Fuga à iudicio quādo delictum probet, quando verò non.*
77 *Homicidium, vno vulnere inflicto, factum, si ignoretur omnium quis inflixerit, in melius interpretandum.*
78 *Contrahens nuptias incestas, inter cætera exilio puniendus.*
79 *Matrimonium metu illatum, culpa ipsius metum passi, an valeat?*
80 & 81 *Metus ex culpa sua procedēs, an sibi noceat?*
82 *Iudex pro suspecto recusari non potest ab eo, qui accusat, cùm suspicio sua culpa prouenit.*
83 *Maritus interficiendo vxorem suam, perdit dotem.*
84 *Testes inimici quando contra debitorem testificari possint.*
85 *Causa qualibet, etiam iniusta, excusat à dolo.*
86 *Fugisse de carcere non dicitur, ille qui statim redit.*
Scholaris reuertens ante quinquennium à die recessus, habetur pro scholari. *ibidem.*
87 *Acquirere aliquid, quòd debeus apud quem non sit remansurum, vel quòd non acquiratur, æquiparantur.*
88 *Fuga nullam inducit præsumptionem, quando aliquis fugit post inquisitionē de delicto contra eum factam, & quare.*
89 *Procurator post litis cōtestationem alium substituens, excludit tertium.*
90 *Ingerens se præsumptuosè in ordinem alterius, illo priuandus, & omnium vltimus constituendus.*
91 *Facta, immediatè reuocata, habentur fictione quadam iuris pro infectis.*
92 *Conditiones debent propriè, nō iuris fictione impleri.*
93 *Testamentis duobus eadem die factis, de quorum prioritate non appareat, quódnam præualeat.*
94 *Infamis non potest esse Procurator apud Principem, & quare.*
95 *Inducta in fauore, non debent in odium retorqueri.*
96 & 97 *Accessorium quando sublato principali non tollatur.*
98 *Actio realis, siue res in ea deducta, fit per solam conuentionem litigiosa.*
99 *Hæreditas per solam denuntiationem, vel conuentionem, dicitur petita.*

LEX VNICA. IMPP. DIOCLET. ET MAXIMIAN. AA. ET CC. MACEDONI.

POst litis contestationem eo, qui vim fecit, vel concussionem intulit, vel aliquid deliquit, defuncto: successorē eius in solidum, alioquin in quantum ad eum peruenit, conueniri, iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditetur. D. V. Kalend. Maij, Sirmij. CC. Coss.

DEi Optimi Maximi inuocato suffragio, hæc l.vnica. C. ex delictis defunctorum in quantum hæred. conueniant. secundum Baldum in tres partes diuiditur. In prima enim parte traditur regula post litis contestationem: in secunda parte altera regula, ante ipsam litis contestationem, in tertia ponitur ratio vltimæ regulæ, secunda ibi, alioquin. tertia ibi, ne alieno. Casus in voce expressus fuit, & hic scribitur, per Bald. quamobrem eum nunc missum facio, & venio ad notabilia. Noto igitur primò, ex hoc text. vnam regulam affirmatiuam, scilicet, quòd actio ex delicto, facta litis contestatione, transit in solidum ad hæredes defuncti, quod patet hic, idem habetur in l.j.ff.de priuat.delict. & hoc ratione litis contestationis, de qua in hoc text. introductum esse nemo ignorat: nam actio pœnalis non transit ad hæredem, nisi in casibus traditis per Pirrum in l.pupillum.§.in hæredem.ff.de reg.iuris. Ex quo apparet vnus effectus litis contestationis, quæ quidem facit transire actionem ex delicto, contra hæredes in solidum, quæ aliàs non transiret. Quare decreui hic colligere alios litis ipsius contestationis effectus, cùm sit huic nostræ legi, quam explicādam suscepimus, materia satis accommoda, vide tamen regulam, cum limitatione, per Pirrum in d.l.pupillus.§.in hæredem.ff. de regulis iuris. vbi regulariter actio pœnalis, non transit in hæredem, vt ibi dicitur. Vltra ergo hunc effectum, alius habetur in l.iudicium soluitur. ff.de iudiciis. cum glos.ibi, quæ probat, quòd iudicium dicitur propriè incipere à litis contestatione, & prima glos.est, quodammodo peregrina, sed pro ea adduco text. nouum & clarum, in l.cùm fundus.in 2.responso.ff.si certum pet.dum ibi dicit text.quòd agens condictione certi post iudicium acceptum, ei causa omnis restituenda est, id est, omne id quod habiturus esset actor, si litis contestatæ tempore solutus fuisset, facit l. ædiles.§ item sciendum.ff.de ædil.edict.l.si tem. ff.de Procurator. l.amplius.rem ratam haber. ponderatur tamen tex. in contrarium, in l.item veniunt.§.idem rectè. ff.de petitione hæredit. ibi, *Et susceptum iudicium non potest noxæ dedendo se obligare*, suscepit autem per aditionem hæreditatis, & sic per solam actionem propositam, & ita ante litis contestationem, sed dic, quòd ibi intelligitur incœptum iudicium, per petitionem hæreditatis, cum renuntiatione: & sic per litis contestationem, & istam opinionem approbat Bart.

1

Effectus litis cōtestationis.

Iudicium quando incipiat.

Bart. cum qua nunc transeo, alibi pleniùs fortè examinabo: iste tamen effectus recipit certas declarationes, siue limitationes, in quibus iudicium videtur incipere ante litis contestationem. Prima est, quoad perpetuandum iurisdictionem iudicis delegati: nam per solam citationem perpetuatur eius iurisdictio, & ita iudicium censetur cœptum. De hoc est bonus text. in c.gratum.de offic. deleg. in verbo, negotium quasi cœptum. & istud vuluit Bart. in l.& quia in 4. col. ff. de iurisdictione omn. iudic. vbi assignat hanc rationem specialitatis, quia ipsi delegato mandatur iurisdictio, in causa delegata, & iurisdictio incipit quodammodo & exerceri, & geri per citationem, quod patet, quia missio citationis est iurisdictionis, vt patet Insti. de pœna tem. litig. §.fin. in princ. & in rub. ff. & C de in ius voc. vbi iudicium, vel (vt melius dicam) processus incipere videtur à citatione:

Iudicium per citationem perpetuatur.

2 ergo desinit per citationem res integra. Et quòd citatio dicatur de processu, allego glo. singularem in c. prudentiam. in verbo, citra formam. extra de offi.

3 deleg. quam tamen singulariter intelligatis limitando, vt non procedat in prima citatione, quia prima non censetur de processu, sed potiùs extraiudicialis, de hoc est glo. singul. in clem. prima. in verbo, citationes. de iudic. ex qua posset inferri decisio quæstionis, si statuto caueretur, vt à tempore contractus creditor debeat incipere processum infra tres menses, si tantummodo faciat vnam citationem, non videtur inchoasse processum: ideò ad supradicta vide quæ dixi in §. fin. de collat. in Concordat. animaduertatis tamen per glos. in d.l & quia. quòd requiritur etiam litis contestatio ad perpetuandam iurisdictionem delegati, sed ibi istud reprobat Bartol. pro quo tamen videtur tex. expressus in c. relatum extra de offic. deleg vbi deciditur quòd si ante litis contestationem moriatur iudex delegans, tunc finietur iurisdictio delegata, quasi re integra, & ita citatio quæ fit ante litis contestationem, non perpetuat ipsam iurisdictionem, sed ad illud contrarium, quod prima fronte apparet, fortè dici potest, quòd ille text. intelligitur, quando mortuus fuit ante litis contestationem nulla præparatione iudicij facta, aliàs secus: & hoc est, maximè quia debemus esse prompti ad iura concordanda, l. vnica. C. de inoffic. dotibus. Cùm ergo c. gratum. subsequens dictum c. relatum. expressè firmet, quòd citatio sola perpetuet iurisdictionem, ergo præcedens debet declarari secundũ sequens, l. hæredes palam. §. sed & si notam. ff. de testam. & per textum in l. talis. §. fin. & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. vel solue secundum glos. ibi, quæ tamen non videtur ex Doctorum sententia, ideò confugias ad alias solutiones, vt vni tandem dicere possis cum Poeta Ouidio,

Obiectionis solutio.

— cui dicam, tu mihi sola places.

Amplia, hanc declarationem non solùm procedere per citationem factam, vt per eam perpetuetur iurisdictio delegati, sed etiam per quemlibet actum, aliqualiter per præparationẽ exercitij iurisdictionis factum, per ipsum iudicem delegatum. Exemplum, quando ipse iudex delegatus eligit sibi locum in quo vult sententiam proferre, siue ius dicere, de hoc est vna glos. singularis in cap. ne aliqui. in verbo, incœpta. de hæreticis. in 6. Iason in l. more maiorum. numero 58. ff. de iurisdictione omnium iudic. quod quidem est intelligendum, quando talis actus, gestus per delegatum, erat validus, quia tunc perpetuat iurisdictionem, secus autẽ si esset nullus, de quo est glo. singularis in c. cùm plures. in verbo, non potest. de offic. deleg. in 6. quam ordinariam scribit Roman. singul. 148. glossa ordinaria. pro cuius glos. confirmatione adduco aliqua singularia incidenter. Primò glo. e. de causis in verbo, venire. extra. de offic. deleg.

Actus quis iudicis delegati iurisdictionem perpetuet.

quæ vult, quòd licèt per citationem quis efficiatur contumax non veniendo, tamen illud fallit si citatio fuisset inualida, & notoria esset eius nullitas: tunc enim non reddit eum contumacem, aduerte tamen quòd citatio facta per iudicem incompetentem ad instantiam creditoris, habet vim cuiusdam interpellationis extraiudicialis, istud est dictum singulare glos in c. j de milite vass qui contumax est, in feud. vbi etiam Doctores multa in medium afferunt pro ea confirmanda & corroboranda. Secundò, ista declaratio vltima, per glos. singularem in l. si accusatoribus. in glos. vlt C. de accusat. quam singularem exclamauit. Felin. in c. quoniam col. 7. de prob. Hyppo. in sua pract. in § secundo. nu. 8. & §. quoniam. nu. 44. Anton. de Tremolis in additione ad de Bonacurso. num. 6 quibus modis citatio impunè fieri possit. in princ. Tertiò, confirmo per id quod vult regula iuris. c. non præstat. de regul. iur. in 6. vbi dicitur, ***Non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum.*** Et de hac regula multa exempla ponit ibi glo. notabilis, quam videas alibi cùm in ciuili, tum in Pontificio & Canonico iure, sed adhuc vltra eam addo vnum dictum singulare, quòd licèt contentus rei vendicatione, si neget se possessorem, deinde contrarium probetur, ratione ipsius negationis priuatur possessione, vt patet ex textu singular. in l. fin. ff. de rei vendic. pro quo est bonus tex. in l. si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiussor. vbi negans se fideiussorem, probato contrario, perdit beneficium diuisionis, tamen si ipsa rei vendicatio vitiosè, & non competenter proposita fuerit, tunc illa negatio nullum facit præiudicium ipsi neganti. Istud dictum allegatur singulariter ex his quæ vult Bal. in l. edita. in 2. col. C. de edend. vbi solemnem regulam posuit in materia ista, quòd vbi libellus est ineptus, & minùs solemnis, licèt expressio ipsius sit etiam inepta, & minus solemnis, & vitiosa, tamen nõ debet puniri reus ex illa expressione vitiosa, & aliàs inepta, ratione libelli ineptè propositi. de hoc allegat & ponderat text. vnicum in l. vnica. in verbo, solemniter. C. de his qui potent. nomine tit. prædiis affigunt. cùm ibi sentit text. quòd ad hoc, vt reus incidat in pœnam illius tituli, requiritur actorem proposuisse libellum congruum: ergo ex istis probatur clarè declarationem ad illam l. fin. ff. de rei vendic. esse veram, & singularem, & per ista sit satis confirmata dicta declaratio, quia alibi infrà, de hoc dicetur latiùs. 4

Negans se possidere, contrario probato, priuatur possessione.

5

Limita tamen hanc vltimam declarationem, volẽtem quòd actus nullus per iudicem delegatus non perpetuet eius iurisdictionem, vt non procedat in casu singulari & vnico. c. venerabili. de offic delega. vbi allegatur vnus casus, in quo actus inualidus, per delegatum factus, perpetuat iurisdictionem, scilicet quando post actum nullum, à delegato factum, vellet iudex delegans alteri delegare, quia non potest, & censetur perpetuata iurisdictio delegati, licèt actũ nullum fecerit, & rationem ibi assignat tex. quia iam delegans functus est suo officio: ideò cum delegatum

Actus nullus iudicis delegati quandoque perpetuat eius iurisdictionem.

tum potest reuocare ipse delegās, vt alibi transferat.
Istud tamen vltimum intellige in iudice delegato
delegante, quia tunc in delegando, videtur commi-
sisse omne ius quod in causa habebat: secus autem
esset dicendum in iudice ordinario delegante, quia
posset iurisdictionem delegatam alij, qui sententiam
nullam protulit, in alterum transferre. De hoc est
text. singularis in l.si vt proponis. j. C. quomodo &
quando iudex. pro quo glos. notanda in l. j. in glos.
fin. C. de senten.ex libello recitan. quæ allegari so-
let, quod iudex delegatus, qui protulit etiam senten-
tiam nullam, dicitur functus officio suo: & per hoc
extinguitur iurisdictio delegata, vel potest dici spe-
ciale esse in hoc c. venerabili. quando reuocatio fie-
Reuocatio tacita potentior expressa.
ret expresse per delegantem: nam tunc actus nullus
impedit reuocationem, secus si fieret per tacitam
causam reuocatio, vtpote per mortem, & ita loqui-
tur & debet intelligi glos.in d.c.cùm plures. de offi.
deleg.in 6. Hanc declarationem dat Ludouicus Ro-
manus in consilio 412. Pro habet d.a. ex cuius dictis
allegatur vnum notandum, quod plus operatur in
illo casu reuocatio tacita, quàm expressa, circa quod
cogita latiùs.

Eiusdem contrarium.
Contra hanc declarationem Ludouici Roma-
ni tu nouiter pondera glos. singularem in contra-
rium in l.ante litem.ff.de Procur.quæ expresse pro-
bat, quòd plus operatur reuocatio expressa, quàm
tacita, cùm ibidem per mortem mandantis non fiat
reuocatio Procuratoris, qui satisdederat iudicatum
solui, & tamen secus est in expressa. Tu vide multa
cumulata in hac materia, per Iason. in l. cùm quid.
ff.si certum petat.

Secunda declaratio ad prædictum effectum, siue
limitatio est, quoad litis pendentiam, quando iudi-
cium dicitur incipere à citatione, ad hoc vt dicatur
lis pendere. text.est bonus & expressus in clemen. fi.
vt lite penden. est tamen intelligenda ista declaratio
cum grano salis, dummodò illa citatio peruenerit
6 ad aures citati: aliàs autem si citatio fieret, etiā com-
petenter, nec perueniret ad eius notitiam, non dici-
tur lis pendere. De hoc est text.notandus in d.clem.
7 se ipsam declarans Secundo modo, se declarat ille
text.si citatio fuerit facta à iudice competenti.ita pa-
tet in dicta clem. in verbo, postquam à iudice com-
Argumentum à contrario sensu, eo quibus sit validum.
petenti. argumentando à contrario sensu, quod est
validum in iure, vt est text. in l.prima. § huius rei.ff.
de offic eius cui manda. est iurisdict. glos. singularis
in l.si Procuratorem.§ si ignorantes.in verbo, igitur.
ff.man.quæ vult quòd etiam in rescriptis argumen-
tum à contrario sensu sit validum. Adde, quòd est
validum etiam in contractibus, text. notabilis in l.
inter socerum. §.j.ff.de pact.dotal.imò etiam in sen-
tentia per text.singularem in l.Pomponius.§.primo.
ff. de Procurat. quæ confirmatio vltima declaratur,
præcipuè per dicta in præcedentibus.

Citatio facta, quando dicatur.
Aduerte tamen quòd licèt requiratur citationem
in hoc casu peruenire ad notitiam citati: tamen idem
est, si per eum factum est quominus peruenerit: nam
quoad sui præiudicium, est ac si peruenisset. De hoc
est text.notandus in dicta clem.fin. facit etiam quod
habetur in clemen. causam. de elect. cum similibus.
sed inter cætera pro clara huius rei cōfirmatione est
8 textus singul.in l.si eum.§.fin.ff.si quis caut. vbi sin-
gulariter deciditur, quòd quando per reum stat quo-
minus fiat litis contestatio (quia quotidie subterfu-
git) tunc est ac si facta fuisset, & habet eosdem effe-
ctus, eandem vim, eandémque potestatem, vt ibi
Bald.tenet. Et istud expresse sentit glos.singularis in
l.electio.§.si is quem.in verbo, accipiēdo.ff.de noxa.
actionib. volens idem esse reum moram contraxisse
in litem contestando, & litem contestatum fuisse.
argumen. dictæ l.si eum. §.fin. Et istud est in odium
Pœna contra contumaces.
contumacis, qui non vult venire: qui tamen aliàs
punitur grauiùs, putà, quia aliquando potest mul-
ctari, aliquando corpus suum retineri, & aliquando
ab eo pignora possunt capi. De his tribus pœnis est
text.melior de iure in l.sacrilegi.§.final.ff. ad leg.Iul.
pecul.ibi, ***Pignus capiendo, corpus retinendo, & mulctam indicendo.***

De eadem re.
Adde incidenter aliam pœnam contumacis, quia
potest ei, in omni sua causa, non solùm in ea, in qua
est contumax, audientia per iudicem vel Prætorem
denegari De hoc est bonus text. & vnicus in l sed 9
& si per Prætorem.§.sed & si dum decreto.ff.ex qui-
bus caus.maior. & illud in tantum est verum, quòd
denegata audientia extenditur etiam ad casus fauo-
rabiles, vt sentit glos.singularis & ibi Doct.) in c. in
Statutum denegans audientiam.
nomine Domini. 23.dist. 10. volentes, quòd statutum
denegans audientiam alicui, in tantum operetur, vt
non possit intentare interdictum recuperandæ, &
istud expresse voluit Ioan.de Ana.in c.ad abolendā.
extra.de hæret.in 6. inferens vltra illud esse notabile
propter statuta, quæ communiter denegant audien-
tiam bannitis, vt non possint intentare interdictum
recuperandæ, & si vis videre casus vltra istum, in
quibus denegatur audientia. vide glos. in d. c.in no-
mine.in verbo, audient. sed latiùs Ioan.de Ana.in d.
c.ad abolendam. vbi plenè hoc examinat, & ego la-
tius in c.j.de causa possess.& proprietat.examinaui.

De eadem.
Adde aliam pœnam contumaciæ, quam ponit
text. singularis in l.si is cum quo. ff.communi diuid.
probans etiam quòd ex sola contumacia vnius socij
habentis domum communem, potest eius domus
communis comburi, quod est singulare, & menti
tenendum, alia est in l. si vt proponis. C. de ædific.
priuat.

Adde aliam pœnā contumaciæ singularem, quæ
est, quamuis ille qui fuit missus in possessionem ex
primo decreto, non faciat fructus suos, vt habetur in
l.iij.§.fin.ff.de acquiren.possess.(vbi text.vocat illam
Actor fit dominus fructuum propter rei contumaciam.
possessionem, quandam detentionē, & quasi posses-
sionem animam)tamen propter contumaciam rei
posset iudex constituere actorem dominum fru-
ctuum de hoc est text.singularis in l.Fuluinius.§.fin.
atque ibi notat Bar.ff. quib.ex causis in possess.eatur.

Adde incidenter, quòd consuetudo volens mis-
sum ex primo decreto posse acquirere ipsos fructus,
non reprobatur, imò est valida. De hoc est glos.satis
incognita in authen. de exhibeu. & introducen.reis.
§.si verò etiam quidam.col.5.

Adde aliam pœnam contumaciæ(menti tenen-
dam) quòd licèt regulariter in causis ciuilibus non
habeat locum remissio, vt est text. peregrinus in c.
primo.§.contrahentes.de foro competen.in 6.tamen
illud fallit ratione contumaciæ. De hoc est text. sin-
gularis in l.consentaneum. C. quomodo & quando
iudex. quem ibi commendat Bald.dicens illum non
esse alibi, sed si rectè ponderetur ille text. non vide-
tur illud probare, quando dicit quòd si reus post litis
contestationem sit contumax in non veniendo, ita
quod

Remissio debet fieri de diuersis iudiciis.

quòd post monitionem factam nó velit ad iudicium accedere, tunc potest cogi personaliter ad veniendum, & sic non proprie fit remissio, cùm remittere-tur: deinde (à quo discesserat) in illud idem, quod non est de proprio & peculiari esse remissioni quæ debet fieri de diuersis & separatis iudiciis, vt patet in dicto §. contrahentes. cogita tamen, & ad amussim expende.

Alias pœnas contumaciæ potest quis studiosè colligere tam ex l.fi.ff.de bonis eorum qui sibi mortem consciu. quàm ex l.diffamari. C.de ingenu. manumissi. & ex l.si quis instituatur.in princ. ff.de hæred. instit. & alias similes colligat per se studiosus, adque studiosè.

Finaliter in materia contumaciæ nota accuratè duo dicta. Primum est, quòd contumacia eo grauior habetur, quantò ex re minori consurgit. De hoc est glos.singularis in c.duo sunt.96.dist.

Delicti nomen continet contumaciam.

Secundum adde, quòd contumacia continetur sub nomine delicti, de quo est glos. (quæ solet allegari pro singulari) in l.si filius. in verbo, succurrendum.ff.de interrog. actio. sed pro ea videans bonum text. in l.omne delictum. ff. de re milit. Adde etiam quòd contumacia continetur sub nomine vitij, vt patet in l.sancimus.C.de iudic. nec est mirandum, si contumacia dicatur delictum: quia solet pro ea fulminari sententia excommunicationis, vt patet in c. ex parte extra. de verbor.significat. & habetur in c.j. extra.de iudic.ergo non solùm est delictum, imò est peccatum mortale, cùm pro solo peccato mortali imponatur sententia excommunicationis, vt est bonus text.in cap.nemo Episcop.cum glos.2.q.1. & ista incidenter (satis tamen ad propositum) volui dicere in materia contumaciç, quoniam alibi in hac lege sic opportunum offerri non potuisset, nec prætermittendum tanquam singulare, tanquámque quotidianum.arg.l.legaui.ff.de liber.legat.

Effectus ignorantiæ affectatæ.

Reuertendo ad materiam præsentem, confirmo prçcedentem declarationem dicti capituli, quæ erat, vt procederet etiamsi non peruenisset citatio ad aures citati, dummodò noluerit eam ad eius notitiam peruenire: nam pro ea facit text. in cap. eos qui. de tempor. ordin. lib. 6. vbi litera singulariter probat, quòd idem operatur ignorantia affectata, quantum ipsa vera scientia, & ibi glos.singularis in verbo, affectata. ponens quando dicatur ignorantia affectata,
10 scilicet quando potuit scire, & noluit, & dissimulauit, pro qua allego glos. singularem in c.ad falsariorum.in verbo, examinauerint & dixerint. extra. de crimin. falsi. quæ vult quòd vbi debebat præcedere
11 diligens inquisitio, tūc allegans ignorantiam, præsumitur esse in dolo, & propterea voluit bonus text.in c.quamuis. de regul.iuris. extra. quod non venit excusandus pastor, si lupus oues suas comederit, & dicat pastor se nescire: quia contra eum præsumitur affectata ignorantia, vt ibidem sentit glos. pro quo adduco glo.singularem in l cùm ita.§.j.ff.de legat.2. quæ vult quòd si in carcere aliquis carceratorum occidatur, debet probare custos carceris non esse conscium delicti, nec in dolo & ex hoc allegatur singularis limitatio ad l. quotiens. §.qui dolo. ff de probat. quæ vult allegantem dolum, debere illum probare, vt id non procedat, vbi esset præsumptio grandis contra dolosum, quia tunc præuia præsumptio transfert onus probandi in ipsum reum, sicut in simili habetur in l.si non conuitij. C. de iniuriis. vbi proferens verba iniuriosa, debet probare se non pro[illegible] sse animo iniuriandi, quando est præsumptio contra eum. idem in l.j.C.de sicar & pro supradictis facit bonus text.in l.carceri.ff.de custo.reorum. vbi ratione negligentiæ custodis, ipsemet carceris custos deponitur à suo officio, pro quo bonus text.in cap.j. extra. de officio custod. vbi Prælatus negligens, deponi debet à suo officio, qui tamen text. debet intelligi in negligentia crassa, vt patet ex eo. vnde voluit glos.singularis in c.ea quæ contra extra.de offic. Archidiac.quod quælibet negligentia in Prælato sit peccatum mortale, & potest esse ratio, quia facta eorum de facili trahuntur in exemplum, c.magnæ. extra. de voto & voti redemp. etiam quia Prælati sunt tanquam signum ad sagittam, cap qualiter. & quando.primo.extra.de accusat.Itaque ratione mali exempli grauiùs præsumuntur delinquere, sicut in simili dicitur in iure ciuili, quòd ratione mali exempli aliquis grauiùs delinquit, & ideo grauiùs punitur de hoc allego casum in l.si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. vbi aliquis solùm in lata culpa punitur vltimo supplicio. ratione mali exēpli, quod tamen regulariter est prohibitum, vt est bonus text in l.cum autem.§.excip tur ff.de ædil.edicto. & l. in lege Cornelia. ff. ad legem Corneliam. de sicar. vbi lata culpa & dolus in delictis non æquiparantur, quia diuersimodè debet fieri punitio pro vno, quàm pro alio, & mitiùs pro lata culpa, quàm pro dolo, argum. l respiciendum.ff.de pœnis. vbi pœna debet esse delicto conformis. Pro istis facit text. singularis in l.iij. in fin.C.ne sanctum baptis.iteretur. vbi iudex negligens in punitione pœnæ, à lege ordinatæ, debet eandem ipse iudex pati, vnde voluit bonus text.in l.ij.in C.de commerciis & mercat. quòd iudex negligens & dissimulans in pœna imponenda, præsumitur delicti conscius.& per hoc voluit bonus tex. Legistis incognitus) in l.seruos.C.ad legem Iuliam.de vi publica vel priuat. quòd iudex negligens punire aliquem pœna à lege disposita, vel etiam mitiùs puniēs, est infamis, & illum text. dicit Legistis incognitum Ludouicus Roman. in suo singulari 77. incipiente, Veni quia tu habes. dicens Hostiens. illum textum allegasse in c.de causis. extra.de officio delegat. Pro istis etiam facit tex.in l.iij.C.de offic. Præfect. Præto.
vbi ratione negligentiæ potest Princeps iudices de- 12
ponere, & propter eorum negligentiam dicuntur facere litem suam, & de hoc est text. melior de iure in l.si quis in conscribendo.C.de pact. Vltimo contra hos negligentes, & quasi negligentiam & ignorantiam affectantes, veniat glos.singularis in authentic. de manda. Princip. collat.3. §.deinde.in verbo, nuntius. quæ exclamat contra miseros Prælatos, qui intantum timent literas Papæ, vt contra eas non audeant reclamare, & etiam de hoc loquitur alia glos. in [illegible] C.si contra ius vel vtili.pub. quæ præcipit Prælatis ne timeant aliquos superiores, sed semper veritatem sequantur, & propterea voluit glos. vna singularis in c.clericis.de immunit. Eccles.in 6. quòd quælibet etiam dissimulatio Prælati, est peccatum mortale, & breuiter contra hos iudices dissimulantes est text.singul. & melior de iure in l.prima. C.de deserto.libro 12. & ibi glos. inuehens contra eos qui pœnam omittunt imponere dissimulando, & illum text. ibi commendat Bart. & patruus meus magnus Iacob.

Allegans dolū quādo illū probare non debeat.

Prælatus negligens.

Delictū [illegible] malū exempli [illegible] puniēdum.

Iudex negligens debet puniri [illegible] quem [illegible] dum le[illegible].

A[illegible] ignorantia & ne[illegible]gentiam

Dissimulatio Prælati.

Iacobus Rebuff. ideò ista fit sufficienter confirmata declaratio, quæ punit affectantes & ignorantiam & negligentiam.

Iurisdictio delegati perpetuatur, etiam sine notitia citationis. Vltimò in hac principali declaratione est aduertendum ad vnum, quòd licèt requiratur notitiam citationis peruenisse ad citatū, ad hoc vt dicatur lis pendêre: tamen illud non requiritur ad hoc, vt perpetuetur iurisdictio delegati. De hoc est glos. singularis in d. elem. fi. vt lite penden. in verbo, ad partem. ex qua glos. habetur bona declaratio ad materiam præsentis primæ limitationis.

Et crederem posse dari rationem diuersitatis, inter hos duos casus, hoc modo: nam cùm per litis pendentiam graue præiudiciū generetur, vt patet, quia efficitur litigiosa ipsa res, nec lite pendente aliquid fit innouandum, vt patet per glos. in d. elem. fin. ideò ius voluit illum certificari debere, ne sibi ignoranti præiudicium fiat, maximè tam grande quia tollitur sibi liberum arbitrium in re sua, contra l. in re mandata. C. mandat. præsertim cùm statuta non ligent ignorantes, l. fi. ff. de decret. ab ordin. faciend. pro hoc allego bonum textum in l. iij. §. si plures. ff. de re mili. *Ignorantia quo casu excuset.* vbi illis, qui nouiter intrant aliquod collegium, parcitur ratione ignorantiæ, si contra statuta & consuetudines collegij veniant. Facit etiam bonus text. in l. iij. §. si quis hæredi. ff. de statuliber. vbi tempus non currit contra ignorantem. Pro istis facit text. in l. ij.
13 ff. quis ordo in bo. poss. serue. vbi non solùm nescienti, sed dubitanti tempus non currit. Pro quo bonus text. in l. manifestissimi. in versi. sin autem nescius & dubitās. C. de furt bonus text. in l. mater decedēs. ff. de inoffic. testam. vbi ignorans non videtur suo iuri renuntiare, & ratio est, quia nihil tam contrarium est consensui, quàm error. vulgata l. si per errorem. ff. de iurisd. omnium iudic. Per hæc ergo videtur dicendum notitiam debere peruenire ad citatum, & ista ratio non habet locum in casu in quo tractatur de iurisdictione perpetuanda: imò, cùm sibi mandetur iurisdictio per citationem factam, licèt non peruentam ad notitiam conuenti dicitur, iam interposuisse suam iurisdictionē, vt clarū est: ergo amplius res non est integra, & sic sufficit sola citatio ad perpetuandam iurisdictionem delegati, etiam si ipsa citatio non peruenerit ad notitiam & citati & legitimè conuenti.

Statutum ligās ignorantes. Aduerte tamen, quòd licèt statuta nō ligent ignorantes: tamen si fieret statutum volens quod ignorantes etiam ligentur, illud valeret. De hoc est text. singularis (quem ibi commendat Bar.) in l. Diuus. ff. de falsis.

14 Secundò adde illud non procedere in ignorantia iuris naturalis, quia illa nullo modo excusat. De hoc est optimus text. in l. ij. C. de in ius voc. & ratio est, quia talis ignorantia est crassa & supina, ideò non excusanda. c. fin. de consti. in 6. Quæ autem ignorantia excuset à damno vitando, vel lucro captando, vide de hoc bonum tex. in l. error facti. cum l. seq. ff. de iuris & facti ignor. & quod vult Bal. in hac materia, in l. iuris ignorantiam. C. qui admitti ad bon.

Considera tamen in enucleatione huius rationis diuersitatis, datæ inter citationem factam, vt lis dicatur pendêre, & inter citationem factam, vt perpetuetur iurisdictio: nam contra eam videtur glos. singularis in l. eius qui in prouincia. in verbo, ignorassent. ff. si certum petat. vbi mortuo delegante expirat iurisdictio delegati, etiam antequam mors peruenerit ad eius notitiam, ex consensu partium, non posset ampliùs procedere in causa, gl. sing. in c. cū venisset. in verbo, posteà egerit. extra. de testib. & tamen hic tractatur de grandi præiudicio, quod probo: nam tractatur de perditione iurisdictionis & honoris, quę perditio est in magna consideratione & præiudicio, vt colligitur ex §. quibus autem. Instit. de capi. dimi.

Fama periculū, quam grande sit. Item istud de se clarum est, nec indiget probatione: facit tamen l. iusta. ff. de man. vindic. vbi periculum famę, & periculum mortis æquiparantur. Vnde voluit pulcher text. in cap. nolo. 12. q. 1 quòd crudelis est, qui famam suam negligit, & voluit bonus text. in c. & qui emēdat. 45. dist. illum esse sibi inimicum, qui famam & honorem suum negligit, non omittatur text. elegans & aureus in l. Iulianus scribit. ff. si quis omissa causa testa. in quo textu Papinian. iurisc. acutissim. vult illum non carere dolo, qui famam suam postponit commodo pecuniario, & propterea voluit text. in c. deteriores. 6. q. 1. illos deteriùs facere, qui famam alicuius minuunt, quàm qui substantias eorum destruunt, furantur & surripiunt, quod est mirabile, cùm patrimonium nostrum & substantia dicatur vita nostra, vt est glos. singul. in l. Aduocati. C. de Aduoc. diuer. iudic. Finaliter pro istis adduco glos. singularem & absconsam in §. suspectus autem. Instit. de suspect. tutor. quæ vult singulariter, quòd sicut in grauibus delictis lata culpa non æquiparatur 15
dolo, nec in perditione famæ, quod est summè notandum, & per hæc probatur perditionem honoris esse summi præiudicij, quia melius est perdere oculum, quàm famam. l. infamia. & ibi patruus meus magnus Iacob Rebuff. C. de decur. lib. 10.

Interruptio naturalis facit deperire substātiam vsucapionis. Et ratio diuersitatis inter hos duos casus, scilicet inter naturalem interruptionem & ciuilē, posset esse ista: nam cùm naturalis interruptio inducatur semper ex defectu aliquorum substantialium, ad ipsam vsucapionem: putà ex defectu possessionis, sicut in l. naturaliter. ff. de acquiren. vel amitten. possess. quæ possessio est vnum de requisitis ad ipsam vsucapionem, iuxta l. sine possessione. ff. de vsucapionibus. ergo talis interruptio debet operari quoad omnes: *Ciuilis interruptio ex quo oritur.* secus autem est in ciuili interruptione, quæ oritur, tantummodò ex aliquo actu accidentali, celebrato cum volente vsucapere, qui quidē interrumpit præscriptionem, quoad celebrantem illum actum, putà per litis contestationem, & ita non tātum debet operari, quantum ipsa interruptio naturalis, quæ facit deficere substānam ipsius vsucapionis: quia, vbi tolluntur substantialia alicuius actus, ille est nullus ipso iure, quoad omnes, vt patet in l. si vnus. C. de testam. vbi defectus solemnitatis requisitę in testamento, vitiat testamentum ipso iure. pro quo bonus text. in c. cùm dilecta. extra. de rescript. c. venerabili. de offic. *Forma vel solēnitatis omissio vitiat ipsum actum.* deleg. vbi omissio formę siue solēnitatis vitiat ipsum actum, & ratio huius rei est, quia forma dat esse rei: & eius quod est, esse rei pars tanta est, vt ea mutata propè intermatur substantia totius rei, qua de re est bonus tex. in l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhiben. circa quod adde vnū singulare, quòd sicut forma dat esse rei, ita forma dat esse delicto. De hoc est text. singularis in l. qui falsam. ff. de fals. vbi Paulus Iurisc. subtiliter illud probat. Nō est ergo mirandum si cessante forma, cesset ipse actus, pro quo adduco id quod vult glo. singularis in l. an inutilis. ff. de acceptil. quæ vult

quòd maior est defectus existens in forma,quàm in materia, cum ibi dicat, hanc regulam, si non valet quod ago vt ago,valeat vt valere potest,non procedere quando illud principale quod non valet,deficit in forma,secus si in materia deficeret.

Adde idem tenuisse Bald.in l.j.§. si quis ita. ff.de verbor.oblig. & in l.si vnus.§ pen.ff.de pact.

Restrictio eiusdem. Limita tamen, id quod dictũ est de defectu ipsius solemnitatis,non procedere (ne erres) quando talis solemnitas esset leuis: nã tunc eius omisio nõ debet actum vitiare.De hoc est text. (& ibi expressè Bar.) in l.j.§.fin.ff.de vent.inspi. ibi inferens,quòd omissio
16 signi crucis in inuentario non vitiat ipsum, & potest esse ratio. quia de modico non curatur, l. scio. ff.de in integrum restit.bonus tex.in c.terrulas.12.q.2.vbi Episcopus res modici valoris potest alienare nulla seruata forma, quia non debent esse in consideratione illa, quæ sunt parui ponderis, aut pretij. pro hoc est etiam tex.singularis in l.j.§ sciendum.in verbo, *De medicis quomodo non curandũ sit.* perinde leuis febricula.ff.de ædil edict.vbi de modico vulnere nõ curatur,vnde per illum tex.si puniendus esset aliquis vulnerans alium in platea , modicè vulnerando non deberet in statutum supplicium in-
17 cidere,& propterea voluit vna glos.singul.in c. cùm illorũ. in verbo, effusionẽ. de senten. excom.quòd si quis puniatur propter effusionẽ sanguinis, debet intelligi de magna,& nõ de modica. facit cõsequenter pro his gl.sing.in auth.minoris.C.qui dare tutor.vel cur.possunt. quæ,limitando istum tex.ibi,volentem debitorem non posse effici curatorem sui creditoris: tamen illud nõ procedit,vbi esset modicũ debitum, vnde voluit Bal.singulariter in auth.sed iam necesse. iuncta ibi glos.C.de donat.ante nupt. quòd licèt aliquando creditor possit suum debitorẽ iurare suspectum:tamen illud non potest facere, quando est debitor in parua quantitate Finaliter pro hac ratione adduco casum singularem in l.Senatus.§ Marcellus. (secundum expositionem quam dat Bar.ad hanc dictionem dictam ibi positã) ff. de leg.j. vbi probatur singulariter quod si statutum prohibet alienationem donationis, per hoc non intelligitur prohibita alienatio alicuius domunculæ, & illum tex.dicit nõ esse alibi Ludo. Rom. in suis singularibus, singulari 330. incipiente, Hodie quidam Procurator.& multa tradit Corse.in tract.de minimis.ibi vide.

Solemnitas leuis quæ nam sit. Quæ autem dicatur solemnitas leuis,de hoc vide Bar.in dict.§.Marcellus. volentem quòd est illa,qua omissa affertur paruum præiudicium actui : magna autem est illa , qua omissa magnum oritur præiudicium actui & agenti.

Actus ipso iure non intelligitur nullus, per omissionem solẽnitatis. Finaliter in materia omissionis solemnitatis adde vnum , quod non est omittendum, quia aureum & valde ideò notãdum,videlicet quòd omissio solemnitatis requisitæ (quæ habet sequi ipsum actum)non reddit actum ipsum nullum , ipso iure, licèt fuisset dictum quòd sine solemnitate non valeret ille actus: quia debet intelligi ope exceptionis, & nõ ipso iure. De hoc est vna sola gl. scribẽda literis aureis, iuncta doctrina Bart.in l.vniuersæ. C.de precib.Imper.offe. ad quod ibi infert Bart. de statuto volente, quòd de quolibet cõtractu facto soluatur gabella decem aureorum,aliàs non valeat contractus:nam si talis non soluat illa decẽ tamen contractus nõ est nullus ipso iure, sed ope exceptionis venit annullandus, nisi expressè illud diceretur in statuto,quod nota perpetuò.

Posset tamen opponi cõtra rationem diuersitatis datam in præcedentibus circa interruptionem naturalem & ciuilem,vt videatur mala : nam clarum est quod in præscriptionibus saltem trium,decem & viginti annorũ necessariò debet interuenire bona fides, vt patet in §.j.Instit.de vsucapio. ergo cùm illa bona fides deficiat , & sic vnum de substantialibus ipsius præscriptionis, dicendum est interruptionẽ ciuilem debere operari,etiã quoad alios extraneos,sicut operatur ipsa interruptio naturalis,cùm sit eadem ratio: ergo debet idem ius statui, iuxta illud.ff ad legem Aquil.l.à Titio.ff.de verbor.oblig. *Bona fides quamopere in præscriptionibus sit necessaria.*

Sed ad istud argumentum , quod apparet forte, cùm dicitur bonam fidem esse necessariã & substantialem ad ipsam vsucapionem,fatemur illud esse verum,quoad inchoandam ipsam vsucapionem, & ita intelligendum est contrarium : secus autem quoad complemẽtum eius,vt est tex.in l.sequitur. §.de illo. ff.de vsucap. & glos.in §.j.Instit.eodem.vbi scientia rei alienæ superueniens post inchoatam vsucapionem , non nocet , & bona fides ex postfacto non est necessaria,nec est de substantialibus,& ita non obstat contrarium quando per litis contestationem definit esse in bona fide : & ratione litis contestationis interrumpitur præscriptio tamen iste non deberet extendi ad alios extraneos,cùm non sit eadem ratio. *De eadem re.*

Adde tamẽ aliam rationem,quare defectus bonæ fidei non prodest, nisi interrumpenti interruptione ciuili , sed defectus possessionis interruptæ interruptione naturali,prodest omnibus:nam cũm possessio sit semper vna & eadem, respicit omnes:& cùm non sit nisi vna tantummodò ciuilis possessio,pariẽs vsucapionem, l iij.§.ex plurimis.& §.ex contrario.ff.de acquir poss.sed secus est in bona fide,quæ potest variari respectu diuersorum , vt sit respectu vnius in bona, & respectu alterius in mala fide, iuxta l.Fulcinius.§.quid si aduersus. ff.ex quib. caus.in possessio. eatur. meritò debet tantummodò procedere iste defectus bonæ fidei,in illum interrumpentem ciuiliter, respectu cuius causatur mala fides,& non alio respectu, in quo potest habere bonam fidem , & hanc rationem singulariter sentit Bart. in l.naturaliter. ff.de vsucap.in 3.col. vbi bene notat. *Defectus bonæ fidei cur interrumpenti tantum prosit.*

Supradictis adde , quòd licèt scientia rei alienæ superueniens post inchoatam vsucapionem non vitiet eam : tamen fallit singulariter vbi cum scientia rei alienæ concurreret scientia rei furtiuæ:nam tunc ratione horum duorum coniunctorum impeditur complementum vsucapionis. De hoc est tex.sing.in l.si alienam ff.pro suo.quod tamen est intelligẽdum, dummodò sciat illum à quo surrepta est , aliàs sola scientia furtiuæ rei non impediret ipsam vsucapionem. De hoc est casus singul.in d.l.si alienam. quam ibi ad hoc ponderat Bart.singulariter. *Sciẽtia rei alienæ & furtiuæ.*

Secundo intellige prædicta procedere de iure ciuili,secus enim est de iure Canonico, quia secũdum illud requirunt bona fides omni tempore,vt habetur in c.fi extra.de præscript.& ibi glo.voluit etiam Bar. in d. l. naturaliter. quod ius sequendum est , cùm tangat animas nostras , iuxta dictum c.fin. & c.2. de regul.iur.in 6. 18

Verùmtamen aduerte ad vnũ, quòd licèt de iure Canonico mala fides superueniẽs tollat vsucapionẽ incœptã:tamẽ sec⁹ esset si superueniret defect⁹ bonæ fidei, ita videtur quasi sentire Inn.in c.fi ex.de præsc.sed de huc *Medium quod sit inter bonam fidem & malam.*

hoc est glos. singularis in l.ij. §.fin. ff.de acquir.poss. volens quòd medium quoddam fingatur esse inter bonam fidem & malam, putà si post incœptam vsucapionē dubitet an sit sua, vel nō, & ita illo tempore dubij adhuc cōtinuat vsucapionē. Ita videtur sentire Bar. in d.l.naturaliter. quod quidē dictum Bart. confirmo per text. notabilē in l.ij. ff. quis ordo in bo.po. serue. vbi priuilegium datum ignoranti, etiam habet locum in dubitante. De hoc est text. sing. & ibi Bart. in l.manifestissimi. in verbo, si autem nescitur. C.de fur. vbi dicit Bart. illum casum se nescire alibi, quod sicut eligens vnum ius, non videtur alteri renunciare quod sibi competit: si tamen ignoret sibi competere, ita etiam dicendum si dubitet: ergo ex supradictis inferri videtur, quòd sicut cùm ego credo me esse dominum, & ignoro alium esse, tunc procedit vsucapio: ita etiam cùm ego dubito, maximè ex postfacto, cùm à principio ignorabam.

Ignorās & dubitās in quibus æquiparentur.

Considera tamen, si possit contrariū dici, maximè per hanc regulam, quòd licèt dubitans & errans videantur pari passu ambulare: tamen vbi ille, qui dubitat, potuit de facili, & sine magno labore certiorari, tunc idem est ac si sciret, nec eum excusat talis dubitatio. De hoc est text. singul. in l.locus. ff.de acquir. poss. ergo cùm in casu nostro de facili potuit certiorari, postquam incepit dubitare, præsertim cùm id quod credimus non esse nostrū, debeamus scire alienum, iuxta l.fi. C.vnde vi. igitur procedet vsucapio: circa hoc tamen cogita, & diligenter omnium rationes expende.

Dubitatio quādo non excuset.

Et hanc vltimā partem, vt dubitans non videatur de iure Canonico præscribere, confirma ex regula iuris Canonici, quòd bonarum mētium est, culpam ibi agnoscere, vbi nō est, c.2. extra.de obseruat.ieiun. c.ad eius verò concubitum. in fi. 5.dist. pro quo facit tex singul. in c.debitores. extra. de iureiu. vbi ius Canonicum nos adstringit (vt euitemus peccatum) ad faciendū id quod de iure Canonico, & de omni iure ciuili est reprobatum, vt dicitur in gl. d. c.debitores. in verbo, cogendi. & ita per hoc videtur melius esse, si desinat (post dubitationem) velle retinere eam possessionem vsucapiendo, quàm eum scrupulo cōscientiæ eam detinere.

Tertiò confirmo hanc partē per tex. (qui videtur expressus) in d.c.fi. extra.de pręscript. qui quidē text. vult non solùm quòd non sit in mala fide, sed etiam quòd habeat præcisè bonam fidem, qui præscribere & ciuiliter & Canonicè cupit, & quòd in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ, idq; dico iusto lancis examine ponderando illum eundē text. in fi. quasi diceret quòd nō debet aliquo modo suspicari, an sit sua res, vel nō: sed pro certo debet credere suam esse. Et pro ista parte adduco vnum notabile, quòd in his quæ consistunt in salute animæ, verba debent impropriari, vt de hoc est glos. sing. in auth. sacramenta puberum. in verbo, contractibus. C. si aduer. vendit. ergo in fauorem animæ verba illius c. fin. debent declarari eo modo, vt possint animæ prodesse ad euitandum peccatum. Et per ista crederem hanc opinionem veriorem, tamen cogita circa hoc.

Verba quādo impropríanda.

Aduerte tamen ꝙ crederē eam posse limitari (si vera sit) vt non procedat quādo ille dubitans inquisiuisset, & diligentiam adhibuisset, an erat illius cuius dubitabat esse, nam tunc illa dubitatio nō debet impedire præscriptionē, maximè cū post inquisitionem amplius nō dubitet, & istud sentit gl. notab. in d.c fi.

Dubitatio quādo præscriptionē impediat.

Secundò crederem posse limitari in habente amplum & grande patrimoniū, vt in Rege, Comite, vel Duce & similibus, quia licèt dubitent (dūmodò stēt in finibus dubitationis) tamen nō perdunt vsucapionem, quoniā sępe (tales pręsertim homines) plus creduntur habere in bonis, quā habeant. iuxta §.in fraudem. Insti. quib. ex cau. manu. non licet & ista dubitatio videtur potius procedere, eò, quia vidēt se tanta habere bona, vt admirando dubitent, & ita teneo quoad superueniat ratio, vel dictum Docto. contrarium tenens.

Restrictio in dubitāte.

Conclusiuè in hac materia aduerte, quòd licèt de iure Canonico ad continuādam præscriptionem requiratur bona fides, vt in d.c fi. & c.vigilant. extra.de præscript. tamē si superueniat scientia rei alienæ, siue mala fides, post completam vsucapionem, tunc illa mala fides non rumpit, nec tollit dominiū quæsitum virtute vsucapionis. De hoc est glos. peregrina, ibi, *Arguendo ab vtraque parte.* in cap vigilanti. extra. de præscript. quæ allegat per hoc dictum c.fi. extra. eod. in quo probatur (arguendo à contrario sensu) quòd mala fides superueniens post vsucapionē non nocet, sed tu nouiter considera illud non posse elici ex d. c. quia habeo vnum dictum singulare, quòd si induceretur argumentū à contrario sensu, alicuius canonis vel statuti, statuētes inciderent in pœnam: quia tunc non habet locum argumentū à contrario sensu. De hoc est gl. vnica in iure in cle.j. de vsur. in verbo, facere. cùm ibi dicit glos. *Quòd si officiales statuant, vt nō possit exigi vsura vltra duos denarios.* Per hoc non videtur permittere (arguēdo à contrario sēsu) quòd vsura exigatur infra duos denarios, quia tūc statuētes illud, inciderent in pœnam dictæ cle. ita ergo in casu nostro: iam si argueremus à contrario sensu illius c. fin. tunc per tale argumentum incideret statuens in pœnam, scilicet in peccatū mortale, permittendo vt quis possit detinere rem quam scit nunquam fuisse suam, quin ponus alienam, ad istud tamē potest dici quòd talis non incideret in peccatum mortale, cùm illa sit iam effecta sua, per præcedētem vsucapionem factam cum bona fide, legísque authoritate.

Mala fides post vsucapionem superueniens.

Argumētū à contrario sensu quando locū non habeat.

In hac quæstione breuiter omittendo multas opiniones extraneas, quas ponit glos. in d.c. vigilanti. & sequendo hanc, de qua loquitur principium istius gl. in d.c. vigilanti. dicas, de hoc esse text. expressum in iure Canonico singularem, de quo meminerunt glo. iuris Canonici in c.veniens. ext. de præscript. in fin. & per illū text. cessant multę opiniones quę sunt superstitiosæ, sed vt magis certi simus de hac opinione, ꝓ ea allego text. singularem in iure ciuili, & pro certo aureum, in l.ij. iuncto fi. præcedentis legis. ff.de itin. actuque priuat. vbi si quis vsus fuerit itinere modo debito, secundùm formam illius tituli, qui a fortè per 30. dies, nec vi, nec clam, nec precariò, licet post completam præscriptionem, iret vi, vel clàm tamen non perdit præcedentē vsucapionē, siue præscriptionem, subiiciens text. illius l.ij. quòd non debent corrumpi, aut mutari ea quæ legitimè facta & transacta sunt ex superueniente delicto, & ibi expressè probatur ista conclusio: nam cum ratio istius text. sit generalis, extenditur ad similes casus, iuxta text. in l.regula. §.fin. ff de iur. & fac. ignor. text. in l.illud. ff. ad l. Aquiliam. bonus text. in [illegible] sedulò. 38. distin. volens quòd ita est præscript[illegible] legis, siue mens ipsis verbis, sicut

De eadem re.

Ratio generalis.

19 anima ipsi corpori pro his facit glo. aurea in c. primo.
de tempor. ordi. lib. 6. quæ vult quod vbi eadem ra-
tio militat in vno casu, sicut in alio, non propriè dici-
tur fieri extensio, imò dicitur esse eadem dispositio.
pro qua glos. allego text. meliorem de iure, in l. his
verbis. in verbo, tacitè cautum putamus. C. de reuo-
cand. donat. bonus tex. in l. milites agrum. ff. de re
milit. in prin. pro istis facit etiam tex. singul. in l. cum
pater. §. dulcissimus. ff. de lega. 2. vbi verba l. debent
seruire rationi, & non è contra.

Præscriptio quomodo per litis contestationem interrumpatur.

Tertia principalis declaratio ad hunc tertium ef-
fectum litis contestationis volentem quod per eam
interrumpatur præscriptio, est ista, scilicet vt proce-
dat, quando est facta validè, secus autem si mala &
inualida esset, de hoc est gl. expressa in c. vt debitus.
in verbo, coram idoneo. ext. de appella. idem etiam
voluit glo. notabilis in l. si pater. C. ne de sta. defunct.
& quoniam est notabilis declaratio, ideò in ea insi-
stam, ornando eam singularibus. Et primò per ea
quæ pulchre diximus suprà in prima declaratione
secundi effectus litis contestationis. Secundò (vltra
ibi posita) per tex. notabilem in l. non putauit. §. non
quæuis. ff. de bono. posses. contra tabu. vbi sola exhæ-
redatio, quæ est ritè & rectè facta nocet exhæredato,
& non alia, per quem tex. dicit Bart. tria dicta singu-
laria. Primò, quod si ex permissione statuti bannitus
possit occidi, intelligitur in ritè cōdemnato. Secun-

Exhæredatio non ritè facta, exhæredato non nocet.

20 dò, quòd si instrumētum publicum debet executio-
ni demādari, intelligitur de ritè facto. Tertio, quod
si statutum puniat cedentem actionem suam nobili
potenti, intelligitur in cessione ritè facta, facit etiam
pro istis dictum Bart. singulare in l. 2. §. prætor. ff. qui
satisd. cog. vbi vult, quòd si statutū dicit, quòd qua-
liscunque fuerit sententia arbitri, mandetur execu-
tioni, tunc intelligitur, dummodò sit lata à persona
quæ sit arbiter, & esse possit. Pro his etiam adduco
glo. notabilem in c. significantibus. ext. de officio de-
legati. quæ vult, quòd si quis se obligauerit iuxta cō-
tractum, ad pœnam, non tenetur ad illam si contra-
ctus sit nullus. Idem voluit glo. iuris ciuilis l. iij. in
verbo, Fauiana. ff. si quid in frau. patr. quæ vult quòd
obligans se de euictione, non tenetur si contractus,
super quo se obligauit, non tenebat. Et pro istis ad-
duco glo. singularem in l. si iudex. ff. de variis & ext.
cog. quæ vult quòd iudex proferens sententiam nul-
lam, non faciat litem suam, quod est summè no-
tandum.

Pœna contractus nullo apposita.

Contractu existente nullo, obligans se de euictione, nō tenetur.

Pro istis adduco etiam dictum singulare Pau. de
Castr. in l. sancimus. C. de testa. vbi notat per illum
tex. quòd si apponatur in aliquo testamēto clausula,
21 *Irritans omnia alia testamento priùs facta*, illā clausulā
habere in se tacitam conditionem, si illud testamen-
tum, in quo est apposita talis clausula, sit validum &
perfectum, & illud probat ibi text. Confirmantur &
supradicta per glo. singularem in c. veniens. j. in glo.
22 si ext. de testi. quæ vult quòd testis dicens testimoniū
contrarium primo, quod quidem primum illius te-
stis testimonium non fuerat acceptum, imò habitū
pro nullo, auditur tamen, & tenet eius secundum di-
ctum, pro quibus facit quod voluit Bald. in l. non
23 dubium. in secunda columna. C. de legib. vbi si de
quolibet contractu debet solui gabella, intelligitur
de valido.

Adde etiam quod vult glo. in c. ex tenore. in fi.
glo. magnæ extr. de rescriptis. cùm ibi dicit quòd li-
cèt regulariter secundæ regulæ in rescriptis, non fa-
cientes mentionem de primis, non valeant, tamen
fallit, si primæ erant inualidæ. Et omnium istorum
ratio est, quia idem est aliquid non esse factum, vel
factum inutiliter, quod patet in l. quotiens. ff. qui sa-
tisd. cog. vbi satisdatio nulla & vitiosa æquiparan-
tur. idē patet in d. l. nō putauit. & d. §. nō quæuis. ff. de
bo pos. cont. tab pro quo bonus tex in l. 1. ff. de auth.
tut. vbi idem est quòd interueniat authoritas tutoris
perperàm, vel quòd non interueniat, pro hoc etiam
est optimus tex. in l. si aut nullum. C. de legit. hær.
per quem dicit ibi Bald summarium ponendo, quòd
nihil & inualidum æquiparantur, pro istis facit tex.
in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. vbi idem 24
est quem non esse condemnatum, vel non ritè & re-
ctè, idem probatur in l. 1. ff de pœnis.

Factū inutiliter.

Authoritas tutoris perperam interposita.

Adde etiam supradictis text. meliorem de iure,
in c. inter corporalia. extr. de translat. episcop. vbi
singulariter probatur quòd idem est non habere
episcopum, vel habere minus sufficientem, & pro-
pterea voluit vna glos. singularis in l. si plagij. C
ad l. Fauiam. de plagiar. quod idem est non habere 25
maritum, vel habere inutilem, & per ista sit suffi-
cienter ornata hæc tertia declaratio. Et sic iste ter-
tius effectus, & ex hoc effectu, cum suis declara-
tionibus. habetur quasi materia præscriptionis (sal-
tem subtilior) declarata.

Quartus effectus litis contestationis est iste, quia
per litis contestationem committitur stipulatio, am-
pliùs non peti, quæ regulariter sine ea non commit-
teretur, de hoc est text. quem dicit ibi Bar. esse mul
tùm singularem in l. ampliùs non peti. ff. rem ra-
tam haberi. quæ tamen lex, cum suo effectu recipit
multas declarationes. Prima est, vt intelligatur,
quando expressè fuit promissum ampliùs non pete-
re: secus autem, si promisero me talem ratam rem
habiturum: nam si non conser tiat reus post eius
scientiam, etiam ante litis contestationem commit-
titur illa stipulatio. De hoc est tex. optimus in l. Pro-
curator. §. si quis à Procuratore. ff. rem ratam habe
ri. & istud est notabile, quia istæ duæ stipulationes,
scilicet ampliùs non petere, & rem ratam habere,
æquiparantur, vt patet in l. si quis vni. ff. rem rat.
habe. & ibi Bart. ergo videbatur idem dicendum in
stipulatione rem ratam habere, sicut in stipulatione
ampliùs non petere, cùm de similibus idem sit iudi-
cium, vulgata l. illud. ad l. Aquil. ad istud tamen
responde, quòd æquiparantur in casu illius, l. tan-
tummodo, non autem in aliis ita Bar. ibi, & in d. l.
ampliùs. in prin. nec istud est inconueniens, præser-
tim cùm argumentum à simili soluatur per dissi-
militudinem datam, glos. peregrina in cap. sicut vr-
geri. j. quæstione prima. sed de hoc sunt duæ aliæ
glossæ absconditæ in l. creditori. ff. de operis no. nun-
tiat. alia in l. Marcellus. in verbo, deduci. ff. de rei
vendic. modò clarum est infinitas esse differentias
inter has duas stipulationes, imò nullo modo repe-
riuntur similes præterquam in casu l. prædictæ si
quis vni. ff. rem ratam haberi.

Stipulatio ampliùs nō peti committitur per litis contestationem.

Ext[illegible] re[illegible] stre[illegible]

Sed pro confirmatione huius argumenti nouiter
stringo fortiùs illum textum d. l. si quis. vt videatur
expressè probare quod stipulatio rem ratam haberi,
non committatur nisi eo modo, quo committitur
stipulatio, ampliùs nō peti, cū ibi dicit, *Quòd si aliquis
Procurator promiserit rem ratam dominum habiturum,*
aut

Stipulatio rem ratam haberi, quādo committatur.

aut amplius non peti, dicendum est stipulationem committi, si ab eo petatur, qui eiusdem obligationis socius est. & declarando istud verbū, *si ab eo petatur*, dicendum est idem, committuntur hæ duæ stipulationes, si fiat litis contestatio, cōtra socium obligationis, cùm non dicatur peti propriè, nisi per obligationem, per d.l. amplius non peti. Declarato ergo isto verbo, *petatur*, posito in illa l. infertur à contrario, quòd si non peteretur, non committerētur illæ stipulationes, & si non fieret litis contestatio, per quā dicitur petitum fuisse. Et videtur ponderando illum tex. eo modo, scilicet per argumentum à contrario sensu, quod est in iure validum, per l. j. §. huius tei. ff. de offic. eius cui man. est iurisdictio. quod non cōmittatur rem ratā haberi stipulatio, nisi cùm peritur per litis contestationem.

Secundò, quòd ita debeat declarari iste text. probo per regulam, volentem quòd clausula in fine posita debet referri ad omnia præcedentia. De hoc est bonus text. in l. prima. C. de lib. præte. in fin. (quem ibi ad hoc notat Bart.) quæ vult quod lex suum, & non meum potest denegare auxilium, pro quo facit quod solet dici, Fortius est ius competens alicui sua industria, quā ex facto alterius, vt habetur in l. quod Principi. cum l. seq. ff. de legat. ij. sed vltra hos duos tex. est alius solemnis in l. si filius. in §. erit. Rubriano S.C. & ibi Bario. ff. de fideicom. liberta. & per ista sit expedita ista limitatio.

Limita tamen hanc limitationem non procedere in vno casu singulari, in quo etiam quoad pœnam legalem quis dicitur petiisse ante sentētiam, imò per ipsam litis contestationem, scilicet in casu l. vnicę. C. de plus peti. vbi quādo aliquis exegit in Canone, vel instrumento plusquam fieri debebatur, deinde pòst eum debitorem pro illo debito conuenerit, & perseuerauerit vsque ad litis contestationem, talis punitur pœna legali in hoc, quia perdit totum verum debitum, sed ratio huius specialitatis traditur per Bart. in d. l. amplius. scilicet quia ibi erat duplex delictū, vt patet ex supradictis: ideò grauiùs erat puniendus, pro cuius rationis confirmatione adduco aliqua singularia, & pono regulam, volentem quòd plus operatur geminatio, quàm res nō geminata, ita patet in l. Balista. ff. ad Trebel. pro quo facit doctrina Bar. singularis in l. cùm scimus. C. de agricol. & censi. lib. xi. vbi voluit quod licèt verba enunriatiua nō disponunt, c. si Papa. de priuile. in 6. tamen fallit, vbi essent geminata, per illum text. plus tamen ibi voluit Bart.

26 quòd licèt confessio extra iudicium non præiudicet, tamen fallit, vbi fuisset geminata: nam tunc præiudicat, & istod est singulare.

Tertiò confirmo per text. in §. de constituta. Insti. de actio. & per totum tit. de consti. pecu. ff. & C. vbi

27 in constituta pecunia ratione geminationis oritur actio ex pacto nudo, quod aliàs non potest fieri, vt patet in l. in bonæ fidei. C. de pact.

Quartò confirmo per casum singularem, in l. mulier. C. ad Velleianum. vbi licèt mulier non possit effectualiter constituere pro tertia persona: tamen illud fallit vbi tale constitutum fuisset geminatum: nam tunc obligat ipsam mulierem, quando fuit geminatum infra tempus ibi positum, scilicet post biennium.

Quintò confirmo per casum singularē in l. Diuus. §. fin. ff. ad legem Cornel. de fals. vbi conditio duplicata plus operatur quàm simplex, quia dicit ibi text. quòd si aliquis scribens testamentum, aliquid adscribat sibi sub duplici cōditione, tunc excusatur à pœna, & etiam consequitur legatum, quod sibi non competiisset vbi sibi adscripsisset sub simplici conditione, vt vult ibi Bart. per l. impuberem. §. j. ff. de fals.

Sexto, confirmo per text. singularē in sui materia, in l. iij. C. de Episc. audient. vbi ratione geminationis grauiùs punitur delictum, & per illum text. dixit ibi Bart. quòd qui geminat ipsum delictum, non debet veniam sperare. Hinc ibi dixit Bart. quòd si ex forma statuti, vel consuetudinis in die sancta Veneris delinquentes sint excarcerati, si aliqui aliàs fuerant excarcerati, qui nunc pro eodem delicto ibi adhuc reperiuntur, non debent excarcerari. 28

Septimò, adduco illud quod voluit Bart. singulariter in l. si cui. §. fin. ff. de accusat. vbi voluit quod delictum commissum in extranea prouincia, quod nō poterat alibi puniri, si tamen simile delictum committat alibi, & ibi capiatur, tunc ratione præcedentis delicti, alibi commissi, grauiùs punietur.

Pro quo facit dictum singulare & admirandum Bal. in aurb. qui semel. C. quomo. & quan. iudex. vbi voluit quòd si statuti puniat pro primo homicidio in centum libris, deinde velit quod pro secundo puniatur pœna vltimi supplicij, si aliquis commiserit primum homicidium quòd satisfecerit soluendo pœnam, punitur pœna vltimi supplicij, si iterum homicidium committat, licèt prima fronte cōtrarium videatur, per l. Diuus. ff. de iure patroo. vbi postquā aliquis satisfecit de delicto, est ac si nunquam deliquisset, ideò istud non fit propter geminationem.

Nonò adduco gl. singularem in l. ij. C. de furt. quæ vult quòd geminatio emptionis de rebus furtiuis inducat quandam præsumptionem fraudis & furti, contra talem ementem.

Istis adde quòd non solùm punitur geminans grauiùs, ratione geminationis, sed etiam admonitus perseuerans, quod voluit glos. singularis in c. scripta. in verbo, ignosce. de consecra. dist. 1. lenitens quòd post admonitionem non est ampliùs parcēdum, sicut nec post veniam semel datam, pro qua glos. videatis tex. in l. capitalium. §. solenr. ff. de pœnis. vbi bonus text. & per ista sit sufficienter declarata & ornata nostra limitatio.

Decimò limita hunc effectum litis contestationis non procedere in illo, qui promisit quæstionem non mouere, quia etiam qualitercunque molestet, ante litis contestationem, talis incidit in commissionem ipsius stipulationis. De hoc cum glos. (quæ ita intelligitur) est text. in l. qui fidem ff. de transact. secus autem quando verbum quæstionis profertur à lege: nam tunc intelligitur mouisse quæstionem per litis contestationem. De hoc est glo. in l. ij. & iij. C. finium regund. & has glossas ita concordat Bart. in dicta l. amplius.

Addam tamen vnum in hac materia extra ea quæ notat Bart. in d. l. amplius. quòd si quis alicui promiserit non facere molestiam, intelligitur de facto: secus autem si de . . . c, cum conueniat eum. De hoc est glos. singu . . . is in l. si seruum. §. Prætor autem. ff. acquiren. hæred . . . quam facit singularem Bald. in l. j. C. de his quæ pœn. nomine. in fin. primæ col. sed pro ea facit glo. alia singularis in c. pro illorum. in verbo, contradictores extra. de præbend. quæ vult quòd ille non dicitur contradictor, qui de iure contradicit,

Creditor plus debito exigēs perdit totum debitum.

Geminatio nis effectus.

De eodem.

Constitutū per mulierem geminatum.

Conditio geminata.

Homicidiū geminatū.

Geminata emptio de rebus furtiuis.

Perseuerās in crimine admonitus.

Molestiam non facere, quomodo intelligatur.

Contradictor quis dicatur.

& potest esse horum ratio, quia cùm illud faciat iuris authoritate, præsumitur fieri iustè, & sine dubitatione alicuius pœnæ, arg. l. Gracchus C. de adul. vbi factum authoritate legis non meretur pœnam, & sic promittens non molestare sub pœna, non debet incidere in pœnam, de iure suo disputando, pro quo bon⁹ text. in l. iuste. ff. de acq poss. vbi iustè id fieri di-
29 citur, quod authoritate ipsius iudicis exequitur. Vnde voluit bonus text. l. si quis id quod. ff. de iurisdict. om. iudic. quòd remouens album Prætoris, authoritate iudicis, non debet puniri. pro hoc facit l. furti §. qui missu. ff. de his qui notan. infa. vbi paciscens iussu Prætoris super crimine, etiam dato pretio, non est infamis, alias tamen secus esset. per text. in d. l. furti. §. pactúsque, inquit, erit. Et ratio, quare faciens aliquid authoritate iudicis, excusatur, potest esse, eò quod primò videtur illud facere necessariò, ideò non debet puniri, argumento eorum quæ habêtur in l. cùm postulassent. § fi. ff. de dam. infect. l. ij. ff si quis caut. pro quo glo. singul. in clem j. in verbo, seipsum. de reliq. & venera. Sanctor. vbi faciens seruitium Deo ex necessitate professionis, vel voti, plus meretur quàm alius, pro his etiam glos. in l. Procurator qui pro euictione. ff. de Procurat. vltimò, pro hoc adduco glos. singularem in princ in l. si familia. ff. si famil. fur. fec. dica. vbi si seruus, ex metu mortis, sibi de proximo imminentis, alium interfecerit, non tenetur, maximè quando aliter euadere non poterat.

Iudicis authoritas.

Secunda ratio huius vltimi dicti potest esse, quia iudex censetur legis minister glos. singularis in l. accusationis. C. quod met. caus. pro quo glos. l. Celsus. ff. de arbit. ideò cùm sit minister legis, non præsumitur male, & iniustè aliquid mandare, nec exequi. pro quo text. l. meminerint. C. vnde vi. vbi verè & rectè decidetur, quòd vnde debet nasci æquitas, non præsumitur, nec debet oriri aliqua iniquitas, & propterea voluit text. in l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod cert. loco. quòd Prætor siue iudex, debet semper habere æquitatem ante oculos suos, vnde voluit glos singularis in l. inter filios. C. fam. herc. quòd iudex non sequens æquitatem, dicitur habere oculos caligatos, quam cùm iudex debeat semper habere ante oculos, præsumitur pro eo, præsertim cùm semper pro iudice præsumatur, l. Herennius §. Gaia Seia. ff. de euict. optimus text. l. ij C de offi. ciuilium iudicum. in versi. quod non arbitramur. & per ista sit satis declarata ratio vltimi dicti propositi.

Breuiter, pro expeditione huius effectus cum sua pulchra materia, est aduertendum, quòd sicut per litis contestationem quis dicitur petere, vt per hoc committatur stipulatio, ita etiam per solutionem factam illi, cui fuerat promissum ampliùs non petere: nam talis recipiens illam solutionem, dicitur petiisse quodammodo, vt committatur stipulatio, ampliùs non peti. De hoc est text. in d. l. amplius. qui est ad hoc singularis, secundum Bart. ibi.

Petere, quisnam dicatur.

Istud tamen, vt talis solutio ignoranter, quia credebat se ad illud teneri: nam tūc cùm videatur quodammodo deceptus per illū, cui facta est solutio, committitur illa stipulatio, ampliùs non peti, & exemplum potest poni in illo, qui promiserat ab vno ex socijs vnius obligationis, ampliùs non petere: nam si à consocio illius obligationis, ignorante talem stipulationem fuisse factam, soluatur ipsi creditori, nūc is qui se cum eo, qui soluit ignoranter obligauerat, tenetur, sicque committitur illa stipulatio, ampliùs non peti. Ita sentit Bart. hócque exemplum in medium affert, pro quo exemplo est text. notab. l. si quis vol. ff. rem rat. haber. secus autem dicendum esset, si solueretur à sciente, quia volenti non fit dolus, neque iniuria, l. j. § vsque adeò. ff. de iniurijs. l. cùm donationis. C. de transf. Itē quia talis, qui nihilominus poterat se iuuare exceptione & peremptoria, & fauorabili, videtur quodammodo scienter donare, l. j. & l. quæ exceptionem. ff. de condict. indeb. sed iste erat tutus tali exceptione fauorabili, & peremptoria, ergo soluendo videtur donare, & ideò alter non debet incidere in pœnam, vt ibi sentit Bart.

Amplius non peti, stipulatio, quādo committatur.

Vltimò, aduerte idē esse, vbi ille qui promisit ampliùs non petere, vellet opponere cōpensationem: nā tunc opponēdo videtur petere, vt per hoc incidat in stipulationē ampliùs non peti. De hoc est tex. sing. in d. l. ampliùs. qui est per supradicta satis superq; declaratus. Et per hoc infert ibi Bart. quòd si aliquis iura-
30 uerit soluere alicui debitū, tunc opponēdo compensationē, videtur soluisse, & iuramentū adimpleuisse.

De eadem re.

Nec per hoc potest dici periurus: sed contra videtur tex. expressus in c. ad nostram. j. extra. de iureiur. vbi ille, qui iurauit creditori nullū grauamē super re pignorata facere, donec solueret debitū, volendo compensare fructus in sortē, non auditur repetens debitū: imò debet priùs soluere verè & integraliter, & allegatur illud c. quòd iuramentum debet adimpleri in forma specifica, non obstante tunc illo tex. Bart. ibi confirmat suam quæstionem. Primò, quia conditiones debēt in forma specifica adimpleri, l. qui hæredi. in prin. ff de condit. & demonstrat. sed iussus dare, siue soluere, compensando adimplet ipsum iussum, l. si peculium. §. j. ff. de statulibens. igitur videtur liberatus, & ab obligatione beneficio compensationis, solutus. Secundò facit etiam iuxta Bart. opinionem, impeditus facere iusta de causa illud, ad quod tenebatur cum iuramento, per hoc non est periurus, l. si. ff. qui satisd. cog. sed ille qui non soluit, impeditur per illū cui soluendo est, & cui debetur, ne soluat: vnde (quasi suo facto impeditus) non est periurus, arg. l. iij. in princ. in versic. inde quæritur. ff. de statuliber. & per hæc opinio ista videtur bona.

Obiectio.

Ad contrariū c. ad nostram. non respondet Bart. sed potest dici secundū Ab. in d. c. quòd opinio Bart. post factū teneret, includādo in mentē partē, et vt excusetur à periurio, secus autē ante factum, vel etiam secundū eum Ab. q; opinio Bar. est generaliter vera, vbicunq; quis tenetur soluere, sed opinio illius c. procedit tātum in casu suo, quia iurans ibi de non molestādo ante solutionē pignoris, videbatur tacitè expresiè promittere de nuoratione pecuniæ vera, & sine compensatione fructuum, vt ibi per eos, & per ista sit clarè expeditus iste effectus.

Obiectionis solutio.

Quintus effectus litis contestationis est, quia per eā tollitur purgatio moræ, quæ aliàs purgaretur ante litis contestationem. De hoc est tex. in l. si insulam ff. de verb. oblig. vbi offerens factum ad quod tenebatur, & in quo adimplendo fuit in mora, si se offerat post litis contestationem, tunc alis non purgat morā suam, secus si ante litis contestationem, & ratio huius effectus est: nam cùm ille, cum quo fit litis contestatio, ante eam iam fuerit in mora (quia semper præsumitur eum interpellatum fuisse, vt vult text. tus singularis in l. fideicommissi. in principio. ff de

Purgatio moræ tollitur per litis contestationem.

Mora duplicata impedit purgationem.

ff.de vsur.)& postea per litis contestationem sequẽtem iterum sit in mora, illa duplex mora debet sibi impedire purgationem, eò quòd geminasse videtur delictum, ideo non est cũ illo agẽdum misericorditer, sed potiùs de religione iuris. l. iij. C. de episc. audien. & eorũ quæ latè dixi in quarta limitatione quarti effectus. pro hac tamen limitatione vide optimum tex. in l. si alienam. prima. §. fin. ff. de pig. act. vbi debitor agens pignoratitia contra creditorem, facta litis contestatione, potest offerre debitum (id est pecuniam in iudicio) pro qua obligabatur ipsa res pignorata, quia talis mora videtur contracta per litis contestationem.

Mora cõtracta quãdo purgari possit.

Et ex his potest inferri prima limitatio, siue declaratio ad hunc effectum, vt non procedat quando ante litis cõtestationem nõ fuisset quis in mora: quia tunc videtur posse purgare moram contractam, etiã post litis contestationem eò præcipuè, quia tunc deficit ratio supradicta duplicis moræ, & hanc limitationem videtur sentire gloss. singularis, in l. siue apud acta. C. de transact. in verbo, vrgere, quòd quando mora fit ante litis contestationẽ, non impeditur purgatio ipsius moræ. & clariùs voluit Bar. in l. si maior. in fi. C. de trãsactio. pro quo facit illud quod in simi-
31 li dicitur per Doctor. in l. ita demum. ff. de Procura. vbi volunt, quòd licèt exceptio dilatoria debeat opponi ante litis contestationem, tamen si veniat post eam, potest quis tunc opponere. pro quo gloss. l. de die. ff. qui satisda. cog quod notabis (quoad illud accessorium) idque non fieri alio modo, nisi beneficio litis contestationis, quæ, cuius sit præcipuè in hac re momenti, consydera attentè & diligenter.

Mora purgatio quãdo post litis cõtestationem admittatur.

Secunda declaratio, siue limitatio ad prædictum effectum est, vt non procedat in stipulatione, defendo, quæ continetur in stipulatione iudicatum. iuxta l. iudicatum. primam. ff. iudicatum sol. nam hoc casu admittitur purgatio moræ, etiam post litis contestationem. De hoc est tex. notabilis in l. iij. §. fi. cum l. seq. ff. iudicatum sol. & ratio specialitatis huius est: nam cùm inducatur vnum in præiudiciũ ipsius promittentis (quod regulariter induci non debet) scilicet quia quotiens quis est obligatus ad factum, nunquam committitur stipulatio ad totale interesse, nisi cùm trãsierit tantum tempus, quo factum illud perfici posset, vt est tex. in l. si ita stipulatus essem abs te. & l. stipulationes non diuiduntur §. planè. ff. de verbo. obliga. Vnde in casu nostro istud deberet obseruari, scilicet vt non teneatur promittens de defendendo, nisi postquam excurrerit tãtum temporis interuallum vt certum sit iudicium in illo tẽpore potuisse perfici, verùm quia istud est incertum, lõgum esset, illud expectare, ideò committitur (contra regulas iuris) stipulatio de defendendo ab ipso initio ad totale interesse, cùm ergo talis reus grauatur in vno, iura voluerunt eum in aliquo releuare, vt posit moram, scilicet suam, purgare, etiam post litis contestationem, vsque ad ipsam sententiam: ita subtiliter declarat Bar. in d. l. iij. §. fi. pro quo facit casus in simili in l. eũ qui. ff. de iureiur. vbi grauatus in vno, putà quia credit actori de causa inter eos agitata releuatur in vno, vt non teneatur ad id quod teneretur in duplũ ex lege Aquil. facit etiam gl. §. de constituta. Insti. de action. cum similibus.

Stipulatio de defendendo, quãdo cõmittatur.

Purgatio moræ in actionibus arbitrariis.

Tertia declaratio est, vt nõ procedat iste effectus in actionibus arbitrariis: nam tunc admittitur purgatio moræ vsque ad litis contestationem, de hoc est text. in l. item si cum exceptione. §. satis clementer. ff. quod met. cau. & voluit Bar. l. si insulam. in fi. 5. col. ff. de verbo. obliga. ita intelliges ibi tex. notabilem, in l. hoc edicto. in prin. ff. de publica. & hæc sufficiant.

Ante litis cõtestationem non fit mora purgatio.

Aduerte tamen pro complemento huius declarationis pulchræ, quod licèt post litis contestationẽ nõ admittatur regulariter purgatio moræ, secus tamen est si fiat ante litis contestationem, vt patet in d. l. si insulam. & ratio diuersitatis assignari potest, quia quando statuitur, quòd post contestationem litis nõ inducatur purgatio moræ, non habet locum nec militat eadẽ ratio ante litis contestationẽ, quia tunc non nocet mora simplex, cùm facilè posit, minimóque negotio, & dissolui & purgari.

Limitatio eiusdem.

Illud tamen vltimũ intellige, nisi interesset ipsius actoris non admitti purgationem: nam tunc non admittitur. De hoc est bonus text. in l. si ita quis promiserit. §. Seia. ff. de verb. oblig. & ratio esse potest, quia per hoc sequeretur quòd ex facto, & quodam alterius delicto ego obligarer, quod quidem esset nõ solum inconueniens & incõgruum, sed prorsus & absurdum & iniustum, vt habetur toto titulo, ne filius pro patre, & ne vxor pro marito. cum similibus. Et 32
circa hoc adduco vnum dictum singulare quod nõ posit testator vnum cohæredem punire ex mora, vel delicto alterius cohæredis. text. est (qui nõ est alibi) in l. paterfamilias ff. de hæredi. insti. ista tamen limitatio debet intelligi, quãdo magis interesset actoris habere æstimationem illius facti, quàm ipsum factum fieri, ita sentit gloss. singularis l. vtique. ff. de arbit. & ratio quare ita debet intelligi, est, quia si quotiescunque aliqualiter interesset ipsius actoris, non admitteretur purgatio moræ, tunc nunquam admitteretur aliquo casu, & illa l. insulam. seruiret de vento, quod probo: nam cùm semper post moram facti non præstiti succedat obligatio ad interesse, l. stipulationes non diuiduntur. in versic. Celsus. ff. de verb. obligat. ergo sequeretur quòd mora contracta non purgaretur.

Sublimitatio limitationis præcedentis.

Mora purgatio ante litis contestationem.

Secundò, & principaliter, intellige hanc regulam purgationis moræ non procedere vbi esset in obligatione apposita dies & pœna: nam tunc etiam ante litis contestationem non admitteretur purgatio moræ. De hoc est tex. notabilis in l. traiectitiæ. §. de illo sanè. ff. de act. & oblig. & ita declarat Bart. in dicta l. si insulam.

De eadem re.

Quod tamen vltimum Bartoli declaratur, duobus modis, in quibus non procedit. Primo, vt intelligatur de die expressa, siue tacita, dum tamen veniat ex mente partium: nam tunc procedit dictus §. de illo, ita intelligendus, & notandus, & tex. l. j. in prin. ff. de pen. legata. secus autẽ diceremus, si esset dies tacita, veniẽs ex sola legis dispositione: nã tunc bene admitteretur purgatio moræ, vt est in l. si insulam. vbi admittitur purgatio moræ ante litis contestationem, & tamen inerat taciè dies, quia in qualibet stipulatione facti tacitè à lege inest dies, scilicet tanti temporis, in quo fieri posset tale factum. vt patet in d. l. si insulam. etiam in d. l. si ita stipulatus essem abs te. ff. de verb. oblig. De hoc etiã est bonus text. in l. quid tamen §. Papinianus. libro tertio. quæstio. ait si cùm dies. in fi. ff. de arbitr. vbi quando est pœna ex compromisso imposita, & dies tacita veniens ex sola legis dispositione, & absque aliquo hominis facto, expri-

mente vel pœnam ipsam, vel diem, bene tūc admittitur purgatio moræ, vt ibi patet.

Eiusdem cōfirmatio. Secundò intellige hanc vltimam declarationem nō procedere, quando pœna esset à lege imposita: nā tunc etiam bene ipsius moræ purgatio admitteretur, vt patet in d.l.insulā. vbi post moram succedit pœna legalis, scilicet interesse, & tamen bene purgatur ipsa mora ante litis cōtest. vt ibi dicitur. & ratio harū duarū limitationū vltimarum est. Primò, quia meliùs & mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine. vt l. Celsus. suprà allegata. ff. de arbit. item fortiùs est mihi ius competens ex persona mea, & iure meo, quàm ex alterius auxilio. l.quod Principi. cum l.seq. de lega. 2. cum alijs suprà alibi allegatis. ergo per pœnam ab homine appositam faciliùs debet impediri purgatio moræ, quàm per pœnam à lege sibi debitā, & etiam ex auxilio alterius.

Moræ purgatio quādo ante litis cōtestationem non admittatur. Tertiò limita principaliter regulam præcedētem affirmatiuā, vt non procedat, quando ante litis contestationem fuisset longum tempus: nam tunc ratione illius lōgi temporis distantis, à citatione vsque ad litis cōtestationem si semper debitor fuerit in mora, non admittetur etiam ante litis contestationem, ad purgandam moram suam. De hoc est tex. singularis in l.si ita quis. §. Seia. ff. de verbor. obliga. & sentit ibi Barto. & ista est pulchra declaratio, & notatu dignissima.

Dies cum pœna obligationi apposita. Aduerte grauiter in hac materia, quia semper dies cum pœna nō facit cessare purgationem moræ, sed requiritur quòd dies sit appositus causa differendæ obligationis, secus autem esset si causa multiplicandæ, in vltimis voluntatibus præcipuè. De hoc est text. singularis in l. prima. versic. quòd si in annos, & ibi (cùm ita intelligat Bart.) ff. de penu lega. & ratio optima huius dicti est, quia quando tempus in vltimis voluntatibus apponitur causa multiplicandæ obligationis, quis non est obligatus ante temporis aduentum, l.si Stichum aut Pamphilum. §. stipulatio. ff. de verbor. oblig. meritò non debet tempus veniens eum in mora constituere, cùm idem tempus non debeat quem reddere obligatum, & immeritò eum in mora constitueret. per tex. in l.quod dicimus. ff. de solut. & quidem singularem ad limitationem. l. magnam. C. de cōtrahen. & committen. stip. vbi habetur quòd dies interpellat, & cōstituit quem in mora pro homine, vt non illud procedat in die constituto in vltimis voluntatibus, gratia multiplicādæ alicuius obligationis per suprà dicta, quod tamen, notabis, & præcipuè singularem. d. l. magnam, limitationem.

Purgatio moræ quādo non admittatur. Et pro complemento huius materiæ aduerte ad duo non omittenda. Primò, quòd vbicunque fit aliqua promissio sub pœna, & illa promissio vallatur iuramento, tunc non admittitur purgatio moræ. de hoc est tex. in l. si quis maior. C. de transactionibus, vbi dicit quòd cōueniēs est priuatus ipso iure actione, cùm talia verba, præteriti temporis, inducant priuationem ipso iure. vt est gloss. & ibi Bart. in l. iubemus magna. in verbo, priuetur. C. de sacrosan. eccle. item probo ex verbo, careat posito in illa l.quod denotat ipso iure, vt est gloss. singularis in l. prouidendum. in verbo, careat. C. de postul. Cū ergo per supradicta ipso iure priuetur, non debet posse purgare
33 moram suam, quia vbicunque fit executio ipso iure, nunquam habet locum purgatio moræ. De hoc est tex. in l.si cui legata sint certorum. ff. de fideicommiss. libert. & idem etiam voluit Bart. in d. l. si insulam. in 7. col. & pro istis facit quod habetur in l. qui res. §. aream. ff. de solur. vbi habetur quòd illud quod est ipso iure extinctum, nunquam debet reuiuiscere, quod nota.

Iuramenti fauor. Pro huius confirmatione adduco, primò quòd multa mala inducuntur fauore iuramenti quæ aliàs non inducerentur. Inducitur enim vnum speciale, vt fauore iuramenti quis det vsuras, ad quas non tenetur aliquo iure. De hoc est tex. in c. debitores. ext. de iureiur. vbi illud probatur, est tamen verū quòd postea illud repetet, vnde ex hoc patet quod admittitur fauore iuramenti circuitus, qui alias à iure reprobatur, quod est singulare ad limitationem egregiæ l. dominus testamento. ff. de condictione indeb. quod singulariter sentit Bald. in l. receptitia. in princ. C. de constitu. pecu. quod nota, & menti infixum tene.

De eodem. Pro hoc etiam est bona gloss. & singularis in l. si pecuniam. in verbo, necesse. ff. de condict. caus. dat. vbi probantur duo singularia in fauorem iuramenti. Primum est, quod licet regulariter quis nō teneatur præcisè ad factum, l. stipulationes non diuiduntur. in versi. Celsus. ff. de verbor. obligat. tamen vbi iuramentum interuenit, tūc tenetur præcisè, pro quo adduco tex. ad hoc singularem in c. fin. ex. ne prælat. vices suas. & ibi Doct. Secundum singulare probatū ex illa gloss. est, quia licèt regulariter in contractibus sit locus pœnitentiæ, præcipue quando tales contractus sunt innominati, vt patet ex d. l. si pecuniā. cum similibus, tamen illud non procedit vbi iuramentū
interueniss et, quod est singulare, & menti tenendum 34
facit tex. singularis l. cùm patet. §. filius. ff. de lega. 2. vbi per illum tex. dicit ibi Bart. quòd iuramentū haber in se tacitam clausulā, vt valeat actus omni modo quo valere poterit.

Oppositio. Aduerte tamen, quia multi tenuerunt quòd iuramentum non obligat quem præcisè ad factum, & imprimis Pet. de Ana. in d. c. fin. in 1. col. & multi alij, & arguunt hoc argumento valde difficili: nam iuramentum sequitur materiam contractus cui apponitur l. fin. C. de non numer. pec. sed natura obligationis facti est, vt post moram ille teneatur ad interesse. l. stipulationes. §. Celsus. ff. de verbor. oblig. ergo iurans videtur iurare secundùm naturam cōtractus, cui apponitur, maximè quia iuramētum appositum alicui obligationi, videtur habere cōditiones tacitas, quæ insunt extra naturam contractus, vt patet in c. quemadmodum. ext. de iureiur. l. fin. ff. qui satisda. cogant.

Responsio. Sed ad istud argumentum est dicendum, quòd iuramentum debet sequi naturam primordialem ipsius obligationis, non autem secundariam, sicut in simili dicitur per gloss. singularem in l. certi condictio. ff. si certum petatur. vbi regula volēs quòd subrogatum sapiat naturam eius in locum cuius subrogatur, iuxta l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. procedit quoad naturam primordialem, non autem accidētalem, pro quo bonus tex. l. item veniunt. §. prædiximus. ff. de peti. hæredi. sed sic est quòd natura primordialis obligationis facti est, vt teneatur præcisè ad factum, ergo eam debet sequi ipsum iuramentum, non autem naturam accidentalem, quæ est vt post moram succedat obligatio ad interesse, & istud nota.

Et

De eodem.

Et pro confirmatione communis opinionis facit, quòd fauore Reipublicæ, vel testatoris quis præcisè teneatur ad factum.tex.singularis in l. fideicommissa.§.fi.ff.de lega.3 ergo multò magis fauore animæ, quæ est res inæstimabilis.iuxta l.iustissimè.ff.de ædilit.edict.& pro huius confirmatione vide latiùs per modernos.in c.veniens.in additionibus ad Abbatē. ext.de iureiur.vbi pulchre fortiter & rigidè,hanc & defendere,& tueri videntur opinionem.

Iuramentū quādo moræ purgationem impediat.

Intellige tamen singulariter id quod dictum est de virtute iuramenti,vt impediat purgationem moræ,procedere solùm in foro iudiciali,secus autem dicendum est in foro pœnitentiali.De hoc est gloss.singularis & vnica in c.apud misericordem.22. qu.5.ex qua patet,quòd si iuraui tibi dare decem, infra decē dies,& non do, si tamen habeo bonam voluntatem dandi,posteà si ego do,tūc admittitur benignè purgatio moræ, nec dicor periurus. pro qua allego casum notandum in l.ij.in §.quod obseruari. C. de iura.cal.vbi patet notabiliter,quòd quando aliquis iurat,& ita esse sicut iurat credit,tunc licèt veritas sit in contrarium,tamen non est periurus,ita ergo in casu isto: nam cum iurat aliquis de dandis decem, habet bonam voluntatem & credit se ita facturum, licet tamen aliter ex casu eueniat, per hoc non debet tamen dici,periurus is, qui boni, strenui & sedati functus est officio viri, vt fidem datam præcipuè iuramento confirmatam liberaret.

Periurus quādo quis dicatur.

Finaliter pro expeditione huius materiæ, est aduertendum,quòd supradicta,quæ volunt quòd ante litis contestationem admittatur purgatio moræ non procedunt,quando mora proueniret ex facto & non ex omissione:nam tunc non purgatur mora.De hoc est tex.notabilis in l.prima.§.si rem à seruo.ff.depos. quod tamen est intelligendum, quando tale factum erat momentaneum, & citò ad implendum: nam tunc non purgatur mora,& ita est intelligēda etiam gl.in l.cùm filiusfamilias.§.in hac.ff.de verbo.oblig. quæ vult quòd si pupillus fuerit in mora per factum suum,quod subueniatur ei per restitutionem in integrum. ergo sentit quòd non potest purgare moram suam,cùm vbi habemus remedium ordinarium, nō debeamus sequi extraordinarium.l.in causæ cognitione.in prin.ff de minori. secus autem esset in facto successiuo:nam si per illud sit in mora,quia in modico consentit,tunc admittitur purgatio moræ, infra modicum tempus, vt est text. notandus ad hoc in l. colonus.§.fi.cum l.sequenti. ff. loca. & ista ita declarat Bar.in d.l.si insulam.vbi eum vide.

Mora in facto adimplendo non purgatur.

Mora in omittendo admittitur.

De eadem re.

Et ratio quare faciliùs permittitur purgatio moræ in omittendo,quàm in faciendo est ista, quia non est tam graue illud delictum quod consistit in omittendo,sicut ipsum quod est in committendo, vt voluit gloss.singularis in l.si mora.ff.sol. matri. pro quo allego etiam gloss.singularem in l.Diuus.ff.de Senatuscōsul.Syllan.& Claud.quæ sentit quòd super delicto in omittendo,potest transigi,vbi aliàs non posset.facit etiam tex.in l.ij.C.de liber.causa.

Vltimò(& erit finis materiæ)aduerte, quòd purgatio moræ est inducta de æquitate, & ex bono & æquo.De hoc est tex.singularis in l.si seruum. §.de illo.ff.de verbo.oblig.ex quo infertur vnum singulare, quod in Iudæis vel hæreticis non debet habere locum purgatio moræ,eo quòd omnis rigor contra eos statui debet,vt est gloss. singularis c.2. ext.de Iudæ.& istud pulchre declarat Iason Maximus in l. & si post tres.ff si quis caut.quod nota ad magnam declarationem prædictorum, & ad intelligēdas personas contra quas debet rigor stricti iuris seruari, putà contra excommunicatum & alios, de quibus paulò antè, & per hæc sit expeditus iste effectus singularis.

Sine actione agitur per litis contestationem.

Sextus effectus litis contestationis est, quia per eā quis admittitur ad agendum sine actione: nam vbi speratur actionem nasci per litis contestationē, tunc quis admittitur ad agendum sine ea.De hôc est text. singularis in l.si Titius.ff.de verbo.oblig. vbi ita notant Doct.per illum tex.& per hoc limitatur tex.singularis in l.si pupilli.in §.videamus.ff.de negot. gest. vbi nemo sine actione legitimè experitur, & ad imitationem tex.l.quotiēs.in §.item si temporali.in versic.aduersus alios.ff.de administra.& pericul.tut.

Debitū sub conditione potest in iudicio proponi.

Et pro cōfirmatione huius tex. adduco vnum dictum singulare: nam illud quod mihi debetur sub conditione(si tamen venit certificandum in ingressu ipsius litis) tunc potest proponi in iudicio, ac si iam deberetur.De hoc est gl. singularis in c. Raynaldus. in verbo, si contra ipsum illi venirent. ext. de testa. quod est notandum ad limitationem l.non quemadmodum.ff.de iudicijs.vbi notatur de hac materia, & an iudicium possit esse in pendente,nécne.

Post litis cōtestationē nō est opus nouo libello.

Et circa istud est aduertendum quòd vbi est nata actio per litis cōtestationem,tunc potest agi ad condemnationem faciendam super re petita ex eodem iudicio,nec est opus nouo libello,nec noua instantia. ita voluit Bar.(licèt antiqui tenuerunt contrarium)in d.l.si Titius. & ratio huius est, quia vbicunque ius, quod oritur post litis contestationem dependet ex aliquo contractu præcedenti,& ab eo trahit causam & originem tunc non est opus nouo iudicio,imò idē est ac si illa fuissent deducta in limine iudicij. De hoc est tex.notabilis in l.si rem.§.fi. ff de pignor.act.

Restrictio eiusdem.

Limita tamen istud singulariter, nisi tale ius superueniens post litis contestationem, superueniret, postquam est conclusum in causa:nā tunc esset opus nouo iudicio & nouo libello. istud est singulare dictum Bar.in l.si mater.§.eandem.ff.de except.rei iudic.in fine.

Oppositio cōtra limitationē prædictam.

Considera tamen,quia contra hanc limitationem communem videtur text.singularis & expressus in l.quod si in diem.in prin.ff.de pet.hære.vbi clarè patet quòd ius superueniens tempore ferendæ sententiæ, & postquam est conclusum in causa,conualidat iudicium ex causa de præterito, ita ibi expressè patet, cùm dicit ibi text.quòd si fiat petitio hæreditatis vniuersalis, & inter bona hæreditaria, erant aliqua debita sub conditione,si veniat conditio, etiam tempore sententiæ ferendę,potest debitor in illa cōdemnari,& ea veniūt quæ incipiūt deberi post litis cōtestationē, & per hunc tex.dicit Frāciscus de Aretio, subtilis Doctor,hanc opinionem de iure videri veriorem in d.l.si Titius. sed secundùm eum in practica opinio Bar.teneretur,tanquam æquior, & potest dici secundùm eum ibi, quod paria sunt(quoad iudicium agitandum)quòd sit conclusum in causa,vel quòd sit sententia lata, & nō obstabit tale argumentum,sed quia istud videtur multum absurdum, vt conclusio in causa(quæ fit ante sententiam) videatur habere eundem effectum, quem habet sententia iam lata,& istud etiam videatur contra dictā l. quòd si in diem.quæ præsupponit taliter fuisse conclusum

in

in causa,cùm ibi dicit,quòd debet inspici tempus rei iudicatæ siue sententiæ,& præsupponendũ est quòd iam erat conclusum, cùm ipsa conclusio præcedat sentẽtiam,vt clarum est,ideo crederetur posse aliter quæstio proposita solui.

Solutio oppositiõis per authorem.

Nuuiter ergo(ex Dei inspiratione) substine opinionem Bar.esse veram, etiam de iure cõmuni,nec obstabit illa l.quòd si in diem.quãuis tenuerit Franc. de Aretio.contra opinionem Bar.sed dic quòd ideò in illa l.inspicitur tẽpus rei iudicatæ, eò quòd intentabatur petitio, siue actio vniuersalis, scilicet petitio hæreditatis, quæ concernit totam hæreditatem, vt ex ea metiamur ius actoris,in tali vniuersali iudicio,vt est tex.notabilis in l.prima. §. primo. ff. si pars hæredita. pet. cùm ergo ius actoris consistat in tota hæreditate,& incipiat purè deberi quod euenit pendente tempore sententiæ, ideò est,ac si expressè tale ius fuisset putum,in limine iudicij.ita sentit gloss.singularis l.quæsitum.ff.de pecul.in princ. & ibi est bonus tex.similis illi qui est in d.l quod si in diem.

Debita cõditionalia veniunt in iudiciũ,vt accessoria.

Et ratio specialitatis etiam in hoc casu ista esse potest:nam cùm,petendo hæreditatem, petẽs videatur se referre principaliter ad debita pura & cõfessa, similiter ad conditionalia, illa debita conditionalia, scilicet,veniunt tempore etiam ferendæ sententiæ in illo iudicio,tanquam per quandam consequentiam & maximè quia multa sunt permissa in consequentiam,quæ aliàs nunquam permitterentur.Et de hoc est bonus tex.in l.si quis nec causam.ff.si cert.pet.pro quo allego casum singularem in l. interdum. 2. in princ.ff.de furt.vbi dicit Bar.illum §.esse mirabilem, cùm ibi patet quòd iudex(qui non potest cognoscere de causa ciuili principaliter)potest tamen incidenter,& per quandã consequentiam de illa cognoscere,& ibi illud infert Bart.ad quæstionem de qua vide eum notabiliter.

Procurator quatenus per litis cõtestationẽ dominus litis fiat.

Amplia hunc effectum,vt in tantũ Procurator fiat dominus litis per ipsam litis contestationẽ, vt possit alium postea substituere.vt habetur in c. primo. de Procu.in 6.& in l.quod quis. C. de Procur. aduerte tamen ad vnum singulare, quòd licèt possit substituere sibi quis post litis cõtestationẽ, tamẽ substitutũ non potest reuocare,etiam re integra.casus est singularis in c.is qui. de Procurat. in 6. & ratio assignari potest,quia iam functus est suo officio,item quia hic quodammodo constitutus potius per ipsum principalem dominum videtur, quàm per Procuratorem substitutus, vt ibi sentit glossa in verbo, vsus non fuerit.

De eadem re.

Septimus effectus litis contestationis est, quia per eam Procurator efficitur dominus litis. De hoc est tex.in l.neque.l.nulla.& l.Procuratorem.C.de Procura.& propterea voluit text.in l.post litẽ. ff. de Procur.quòd post litem contestatam nõ potest ipse dominus,qui eum constituit, reuocare.

Procurator per absentiam domini constitutus, est reuocabilis.

Limita istud non procedere, quando fuerat constitutus Procurator causa absentiæ domini:nam per eius absentiam tacitè videtur reuocabilis, etiam sine alia causę cognitione.ita Bar.in l.mutari ff.de Procu. per text.in l.qui mutuam.§.primo.ff. mand. & illud sentit gloss.in l.vel hæreditas. ff. de Procur. & ratio est, quia videtur constitutus sub conditione,secundùm regulam ibi positam.

56 Quod tamen est intelligendum, nisi interuenerit iusta causa reuocationis, nam tunc potest reuocari. Et iusta causa potest esse,quãdo talis Procurator est bannitus:nam tunc tacitè videtur mandatũ Procuratoris reuocatum. ita patet in d.l. post litem.in verbo, In ciuitate manente. & ibi illud notat Bart. per illum text.

Causæ cognitio quãdo ad reuocãdũ Procuratorem requiratur.

Aduerte hic quod ita demum requiritur causæ cognitio in reuocatione Procuratoris, quando ipse Procurator, vel aduersarius contradicunt. Ita vult Bart.in l.mutari.ff.de Procur.& sentit text. l.post litem.ff. de Procu. in verbo,ab inuito. Vnde infert ibi Bart.quod si dominus aliquem actum in iudicio faceret præsente suo Procuratore & aduersario non contradicentibus,videtur tacitè reuocatus Procurator,quod tamen est intelligendum,nisi dominus dixerit se non facere hunc actũ animo nouandi,vel nisi fuisset actus qui debebat expediri per ipsum dominum, quia forte melius veritatem nouerat.De hoc est tex.optimus in c.si quem.de Procu in 6.

Beneficiũ tacitè reuocatum.

Confirma istud exemplum per id quod in simili voluit gloss.singularis in c. non oportet. de consec distinct.prima.quæ sentit singulariter quod quando clericus incipit esse vagabundus,ita quòd dubitatur de vita vel morte eius, tunc tacitè videtur reuocatum suum beneficium,quod prius acquisiuerat.

Cõfirmatio eiusdem.

Secundò confirma istud per text.singularem,in l. libera peculij administratio. ff. de peculio.quæ vult notabiliter, quod cùm primum seruus, cui est concessa libera peculij administratio, incipit vagari & discurrere,tunc videtur per dominum reuocata peculij administratio. Et per illum text. dicit Ludo. Roma.in singular.213 incipiente, Morte mandantis. quòd vbi dominus constituit aliquẽ Procuratorem, de cuius vita, vel morte dubitat, in dubio præsumitur dominus illum reuocasse.

De eodem.

Tertiò adduco text.singularem in l.quod nisi. ff. de ope.liber.vbi singulariter patet, quòd licèt libertus debeat præstare operas suo patrono, tamen si talis patronus incipiat vagari, ius sibi debitum tacitè remittere videtur tali liberto,& tales operas,quia libertus non tenetur illum patronum, scilicet erronem & vagantem,perquirere.

Item aduerte quòd licèt requiratur causæ cognitio,quoad reuocãdum Procuratorem post litis contestationem,& quoad transferendum iudicium, secus tamen est quoad validandum actum factum per dominum in iudicio, aduersario vel Procuratore præsentibus.ita vult Bar.in d.l.mutari.

Vsurarius nõ cogitur sequi debitorẽ vagabundum.

Quartò adduco pro præcedenti remotione officij Procuratoris gl.singularem in c.cùm tu.ext.de vsur. quæ vult quòd licèt etiam vsurarius (qui multùm à iure vituperatur) vsuras soluere teneatur,tamen non cogitur sequi suum debitorem, à quo eas accepit, si sit vagabundus,& erro,quod nota.

Vxor virũ vagabundũ sequi nõ debet.

Quintò adduco id quod voluit solennis gloss. in c.primo.qui ma.accusa.possunt.quod licèt vxor debeat sequi virum suum, tamen illud fallit vbi talis vir erat vagabundus.& istud etiam voluit gloss. in c. si quis necessitate.34.q.2.& gloss.in c. de illis. ext. de sponsal. & gloss. etiam in cap. primo. extr.de coniug.lepro.

Eiusdẽ restrictio.

Limita tamen istud vltimum singulariter non procedere,vbi cõditio mariti(tempore quo fuit matrimonium)erat vt vagaretur:nam tunc vxor eum (licèt vagabundum)cogitur sequi.istud voluit gloss. singularis c.vnaquæque.13.qu. prima. pro quo facit,

quod

quod in simili habetur,in l.ij.§.fin.ff.de fideiusso. vbi accipiens fideiussorem non idoneum, non potest illum reprobare, quasi illum semel approbauerit. ita ibi patet.Et per ista sit bene declarata causa reuocationis mandati,quæ fit propter absentiam eius, putà propter bannum.

Vagabundus nō potest ad magisterium promoueri.

Et quia prædicta loquuntur contra vagabundos, vide etiam quod habetur in l.prima.per Bart. ibi.C. de tyroni.lib.12.vbi vagabundus non efficietur magister,& istud est contra scholares,cōtra quos etiam fuit gloss.singularis l.primæ.C. de stud. lib.vrb. Ro. libr. 12. quæ arguit contra scholares facientes in lectione castra in Hispania,& ita vagātes (saltem quoad animum eorum) qui non aduertunt ad studium.

Vide etiam incidenter gloss. singularem, contra scholares qui vadunt ad Ecclesiam, vt ibi deambulent,vel vt videant mulieres:nam tunc magis agunt causam eorum,turpem scilicet, quàm causam Dei. istud voluit gloss.notanda,in c.odi & proieci. 24.qu. 1.quam nota. vide etiam gloss. contra scholares dormiētes in lectione,in c.sunt qui.de pœnit.distinc prima.quæ contra eos exclamat, & contra eosdem nō habentes libros sibi necessarios, vt non debeant vti priuilegiis scholarium.de hoc videatis text. in argu. singulare.in l semper.§ Diuus Hadrianus. ff. de iure immunitat.

Scholares qui priuilegiis vti nō debeant.

Si autem vis videre multa citata contra Doctores, quære gl. singularē in c.nouatianus.7.q.1. quæ bene exclamat contra nouos Doctores in principio feruentes,& postea deficientes.

Vide etiam contra eos,gloss.singularē l. non omnes.§.fi.ff.de re milita. quæ arguit contra Doctores, contra eos præcipuè qui promittunt maria & montes aureos,vt est in prouerbio,& ex eorum doctrina, scilicet ex iactatione sterili atque inani,nascitur ridiculus mus.

Vltimò, vide etiam contra Doctores, doctrinam singularem in c.primo.ext.depo.vbi voluit, quòd si aliquis Doctor mutuauerit alicui scholastico docto, pecunias ea mente,& eo proposito apud eum retento,vt veniret ad scholas suas, vt per hoc faceret sibi honorem,tunc talis Doctor videtur cōmittere vsuram.& istud etiam voluit Ioan.de Ana.in c. nauigāri.ext.de vsur.pro quibus videatis gloss. notabilem in l.prima.in verbo,solenr.ff.de offic.pręfec.vrb.quę arguit contra Docto.qui sibi per pecuniam acquirūt scholasticos.& vide etiam gloss.l. 19. ff. de calum. & gloss.in §.fi.Instit.de suspect.tut.

Doctores per pecuniā sibi scholasticos acquirentes.

Adde incidenter contra Doctores habētes scholares in pensione,vt non debeant dare vinum vetus eis post Kalendas Nouembres, sed debent eis dare vinum nouum.De hoc allego tex.in argu.in l. iubemus.prima.de erogar. milit. anno. C. libr. 12. quam etiam ibi notat Bar.contra tutores, & ista dicta incidenter tene menti.

Mandatū quando ante litis contestationē nō reuocetur.

Aduerte in hac materia,quòd vbi Procurator satisdedit iudicatum solui,vel dominus, pro eo tamen præsente,tunc non reuocatur mandatum, etiam ante litis contestationem.tex.est singularis in l.si defunctus.ff.de Procur.qui sic loquitur, & debet intelligi in reuocatione tacita,scilicet mortis: secus autem de expressa reuocatione,vt vult gloss. singularis l. ante litem.ff.de Procurat.& ibi Bart.

Procurator ratione ætatis reuocatus.

Secundus casus principalis,in quo remouetur, & reuocatur Procurator etiam post litis contestationē, est ratione ætatis, vt vult text.in d.l.post litem.in fin. quod est intelligendū secundum gl.ibi,idem ratione nimiæ senectutis, item ratione iuuentutis, & sic excipit tex.iuncta gloss.patet bona declaratio ad illud quod habetur in c.de quibus.20.distinct.& ad c. domino sancto.1.distinct.vbi semper in dubiis causis,& in consulendo deferendum est senectuti,& propterea voluit text. in l. semper. ff. de iure immu. quòd semper senectus veneranda fuit: vnde voluit etiam tex singularis in c.primo.ext.de renuntia. quòd plus valet vmbra senis, quā eloquentia iuuenis, & ibi illud notat Bar. alibi istud vult Bald.in l. senium. C. qui testa. fac. pos. omnia tamen ista non videntur procedere & habere locum in illo, qui nimia senectutis grauitate laborat,sed tātùm in illo qui mediocrem habet ætatem in senectute, vt patet ex gloss. nostra.

Iuuenibus non cōfidēdū in causis.

Secundò ex eodem tex.iuncta glo.infertur,quòd non est confidendum in causis,ipsis iuuenibus ita patet ibi,cùm possint reuocari etiamsi excesserint vicesimum quintum annum,si tamen iuuenilibus studiis incumberēt,vt sentit ibi glos.notanda,ex qua infertur pulchra declaratio ad l.exigēdi. C. de Procu. quæ vult quòd maior vigintiquinque annis potest esse Procurator, tamen ex hac gloss. infertur quòd potest reuocari,quod nota, & quòd debeat ille text. intelligi de illo qui excesserat vicesimumquintum annū,probo,quia lex debet esse de dubitabili.l. quod Labeo.ff.de Carb.edict.sed non est dubium, illum, qui non habet ætatem, non posse esse Procuratorem: ideò ibi non erat dicendū illum posse reuocari, cùm propriè nunquam fuerit Procurator, & cùm priuatio habitū certum præsupponat.l.decem.ff. de verb. oblig.& illud sentit ibi gloss.in d.l.post litem.

Procurator post cōclusionē in causa reuocatus.

Aduerte in hac materia quòd licèt possit Procurator ex iusta causa reuocari post litis contestationem,nec etiā sibi præiudicet id quod facit ipse, postquam scit se reuocatum, iuxta l. si mandauero. ff. mand.tamen illud fallit singulariter, vbi reuocasset post conclusionem in causa: nam tunc potest non obstante ea conclusione in causa ferri in Procuratorem sententia,& præiudicabit ipsi domino. casus est singularis & vnicus in c.audiris.ext.de Procur.

Et pro illa gloss.iuncto text. facit text. singularis l.prouidendum.C.de postulan. quæ vult, quod non debemus capere iuuenes Aduncatos, nec in eis est multùm confidendum, & præcipuè contra gloriæ & vanæ opinionis de se cupidos,vide gl. singularem. in l.cùm ea.C.de transact.

Aduerte tamen, quòd aliquando Doctor antiquus debet sequi opiniones Doctoris iuuenis,vbi talis meliori ratione nititur.ita probat elegans text.l.si seruum.in versi.& sanè.ff.de verb.obligat.(& ibi suā opinionem adiunxit de Aret.)vbi Iulianus sequutus est opinionem adolescentis Celsi,quia nitebatur meliori ratione:plerumque enim plerique,sub iuris sciētiæ authoritate,perniciose errant,vt in eo dicitur cōtextu,& versiculo.

Et propterea voluit text. singularis l. vnicuique. C.de proximis sacro.scrini. libr. 11. quòd ille qui est iuniori tempore,præfertur antiquiori in assequutione alicuius dignitatis, si sit melior & doctior: ita ibi patet,& ita notat Bar.

Et istud maximè est verum, si talis sit valde excellens: est enim superexcellentia doctrinæ iusta

causa,

causa, vt recedatur à clausulis iuris communis, vt est tex. melior de iure, in l. sed & reprobari, in versi. valde tamen disciplinatos. ff. de excusat. tutot. pro quo

Executio propter hominis excellentiam differēda.

etiam allego bonum tex. in l. ad bestias. ff. de pœni. vbi propter excellentiam hominis potest differri executio sententiæ, quæ tamen aliàs dilationem non recipit. tex. est in l. cum reus. C. de pœni. quod tamen vltimum singulariter limita, & incidenter, quando populus contra eum insurgeret: nam tunc nulla dilatio facienda est. tex. est singularis in l. penul. ff. de sicar. & pro iuuenibus doctis vide glos. singu. in l. prima. C. de anno. ciuili. lib. 10. quæ vult iuuenem scholasticum peritũ debere præferri Doctori ignauo & inutili, etiam ætate prouectiori.

Pro supradictis facit text. singularis in l. potioris. C. de offi. recto. prouin. qui probat singulariter quòd non debent senes irasci si aliquando à iuuenibus redarguantur, qui subtiliùs inuestigant: ratio enim huius est, quia aliquando Deus immittit in eũ qui iunior, & quandoque deterior est, opiniones & scientias, quas Doctor nec inuestigare, nec consequi posset. & de hoc est text. singularis in iure ciuili. in l. prima. in versi. cum vnius forsitan. C. de vet. iur. enuclean. & idem voluit tex. singularis in iure canonico. in c. esto subiectus. 95. dist.

Vox iuuenis & senis quãdo æqui polleat.

Adde similiter vnum dictum singulare, in quo iuuenes & senes pari passu ambulant. scilicet vbicunque aliquid tractatur in cõcilio, collegio, vel vniuersitate, tunc vox iuuenis & senis sunt eiusdem ponderis. istud est dictum singulare Doct. in c. cùm omnes. per illum text. ext. de constit. & per ista sit iste casus declaratus. Multos autem casus alios, in quibus Procurator reuocatur etiam post litiscõtestationem, vide in d. l. post litem. cum quinque legibus sequentibus.

Procurator in rem suam ante litis contestationẽ nõ reuocatur.

Sed pro expeditione huius effectus nota vnum perpetuò, quòd licèt regulariter Procurator possit ante litis contestationẽ reuocari, per iura allegata, tamen illud fallit in Procuratore in rem suam. tex. est singularis in l. illam. C. de dona. vbi talis etiam ante litis contestationem censetur dominus litis, in tantũ, vt possit alium Procuratorem ante litis contestationem constituere. quod est contra tex. l. quod quis. C. de Procurat.

Et ratio specialitatis potest esse, quia tunc iste habet ius fortius quàm alter, cùm sit causa illa de iure suo principaliter, ideò debet ab illo cum difficultate tolli argu. l. eius militis. §. primo. ff. de testa. milita.

Pater pro filio Procurator.

Adde alium casum, in quo ille qui est quodammodo Procurator, potest ante litis contestationem substituere, scilicet in patre, qui est summus administrator bonorum filij. l. prima. C. de bon. ma. & istud est, quia habet plus iuris, quàm alij, quia facit fructus bonorum filij suos, vt vult Bart. in l. neque. C. de Procurat.

Prælatus litigãs pro Ecclesia, vel causa beneficij. Rector hospitalis.

Adde tertium casum singularem in prælato, vel clerico litigante nomine Ecclesiæ, vel beneficij sui. tex. in c. petitio. ext. de Procu.

Adde idem posse dici in Rectore hospitalis, quia etiam habet plus iuris quàm alij, quia potest alere se, & suos de bonis hospitalis. cle. quia contingit. de relig. domi. & non obstat quòd æquiparetur tutori, vel curatori, vt d. cle. quia habet plus iuris, quàm alij, ideò videtur posse ante litis contestationem substituere.

Fructus à tẽpore litis contestatæ debentur.

Octauus effectus litis contestationis est, quia in contractibus, fructus veniunt à tempore contestatæ litis, & non prius. de hoc est tex. notabilis in l. si filiusfamilias. §. cum fundum. ff. de verbo. oblig.

De eadem re.

Intellige hunc effectum, quãdo in tali contractu, vel obligatione, fundum, vel rem dari, simul coniunguntur: nam tunc veniunt fructus soluẽdi à tempore litis cõtestatæ, ita loquitur & probat ille § cùm fundum. iuncta glo. secus autẽ si veniant in obligatione fundum, vel rem tradi, ita separata: nam tunc fructus veniunt tantùm à tempore moræ. vt est text. in l. si fundum. ff. de verb. obliga.

Fructus à tẽpore moræ veniunt vt interesse.

Declara tamen istud vltimum, vt intelligatur in obligatione rem tradi, venire fructus à tempore moræ, non vt fructus, sed vt interesse. de hoc est text. ita intelligendus in l. in conuentionalibus. §. fi. ff. de verborum obligat. quem ita intelligit Bart. in dicto §. cùm fundum.

Fructus petẽdi, dupliciter considerantur.

Et aduerte quòd lata est differentia, cùm quæritur an veniant fructus, vt fructus, vel vt interesse: nã hæc quæstio dupliciter solet proponi, si enim rusticus debet mihi fundum, vel prædium tradere, & ante traditionem percipiat multos fructus, si autem dedisset mihi fundum tempore quo debebat, ego non percepissem tot fructus, imo paucos, tunc si ego petam fructus, vt fructus (quod tamen non debeo facere) mihi illi fructus deberentur omnes quos percepi, si autem petam fructus vt interesse, tunc tantummodò veniũt fructus, quos ego percipere potuissem: & in hoc differunt. & ista est pulchra consyderatio Bar. in l. videamus. §. si actionem. ff. de vsur. & in d. §. cùm fundum. quæ est notanda, & ita loquitur tex. l. in conuentionalibus. §. fi. ff. de verb. oblig. secundùm Bar. in d. §. cùm fundum.

Fructus quomodo petantur.

Adde etiam aliam differentiam, quæ consistit in modo practicandi: nam fructus quando petuntur vt fructus, petuntur officio iudicis, vt habetur in d. l. videamus. §. ex causa. si autẽ petantur fructus vt ipsum interesse, tunc petuntur iure obligationis, vt habetur in l. stipulationes. §. Celsus. ff. de verbor. oblig. & istud voluit Bar. in d. §. cùm fundum.

Ratio autem diuersitatis inter obligationem veram, & propriam rem dari, & inter veram obligationem rem tradi, potest esse ista: nam cùm in obligatione propria, rem dari, nũquam succedat obligatio ad interesse, vt patet in l. vbi autẽ. §. fi. ff. de verbo. oblig.
Ideò dicendum est non posse venire fructus tanquã 39
interesse, à tempore moræ, cùm illud esset contra regulam præcedẽtem, sed secus est in obligatione rem tradi pura, quia semper post moram succedit obligatio ad ipsum interesse. vt d. l. stipulationes. versi. Celsus. l. si quis ab aliquo. §. fi. ff. de re iudicat.

Fructus à tẽpore moræ, quando veniant vt interesse, in obligatione rem dari.

Notãter autem dixi in obligatione, rem dari, quæ est pura & propria, ad differentiam obligationis, qua tenetur venditor ad dandam rem ipsi emptori, quia in ea veniunt fructus, vt infrà dicam latiùs. Et ex his crederem posse inferri nouiter, vbi in pura obligatione dandi aliquo casu succederet obligatio ad interesse, quòd tunc etiam in obligatione rem dari, venirẽt fructus à tempore moræ, vt interesse, argumentando ex identitate rationis. iuxta l. illud ff. ad l. Aquil. item quia nihil aliud est dicere, post moram quis tenetur ad interesse, quàm dicere, quòd post morã quis tenetur ad fructus vt interesse. Et per hoc limitatur nouiter ista declaratio, data per Bar. in d. §. cũ fundũ.

vt nou

vt non procedat in casibus, in quibus in obligatione dandi succederet obligatio ad interesse, quia tunc venirent fructus vt interesse, etiã ante ipsam litis contestationem, quod est singulare.

De eadem re.

Exemplum huius esse potest in illo, qui stipulatus est certam pecuniã dari Titio, quia sua tũc intererat propter aliquã causam, si tempore statuto non det, tunc illi obligationi succedit obligatio ad interesse. de hoc est tex. singularis in l. liber homo. §. fin. ff. de verb. oblig. & ratio istius est, quia fortè post moram, non interest plus ipsius stipulantis: vnde dicerẽ quòd tunc in illo casu veniunt fructus vt interesse à tempore moræ, licèt fuerit obligatio rem dari.

Obiectio.

Et si subtiliter opponatur contra hanc meam rationem diuersitatis quę sentit, quod ideò nõ veniunt fructus vt interesse in obligatione rem dari, à tẽpore moræ, quia in tali obligatione nunquã succedit obligatio ad interesse, & non debent ideò fructus venire, videtur enim mala hæc ratio: nam post litem contestatam circa obligationem dari non venit interesse, vt clarum est, quia etiam re perempta nõ potest peti principaliter interesse, tanquam obligatum. De hoc est tex. optimus, & ibi Bart. in l. si seruum. §. fin. ff. de verborum obligation. ergo videtur dicendum quòd non debent fructus venire etiam post litis contestationem in obligatione dandi, quod est contra effectum nostrum, & contra l. videamus. §. si actionem. ff. de vsur.

Responsio authoris.

Ad istud respõdeo quòd istud cõtrarium procederet, vbi dixissem simpliciter non venire fructus, vt fructus, sed superiùs dixi non venire fructus ante litis cõtestationem vt interesse, eò quòd post moram in obligatione dandi non venit interesse, quòd si non veniat interesse, ergo nec fructus vt interesse, cũ nihil aliud sit interesse quàm fructus, qui prætenditur ratione interesse, & istud bene sequitur, & ita loquũtur prædicta. Non autem sequeretur, non venit in obligatione dandi interesse, ergo nunquam debent venire fructus, quandoquidem alij sunt fructus qui petuntur vt fructus, & alij qui petuntur vt interesse, vt patet ex supradictis præsertim cùm fructus petiti vt interesse, veniant & subrogentur in locum obligationis prioris. vt d. l. stipulationes. versi. Celsus. sed illi fructus, qui petuntur vt fructus, non subrogantur in locum alterius obligationis, imò veniunt officio iudicis lite contestata, vna cum re principali petita. vt patet in d. §. si actionem. Et sic ista sunt bene compatibilia, quòd in obligatione dandi nunquã veniant fructus vt interesse, sed in eadem obligatione bene veniunt fructus vt fructus, se licet post litis contestationem, vt patet ex supradictis, & propter ista redditur contrarium (satis subtile) declaratum & solutum.

Secundò nouiter infero, ex ratione diuersitatis prædicta, inquantum dicebatur quòd ideò in obligatione rem tradi, & similibus obligationibus facti, veniunt fructus vt interesse à tempore moræ, id ideò esse, quia in talibus obligationibus venit interesse post moram.

Fructus, vt interesse, à tẽpore moræ quando nõ veniãt.

Vnde ex hoc potest inferri, quòd in casibus, in quibus quis teneretur præcisè ad factũ, nec liberaretur præstando interesse, tunc non venirent fructus vt interesse à tempore moræ, argumẽtando à cessante ratione. argumento l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. Vnde si in casu in quo quis tenetur ad factum, præcise conuenirem eum ad adimplendum factum, nec vellem illum liberare per solutionem interesse, tunc nõ venirent fructus vt interesse, quia esset quædam repugnantia, si vellem illum cogere ad factum, & habere interesse, cùm ipsum interesse ita demum debeatur, vbi non adimpletur ipsum principale factum. vt in d. l. stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus. & per hoc habetis nouam declarationẽ huius quæstionis datam per Bar. in d. §. cùm fundum. l. si filiusfamilias ff. de verb. oblig.

De eadem re.

Et posset poni exemplum in illo qui se ad factum obligauit in iudicio: nam talis præcisè obligatur ad factum, vt voluit gloss. singularis in l. filiusfamilias. §. fin. ff. de Procur. nam in hoc casu conuentus ad tale factum, post moram non tenebitur ad fructus, vt interesse ipso actore volente illum cogi ad factum, per supradicta. Et idem posset dici in quolibet alio casu, in quo quis tenetur præcise ad factum, putà, fauore vltimæ voluntatis, vel in obligatione legali, vel virtute iuramenti. de quibus habetur per Bart. in d. l. stipulationes. quæ omnia nota, tanquam noua, & valde vtilia, subtilitérque excogitata.

Valor rei debitæ in obligatione dandi à tẽpore moræ.

Aduerte tamen pro declaratione limitationis datæ ad præsentem effectum, quòd licèt in obligatione dandi non veniant fructus ante litis contestationem, tamen bene inspicitur valor rei debitæ, & quanti plurimi fuit à tempore moræ. De hoc est tex. ita intelligendus in l. in hac. ff. de tritica. & in l. vinum. ff. si cer. pet. quos duos textus ita etiam declarat Bart. in d. §. cùm fundum. quod nota.

Et istud est vtile propter practicam secundum eundem Bar. in d. §. cùm fundum. quia si in libello 40
meo peterem condemnari talem ad fundum, cum fructibus, ego succumberem in petitione illorũ fructuum, vt patet ex supradictis, secus autẽ, si peterem talem obligatum ad dandum vt condemnaretur ad fundum, quanti plurimi fuerit à tempore moræ: nã tunc vineam, & per hoc lucrabor, quia non est dubium fundum pluris fuisse, cùm erat plenus fructibus, quàm illo non habente fructus, vt vult text. notabilis in l. fin. §. fructus. ff. quæ in fraud. cred. & istud nota.

Fructus à tẽpore moræ in actionibus stricti iuris. Et in actionibus bonæ fidei.

Secunda principalis declaratio ad hunc effectum est, vt procedat in actionibus, siue obligationibus stricti iuris, quia in talibus non veniunt fructus nisi per litis contestationem, ita loquitur prædictus effectus, secus autem in actionibus bonæ fidei, quia in talibus à tempore moræ succedunt fructus. De hoc est text. notandus in l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de act. emp. quem ita intelligit Bart. in pluribus locis.

Differẽtiæ ratio.

Et ratio diuersitatis ista esse potest, quia in actionibus stricti iuris nihil venit, nisi illud quod natura ipsius actionis strictè exigit, & solùm refertur ad expressa in ea obligatione, vt habetur in l. quidquid adstringendæ. ff. de verborum obligat. quod non est in actionibus bonæ fidei, & istud sentit gloss. nigra. §. actionum. Insti. de actio.

Authoris opinio de fructibus in contractibus bonæ fidei, quãdo veniant.

Sed pro clariori intelligentia huius declarationis distingue, quando veniunt fructus in contractu bonæ fidei, sicut loquitur ille §. si fructibus. in quantum facit mentionem de contractu venditionis, in quo contractu distingui potest hoc modo.

Aut enim quærimus de fructibus perceptis post vēditionem, aut de perceptis ante venditionem, aut de extantibus tempore venditionis, adhuc tamen pendentibus.

Primo casu, subdistingue, aut percepit ante pretij solutionem, vel habitam fidem de pretio, & tunc illos lucratur, nec tenetur eos restituere, & sic in hoc casu non procedit ista declaratio, si autem percepit eos post solutionem, vel post habitam fidem de pretio, tunc tenetur eos restituere. ista notantur in l. fructus. in l.pen. & 10 l.curabit. C.de act.emp. & istud vltimum patet in d.§.si fructibus. cum §. seq. & 10 l. ij. C.de peric. & commo. rei vendit.

Secundo casu, scilicet quando fuerunt percepti ante venditionē, & tunc in illo, nullum est dubiū, illos esse ipsius, cū adhuc sit verus & plenus dominus.

Tertio casu, scilicet quando sunt pendentes, dic quòd si tempore venditionis erant adhuc in ipsa re vendita, nec erant aliquo modo collecti, tunc cedunt lucro ipsius emptoris, eique sunt dandi, vt habetur in d.§.si fructibus, & habetur etiā in l. si cùm fundum. in prin.ff.de contrahen.empt.quod probat text. l.fin. §.fructus.ff.quæ in frau.credi.quod nota. & ista procedunt in fructibus germinatis in terra, hominis industria & labore culta.

Quid autem de alijs, putà pensionibus, & censibus, quorum dies soluendæ pecuniæ nondum cesserat tempore venditionis? Responde, & breuiter dic, pro veriori opinione, quòd cedunt emptori. De hoc est tex. singularis in l.fi.§.fi.ff.de iure fisci. pro quo facit l.si mercedem. in prin. ff. de actio.empti. licèt ibi Bat. videatur distinguere.

Obiectio. Et si opponatur contra supradicta, vt videatur dicendum quòd obligatus ex venditione ad tradendū non teneatur ante litis contestationem de fructibus,

Solutio. vt fructibus, sed quòd veniant fructus, vt ipsum interesse, quod probo, quia talis venditor tenetur ex obligatione rem tradi, vt patet in l. prima. ff. de act. empt. ergo in ea venit post moram obligatio ad interesse, iuxta d.l.stipulationes. versi. Celsus. & ita debent venire fructus ante litis cōtestationem, vt interesse, & non vt fructus: quia in obligatione rem tradi veniunt fructus ante litis contestationem, vt interesse.

De eodem. Ad istud argumentum nota, quòd obligatio qua tenetur ipse venditor, est quædam obligatio participans partim de propria natura obligationis dandi, & partim de vera natura obligationis tradendi, siue obligationis faciēdi: imprimis enim capit partem ab obligatione dandi, quia si vēditor est dominus, tenetur ipsum emptorem facere dominum, ita quòd pactum in contrarium non valeret, vt est casus singularis in l.cùm manu sata in venditione, §.fi.ff.de contrahen.emp. & imitatur in hoc naturā obligationis dandi, & etiam (si nō est dominus) tenetur ipse transferre vsucapiendi conditionem, vt est tex. in l.ex empto. in prin.ff.de act.emp. & istud sentit gloss. l. ij.§. primo. in verbo, continetur. ff.eodem. hoc etiam sentit gloss. magna l.certi conditio.ff.si cer. pe. quæ vult venditorem non teneri ad merum factum.

Amplior eiusdē declaratio. Item sequitur in aliquo obligationem dandi, quia si habet rem, cogitur præcisè ad eam dandum, item in aliquo sequitur obligationem faciēdi, quia si rem non habet, liberatur soluendo interesse, vt pulchre voluit Bart. in l.prima. ff. de ac. emp. in 7.colum. In ea ergo parte, in qua sequitur obligationem faciendi, dicendum est illum teneri ad fructus, sicut tenetur obligatus ad rem tradi propriè, sed quia ex alia parte tenetur de obligatione dandi, quæ non permittit vt aliquo modo quis teneatur ad fructus, tanquam interesse, per supradicta, & necessariò sit dicendum illum teneri ad fructus, debet intelligi, quòd veniunt fructus, vt fructus, à tempore moræ, in tali obligatione, tradendi, cogita tamē (quia subtile & nouum) ideò potest aliter istud solui.

Confirmatio eiusdē. Quod quidem est maximè, quia cùm petuntur illi fructus, petuntur cum ipsa re, & veniunt officio iudicis, & res debita nonerat perempta, ergo nō poterant peti fructus vt interesse, quia obligatio rem tradi in venditione, sequitur naturam obligationis rem dari, quia re extante, non liberatur præstando interesse, vt suprà dixi. Vnde subtiliter considera, si posset esse casus in quo obligatus ex venditione primo teneretur ad fructus, tanquam fructus, deinde ex postfacto teneretur tanquam ad interesse: putà quando res postea periret, quod nota, & cogita, quia subtile & nouum, ad praximque & accommodum, & vtile.

Conclusio de eadē re. Dic ergo, quòd contrarium procedit in obligatione rem tradi, interueniēte & producta ex contractu stricti iuris, vt patet ex legibus allegatis in hac materia, secus autem esset dicendum, vbi quis teneretur ad rem tradi in obligatione descendente ex cōtractu bonæ fidei: nam tunc veniunt fructus, vt fructus, à tempore ipsius moræ, vt patet in d.§.si fructibus. Et ratio diuersitatis potest esse, quia strictiùs proceditur in contractibus stricti iuris, quàm in alijs bonæ fidei, iuxta l. quidquid adstringēdæ.ff.de verbor. oblig. & superiùs dictum est.

Itē breuiter potest dici, quòd non sequitur in mera & simplici obligatione rem tradi nō veniunt fructus, vt fructus ante litis contestationem: ergo nec etiam in mixta obligatione, scilicet venditionis, quia regulariter sub simplicibus non continentur mixta, vt habetur per gloss. & Doct. latè in l.ij.ff.de verbor. obligat. vbi vide.

Tertia declaratio & ad hunc effectum limitatio est, vt non procedat, quando obligatio siue stipulatio cōtineret vtrumque, scilicet ipsam obligationē dandi, & vacuam possessionem tradendi: nam tūc in tali casu veniunt fructus, vt fructus, etiam à tempore *Fructus, quando, vt fructus, tēpore moræ veniāt* moræ. De hoc est tex. notandus (qui ita intelligitur) in l.si stipulatus.ff.de vsur. quēmque ita declarat Bar. in d.l.videamus.§. si actionem. ff. de vsur. & in d. §. cum fundum.

Et ratio huius est propter geminationem, quæ debet aliquid vltrà operari, & sic ista duo iuncta plus operantur, quàm vnum separatum. ita sentit Bart. in d. §. cùm fundum. & latiùs dixi de regula huius rationis in præcedentibus, vide tamen vltrà ibi notata in materia geminationis, id quod volunt Doctores in c. excommunicamus. in §. credentes. extr. de hæreti. & ibi Ioan. de Ana. quòd regulariter vadens semel ad sermones hæreticorum, per hoc non præsumatur hæreticus, quòd si reiteret, tunc pro hæretico habetur, quod nota. 41

Item pro his facit id quod vult gloss. singularis & post eam Ioan. de Ana. in cap. ita quorundam, extrà,

extrà,de Iudæis, quæ ibi ponit aliquos effectus singulares,quos operatur sententia excommunicationis reiterata.vide ibi.

Effectus geminatæ prohibitionis.

Istis addo vnum dictum singulare Ioan.de Imola in l.filiusfamilias.§. Diui.ff.de lega primo.vbi voluit quòd quando cum prohibitione legis, posteà concurrit prohibitio hominis circa alienationē alicuius rei,tunc illa secunda prohibitio tantum operatur,vt etiam in casu aliàs permisso à lege, non posit fieri alienatio,& sic habes singularem effectum geminationis,scilicet vt prohibitio geminata multùm operetur.De hoc dicto meminit Anto.Corset.in suis singularibus, in verbo, prohibitio. quod nota, & menti tene.

Fructus à tēpore moræ quando veniant in actione stricti iuris.

Vltima declaratio huius effectus est, vt procedat quando ago ad consequendum id quod nunquam fuit meum, secus autem si ago etiam actione stricti iuris ad consequendum fructus ex re quæ fuit,& nūc est mea:nam tunc veniunt fructus à tempore moræ, vt de hoc est tex.in d.l.videamus.§.si actionem.& ibi istud notat Bat.in summa.

Et ratio diuersitatis potest esse ista,quia res de facili reuertitur ad naturam suam pristinam. l. si vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pact. Cùm ergo isti fructus (aut saltem similes) solebant acquiri domino illius rei, tempore quo illam rem possidebat, & habebat, ideò nunc etiam de facili debēt in eum reuerti. Istud

Ratio memoriæ præcedētis quātum operetur.

etiam operari potest ratio memoriç præcedentis,quç multū operatur in iure, sicut probo per glo. singularem in.§.fin.Inst.de tutel. quæ vult quòd licet mater in testamento non posit dare tutorem suo filio, sine inquisitione facienda posteà per iudicem, tamen secus est in ipso patre, qui filio suo emancipato, & qui non est in potestate,potest dare tutorem sine inquisitione, & illud operatur ratio memoriæ præcedentis, scilicet, quia aliàs habuit eum in sua potestate. quod nota. pro quo etiam facit tex.in l. fin. ff. de decurio. volens quòd ille qui desiit esse decurio, non debet torqueri (sicut priùs non poterat) in rationes memoriæ præcedentis.Pro his etiam facit tex.l.in seruos.ij. C.de quæst.quæ vult quòd sicut seruus non potest in dominum suum torqueri, ita nec effecto eo liberto, propter memoriam præcedentem.Non est ergo mirandum si propter memoriam præcedentem faciliùs veniant fructus in hoc casu, quàm in primo. Itaque sic omnibus elicitur effectus præcedēs clarus, & per-

Fructus in actionibus stricti iuris.

fectus hoc nota. Per litis contestationem veniūt fructus in actionibus stricti iuris dationem concernentibus,quando petitur id, quod nunquā fuit nostrum, & non aliàs.Dico (stricti iuris)ad differentiam bonæ fidei, & dico (dationem) ad differentiam obligationis rem tradi,siue facti. Dico autem (circa id quod non fuit nostrum) ad differentiam actionis stricti iuris propositæ, circa id quod fuit aliàs nostrum,quandoquidem in talibus non habet locum hæc notabilis regula.

Aduerte tamen pro expeditione, & huius effectus clariori & maiori declaratione, quia cùm prædictus effectus loquatur de materia restitutionis pręcipuè fructuum, est notandum quòd etiam appella-

Fructuum appellatio.

tione fructus continetur palea. De hoc est text. singularis in l. si vsufructuarius messem. ff. quib. mod. vsusfruct.amittat.in versi. stipulam quæ in messe. & idem dicetur in fœno, vt contineatur appellatione fructus,vt patet in dicta l.in verbo, fœno.

Fructus in cōtractu vēditionis quē sequātur.

Secūdò aduerte in materia restitutionis fructuum ratione cōtractus vēditionis(de qua suprà)quòd licèt regulariter post factam venditionem, fructus pertineant ad ipsum emptorem (vt dictum est suprà) tamen illud non procedit in emptione quæ fuit facta sub conditione. Nam si cōditio ipsa deficiat,fructus, quos percepit ipse emptor,debent restitui venditori. De hoc est tex.in l.necessariò. §. quod si pendente.ff. de peric.& comm.rei vend. Istud tamen singulariter 43
sublimita non procedere, quando in casum deficientis conditionis, ipse emptor debet perdere pretium datum,ita quod cedit tale pretium lucro venditoris: tunc enim in recompensatione pretij prædicti debet emptor fructus lucrari, text. est de hoc singularis in l. iiij. §.sed quod ait Neratius.ff. de lege commissor. vbi si vendita fuerit aliqua res sub pacto legis commissoriæ, scilicet, vt si non soluat residuum pretij emptor infra certum tempus, habeatur res pro non empta,& cùm hoc etiā adiecerit venditor, quòd pretium solutum remaneat penes eū venditorem, tunc si percepit, fructus aliquos ipse emptor ante defectū conditionis,facit illos iurè suos,vt ibi patet,quod nota,quia singulare, & de hoc meminit Lud.Roma. in suis singularibus, singulari incipiente, fructus percepti: vbi dicit se lucratum fuisse quinquaginta aureos propter secundum casum.

Fructus post promissionē obligati, quomodo peti debeant.

Tertiò attende pro intellectu præcedētium, quòd fructus,cū sunt pendentes,dicūtur pars fundi, & nō aliàs,vt est tex.in l.fructus pendentes.ff.de rei vendic. & sic vbi debetur fundus ex stipulatione, vel aliqua actione maximè personali, si post promissionem obligantur fructus, non possunt peti per actionem ex stipulatu, cùm ampliùs non sint pars rei & non debeantur: quia obligatio stricti iuris tantommodò concernit ipsum fundum expressum in stipulatione, non autem fructus, præcipuè non pendentes, secus autem dicendum esset in rei vēdicatione,in qua cùm peto fundum, possum etiam exigere fructus pēdentes,& etiam separat non pendentes,quia eos non exigo tanquam partem rei & fundi,sed tanquam meos, perceptos scilicet in fundo meo, & istud sentit Bart. subtiliter in d.l.filiusfamilias. §. cùm fundum. ff. de verbo. oblig.& per hæc sit expeditus hic effectus noster cum sua pulchra, notabilíque materia, eiúsque perspicua,arguta & subtili Bart.declaratione.

Facultas soluēdi tollitur per cōtestationē litis.

Nonus effectus cōtestationis est iste, quòd per litis contestationē tollitur facultas soluendi, id quod aliàs antè solui poterat. De hoc est text. singularis (nec habens cōcordantē secundū Bat.ibi) in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle.ff.de solut.vbi si aliquis fuerit stipulatus decē,quæ sibi debebātur,soluēda in melle,tunc licèt ante litis contestationē posit liberari soluendo mel,si tamē fuerit iā facta litis cōtestatio,super illis decē,tollitur facultas soluendi illa in melle,& dicit ibi Bart.se nunquā intellexisse illam legem,nisi tunc,quod nota pro singulari.

Amplior præcedētis declaratio.

Iste tamē effectus declarari debet & intelligi,quādo vnū est in obligatione, aliud autē in solutione ex dispositione,& voluntate hominis,sicut in casu prædictæ legis:nā decem erant in obligatione, & mel in solutione, ex ipsa hominis dispositione & ita ibi illū textum declarat Bart.in fine,secus autē esset, si solutio rei adiectæ esset ex dispositione legis:nā tunc posset illud solui etiā post sententiā latā super re obligata,quoad fieret litis contestatio super actione rei sol-

uendæ in iudicio facienda.ita ibi voluit Bar.per tex. notabilem in l.miles.§.decem.ff.de re iudic. vbi condemnatus in decem, quæ petebantur propter noxæ deditionem, potest soluere noxam illam quæ intulit damnum, etiam post sententiam vsque ad litis contestationē super actione iudiciali factam, ita ibi patet, & ratio est, quia illa noxæ deditio venit ex dispositione legis, vt ibi vult text. & idem probatur in l. item veniunt.§ idem rectè ait. ff. de pet. hæredi. vbi idem est casus quod in §.decem.& per hanc distinctionem infertur ibi Bar.se consuluisse in quæstione de facto, in qua continebatur quod quidam debebat dare alicui centum, hoc pacto, quod posset (si vellet) dare pro ista quantitate certam speciem, quam cogeretur creditor accipere, qui quidē debitor perdit hāc facultatē dandi illam speciem post litis contestationem factam, super illis centum.ita voluit Bar. in d.§. idem rectè.

Bartoli super eadem re decisio.

Eiusdē confirmatio.

Et per hanc eandem distinctionem voluit Bart. singulariter in l.stipulationes non diuiduntur.versi. Celsus.ff.de verbo.obliga. in 24.col. quòd si aliquis ad factum fuerit condemnatus, iuxta petitionē actoris, liberabitur (etiam post senteotiam) soluendo interesse, & ratio potest assignari, quia tale interesse est in solutione ex dispositione legis, & sic non tollitur sibi libera soluendi facultas, quando fuerit facta litis cōtestatio super actione rei iudicatæ, per supradicta, sic ista esse intelligēda, colligere facilè licet. Neo obstat secundum Bat.ibi si dicatur quòd agendo ad interesse post moram factam per reum, & post litis contestationem, nō potest ampliùs offerre solutionē ad factum, ad quod tenebatur adimplendum, vt latè dixi in expeditione sexti effectus, ergo etiam simili modo dicendū esse videtur, eum nō debere (si fuerit condemnatus ad factum) admitti ad solutionem faciendam super interesse.

Obiectio.

Eiusdē per Bartolū solutio.

Sed ad istud dicit ibi Bar quod ideò non admittitur ad soluendum factum, post litis cōtestationem factam super interesse, petito per actorem, quia talis obligatio facti, & solutio eius est ex dispositione hominis, vt patet ad oculū, & sic regulariter istud ita fit, & procedit secundùm l.si quis stipulatus. præallegatam, quæ vult ꝙ quando obligatio, siue solutio est ex dispositione hominis, tunc tollitur illa facultas soluēdi per litis contestatione facta super alia re petita, & ita sentit (multùm tamen subtiliter & in duobus verbis) in d.l.stipulationes. subtilis, acutus, & argutus Bart.

De eodem.

Ratio autē diuersitatis inter obligationē venientē ex dispositione hominis, & veniētem ex legis dispositione, traditur per d.Bar.in d.l.si quis stipulatus. scilicet eo quòd mitius agatur cum lege, quām cùm homine. l.Celsus.ff.de arbi.cum similibus, vt suprà dictum est, ergo faciliùs debet tolli ipsa obligatio, siue solutio, quæ fuit ex hominis dispositione introducta, quàm illa quæ fuit ex legis dispositione mera adinuenta, & tacitè introducta.

Confirmatio eiusdē.

Et per supradicta declaratur text. notabilis in l.si verò.§.de viro.ff.solut.ma.vbi seruo dotali per maritum manumisso, quidquid ad maritum ex bonis liberti peruenerit, debet vxori restitui, tamen dicit ibi tex.quòd si fuerit conuentus ad id expressè quod ad eum peruenit, etiā poterit liberari ipse maritus, soluendo æstimationē rerum quæ ad eū peruenerūt, & illud est, quia talis æstimatio venit ex dispositione legali, & admittitur vsque ad litis cōtestationē factā super actione iudiciali.ita sentit Bar.io d. l.si quis stipulatus.in fin.

Obligatio ad interesse causa certa speciei.

Et pro expeditione huius effectus nota vnum singulare, quòd vbi est commissa obligatio ad interesse, respectu certæ speciei, liberatur soluendo talem speciem, etiamsi iam fuerat condēnatus ad solutionem interesse. Istud dictum singulare probatur per text. notabilem in l.fideiussor euictionis.ff.de except.dol. & illum tex.dicit mirabilem Bar.io l.si iosulam.in 6. col.ff.de verb.oblig.quod nota, & per hæc sit expeditus iste effectus litis contestationis difficilis, quāuis vtilis tamen.

Adiecto solui nō potest, postquā litē quis contestatus est.

Decimus effectus (qui oritur ex supradictis) est iste, quia per litis cōtestationē factam cum principali creditore, tollitur facultas soluendi ipsi adiecto, per debitorem. de hoc est text. notabilis secundùm Barto. ibi in d. l. si quis stipulatus fuerit decem.ff.de solut.

Eiusdē ratio assignata.

Et ratio huius dicti potest esse ex suprà dictis, quia dispositio hominis de adiecto debet tolli per contestationem litis: nam sicut facultas soluendi rem adiectam solutioni tollitur, quando fuit ex dispositione hominis inducta (vt dictum est) ita etiam dispositio de soluendo adiecto (cùm sit eadem ratio, vt ibi patet) debet tolli, quando iam litem contestatus sum, quia ex hominis dispositione fuit introducta.

Alia de inceps ab anti re.

Addo nouam rationem: nam litis contestatio & solutio æquiparantur. l.amplius non peti. ff. rem rat. hab.& voluit Bar.in l si insulam.in 8.col.ff de verbo. obliga.si per solutionē factā principali creditori, tollitur facultas soluēdi ipsi adiecto, vt clarum est, præsertim cùm ille, qui est adiectus in stipulatione, censeatur tantummodò adiectus causa solutionis, vt est tex l.si.§ si ita fuero.ff.de verbo.oblig. ergo idem dicendum est in litis contestatione, vt ipsa litis contestatio facta cū principali creditore, impediat ne ampliùs possit fieri solutio ipsi, qui fuit adiectus: cogita & iusto lancis examine accuratè expende.

44 Et in materia adiecti nota vnum, quòd licet possit solui adiecto ante litis contestationem factam per principalem creditorem, non posset tamen solui hæredi ipsius adiecti.tex.est de hoc notabilis in l. si mihi aut Titio.ff.de verbo oblig.

Ratio autem duplex ibi assignatur, per Bart. ma, quia apud adiectum est merum factum, nec id ei aliquid iuris acquiritur, non præsumitur etiam ipsum principalem creditorem cogitasse de hærede. Altera ratio est, quia adiectus æquiparatur mādatario, vt est bonus tex.in l.Iulianus.§. primo. ff. de verborum obligat. Sicut ergo mandatum finitur morte mādatarij (re integra) vt clarum est, ita ipsa adiectio morte adiecti.

A... expirat morte adiecti.

Adiectus cur petere nō possit, vt sibi soluatur.

Secundò, nota in materia adiecti, quòd licèt adiecto solui possit, tamen non potest talis petere cum effectu, vt sibi soluatur. de hoc est text. notabilis in l. quod stipulatus.ff.de solut.

Et ratio huius esse potest, quia cùm petitio præsupponat obligationem, vt est tex. in l.licet.§.ea obligatio.ff.de Procur. vbi obligatio est mater actionis, siue petitionis, & nulla obligatio sit penes ipsum adiectum, vt est tex. in d.§.si ita fuero. ergo dicendum est illum non posse petere, nec agere virtute suæ adiectionis.

Adde,

Adde, quòd nec nouare potest, nec etiã acceptum
ferre, vt habetur in d.l.quod stipulatus. & ratio horũ
duorum eadem esse potest, quæ in præcedenti, scili-
cet quia nouatio præsupponit præcedentem obliga-
tionem.l.prima.ff. de nouat. quæ non est in eo adie-
45 cto. Item etiam accepilatio præsupponit obligatio-
nem, cùm priuatio præsupponat habitum. l. decem.
ff.de verbo.oblig. Igitur nec agere, nec petere potest
virtute suæ adiectionis, neque nouare, neque acce-
ptum ferre.

Restrictio ad l.cui recte.ff.de nouat.

Et per id quod dictum est de nouatione (quæ non
potest fieri per adiectum) oritur pulchra limitatio
ad l.cui rectè soluitur.ff.de nouat. quæ vult, quòd il-
le, cui rectè soluitur, nouare possit, vt non procedat
in adiecto ad obligationem, cui scilicet solui possit,
tamen is adiectus non poterit nouare, quod voluit
tex. expressè in d.l.cui rectè. seipsum ita limitans, &
restringens.

Adiecto in melius cõditionẽ mutanti potest solui.

Tertiò nota in hac materia adiecti, quòd adie-
ctus, etiamsi mutet conditionem, dum tamen in me-
lius, nihilominus adhuc tamen licitè recipit solutio-
nem. de hoc est tex. notabilis in l.eum qui.§. qui sibi,
aut filio. ff.de verbo.oblig. vbi si fuerit filius adiectus
ad solutionem, si postea emancipetur, adhuc durat
adiectio, quia filius emancipationem acquirens dici-
tur meliorem conditionem acquirere, vt potest ibi
probari. pro quo allego tex. notabilẽ in §.hoc quoq;.
Instit. per quas perso. nob. acqui. in versi. & quod ho-
noris et ex emancipatione contingebat. secus tamen

Secus in deterius.

esset si mutaret suam conditionem in deterius: nam
tunc ei solui non posset. de hoc est tex. singularis in l.
cùm quis sibi, aut Titio. ff.de solut. per quem textum
46 dicit ibi Bart. quòd si quis constituit aliquem hone-
stum Procuratorem suum, si ex post facto talis Pro-
curator efficiatur malus homo, vel ribaldus, tacitè
præsumitur per dominum reuocatus, & idem etiam
voluit Bar. in l.si cùm Cornelius ff. de solut. per illũ
text. & illa sunt notanda ad limitationẽ l. post litem.
ff.de Procur.

Litis cõtestatio impedit facultatẽ soluendi alterũ, causa noxa.

Vndecimus effectus litis contestationis est, quia
vbi quis poterat soluere certũ quid, etiam post sen-
tentiam latam super alia re, in qua fuerat condem-
natus & obligatus, putà quando aliquid debebat ex
dispositione legis, tamen litis contestatio facta super
actione iudicati, ad consequendum id ad quod fue-
rat condemnatus, impedit, & tollit facultatẽ soluen-
di illud quod anteà soluere poterat. de hoc est tex. in
l.miles.§.decem. ff.de re iudic. & in l.item veniunt.§.
cùm prædiximus. & præcipuè in §.idem rectè ait. ff.
de pet.hæredi. vbi ille, qui in iudicio noxali fuit con-
demnatus ad danda decem pro noxa, etiam post sen-
tentiam potest liberari, dando illud quod delictum
commisit, si tamen fiat litis contestatio super actione
iudicati, tunc ampliùs non admittitur ad soluẽdum
illud pro noxa, quòd delictum commisit, sed cogi-
tur ad decem, & de materia huius effectus dictum
fuit in penultimo effectu aliquid, de quo ibi videaris.

47 Et ex istis infertur, quòd actio in factum, quæ ori-
tur ex ipsa sententia, nõ dicitur habere paratam exe-
cutionem, ita patet in dictis legibus, cũ antè debeat
fieri contestatio litis in iudicio, & iam ita procedatur
ordine iudiciorum. & istud voluit Bart. in d. §. cùm
prædiximus. per illum text. & meliùs per eũ in l. qui
de inofficioso. ff.de inoffi. testa. pro hoc adducẽs re-
gulam vulgatam & generalem, quòd quacunque
actione quis agat, experiatúrue, eam debeat edere. l.
prima §.primo. ff.de eden.

Item quia debet fieri executio, saltem officio iu-
dicis. vt est text. in l. minor annis vigintiquinque cui
fideicommissum. ff.de minorib. quod nota: quia con-
trarium tenuit gloss. in d.l.qui de inofficioso. & in d.
l. minor. & de hac actione quæ oritur ex sententia,
videte bonum text. in l.actori. C.de reb. cred. & ibi
vide Bart. an actio quæ oritur ex sententia, vocetur
actio in factum, vel actio iudicati: latiùs per eundem
in l.miles.§.qui iudicati. ff. de re iudic. vbi eũ videa-
tis, & per ista sit finitus noster breuis effectus cũ lau-
de Dei Opt. Max.

Litis cõtestatio facit malæfidei possessorẽ.

Duodecimus litis contestationis effectus est, quia
per eam ille qui prius erat bonæfidei possessor, effici-
tur malæ fidei, vt est tex. notabilis in §. primo. Insti.
de offi. iudicis. vbi bonæ fidei possessor conuentus,
facta litis contestatione, tenetur ad fructus, tanquam
malæfidei possessor. vnde sicut ille, qui est malæfidei
possessor, tenetur de iam perceptis, iam consumptis
& percipiendis, vt patet in l.certum. C.de rei vend. &
l.si nauis.§.fi. ff.eod. ita etiam tenetur talis bonæ fidei
possessor de his omnibus, factus, iuris præsumptione,
malæ fidei possessor, ex eo tempore, quo cum eo est
facta litis contestatio, & pro isto effectu, facit bonus
tex. in l.sed & si lege.§.si ante. ff. de per. hæredi. quæ
expressè dicit omnes per litis contestationẽ esse ma-
læfidei possessores, aut tacitè saltem fingi, iuris tacita
fictione, & præsumptione.

Bonæfidei possessor quando per solã cõtrouersiã motã in mala fide constituatur.

Aduerte tamẽ (pro huius tex. declaratione) quòd
in vno casu etiam bonæ fidei possessor per solam
controuersiam motam, & sic ante litis contestationẽ,
reputatur malæ fidei possessor, vt patet in illo qui est
conuentus iudicio vniuersali, putà petitione hæredi-
tatis. de hoc est tex. notabilis in d.§. si ante litem cõ-
testatam. in versi. quamquam. & ibi gl. dicit illud esse
speciale.

Eiusdẽ assignatur ratio.

Ratio autem specialitatis huius casus datur per
Bar. in d.§.si ante litem contestatam. scilicet, quia in
iudiciis vniuersalibus simplex denunciatio, siue noti-
ficatio facit quem esse malæ fidei, vt est tex. in l.item
veniunt.§.petitam. ff.de pet.hæred. sed per simplicẽ
controuersiam fit ista notificatio, vt patet, ergo ante
litis contestationem talis efficitur possessor malæfi-
dei, sed secus est in iudiciis particularibus, quia sim-
plex denuntiatio non inducit, nec generat malam fi-
dem. vt vult glos. notanda in l.penu. ff.pro emp. ergo
dicendum quòd per solam controuersiam, vel per
solam dationem libelli non efficitur bonæfidei pos-
sessor in mala fide in his iudiciis particularibus. Et si
quæratur quæ est ratio diuersitatis, videlicet quare
simplex denuntiatio in vniuersalibus malam fidem
inducat, & non in particularibus, dic istud esse iuris
positiui, & ideò non esse necessariam redditionem
rationis. iuxta l.non omnium. ff. de legibus. & istud
sentit in duobus verbis Bart. in d.§.si ante.

Limitatio precedẽtis effectus.

Limita tamen, præcedentem effectũ singulariter
non procedere in casu singulari, scilicet quoad interi-
tum ipsius rei, quia per litis contestationem ille, qui
priùs erat bonæ fidei possessor, non efficitur, quantũ
ad rei interitum, malæfidei possessor. de hoc est text.
notabilis in l.illud. ff.de per.hæred. & ibi Bar pulchre
assignat rationem specialitatis, scilicet quia ista mala

Ratio eiusdẽ assignata.

fides, quæ oritur per cõtestationem litis, dicitur ficta,
quia ius fingit, siue præsumit, illum, qui iam litem

conteſtatus eſt, ſingularem fuiſſe, aut de ſuo iure dubitauiſſe: nam regula eſt quod mala fides ficta nunquam habet locum, niſi æquitate ſuadente. l. ſciendum. & l. denique ff. ex quib. cauſ. maiores. latè per Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.

Fructus poſt litis cõteſtationẽ reſtituẽdi à poſſeſſore etiã bonæ fidei.

Modo dicendum eſt, quòd quantum ad fructus æquitas ſubeſt, vt talis bonæ fidei poſſeſſor præſumatur malæ fidei per litis conteſtationẽ: præſertim cùm tempore illo debeat ſcire, aut ſcit, vtrum res petita ſit ſua, vel non, & ſic in tali dubio tanquam ſapiens debet conſeruare rem cum fructibus propter futurum euentum iudicij, nihil mirum ergo, ſi reſpectu ipſorum fructuum, cenſeatur malæ fidei, & ſic teneatur ad eorum reſtitutionem, eodem modo quo ipſe malæ fidei poſſeſſor teneretur.

Sed quantum ad ipſum interitum ceſſat ipſa æquitas, quia licèt dubitet poſt litis conteſtationem de iure ſuo, tamen in tali dubio nõ debet ius ſuum indiſcuſſum relinquere: ideò quantum ad ipſum interitum, non debet cenſeri malæ fidei poſſeſſor.

Malæ fidei poſſeſſor poſt litis cõteſtationẽ de interitu tenetur.

Et ex his infertur, quòd ſi poſt litis conteſtationẽ ipſe eſſet verè & ſine dubio in mala fide, tunc talis teneretur de ipſo interitu, cùm tunc dicta ratio ceſſet, ſcilicet ipſa æquitas. ita ſentit pulchre Bart. in d. l. illud.

Oppoſitio contra rationem ſpecialitatis.

Conſidera tamen, contra ipſam rationem ſpecialitatis datam per Bart. in d. l. illud. nam videtur prima fronte mala, per id quod vult text. notandus in l. nemo. § fi. ff. de verbor oblig. vbi expreſsè vult lite-
48 ra, quod ille qui maluit litigare quàm reſtituere, dicitur eſſe in mora, ſed poſt moram debitoris periculum interitus pertinet ad ipſum debitorem. l. ſi ex legati cauſa. cum l. ſeq. ff. de verbor. obliga. ergo videbatur dicendum indiſtinctè, quòd ille qui voluit litem conteſtari, licèt tunc eſſet in bona fide, tamẽ deberet obligari ad interitum.

Reſponſio.

Ad iſtud argumentum reſponde ſuſtinendo opinionem Bart. quòd illud argumentum non obſtat, quia procedit vbi talis vult iniuſtè, & ex certa ſcientia litigare: nam ſic loquitur & intelligitur contrarium, vt ſentit gloſſ. in d. l. nemo. ſecus autem ſi iuſtè credit litigare: quia tunc illa iuſta cauſa excuſat eum à mora, vt intelligitur & loquitur tex. in d. l. illud.

Iuſta litigandi cauſa excuſat a mora.

Pro quo adduco tex. ſingularem in ſimili in l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de legat. 2. quæ vult quòd licèt regulariter victus debeat victori condemnari in expenſis, tamen illud fallit, vbi talis iuſtam litigandi
49 cauſam habebat.

Cauſa excuſans aliquẽ ab interitu rei, & à mora.

Secundò adduco pro illo tex. gloſſ. ſingularem, & expreſsè voluntatem quòd iuſta cauſa litigandi excuſet quẽ ab interitu rei. in l. in hac. ff. de tritica. Vnde addo, quòd non ſolùm iuſta cauſa litigandi excuſat quem ab interitu rei, ſed etiã iuſta cauſa interficiendi rem debitam, excuſat eum ab interitu & mora de hoc eſt bonus text. in l. qui ſeruum. ff. de verborum obligat. & bonus text. in l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de legat. primo.

50 Circa hanc iuſtam cauſam litigandi, adde vnum ſingulare, quòd ille, qui eſt cõdemnatus virtute probationis ſemiplenæ, factæ per partem aduerſam, cum eius iuramento, non eſt condemnandus in expenſis, tanquam habens iuſtam cauſam litigandi. iſtud eſt dictum ſingulare Bal. in authenti. generaliter. circa 6. col. C. de epiſc. & cler.

Adde aliud dictum ſingulare, quòd ille qui probauit per teſtes, qui poſteà inuenti ſunt minùs idonei, propter excommunicationem, vel aliam inhabilitatem perſonæ, & per hoc non obtinuit, cenſetur habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, & ſic excuſabitur ab expenſis. iſtud etiam voluit Bal. in d. authenti. quod nota. Et à fortiori ratione, ab ipſius rei interitu, quacunque ratione acciderit, meritò excuſabitur. Cõſequenter, pro declaratione huius effectus, eſt aduertendum quòd licèt malæ fidei poſſeſſor regulariter teneatur de fructibus percipiendis perceptis, & conſumptis, vt habetur in l. ij. C. de fructi. & lit. expenſ. cum ſimilibus. tamen fallit, vbi talis malæ fidei poſſeſſor haberet titulum: nam tunc ille titulus excuſat eum à fructibus percipiendis. de hoc eſt bonus text. in l. ſi fundum. C. de rei vendica.

Probãs per teſtes minus idoneos.

Titulus malæ fidei poſſeſſoris excuſat à percipiendis fructibus.

Limitatio præcedẽtis.

Quod quidem ſolet limitari in quatuor caſibus, in quibus titulus non excuſat à percipiendis. Primus eſt, in illo qui mala fide coëgit aliquem ad ſibi vendendum: nam talis metum inferens tenetur venditori de fructibus, etiam percipiẽdis, vt de hoc eſt bonus tex. in l. ſed & partus. ff. quod met. cauſ. & iſtud eſt in odium metum inferentis.

Quædam alia inducuntur ſpecialia contra metũ inferentes, præſertim contra officiales, quia ſi tales 51
cogant aliquem ad alicuius rei venditionẽ faciendam ipſis, puniuntur in reſtitutione rei venditæ, item in amiſsione pretij. de hoc eſt tex. ſingularis in l. ſi per impreſsionem. C. de eo quod met. cauſ. geſt. eſt.

Intellectus limitationis

Intelligi tamen debet iſta limitatio, ſi fuerit factus metus, qui caderet in cõſtantem virum, vt eſt bonus tex. in l. metum. ff. de eo quod met. cauſ. & voluit gl. notabilis in c. cum locum. extr. de ſponſa. quæ ſolet allegari etiam quod in metu facto mulieri, eſt inſpiciendum, an talis metus potuiſſet cadere in cõſtantem mulierem, vt ibi ſentit gloſſ.

De eodem.

Secundo modo intellige illud procedere, quando metus fuit immediatus, ſiue cauſa immediata venditionis: ſecus autem, ſi fuiſſet mediatus, ſiue cauſa mediata, re non proxima. de hoc eſt tex. ſingularis cum gloſſ. in l. metum. §. ſed licet. ff. quod met. cauſ.

Alia eiuſdem limitatio.

Secundus caſus, in quo titulus non excuſat à fructibus percipiendis, eſt in eo qui emit in fraudem creditorum. nam talis tenetur de fructibus percipiẽdis, non obſtante ſuo titulo. de hoc eſt text. notandus in l. ait Prætor. in §. per hanc. ff. qui in fraud. credito. & illud eſt in odium eius. de quo caſu meminit glo. in d. l. ſi fundum.

Amplior declaratio de malæ fidei poſſeſſore.

Sed nouiter (cum Dei inſtinctu) do pulchram rationem ſpecialitatis, in hoc caſu, ſcilicet: nam cùm tota intentio ipſius emptoris malæ fidei verſabatur in volendo decipere & fraudare creditores ipſius vendẽtis debito eorum, & fructibus, præſertim cùm ſi talis non emiſſet, ex fructibus, quos potuiſſet venditor percipere, potuiſſet aut in totum, aut in partem ſatisfieri creditoribus venditoris, meritò Iuriſconſulti ſubtiliter conſiderantes, nec volentes quòd propria malitia noceat aliis, iuxta l. fin. (vbi eſt pulcher text) C. de reb cred. voluerunt illum cogere ad illos fructus reſtituendos, & principalis ratio ad id faciendum Iuriſconſultos mouere potuit, quia regulã habemus notandã. quòd in eo, in quo quis deliquit, puniri debet. l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. vbi ſerui fugitiui puniebãtur de iure antiquo in pedis abſciſſione, aut amputatione, quia per illũ delinquebãt, pro quo eſt bonus text. in c. ad liberandam. ext. de Iudæ.

vbi

Christiani Saracenis arma vendentes.

vbi est solemnis text. volens quòd Christiani, qui portât & vendunt Saracenis arma & similia contra vtilitatem Ecclesiæ sanctæ, nunquam debent recipi in consortio Christianorum, nisi priùs dent omnia quæ lucrati sunt in talibus commerciis ipsi Ecclesiæ. Et, vt etiam puniantur, in quo ipsi deliquerunt, debent tantundem dare de suo, adde bonum text. & expressum in c. fin. de tempor. ordin. lib. 6.

Istud etiam probat bonus textus in c. fin. extra de
52 immun. Eccles. volens quòd licèt regulariter omnes Christiani iuuentur immunitate Ecclesiarū, cùm ad eas cōfugiunt, tamen illud fallit, quando in ipsa Ecclesia delictum commiserunt: nam tunc ea non iuuantur, cùm in eo, in quo quis dicitur deliquisse, debeat puniri.

Alios casus in quibus non iuuatur quis illa immunitate, vide per text. singularem in c. inter alia. extra. de immunit. Eccles. & per text. & Ioan. de Ana. in c. primo. extra. de homicid. & pro prædicta regula facit quod vult glos. l. j. C. de transact. quæ expressè vult delinquentem debere puniri, in quo ipse deliquit. &

Emptor malæ fidei quando de fructibus percipiendis teneatur.

per ista non est mirandum, si talis emptor malæ fidei in fraudem creditorum, teneatur de fructibus percipiendis: cùm enim ipse deliquit in volendo decipere creditores, & fraudare talibus fructibus, debet ipse in eis meritò puniri, & istud nota pro nouo.

Contrahēs cōtra iura, etiā de fructibus percipiendis tenetur.

Tertius casus est in mercante & contrahente contra iura, quandoquidem talis tenetur etiam de fructibus percipiendis, non obstante titulo. De hoc est tex. in l. quemadmodum. C. de agricol. & censi. lib. 11. & voluit glos. in d. l. si fundum.

Eiusdem assignata ratio.

Et ratio prima specialitatis elici potest ex mente Bart. vt sit fauore Reipublicæ, vt ibi patet. Secunda potest esse, quia cùm iste contrahat contra iura, non debet eorum auxilio vti, nec ab eis aliquod priuilegium cōsequi, quia frustrà legis auxilium impetrat, qui contra eam mercatur, & nititur venire, vt habetur in c. quia frustra. extra. de vsur. pro quo facit quod habetur in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamen. vbi impugnans testamentum, perdit commodum quod potuisset in eo consequi, cùm nemo debeat cōsequi commodum ex eo quod impugnat.

Emens à fisco, sine solemnitate, tenetur de fructibus percipiendis.

Quartus casus est, in emente à fisco, non interueniente solemnitate requisita in tali contractu: nam talis emptor malæ fidei tenetur de fructibus percipiendis, licèt habeat titulum. De hoc est text. notandus in l. j. C. de fide instrum. & iure hastæ fisca. lib. 10.

Et ratio specialitatis est, quia ibi non interuenit solemnitas illi requisita in tali contractu, & ille talis contractus habetur pro non facto, vtpote carente iusto titulo. Ita sentit ibi Bart. notabiliter, & per ista haberis (meliùs quàm alibi) hos quatuor casus declaratos, quos enumerat glos. in d. l. si fundum. & in d. l. sed & partus. & in multis aliis locis.

A malitiosè nolens colligere fructus iam maturos.

Addit tamen glos. in d. l. si fundum. vnum alium casum, menti tenendum, scilicet in illo qui studiosè, & cum malitia noluit colligere fructus, qui iam erant maturi: nam tunc ille (non obstante titulo) tenetur de talibus fructibus.

Et ratio specialitatis potest esse, quia tales fructus maturi (qui ferè propter maturitatem cedebant) habentur pro perceptis, tum propter eius dolum, tum etiā, quia cum maxima facilitate percipi potuerunt, & sic est, quod sibi imputetur, scilicet dolus suus.

Item quia ea quæ de facili fieri possunt, habentur pro factis, vt est text. in l. Iulianus. §. fin. ff. de legat. 2. pro quo facit quod habetur in l. continuus §. illud. ff. de verbor. oblig. cum similibus aliis.

Colligēs fructus immaturos.

Adde istis vnum incidentet, quòd sicut punitur non colligens fructus maturos, ita etiam punitur colligens immaturos, vt de hoc est gl. in l. si absente. in fin. ff. de vsufruct. vbi vide tex. expressum in l. pen. ff. de vsufruct. legar.

Emēs rem à minore iniusto pretio.

Adde tamen vnum alium casum singularem, in quo habens iustum titulum, tenetur de fructibus percipiendis, scilicet in illo qui emit à minore, pretio minùs sufficienti. De hoc est vnus casus singularis in l. patri. §. si pecuniam. in versic. item ex diuerso. ff. de minor. vbi iuncta glos. patet expressè quòd emens rem à minore, iniusto precio, debet ipse emptor prædia cum fructibus, etiam percipiendis, restituere, &

Fauor ipsius minoris.

illud est in fauorem ipsius minoris, quod est singulare, & ibi notat Bart. quod nota, ad limitationem dictæ l. si fundum.

Ecclesia, vel Respublica vendens, iure minoris vtitur.

Considera ex hac vltima declaratione, an habeat locum iste casus in Ecclesia vendente, item in Republica etiam vendente: nam videtur dicendum quod sic, quia statutum in vno eorum extenditur ad alium. Et quod istud procedat in Republica, de hoc allego text. qui videtur expressus in l. Respublica. C. ex quib. cau. maior. vbi ponitur regula quòd respublica solet vti regulariter iure minorum, maximè circa restitutionem in integrum, vnde dicendum est, quòd sicut minor illo iure vtitur, vt ipse emptor teneatur ipsi minori de fructibus percipiendis, ita &

De eadem re.

ipsa respublica vendens eodem iure vtetur. Pro quo allego tale argumentum, Emēs ab aliquo extraneo, tenetur ipsi extraneo de fructibus, quia illud concernit fauorem publicum, vt est text. in l. quemadmodum. C. de agricol. & censi. lib. 11. Ergo multo magis si fiat venditio pro Republica, cùm regula sit quod propter vnumquodque tale, & illud magis, &c. vt patet authen. multo magis. C. de sacrosanct. Eccles. vbi sicut prohibita est alienatio rerum Ecclesiæ, ita & multò magis ipsa Ecclesia, siue monasterium: ergo si competat extraneo hoc priuilegium propter Rempublicam, ergo multò magis ipsi Reipublicæ.

Respub. quatenus prius legiata sit.

Pro hac parte adduco (nam magis est priuilegiata ipsa Respublica, quàm ipse minor, vt potest probari ex multis iuribus) inter cætera text. multùm subtilem in l. fin. C. in quib. caus. in integrum restitut. non est necess. iuncta l. properandum. § fin. C. de iudic. ex quibus elicitur talis regula singularis, Quòd vbi- 53
cunque datur vnū priuilegium ipsi minori, & aliud Reipublicæ, tunc si ad inuicem concurrant præfertur ipsa Respublica, ita patet: nam cùm dicit text. in d. l fin. quod præscriptiones, quæ solebant currere contra minores, ipso iure cessant: tamen illud non procedit in præscriptione instantiæ, quia illa currit, etiam contra minorem, vt vult text. in d. l. properandum. & hoc est, quia talis præscriptio est in fauorem Reipublicæ inducta, vt patet in d. l. properandum. §. primo. & ideò si maius priuilegium habet Respublica, quàm minor: ergo statutum in vno, scilicet minore, ad alium extendi meritò multò magis debet, scilicet ad Rempublicam ipsam, quod nota.

Ampliatio ad Ecclesiam.

Et quòd debeat etiam extendi ad Ecclesiam, probo à simili: quia minor & Ecclesia æquiparantur, vt est bona glos. in l. sub prætextu. C. de transact. & glo.

notabilis in l. Imperatores. ff. de re iud. vbi pari passu
54 ambulant, Respublica, minor & Ecclesia, quia sententia lata contra eos restituitur per instrumenta de nouo reperta, quod aliàs non esset per l. Diuus. ff. de re iudic. & quod habetur in l. admonendi. ff. de iureiur. & pro his etiam adduco text. (qui videtur expressus) in cap. primo. extra. de in integrum restit. qui text. dicit quod Ecclesia circa restitutionem in integrum vti solet iure ipsius minoris. Pro istis facit text. in l. fi. C. de sacrosanct. Eccles. vbi ius publicum & Ecclesia æquiparantur. Facit etiam quod habetur per Doctor. maximè per Ludouic. Roman. in repetitione authenticæ similiter. C. ad legem Falcidiam. & per ista videtur nō solùm extensionem posse fieri, imo potius esse idem ius, sine extensione, cùm vbi est omnimoda ratio, non dicitur propriè extensio, sed eadem dispositio, vt vult glos. singularis in cap. primo. de tempor. ordin. libro sexto. text. singularis in l his solis. C. de reuoc. donat. in hoc tamen cogita latiùs.

Dispositio eadē quādo dicatur.

Adde etiam, quòd idem videtur posse dici in ipsis prodigis & aliis, qui gubernantur per ipsos curatores. Et istud dico fretus authoritate glos. singularis l. ij. C. de curat. furios. quæ dat solem iem regulam, quòd statuta & priuilegia, quæ cōceduntur pupillis, & minoribus, extenduntur ad illos, qui solent regulariter sub cura gubernari, putà ad furiosos, prodigos, & similes: & per eam dico venditionem factam per tales, qui læsi sunt, debere rescindi cum restitutione omnium fructuum, etiam percipiendorum, per supradicta, in quo cogita.

Prodigi, furiosi, & similes gaudent priuilegiis minorum.

Consequenter circa istos malæ fidei possessores, pro declaratione prædicti effectus, in quantum dicebatur illos per litis contestationem effici malæ fidei, & teneri de fructibus percipiendis, istud est intelligendum idē de fructibus, quos potuisset ipse malæ fidei possessor colligere, si voluisset, sed neglligentia ductus prætermisit. Ita expressè probat text. in §. illorum. Instit. de offic. iudic. & text. expressus in l. domum. C. de rei vend. & sic non inspiciuntur fructus, quos potuisset percipere ipse petitor, sed tantùm ij, quos potuisset percipere possessor. Sed contra istud videtur text. in l. si nauis. §. fin. ff. de rei vendic. vbi expresse dicit text. quòd in fructibus æstimādis non inspicitur tantùm circa fructus quos malæ fidei possessor collegit, & percepit, sed etiam circa fructus quos petitor percipere potuisset. Idē patet in l. apud Iulianum. §. j. ff. de fideicommiss. libert. vbi hæres qui omittit quærere seruum legatum, tenetur ad fructus quos potuisset percipere ipse legatarius, & sic petitor, & per illa iura Bart. in dictis locis tenuit contrariam sententiam, scilicet quòd debent inspici fructus, quos potuisset percipere ipse petitor, & non possessor.

Fructus percipiendi, quatenus intelligantur.

Obiectio.

Et ad dictam l. domum. respondet ibi Bart. & in dicta l. apud Iulianum. quòd ibi loquitur text. circa pensionem domus, ad quam tenetur possessor, si percipere eam potuisset: nam ibi Imperator se retulit ad ipsum possessorem eo. quia apud omnes certa est quodammodo, & fixa ipsa pensio, nec præsumitur quod plus potuisset percipere ipse dominus.

Responsio ad obiectionē.

Aduerte tamen, quia non respondet Bart. ad text. rotundum, in d. §. illorum. ideò sustineo hanc opinionem, vt inspiciantur fructus, quos percipere potuisset ipse malæ fidei possessor.

Est tamen verum, quòd si ipse petitor potiùs vult, vt inspiciantur fructus, quos percipere potuisset, quàm quos potuisset percipere ipse malæ fidei possessor, tunc esset audiendus, & ita debet intelligi illa l si nauis. §. fin. de rei vend. ff. si vult ipse petitor, aliàs autem in dubio inspiciuntur ipsi fructus percipiēdi, à malæ fidei possessore. Ita etiam debet intelligi dictus §. j. l. apud Iulianum. & ita hos duos text. à Bart. citatos concordat Dominus Matthæus Mathesillanus in suis singularibus, singulari incipiente, Nota, quod malæ fidei possessor. in 160. singulari.

Eiusdem amplior declaratio.

Considera tamen si posset dici ad illam l. apud Iulianum. §. primo. ibi esse speciale propter moram hæredis, qui differt adimplere voluntatem defuncti, quæ mora illi damnosa esse debet.

De eodem.

Secundò considera ad illum §. fi. d. l. si nauis. quòd non ibi dicitur petitorem esse inspiciendum, quoad hoc, vt fructus percipiendi considerētur ex persona eius, sed quòd tātummodò istud dictum est ad probandum, quòd non solùm tenetur malæ fidei possessor de perceptis, sed etiam de percipiendis, vt potest colligi ex verbis illius legis. Melior tamen est prior opinio Matthæi, quia ista consideratio vltima saluari non posset sine violentia verborum. Et per ista relinquetur iste articulus discussus, in quo tamen latiùs cogitandum est, & per supradicta datur via latior ad loquendum de hac materia.

Consideratio alia de eodem.

Adde tamē vnum casum singularem, in quo non tenetur malæ fidei possessor, etiam sine titulo, de fructibus percipiendis ab aliquo, quando loquimur de fructibus quos potuisset percipere ex fundo propter meliorationem à se factam: nam tunc nullo modo tenetur. De hoc est vnus casus singularis in d. l. si fundum. C. de rei vendicat. & in l. si duobus §. fin. in versic extra quæro. C. commun. de legat. & ratio est, quia ibi mala fides nullum cēsetur habere effectum, vbi legis authoritas interuenit, quę omnem iustificat actionem, vt in hoc casu.

Malæ fidei possessor quando de fructibus percipiēdis non tenea- tur.

Aduerte consequenter ad materiam prædicti effectus circa malæ fidei possessores, qui non habentes titulum, tenentur tamen de fructibus percipiendis, vt istud extēdatur singulariter, etiamsi ex postfacto habeant titulum, quia procurauerunt habere illa de causa, ne tenerentur de talibus fructibus: nam talis habens illum titulum callidè procuratum, non excusatur à fructibus percipiendis. Istud est dictum aureum, & mirabile solius Ludouici Romani in suis singularibus, singulari 348. incipiente, Tu scis quòd malæ fidei possessor. & ibi reprehendit Cynum, qui contrarium tenuit in l. apud antiquos. in quæstione fin. C. de furt.

Titulum ex postfacto sibi procurās, non excusatur à fructibus percipiendis.

Confirmat autem dictum suum per id quod voluit singulariter Bart. in l. sue autem. iuncto text. ff. de publicia. vbi per eum habetur, quòd titulus procuratus per aliquem, ne contra eum actio publiciana dirigatur, non sibi aliquo modo prodest, & idem erit dicendum ac si nullum habuisset titulum.

Titulus per aliquē procuratus nō prodest.

Secundò confirmat per dictum singulare Cyni in l. cogi. C. de pet. hæredita. in fi. qui ibi voluit, quòd licèt contra titulo possidentem, non possit dirigi actio, siue petitio hæreditatis, l. hæreditatem. C. in quib. cau. cessat long. temp. præscript. & l. regulariter. ff. de pet. hæredi. tamen illud fallit in eo, qui procurauit quodammodo malitiosè titulum ne conueniretur tali petitione hæreditatis.

De eadem re.

Sed

Eiusdem cõprouatio per authorem.

Sed vltra eum confirma istud dictum, quia est singulare. Primò per textum etiam singularem in l. spadonem.§ fin.ff.de excusat.tutor. vbi ille qui affectauit suscipere tria onera tutelę non gaudet excusa-
55 tione. Et solet allegari ille text. quòd causa semel affectata, & maliciosè procurata, nunquam debet afferre commodum ipsi affectanti.

De eodem.

Secundò facit bonus text. in l.ij. §. penult.si quis caut. vbi licèt ille, qui detinetur à magistratu, non incidat in stipulationem de iudicio sisti: tamē fallit vbi illud malitiosè affectasset.

56 Tertiò facit bonus text. in l.& qui data.ff ex quib. cau.maio. vbi illi qui absunt causa Reipublicæ cum affectatione, non debent vti priuilegiis competentibus ipsis absentibus, & propterea solet regulariter dici, quòd ille qui se ingerit, suspectus est. l.quæ omnia.ff. de Procur. bonus text. in l.vxori. ff. ad legem Cornel.de fals. per quem text. dicit ibi singulariter Bart.quòd testis ferens testimonium non rogatus, eò quòd se ingessit, tanquam suspectus reprobatur, nec tenet eius dictum.quod nota.

Testis non rogatus, testimonium ferre non potest.

Fructus percipiendi, nõ intelliguntur de illicitis.

Vltimò declara hāc materiam, vt id quod dictum est, de malæ fidei possessore, circa fructus quos potuisset percipere, non procedat in fructibus quos illicitè potuisset percipere: nam ad illos non tenetur. De hoc est text. optimus cum glos. in l.fructus. ff.de rei vendic. & ibi Bar.

Secus de perceptis.

Istud tamen non procedit in fructibus iam inhonestè perceptis, quia illos tenetur restituere ipsi petitori. De hoc est text. notabilis ita intelligendus in l. ancillarum.in fin.ff.de pet hæredit. & voluit Bart.in d.l fructus. quod nota.

Differētia ratio.

Ratio diuersitatis illa est, quia multa impediunt contrahenda, quæ tamen iam contracta non tolluntur, vt de hoc est text.in l patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alien. iuris. pro quo facit glos. singularis in clemen.2.de testibus.quæ vult quòd licèt post didiscita testimonia non producantur testes: tamen si sint producti, tenent. Pro hoc etiam adduco dictum singulare Innocent. in cap cùm Bertoldus. extra.de re iudic.in glos. sua, incipiente, Non quod post diffinitiuam. & Doct.in c.cùm dilecta. extra.de rescript. vbi volunt quod licèt contra sententiā, quæ transiuit in rem iudicatam, non debeant aliquæ probationes adduci: tamē si fuerint de facto adductæ, & receptæ, tenent, & prosunt. Vnde si ex eis appareat de iniustitia sententiæ, talis sententia licèt transiuerit in rem iudicatam, rescinditur, quod tamen aliàs nunquam fieret, præsertim cùm postquam sententia transiuit in rem iudicatam, sit præsumptio iuris, & de iure, quòd valeat, & sit competens, vt est text. singularis in c.cùm inter vos.in fin.extra.de re iudic.

Probationes contra rem iudicatam.

Expēsas in fundi cultura, an malæ fidei possessor deducat?

Vnum finaliter nota pro expeditione, quòd licèt malę fidei possessor multum grauetur in talibus fructibus restituendis: tamen in alio releuatur, quia potest deducere ante restitutionem rei & fructuum, omnes expensas, quas fecit in fundi cultura. De hoc est tex.singularis in l.fundus. secunda.in prin.ff.fam. herciscundæ.

An etiam impensam pro custodia rei?

Nunquid autem deducet impensam factam pro custodia rei, vt putà, fundi? De hoc vide Bar.singulariter in l.cùm quæreretur.§.prædiis. ff.de leg.tertio. vbi dicit quòd non, per illum text. sed tu vide contra eum text. expressum, & singularem in l.si à domino.§.si ff.de petit.hæred.vbi expressè contrarium patet. & istud voluit Ludouic.Roman in suo singulari 369.incipiente, Malæ fidei possessor. vbi dicit se mirari, quòd tantus homo (sicut Bart) in hoc errauerit, & ideo istud nota pro singulari.

Per litis cõtestationē quasi contrahitur.

Decimus tertius effectus litis contestationis est, quia per eam quasi contrahitur. De hoc est glos.singularis in l.ij. §.fi.in verbo, sed si lite contestata. ff.de Prætor.stipula.quam ibi notat Bar.& iste quasi contractus consistit in hoc, quia litem contestans videtur tacitè se obligare ipsi instantiæ iudicij, vt voluit Bar. in l.iij.§.idem scribit ff.de peculio. & ibi subdit Bar. quòd per contestationem litis videtur tacitè actum ex illo quasi contractu, vt sententia possit ferri in absentem, quod tamen lite non contestata fieri non posset, de quo infrà dicam latiùs. Item, vt post litem contestatam non possit fieri mutatio petitionis, quia per litis contestationem dicitur quidem contractus celebratus, & à contractu non est licitum discedere, l.sicut. C.de action. & obligat. l.j.& ij.C. quando liceat ab emptione discedere. Alexan. & alij in l.edita. C.de edend. & infrà dicetur. Item in casu l.si conuenerit.ff.de iurisdictione omnium iudicum. post litem contestatam non admittitur pœnitentia, quia contractus aut quasi, in iudicio dicitur & celebratus & factus per litis contestationem. Iacobi in l.de ætate §.qui interrogatus.ff.de interrog.actio.

Et adde huic effectui, quòd non solùm per ipsam 57
litis contestationem quasi contrahitur, sed etiam per ipsam sententiam. De hoc est tex.(iuncta glo.) ita intelligēdus in l.iij. §.idem scribit.ff.de peculio.de quo ibi Bart.latè. Et operatur iste quasi contractus, non vt videatur pars se obligare instantiæ, quia per sententiam iam finita est, vt habetur in l.terminato. C. de fruct.& lit.expen.sed operatur, vt pars condēnata videatur se obligare ex illo quasi contractu, ad standum ei quod in sententia continetur. Ita voluit ibi Bart.in prima col. pro quo adduco regulam volentem, Quod quicquid facit iudex, præsumitur à iure partim illud facere, vt de hoc est text. notandus in l.si ob causam. C.de euictionib.

Actio in factum quomodo oriatur ex sententia.

Secundò facit regula alia volens quòd quilibet præsumatur velle suum animum iuri communi, & eius dispositioni conformare, vt est text. in l.Gallus. §.idem credendum.ff.de liber.& posthum.& præsumitur condemnatum (se conformando iuri communi) velle ex quodam quasi contractu se obligare ad adimplendum id, quod in iudicio erit & contentum & diffinitum, & propterea dicitur quòd ex tali sententia (quasi ex quodam contractu) oritur quædam actio in factum, de qua habetur plenè in l.actori.C. de rebus cred. & scripsi abundanter in repet. l. quod iussit.in 2.not.ff.de re iudic.

De eadem re.

Et ex istis vltimis verbis deciditur quæstio quæ proponi potuisset, scilicet, Nunquid actio quæ oritur per sententiam sit datiua, putà à lege, vel an sit natiua potiùs? Patet enim per supradicta illam esse natiuam, quia videtur oriri ex sententia, non tamen immediate, sed ex quadam obligatione, quæ censetur, ex isto quasi contractu, facta per ipsam sententiam, tanquam per ipsam materiam: & ita breuiter decidit Bart.in d.§.idem scribit. præsertim cùm (secundum eum) quando dari potest materia præcedens, ex qua actio possit nasci, semper præsumatur natiua, & non datiua, vt habetur in l.iurisgētium.post principium. ff de pact. quod nota.

Et

Eiusdem cõfirmatio. Et ex quali consensu oriatur ipsa actio in factum, de hoc vide plenè Bart. in d. §. idem scribit. vbi concludit tenet notabiliuérque, quòd oritur ex quodã consensu ficto à lege, quia lex fingit eum consentire sententiæ, qui tamen in rei veritate non consentit, tanquam in suum præiudicium: præsertim cùm iudicium reddatur in inuitum, l. inter stipulantem. §. j.
58 ff. de verbor. obligat. nec oritur ex tacito consensu, sicut aliqui voluerunt, quia in eo etiam non est propriè tacitus consensus, cùm oriatur tacitus consensus ex tacita quadam voluntate: sed hic nulla est etiam tacita voluntas, imò (vt suprà dixi) nullo modo dicitur velle. Igitur aliũde oriri necesse est, ex fictione scilicet iuris, & ita debet intelligi, quod dicitur de condictione indebiti, vt ille qui ea tenetur, non videatur obligari tacitè, imò potius inuitus, & sic ex quadam fictione iuris. Et idem penè in aliis quasi contractibus, vt dicantur potius nasci ex ficto consensu, à lege inducto, quàm ex tacito. Non obstat (secundum Bartol.) quòd dicatur induci fictus consensus per legem, quia etiam plus facit: nam fingit contractum interueniſſe (qui tamen non interuenit) l. j. C. de rei vxo. act. §. j. quod nota.

Sententia sub impossibili conditione lata, an valeat? Et ex supradictis oritur incidenter singulare dubium, & menti tenendum, scilicet, an sententia lata sub conditione impossibili teneat, ita, quòd reiiciatur ipsa conditio, tanquam impossibilis, vel an vitiet ipsam sententiam?

Responsio secundũ Doct. modernos. Et in hoc multi Doctor. moderni in l. impossibilis. ff. de verborum obligat. tenuerunt eam non vitiari, æquiparantes ipsam sentẽtiam vltimæ voluntati, iuxta ea quæ sentit Bart. in l. centesimis. §. finali. ff. de verborum obligat. & per ea quæ notat in l. si mihi
59 & tibi. §. si quis seruos. ff. de legat. primo. Cùm ergo æquiparari videatur vltimæ voluntati, sicut conditio impossibilis in ea apposita non vitiat dispositionem illam in vltima voluntate, sed potius reiicitur, vt habetur in l. quæ sub cõditione. ff. de condit. insti. §. impossibilis. Instit. de hæred. institu. ergo idem in sententia dicendum erit.

Resolutio per authorem. Aduerte tamen, quia per supradicta teneo contrariam opinionem, scilicet, vt ipsa sententia vitietur ratione conditionis impossibilis in ea appositæ, per hanc rationem: nam cùm in sententia fiat quidam
60 quasi contractus, vt latè suprà dictum est, & dispositio de contractibus regulariter extendatur ad quasi contractus, vt est bonus text. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quib. caus. in pos. eat. & sentit Bart. cum pulchra declaratione in d. §. idem scribit. 4. colum. ergo dicendum est, quòd sicut in contractibus impossibilis conditio vitiat ipsum cõtractum, d. l. impossibilis. ergo etiam in quasi contractibus, & sic in sententia debet ipsa conditio impossibilis vitiare ipsam sententiam. Et ad id quod dictum est eam debere æquiparari vltimæ voluntati: imò dic debere comparari potiùs contractibus per supradicta, item quia sententia est stricti iuris, vt volunt Doctor. in l. quicquid adstringendæ. ff. de verbor. obligat.

Sententia cur potius naturã contractuum stricti iuris insequi debeat. Et quòd sententia debeat dici stricti iuris, de hoc est tex. notabilis in l. prima. C. si plures vna sententia condemnati sunt. Cùm ergo sit stricti iuris, debet potiùs insequi naturam cõtractuum stricti iuris, quàm vltimæ voluntatis, cùm ipsa vltima voluntas reguletur secundum contractus bonæ fidei, vt est text. in l. in minorum. C. in quib. caus. in integrum restitut. non est necessar. sed conditio impossibilis, in contractibus bonæ fidei non vitiat actum, vt est casus singularis in l. insulam. §. in operis. ff. locat. Igitur in sententia apposita conditio impossibilis eam vitiabit, vt contractus stricti iuris vitiare solet.

Cõfirmatio opinionis authoris. Et pro hac opinione allego text. subtilem in l. j. §. biduum. ff. quando appellan. sit. vbi dicit text. quòd sententiæ non debent ferri sub conditione. Deinde ille text. vltrà procedit, seipsum tacitè limitans, in conditione possibili, quia per hoc non vitiatur sententia, ergo cùm tantummodò ponat vnum casum exceptum à regula, videtur tacitè inferri quòd in aliis conditionibus vitietur, per regulam, Quòd qui vnum permittit, de aliis videtur negare, vt est text. in l. maritus. C. de Procur. bonus text. in l. cùm Prætor. ff. de iudic. Item quia casus omissus continetur sub dispositione iuris communis, vt est text. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. Item facit, quia exceptio firmat regulam, in casibus non exceptatis, vt est text. notandus in l. nam quod liquidæ. §. fin. ff. de penu leg. cum similibus.

Oppositio. Et si dicatur, ibi text. loquitur simpliciter de conditione, ergo debet intelligi simpliciter, & generaliter, iuxta l. de pretio. ff. de publicia. Ad istud dic quòd

Responsio. licèt ibi tex. loquatur simpliciter de cõditione, tamen quia materia illius legis, siue §. non potest se extendere præterquam ad conditionem possibilem: ideò debet de ea intelligi, quia verba debent intelligi secundum materiam subiectam, iuxta §. singulorum. Instit. de rerum diuis. cum similibus.

De eodem. Adde dictum Bald. l. fin. C. ad Maced. vbi voluit quòd si filio mercatoris cõcedatur, vt possit accipere mutuò pecunias, intelligitur tantummodò respectu mercantiis & habito respectu ad materiã subiectam.

Eiusdem declaratio. Et quòd materia subiecta illius §. illud requirat, probo, quia ibi text. proponit dubitando quando sententia est lata sub conditione, nunquid tempus appellandi incipiat à tẽpore latæ sententiæ, vel à tempore quo conditio purificabitur, & sentit de conditione possibili, cùm frustrà dubitaret de illa impossibili, vt clarum est, cùm illa non purificatur per cursum temporis, sed aut vitiat immediatè, aut vitiatur, iuxta ea quæ notantur in d. l. impossibilis. de verborum obligat. & hunc text. ita subtiliter ponderat Franciscus de Are. in d. l. impossibilis. per quem sequitur hanc opinionem pro veriori.

Amplior opinionis authoris corroboratio. Pro hac etiam parte adduco text. expressum (qui videtur clarè decidere hanc quæstionem) in l. penul. & fin. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescin. vbi expressè sentit text. maximè in l. fin. quòd illa sententia, cui per rerum naturam pareri non potest, est ipso iure nulla, tanquam impossibilis, & sic ipsa impossibilitas vitiat illam sententiam.

De eadem re. Confirmo etiam hanc opinionem per rationem sequentem: nam facilius rescinditur sententia, quàm ipse contractus, etiam qui est stricti iuris, vt hoc probabo: ergo si contractus tales vitiantur ratione conditionis impossibilis, multò magis ipsa sententia. Antecedens illud probo, quòd in contractibus tacitè promissio referatur secundum interrogationem, nec est opus reiteratione, vt patet in §. præterea. Instit. de inutil. stipular. & in l. Titia. §. primo. ff. de verborum obligat. sed secus est in sententia, quia etiam subauditio vnius verbi (quod secundum verum sensum deberet suppleri) non suppletur, sed debet expressè 61
exprimi,

exprimi, vt probo per text. io l. Præses. C. de sentẽtiis. iunctis his quæ ibi notat Bart. volens, quòd si iudex in sententia sua dixerit, *Titium absolue, & in expensis victum victori*, non subintelligitur istud verbum, *Condemnamus*: ergo per hæc probatur, sententiam sub conditione impossibili, debere dici nullam argumentando à fortiori.

Adde tamen quòd ista opinio Bart. in d. l. Præses. non tenetur, per eundem in l. prima. §. fi. ff. de hæred. institut. imò ibi tenuit contrarium. & in rei veritate videtur eius posterior opinio melior, sed pro concordantia illarum dicendum est, quòd dictum suum in l. Præses. verum est inspecto legis rigore, sed dictum in d. l. j. §. fin. procedit inspecta æquitate, quod nota.

Sentẽtia in absentẽ ferri potest à tempore litis cõtestationis.

Decimusquartus effectus contestationis litis est, quia per eam sentẽtia potest etiam in absentem ferri, quæ tamen aliàs non esset ferenda. De hoc est text. in l. properandum. §. j. & ij. C. de iudic. vbi vnum probatur expressè, scilicet quòd per contestationem litis potest ferri sententia in absentem. Secundum probatur tacitè, & à contrario sensu, quòd ante litis contestationem non debet sententia diffinitiua ferri.

Et ratio huius effectus est, quia per illam contestationem litis vidẽtur ipsæ partes quasi contrahere, & se ita obligare, vt possit talis sentẽtia ferri etiam in absentem. ita sentit Bart. in l. iij. §. idem scribit. ff. de peculio.

Restrictio precedẽtis.

Limita tamen hunc effectum non posse procedere in causis criminalibus, quia etiam post litis contestationem requiritur præsentia ipsius partis. De hoc est tex. notabilis in l. absentem. ff. de pœnis.

Eiusdem assignata ratio.

Et ratio esse potest, quia hic tractatur de grandi præiudicio: ideò cautius agendum est, iuxta tex. in c. vbi periculum. de elect. in 6. & in l. ne causas quæ. C. de appellat. & propterea voluit tex. in l. fin. C. de probatio. quòd in talibus causis criminalibus debet fieri clàm probatio & indubitata, eò quòd in ea tractetur de grandi præiudicio.

Rursus alia eiusdem.

Adde aliam rationẽ specialitatis, scilicet, quia cùm regulariter in causis criminalibus non possit, nec de-
62 beat interuenire Procurator, l. penul. §. ad crimen. ff. de public. iudic. ideò non est mirandum, si non ita durè procedatur sicut in causa ciuili, in qua semper potest interuenire Procurator, & sic est quædam negligentia crassa, quæ debet sibi tunc imputari: quæ tamen non potest in causa criminali imputari, quia ipse non constituit Procuratorem, cùm non possit, quod non est in causa ciuili, & ita sentit text. in d. l. properandum. in §. & si quidem. in versic. neque per se, neque Procuratorem instructus, &c.

Sententia in causa criminali quãdo in absentem ferri possit.

Limita tamen, hanc limitationẽ non procedere in causa criminali, existente infra pœnam relegationis, quia tunc sententia in tali causa criminali ferri potest, etiam in absentem lite contestata. De hoc est tex. notabilis in d. l. absente. in versic. quid igitur est? ff. de pœn. vbi dicit in tali causa criminali posse procedi more iudiciorum ciuilium, & sic præcedens dictum procedit quando talis causa criminalis erat supra relegationem.

Ratio huius limitationis est prior, quia non tractatur hic de tam graui præiudicio, sicut in casu præcedenti, ideò non idem dici debet.

Posterior ratio potest esse, quia in hoc casu potest dari Procurator, vt habetur in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de Procur. & voluit glo. in d. §. ad crimen.
& ibi Bart. vbi notatur quòd in casibus, in quibus 63
potest in causa criminali sententia ferri in absentem, in eis potest Procurator interuenire, sed in hac (vt dictum est) potest sententia talis ferri in absentem. Igitur, & cùm possit sibi maior contumacia imputari, debet faciliùs condemnari, per supradicta.

Procurator in causa criminali.

Et per ista habetur pulchra limitatio ad d. §. ad crimen. qui quidẽ §. incidenter fallit in vno casu singulari, scilicet vbi produceretur Procurator postquam esset cõclusum in causa, etiam criminali: nam tunc in ea potest admitti. Casus est singularis & ibi glos. notanda in l. quamuis. j. C. de adulter.

De eodem.

Adde etiam in hoc vnum singulare, quòd licèt regulariter non debeat admitti Procurator, in tali causa criminali: tamen si fuerit admissus, gesta per eum tenẽt. De hoc est glos. singularis in c. j. de iudic. in 6. in verbo, criminalis.

Iudex potest ab aliquo, etiam non Procuratore, informari.

Adde etiam in hac regula vnum singulare, quòd licèt Procurator in tali causa criminali non debeat interuenire: tamen potest se aliquis piè intromittere ad instruendum & informandum iudicem, de ipsius accusati innocentia. pro hoc est text. singularis in argumentum in l. fi. §. fi. ff. ad legem Iuliam. de annon. vbi mulier (licèt non possit interuenire in accusatione de committente contra leg. Iuliam. de annona.) tamen vbi vult instruere iudicem de aliquo circa eiusdem annonæ vtilitatem, debet eam audire iudex. pro quo facit text. singularis in l. iij. in verbo, & hoc iudicare. ff. de lib. caus. facit etiam bonus textus in l. si non defendantur. ff. de pœnis. vbi etiam potest iudex de innocentia illorum qui non habent Procuratorem, vel defensorem, inquirere, & istud vult Bar. in d. §. ad crimen. in 4. col. cuius ratio esse potest, quia in his, quæ concernunt piam causam, potest iudex suum officium impertiri non petenti, vt habetur in l. nec quicquam. ff. de offic. Proconsul. quod nota ad limitationem eorum quæ habentur in l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. vbi notatur quòd 64
officium iudicis non datur nisi petenti, quod nota.

Iudex potest inquirere de innocentia nõ habentium Procuratorem.

Sententia contra facientes spadones.

Limita secundò istud non procedere in casu singulari l. lege Cornelia. ff. de sicar. §. & qui hoc crimine. vbi contra facientes spadones potest ferri sententia diffinitiua, licèt sint absentes, & illum casum ibi notat Bar. quòd istud potest esse propter enormitatem ipsius criminis, vt per eam recedamus à regulis iuris: nec enim est dubium istos grauiter delinquere, qui sunt quodammodo inimici naturæ, quia per eos genus humanum diminuitur, quòd iura nostra multùm abhorrent, imò semper nituntur consulere proli & generationi, vt patet in l. j. ff. solut. matrimo. vbi infinita priuilegia dantur mulieribus circa dotes earum. Et propterea voluit bonus tex. aureus in l. cùm ratio. in §. fauorabilem. ff. de bonis damnato.

Libererum fauor.

quòd multò fauorabilior est apud rempublicam causa ipsorum liberorum, quàm pecuniæ, quæ tamen pecunia est tantæ vtilitatis, vt dicatur vita nostra, vt sentit glo. singul. in l. Aduocati. C. de Aduoc. diuerso. iudicio. & propterea voluit tex. iuncta etiam glos. in l. prima. ff. de contrahen. empt. quòd pecunia est inuẽta, vt subueniatur necessitatibus hominum. Idem voluit glos. in l. fin. ff. quæ sententiæ sine appel. rescind. vnde voluit Bal. in l. receptitia. C. de constit. pecu. per vnum aureum dictum, quòd pecunia siue nummus censetur fideiussor nostræ necessitatis. Et sic licet per ista videre pecuniã apud Rempublicam esse

esse in tantum necessariã, vt ea commodè carere non possimus: tamen ipsa proles est multò fauorabilior, vnde non est mirandum, si talis tam enormiter, & contra pietatem delinquens, puniatur contra regulas iuris nostri. Præsertim cùm etiam fauore prolis, sententia (quæ debet immediatè executioni demandari, iuxta l. cum reis. C. de pœn.) in tempus commodum differatur, vt patet ex l. prægnantis. ff. de pœn. & pro his etiam facit tex. solemnis in l. prima. ff. de ventre in possess. mittendo, ibi, quia fauorabilior, quòd maior fauor attribui debeat partui, vt debitè generetur, quàm ipsi puero iam nato, & illud est propter fauorem liberorum procreandorum, & pro his faciunt quæ notantur in titulo de infant. expos. C. & in Decretalibus. vbi vide.

Sententia propter prolem prorogata.

Tertiò, limita prædictam limitationem non procedere, in casu singulari l. ne diu. C. de pœn. vbi potest ferri sententia, in causa criminali contra apparitores siue nuntios etiã absentes, & istud est in odium ipsorum, vt ibi expresè vult text. qui se fundat propter duo. Primò, propter perfidiam eorum, quia cùm iurauerint licitè eorum officium exercere, veniunt contra: ideò sunt tam durè tàmque acerbè puniendi: præsertim cùm hoc faciendo reddant causas delusorias, & sententiam iudicis quasi irrisoriam, quod est valde graue, vt est text. in l. ij. circa finem. C. de sportulis. & est ibi glos. quæ vocat executores, siue apparitores, vel nuntios publicos, malè se habentes, pessimos. Fundat etiam se tex. in illa l. ne diu. ratione venalitatis, quia propter pecuniam solent omittere executionem sententiæ: ideò propter istud non mirum est, si contra eos inductum sit, vt sententia contra eos, etiam absentes, possit ferri maximè, 65 quia delictum factum spe quæstus, & pecuniæ, grauius reputatur, quàm factum sine ipsa pecunia, vt est tex. solemnis in l. Cicero. ff. de pœn. vbi grauiùs punitur mulier, quæ suum partum suffocat propter pecuniam, quàm si illud sine pecunia faceret. Pro quo etiam facit text. in l. mariti. §. plectitur. ff. de adulter. vbi remittens stuprum propter pecuniam sibi datam, punitur, qui tamen aliàs, gratis remittendo, non puniretur.

Sententia cõtra absentes apparitores in causa criminali.

Stuprum propter pecuniam remissum.

Et propterea voluit tex. in l. miles. §. primo. ff. de adulter. vbi sunt pulchra verba tex. quæ volunt verecundum esse alicui & turpissimo exemplo, relinquere suam iniuriam, factam familiæ, inultam, prætextu lucri pecuniarij, vnde etiam voluit optimus tex. in l. Iulianus. ff. si quis omis. caus. testa. vbi sunt verba aurea, dicentia, illum non carere doli suspicione, qui honore proprio omisso, sequitur compendium & lucrum pecuniarium, putà hæreditatem, & alia id genus. Et pro istis etiam facit bonus tex. in l. venales. C. quæ sententiæ sine appellatione rescind. quòd sententia lata per pecuniam sit ipso iure nulla, quæ tamẽ aliàs lata aliquo modo fauorabili, vt putà precibus, teneret ipso iure, licet posset rescindi, per ea quæ notantur in l. seruo inuito. § cùm Prætor. ff. 66 ad Trebellian. pro hoc etiam facit quod sentit Bar. in l. non solùm. §. si mandato ff. de iniur. in 4. col. vbi vult homicidium factum per pecuniã grauius esse, quàm aliud, & idem voluit in d. l. Cicero. Faciunt etiam quæ habentur in titulo l. Iuliæ. de ambitu repetundarum. l. Iuliæ. de annon. & similibus. & quod habetur per Canonistas in titulo extra. de symo. vbi vide. Non est ergo mirandum, si puniatur ille apparitor in tantum, vt possit etiam in sua absentia legitimè condemnari.

Honorem proprium postponens propter pecuniam.

Sed nouiter (Deo authore) dari potest vna ratio specialitatis, propter quam talis nuntius potest condemnari, propter delictum commissum in suo officio, etiam in eius absentia, licet aliàs istud de iure nullo modo reperiatur regulariter permissum.

Et est ista. Nam cùm delicta istorum nuntiorum publicorum, siue apparitorum cõsistant in contemnendo sententias ipsorum iudicum, quas ipsi nolunt executioni, pro modo officij eorum, demandare, & sic semper reddere conantur sententias iudicis illusorias, vt sentit tex. in d. l. ij. C. de sportulis. meritò iura voluerunt, & ipse Imperator in d. l. ne diu. quod cùm tales apparitores videantur reprobare & impugnare formam iudicij, & ordinem requisitum in ipsa sententia, siue sententiæ executione, nolendo sententiam executioni reddere, quæ fuit iustè & rectè lata, meritò etiam forma requisita, siue ea quæ necessariò requiruntur, pro sententia validanda, non debent circa eos de necessitate interuenire, cùm ex eo quod quis impugnat, nullum debeat sequi commodum, l. Papinianus. §. meminisse ff. de inoffic. testam. & per istud non est mirandum, si sententia quæ regulariter debet inter præsentes ferri, & non contra absentes, in hoc casu non procedat, pro quo adduco aliud. Nam, frangenti fidem, debet fides ipsa etiam eidem frangi. vt habetur in l. cùm proponas. C. de pact. sed iste apparitor videtur fregisse fidem iudicibus, in quantum ipse promisisse videtur in susceptione sui officij, se sententias iustas executioni missurum, nec se eas tanquam illusorias reputaturum. Cùm ergo fidem frangit, tali iudici, circa suas sententias, potuit etiam in talibus sententiis ei fidem, à lege datam, non obseruare: præsertim cùm in eo, in quo quis deliquit, sit puniendus, vt alibi superiùs dixi, & istud nota pro nouo.

Ratio, cur sententia cõtra apparitores absentes valeant.

Apparitor nõ exequens sententiam frangit fidẽ iudicibus.

Et circa hos apparitores, siue nuntios iudicum, adde hic vnum verbum singulare, quòd si nuntius alicuius iudicis citet aliquem sine mandato, tenetur criminaliter lege Corn. de fal.

Apparitor aliquẽ sine mandato citans.

Item cum hoc tenetur etiam actione in factum ad interesse ipsius citati de quo est tex. singularis in l. qui nomine. ff. ad leg. Cornel. de fal. vbi illud notat Bar. & est menti tenendum, quia quotidianum.

Adde secundò contra hos nuntios, id quod vult glos. non vulgaris in l. j. ff. de concussione. quæ sentit quòd isti apparitores, qui fingunt aliquando se habere mãdatum, de capiendo certum hominẽ, quam capturam meticulosi illi timentes aliquid dant ipsis nuntiis ne capiantur, illi nuntij & apparitores tenentur crimine concussionis, vt ibi vult glos. expresè arguens contra nuntios alicuius communitatis. Et sic puniuntur pœna, de qua in d. l. ij. quod nota, quia hodie istud multũ frequentatur, & de hoc dicto sing. meminit Ang. de Are. in §. quadrupli. in 5. col. Inst. de actio. & ibi glos. vult contra illos posse agi ad quadruplum, si plus debito exegerint ratione solutionis sportularum.

Apparitores quando crimine concussionis teneantur.

Adde tertiò, quòd ad hoc vt quis possit exercere officium nuntij publici, requiritur illũ esse iuratum, vt voluit Ang. in d. §. quadrupli. allegans glo. in c. cùm parati. extra. de appel. a. in verbo, suus nuntius. quæ etiam vult quòd tali nuntio iurato credatur de cita- 67 tionibus per eum factis, & quod debeat iurare, de hoc

Nuntius publicus debet esse iuratus.

hoc est bonus tex.in l.hac edictali.§. his illud. C. de secund.nupt.

Nuntius nō iuratus, ab omnibus vt idoneus reputatus.

Aduerte tamen circa istud vltimum, quòd etsi iste non iurasset, si tamen reputabatur ab omnibus, tanquam idoneus, & rectè cōstitutus, tunc idem est, nec gesta per eum cassantur. ita voluit Ang. in d. §. quadrupli. allegans l.Barbarius.ff.de offi. Prætor. vbi notatur quòd communis error facit ius, & pro eo faciunt ea quæ notantur in l.prima.C.de testa.

Amplior eiusdē declaratio.

Consydera tamē circa illud dictum, quia non videtur verum, saltem meo iudicio. Et istud dico fretus authoritate non modica tex. singularis, quem ad hoc ibi notat Bart.in l. actuarios. C. de numer. & actua.lib.12. vbi elicitur talis regula aurea, & menti tenenda, quòd vbi quis reputatur pro publico Officiali ab omnibus, qui tamen non est, in rei veritate, quia ad hoc non fuit ordine & forma requisita constitutus, tunc gesta per eum sunt nulla, & cum hoc punitur talis fictus Officialis. Vnde ibi voluit Bart. quòd si aliquis reputetur tabellio, qui nō sit, propter defectum solennitatis, vel aliquis iudex, qui illa de causa non sit, & sic de similibus, tunc gesta per eos sunt ipso iure nulla, sic ergo in casu nostro, cùm præsupponat Ang. necessarium esse iuramētum pro forma ipsius actus, & cōstitutionis apparitorum, dicendum est quòd si tale iuramentum non interueniat, licèt reputatus fuerit pro publico nuntio ab omnibus, tamen videtur per supradicta, ea quæ sunt per eum gesta, nulla esse, & non solùm nulla, sed etiam poterit ille puniri, vt patet ex supradictis, quod reipub.im posuerit. cogita.

Gesta à reputato pro Officiali publico, qui nō est.

Et de reputato tabelliōe, vel iudice.

Respōsio ad d.l.Barbarius.

Restat respondere ad l.Barbarius. in qua se fundat dominus Ang. de Are. quia regula illius legis, quæ sentit, quòd gesta per illum, qui communi hominū errore existimatur competēs in suo officio, licèt postea appareat de eius incompetentia, tamen non cassantur, & id procedit, quando talis nō erat idoneus, in rei veritate, ad suscipiendum tale officium ex defectu suæ personæ, putà, quando erat seruus, tamen interuenit solēnitas requisita ad electionem talis officialis, vel iudicis, & ita est intelligēda d.l.Barbarius. quæ videtur (vt patet) non valde prodesse ad constitutionem Ang. secus autem esset, si ille reputabatur idoneus & competens, non tamen fuerat ad officiū legitimè, & seruata forma constitutus: nam tunc gesta per eum nullo modo valent, sicut in casu nostro. & ita intelligitur dicta l.actuarios. in qua ibi Bar. ita pulchre distinguit, & nota istā declarationem, quandoquidem multi errant & temere allucinantur, se fundantes in dicta l.Barbarius.

Nūtiis credēdū circa cōmissa eis.

Vltimò circa hos nuntios, videte id quod dicit Bart. in l.prima §.cura carnis.ff. de offi. Præfect. vrb. vbi notat, quòd creditur ipsis nuntiis tantùm circa ea, quæ spectant ad eorum officium, non autem circa alia eis non commissa: subiiciens tamen, quòd si talis nuntius referret alium commisisse certum homicidium, licèt sibi non crederetur, tamē sua relatio operaretur, vt iudex posset, de illo delicto, procedere per viam inquisitionis, vide ibi.

Nuntij relatio, extra eius officiū.

Et circa alios nuntios priuatarum personarum, vide id quod vult gloss. singularis in l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi. quæ vult nuntium haberi quodammodo pro pica.

Et propterea voluit tex. in l. si quis Titio.ff. de lega.2. quòd nuntij, siue ministri nullum debent consequi commodum, vt vult ille tex. & per eum Bart. ibi, quod nota.

Et circa hos nuntios nota incidenter quòd pœna inflicta alicui ingredienti aliquem locum, non intelligitur, si fiat ingressus per nuntium, istud est dictum singulare Bal.in authen.habita.in 4 col. C. ne filius pro patre. allegans de hoc text. quem dicit singularem in l.quod sæpe.§.si quis amico. ff. de contrahen. emp. vbi vult tex. quòd si alicui aliquis mandauerit, vt seruum fugitiuum quærat, & eo inuento vendat, tunc per illam venditionem non tenetur mandans lege Fabia, de plagiariis, quasi ipse vēdiderit seruum in fuga constitutum, nec etiam ipse nuntius, quia præsentem vēdidit, & sic illum tex. notat Bal. ad hoc singularem.

Mandans aliquid cui quā vendere an ipsemet vēdere censeatur.

Consydera tamen nouiter, quia de hoc dicto Bald. multùm dubito, cùm videatur tex. expressus in contrarium in l.prima. §. deiecisse. ff. de vi & vi armata. vbi ille dicitur deiecisse quē de fundo suo, qui mandauit alicui vt deiiceret, & sic videtur ingredi talis mandans, cùm ipsa deiectio non fiat nisi causa ingressus, & talis mandatarius cùm ingrediatur deiiciendo alium, videtur ipse mandans ingredi, & per istud videtur dictum Bald. non sustentabile, & confundi posse.

Obiectio cōtra dictum Baldi.

Secundò per hoc facit dictum Bar. in l. quemadmodum.C. de agrico. & censi.libr.11. vbi statutum puniens facientem homicidium, extenditur secun- 68
dùm eum, ad fieri faciētem. Pro hoc adduco tex. singularem & expressum in c.mulieres.ext.de sent. excom. vbi ille dicitur verè committere delictum, qui committit per tertiam personam, vt ibi expresse tex. in fin. dicit.

Eiusdē cōfirmatio.

Et pro his adduco text. in iure ciuili singularem, 69
& non vulgatum, in l.certè si interim.§.primo. ff. de preca. vbi expresse patet, quòd ille qui per alium aliquid facit, videtur ipse facere, cùm dicit ibi solennis text. quòd si aliquis me mandante rogauit precariò, ego proximè & verè dicor habere rē precariò, tanquam ex persona mea, & contra istud dictum Bald. multa alia possent induci, & inter cætera text. in l. quoniam multa. C. ad l.Iuliam. de vi publ. cum aliis similibus.

Saluando tamen dictum Bald. posset nouiter declarari suum dictum in d. authen. habita. vt procedat tantummodò in suo casu, in quo sentit illud dictum allegare, scilicet in casu, quo statutum fuisset, quòd quicunque intrauerit certum territorium, vel res suas in id intromiserit, possit ipse & res eius detineri: nam fateor quòd si aliquis alium mitteret, tunc ille mandans non ligaretur, tāquam intrans tale territorium, argumento d.§.si quis amico. & ita crederem intellexisse Bald. Et ratio illius casus est, quia videtur tale statutum requirere personalitatem facientis, vt probo, cùm dicit quòd possit, modò clarum est quòd talis qui illuc misit, non potest detineri in illa ciuitate, cùm in ea nunquam fuerit à tēpore prohibitionis. Igitur dicendum est, quòd cui non conueniunt verba legis, vel statuti, nec debet etiam conuenire ei mens legis & statuti, iuxta l.non aliter. ff. de legat. 3. & quod habetur in l. lege Iulia. ff. de rit. nupt. vbi patet quòd illud, quod non est sub ratione legis, non censetur sub eius dispositione, sed

Baldi opinio de mādante aliquid alicui, nouiter declarata.

Statutū requirēs personalitatē facientis, nō intelligitur de mādante.

ratio huius statuti fundatur propter temeritatē ipsius ingredientis, vt sentit ibi Bal. Ergo dicēdum est non debere idem dici in mandante, cùm in eo nulla reperiatur temeritas, vt patet. Igitur Baldus hac ratione saluari poterit.

Eiusdē corroboratio per authorem. Quam quidem suprà dictā rationem cōfirmo per regulam singularem in simili, volentem, quòd statutum puniens vnum delictum, & præsupponēs aliud, non includit illum in quo non verificatur tale delictum præsuppositū. Istud vult gl. vnica in iure, in l. mancipia. C. de ser. fugit. in verbo, aduocandū. quam ibi ad hoc commendat Bar. Exemplum est istud, Si statutum dicit, quòd perturbans aliquem in possessione, puniatur pœna cērum, & restituat possessionē: punit enim turbantē, & præsupponit aliud delictū, scilicet possessionem ipsam ablatam: si ergo aliquis turbet alterius possessionem, non tamen eam ab eo auferendo, non tenetur pœna statuti. Ita ergo, quasi idem in casu prædicti statuti, de quo per Bal. in d. authētica. cùm tale statutum, præsupponat ingressum principalem, tunc non verificatur statutum in casu, in quo non reperitur talis personalitas præsupposita, quod nota, quia singulare & non vulgatum.

Personalitas quando & in quibus requiratur. Et sic, cùm per supradicta pateat, quòd requiratur personalitas in adimplēdo verba statuti, inferiur non comprehendi fieri faciētem, vt sentit gl. sing. in c. j. in verbo, publicè. de vita & hone. cler. quæ vult clericos puniri, si exerceant publicè opera in mercātias seculares, cùm tamen illud faciant per seipsos: secus si per alios, secundùm illam gl. quia tex. requirit personalitatem, vt ibi patet in verbo, personaliter, & pro hoc etiam facit quod vult Bar. singulariter per illum tex. in l. iubemus. ij. C. de ero. milit. ann. lib. 12. vbi vo-
70 luit quòd soluere debentes stipendia militibus, debēt soluere propria manu, & non per Procuratorem: &
71 è contra etiam stipendiarij debent per se, & non per substitutum recipere stipendia. Ita ponderat illum tex. ibi Bar. in verbo, manu sua. & in verbo, per suā. pro quo facit quod habetur in cap. 2. extra. de senten. excom. & in l. si quando. C. vnde vi.

Amplior dicti a Bal declaratio. Nec etiam textus, in quo se fundabat Bal. probat illam regulam generaliter, sed tantummodò procedit in suo casu, scilicet quando aliquis mandauit certum seruum perquirendum, quo perquisito & adinuento, vt vendatur: nam ideò ille non incidit in legē Fabiam, de plag. quia talis l. requirit expresſè, vt vendat illum, qui est in fuga constitutus, vt patet in l. in fuga. C. de plagiar. sed iste ampliùs non est in fuga, cùm sit & deprehensus, & apprehensus: ideò nihil mirum, si non teneatur, & ita sentit pulcher text. in l. sciendum. ff. de plagiar.

Obiectio cōtra prædicta. Nec obstat si mihi dicatur text. in dicto §. si quis amico, fundat se, mandantem ideò non teneri, quia non vendit, vt expresſè ibi dicit text. neque amicus eius, quia non vendidit seruum fugitiuum, sed præsentem, & sentit ille tex. quòd faciens per nuntium, non tenetur, quasi non faciens, & ita videtur probare contra supradicta.

Solutio per authorem. Tu nouiter solue, cùm dicit ibi tex. **quia non vendidit**, supplendum esse, scilicet seruum tunc fugitiuū, & quòd illius §. textus ita debeat intelligi, probo in simili casu, quia ita intelligitur tex. in dicta l. sc ē lum. cùm expresſè dicat quòd ille qui mandauit seruum fugitiuum persequendū, & post demum distrahendum, non teneatur ex illa l. Fabia. de plagia. quia dicit ibi tex. **nec enim fugam vendidit.** & dicit ibi glos. **Idem seruum, tunc fugitiuum, non vendidit**, & ita sentit tex. quia vnde videtur vendidisse, vendendo scilicet per alium? sed non videtur vendidisse seruum fugitiuū, & ita nullo modo videtur facere illa l. pro Bal. quia illa non se fundat in hoc quòd mandans vendi, non videatur vendere, sed notat, quia non videtur eo reperto vendere fugitiuum, & potius faceret contra eum, præsertim cūm habeam tex. expressum in l. j. §. fin. ff. de contrahend. emptio. quia vendere possum per nuntium, & est contra Bald. & ista nota tanquam nouissima. Deo gratias.

Tertiò limita principaliter præcedentem limitationem, quæ vult in causis criminalibus non posse ferri sententiam contra absentes, etiam lite cōtestata, vt non procedat in crimine læsæ maiestatis: nam in tali delicto quis potest absens condemnari. ita voluit Bar. in l. prima. ff. de requir. reis. & in l. lege. §. & qui hoc crimine tenentur. ff. de sicar. & de hoc est vnus text. expressus in extrauag. ad reprimendum. in verbo, perinde ac si præsentialiter. & ibi Bart. vbi vide. *Absens quis eodem non potest in crimine læsæ maiestatis.*

Ratio autem specialitatis in hoc potest esse, propter enormitatem criminis: nam ea de causa licitum est recedere à regulis iuris communis, iuxta ea quæ habentur in §. sic itaque. Insti. de actio. in versi. planè odio furum. vbi, licèt quis non possit agere ad dandam rem, cuius ipse est dominus: tamen illud potest facere odio furum, vt ibi dicitur. Et propterea voluit gl. singularis in l. ij. ff. arbor. furtim cæsa. q̄ licitū est, propter delicti enormitatem, aliquando tradere aliquem dilacerandum viuum bestiis. Vnde etiam aliquando propter enormitatem delicti repetitur, animalia bruta, quæ nullā iniuriam facere possunt, iuxta l. j. ff. si quadru. pau. fec. dic. puniri, & quodammodo ad mortem condemnari, vt de hoc est glo. peregrina in c. mulier. 15. q. 1. & pro glos. illius l. j. (quæ solet ad illud quotidie allegari) vide aliam glos. quæ videtur expressior in l. nemo. C. de malefic. & mathem. quæ vult consulentes aruspices, posse dentibus ferarum subiici, & illud non est nisi propter delicti enormitatem. Pro istis facit quod habetur in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. vbi est bonus tex. *A regulis iuris communis quādo recedere liceat.* *Animalia bruta quandoque punienda.*

Aduerte tamen circa supradicta, in quantum dictum fuit, quod lite non contestata non potest perueniri ad diffinitiuam, vt istud non procedat in criminibus, in quibus est pœna à relegatione infrà: nā quoad supradicta, nempe sententiā posse ferri contra absentem post litis cōtestationem, dic, idem etiā esse ante litis contestationem, ita tenet glos. notanda in l. absentem. ff. de pœn. & ibi Bar. eā sequitur, assignans rationē huius, quia in hac pœna, multa remedia sunt prodita contra absentem. Primò, quia non fit missio in bonis ex primo decreto, vel secundo, sicut in ciuilibus. Item in criminalibus grauibus sunt prodita remedia annotationis bonorum, vt habetur in toto titulo de requi. reis. ff. & C. quæ remedia non habent locum in criminibus grauibus, vt habetur in l. prima. ff. de requi. reis. Ideo fuit necessarium, ne ille remaneret impunitus, & ne sua absentia & contumacia sibi prodesset, vt posset ferri sententia etiam lite non contestata, contra eum, vt ibi Bar. ait. *Diffinitiua potest ferri in criminibus, etiā lite non contestata.* *Remedia contra absentem, in pœna.*

Nec obstat secūdū Bar. ibi, aliud quod habetur in d. l. absentē. vbi in talibus delictis proceditur more *Obiectio.*

prima

priuatorum iudiciorum : sed sicst, quòd in ciuilibus
aute litis contestationem non potest sententia ferri in
absentē, vt habetur in l properā.lum.§.fin autem.C.
de iud.ergo idē hic,& in casu isto,sed dic quòd illud
Eiusdem solutio.
procedit quoad ea de quibus loquitur illa lex , scili-
cet quòd sicut post litis cōtestationē potest ferri sen-
tentia in ciuilibus,ita & iu criminalibus nō grauibus,
non autem procedit similitudo quoad omnia, vt ibi
Bar.ait, præsertim cùm non sit eadem ratio, vt patet
per supradicta: ergo diuersum ius statuendum erat,
vt meritò statuitur.

Amplior prædictorū elucidatio.
Adde circa istud, quòd nō solùm in hoc casu præ-
cedenti potest ferri sententia ante litis contestationē,
sed etiā in quolibet casu,in quo repetitur in crimine
capitali,posse ferri sententiam cōtra absentem, illud
procedit etiam lite non contestata : ita voluit Bar.in
extrauag.ad reprimendum.in verbo,lite contestata.
72 Et ratio est, secundum ipsum, quia contumacia sua
habet vim,& præsentiæ,& litis contestationis, vt ibi
est tex. pro quo est etiam alius singularis iu l.si eum.
73 §.qui iniuriarum.in fin.ff.si quis caut.vbi ille per quē
stat ne fiat litis contestatio,habetur (quantū ad eum)
pro contestante , ratione suæ malitiæ. Et istud nota
ad ampliationem duorum casuum præcedentium,
in quibus potest ferri sententia in criminalibus,scili-
cet in odium apparitoris,& in crimine læsæ maiesta-
tis,vt istud procedat,etiam lite non contestata,verè,
sed bene fictè,quod nota.

Absens, & etiam nō citatus,quan do cōdemnari possit.
In hac materia, nota perpetuò vnum dictum sin-
gulare,iu quo potest ferri sententia in absentē, nullo
modo contumacem,nec etiam citatū, & nulla facta
litis cōtestatione, scilicet vbicunq; iudex ex rei clara
euidentia scit eū,qui si esset præsens,tamē non posset
aliquo modo sententiæ suæ cōtradicere:putà,quādo
re ipsa apparet probatio , super qua ferenda est sen-
tentia : nam tunc contra talem posset ferri sententia,
licèt sit absens,& non contumax,& sic ante contesta-
tionem litis. De hoc est vnus text. scribendus literis
aureis,iuncto dicto Bar.abi in l.ij.§.quod de frumen-
taria.ff.de administr.rer.ad ciuit.pertinent.per quem
dicit ibi Bar. quòd reuisores rationum communita-
tis possunt condemnare Officialē præteritum,etiam
in eius absentia , esse debitorem communis , quod
nota perpetuò.

Et per proximè dicta infertur bona limitatio, ad
eaquę habentur in l.prolatam.C.de sent.& interloc.
vbi ad validitatem sententiæ requiritur citationem
præcedere.
74 Quod in tantum verum est, vt etiam regulariter
sententia Principis nō valeat sine citatione, vt est gl.
sing.in l.fi.C.de legib.in verbo,comiuus. vt ista non
procedant in casu , in quo nulla via posset condem-
natus subterfugere, & sententiam euitare, vt in casu
Sententia sine citatione valida.
prædicto : nam tunc sententia potest ferri sine cita-
tione,vt patet ex supradictis.
Citatio an in notorio necessaria?
Istud tamen non videtur verum per glos.singula-
rem in cap.ad nostram.3. extra.de iureiur. in verbis,
ordo iudicij obseruandus. cum similibus. quæ vult
etiam in notorio debere interuenire citationem,licèt
aliquis ordo iuris non sit necessarius, vt ibi,sed ratio
dictæ l.secundę fundatur in notorio.Igitur sententia
contra talem absentem lata , rei iudicatæ authorita-
tem non obtinebat.

De eadem re.
Ad istud primò responde,illam gl.nō esse veram,
præsertim cùm tex.illius c.ad nostram.loquatur ge-
neraliter,item quia gl.est alia in contrarium in c.ab
excommunicato.extra.de rescrip.& istud etiā voluit
Innoc.in c.ex insinuatione. extra.de appell.vbi dicit
quod in notoriis procedi potest parte non citata &
absente , per quod dictum oritur pulchra declaratio
in materia huius effectus,& pro hoc videtur tex.ex-
pressus in cap.bonæ memoriæ.extra.de elect.sed pro
horum declaratione & concordia(ne videar manus
meas in alienam segetem immittere) vide pleniùs
quàm alibi Dominū Anto. de Butrio,in repetitione
c.vestra. extra.de cohabi.cler. & mulier. in declara-
tione 4.articuli,in versic. nunquid autem notorietas
excuset à citatione? vbi latè.

Responsio authoris ad obiectionē.
Vel secundò dic,quod in illo §.quod de frumen-
taria.l.ij.ff.de administra.rer.ad ciuit. pertin. ideo ibi
non requiritur citatio , eò quod non erat solum sim-
pliciter notoriū, sed erat tale, quod nullo modo po-
terat inficiari, & contra sententiam iudicis nihil po-
tuisset opponi, quod potuisset impedire condemna-
tionem,quod non est in alio notorio: potuisset enim
aliquis , si fuisset citatus , proponere probationes &
defensiones contra notorium.ita sentit dictus Anto.
in dicto loco,& in discursu illius materiæ.

Probatio de crimine cōtra absentem contumacem necessaria.
Et pro declaratione prædictorum est summopere
aduertendum, quòd in casibus in quibus potest sen-
tentia ferri contra absentem cōtumacem, requiritur
quòd fiat probatio de crimine, sicut si præsens esset,
nec sola cōtumacia probat delictum. ita voluit Bar.
in d.l.absentem.in 2.col.per tex.in d.l.properandum.
§.j.& tex.in authen.qui semel.C.quomo.& quando
iudex.in versic.veritate perquisita.pro quo facit tex.
singularis in l. si ideò. ff. de euict. vbi notatur quod
sententia lata contra absentem , præsumitur potiùs
lata propter suam contumaciā,quàm quòd habuerit
malam causam. Et sic videtur ex his probari quali- 75
ter ipsa fuga à iudicio , non probat ipsum delictum:
de hoc tamen quando probet, vel quando non,vide
Bar.in l.admonendi.ff.de iureiu.meliùs per eundem
in lege Cornelia. ff.ad Syllanian. & aliquid per Bar.
& alios in l. in bonæ fidei. cum glos. ibi posita C. de
reb.cred.

Et vltra ea quæ ibi notat Bart. in materia fugæ,
seu absentiæ (quia materiæ huius effectus non in-
commodè istud adaptari potest) adde tres casus sin-
gulares , in quibus ratione fugæ , seu absentiæ affe-
ctatæ , nemo venit condemnandus , tanquam fuga
ipsa faceret , vel plenam, vel semiplenam probatio-
nem : cùm tamen nullam faciat , vt ex sequentibus
clarè demonstrabitur.

Fuga fugientem nō grauans.
Primus est , vbi quis aufugeret ratione alicuius
partialitatis , seu factionis in ciuitate existentis , vel
quia locus non esset securus,aut quia Officialis esset 76
nimium crudelis, vel ex similibus causis : nam tunc
talis fuga nullam suspicionem generat contra talem
fugientem , & se temere absentantem , quia cùm sit
inculpatus de homicidio,vel alio crimine,ibiq; se-
curè tamen habitare non possit , illa fuga non est
sibi imputanda. argumento tex.in c.accedens.extra.
vt lite nō contesta. vbi citatus non cogitur venire in
locum sibi non tutum,& ita in terminis decidit Bal.
Citatus nō cogitur venire in locū vbi mortis periculum est.
singulariter in l.in bonæ fidei.in penult.columna C.
de reb cred. allegat quod habetur in clemen.pasto-
ralis. de re iudic. vbi citatus non adstringitur ad ve-
niendum in locum vbi timet de mortis periculo: al-
legat etiam , quia semper in partem mitiorem est

presumendum per tex.in l.non omnes.§.à Barbaris. ff.de re milit. pro quo tex.est in l.sunt personæ. ff.de relig. l.interpretatione. ff.de pœn. c.estote. extra.de reg.iur. facit gl.singul.in iure, in l.itẽ Mela.ff.ad legẽ
Aquil.io verbo,sed si plures.quæ vult quòd si plures
77 fuerint in rixa, in qua fuit tantummodò vnum vul-
nus datum, & nescitur quis deden , omnes liberan-
tur,nec tenentur de homicidio,& fit interpretatio in
partem meliorem,quod nota perpetuo.

Arbitro quãdo non obtemperandum.

Pro hoc dicto Bal.facit id quod habetur in l.quid tamen si de pluribus.§.si intra diem.& §.sed si in aliquem locum.ff.de arbit. vbi licitum est arbitro non obtemperare, qui mandat partibus, vt conueniant in locum, noo aptum ad sententiam ferendam, ipsis partibus, etiam si vna illarum partium eò veniret, vt ibi patet.

Eiusdem cõfirmatio.

Cõfirmatur etiam per tex.notabilem in c.quamuis.io verbo,inimicitia. & c.de cætero. extra.de senten. excom.vbi patet quòd licèt precisè Papa cogat incidentes in Canonem,si quis suadente. vt veniant ad sedẽ Apostolicã,aliàs non habebunt absolutionẽ à seotẽtia excõmunicationis, tamẽ excusantur propter ioimicitias,quas habẽt in loco sedis Apostolicæ. faciunt etiam quæ habentur in l.ij.ff.si quis caut.

Extensio eiusdem.

Et istud dictum Bald.cum suis confirmationibus audeo extendere,vt procedat etiam si inimicitia habuerit ortum culpâ ipsius fugientis, vel nolẽtis comparere:nam tunc etiam dico illã fugam nullo modo contra eũ probare, ideò nolẽrem cõparere excusari.

Probatio extẽsionis.

Istud dico fretus primò diuioo auxilio, secundò fretus authoritate gl.sing. iuncto tex. in c.statutum. §.cum verò.de rescr.in 6.quæ probat hanc extensionem, cùm dicit ibi tex.quòd causa inter duos eiusdẽ diœcesis extra eã diœcesim tractari nõ debet:deinde limitant illum text.oisi ille, putà actor, non audeat intrare diœcelim, & subdit glos. ibi, putà,quia relegatus, & patet quòd ideò ibi non poterat venire, quia erat in culpa ex parte ipsius, & tamen excusatur,quod nota perpetuò.

Cõfirmatio extẽsionis.

Secundò pro hac extensione adduco text. singul. iuncta ibi gl.in l.vsuras.C.de solut. vbi licèt regulariter promittens soluere in certo loco, nõ possit per actorem cogi alibi soluere,vt habetur in l.v.& toto tit.ff.de eo quod certo loco.& §.plus. Instit.de actio. tamen illud fallit per illum text. vbi actor aliqua de causa oon potuisset venire ad locũ destinatæ solutionis:nam tũc cogitur reus alibi soluere. & gl.ibi ponit exemplum,in relegato,vel bãnito:oam cùm oon audeat venire in locũ,à quo fuit bãnitus,vel relegatus, iuxta notata in l.relegati ff.de pœn. tunc debitor eorum cogitur eis soluere in loco alio tuto & securo,& sic patet quòd ideò ei solui non poterat, quia fuerat in culpa, scilicet delinquendo, & tamen culpa sua ei non nocet : sic ergo in casu nostro dicendum est, vt inimicitia quæ prouenit culpâ ipsius fugientis, vel comparere nolentis,sibi non obsit,neque noceat.

De eadem re.

Tertiò,pro hac extẽsione adduco id,quod voluit
glos.sing.in auth.de nupt.§.j. col.4.in verbo,alia ne-
78 cessaria. nam ibi voluit tex.quod cõtrahens nuptias
incestas & nefandas,inter cætera puniatur exilio : &
si habeat filios ex tali matrimonio,substantia eius ad
eos transit, dũ tameo nutriant patrem, quia (vt vult
ibi pulchra litera)quãuis impius,& malus sit,semper
tamen pater, & quærit super hoc glo.quomodo dabuutur sibi alimenta,cùm sit bannitus ? Respondet,

Filij tenentur patrem bannitum alere.

quòd sunt ad eum mittenda : & sic non cogitur venire,cùm non possit ex causa iusta,quia exul:licèt illa causa sit ex culpa sua, tamen eum excusat, ergo idem io casu nostro.

Secus de patre pacis violatore.

Limita tamen istud de patre,quem filius tenetur alere,licèt sit bãnitus,vt nõ procedat in vno solo casu singulari,scilicet in patre violatore pacis,qui fuit bãnitus:nã eius filij non debent, nec possunt patrẽ talẽ alere:imò si faciãt,puniuntur in hoc, quia priuantur ipsa hæreditate paterna. De hoc est vnus tex.sing. in authen.de pace tenen.& eius viola §.si quis alium.in vsibus feud.quem perpetuò tene me i.

Quarto adduco, quod voluit gl.notanda in l.ij.§. pen.in verbo,simili modo. ff.si quis caut. quæ voluit quod ille qui detinetur in vinculis ex iussu Præsidis, ratione sui delicti,non tenetur ex stipulatione de iudicio sisti, & tamen istud prouenerat sua culpa, vt clarè patet: ergo idẽ in casu nostro, & pro hoc facit tex.in l.ij. C.ex quib.cau.ma.quæ voluit quòd detẽtus in vinculis iussu Presidis,vel iudicis,si cõtra eum fuerit cõntinuatum in causa,debet restitui,quod nota.

Extẽsionis alia comprobatio.

Quinto pro hac extẽsione adduco:nã omnes tex. loquentes de excusatione orta ratione inimicitiæ,loquuntur generaliter,vt patet io d.cap.de cætero.& c. quamuis ext de senten.excom. cùm ergo loquantur generaliter,debent intelligi generaliter, iuxta tex.in l.de pretio.ff.de public.cum alijs similibus. maximè cùm in vtroque sit eadem ratio, vt clarè patet.ergo idem ius debet statui,argumento l.illud.ff.ad legem Aquil.& tex.l.à Titio.ff.de verbor.oblig.

Cõfirmatio eiusdem.

Sextò,pro hac extẽsione adduco id quod in simili
sentit tex.sing.in c.veniens.extra.de sponsa. vbi quis
potest ad fauorem suũ allegare metũ sibi factũ, licèt
talis metus prouenerit culpâ ipsius qui metũ passus 79
est, cũ ibi vult text.quòd quis potest allegare ad im-
pediẽdum matrimonium metum de facto illatum,
ratione cuius tale matrimonium contraxit,licèt talis
metus prouenerit culpâ ipsius metum passi:& metus 80
procedens ex culpa sua, sibi non nocet : ergo idem
dicendum est in casu nostro.

De eadem re.

Aduerte tamen singulariter ad istud vltimum,vt
intelligatur in metu grauaminis facti (fortè iniusti
vt ibi patet ex litera illius c. secus autẽ esset in metu 81
grauaminis iuris, quia talis metus proueniens culpa
ipsius metum passi,nõ potest per eum ad vtilitatem
allegari.De hoc est tex.sing. in l.si mulier.in j.responso. ff quod met. caus. vbi si liberta, quæ ratione ingratitudiois cõmissæ contra patronũ timebat grauamẽ iuris,scilicet ne in seruitutẽ denuò redigeretur.& ratione illius metus aliquid dederit ipsi patrono,ne in seruitutẽ reuocaretur, nõ potest se iuuare ex titulo quod met. caus.sed illud iuste & irreuocabiliter remanet apud patronũ, & talis metus iuris,proueniens ex culpa ipsius qui metũ patitur,nullo modo potest per ipsum patientem metum, ad eius fauorem allegari,quod nota perpetuò.

Oppositio contra extensionem.

Contra tamen hanc extensionem ita declaratam,
inueni glos.singularem in c.vt debitus.in verbo, etsi
minus rationabili. extra.de appel.quæ vult expressè, 82
quòd ego non possum recusare iudicẽ pro suspecto,
quãdo talis suspicio prouenit ex culpa mea,& videtur supradicta vana & superflua : maximè quãdo istã gl.sequitur ibi Io.And. cuius summa est authoritas: ideò videretur illa opinio sequenda, argum.tex.in l. Labeo.§.fi.ff.de supell.lega.vbi authoritas alicuius est in

est in magna consideratione, pro quo bene facit tex. in c.nisi essent.extra.de præben.præsertim eius quod in simili notauit pulchre Iacob.Brittca. in l.vnica.C. qui pro sua iurisd. vbi loquēs de Accursio glossatore iuris ciuilis, dixit quòd vbicumque aliquis Doctor etiam solus adhæret opinioni glossæ, semper cēsetur illa opinio communis, & per consequens sequenda, vt voluit tex.in l j.circa medium. ff.de offi.Quæsto.

Responsio per authorem.

Non obstante tamē illa glossa, tu tene prædictam extēsionem pro veriori, & ad illam glossam responde, post Anto.de Butrio, & Abbatem eum referentem in d. cap. vt debitus. dum ibi vult non esse curandum, vnde proueniat suspicio, dummodo aliàs iudex sit legitimæ parti suspectus, nec secundum eius videtur glossa sentire contrarium, sed tantummodò loquitur in casu istius capituli, scilicet quando talis pars, quę remittebatur ad iudicem, à quo appellauerat sine causa, allegabat suspicionē iudicis, eò q irrationabiliter prouocauerat, & timebat propterea ne iudex esset sibi infestus. Cū ergo illa causa non est sufficiens ad recusandum iudicem pro suspecto, quia nō præsumitur iudicem discretū ad iram prouocari ratione leui & malæ appellationis, igitur non obstat supradicta glossa.

Alia rursus responsio ad oppositionē cōtra extensionē.

Et per supradictam solutionem patet illam glossam non obstare quoque prædictæ extensioni, cum etiam voluerit Abbas in d.c. vt debitus. quòd si habeat aliquis iudicem suspectum, eò quòd appellauit iniquè, & malè ab eius sententia, si ratione illius appellationis iudex eum minatus fuerit, tunc potest ista pars allegare & recusare talem iudicem, tāquam suspectū, & talis causa suspicionis prouenerat principaliter, & ab origine ratione culpæ existentis in malè appellando à sententia iudicis, & istud est, quia illa causa est sufficiens ad suspicionem inducendam, quod nota perpetuò.

Obiectio ex argumento Io.Andr.

Nec obstat argumentum, in quo se fundabat Io. And. in d.c.vt debitus. vbi tacitè volebat glos. illius c.esse veram, eo quòd nemini debet sua culpa, vel dolus prodesse, in quantum allegabat tex. l. itaque. ff. de furt. vbi fur non potest actione furti agere, quia non debet suum crimen sibi patrocinari, pro quo
83 bonus tex.in l.si ab hostibus. §.j. ff.solut.matri.vbi si debeat maritus per mortem suæ vxoris lucrari suam dotem, tunc eam interficiendo, non lucrabitur: imò perdet eam, quia dolus suus nulli debet esse lucrosus, vt etiam sentit tex.in c.aduersus.extra.de immunit. Eccl. & pro his facit quod notatur in l. siue hæreditaria. ff.de neg.gest. vbi notatur quòd ex eo, ex quo quis debet pœnā incurrere, nō debet consequi commodum, vbi licèt gestor possit consequi æstimationem eorum quæ gessit, si ea consumpta sunt, tamen secus est, si sint consumpta ex sua culpa, vt ibi.

Responsio ad tertium argumentum.

Sed ad istud argumentū respōdeo, soluēdo, quòd regula volēs neminem ex sua culpa debere cōsequi commodum, intelligatur quando talis culpa erat ordinata, vt loquuntur prædicta. Et hanc solutionem sentit gl.sing.in c.statutum.§. [illegible]um verò.in verbo, nō audens. iuncto tex.de rescript.in 6 cum ibi relegatus ratione sui delicti, consequatur cōmodum, vt possit conuenire reum, etiam in locum distantem vltra duas dietas à diœcesi, quod tamen alteri non permitteretur. Et ratio est, quare illa culpa sibi prodest, eò quòd non fuit principaliter ordinata ad consequendum illud commodum, vt clarè patet. Igitur & hæc

Probatio eiusdem solutionis argumenti.

eadem solutio potest probari, ex d.l. vsuras. cum gl. C.de solut. & ex omnibus aliis legibus suprà allegatis, pro cōfirmatione extēsionis, quod nota perpetuò.

Limitatio ad extēsionem prædictam.

Vnde ex istis singulariter inferri potest, quòd vbi ipsa inimicitia, propter quam pars aufugit, vel non audet venire in locum iudicij, fuisset principaliter ordinata, & facta occasione ipsius commodi (scilicet fugæ) consequendi, tunc quòd illa fuga bene faceret aliqualem probationem cōtra fugientem, & pro hoc oritur singularis limitatio ad prædictā extensionem, pro qua adduco id, q in simili voluit Bal. singulariter in l.si quis testibus.in vlt.col.C.de testib. vbi decidit quòd si debitor alicuius, qui nō poterat probari esse debitor, nisi per duos testes, videns se in proximum debere conueniri a suo creditore, tunc illos accusauerit crimine capitali, vel cum illis rixatus est, ita vt ex eo tempore fuerint effecti capitales inimici, tunc
talis inimicitia non debet prodesse ipsi culposo, imò 84
probata illa malitia poterunt tales contra eum testificari, quia tunc illa inimicitia fuit ordinata principaliter ad tale commodum consequendum. Idem ergo etiā in casu nostro potest dici, si in tempore, quo debebam conueniri, ego contraxi inimicitias capitales, propter quas ego postea aufugero, tūc talis fuga potest cōtra me facere aliqualē probationē, quod nota.

Fuga cōtra debitorem probans.

Et pro hac vltima declaratione, facit illud quod in simili notatur in §.item si quis in fraudem. Insti.de actio. & quod habetur toto titu. ff. quæ in frau. credi. & §.idémque iuris. Instit.quib.ex caus.ma.non licet. vbi ad hoc vt creditores possint reuocare alienationem factam per debitorem inter viuos, requiritur debitorem habuisse animum ordinatum regulariter ad defraudandū ipsos creditores, ita quòd solus euentus non sufficeret, & ille animus defraudandi sibi nocet, vbi tamen nō noceret ipse euentus: sic ergo idem in casu nostro, ipse animus, & dolus existens in illo qui quærit inimicitias, plus sibi nocet, quàm ipsa sola inimicitia, quod est singulare, ideò notandum.

Animus defraudādi plus nocet, quàm ipse euentus.

Et ratio diuersitatis inter hos duos casus esse potest: nā illū, qui causat inimicitias ad hūc finem, vt ex eis aliquod cōmodum consequatur, apparet esse in dolo, sed ille qui habet & causat inimicitias, nullo habito respectu, ad consequendū aliquod cōmodum, nō est in vero dolo, sed tātūmodò in culpa. Nō est ergo mirandū si ipse dolus debeat plus nocere, quā ipsa culpa, cū sit grauius delictū. & ideò grauiùs puniendum, iuxta tex.l in l. Cornelia. ff. ad l. Corn. de sicar. & per tex. in l. respiciēdum. ff. de pœn. & per tex. in c. nō afferamus. in fi. 24. q. 1. cum similibus, quod nota.

Differentia ratio, cur animus fraudandi plus puniatur, ipso euentu.

Et q causans inimicitias nullo habito respectu ad aliquod cōmodum, dicatur solùm in culpa, & nō in dolo, probo subtili quadā ratione: nā talis, inimicus effectus est, aut propter rixā, aut propter verbera, vel
aliā ob causam, & potuit forsitā ille habere iustā cau- 85
sam pugnādi: imò etiā si ad minus habuisset causam aliquam, licèt iniustā, tamen adhuc debet excusari à dolo, per id q voluit gl.sing.in l plagij. C. ad l. Fabiā. de plagia. quæ vult quòd quælibet causa, etiā iniusta, excuset quē à dolo. idem gl. & Doct. in l j. ff. de abig. pro quo est bonus tex. in l. igitur. ff. de lib. causa. facit etiā gl.sing. in l. vnica. §. fi. ff. si quis ius dic. nō obtem. quæ sentit quòd quælibet causa, etiā iniusta, excusat quem à contumacia, igitur & multò magis à dolo excusabit, q tamen non est in aliquo casu, cu ipse ex propria malitia cōtraxerit tales inimicitias, q nota.

Probatio eiusdem.

Et per ſupradicta ſit expeditus meliùs,quàm alibi iſte caſus, in quo fuga nullam facit probationem, nec iudicium contra fugientem, quod vide.

Fuga, vel abſentia quando fugientis, vel ſe abſentāti non præiudicet.

Alius caſus,in quo ipſa abſentia ſiue fuga nullum
parit præiudicium ſe abſentāti, vel fugiēti eſt,quan-
do aliquis aufugit , ſi poſtea citatus non diſtulit ve-
nire, imò illicò talis reuerſus eſt : nam tunc illa fuga
nullum etiam præiudicium facit contra ipſum fu-
gientem. Iſtud eſt dictum ſingulare Bar. in l.quis ſit
fugitiuus.§ j.per tex.ibi.ff.de ædil edict. & ratio hu-
ius eſt,quia ille non videtur habere animū fugiendi,
qui aliquo momento ſolùm ſe abſentat , vt eſt tex.l.
ſi quis ita legauerit.ff.de conditio. & demonſtra. vbi
86 voluit Bal. in l.j.C.de ſeruis fugi. in 1.col. quòd qui
exiuit de carcere animo redeundi,ſi citò redeat,non
dicitur exiuiſſe,& propterea voluit ſingulariter Bal.
in l.j.in 2.col. C.de ædilit.actio. quòd ſi cuſtos carce-
rum dimiſit exire carceratum , vt iret ad Miſſam
audiendam,vel ſua vota facienda in aliqua Eccleſia,
tunc ſi reuertatur ille , non dicitur aufugiſſe. Cum
ergo tales non dicantur fugiſſe , clarum eſt illos re-
manere impunitos,tanquā omni ſuſpicione vacuos.

Scholaris breui tempore à ſtudio ſe abſentans.

Et pro iſtis facit id quod pulchre declarat Bar.in
l.aut facta.§.tempus. in princ. ff.de pœn. vbi decidit
ſcholarem(qui certo tempore ſe abſentauit à ſtudio,
dummodò tale tempus fuerit breue)non deſinere
nihilominus , eſſe ſcholarem,quaſi ſentiat ibi, talem
non propriè ſe abſentaſſe: ſubiiciens ibi tacitè vnum
86 ſingulare,quod quoad hoc,vt dicatur reuerſus fuiſſe
ſcholaris breui tempore , ſufficeret illū reuerti ante
quinquennium à die receſſus:aliàs ſi poſt quinquen-
nium rediret , ampliùs non haberetur pro ſcholari,
imò ſi vellet reputari ſcholaris , deberet iterum in
matricula poni, quod non eſſet, ſi reuerteretur ante
quinquennium , quia non eſt opus noua matricula.
De hoc allegat tex.notandum in l.ij.C.de primicer.
& l.tertia.C.de domeſti.& protector lib.12. Aduerte
tamen incidenter, ſecundum Bart.in dict.§.tempus.
quòd ſi aliquis ſcholaris poſt receſſum aſſumit ali-
quod exercitium,putà quia eſt Aduocatus,vel aſſeſ-
ſor, tunc etiam ante quinquēnium deſinit eſſe ſcho-
laris, & à matricula eſt deponendus, per tex. in l.le-
gatis ſeruis.§.ſi ex officio.ff.de leg.3.

Scholaris poſt receſſū à ſtudio fungens officio. deſinit eſſe ſcholaris.

Aduerte ſecundò incidenter , ſecundum Bar.ibi, inquantum ſentit reuertentem poſt quinquennium debere iterum matriculari,quòd ſi ſolitum erat aliquid ſolui pro matricula , iſte qui reuertitur non tenetur iterum ſoluere, vt vult tex.ſingularis in l.pen. C.de Conſ.li. 12. quòd perpetuò nota pro ſingulari.

Eiuſdē probatio de fuga.

Pro ſupradictis facit etiam id quod voluit tex. §. pauonum.Inſtit.de rerum diuiſ. in fi.vbi patet quòd quoad retentionem noſtri animalis, idem eſt ſi illud aufugiat cum animo reuertendi,vel ſi apud domum maneat,poſtea declarat ibi pulchra litera,quòd talia animalia dicuntur habere animum reuertendi. Et iſtud fit maximè , quando in loca remota fugiunt talia animalia,vnde ex his patet, quod ſentit ille tex. idem eſſe aliquem non fugere,vel fugere, & immediatè reuerti, quod nota.

De eadem re.

Confirmatur quartò dictum Bar.per tex. iuncta gloſ.in l.iij. §.emanſor. & l.qui cum vno. §.edicta.ff. de re milit. vbi miles ille qui ſe abſentauit , ſi tamen poſt breue tempus reuertatur , talis non eſt computandus inter deſertores,ita ibi patet,quod nota.

Quintò confirmatur prædictus caſus per text. notabilem in c.diuortium. de pœn. diſtinct. prima. vbi voluit tex. quòd ſi diuortium fuerit factum calore iracundiæ , & immediatè reconciliatum , tunc eſt ac ſi nunquam fuiſſet factum diuortium. idem patet in l diuortium. ff. de diuort. bonus tex.in l.vir mulieri.ff.de donat.inter virum & vxorem.& tex.in l.plerique.ff.de rit.nup. cum aliis ſimilibus.

Diuortium immediatè reconciliatum.

Finaliter pro hoc allego gloſſam ſingul.in l.fin.in
verbo,filio nepotes.ff.de condit.inſti.quæ vult,quòd
licèt quidquid acquirit filius, acquiratur patri , vt
patet in l placet.ff.de acquir.hæred. tamen illud non
procedit , vbi filius aliquid acquireret tempore quo
pater eſſet in articulo mortis: nam tunc, ſi filius ali-
quid acquirat tempore quo iam eſt in ſtatu mortis,
illud non acquiritur patri,quia cùm deberet imme-
diatè per mortem eius in filios tale acquiſitum redi-
re: ideo ius voluit, propter tam breue tempus, illud
per ipſos filios ſemper continuari,quaſi idem videa-
tur eſſe quod alicui acquiratur aliquid , quod de 87
breui apud eum non eſt remanſurum,vel quod non
acquiratur, & de hoc eſt vnus tex. ſingul.in l.fi. §.in
ſeruis.C de bonis quæ liber.iuncta ratione illius tex.

Filius in mortis articulo patris quid acquirēs, ſibi acquirat.

C[illegible]rmatio de fuga.

Vltimo , pro iſto caſu in quo fuga nullo modo
probat, facit tex.c.præſenti.de præben.in 6.& regula
vulgata , quòd ea quæ incontinenti fiunt, habentur
pro ineſſe , l.lecta. ff.ſi cer.pet. l. in bonæ fidei. C.de
pact.& quod habetur in l.j.ff.de verb.obli.ita ergo in
caſu noſtro,quando aliquis ſe abſentauit,& illicò re-
uertitur ,eſt ac ſi nunquam ſe abſentaſſet , cùm iſta
reuerſio breuis faciat actum præſumi ſemper conti
nuatum ,& fugam nunquam fuiſſe factā,quod nota.

De eadem re.

Tertius caſus in quo fuga nullam facit probatio
nem,nec aliquod iudicium eſt,quando aliquis aufu- 88
geret & ſe abſentaret poſt inquiſitionem , vel accu-
ſationem de eo factam , de delicto ex quo veniret
pœna ſanguinis imponenda: quia tunc fuga nullam
inducit præſumptionem.Iſtud expreſsè & ſingulari-
ter decidit Bar. in l.j. per illum tex. ff.de his qui ſibi
mort. conſciuer. nam ibi dicit tex. quòd in his quæ
tangunt ſanguinis redemptionem , licitum eſt cuili-
bet, qualitercunque voluerit,ſuum ſanguinem redi-
mere , & ſic nullo modo præſumitur contra talem,
iuxta tex.in l.tranſigere.C.de tranſact.& de hoc di-
cto Bar.exclamat Ludo.Roman.in l.admonendi.ff.
de iureiur.& poſt eum moderni.

Amp[illegible] [illegible]

Et amplia iſtud dictum Bar.vt procedat etiā poſt libellum,vel accuſationem comminatam, licet nondum ad effectum deductā.Ita volūt omnes moderni in d.l.admonendi.argumento eorum quæ habentur in l.miles.§.j.ff.ad l.Iul.de adul. & pro eis adduco,id quod ſentit tex.ſingularis l.nouiſſimè.verſi.quod ait Prætor.ff.quod falſ. tuto.vbi patet melius quam alibi, quod idem operatur timor ipſius grauaminis, quod ipſum grauamen,cùm ibi dicit tex.ille qui falso tanquam tutor dedit pupillo, aut in contrahendo ſi fuit compulſus , aut niſi feciſſet volens, coacte feciſſet, tunc excuſatur,vt ibi.

[illegible] timor [illegible] quod operatur

Comminationis belli effectus.

Et pro hoc facit dictum allegans Pet.de Ancha.in ſuo conſilio 87. vbi voluit quod ſicut emens paſſagium durante guerra,poteſt impetrare mercedis remiſsionem,ita vbi eſt futurum bellū iam fortè comminatum,ratione cuius homines nolunt (quia tutò non poſſunt) itinera frequentare. & ibi ipſe adducit illud Senecæ in ſuis tragœdiis,

Peior eſt bello,timor ipſe belli.

Tertiò

Ampliationis confirmatio.

Tertiò adduco pro confirmatione prædictæ ampliationis modernorum text.ad hoc solennem. in c. primo.in verbo,timentes grauari.ext.de dilat.quem ad hoc ibi pondetat Andr. Barba.vt per illum text. idem dicẽdum sit de ipso timore grauaminis, quod de grauamine.

Comprobatio eiusdẽ.

Quartò adduco id quod notatur pulchre in l. iij. §.qui armati.ff.de vi & vi ar. vbi idem operatur timor, siue terror ipsorum armorum, quantum ipsa arma.pro quo etiam tex.l. primæ.§. idem Labeo.eodem titu. vbi ausugiens ex turba veniente ad eum, dicitur vi deiectus,licèt nondum venisset talis turba.

Timor futuri grauaminis.

Quintò adduco tex.singularem in l.si pater.C.de cessi.bon. vbi habetur quod timore futuri grauaminis possum habere recursum ad superiorem,vt illud inhibeat,quod est singulare.

Declaratio authoris ad ampliationem prædictam.

Crederem tamen supradictam ampliationem, cũ suis declarationibus procedere, vbi iusta causa esset adimplendi,id quod timor grauaminis inducebat, aliàs autem secus esset,exemplum autem esse potest, in eo qui accusabatur à quodam vili & parũ honesto: nam tunc si accusatus erat potens & diues, ab omnibus etiam honoratus,tunc si ratione ipsius accusationis factæ per personam vilẽ aufugeret, crederem posse dici talem fugam inducere aliqualẽ præsumptionem,contra fugientẽ,& pro hoc ego allego tex. singularem ad hoc ibi ponderatum articulo primo. per Andr.Barba.qui sentit quòd ita demum excusat timor grauaminis,quando erat iustus & sufficiens, cùm ibi dicit tex.cò quòd reus fuerat grauatus à prima citatione nimis breui & peremptoria, ideò timet verisimiliter grauari in futurum, & erat causa iusta futuri grauaminis.& sentit text.quòd si fuisset iniusta,ille timor non excusasset eum.& pro hoc faciunt ea quæ volunt moderni.in d.l. admonendi. in materia fugæ,quod licet fuga facta post accusationẽ,nihil probet,tamen fallit,quando erant alia iudicia contra ipsum fugientem,quod nota.

Fuga post accusationẽ,quandoque probat.

Et pro hoc adduco,id quod voluit litera pulchra, l.item si res.in §.non tamen.ff.de alie.iud.mutan.cau. fac.quæ vult quod raro audent pauperes, & minùs rixosi contendere cum diuitibus, & istud sentit etiã tex.l.iij.in principio.ff.eod.vbi vult tex.quod potentioribus pares esse nõ possumus.facit etiam pro istis. Nam non est præsumendum virum magnanimum aufugisse,ratione personæ vilis,vt sentit Bart. in l.vt vim.§.fi.ff.de iusti. & iur. Et per ista sint expediti isti tres casus singulares, & multùm vtiles, & sæpe venientes in facti contingentia pro saluatione amicorũ, quæ nota.

Iuramẽtũ solũ.probãs de furtis officialiũ fugientium.

Adde tamen in hac materia fugæ, siue absentiæ vnum dictum singulare, quòd in vno casu, ex solo iuramento partis aduersæ,cõdemnatur aduersarius, scilicet in iudice, vel officiali fugiente infra tempus syndicatus: nam contra talem admittitur probatio de barataris,& furtis per solum iuramentum.de hoc est vna gloss.singularis in §.necessitatem.in authentic. vt iudi. sine quoque suffrag.fiant.in verbo,ostenditur.quæ etiam sentit aliud singulare & perpetuò notandum,quod in illo casu ipsi testes, etiam singulares,plenè probant,quod quidem nota perpetuò.

Idẽ de testibus singularibus.

In hoc tamen nota, quòd contra officiales, aliàs non fugientes,non admittitur probatio de baratariis & furtis,etiam per iuramentum,cum semiplena probatione.De hoc est casus singularis l.fi. versi.nota testimonia.& ibi Bald.& Ang.C.vbi de rat.agi oport.

Fuga effractis carceribus,cõtra aliquẽ plenè probat.

Consequenter aduerte,ad id quod supra dixi, de fugiente post accusationem,vt illa fuga nullum iudicium faciat contra eum,vt illud procedat,nisi fuga esset effractis ostiis,& carceribus:nam tunc talis punitur,ac si contra eum plenè probatum fuisset facta de delicto,propter quod ipse erat in carcere positus. De hoc est tex.singularis, & ibi glo.& expresse Bar. in l.in eos.ff.de custo.reorum quod nota.

Absentia famuli quando plene probet.

Adde etiam alium casum, in quo absentia plenè probat,scilicet in famulo qui aufugit à domo alicuius: nam si reperiantur res eius subreptæ,tunc inducitur grandis præsumptio contra eum,vt dicatur talis fugiens illas res abstraxisse. De hoc est vna gloss. singularis in §.si verò etiamquidem.in authen.de introduct.reis col.5.

Sententia quãdo tertio nõ præiudicet.

Postremo(ne longior videar)nota pro expeditione huius effectus,cum sua materia, in casibus prædictis, in quibus dixi sententiam posse ferri contra absentem,sententiam tamen illã tertio non posse præiudicare.De hoc est tex.notandus in l. quæ tepudiantis.§.fi.ff.de inoffi.testa.& l.si perlusorio iudicio. ff.de appella.& l præsens.C.de pignor. Vnde si Princeps ferret sententiam contra absentem, illa nõ præiudicaret tertio,licèt aliàs secus argumento tex.in l. fi.C.de legib.& istud decidit Matthæus Matthesilanus,in suis singularibus.singulari 27.incipiẽte. Nota regulam,quod in omnibus.

Vnus ex Procuratoribus litem contestãs, aliis cũ eo constitutis præfertur.

Decimus quintus effectus litis contestationis est, quia ea facta per vnum ex pluribus Procuratoribus constitutis,semel in solidum,clauditur via aliis, qui fuerunt constituti cum illo litem contestãte. De hoc est tex.notabilis in l.pluribus cum gloss.ff.de Procu. in verbo,petiit.quod quidem verificatur per litis cõtestationem, vt patet in l.amplius non peti.ff.rem ra. hab.& suprà latè dictum est in 6.effectu.

Effectus litis cõtestationis ratio.

Et ratio huius effectus est, quia per litis contestationem dominus litis quis efficitur, vt habetur in l. post litem.ff.de Procura.& latiùs suprà dixi in 7. effectu. & hanc rationem ad hunc effectum dat text. expressus c.si duo.de Procur.in 6.

Eiusdẽ effectus restrictio.

Sed limita hunc effectum,nisi dictum esset, quòd non fieret melior conditio occupantis: nam tunc illo Procuratore litem contestante, non præcluditur totaliter via alteri,sed eo, aliqua ratione, impedito, putà,absentia,vel morbo,vel etiam,si morte præuẽtus fuerit,tunc alter poterit in locum illius subrogari. De hoc est tex.notãdus in d.c.si duo.§. primo.quod nota perpetuò.

Eiusdẽ restrictio altera.

Limita secundò,vt istud non procedat,vbi plures cõstituti essent Procuratores simpliciter,nõ adiecto, quòd in solidum:nam tunc non occupatur tale officium,per litis contestationem,imo quilibet pro parte debet se immiscere. De hoc est glo.notabilis in dicta l.pluribus.& etiam tex. expressus in d.c.si duo.in primo responso,de quo c.meminit Bar.in d. l. pluribus.& de eo vide ibi per eum.

Limitationis eiusdẽ cõfirmatio.

Et pro confirmatione huius limitationis facit bonus tex.in l. reos. §. cum tabulis. ff. de duobus reis. quæ solet allegari quod semper in dubio præsumatur obligantes se obligare pro parte,& non in solidũ. & propterea voluit tex. l. legatorum.ff.de lega.secundo quod hæredes adeuntes hæreditatem, videantur tacite se obligare in parte,scilicet hæreditaria & idẽ habetur in l.prima.cum aliis seq.C.de iure delib.

Limitatio eius restrictio.

Istud tamen non procederet, si natura rei obligatæ illud nõ pateretur, putà quia esset indiuidua, de quo vide l.33.§.ex his igitur.ff.de verb.oblig.

Amplior limitationis declaratio.

Limita tamē prædictam limitationem, volentem quòd in dubio constitutio Procuratoris, intelligatur facta pro parte, & nõ in solidum, & idem in casu suo, & similibus, scilicet quando mandatur vnum negotium particulare, vel plura particularia, secus autem si mandaretur vnum negotium vniuersale. De hoc est bonus tex. in l.prima.§.si plures, & ibi latè Bart. in sua repetitio.ff.de exercit. istud vult etiā idem Bart. in d.l.pluribus.

Differētia ratio inter negotium particulare vel vniuersale mādatum.

Ratio diuersitatis datur pulchre per Bar. in d.§.si plures. scilicet quia his, quibus mandatur negotium vniuersale, videtur concedi plurimum, & quodammodo in eos transferri plena administratio, ita quod nomine eorum (ratione officij) contrahunt, vt habetur in l.fi.ff.de insti. quod non est in alijs negotijs particularibus, sicut in Procuratore, in quem non transfertur ius tam plenum, præsertim cùm nomine domini contrahat, & non videtur ordinarius administrator, item nec directè dominum obligat. l. Iulianus.§.si Procurator.ff.de actionib.empt.& vend.

Ratio eiusdem diuersitatis cōprobatur.

Pro hac ratione diuersitatis, facit id quod in simili dicitur de iurisdictione: nam illa, quæ est ordinaria, competit cuilibet in solidum. l. prima. ff. de offi. Proconsul. secus autem est, in iurisdictione delegata. l.duo ex tribus.ff.de re iudic.cū similibus. Ratio autem horum eadem est eum præcedente, quia in primo casu competit quædam iurisdictio vniuersalis & iure proprio. l.more.cum l.seq. ff. de iurisdic. omnium iudic. quod non est in delegata, iuxta l.primā.§.fi.ff.de offi.eius cui mandat.est iurisdic. & iuxta ea quæ habētur in c.prætereà.ext.de offic.delegat.

Et quòd ista æquiparatio sit bona, probat Bart. in d.§.si plures. in duobus scilicet, in modo constituendi, & in effectu iam constituti, de quo vide ibi per eū.

Primus occupās, aliū substituēs, altero occupationē aufert.

Aduerte tamen ad id quod dictū fuit in prima limitatione, vt per hanc clausulam appositam in constitutione Procuratoria, quòd non sit melior conditio occupātis, tunc secūdus, cessante primo, admittatur, illud non procedere, vbi ille primus occupans, alium substituit, cùm tunc illa substitutio auferat alteri occupationem. ita voluit pulcher tex. in dicto c.

89 si duo. ex quo nouiter infero pulchrā ampliationem, ad ea quæ habentur in c. primo. de Procur in 6. vbi Procurator facta litis cōtestatione, potest alium substituere, vt procedat etiam in præiudicium tertij volentis admitti etiam debito ordine ad Procurationē, quod nota.

Eiusdē assignata ratio.

Ratio autem, quare talis substitutus præfertur, est, quia ille substitutus repræsentat personā substituentis, ita quòd honor debitus alicui, debetur etiam substituto illius. De hoc est casus singularis in c. præcipi-

90 mus.93.distinc. qui tex. aliud singulare probat, quòd si aliquis præsumptuosè se ingerat in gradum, & ordinem alterius, debet illo priuari, & vltimus omniū constitui, quod nota perpetuò, & pro prædictis facit quod habetur in l.fi.eum § qui iniuriarum. ff. si quis caut. vbi subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, quod nota.

Substitutus quando excludatur cōditiōe ex post facto impleta.

Adde incidenter pro expeditione huius effectus, vnum singulare, quòd si aliquis constituerit Gaium Procuratorem suum, & si nollet, substituerit Titiū, si ipse Gaius acceptauit, deinde ex causa renuntiauerit, ipse substitutus non admittetur. De hoc ponderatur text. singularis in l.penu. ff. de testa.tutela. vbi si Titius fuit tutor substitutus, & si nō viueret, Gaius substituebatur, si Titius se immiscuerit, deinde ille moriatur, non admittetur ille secundus. ita ergo in casu nostro, quod est singulare, & istud decidit Ludo. Roma. in suis singularibus.

De eodem, in substitutionibus vulgaribus.

Et pro hoc dicto adduco illud, quod in simili dicitur de substitutionibus vulgaribus, quæ expirant adita ipsa hæreditate, putà si dicam, si talis non sit, vel nolit esse hæres, Gaium ei substituo: nam adeunte primo, licèt posteà moriente, secundus non admittetur, vt patet ex dispositione eorum quæ habentur toto titu.de vulga.substitu.

Et ex isto dicto singulari infero nouiter, quòd licèt facta (immediatè tamen reuocata) habeantur pro infectis, fictione quadam iuris, sicut in fugiente qui immediatè reuertitur, iuxta l.si quis ita.ff. de cōdi. & 91

Officiū Procuratoris immediatè renūciatū.

demonst. Dixi latiùs in fine prosequutionis decimiquarti effectus, tamen illud non procedit in casu nostro, quia licèt aliquis immediatè, suscepto officio Procuratoris, renuntiet, non tamen est, ac si nunquā habuisset officium, vt patet ex supradictis.

Differētia ratio inter cōditiones adimplendas, & renūtiatione factā post susceptionē. 92

Ratio specialitatis, in hoc casu, & noua potest esse, quia conditio semper debet adimpleri verè, & propriè, & in forma specifica. vt habetur in l.qui hæredi. ff. de condi. & demon. vbi grauatus per viam conditionis ad dandum decem hæredi, qui quidem erat seruus, dando domino eius, non liberatur, licèt quoad fictionem iuris idem videatur, cùm quicquid acquirit seruus, transeat in dominum: ita etiam in casu nostro, cùm iste secundus erat factus Procurator, ea tamen lege, & conditione, si alter nollet, & ille propriè dicitur, nullo modo velle, qui nunquam vult sibi acquirere, ideò ad hoc vt admittatur ille secūdus, oportet illam condicionem adimpleri propriè, & sine fictione: & quantum ad casum nostrum, illa renuntiatio facta post susceptionem non facit, vt idem sit, ac si nunquam acquisiuisset, & in hoc cogita latiùs: quia mihi nouum est.

C[illegible] Proc[illegible] de duobus eadem die innalida

Finaliter, pro expeditione huius effectus, nota vnum singulare, quòd si constituantur duo Procuratores eadem die, & nō appareat de eorum prioritate, tunc neutra constitutionum tenet. De hoc e[st] gloss.sing. in c. si quis iusto impedimento. in prima glossa. de elec. in 6. de qua meminit ipse Ludo. Romanus in suis singularibus, singulari 261. incipiente,

Tu habes. quod nota pro singulari egregio. Aduerte 93 tamen secus esse in duobus testamentis factis eadem die, de quorum prioritate dubitatur: nam possessor hæreditatis ex altero testamentorum præfertur, vt voluit Bar. singulariter in l. prima. ff. de bon. possess. secund.tabul. & gl. peregrina in c. duobus. de rescr. in 6. & istud operatur commodum possessionis, vt ibi sentit Bar. pro quo facit quod vult glo.singu. in c. nulli.11.q.5. quæ ponit vnum singulare commodum

Possessionis commod[um].

possessionis, scilicet quòd si dubitetur de acquisitione bonorū clerici, an sit ex bonis Ecclesiæ, vel non, in dubio præfertur Episcopus in possessiōe, quod nota.

Procuratoris officium inhonestum & vile.

Et quia iam in duobus effectibus naturam Procuratorum competenter attigimus, aduerte quòd officium Procuratoris est vile, nec honestum. ita sentit tex.§.fi. Insti.de excep. vbi expressè vult text. infamē posse esse Procuratorem, quod tamen limita singulariter nō procedere in illo qui vellet esse Procurator 94

in con

in consistorio Principis: nam tunc nō admitteretur, si esset infamis. De hoc ponderatur singulariter vnus tex. l. sed & milites. circa medium. in versic. quia ingredi vrbem eis non licet. ff. de excusat. tuto. pro hoc etiam tex. solēnis in l. quod ait. versi. ignominiæ causa missus. ff. de his qui notāt. insa. vbi sentit tex. quòd non decet infamem morari in loco vbi est imperator, quod nota perpetuò ad declarationem d. §. fin. & per hoc sit effectus iste expeditus.

Cōfusio nō fit, vbi litis contestatio facta est. Decimussextus effectus litis cōtestationis est iste, quia per litis contestationem factam cum accessoria obligatione, impeditur eiusdem cōfusio, licet illa postea concurrat cum principali obligatione. De hoc est vnus text. singularis in l. seruus. ff. de his qui not. insa. qui ita illud probat subtiliter: nam dicit ibi tex. quòd contra dominum actum fuerat actione noxali, & ante litem finitam, moriente domino, institutus fuit ille seruus, qui delictum vel noxam commiserat, quo domino mortuo, fuit cōdēnatus iste seruus, qui est effectus hæres, & liber, certè ratione illius condemnationis, non efficitur famosus, quia non fuit condēnatus suo nomine. Nec obstat secundùm subtilem mētem tex. iuncta gl. si dicatur, quòd cùm ipsa principalis obligatio, qua tenebatur ratione noxæ cō misse, nunc concurrat cū accessoria, scilicet ipsius domini, ergo videbatur dicendum accessoriam debere extingui, tamen ideò ibi non extinguitur, quia iam erat lis ipsa contestata contra defunctum, vt ibi sentit tex. in fine. quod nota pro singulari.

Obligatio fideiussoria concurrens cū principali. Et per hoc limitatur bonus tex in l. generaliter. ff. de fideiussor. vbi concurrente ipsa obligatione principali, cum ipsa obligatione accessoria, tūc extinguitur ipsa accessoria, quasi sit quodammodo obfuscata radiis ipsius principalis obligatiōis. Et per supradicta inferunt ibi Bal. & Ang. quòd licèt obligatio fideiussoria cōcurrens cum principali extinguatur, vt in d. l. generaliter. tamen illud non procedit, quando iam fuisset facta litis contestatio cum ipsa obligatione fideiussoria. argu. d. l. seruus. & sic pulchre declaratur d. l. generaliter. & de hoc dicto meminit Franc. de Are. in l. si reus promittendi. ff. de duobus reis. quod nota, quia nouum in hac materia, & singularissimū.

De eadem re. Adde etiam incidenter alium casum singularem, in quo ipsa obligatio fideiussoria concurrens cum principali non extinguitur, scilicet quādo ipsa obligatio principalis erat minus efficax quàm obligatio accessoria: nam tunc non extinguitur accessoria, per concurrentiam principalis obligationis. De hoc est tex. notādus in l. hæres à debitore. versic. quod si hic seruus ff. de fideiusso. vbi si obligatus tantùm naturaliter, succedat obligato ciuiliter, & naturaliter, scilicet fideiussori, non tollitur ratione concursus ipsa obligatio fideiussoria per principalem, quia illa principalis erat inutilis.

Obligatio accessoria magis efficax, quā principalis. Et ratio huius est, quia per hoc fieret cōditio creditoris deterior, scilicet si extingueretur ipsa accessoria efficax, per principalem inutilem, quod esse non debet, cùm id quod inductum est ad augmentum, nō debeat operari diminutionem, iuxta bonum tex. l. frustra. C. de sent. pass. cū similibus. sed sic est quòd obligationem fideiussoriā accepi, vt mihi securiùs, & tutiùs consulerem esset: ideò illud non debet operari contrarium effectum, quod esset, si tolleretur accessoria efficax per principalem inutilem, quia cùm poteram priùs conuenire fideiussorem, ex sua obligatione, nunc ego non possem si extingueretur per successionē ipsa fideiussoria, vt patet clare, quod nota.

Et per hoc facit, quod ea quæ sunt inducta in fauorem nostrum non debeant in odium nostrum retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. & quod voluit Bald. in l. si Rufinus. C. de testa. mili. sed sic est quòd ista datio fideiussoria data fuit in fauorē meum, ideò non debet mihi præiudicare, licèt succedat debitori principali, quod nota. 95

Et per ista voluit Bar. in d. l. generaliter. ff. de fideiusso. quòd si fideiussor succedat principali, & fecit inuentarium, tunc si ipse creditor conueniat fideiussorem, ratione principalis obligationis, quia scilicet hæres est, & ipse repræsentat personam defuncti, iuxta tex. in authen. de iureiur. a mo. præsti. col. 5. Et si contra eam opponat fideiussor de ipso beneficio inuentarij, quod facit vt quis teneatur tantùm secundùm mēsuram bonorum defuncti, iuxta ea quæ nabentur in l. fi. C. de iur. delib. quo tamē creditore repulso, vult nihilominus ille creditor alia via procedere, scilicet conueniendo eum ex fideiussoria obligatione, si ipse fideiussor excipiat de confusione obligationis, tunc per hoc non repellitur creditor, imò illa obligatio est tantummodò confusa, in quantum potest consequi ipse creditor ex bonis debitoris principalis, sed in quantum non potest, non est confusa, ergo in residuum tenetur ipse fideiussor, ex sua obligatione fideiussoria. *Fideiussoria extinguens cum principali, quando nō extinguatur.*

Et ratio est, quia per confusionē generaretur præiudicium creditori. De hoc est vnus casus singularis in l. debitor debet. ff. de bono. separ. quem notat Bar. ad vnum, quòd vbicunque obligatio fideiussoria, siue accessoria cum ipsa obligatione principali cōcurrens, per illam extingueretur, & tunc per hoc fieret præiudicium creditori, certè illo casu nō extinguetur: & per hoc tertiò limitatur d. l. generaliter. & rationē sentit text. dictæ l. debitor. quia sua diligentia debet sibi esse vtilis, & non damnosa. Pro quo bonus tex. in l. pupillus. ff. quæ in frau. credi. vbi vigilātibus, & nō dormiēntibus, siue neglegētibus iura subueniūt.

Et per casus supradictos patet, quod aliquādo potentius est accessorium suo principali, quia per principalis concurrentiam non extinguitur. Et illud est fauore creditoris, vel causa litis contestatæ, aliàs autem regulariter potentior est principalis obligatio, quàm accessoria, quoad hoc vt extinguatur ipsa accessoria, vt voluit tex. in d. l. generaliter. *Accessoriū quando potentius suo principali.*

Circa id adde, quòd sicut ipsum accessorium est potentius aliquando suo principali, ita etiam potest esse dignius, sicut patet in text. notabili §. si tamen alienam. Insti. de rer. diuis. vbi dicit ille text. alienam purpuram intextam alicui vestimento, & ei accessoriam, esse digniorem ipso vestimento, est tamen aduertendum, quòd licèt sit dignior tes accessoria, tamen per hoc non impeditur quin sequatur naturam sui principalis. vt probat bonus tex. in d. §. si tamen. & pulcher tex. in l. cùm aurum. §. perueniamus. versi. si. & ibi Bar. ff. de aur. & argen. leg. vbi gemmæ, & ipsi lapides pretiosi cedunt argēto. Et per ista reprobatur gl. l. ij. ff. de pecul. legat. quæ contrarium tenuit, volens quòd accessorium dignius principali, nō sequatur suam naturam. *Accessoriū naturā sui principalis sequitur.*

Obiectio. Nec obstat, si dicatur, quòd magis dignum trahit ad se minùs dignum. c. primo. de consecra. Eccle. vel altar. ergo videtur ipsum accessoriū, tanquā dignius, debere

debere trahere ad se principale minus dignum,& nō
Solutio.
econtra, sed ad hoc responde, quòd in casu nostro
ipsum accessorium,non censetur dignius, quia ipsa
accessio reddit rem (quæ aliàs per se esset dignior
re principali) minus dignam:& per ista non obstat
cōtrarium dicti capitis primi,eum similibus, quia il-
la regula aliter procedit,videlicet vbicunque maius
dignum,& minus dignum concurrerent æquè prin-
cipaliter.Exemplum esset,si in vniuersitate scholariū
essent tot clerici quot laici,tūc diceretur ipsa vniuer-
sitas Ecclesiastica tanquam dignior. ita notatur in c.
ex literis.ext.de iure patron.

Adde tamen vnum casum singularem,in quo ac-
cessorium,quod est dignius,non sequitur principalis
naturam, scilicet vbi esset prohibitus vsus talis ac-
cessorij,exemplū est in casu, quo prohiberetur mu-
Vestes per maritū legata.
lieri portare certa ornamēta aurea, vel pretiosa cum
vestibus suis:nam tunc legādo per maritum,ipsi suæ
vxori vestes,non veniunt illa ornamenta accessoria.
istud est singulare dictum Bar.in l.vnica.C.ne liceat
in frænis & equestribus sellis.lib.11. per quod limi-
tatur pulchre dictum tex.l.vestis.cum l.seq.ff.de au-
ro & argen.lega.quod nota pro singulari.

96 Incidenter adde singulariter alium casum, in quo
ipsum accessorium,qualecunque, nō sequitur natu-
ram sui principalis,scilicet in casu,vbi principale tol-
leretur per remedium iuris specialis: nam tunc non
tollitur ipsum accessorium. De hoc est vnus casus
singularis in l.fi.§.fi.ff.de condict. indeb. vbi restitu-
tio ipsa,& remedium speciale, contra principale de-
Ius speciale debet restringi.
bitum,non extenditur ad accessorium,putà ad ipsas
vsuras,& ratio huius est,quia ius speciale semper est
restringēdum.l.eius militis.§.militia missus. ff. de te-
sta.mili.l.quod verò.ff.de legib. & per hoc limita-
tur regula volens, quòd sublato principali tollatur
ipsum accessorium.iuxta l. hæres §. quòd si stipula-
tor.ff.de fideiusso.cum similibus.

De eadem re.
Vltimò,pro huius expeditione, adde aliam limi-
tationem,in qua accessorium remanet vitiato princi-
97 pali,nec sequitur eius naturam, scilicet, vbi diuersa
est ratio prohibendi principale ab accessorio: nam
tunc tenet accessoriū, etiam principali vitiato. istud
voluit pulchre Ioan.de Ana.in c.si quis.ext.de symo.
vbi ita exemplificat in casu c.debitores.ext. de iure-
iur. vbi dicitur quòd promissio vsurarum est ipso
iure inualida,& tamen iuramentum appositum te-
net.Ratio est,quia ob id prohibetur ipsa vsurarum
promissio,quòd fiat illicitè,& cōtra omnia iura,ideò
non debet tenere, præsertim cùm ipsi parti promit-
tatur,quæ illicitè & contra ius illam recipit promis-
sionem: ideò ergo non tenet illa principalis promis-
sio,sed quia per iuramentum promittitur quodam-
Iuramentū astringit nos Deo.
modo ipsi Deo,iuxta notata per Ab.in c. primo. ext.
de sponsa.vbi voluit quòd primaria obligatio iura-
menti acquiratur Deo,& propterea quia Deus non
potest illicitè aliquid recipere, tale iuramentum te-
net,nec in hoc sequitur suū principale,quod fit,quia
tunc est diuersa ratio prohibendi.

Eiusdē cōfirmatio.
Et pro hac declaratione Ioan.de Ana.addo casum
singu.in l.& si is quem.C.de prædiis mino. vbi si cu-
rator vendit res immobiles pupilli, rescinditur ipsa
venditio,tanquam contra ius, ne per eam præiudi-
cetur ipsi pupillo.Et tamen si ipse curator dedit pi-
gnora pro euictione, non reuocantur, licèt sint ad
ipsam venditionem accessoria,& rationem sentit ibi
gl.notanda,quia ob id rescinditur vēditio,ne fiat pu-
pillo damnum, quod quidem non habet locum in
accessorio,quia per illam promissionem de euictio-
ne solus curator patitur præiudiciū. & de hac l.me-
minit dominus Franc.de Aretio.in l.Titia. in 6. col.
ff.de verb.oblig.quod nota.

Limitatio eiusdem.
Et per vltima verba prædicta infero singularem
limitationem ad gl.singularem in l.ij.in verbo, Fa-
biana. ff. si quid in fraud. pa. quæ voluit expresè,
quòd vbi contractus principalis nō teneret, quia fa-
ctus esset contra iura,nec etiam tenet ipse contractus
de euictione,tanquam accessorius.Nā illud non pro-
cedit,quando ratio,quare prohibetur ipse principa-
lis,non extenderetur ad contractum euictionis ac-
cessorium,vt patet ex supradictis,vel potest aliter il-
la gl.declarari ex his quæ sentit gl.in d. l. & si is quē.
vt procedat quando contractus fiebat contra leges
communes.secus si contra priuilegium, quod nota,
& ista faciunt ad declarationem gl.singularis in l.pa-
cta quæ contra.C.de pact.vbi vide.

Obligationis fideiussoriæ quid accedat.
Pro expeditione huius effectus, qui loquitur de
obligatione fideiussoria, nota vnum singulare inci-
denter,quòd quicquid accedit principali obligatio-
ni,etiā accedit ipsi fideiussoriæ. De hoc est casus sin-
gul.in iure. l. si ab vno.ff.vt legat. seu fid.nomine ca-
uea. vbi dicit litera,quòd si vnus ex hæredibus fide-
iussorem dederit,ratione legatorum debitorum sub
cōditione,deinde pars cohæredis accrescat isti hære-
di,tunc sicut accrescit ista pars hæreditatis illi cohæ-
redi,ita accrescit ipsa fideiussio fideiussori, vt videa-
tur nunc fideiussisse,ac si à principio ipse suus hæres,
pro quo fideiussit,fuisset hæres in totum, ita ibi pa-
tet,quod est multùm notandū, & singulare, de quo
meminit Ludo.Roma.in suis singularibus, singulari
incipiente,Attende quod.

Litis contestatio efficit rē litigiosam.
Decimus septimus effectus litis cōtestationis est,
quia per eam actio efficitur litigiosa. De hoc est bo-
nus tex.l.lite pendente. C. de litigiosis. cùm ibi dicit
tex.quòd per actiones in iudicium deductas, res ipsa
efficitur litigiosa, & sic sentit ille text. quòd per litis
contestationem res efficitur litigiosa, cum ipsum iu-
dicium incipiat à litis contestatione, vt habetur in l.
iudiciū soluitur.ff.de iudic. & dixi latè in prosequu-
tione primi effectus litis contestationis,& ita etiam
illud intelligit ibi Bar.ex suo summario ad illam le-
gem posito.

Declaratio eiusdē.
Intellige tamen primò hunc effectum procedere
in actione personali,quæ efficitur litigiosa per ipsam
litis contestationem,secus autem est in actione reali,
quia illa efficitur litigiosa per solam conuentionem.
ita voluit tex.in authentica, litigiosa. C. de litig. &
Bar.in d.l.lite pendēte.volēs quòd sicut res in actio- 98
ne reali deducta per solam conuentionem efficitur
litigiosa,ita etiam ipsa actio realis,quia secundùm eū
eadem est ratio,ergo idem ius est statuēdum.l. illud.
ff.ad l. Aquil.

Eiusdē limitatio.
Restringe tamen istam declarationem vltimam,
vt procedat in actione reali,in qua principaliter agi-
tur,siue cōtenditur de dominio, vel quasi:nam tunc
actio ipsa efficitur litigiosa per solam cōuentionem,
secus autem esset in aliis actionibus realibus, scilicet
hypothecaria, confessòria,vel negatoria.

De eadem re.
Nam in istis licèt ipsa actio efficiatur litigiosa, ta-
men illud est per litis contestationem,& non per so-
lam conuētionem.ita Bar.in dicta l.lite.& etiā hodie

in actio

in actione reali requiritur contestatio, vt tenet Ioan. And. in c. primo. vt lite pendente in 6. quem sequitur Guido Papa in Decis. Delphina. qu. 337. incipiente, Pro declaratione.

Aduerte tamen quòd licèt in hoc casu præcedenti ipsa actio efficiatur litigiosa, tamen secus est in re deducta in tali actione, quia nũquã efficitur litigiosa, ita expressè patet in auth. de litig. §. ab hoc. & col. 8. voluit Bar. in d. l. lite pendẽte. quod perpetuò nota.

Confirmatio eiusdẽ.

Item ad prædicta aduerte, quòd licèt ipsa actio personalis efficiatur litigiosa, per ipsam litis cõtestatio. item, ipsa res nunquam tamen efficitur litigiosa. ita voluit Bart. in d. l. lite pendente. qui allegat pro hoc bonum tex. in l. quamquam. §. primo. ff. de aqua plu. arcen. quod quidem intellige procedere, quando actio ipsa personalis ficbat super opere aliquo facto in re, vt loquitur d. §. prim. secus autem esset, si ipsa res deduceretur in iudicium principaliter, per actionem personalem, quia tũc etiam efficitur & res & actio litigiosa, vt patet in d. l. ij. ff. de litigiosis. & ita seipsum declarat Bar. in l. prima. §. si inter. ff. eod. & etiam in dicto §. j. dictæ l. quamquam. quod nota.

Res in actione persona li deducta, cur, & quãdo litigiosa nõ dicatur.

Diuersitatis autẽ ratio inter hos duos esse potest, quòd, cùm agitur circa opus factũ in re, non fit mentio de ipsa, nisi in quandam gratiam & consequentiam, & ideò videtur res deduci aliquo modo in iudicium, quæ non debet ob id tamen dici litigiosa, quod non est in secundo casu, vt clarè patet.

Effectus 17. amplior declaratio.

Consequenter declara prædictum effectum, vt procedat in casibus suprà declaratis, scilicet in ipsa actione personali, non autem in mixta: nam tunc etiã per solam citationẽ res ipsa efficitur litigiosa. De hoc est tex. in l. Diuus. ff. de pet. hæred. & l. alienationes. ff. fam. hercisc.

De eodem.

Quod tamen est intelligendum in actione mixta vniuersali, secus autem esset, in alia actione mixta particulari, quia in ea res, & actio efficitur litigiosa, per ipsam litis contestationem. de hoc est tex. in l. prima. in fi. C. communi diuid. Et sic ex supradictis colligũtur tres casus, in quibus procedit noster effectus, scilicet in ipsa actione personali, & in actione reali, non concernẽte dominium, & in actione mixta particulari, quod nota.

Inquisitio differentiæ inter actiones.

Sed vellem quærere de ratione diuersitatis, inter ipsam mixtam actionem vniuersalem, & particularem, cùm potiùs videatur ipsam actionem realem, innixtam cum personali, debere semper sequi ipsam naturam personalis, quę videtur dignior, cùm ipsam concernat personã, omnibus rebus digniorem, iuxta l. iustissimè. ff. de ædili. edic. & videbatur omnes actiones mixtas effici litigiosas, per ipsam solam litis contestationem, præsertim cùm à digniori parte denominario fieri debeat, vt probat text. l. quæritur. ff. de stat. homi. & gl. notabilis in l. prima. ff. de verbor. obligatio. vbi stipulatio denominatur ab actore, tanquam digniori. Pro hoc est tex. l. prima. §. primo. ff. si ager vectig. vbi appellatione dominij venit directũ, tanquam dignius.

Dominij appellatio.

Ratio diuersitatis inter mixtã actionẽ vniuersalẽ & particularẽ.

Ad istud respondeti potest, assignando hanc rationem diuersitatis, videlicet quòd ideò in actionibus mixtis vniuersalibus sola citatio facit rẽ, & actionem litigiosam, & non in ipsis actionibus particularibus mixtis, quia sola conuentio vel denuntiatio in iudiciis vniuersalibus, putà in petitione hæreditatis, habet quãdam vim litis contestationis. De hoc aLego tex. Litem veniunt. §. petitam. ff. de pe. hæredi. vbi 99
petita dicitur hæreditas, etiam per solam denuntiationem, vel conuentionẽ, & ibi patet, quòd cùm propriè quidquam petitum non dicatur, nisi per litis cõtestationem, vt patet in l. amplius. ff. rem ra hab. & in d. auth. litigiosa. & latè dixi in quinto effectu: tamen illud non procedere videtur in talibus iudiciis vniuersalibus, imò in eis conuentio sola habetur pro litis cõtestatione. Et sic infero, quòd in actionibus mixtis vniuersalibus, ipsa sola conuentio facit rem ipsam litigiosam, idémque operatur in talibus iudiciis, quantum ipsa contestatio litis in aliis particularibus iudiciis, sed sic est, quòd per ipsam litis contestationem, in actionibus particularibus efficitur res ipsa litigiosa, ita ergo idem dicendum est, per ipsam solam conuentionẽ in vniuersalibus, cùm conuentio in hoc casu æquiparetur litis contestationi, circa quod cogita, quia hæc ratio apud me noua est.

Adde suprà dictis, ad huius effectus declarationem, quòd licèt per cõtrouersiam, quæ est super dominio, vel quasi alicuius rei, res illa efficiatur litigiosa, vt patet ex prædictis, secus tamen est, si sit controuersia super possessione alicuius rei: nam res ipsa per hoc non efficitur litigiosa. De hoc est gloss. singularis in c. j. extr. de confirma. vtil. vel inutil. in gloss. j.

Controuersia super rei alicuius possessione.

Decimusoctauus litis contestationis effectus est, quòd per ipsam litis contestationem, & iuris sui in iudicio exhibitionẽ, quis desinit esse pacificus possessor, & posteà non iuuatur decreto de pacificis possessor. text. est in rubr. de pacific. possess. in Concor.

Possessor pacificus quis desinat esse.

Decimusnonus ipsius litis contestationis effectus est, vt non valeat rescriptum impetratum, post ipsam litis contestationem, non facta ipsius litis mentione, & super ipsa legitima contestatione. cap. inter monasterium. vbi aliqua addidi in glos. extra. de re iud. vide Pirrum in reg. non solet. ff. de reg. iur.

Rescriptũ inualidum litis motione nõ facta.

In summa dicẽdum est, iudicia per eam litis contestationem ita ordinari, ex narratione, petitione, scilicet actoris, & rei responsione, ad probationem, cognitionem, & definitionem, excludendęque exceptiones dilatorias, declinatorias, etiam peremptorias, & iudicij illas duas partes præcipuas esse, litis ipsa legitima contestatio, & sententia: nam reliqua quæ in iudiciis versantur, aut præparatoria sunt, vt citatio: aut media, vt probationes: aut posteriora, siue consequentia, vt executio.

Partes iudicij præcipuæ duæ sunt.

An autem semper illa litis contestatio sit necessaria, nécne, vide Guidon. Papæ in suis Decisionibus Delph. decisio. 58. & 369. nam Curia non attendit in causis, qualescumque sint, summariæ siue ordinariæ, ad ipsius litis contestationis defectum.

Cæteros autem (beneuole lector) litis ipsius contestationis effectus, videre poteris in tractatu meo, quem super hac re edidi, vbi congessi 75. effectus ipsius litis contestationis.

Et sic absolutus erit l. nostræ vtilissimus intellectus, præcipuè materia litis ipsius contestationis, & ea potissimùm ratione, vt faciat transire actiones ex delicto ad hæredem, & contra ipsum, sed quando & quomodo id contingat, dictum sit satis superque. Laus Deo Virginique Mariæ.

FINIS.

INDEX EORVM OMNIVM,

CERTISSIMVS AC LOCVPLETISSIMVS,

quæ in his Commentariis D. P. Rebuffi ad quatuor libros Pandectarum, leges, Si debitori. Imperatores. Si quis pro eo. ff. & l. vnicam. C. notatu digna visa sunt.

***

In quo prior numerus paginam, posterior Summariorum numerum, a, verò priorem columnam, & b, posteriorem, indicat.

A

Aequi

INDEX.

INDEX.

B

C

Canem

INDEX.

Contra

D

Exceptio

Iudicia

INDEX.

Iurispe

L

M

Magistratus

INDEX.

Minori

Natura

INDEX.

N

O

Yy

P

INDEX.

Prator,

INDEX.

connectere

Restitutio

Societas

INDEX.

T

Vaga

FINIS.

LVGDVNI,

Excudebat Petrus Roussin.

M. D. LXXXIX.